

SACROSANCTA CONCILIA

AD REGIAM EDITIONEM EXACTA

QUÆ NUNC QUARTA PARTE PRODIT AUCTIOR

Studio PHILIP. LABBEI, *&* GABR. COSSARTII,

Soc. JESU *Presbyterorum.*

TOMVS SEXTVS

Ab anno DCXLIX. *ad annum* DCCLXXXVII.



LUTETIÆ PARISIORUM,

Impensis SOCIETATIS TYPOGRAPHICÆ Librorum Ecclesiasticorum jussu Regis constitutæ.

M. DC. LXXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

SYLLABVS

EORUM QUÆ TOMO VI. CONCILIORUM CONTINENTUR.

*Quæ asterisco * notata sunt, non erant in prioribus aliis editionibus: quibus vero hæc nota † impressa est, eorum incertus est annus.*

S Y L L A B U S

TOMI SEXTI.

APPENDIX. 1875

In qua quæ continentur, ad annos suos singula, in hoc syllabo supra relata sunt.

Quædam ibi describuntur iisdem verbis, quibus referuntur a Petro de La Lande V. C. in supplementis conciliorum Galliæ. Quod idcirco admonendus hic lector est, quia illic a festinantibus operis identidem est omissum.

Alterum hic quoque peccatum, quod repetita sit per errorem unius aut alterius concilii mentio, quæ jam in ipso tomi corpore facta fuerat.

VITA

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA MARTINI PAPÆ I.

ANNO CHRISTI 649

MARTINUS, [a] de civitate Tudertina, provincia Tusciæ, [b] sedit annos sex, * mensem vnum, dies vigintisex. [c] Hujus temporibus Paulus Constantinopolitanæ urbis episcopus inflatus superbiæ spiritu adversus rectum sanctæ Dei ecclesiæ dogma, audacter præsumpsit, paternis definitionibus contraire: Insuper studuit * ad cooperimentum proprii erroris * quorumdam subreptioni, ut & clementissimo principi suaderet typum exponere, qui catholicum dogma destrueret. In quo typo omnes omnino voces sanctorum patrum cum nefandissimorum hæreticorum * dictionibus enervavit, scilicet nec unam, nec duas voluntates, aut operationes in Christo domino nostro definiens confiteri. Qua de re hujusmodi pravitatem suam defendens, quod nunquam nec a prioribus hæreticis præsumptum est, * ipse * in lite præsumere studuit * in tantum, ut altare sanctæ nostræ sedis, quod erat in domo Placidiæ sacratum in venerabili oraculo, subvertens, diriperet. Prohibens ne adorandam & immaculatam hostiam apocrisarii nostri ibidem Deo offerre valeant, nec communionis sacramenta percipiant. Qui videlicet apocrisarii ex præceptione apostolicæ auctoritatis * commoverunt eum, ut de tali hæretico intentu recederet. Nec non & contestari visi sunt, persecutionibus diversis cum aliis orthodoxis viris, & venerabilibus sacerdotibus. * insecutus est eos, quosdam eorum custodiæ retrudens, alios in exilium deportans, alios autem verberibus * committens. Quibus pene omnem mundum conturbantibus, ex diversis locis querelam contra eos ad apostolicam nostram sedem plurimi orthodoxi detulisse monstrantur. Conjurantes, ut totius malitiæ, tantæque eversionis per apostolicam auctoritatem * abscindant commentum: quatenus minime * totius corpus catholicæ ecclesiæ nocibilis eorum * ecthéseos languor disrumpere valeat. Tunc Martinus sanctissimus ac beatus episcopus misit, & congregavit episcopos in urbem Romam numero centum & quinque, & fecit synodum secundum * institutum patrum orthodoxorum in ecclesia salvatoris juxta episcopium Lateranense. Sedentibus episcopis & presbyteris, adstantibus diaconis & clero universo, condemnaverunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum, patriarchas Constantinopolitanos, qui novita-

* B mens. 3. d. 12.
* ad operimentum.
* quibusdã subreptionibus,
* quo
* edictionibus
* illicite
* in tantũ vero vesaniæ prorupit, ut altare
* commonuerunt eũ, ut ab hujus hæresis intentione recederet. Nec non & contestari eũ jussi sunt.
* at ille insecutus
* C. submittens.
* abscinderetur
* totum corpus
* executionis.
* instituta

A tes contra immaculatam fidem præsumpserunt innectere. Quippe quoniam ipsam excludere properantes, hæreticorum dogmatum contra catholicam Dei ecclesiam confusionem * concinnaverunt, anathematis ultione * perculsi sunt. Quæ synodus hodie archivo ecclesiæ continetur. Et faciens exemplaria, per omnes tractus orientis & occidentis direxit, & per manus orthodoxorum fidelium disseminavit. [d] Ipsis diebus direxit imperator in Italiam Olympium cubicularium & exarchum ad regendam omnem Italiam, præcipiens, & dicens: Oportet gloriam tuam, ut sicut nobis suggessit Paulus patriarcha, hujus a Deo conservandæ urbis peragere. Et si quidem B inveneris provinciam ipsam consentientem in typo a nobis exposito * tenere omnes, qui ibi sunt, episcopos & hæreticos * possessorum, atque habitatorum, & peregrinos, & in eodem subscribant. Si autem quomodo nobis suggessit Platon gloriosus patritius, & Eupraxius gloriosus, potueritis suadere exercitui ibidem consistenti, jubemus teneri Martinum, qui hic erat apocrisarius in regia urbe. Et postmodum omnes ecclesias relegere eum, * quia factus est a nobis orthodoxus typus, & omnes episcopi Italiæ in ipso subscribant. Si autem * inveneritis contrariam in tali causa, exercitum tacitum habetote donec * obtinueritis provinciam, & potueritis C vobis exercitum * aggregare * tamen Romanæ civitatis, atque Ravennatis, ut ea, quæ a nobis præcepta sunt, quantocyus explere * valeatis. Qui prædictus Olympius veniens in civitatem Romanam, invenit sanctam Romanam ecclesiam coadunatam cum omnibus episcopis Italiæ, seu sacerdotibus vel clero. Et volens implere ea quæ ei jussa sunt, amans secum * exercitum virtutis, voluit schisma * sanctæ ecclesiæ intromittere. Hoc per plurimum tempus actum est. Et non illum omnipotens Deus permisit quæ nitebatur perficere. Videns ergo se a S. Dei catholica atque apostolica ecclesia superatum, necesse habuit de sua quasi mala intentione declinare, ut D quod non potuit per manum armatam fecere, * sub hæretico modo per missarum solennia in ecclesia Dei S. genitricis semperque virginis Mariæ ad præsepe perficeret. Nam dum communionem ei porrigeret sanctissimus papa, voluit eum crudeliter interficere, ut demandarat suo spathario. Sed omnipotens Deus, qui solitus est

ANNO CHRISTI 649.
* continuaverunt,
* percussi
* facias tenere omnes qui ibidem sunt, episcopos, & possessores atque habitatores in eodem subscribere
* B. professores
* inveneris
* obtinueris
* maiorem
* tam & Romanæ civitatis, quã & Ravennatis,
* valeas.
* exercitũs virtute C.
* in sanctã ecclesiam
* subreptitio modo

ANNO CHRISTI 649.

ſervos ſuos orthodoxos circumtegere, & ab omni malo cripere, ipſe excæcavit ſpathariū Olympii exarchi, & non eſt permiſſus videre pontificem, quando exarcho communionem porrexit, vel * pacem dedit, ut ſanguis ejus effunderetur, & catholica Dei eccleſia hæreſi * ſubjugaretur. Quod poſtmodum prædictus armiger diverſis cum jurejurando profeſſus eſt. Videns ergo Olympius exarchus, quia manus Dei circumtegebat Martinum ſanctiſſimum papam, neceſſe habuit ſe cum pontifice concordare, & omnia quæ ei juſſa fuerant, eidem ſanctiſſimo viro indicare. Qui facta pace cum S. Dei eccleſia, colligens exercitum, profectus eſt Siciliam adverſus gentem Saracenorum qui ibidem habitabant. Et peccato faciente, major interitus in exercitu Romano pervenit, & poſt hoc iſdem exarchus morbo interiit. [e] Deinde directus eſt ab imperatore Theodorus exarchus, qui cognomento Calliopa dicitur, cum Theodoro imperiali cubiculario, qui & * Pellurius dicebatur, cum juſſione. Qui tollentes ſanctiſſimum Martinum papam de eccleſia ſalvatoris, quæ & Conſtantiniana appellatur, perduxerunt Conſtantinopolim: & nec ſic eis acquievit. Deinde directus eſt prædictus ſanctiſſimus vir in exilium, in locum, qui dicitur * Cerſona. [f] Et ibidem, ut Deo placuit, vitam finivit in pace Chriſti confeſſor. Qui & [g] multa mirabilia operatur uſque in hodiernum diem. [h] Fecit autem ordinationes * duas per menſem Decembrem, preſbyteros undecim, diaconos quinque, epiſcopos per diverſa loca, nu. 33. * Depoſitus die 16. menſis Septembris, & ceſſavit epiſcopatus dies 28.

* C. panem

* ſubjiceretur.

* Pelarius.

* B. Cherſona.

* Depoſitio ejus celebratur 15. Kalendas Octobris B. 12. Novembris.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Quando Martinus pontificatū adeptus ſit.

a *Martinus.*] Anno Chriſti 649. die prima menſis Iulij poſt interregnum unius menſis & ſexdecim dierum, Martinus ex Tuſcia oriundus, thronum apoſtolicum conſcendit. Hunc Novatianæ hæreſeos ſectatorem fuiſſe calumniantur novatores hæretici, ideo quod in epiſtola 11. ad Amandum docuerit non eſſe dandam veniam preſbyteris vel diaconis poſt ordinationem ſuam peccantibus. Sed ſi pontificis epiſtolam ſequeſtrato omni affectu attente legiſſent, vel etiamnum legerent, ſine dubio ipſos ſuæ malitiæ & ignorantiæ puderet. Cum enim Amandus Trajectenſis epiſcopus, pravos mores eccleſiaſticorum pertæſus, a Romano pontifice vacationem ab epiſcopatu per literas petiviſſet; Martinus merito id, quod cum incommodo eccleſiæ Trajectenſis petiverat, illi negavit, & ad diſciplinam eccleſiaſticam ibidem reformandam eumdem admonuit, ut preſbyteros ac diaconos graviter peccantes a gradu ſuo deponat; & ſi reſipuerint, veniamque petierint, eos quidem abſolvat, ſed nunquam ſuis gradibus ac dignitatibus reſtituat. Vnde patet, quod Martinus non tam de peccatorum venia, quam de reſtitutione ad ſacra miniſteria loquatur. Vide Bellarm. lib. 4. de Rom. pontif. cap 12.

Martinus contra calumniam Magd. defenditur.

Hic per S. Landelinum Cameracenſis eccleſiæ preſbyterum, & S. Amandum " Leodienſem epiſcopum, & S Follianum Hiberniæ apoſtolum, impertita ipſis prædicandi facultate, multos infideles ad eccleſiam perduxit.

Gentium converſio ſub Martino.

" Trajectenſem.

b *Sedit annos ſex.*] Baronius in appendice tom. 11. corrigens id, quod prioribus editionibus de tempore ſedis S. Martini ſenſerat, ait, eum annis quinque, menſibus quatuor atque diebus duodecim, eccleſiæ regimen adminiſtraſſe.

Quamdiu ſederit.

c *Hujus temporibus Paulus Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopus.*] Hæc quæ deinceps ſequuntur apud Anaſtaſium vere ſub pontificatu Theodori contigiſſe, adeoque hoc loco male recenſeri, ſupra annotavi in notis ad vitam ejuſdem Theodori.

Anaſtaſius emēdatur.

d *Ipſis diebus, &c.*] Quæ hic ab Anaſtaſio enarrantur, contigerunt circa tempora illa, quibus habita in urbe Lateranenſi ſynodo, pontifex Monothelitarum hæreſim condemnaverat. Vide Baron. an. 649.

e *Deinde directus eſt ab imperatore Theodorus.*] Cum imperator cognoviſſet, per Olympium apud ſanctum Martinum papam nihil effectum fuiſſe, ipſamque Monothelitarum hæreſim una cum typo quem promulgaverat, damnatam eſſe, confictis in pontificem tribus calumniis, quaſi fidem a majoribus traditam mutaſſet, cum Sarracenis conſpiraſſet, atque contra Dei genitricis Mariæ cultum neſcio quid locutus, illegitime pontificatum occupaſſet, juſſu Heraclii, atque opera Theodori Calliopæ exarchi, per vim militarem e baſilica Conſtantiniana pontifex abductus, abſtractuſque e palatio Lateranenſi, & in navim conjectus, aſportatus eſt in orientem, mandato clericis dato, ne abductum ſequerentur. Capto pontifici, quantumvis morbo podagrico affligeretur, inhibitum fuit, ne in terram conſcenderet e navi, omneque humanitatis officium illi negatum eſt, eo conſilio, ut integro anno inter Cycladas detentus, his ærumnis a conſtantia ſolita amoveretur. Poſt exactum annum unum, tandem adduxerunt illum Conſtantinopolim, ubi poſt lapſum 93. dierum, quibus omnium alloquio dedignabatur, tandem in judicium adductus, accuſatus, & per falſos ac perjuros teſtes convictus, gladio addicitur, pontificalibus ornamētis exuitur, urbis opprobrio exponitur, cateniſque oneratus in carcerem retruditur: jamque gloriam martyrii conſecutus fuiſſet, niſi Paulus Conſtantinopolitanus epiſcopus morti vicinus obſtitiſſet. Nam cum illi imperator poſtridie quam hæc geſta fuerant, retuliſſet, quæ in ſanctiſſimum pontificem commiſſa erant, ſuo ſeipſum judicio condemnans, teſte Anaſtaſio in epiſtola hac de re ad occidentales ſcripta, *converſus ad parietem dixit: Hei mihi! & hoc ad abundantiam judiciorum meorum actum eſt. numquidnam, domine, non eſt miſerabile talia pati pontificem? Tunc attentius adjuravit imperatorem ſufficere ei in his quæ paſſus eſt, nihilque amplius ſuſtinere.* Quod cum beatus papa audiſſet, ægre tulit, expectans per gladium conſummare martyrium. Poſt aliquot dies igitur ſuos jam ante conſolatus, navigio in Cherſonam tranſvectus eſt clanculum, ut ibidem in exilio fame, aliiſque corporis calamitatibus conſumptus, diem extremum claudere cogeretur.

Ob tres calūnias Martinus capitur & relegatur.

Quas pœnas quaſq; afflictiones Martinus Conſtantinopoli pertulerit.

Cherſonæ conſtitutus, duas poſtremas ſcripſit epiſtolas, quibus indicat, quas ibi aeris injurias, quamque corporis inediam ſuſtineat.

De relegato Martino pontifice Theodorus exarchus Romæ certior factus, curavit quod mandarat Conſtans imperator, ut quamtumvis reluctaretur clerus Romanus, Martino ſucceſſor deſignaretur. Ad majus incommodum evitandum, tandem univerſi cleri conſenſu electus eſt Eugenius iſta conditione, ut ſaltem eo tempore, quo vivebat ſanctus Martinus, vicaria præfectura eccleſiæ præeſſet, idque ne invitis ab imperatore obtruderetur Romanus epiſcopus, qui ejuſdem cum ipſo hæreſeos propugnator eſſet. Hæc ex epiſtolis ſancti Martini papæ & Anaſtaſii bibliothecar. quæ eſt 16. inter epiſtolas Martini, Baronius in annalibus.

Eugenius. Martino adhuc viventi ſubrogatur.

f *Et ibidem vitam finivit.*] Anno Chriſti 654. duodecimo die menſis Novembris, quando pontificatum annis quinque, menſibus 4. & 14. diebus adminiſtraſſet.

" Errāt ut dicemus in notis.

g *Multa mirabilia operatur uſque in hodiernum diem*] Refert de eo Audoenus in vita ſancti Eligii apud Surium 1. Novembris, quod adhuc vivens, Conſtantinopoli cuidam per orationem lumen reſtituerit. Gregorius II. eius nominis pontifex in epiſtola ad Leonem Iſauricum imperatorem hæreticum, hæc de ſancto Martino poſt alia ſubjungit. *At beatum Martinum eſſe ſanctum teſtatur civitas Cherſonenſis & Boſphori, in quam relegatus eſt; & totus ſeptemtrio atque incolæ ſeptemtrionis, qui ad ſepulchrum ejus confluunt, & morborum curationes experiuntur.* Refert Baronius anno 654. num. 6. ſe a viro quodam maxime pio & fide integro accepiſſe, quod in hanc uſque diem memoria ſancti Martini papæ a Græcis adhuc frequentetur; quodque populus frequenti cœtu ad ſepulcrum ejus confluens, gratias curationum accipiat, & alia juſta petita impetret. Probabile eſt, quod dum corpus ejus Romam tranſlatum fuit, Cherſonenſes unam partem ipſius ſibi aſſervarint.

Miraculis ſanctus Martinus claruit.

h *Fecit ordinationes duas per menſem Decembrem.*] Vnam tantum ordinationem menſe Decembri feciſſe potuit, quem primo tantum anno pontificatus ſui menſe Decembri Romæ habitaſſe, ex iis quæ ſupra dixi, conſtat. Anno enim ſecundo pontificatus ſui Roma abductus, reliquos annos exegit in exilio, ut patet ſupra. Baronius prædicto anno num. 2.

Anaſtaſius emendatur.

i *Ceſſavit epiſcopatus ejus dies. 28.*] Non eſt probabile quod tam brevi temporis ſpatio obitus ſancti Martini Romam perferri potuerit. Vnde quod in aliis codicibus abeſt, huic ſubrepſiſſe videtur.

Quamdiu ſedes vacaverit.

EPISTOLA I. MARTINI PAPÆ I. AD OMNES FIDELES.

Damnat hæresim Monothelitarum, & acta synodi exponit, monens ut in fide catholica persistant.

GRATIA vobis & pax multiplicetur in agnitione & communione sancti Spiritus, *&c. Extat infra in concilio Lateranensi sub Martino papa in fine consultationis 5.*

II. AD AMANDVM TRAIECTENSEM EPISCOPVM.

Dilectissimo fratri Amando Martinus.

FRATERNITATIS tuæ studio pietatis congestam epistolam suscipientes, animos nostros revelari cognoscimus, *&c. habetur infra in concilio Lateranensi secretario 5.*

III. AD CONSTANTEM" IMPERATOREM.

*Hæ undecim sequētes beati Martini epistolæ Græce extant in vetusto manuscripto Græco codice concilii ab eodem pontifice Romæ in Laterano celebrati contra hæresim Monothelitarum. "Nos eas e cod. Barberinæ biblioth. Roma ad nos emin. S. R. E. Card. Frācisci Barberini studio atque humanitate transmisso descriptas tibi nūc exhibemus

Nuntiat Monothelitarum hæresim in concilio, cujus acta transmittit, damnatam, ipsumque ad eamdem hæresim damnandam hortatur.

Domino piissimo & serenissimo victori triumphatori, filio diligenti Deum & dominum nostrum Iesum Christum, Constantino " Augusto, Martinus episcopus servus servorum Dei, & universa synodus in hac urbe Roma congregata.

CÆLESTI sæculorum regi, Christo Deo qui per carnem una cum mente animatam, & ipsi secundum hypostasim unitam, in terris, apparuit; Magi terrena munera prompte obtulerunt, non magis quæ divina gloria ipsius digna essent (est enim incomparabilis) quam quæ promptam eorum voluntatem declararent, illa enim infinita est, hæc singularem Deo amorem exhibet. Vobis autem serenissime, qui in terra per ipsum regnatis & ad eum properatis, cum multa libertate preciosa offerimus dona, qui omnes per gratiam sacerdotes ejus existimus; salutaria nempe sanctorum patrum & synodorum præconia, ad veram ostensionem internæ erga ipsum dominum ac Deum nostrum caritatis, & erga vos, qui sinceri ejus estis ministri. Et quoniam *omne datum optimum; & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum:* tamquam splendidum aurum possidemus firmam in eum & sincerissimam confessionem: theologiam vero, thus purum & eximium & optimi odoris: myrrham conservatricem bonorum, & contrariorum expultricem doctrinam. Hæc enim stabiliter custodita, erunt ditioni vestræ corona decoris, & diadema gloriæ in manu domini. Nam regni ornamentum est veritatis cognitio, splendida & immarcescibilis, quæque invenitur his qui eam quærunt: quoniam hæc dignos se circuit quærens, & iis se ostendit, qui eam non tentant. Quapropter vobis, optime imperator, ut dominum quærentibus in simplicitate cordis, & in mentis bonitate de eo sentire properantibus, studuimus ejus annuntiare salutare hac relationis nostræ mediocritate. Nobis enim per Amos prophetam de se annuntiare præcepit, dicens: *Sacerdotes audite, & testificamini domui Israel, dicit dominus Deus omnipotens.* Edocemus igitur pium vestrum ac serenum imperium, quod in hac Dei amante & cultrice vestra urbe Roma

Iacob. 1.
" Constanti.
Amos. 3.

A convenientes nos omnes, qui ad mansuetudinem vestram confugimus, ex apostolica & spirituali unanimitate & consensu, in eadem mente & eadem sententia, piam orthodoxæ fidei definitionem confirmavimus, & congruenter infirmavimus inconvenientem hæreticorum sermonem, qui quondam quique nunc propriorum sensuum pravitate se a veritate separarunt, qui intra seipsos non recte ratiocinati, dixerunt non habere in humanitatis suæ natura voluntatem aut operationem naturalem, ipsum, qui propter nos humanatus est, dominum: sed sine voluntate ipsum existere, ac sine operatione, intangibilemque & inanimem esse; & quidem, cum patrum B doctrina, testem veritatis propriam habentes naturam, ad redarguendam eam, quæ de hoc ab iis dogmatizatur, absurditatem, cum substantiam suam videant ab ipso creatore voluntate præditam & operatoriam factam esse. Quomodo igitur a se fabricatam, & propria incarnatione assumptam a naturali voluntate & operatione deminuit? non vere faciens substantiæ nostræ in se fidem, sed imaginarie & fallaciter dispensationem secundum illos perpetrans; qui ob hoc unam divinitatis ejus atque humanitatis voluntatem & operationem esse dogmatizarunt. Quapropter ab omnibus fere aliarum provinciarum Deo amabilibus episcopis, & ab apostolicis pontificibus in hac seniore Roma constitutis, in dilectione admoniti, ut ab ejusmodi damnabili C novitate abstinerent, ad correctionem non venerunt, sed in deterius progressi sunt, divinam ejus voluntatem & operationem in humanam contrahentes: ac veluti asserentes, nullam ullo modo eum in utraque earum, ex quibus & in quibus est, naturarum, voluntatem & operationem habere, sed absque voluntate naturam esse, & absque operatione: quod omnium tum sanctorum patrum, tum œcumenicorum quinque conciliorum definitiones evertit, quæ per omnia perfectum eumdem in divinitate, & in humanitate perfectum prædicaverunt: tantum absque peccato. Nam in peccato naturæ perfectio non conspicitur, sed vitium agnoscitur nostræ D transgressionis. Quod si perfectus est, videlicet perfectus secundum divinam voluntatem & operationem, quemadmodum & juxta naturam principii expertem atque increatam: & secundum humanam quoque tum voluntatem tum operationem, ut & secundum naturam creatam, & quæ principium habuit. Qui vero in aliquo eum imminuit, manifeste evertit perfecti rationem, eam conspici nullo modo permittens propter ejus quod naturæ convenit defectum: quem adversarii, Theodorus videlicet, qui Pharan episcopus fuit, & Cyrus qui Alexandriæ, Sergius qui regiæ urbis, ac eorum successores Pyrrhus & Paulus, in prima & secunda E conscriptione dogmatum suorum non solum posuerunt, sed etiam studuerunt, ut sibi illa per "expositionem, hæc per " formulam confirmaretur, idque contra fidem: nefarie subrepentes vestræ serenitatis auribus, ut & antea auribus beatæ memoriæ avi mansuetudinis vestræ: ut culpam suam callide aliis aspergerent, deque manu domini hanc ob causam duplicia peccata sua reciperent, justas videlicet pro iis pœnas, utpote qui ea peccaverint, ex quibus non exigua perturbatio tamdiu universam terram vexat: quod non solum pii populi scandalizentur, sed impii etiam barbari magnum confessionis

" ecthesim.
" typum.

nostræ mysterium traducant: quia non solum A prima ac potissima fides ab adversariis labefactetur, sed ea etiam, quam excogitarunt, statim ab iis evacuetur, opposita nova pessimæ hæreseos pravitate: ut de cetero ne illi quidem intelligant, quid ab illis credatur aut existimetur, propter obstinatam propriarum opinionum eversionem. Quocirca omnium fere piorum sacerdotum & populorum contra eos clamores apostolica sedes accipiens, orantium atque obtestantium, ne usque in finem catholicam ecclesiam ab ipsis in periculum adductam negligamus, sed exurgamus acriter, & immaculatam Christianam fidem diligenti paternarum & synodicarum traditionum observatione conservemus: nos omnes sacerdotali ordine B convocavit, ut a nobis omnia adversariorum dogmata tractentur, & canonice per commentariorum acta judicentur, de quibus opinionibus suis ad simpliciores fallendos ausi sunt dicere, hæc pietatis esse dogmata, quæ tradiderunt qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis, quique deinceps eorum discipuli & successores fuere, catholicæ ecclesiæ divinitus inspirati doctores, id est, sanctæ & œcumenicæ quinque synodi. Ad veritatis igitur ostensionem, & denudationem calumniæ adversariorum, absurdam illorum doctrinam, & piam sanctorum patrum synodorumque prædicationem, adversa dilucide inter se comparantes, nec horum ad illa ullam convenientiam & cognationem invenientes, quemadmodum nec tenebris prorsus ad lucem; hæc ut diximus, definientes sancivimus, salutaria nempe sanctorum patrum & synodorum decreta: illa vero omnes, ut piis definitionibns contraria & inimica, una voce damnavimus, ipsosque etiam hæreticos, prædictos nempe homines, una cum ipsorum expositione & præfata formula, orta ex suggestione & pravo eorum dogmate: cumque omnibus, quę pro iis acta scriptaque sunt: ut vestram in omnibus sine ulla macula felicem conversationem tueamur, quæ adversariorum scriptis gravatur. D In quam ausi sunt religiosis Africæ episcopis dicere, scribentes, quod mente consilioque regio vere excitati, memoratam piam formulam exposuistis, præcipientem de nimia observatione paulum sine damno remittere. Hæc autem scripserunt sanctis patribus nullo modo auscultantes, quod in iis quæ ad Deum pertinent, inque divinis prædicationibus, id quod parum abest, paulumque mutatum est, non parvum tamen est ducendum. Sed in eo vel maxime vestræ potestati labem ut dictum est, inurere properarunt in eo, quod illam formulam præter exactam rationem esse testati sunt, & scripto aliis significarunt. Quorum in his nequitiam & fraudem aversantes, cum his ipsis & eorum hæresim canonice damnavimus, ubique omnibus & ante E omnes vestræ divinitus stabilitæ serenitati notum facientes per ea quæ synodice a nobis pro orthodoxa fide in præsenti acta sunt, quod duas ejusdem & unius Christi Dei edicunt theologi naturas sive substantias confiteri, secundum hypostasim unitas inconfuse & indivise: & duas juxta naturam voluntates, duasque juxta naturam operationes, divinam & humanam, increatam & creatam conjuncte unitas, ad veram confirmationem, quod Deus natura perfectus, & homo natura itidem perfectus, idem proprie est, & unus Christus ac filius: quodque omnes

Vnitas parvo momento scinditur.

sanctis patribus contraeuntes hæretici, quique confusione, quique divisione propriis dogmatibus depravati sunt, impie unam in eo voluntatem & unam operationem sunt confessi: alii quidem, ut per inanem speciem; alii vero, ut per nudam nominum similitudinem, sive per puram ambiguitatem: magnum incarnationis Christi mysterium temerarie reprobarent. Vnde nos ad pietatem vestram confugientes, ut utrorumque tum paternorum piorumque decretorum, tum impiorum hominum ac dogmatum differentiam vestræ potestati aperte exhiberemus, hæc a nobis synodice acta una cum eorum Græca interpretatione misimus, orantes atque hortantes serenitatem vestram divinæ sapientiæ deditam, ut hæc diligenter legere dignetur, pietatisque legibus memoratos hæreticos una cum eorum hæresi condemnet, ac religionis divinæ rationibus solam nobiscum, qui minimi sumus, sanctorum patrum & synodorum orthodoxam confessionem sanciat, ad catholicæ ecclesiæ commendationem & laudem, & ad incolumitatem reipublicæ vestræ, Christum amantis, ipsique servientis. Solet enim una cum orthodoxa fide status reipublicæ florere, ac vestræ potestati merito hostes subjugabit dominus, a vestra serenitate recte creditus, ad vindictam inimicorum creaturam armans. Induet enim lorica justitiæ pietatem vestram, C galeaque muniet, judicio vero ac simulationis experte: & clypeum præbebit, inexpugnabilem religionem, ad subjiciendum pedibus ejus barbaras omnes gentes, quæ bella volunt: utque victorem efficiat, rebus contra vitia pariter & homines feros præclare gerendis: & religiosorum laborum præmium reddat, æternam cum sanctis, qui a sæculo sunt, fruitionem & quietem. Piissimum domini imperium superna gratia custodiat, & omnium gentium cervices ei subdat.

Ephes. 6.

Maximus episcopus sanctæ Dei Aquileiensis ecclesiæ, præsenti a nobis factæ relationi subscripsi.

Deusdedit episcopus Caralitanus, similiter.

Maurus peccator & indignus episcopus sanctæ ecclesiæ Cæsenæ, locum implens Mauri sancti episcopi sanctæ ecclesiæ Ravennæ, præsenti relatione a nobis factæ subscripsi.

Deusdedit presbyter, locum implens Mauri sanctissimi episcopi sanctæ ecclesiæ Ravennæ, præsenti relationi & a nobis factæ subscripsi.

Et ceteri episcopi synodi similiter.

Δεσπότῃ εὐσεβεστάτῳ καὶ γαληνοτάτῳ νικητῇ τροπαιούχῳ υἱῷ ἀγαπῶντι τὸν Θεὸν καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν Κωνσταντίνῳ Αὐγούστῳ. Μαρτῖνος ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ καὶ πᾶσα ἡ σύνοδος, ἡ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει Ῥώμῃ συναχθεῖσα.

*** Hanc & seqq. ex codice Barberino exhibemus*

ΤΩι ἐπουρανίῳ βασιλεῖ τῶν αἰώνων Χριστῷ τῷ Θεῷ διὰ σαρκὸς ἐπὶ γῆς φανόντι τῆς νοερῶς ἐψυχωμένης καὶ ἑνωθείσης αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν, τὰ ἀπὸ γῆς δῶρα, προθύμως οἱ μάγοι προσήγαγον. οὐ μᾶλλον τῆς αὐτοῦ θείας ὄντα δόξης ἐπάξια, ἀσύγκριτος γὰρ, ἢ τῆς αὐτῶν προθυμίας δηλωτικὰ, ἡ μὲν γὰρ ἐστιν ἀόριστος, ἡ δὲ διαφερόντως φιλόθεος, ὑμῖν δὲ γαληνότατοι τοῖς ἐπὶ

γῆς

γῆς δι' αὐτοῦ βασιλεύουσι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπειγομένοις διὰ τῶν ἀρετῶν, τὰ ἐξ οὐρανοῦ καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνακομίζοντα τοὺς δεχομένους σὺν παῤῥησίᾳ πολλῇ προσάγομεν τίμια δῶρα πάντες ἡμεῖς, οἱ αὐτοῦ κατὰ χάριν ὑπάρχοντες ἱερεῖς, τουτέστι τὰ σωτήρια τῶν ἁγίων πατέρων τε καὶ συνόδων κηρύγματα πρὸς ἔνδειξιν ἀληθῆ τῆς εἰς αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν, καὶ Θεὸν καὶ ὑμᾶς τοὺς αὐτοῦ γνησίους θεράποντας, ἐνδιαθέτου στοργῆς, ἐπειδὴ πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἐπὶ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, χρυσὸν ὥσπερ διαυγῆ κεκτημένοις, τὴν στεῤῥὰν εἰς αὐτὸν καὶ εἰλικρινεστάτην ὁμολογίαν. λίβανον δὲ καθαρὸν καὶ ὑπερφυᾶ καὶ εὐώδη θεολογίαν, καὶ σμύρναν τὴν φυλακτικὴν τῶν καλῶν καὶ ἀποστικὴν τῶν ἐναντίων διδασκαλίαν. ἔσονται γὰρ ταῦτα παγίως, τῷ ὑμετέρῳ συντηρούμενα κράτει, στέφανος κάλλους, καὶ διάδημα δόξης, ἐν χειρὶ κυρίου. κόσμος γὰρ βασιλείας ἐστὶν, ἡ τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσις, λαμπρὰ καὶ ἀμάραντος οὖσα, καὶ εὑρισκομένη τοῖς ἐπιζητοῦσιν αὐτὴν, ὅτι τοὺς ἀξίους αὐτῆς, αὐτὴ περιέρχεται ζητοῦσα καὶ ἐμφανίζεται τοῖς μὴ πειράζουσιν αὐτὴν, οὗ χάριν ὑμῖν, κράτιστε βασιλέων, ὡς ἐν ἁπλότητι καρδίας ἐπιζητοῦσι τὸν κύριον καὶ ἐν ἀγαθότητι διανοίας, τὰ περὶ αὐτοῦ φρονεῖν ἐπειγομένοις, ἐξαγγέλλειν αὐτοῦ τὸ σωτήριον ἐσπουδάσαμεν, διὰ τῆς δὲ τῆς μετρίας ἡμῶν ἀναφορᾶς. ἡμῖν γὰρ παρακελεύεται διὰ Ἀμὼς τοῦ προφήτου, τὰ περὶ αὐτοῦ ἐξαγγέλλειν, φάσκων· ἱερεῖς ἀκούσατε, καὶ ἐπιμαρτύρατε τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, λέγει κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ. ἐκδιδάσκομεν οὖν τὸ εὐσεβὲς ὑμῶν καὶ γαληνὸν κράτος, ὅτι κατὰ τήνδε τὴν φιλόχριστον καὶ δουλικὴν ὑμῶν τῶν Ῥωμαίων πόλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες ἡμεῖς ἅπαντες οἱ τῆς σῆς ἡμερότητος πρόσφυγες ἐξ ἀποστολικῆς, ἤγουν πνευματικῆς ὁμοψυχίας τε καὶ συμφωνίας ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ, τὸν εὐσεβῆ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως συνοδικῶς ἐκυρώσαμεν ὅρον, ἀπεκυρώσαμεν δὲ προσηκόντως, τὸν τῶν αἱρετικῶν ἀσύμβατον λόγον, τῶν τε πάλαι καὶ τῶν νῦν σκολιότητι τῶν οἰκείων λογισμῶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἑαυτοὺς χωρισάντων, οἵτινες εἶπον ἐν ἑαυτοῖς λογισάμενοι οὐκ ὀρθῶς μὴ ἔχειν θέλησιν ἢ ἐνέργειαν φυσικὴν ἐν τῇ φύσει τῆς καθ' αὐτὸν ἀνθρωπότητος αὐτὸν τὸν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα κύριον· ἀλλ' ἀνεθέλητον ὑπάρχειν αὐτὸν καὶ ἀνενέργητον, ἀναπτόντε καὶ ἄψυχον, καίτοι σὺν τῇ πατρικῇ διδασκαλίᾳ, μάρτυρα τῆς ἀληθείας, τὴν οἰκείαν ἔχοντες φύσιν, εἰς ἔλεγχον τῆς περὶ τούτου δογματιζομένης αὐτοῖς ἀτοπίας, θελητικὴν ὁρῶντες καὶ ἐνεργητικὴν τὴν ἑαυτῶν οὐσίαν ὑπ' αὐτοῦ γενομένην τοῦ κτίσαντος. πῶς οὖν τὴν οὕτω δημιουργηθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ προσληφθεῖσαν τῇ οἰκείᾳ σαρκώσει κατὰ φυσικὴν ἀπεμείωσε θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, οὐ πιστωσάμενος ἀληθῶς ἐν ἑαυτῷ τὴν ἡμετέραν οὐσίαν, ἀλλὰ φαντάσας ἀπατηλὰς κατ' ἐκείνους τὴν οἰκονομίαν, οἳ διὰ τοῦτο καὶ μίαν τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος ὑπάρχειν ἐδογμάτισαν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν. ἐφ' οἷς ἐκ πάντων σχεδὸν τῶν ἑτέραις ἐπαρχίαις παροικούντων θεοφιλῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν κατὰ ταύτην ἱδρυμένων τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ἀποστολικῶν ἀρχιερέων ἀγαπητικῶς ὑπομιμνησκόμενοι καὶ νουθετούμενοι τῆς τοιαύτης αὐτῶν ἐπιβλαβοῦς ἀποσχέσθαι καινοτομίας, εἰς διόρθωσιν μὲν, οὐκ ἦλθον. ἐπὶ δὲ τὸ χεῖρον προέκοψαν, συνελόντες τὴν κατ' αὐτὸν ἀνθρωπίνην, καὶ τὴν θείαν αὐτοῦ θέλησιν καὶ ἐνέργειαν. οἷα μηδαμῶς μηδεμίαν ἔχειν αὐτὸν ἐν ἑκατέρᾳ τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς ἐστιν ἀποφηνάμενοι φύσεων θέλησιν καὶ ἐνέργειαν· ἀλλ' ἀνεθέλητον εἶναι φύσει καὶ ἀνενέργητον. ὅπερ πάντων τε καὶ πασῶν τῶν ἁγίων πατέρων καὶ τῶν οἰκουμενικῶν πέντε συνόδων, ἀνατρέπει τοὺς ὅρους κατὰ πάντα τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι κηρυξάντων, μόνης δίχα τῆς ἁμαρτίας, οὐ γὰρ ἐν ἁμαρτίᾳ τὸ ἐντελὲς ὁρᾶται τῆς φύσεως, ἀλλὰ τὸ ἐμπαθὲς τῆς ἡμῶν ἐπιγινώσκεται παραβάσεως. εἰ δὲ τέλειον κατὰ πάντα, δηλονότι καὶ κατὰ θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, ὥσπερ καὶ φύσιν ἄναρχόν τε καὶ ἄκτιστον καὶ κατὰ ἀνθρωπίνην θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, ὥσπερ καὶ φύσιν ἠργμένην τε καὶ κτιστὴν τελείωσιν ὁ αὐτὸς, τὸ γὰρ κατά τι μεῖον, ἀθετεῖ προδήλως τὸν τοῦ τελείου λόγον ἐνορᾶσθαι μηδαμῶς αὐτὸν συγχωροῦν, διὰ τὴν τοῦ κατὰ φύσιν προσήκοντος ἔλλειψιν, ἣν οἱ δι' ἐναντίας, φαμὲν δὴ, Θεόδωρος ὁ τῆς Φαρὰν ἐπίσκοπος γεγονὼς, καὶ Κῦρος ὁ Ἀλεξανδρείας, Σέργιος ὁ τῆς βασιλίδος, καὶ οἱ τούτου διάδοχοι, Πύῤῥος καὶ Παῦλος, ἐν πρώτῃ τε καὶ δευτέρᾳ συντάξει τῶν οἰκείων δογμάτων, οὐ μόνον ἐνήργησαν, ἀλλὰ καὶ ἐσπούδασαν, τὴν μὲν δι' ἐκθέσεως αὐτοῖς κυρωθῆναι, τὴν δὲ διὰ τύπου βεβαιωθῆναι, κατὰ τῆς πίστεως· ὑφαρπάσαντες ἀθεμίτως, τὰς τῆς ὑμετέρας γαληνότητος ἀκοάς. ὥσπερ οὖν καὶ τὰς τοῦ ἐν μακαρίᾳ ἁπλῇ τῇ μνήμῃ πάππου τῆς ὑμῶν ἡμερότητος, ἵνα τὸν ἑαυτῶν πανούργως ἑτέροις περιστρέψωνται μῶμον, καὶ διπλᾶς ἐκ χειρὸς κυρίου τούτου χάριν δέξωνται τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας, ταυτὸν δὲ λέγειν τὰς ὑπὲρ αὐτῶν δικαίας ἐκτίσεις, ὡς αὐτοί τε παρανομήσαντες· ἐξ ὧν οὐκ ὀλίγος τάραχος ἐν τοσούτοις χρόνοις συνέχει τὴν σύμπασαν γῆν· οἷα μὴ μόνον τῶν εὐσεβῶν σκανδαλιζομένων λαῶν, ἀλλ' ἤδη που καὶ τῶν ἀθέων βαρβάρων τὸ μέγα τῆς ἡμῶν ὁμολογίας διακωμῳδούντων μυστήριον τῷ μὴ τὴν πρώτην μόνον καὶ κυριωτάτην ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀθετηθῆναι πίστιν, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτῆς ἐπινοηθεῖσαν θᾶττον ὑπ' αὐτῶν καταργηθῆναι τῇ τῆς καινοτέρας ἀντεισφορᾷ κακίστης αἱρέσεως. ὡς μηδὲ γινώσκειν ἔτι λοιπὸν ἐκείνους, τί τὸ πιστευόμενόν ἐστιν αὐτοῖς, ἢ δοξαζόμενον, ἐξ ἀνενδότου τῶν οἰκείων περιτροπῆς. οὗ χάριν ἐκ πάντων σχεδὸν τῶν εὐσεβῶν ἱερέων τε καὶ λαῶν τὰς ἐκβοήσεις κατ' αὐτῶν δικαίως ὁ ἀποστολικὸς δεχόμενος θρόνος, ἐνοχλουμένων αὐτὸν καὶ διαμαρτυρομένων μὴ μέχρι τέλους οὕτως ὑπ' αὐτῶν κινδυνεύουσαν παριδεῖν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν. ἀλλὰ διαναστῆναι προθύμως καὶ περιστῶσαι δι' ἀκριβοῦς τῶν πατρικῶν καὶ συνοδικῶν ὅρων παραφυλακῆς, τὴν ἀμώμητον ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστιν, πάντας ἡμᾶς ἱεραρχικῶς συνεκάλεσε πρὸς τὸ παρ' ἡμῶν ἅπαντα ψηλαφηθῆναί τε καὶ κριθῆναι κανονικῶς, διὰ πράξεως ὑπομνημάτων τῶν ἐναν-

πίων τὰ δόγματα. περὶ ὧν καὶ εἰπεῖν ἀπετόλμησαν εἰς ἀπάτην τῶν ἀκεραιοτέρων. ταῦτα τῆς δυσσεβείας ὑπάρχειν τὰ δόγματα, ἃ παραδεδώκασιν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου γενόμενοι, καὶ οἱ καθεξῆς τούτων μαθηταὶ καὶ διάδοχοι θεόπνευστοι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι· ταυτὸν δὲ λέγειν αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ πέντε σύνοδοι. διὸ πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας καὶ ἀπογύμνωσιν τῆς τῶν ἐναντίων συκοφαντίας τὰ τούτων ἄτοπα δόγματα, καὶ τὰ τῶν ἁγίων πατέρων τε καὶ συνόδων εὐσεβῆ κηρύγματα κατὰ διαστολὴν εὐκρινῶς παραθέμενοι καὶ μηδεμίαν εὑράμενοι τούτων πρὸς ἐκεῖνα συγγένειαν. ὥσπερ οὐδὲ σκότους παντελῶς πρὸς τὸ φῶς, τὰ μὲν ὡς ἔφαμεν, ὁριστικῶς ἐκυρώσαμεν. ἤγουν τὰ σωτήρια τῶν ἁγίων πατέρων τε καὶ συνόδων θεσπίσματα, τὰ δὲ συμφώνως, κατεκρίναμεν ἅπαντες, ὡς ἐναντία τῶν εὐσεβῶν ὅρων ὑπάρχοντα καὶ πολέμια, καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς αἱρετικοὺς ἤγουν τοὺς εἰρημένους ἄνδρας μετὰ τῆς ἐξηγήσεως αὐτῶν καὶ παρὰ διδαχῆς, γενομένης ἐκθέσεως καὶ τοῦ ῥηθέντος τύπου καὶ πάντων τῶν ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένων αὐτοῖς γεγραμμένων, ἵνα τὴν ὑμετέραν ἐν πᾶσιν ἀκηλίδωτον διαφυλάξωμεν ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἐγγράφως βαρυνομένην. καθ' ἧς καὶ λέγειν ἐτόλμησαν τοῖς κατὰ τὴν Ἀφρικὴν εὐλαβέσιν ἐπισκόποις, ἐπιστέλλοντες, ὅτι βασιλικῷ πρὸς ἀλήθειαν φρονήματί τε καὶ βουλεύματι διαναστάντες τὸν εἰρημένον εὐσεβῆ τύπον ἐξέθεσθε, τῆς ἄγαν ἀκριβείας ἀβλαβῶς ἐνδοῦναι μικρὸν διαγορεύοντα. ταῦτα δὲ γεγραφήκασιν, οἷα μηδαμῶς τῶν ἁγίων πατέρων ἐπακούσαντες, ὡς οὐ μικρὸν τὸ παρὰ μικρὸν ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ καὶ θείοις ὑπάρχει κηρύγμασιν. ἀλλ' ἔσπευσαν ἐν τούτῳ δὴ μάλιστα τὴν οἰκείαν ὡς εἴρηται τῷ ὑμετέρῳ κράτει περιστρέψασθαι λώβην ἐν τῷ παρὰ τὴν ἀκρίβειαν ἔχειν αὐτῆς τὸν τύπον μαρτύρασθαι, καὶ ἄλλοις ἐγγράφως κατασημαίνειν· ὧν τὴν ἐπὶ τούτοις ἐκτρεπόμενοι κακουργίαν, σὺν τούτοις αὐτοῖς καὶ τὴν αἵρεσιν αὐτῶν κανονικῶς κατεκρίναμεν· πανταχοῦ τοῖς πᾶσι καὶ πρὸ πάντων τῇ ὑμετέρᾳ θεοστηρίκτῳ γαλήνῃ γνωρίσαντες διὰ τῶν συνοδικῶς ἡμῖν ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἐπὶ τοῦ παρόντος πραχθέντων ὡς δύο τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ κηρύττουσιν οἱ θεολόγοι τὰς φύσεις ἤγουν οὐσίας ὁμολογεῖν, καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένας ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως, καὶ δύο τὰς κατὰ φύσιν θελήσεις καὶ δύο τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην, ἄκτιστον καὶ κτιστήν. συμφυῶς ἡνωμένας εἰς πίστωσιν ἀληθῆ, τοῦ Θεὸν φύσει τέλειον καὶ ἄνθρωπον φύσει τέλειον τὸν αὐτὸν κυρίως ὑπάρχειν, καὶ ἕνα Χριστὸν καὶ υἱὸν, καὶ ὅτι πάντες οἱ αἱρετικοὶ τοῖς ἁγίοις ἀντιῤῥόπως ἰόντες πατράσιν, οἵτε τῇ συγχύσει καὶ τῇ διαιρέσει τῶν οἰκείων δογμάτων καταφθαρέντες, μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν, ἐπ' αὐτοῦ δυσσεβῶς ὡμολόγησαν· οἱ μὲν, ἵνα διὰ κενῆς φαντασίας, οἱ δὲ, ἵνα διὰ ψυχῆς ὁμωνυμίας, τὸ μέγα τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ μυστήριον προπετῶς ἀθετήσωσιν. ὅθεν ἡμεῖς οἱ τῆς ὑμετέρας πρόσφυγες εὐσεβείας, ἵνα τὴν ἑκατέρων τουτέστι τῶν τῆς εὐσεβείας πατέρων καὶ ὅρων καὶ τῶν ἀσεβῶν ἀνδρῶν καὶ δογμάτων τῷ ὑμετέρῳ κράτει τὴν διαφορὰν εὐκρινῶς παραστήσωμεν, αὐτὰ τὰ παρ' ἡμῶν συνοδικῶς πραχθέντα, μετὰ τῆς τούτων πρὸς τὴν ἑλλάδα φωνὴν ἑρμηνείας ἀπεστείλαμεν, δεόμενοι καὶ παρακαλοῦντες, τούτοις ἐπιεικῶς ἐντυχεῖν ἀξιοῦσαν τὴν θεόσοφον ἡμῶν γαληνότητα. νόμοις μὲν εὐσεβείας τοὺς εἰρημένους αἱρετικοὺς μετὰ τῆς αὐτῶν αἱρέσεως, καταδικάσαι. λόγοις δὲ θεοσεβείας, μόνην σὺν ἡμῖν κυρῶσαι τοῖς ἐλαχίστοις, τὴν τῶν ἁγίων πατέρων τε καὶ συνόδων, ὀρθόδοξον ὁμολογίαν. εἰς σύστασιν μὲν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἀσφάλειαν δὲ, τῆς φιλοχρίστου καὶ δουλικῆς ὑμῶν πολιτείας. ἐπειδὴ συνακμάζειν εἴωθέ πως ἀεὶ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ ἡ τῆς πολιτείας συντήρησις. συνεκπολεμήσει γὰρ τῷ ὑμετέρῳ κράτει δικαίως τοὺς πολεμίους, ὁ παρὰ τῆς ὑμετέρας γαλήνης ὀρθῶς πιστευόμενος κύριος, ὁπλοποιῶν τὴν κτίσιν, εἰς ἄμυναν τῶν ἐχθρῶν. ἐνδύσει γὰρ θώρακα δικαιοσύνης, τὸ εὐσεβὲς ὑμῶν κράτος, καὶ περιθήσει αὐτῷ κόρυθα, κρίσιν ἀνυπόκριτον. παρέξει τε ἀσπίδα ἀκαταμάχητον ὁσιότητα, πρὸς τὸ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, πάντα τὰ βάρβαρα φῦλα, τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα, καὶ νικηφόρον ἀναδείξει ταῖς κατὰ παθῶν ὁμοίως καὶ ἀνδρῶν ἀπειθάστων ἀρίσταις ἀνδραγαθίαις, καὶ γέρας ὁσίων καμάτων τὴν αἰωνίαν μετὰ τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων κληρουμένον, ἀπόλαυσίν τε καὶ ἀνάπαυσιν. τὴν εὐσεβεστάτην τοῦ δεσπότου βασιλείαν, ἡ ἄνωθεν χάρις διαφυλάξοι, καὶ πάντων τῶν ἐθνῶν τοὺς αὐχένας αὐτῷ ὑποτάξοι.

Μάξιμος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Ἀκυλείᾳ ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας τῇ παρούσῃ ἀναφορᾷ τῇ παρ' ἡμῶν γενομένῃ ὑπέγραψα.

Δεουσδέδιτ ἐπίσκοπος Καράλλεως, ὁμοίως.

Μαῦρος ἁμαρτωλὸς καὶ ἀνάξιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Κεσηνῇ ἁγίας ἐκκλησίας, τὸν τόπον ἀναπληρῶν Μαύρου τοῦ ἁγίου ἐπισκόπου τῆς ἐν Ῥαβέννῃ ἁγίας ἐκκλησίας τῇ παρούσῃ ἀναφορᾷ καὶ παρ' ἡμῶν γενομένῃ ὑπέγραψα.

Δεουσδέδιτ πρεσβύτερος τὸν τόπον ἀναπληρῶν Μαύρου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς ἐν Ῥαβέννῃ ἁγίας ἐκκλησίας τῇ παρούσῃ ἀναφορᾷ καὶ παρ' ἡμῶν γενομένῃ, ὑπέγραψα.

Καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι τῆς συνόδου, ὁμοίως.

IV. AD ECCLESIAM CARTHAGINENSEM.

Probat fidei confessionem, quam miserant; ad eamdem tuendam ipsos excitat: acta concilii Lateranensis contra Monothelitas exponit.

Electo spirituali consensu catholicæ Carthaginensium ecclesiæ, & omnibus qui ei subsunt, episcopis, clericis, populisque Christi amantibus, Martinus servus servorum Dei, ejus gratia episcopus sanctæ catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ.

OMNIS quidem virtus, dilecti fratres, bonis viris inter se conciliare solet generosissimum amorem, qui necessitudine religiosæ mentis & conversationis, indissolubile caritatis vinculum semper in se conservant. Fidei vero verbum, sicut radix quædam ac fundamentum virtutum, universos universis, atque ipsi, qui super

per omnes est, Deo, eos qui orthodoxe in eum credunt, spiritualiter contemperat, eosque juxta regulam fidei, quæ una voce ab iis prædicatur, sic unit, ut omnes ab invicem magis quam a seipsis cognosci faciat, per indivisibilem Spiritus gratiam. Atque hoc nobis aperte Actorum liber testatur hoc modo manifeste prædicans: *Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis.* Vnde his ipsis, id est fide ac virtute, vinculum caritatis vos quoque, fratres, habere cognoscentes, & erga nos & adinvicem, atque ad bonorum fontem dominum nostrum ac Deum Iesum Christum, quæque præterea confessionis conjunctione, ultro citroque quasi transferendo, facile nobis subministratur, ad declarationem piorum, qui in mentibus nostris sunt, sensuum: vos merito de sincero corde amplectimur, cum maxime tamquam perennes lucernas, confessionis vestræ characteres nobis expresseritis, sive huic apostolicæ sedi, per synodales literas vestras, quos in nobis Spiritus sanctus informavit per ecclesiæ catholicæ oratorem, gloriosum nempe Augustinum, quibusque cum vos patrissare compererimus, & universum in vobis doctoris decus in vestris piissimis dogmatibus efferre atque exprimere, necessario his beati Ieremiæ verbis vos omnes collaudamus: *Recordatus sum misericordiæ adolescentiæ tuæ, & dilectionis perfectionis tuæ.* Adolescentiam appellans, misericordiæ vigorem, sive fidei radicem, sicuti a S. Paulo dictum est: *Credere enim primum oportet accedentem ad Deum, quod est, & quærentibus se retributor:* dilectionis vero perfectionem, impletionem mandatorum. *Nam qui diligit me,* inquit dominus, *mandata mea servabit:* &, *Ego & Pater ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Vnde & in virum perfectum & in mensuram ætatis plenitudinis Christi perveniunt ii, qui hæc secundum vos studiose servant. Horum igitur & nos cum virtute conjunctorum insigniumque dogmatum memores, non infructuosum effecimus vestrum æmulandum consensum, sed per spiritualem in altari intercessionem Deo tamquam dona offerentes eorum quæ a vobis synodaliter gesta sunt, manifeste exultantes, & intercedentes pro salute vestra, ea domino obtulimus in odorem suavitatis, sive ostensionem sinceræ in ipsum confessionis, ac per utilem eorum recitationem vos præcones veritatis ubique omnibus exhibuimus. Odor erit enim vitæ ex vita iis qui nostram fidem aperte imitantur. Vt autẽ hujusmodi nostri sacrificii pretiosum opus vobis quoque ipsis penitus certum faceremus, ea quæ in præsenti a nobis gesta sunt, continentia, sicuti dictum est, vestrorum sermonum splendorem & coruscationem una cum nostris encycliis literis ad vos misimus per Theodorum & Leontium religiosos monachos sanctæ Lauræ; ut scienter intuentes nostra dogmata, (nostra enim, secundum indivisam Spiritus communionem vestra sunt) id est apostolicas & paternas ecclesiæ catholicæ prædicationes, dicatis, & ipsi, in divina agnitione facti, nequaquam in excessu mentis, verum semper mentibus vigilantes: *Hoc nunc os ex ossibus nostris, & caro de carne nostra:* eamdem quippe in sensibus verbisque veritatis cognationem per omnia & conspirationem invenientes. Hæc vera fides vocabitur, Deo quidem ante omnia sæcula præcognita, nunc vero propter nos manifestata, nobisque omnibus, qui in ipsum orthodoxe credimus, donata: quod ab ipso, qui vere creditur, Christo accepta, per salubrem prædicationem data est in salutem animarum nostrarum, propter quam non solum patrem & matrem omnino derelinquet pius homo & orthodoxus, sed suam etiam ipsius animam, eique soli adhærebit per integram & inculpatam paternæ doctrinæ unitatem. *Mysterium enim hoc magnum est. Dico autem,* ait divinus apostolus, *in Christo & in ecclesia.* Cognoscite igitur, dilectissimi, vocationem vestram, firmiter hanc custodientes, sicut eam per memoratos sanctos patres, & universales quinque synodos accepistis: quandoquidem & nosipsos, ut antea nobis dictum est, hortati estis, hujus fructum offerre Deo, vestrum nobis per ea quæ synodaliter scripsistis, zelum demonstrantes. Ne simus igitur propriæ confessionis prævaricatores per coactionem vel per fraudem eorum, qui nos, ut verisimile est, vel impetunt, vel tentant: ne in die judicii rationem prævaricationis in sæcula sæculorum reposcamur. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis prævaricatio & inobedientia accepit justam mercedis retributionem; quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ cum initium accepisset enarrari per dominum, ab eis qui audierunt, nempe a sanctis apostolis, * ac deinceps ab eorum discipulis, in nos confirmata est, contestante Deo signis, & portentis & Spiritus sancti distributionibus: enimvero & demonstrationibus tum ex scriptura, tum ex argumentis, ac iis plane omnibus, quibus veritatis præconium tam multis temporibus patres confirmarunt; quod & nos synodaliter sanximus; ad stabilimentum & commendationem ecclesiæ catholicæ, damnationem vero hæreticorum, qui & olim & nunc eam oppugnarunt, eorumque præsertim, qui temporibus nostris exorti sunt: Theodori, inquam, qui Pharan fuit episcopus, & Cyri, qui Alexandriæ, & Sergii, qui Constantinopolis, ejusque successorum: quorum alii usque in finem non pœnituerunt: alii ad hanc diem usque hæresim pertinaciter defendunt: & idcirco aliquando unam, aliquando vero nullam prorsus voluntatem & operationem divinitatis atque humanitatis domini nostri Iesu Christi, juxta impios, qui eos præcesserunt hæreticos confitentur: commutantes orthodoxam patrum fidem in eas quas excogitarunt, & contra catholicam ecclesiam induxerunt, * expositiones & formulas. Vnde non immunes erunt ab ea quæ ipsis irrogata a sanctis patribus ac synodis est, horribili comminatione, vel potius a tremendo Dei judicio. Quid enim in fide orthodoxa invenerunt iniquitatis? *Quia elongaverunt a me, dicit dominus, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt. Non enim dixerunt sacerdotes eorum, ubi est dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores prævaricati sunt in me: & prophetæ prophetaverunt in Baal, & inutilia secuti sunt. Propterea adhuc judicio contendam cum eis, ait dominus: Considerate enim vehementer, & videte si factum est hujusmodi; si mutavit gens Deos suos, & certe ipsi non sunt dii. Populus vero meus mutavit gloriam suam: de quo nihil ei proderit.* Quocirca obsecramus vos fratres dilectissimi, *ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni*

Margin notes: Act. 4. — Ier. 2. juxta 70. — Hebr. 11. — Ioan. 14. — Communio sanctorum egregie declarata. — Gen. 2. — Constantia in fide catholica. — Vnitas dei. — Eph. 5. — * vel, ac ejus discipulis. — * vel, ectheses ac typos. — Hier. 2. — Ephes. 4.

omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in caritate, solicits servare unitatem spiritus in vinculo pacis: unum corpus & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ: Vnus dominus, una fides, unum baptisma: non deserentes collectionem vestram. perditio eorum non dormitat. Persuasi autem sumus de vobis, dilecti fratres, quod facilius putatis, cœlum & terram transire, quam iota unum, aut unum apicem: quod est divinitas ejus atque humanitas, mystice in figuram crucis formatæ: iis qui proposita intellectualiter percipiunt ex tradita nobis a sanctis patribus & synodis fide, quam vos quoque literis ad nos datis, & synodaliter confessi estis: qua pie prædicastis, ipsum solum potentem Deum ac dominum nostrum Iesum Christum duas habere naturas in hypostasi inconfuse & indivise unitas, duasque naturales voluntates, ac duas naturales operationes, increatam & creatam, divinam & humanam, cohærenter unitas; ad demonstrandum eumdem & unum dominum nostrum ac Deum, perfectum in divinitate, & perfectum eumdem in humanitate absque solo peccato esse, ut Deo & patri consubstantialem secundum ejus divinitatem, & perpetuæ virgini consubstantialem secundum ejus humanitatem, & totum eumdem in propriis sempiterne ac principio, eumdemque totum in nostris, in ultimis temporibus, sine diminutione ac sine phantasia. Nam in hac prædicatione divina firmiter fundamentum ecclesiæ integrum stat, inconcussum signaculum habens veræ patrum confessionis. Advertite igitur diligenter, fratres, ne quis desit gratiæ Dei, quæ per ipsos sanctos nobis tradita est, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, ac per eam inquinentur multi: scientes, quod non ad tractabilem & accensum ignem accessimus, sed ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Ierusalem cælestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cælis, & judicem omnium Deum, & spiritus justorum perfectorum, & testamenti novi mediatorem Iesum, & sanguinem aspersionis melius loquentem quam Abel, & horribiliter ac minaciter redarguentem eos, qui orthodoxæ in ipsum fidei prævaricatores sunt. Propter quod remissas manus & soluta genua erigentes, & gressus rectos facientes pedibus nostris, ad bravium supernæ vocationis properemus, obliviscentes quidem hæreticos, qui post sensum suum ambulaverunt; ad patres vero, qui ante nos in orthodoxa fide consummati sunt, nosmetipsos extendentes: qui nobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem; cujus causa offerimus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus. *Talibus enim hostiis promeretur Deus.* Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam serviamus placentes Deo cum metu & reverentia: etenim Deus noster ignis est consumens adversarios, quem ut lucem inaccessibilem, & splendorem gloriæ, & characterem paternæ substantiæ, digni efficiamini posterius nobiscum videre, id est cum sanctis qui a sæculo fuerunt, per sinceram in ipsum & orthodoxam fidem, sorte secundum promissum vobis distribuentem quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se: cui cum Patre & Spiritu sancto gloria, honor, potestas, adoratio nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Hebr. 13.

Hebr. 12.

Τῷ κατὰ συμφωνίαν πνευματικὴν ἐκλεκτῷ γενομένῳ τῆς Καρθαγεννησίων καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτὸν τελοῦσιν ἐπισκόποις καὶ κληρικοῖς καὶ φιλοχρίστοις λαοῖς. Μαρτῖνος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ κατὰ χάριν αὐτοῦ ἐπίσκοπος τῆς Ῥωμαίων ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας.

a ** Hanc & seqq. ex codice Barberino exhibemus

TE spiritu vegeto ac vivido esse, dilectissime, significat virtutis tenor. Effers enim hujusmodi spiritualis roboris apertos characteres, in quibus insigne est atque eximium caritatis non fictæ studium, quo ostendisti, te non verbo, neque lingua, sed opere & veritate diligere, juxta mandatum domini: qui per proprios monachos nobis eum conservasti, qui a nostra apostolica cathedra missus est, Deo amabilissimum Stephanum episcopum civitatis Dorensium, pro quo mercedem a domino habentes, satagite ad certamina pro pietate studiosius vos extendere, & virtutum reginam, sanctissimam nostram fidem omni bono zelo defendere: ut eos qui ipsi præter rationem adversantur, misericorditer convertas, vel non convertentes se redarguas: ut integrum catholicæ ecclesiæ verbum conservantes, Christum, rectorem ejus ac sponsum habeatis, in thalamo cælestis regni vos gratia reficientem: cum ei, qui vos ad luctam & pugnam delegit, complaciti fueritis, in spiritualis certaminis ratione. Quæ hic a nobis synodaliter acta sunt ad commendationem & defensionem ecclesiæ catholicæ, id est, paternarum ac synodalium ejus definitionum & sanctionum, proxime misimus a nobis canonice delecto vicario, Ioanni dilecto fratri nostro & episcopo Philadelphensium ecclesiæ: cui recte facitis tum consentientes, tum omnes orthodoxos vobiscum excitantes ad impletionem eorum, qui pie ipsi commissi sunt, articulorum, in laudem ecclesiæ catholicæ. Vobis enim pro eo multa merces in regno cælorum retribuetur.

Γεωργίῳ Ἀρχιμανδρίτῃ, Μαρτῖνος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας αὐτοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος.

** Hanc & seqq. ex codice Barberino exhibemus.

ΝΕΑΖΟΝΤΑ σε τῷ πνεύματι γνωρίζει τῆς ἀρετῆς ὁ τόνος, ἠγαπημένε. φέρεις γὰρ τῆς τοιαύτης πνευματικῆς ἰσχύος ἐναργεῖς τοὺς χαρακτῆρας, ὧν ἐπίσημός ἐστι καὶ ἐξαίρετος ὁ τῆς ἀγάπης ἀνυπόκριτος πόθος, δι' οὗ παρέστησας ὅτι οὐκ ἀγαπᾷς λόγῳ, οὔτε γλώσσῃ, ἀλλ' ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου· περισωσάμενος ἡμῖν διὰ τῶν οἰκείων μοναχῶν, τὸν ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀποστολικῆς καθέδρας αὐτόθι σταλέντα Στέφανον, τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τῆς τῶν Δωριτῶν πόλεως, ὑπὲρ οὗ τὸν μισθὸν ἔχοντες παρὰ κυρίου, σπουδάσατε τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσι προθυμότερον ἐπεκτείνεσθαι, καὶ τὴν ἡγεμονίδα τῶν ἀρετῶν, λέγω δὴ τὴν ἁγιωτάτην ἡμῶν πίστιν, εὐζηλώτως ἐκδικεῖν. ὥστε τοὺς ἀντικαθισταμένους αὐτῇ παραλόγως, συμπαθῶς ἐπιστρέφειν, ἢ μὴ ἐπιστρέφοντας, διελέγχειν· ἵνα τὸν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀλώβητον διασωσάμενοι λόγον, σχοίητε τὸν αὐτῆς ἁρμοστὴν καὶ νυμφίον Χριστὸν, τῷ θαλάμῳ τῆς αὐτοῦ κατ' οὐρανῶν βασιλείας ἐναναπαύοντα κατὰ χάριν ὑμᾶς ὡς αὐτῷ τῷ στρατολογήσαντι Χριστῷ, πρὸς πάλιν καὶ μάχην τῶν ἐναντίων ἐπιδειξαμένους κατὰ λόγον πνευματικῆς ἀθλήσεως, τὸ διὰ πάντων εὐάρεστον. τὰ δὲ συνοδικῶς ἡμῖν ἐνθάδε πραχθέντα πρὸς σύστασιν καὶ ἐκδίκησιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ταυτὸν δὲ λέγειν τῶν πατρικῶν καὶ συνοδικῶν αὐτῆς ὅρων καὶ θεσπισμάτων ἀρτίως ἐστείλαμεν, τῷ παρ' ἡμῶν προβληθέντι κανονικῶς τοποτηρητῇ Ἰωάννῃ τῷ ἀγαπητῷ ἡμῶν ἀδελφῷ καὶ ἐπισκόπῳ τῆς Φιλαδελφέων πόλεως· ᾧ καλῶς ποιεῖτε, αὐτοί τε συντρέχοντες, καὶ πάντας τοὺς ὀρθοδόξους σὺν ὑμῖν διεγείροντες, εἰς ἐκπλήρωσιν τῶν εὐσεβῶς ἐπιτραπέντων αὐτῷ κεφαλαίων εἰς σύστασιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἔσεται γὰρ ὑμῖν ὑπὲρ τούτου πολὺς ὁ μισθὸς, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

IX. AD PANTALEONEM.

Absolutum fuisse Dorensem episcopum falso ab eo delatum. peccasse illos, per quos actum est, quo minus sedis apostolicæ auctoritatem receperit episcopos & presbyteros ordinandi. & quid cum his, qui non canonice in patriarchatu Hierosolymitano electi fuerant, agendum.

Pantaleoni Martinus servus servorum Dei, sanctæ ejus Romanæ catholicæ ecclesiæ episcopus.

SEMPER quidem omnis hominum vita, propter condemnationem ortam e transgressione Adam primævi patris, non in aliis omnino esse cognoscitur, quam in gemitibus & lacrymis; sed nunc præcipue, propter peccatorum abundantiam, & inflictionem vehementiorum propter ipsa correptionum & pœnarum: quandoquidem errori & amentiæ delicti, castigationis & emendationis medicinam Dei humanitas adjunxit. Quod caritas tua manifeste cognoscens, non debuit ita se gerere adversus eum, qui ab apostolica sede missus esset, Stephanum Deo amabilem episcopum Dorensium civitatis, aut ejusmodi de eo ad nos per propriam relationem transmittere, cum salvatoris nostri mandatum id non facere jubeat, sed præcipiat invicem sincere diligere. Ecce enim illa diligenter expendentes, vana prorsus invenimus, nec ullis argumentis demonstrata. atque idcirco eum merito ex apostolica justificavimus auctoritate: iis autem qui contra eum scripserunt, crimen dimisimus, canonis rigorem misericordia temperantes, & ad resipiscentiam ipsis sufficere existimantes fabulæ revelationem. Nam aliud talium hominum peccatum ad remissionem sola indiget salvatoris nostri bonitate. Scriptum est enim: *Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in dominum peccaverit vir, quis orabit pro* 1 Reg. 2.

eo? Vniversam enim, quæ istic est, catholicam A ecclesiam clauserunt, quantum in ipsis est, qui vel fecerunt vel consenserunt, ne memorato episcopo redderentur missa ad eum ab apostolica sede præcepta, quibus ejus vicarius constitutus est, ac jussus, propte temporis angustias, id est, propter pressuram cuentium in nos gentium, canonice instituere, ad supplementum ecclesiastici ordinis, episcopos & presbyteros & diaconos, quoad potestas nobis defuit ad promovendum patriarcham Hierosolymorũ. Oportebat igitur eos qui se zelum habere profitentur, hic zeli ardorem exhibere: ut Christianorum augeretur & exaltaretur cornu, incremento sive creatione sacerdotum. Oportuit passionem humanam vinci, propter salutarem Christi Dei passionem. Oportuit humanæ contentioni anteferre catholicæ ecclesiæ ædificationem, nec violari apostolicam de eo jussionem. Dicit enim ad Samuel Deus: *Non te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos.* Ea enim fecerunt, quæ nec hæretici unquam ausi sunt facere; abscondentes ea quæ ad creationem & institutionem pertinebant: ea vero tradentes, quæ ad depositionem. Quam igitur defensionem habebunt, cum jam propter eos non sint ibi episcopi & sacerdotes, qui jugiter altari insistant, & sacrificia atque oblationes pro populo ad salutem animarum offerant? quamvis cognoscant, quod ultima hora sit, & scandalorum tempus immir at. atque idcirco oportebat pluribus episc s & presbyteris & diaconis providenter eccle as Dei ubique increbrescere, quemadmodu navim, quæ in pelago tempestate jactatur, pluribus gubernatoribus & nautis. hujus enim rei gratia & nos in ædificationem præcipue, & non in destructionem a domino potestatem accepimus, ut populis fluctuantibus humane ac benigne opitulemur. Vnde ob hanc potestatem mota apostolica sedes nihil prætermisit, quo catholica istic ecclesia per memoratum religiosum episcopum convenienter sacerdotale decus recuperaret. qui vero id prohibuerunt, sib. de eo imputabunt rationem. cujus causa lugens & contristatus ingredior, dies noctesque bonitatem Dei cum lacrymis obsecrans, ne hered tem suam usque in finem repellat; sed ostium aperiat, quod illi concluserunt: ut rursum istic sacerdotii ejus, per supplementum episcopo m, splendor & ornamentum exoriatur: ecclesiæ oves cura pastorali servans, & a luporum insidiis vigilanti studio eripiens. De iis, qui non canonice istic electi sunt in patriarchia beatæ memoriæ Sophronii, cum canonem inviolabiliter decernimus custodiri, qui a sanctis apostolis & patribus nostris constitutus est de iis qui in alia civitate præter sententiam scientiamque pontificis, qui ei civitati præest, vel eligunt, vel eliguntur, vel consentiunt, vel convocant. Canones enim ecclesiasticos solvere non possumus, qui defensores & E custodes canonum sumus, non transgressores. tametsi utramque sedem illi violarunt: hanc quidem apostolicam sedem, quod creationum præcepta non dederint, ut ante dictum est: sedem vero sancti Iacobi, quod Sophronium celare studuerint, ut ceteri libere, sicuti ipsi volunt, non sicut sanctus Spiritus jubet, electiones sibi arrogarent. tales propterea ecclesiæ canon castigat. non enim confusionis ac turbationis Deus est, sed ordinis & pacis. Qui vero ante ipsius patriarchiam, aut post dormitationem memorati Sophronii creati sunt: de iis scripsimus, propter tẽporis angustiam, quæ sic creatis defensionis locũ præbet cum inde ecclesiastico canoni nullo modo præjudicetur: ut, cum libellum sinceræ pœnitentiæ sive orthodoxæ fidei dederint ei, qui nuper a nobis ad id istic delectus est, eos in proprio ordine confirmet, modo hi ex aliis peccatis non prohibeantur confirmari, quæ a canone notata sint. Transmissas autem dogmaticas chartas, sive quæ scripta sunt ab adversariis damnamus una cum iis qui scripserunt, siquidem in propriæ opinionis perversitate maneant; ut & omnes hæreticos, cum omnibus impiis eorum scriptis: hortantes eos qui ubique orthodoxi sunt, ut in patrum doctrina, & iis quæ synodaliter definita sunt, ac nuper a nobis hic per synodum confirmata ad commendationem defensionemque ecclesiæ catholicæ, quæ brevi nota omnibus faciemus, ea mittentes; firmiter, inviolabiliterque permaneant. Nam hæc vos nobiscum pie servantes, dominique fidem bono zelo asserentes, res vestras feliciter geretis, ac promissa cælesti hereditate tandem dignabimini.

1. Reg. 8.

Ecclesiam præcipue ædificat qui de numeroso & bono clero est sollicitus.

Lateran. concil. secre. 2.

Electiones factiosæ cavendæ.

Πανταλέοντι, Μαρτῖνος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ τῆς τῶν Ρωμαίων ἁγίας αὐτοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος.

AEI μὲν πᾶς ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος διὰ τὴν ἐκ παραβάσεως τοῦ προπάτορος Ἀδὰμ C καθαδίκην, οὐκ ἐν ἑτέροις ὑπάρχων γνωρίζεται παντελῶς, εἰμὴ ἐν στεναγμοῖς τε καὶ δάκρυσιν· ἐξαιρέτως δὲ νῦν διὰ τὴν πλημμύραν τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ τὴν δι' αὐτὰ τῶν σφοδροτέρων ἐπαγωγὴν παιδευμάτων· ἐπειδὴ τῇ ἀνοίᾳ τοῦ παραπτώματος, τὴν ἰατρείαν ἡμῖν τοῦ σωφρονιστικοῦ παιδεύματος, συνέζευξε φιλανθρώπως ὁ κύριος, ὅπερ καὶ ἡ σὴ ἀγάπη δι' ἀκριβείας γινώσκουσα οὐκ ὤφελεν οὕτως ἐνεχθῆναι, πρὸς τὸν ἐκ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, αὐτόθι σταλέντα Στέφανον τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τῆς Δωρητῶν πόλεως, ἢ τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς D ἀναγαγεῖν, διὰ τῆς οἰκείας ἀναφορᾶς, τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐντολῆς, μὴ τοῦτο παρ' αὐτῶν παρεγνωσμένης, ἀλλ' ἀγαπᾷν εἰλικρινῶς ἀλλήλους παρακελευομένης. ἰδοὺ γὰρ σὺν ἀκριβείᾳ τὰ περὶ αὐτοῦ κατεξετάσαντες, ἔωλα παντάπασιν εὕρομεν ὄντα καὶ ἀναπόδεικτα. διὰ τοῦτο μὲν, εἰκότως ἐξ ἀποστολικῆς ἐδικαιώσαμεν αὐθεντίας· τοῖς δὲ κατ' αὐτοῦ γεγραφόσι, τὸ κρῖμα παρεχωρήσαμεν, ἐλέῳ συγκεράσαντες, τὴν τοῦ κανόνος ἀκρίβειαν, ἀρκετὸν αὐτοῖς ἡγησάμενοι πρὸς συναίσθησιν τὴν τοῦ δράματος ἀποκάλυψιν. τὸ γὰρ ἕτερον τῶν τοιούτων πλημμέλημα, μόνης χρήζει πρὸς ἄφεσιν τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀγαθότητος. γέγραπται γάρ· ἐὰν ἁμάρτῃ ἀνὴρ εἰς ἄνδρα, E καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ πρὸς κύριον· καὶ ἐὰν τῷ κυρίῳ ἁμάρτῃ, τίς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ; διότι πᾶσαν τὴν αὐτόθι καθολικὴν ἐκκλησίαν, ὃ καὶ λέγων πενθῶ καὶ δακρύω, συνέκλεισαν ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς, οἵτε δράσαντες καὶ οἱ συμβουλεύσαντες, μὴ ἀποδοθῆναι τῷ εἰρημένῳ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τὰ σταλέντα πρὸς αὐτὸν ἐκ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου παρακέλευστα, δι' ὧν τοποτηρητὴν αὐτὸν κατέστησεν ἑαυτοῦ προστάξας αὐτῷ διὰ τὴν στένωσιν τοῦ καθ' ἡμᾶς καιροῦ, ταυτὸν δὲ λέγειν

** Hanc & seqq. ex codice Barberino exhibemus

λέγειν τὴν συνοχὴν τῶν ἐπελθόντων ἡμῖν ἐθνῶν, ἵνα χειροτονήσῃ κανονικῶς αὐτόθι πρὸς συμπλήρωσιν τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις ἐφ' ὅσον προαχθῆναι πατριάρχην Ἱεροσολύμων ἐξηπορήσαμεν. ἔδει τοίνυν τοὺς ζῆλον ἔχειν ἐπαγγελλομένους, ἐνταῦθα τοῦ ζήλου παραστήσασθαι τὸ διάπυρον· ἵνα τῶν Χριστιανῶν αὐξηθῇ τὸ κέρας διὰ τῆς αὐξήσεως ἤτοι χειροτονίας τῶν ἱερέων. ἔδει τὸ ἀνθρώπινον νικηθῆναι πάθος, διὰ τὸ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ σωτήριον πάθος. ἔδει προκεῖναι τῆς ἀνθρωπίνης φιλονεικίας τὴν οἰκοδομὴν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ παραβαθῆναι τὴν ἀποστολικὴν περὶ τούτου παραγγελίαν. λέγει γὰρ πρὸς τὸν Σαμουὴλ ὁ Θεός· οὐχὶ σὲ ἐξουδενώκασι τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐπ' αὐτόν. ἐποίησαν γὰρ, ὅπερ οὔτε αἱρετικοὶ ποιῆσαι ποτὲ τετολμήκασιν· ἀποκρυψάμενοι μὲν τὰ τῆς τελειώσεως, ἐγχειρήσαντες δὲ μόνον αὐτοὶ τὰ τῆς καθαιρέσεως. ποίαν οὖν ἕξουσιν ἀπολογίαν, οὐκ ὄντων ἔτι δι' αὐτοὺς ἐπισκόπων ἐκεῖσε καὶ ἱερέων ἐνδελεχῶς τῷ θυσιαστηρίῳ παρεδρευόντων, καὶ τὰς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τῷ Θεῷ προσαγόντων θυσίας καὶ ἀναφορὰς, εἰς περιποίησιν τῶν ψυχῶν; καίτοι γινώσκοντες ἀσφαλῶς, ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ, καὶ ὁ τῶν σκανδάλων καιρὸς ἐνέστηκε. καὶ ἐχρῆν διὰ τοῦτο προνοητικῶς πλείοσιν ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ πανταχοῦ καταπυκνωθῆναι· καθάπερ καὶ ναῦν ἐν χειμῶνι καὶ πελάγει κλυδωνιζομένην πλείοσι κυβερνήταις καὶ ναύταις. τούτου γὰρ χάριν καὶ ἡμεῖς εἰς οἰκοδομὴν προηγουμένως ἀλλ' οὐκ εἰς καθαίρεσιν παρὰ τοῦ κυρίου τὴν ἐξουσίαν ἐλάβομεν, ἵνα φιλανθρώπως ἐπικουρήσωμεν τοῖς χειμαζομένοις λαοῖς. ὅθεν ὑπὸ ταύτης τῆς ἐξουσίας ὁ καθ' ἡμᾶς ἀποστολικὸς ὁρμηθεὶς θρόνος παρέλειψε μὲν οὐδὲν, εἰς τὸ πρεπόντως ἀπολαβεῖν τὸν ἱερατικὸν αὐτῆς κόσμον διὰ τοῦ ῥηθέντος εὐλαβοῦς ἐπισκόπου τὴν αὐτόθι καθολικὴν ἐκκλησίαν· οἱ δὲ τοῦτο γενέσθαι κωλύσαντες, ἑαυτοῖς τὸν περὶ τούτου καταλογίσονται λόγον. οὗ χάριν πενθῶν καὶ σκυθρωπάζων πορεύομαι, παρακαλῶν τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, μετὰ δακρύων νυκτὸς καὶ ἡμέρας, μὴ εἰς τέλος ἀπώσασθαι τὴν ἑαυτοῦ κληρονομίαν, ἀλλ' ἀνοῖξαι τὴν θύραν ἣν ἐκεῖνοι συνέκλεισαν· ἵνα πάλιν αὐτόθι τῆς ἱερωσύνης αὐτῷ διὰ τῆς συμπληρώσεως τῶν ἐπισκόπων ἀνατείλῃ ὁ κόσμος· τὰ πρόβατα τῆς ἐκκλησίας ποιμαντικῶς περιποιούμενος, καὶ τῆς ἐπιβουλῆς τῶν λύκων ἀγρύπνῳ σπουδῇ συντόνως λυτρούμενος. περὶ μέντοι τῶν ἀκανονίστως αὐτόθι χειροτονηθέντων ἐπὶ τῆς πατριαρχίας τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ Σωφρονίου τὸν ἐπὶ τῶν χειροτονούντων, ἢ χειροτονουμένων, ἢ συναινούντων, ἢ συγκαλούντων ἐν ἑτέρᾳ πόλει παρὰ γνώμην καὶ εἴδησιν τοῦ ἐν τῇ πόλει προεστῶτος ἀρχιερέως κείμενον κανόνα, τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις καὶ πατράσιν ἡμῶν, ἀπαραβάτως ὁρίζομεν φυλαχθῆναι. κανόνας γὰρ ἐκκλησιαστικοὺς οὐ δυνάμεθα λύειν, ἐκδικηταὶ καὶ φύλακες, ἀλλ' οὐ παραβάται τῶν κανόνων ὑπάρχοντες· εἰ καὶ ἀμφοτέροις ἐκεῖνοι τοῖς θρόνοις παρέβησαν, τόν τε καθ' ἡμᾶς ἀποστολικὸν θρόνον, διὰ τὸ μὴ δοῦναι τὰ πραικέπτα τῆς χειροτονίας ὡς εἴρηται· καὶ τὸν τοῦ ἁγίου Ἰακώβου θρόνον διὰ τοῦ λαθεῖν τὸν ἐν ἁγίοις Σωφρόνιον, ἵνα λοιπὸν αὐτονόμως, ὡς αὐτοὶ θέλουσιν, ἀλλ' οὐ καθὼς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρακελεύεται, τὰς χειροτονίας ἑαυτοῖς σφετερίζονται· διὸ τοὺς τοιούτους ὁ κανὼν σωφρονίζει τῆς ἐκκλησίας. οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τάξεως καὶ εἰρήνης. τοὺς μέντοι πρὸ τῆς πατριαρχείας, ἢ μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ῥηθέντος ἐν ἁγίοις Σωφρονίου χειροτονηθέντας, ἐπεγράψαμεν· καὶ τοῦτο διὰ τὴν τοῦ καιροῦ στενοχωρίαν, τόπον ἀπολογίας, τοῖς οὕτω χειροτονηθεῖσι παρεχομένην οὐδαμῶς, ἐντεῦθεν τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ προχρηματιζομένου κανόνος· ἵνα λίβελλον εἰλικρινοῦς μετανοίας, ἤγουν ὀρθοδόξου πίστεως ἐπιδιδοῦντας τῷ ἐπὶ τούτῳ παρ' ἡμῶν ἀρτίως αὐτόθι προχειρισθέντι, κυρώσῃ τούτοις ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει βεβαιουμένοις, εἰ μέντοι μὴ ἐξ ἑτέρων καὶ οὗτοι κωλύονται κυρωθῆναι παραπτωμάτων, ἅπερ τῷ κανόνι σεσημειωμένα καθέστηκε. περὶ δὲ τῶν σταλέντων δογματικῶν χαρτῶν, ἤτοι συγγραφέντων παρὰ τῶν δι' ἐναντίας κατακρίνομεν αὐτὰ, καὶ τοὺς γεγραφότας, τῇ ἰδίᾳ μέντοι κακοδοξίᾳ προσμένοντας ὥσπερ καὶ πάντας τοὺς αἱρετικοὺς, μετὰ πάντων τῶν ἀσεβῶν αὐτῶν συγγραμμάτων προτρέποντες πανταχοῦ πάντας τοὺς ὀρθοδόξους τοῖς πατρικῶς καὶ συνοδικῶς ὁρισθεῖσι, καὶ παρ' ἡμῶν ἀρτίως ἐνταῦθα διὰ συνόδου βεβαιωθεῖσιν, εἰς σύστασιν καὶ ἐκδίκησιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἃ καὶ ἐν τάχει πᾶσι γνωρίσωμεν, ἐκπέμποντες αὐτὰ, βεβαίως καὶ ἀπαραβάτως ἐμμένειν. ταῦτα γὰρ σὺν ἡμῖν καὶ ὑμεῖς εὐσεβῶς φυλάττοντες, εὖ πράξετε, τὴν τοῦ κυρίου πίστιν, εὐζηλώτως ἐκδικοῦντες, καὶ τῶν κατ' ἐπαγγελίαν ἀποδοχῶν ἀξιούμενοι.

X. AD PETRUM ILLUSTREM VIRUM.

Commendatur ejus vitæ integritas, hortaturque ut vicario suo faveat.

Petro illustri Martinus servus servorum Dei, sancta ejus catholica & apostolica Romanæ ecclesiæ episcopus.

CUM in timore domini, & caritatis dilectione vestram Christi amantem nobilitatem irreprehensibiliter ambulare a multis fide dignis personis didicissemus, merito ex toto corde ipsum, dominum ac Deum nostrum Iesum Christum glorificavimus: nihil enim æque ad eum collaudandum omnes commovere solet, quam integra vita virtutibus præfulgens: ex quibus in imagine pertransiens homo similitudinem conditoris sui exhibet, se ab irrationali separans. quandoquidem hanc nobis transgressio superinduxit, illam vero dilapsam in nobis rursum gratia reformavit, observatione mandatorum hominem secundum Deum formans, & eum efficiens sancti Spiritus templum: quod te, sordidarum depositione passionum, sapienter te ipsum constituisti, dilecte, ac merito ea sola cogitas, quæ sunt Iesu Christi, ad perfectam salutem festinans, quam tibi ardenter desideranti nos quoque conciliantes hortamur, ut intentiore studio vires tuas conferas Dei amantissimo

episcopo Philadelphensium civitatis: quoniam cum vice nostra Deo juvante fungi canonice jussimus, ut catholicas in illis partibus ecclesias decenter ordinet, in iis omnibus episcopos, & presbyteros, & diaconos creans, permissa ei a domino per nos minimos, sive per auctoritatem sancti & principis apostolorum Petri, spirituali potestate: ne viduati in tam multis temporibus, talique afflictionis pressura, populi in terram squallidam & infrugiferam vertantur: sed ut magis augeantur ac splendescant, instantia diligentiaque sacerdotum, qui ut constituantur, adjuvans vestra Christi amans claritudo per præfatum dilectum nostrum coepiscopum, propriæ matris, nempe catholicæ ecclesiæ viscera reficiet, ad salutem ejus filiorum suum domino studium ipsis operibus exhibens, a quo juste in illo tribunali audies coram cælestibus angelis & omni sanctorum choro: *Euge serve bone, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.* (Matth. 25.)

Πέτρῳ ἰλλουστρίῳ Μαρτῖνος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας αὐτοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος.

(** Hanc & seqq. ex codice Barberino exhibemus.)

Ἐν φόβῳ κυρίου καὶ τῇ ἀγάπῃ τῆς χάριτος περιπατοῦσαν ἀμέμπτως τὴν φιλόχριστον ὑμῶν λαμπρότητα, διὰ πλειόνων καὶ ἀξιοπίστων μεμαθηκότες προσώπων, εἰκότως ἐξ ὅλης καρδίας, αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐδοξάσαμεν· οὐδὲν γὰρ οὕτως πρὸς δοξολογίαν αὐτοῦ συγκινεῖν εἴωθεν ἅπαντας ὡς βίος ἀμόλυντος ταῖς ἀρεταῖς φαιδρυνόμενος. ἐξ ὧν ἐν εἰκόνι διαπορευόμενος τοῦ κτίσαντος αὐτὸν ὁ ἄνθρωπος ἀποδείκνυται, τῆς ἀλόγου καθάπαξ διαχωριζόμενος ὁμοιότητος, ἐπειδὴ ταύτην μὲν ἡμῖν ἡ παράβασις παρεισήγαγεν, ἐκείνην δὲ διαρρυεῖσαν ἐν ὑμῖν ἀνεζωγράφησε πάλιν ἡ χάρις τῇ τηρήσει τῶν ἐντολῶν, καὶ Θεὸν μορφοῦσα τὸν ἄνθρωπον, καὶ ναὸν αὐτὸν ἀπεργαζομένη τοῦ πνεύματος· ὅπερ τῇ τῶν ῥυπαινόντων ἀποβολῇ παθῶν ἐμφρόνως ἑαυτὸν καταστησάμενος, εὐλογημένε, μόνα μεριμνᾷς εἰκότως τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, πρὸς τελειοτάτην ἐπειγόμενος σωτηρίαν, ἥν τινα διαπύρως ποθοῦντί σοι, καὶ ἡμεῖς προξενοῦντες προτρεπόμεθα συντονωτέρᾳ σπουδῇ, τὴν ἑαυτοῦ συνεισενέγκασθαι δύναμιν, τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς Φιλαδελφέων πόλεως· ἐπειδὴ τοῦτον ἀναπληρῶσαι σὺν Θεῷ τὸν ἡμέτερον τόπον αὐτόθι κανονικῶς προσετάξαμεν, ἵνα τὰς ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις καθολικὰς ἐκκλησίας κοσμήσῃ πρεπόντως, ἐν πάσαις αὐταῖς χειροτονῶν ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἐκ τῆς ἐνδοθείσης αὐτῷ παρὰ κυρίου δι' ἡμῶν τῶν ἐλαχίστων ἤτοι τῆς αὐθεντίας τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου πνευματικῆς ἐξουσίας· ἵνα μὴ διὰ τοῦ χηρεύειν ἐν τοσούτοις χρόνοις καὶ τοιαύτῃ συνοχῇ θλίψεως, οἱ πιστοὶ λαοὶ χερσωθῶσιν. αὐξηθῶσι δὲ μᾶλλον ἐν κυρίῳ, καὶ λαμπρυνθῶσι διὰ τῆς ἐπιστασίας καὶ ἐπιμελείας τῶν ἱερέων, οἷς τελειωθῆναι συντρέχουσα καὶ ἡ φιλόχριστος ὑμῶν λαμπρότης διὰ τοῦ ῥηθέντος ἀγαπητοῦ ἡμῶν συνεπισκόπου τῆς οἰκείας μητρὸς, ἤτοι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναπαύσῃς τὰ σπλάγχνα πρὸς περιποίησιν τῶν τέκνων αὐτῆς τὴν ἑαυτοῦ σπουδὴν τῷ κυρίῳ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἐπιδειξάμενος, παρ' οὗ δικαίως ἀκούσῃ ἐπὶ τοῦ βήματος αὐτοῦ, ἔμπροσθεν τῶν οὐρανίων ἀγγέλων, καὶ τοῦ χοροῦ πάντων τῶν ἁγίων. εὖγε δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου.

XI. AD ECCLESIAM HIEROSOLYMITANAM ET ANTIOCHENAM.

Nuntiat Monothelitarum hæresim in concilio fuisse damnatam, ordinationemque Macedonii Antiochiæ, & Petri Alexandriæ perperam esse factam: Ut in fide catholica persistant, & Ioanni vicario, cui dictæ synodi acta misit, obediant.

Dilectis fratribus, qui sanctæ Christi Dei nostri civitati, nempe Hierosolymitanæ sedi sacerdotaliter subsunt, orthodoxis episcopis, presbyteris, diaconis, præfectis monasteriorum, monachis, ascetis, populis Christum diligentibus: similiter & iis qui censentur sub Antiochena sede, Martinus servus servorum Dei, & sancta ejus catholica & apostolica Romana ecclesia episcopus.

GRATIA *vobis & pax a Deo Patre nostro & domino Iesu Christo in Spiritu sancto, qui per virtutes habitat in cordibus vestris. Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens super communicatione vestra in euangelio Christi, ut caritate magis abundetis in scientia & omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu justitiæ in gloriam & laudem ejus.* (Phil. 1.) Scire enim vos volo, fratres, de rebus præsentibus, id est, de furibus, qui temporibus nostris insurrexerunt contra orthodoxam fidem, nempe Theodoro, qui fuit episcopus Pharan, & Cyro qui Alexandriæ, & Sergio qui Constantinopolis, & ejus successoribus Pyrrho & Paulo: quod hi per propriam hæresim valde moliti sunt perfodere, & thesauros sive dogmata ecclesiæ catholicæ expilare. Nos vero, id est, hujus apostolicæ sedis pontifices, ad custodiam domus pervigiles juxta præceptum domini, non permisimus eos hanc effodere, vel fidei surripere thesaurum: sed ipsos catenis impiæ eorum & adulterinæ doctrinæ constringentes, accurata demonstratione & examinatione eorum quæ ab ipsis contra integritatem Christianæ fidei scripta sunt, tum ipsos, tum ea quæ impie docuerunt, igne canonicæ sententiæ veluti mala zizania exurentes, synodaliter condemnavimus, ubique omnibus eorum hæresim publicantes: ut, cum omnes ex iis quæ a nobis nuper gesta sunt, eam contrariam & adversariam paternis ac synodalibus ecclesiæ catholicæ definitionibus esse cognoverint, pii & orthodoxi, simili nobis modo, zelo Dei contra prædictos hæreticos moveantur, eosque & ipsorum hæresim damnent, omniaque pro ea ab iis impie acta & scripta, una cum ipsorum suggestione contra fidem facta, nempe expositione Heraclii imperatoris, & formula ejus qui nunc serene imperat, atque omnibus qui similia ipsis senserunt, aut sentiunt, sensurive sunt, & usque in finem in ejusmodi hæresi permanent, nec pœnitent; sed unam dementer aut nullam omnino divinitatis atque humanitatis Christi docent voluntatem

luntatem & operationem, ut & naturam ex toto, nam ex eadem voluntate atque operatione, eadem inducitur substantia, juxta sanctorum & orthodoxorum doctrinam patrum. quorum nos disciplinam inviolabiliter custodientes ac defendentes, eos omnes qui contraria ipsis sentiunt, damnavimus ac damnamus. atque idcirco prædictos damnavimus viros, utpote qui ex iis quæ docuerunt, declarati sunt aliter quam illi, sentire, nec se usque adhuc correxerunt, aut corrigi volunt. Quidam enim ipsorum in hæresi vitam finierunt, alii per suam hæresim etiam nunc vitam admodum perturbant: quamvis multis ac multorum religiosorum sacerdotum, in diversis commorantium locis, non utique solum nostris, sive hujus catholicæ sedis pontificum exhortationibus & obtestationibus admoniti, ut a propria hæresi declinent, & ad dominum per orthodoxam fidem accurrant: nec voluerunt intelligere ut bene agerent; sed in proposito suo obstinate perseverarunt, & noluerunt converti ad dominum. Vnde eos, veluti lapides scandali & petram offensionis e via disjecimus, omnibusque diligentibus dominum semitam munivimus sinceræ in ipsum confessionis ex sanctorum patrum, & universalium quinque conciliorum doctrina: ut nobiscum juxta sanctissimam illorum traditionem teneant ac prædicent duas ejusdem & unius Christi Dei nostri naturas secundum hypostasim unitas inconfuse atque indivise: ac duas naturales voluntates, duasque naturales operationes, divinam & humanam, increatam & creatam, connaturaliter unitas ad demonstrationem perfectam, quod Deus natura perfectus, & homo natura perfectus, absque solo peccato, idem vere existit. Quapropter hortamur dilectionem vestram, ut ita nobiscum semper credatis ac teneatis devitantes omnem hæresim, quæ contra catholicam ecclesiam & prius & nunc exorta est, insanosque hæresum auctores, quorum exemplo, una cum vetere & novum, quique temporibus nostris a vera doctrina aberravit, Macedonium hæreticum, quem contra canones sibi finxerunt falsum Antiochiæ episcopum prædicti hæretici, quemadmodum & Petrum Alexandriæ tumultuarie creaverunt. Hos enim sibi consentientes nacti, concurrentesque in propriæ hæreseos exitium, & similiter ipsis expositionem novæ doctrinæ formulamque superinductitiam accipientes, mercedem injustam hujusmodi eorum impiæ consensionis ac vanitatis, fictam sacerdotii ipsis imposuerunt appellationem: non ab ullo legitimo suffragio aut ecclesiastica successione ad hoc inducti, sed a prava & hæretica excogitatione: ut per plures & adscriptitias personas, ut quidem putant, constituant inconsistentem suam & damnatam hæresim, Dei vero catholicam & apostolicam ecclesiam vastent, quam nos ædificare properantes in Spiritu sancto, ad majorem ejus stabilitatem convenienter studuimus in præsenti præcipere, secundum potestatem nobis a domino in gratia datam per sanctum Petrum apostolorum principem, Ioanni dilecto fratri nostro, episcopo Philadelphensium civitatis, ut locum nostrum in omnibus ecclesiasticis articulis in partibus orientis suppleat, & creet in omnibus civitatibus, quæ Antiochenæ sedi, quæque Hierosolymitanæ sacerdotaliter subsunt, episcopos, & presbyteros, & diaconos: ne, sicut dicit propheta, *deficiant a comestione oves, eo quod non*

Vicarios apostolicæ sedis in oriente creat episcopos.

Abac. 3. juxta 70.

sint boves in præsepibus, id est, fideles & orthodoxi populi, quod catholicæ ecclesiæ episcopos non habeant, qui spiritualem ipsis cibum excolant & præbeant, per aptam rerum convenientium doctrinam atque institutionem, nuncque maxime, cum omnia nos misera deprehenderunt, & in novissima tempora conclusi sumus, in quibus multa in nos irruunt scandala, ut percellantur, si fieri potest, etiam electi, juxta verissimas domini prædicationes. Quamobrem, dilectissimi, ampliori & diligentiori cura rationabiles oves per sacerdotale officium munire debemus: *quoniã adversarius noster diabolus, sicut leo rugiens circuit quærẽs quem devoret: cui resistite fortiter in fide permanentes*: propter quod succincti lumbos vestros, perfecte sobrii, in gratiam, quæ vobis offertur, sperate, in susceptione nostræ apostolicæ de hoc obsecrationis & exhortationis: ut tamquam obedientiæ filii, unanimiter omnes sacro divinoque studio adjuvetis propositum apostolica auctoritate vicarium nostrum, nempe dilectum episcopum Philadelphensium, ut omnimodis perficiatis opus ministerii hujus ad salutem animarum vestrarum: non configurati inobedientibus aut contradicentibus veritati per inconsistentem ipsorum hæresim: sed secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, & ipsi sancti in omni conversatione sitis, per obedientiam & gratiam in eodem verbo fidei. Ecce enim ipsi quæ a nobis synodaliter gesta sunt misimus, permittentes, ut ea vobis omnibus manifestet, & nota faciat quæ a nobis ibi confirmata sunt pia præconia sanctionesque præfatorum sanctorum patrum, & probatarum universalium quinque synodorum; atque ut nobiscum hortetur vos omnes pios atque orthodoxos, ut quemadmodum ex ipsis accepistis dominum ac Deum nostrum Iesum Christum, sic in ipsum credatis, & in ipso ambuletis. *Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, & salutifera nostra de hoc accipite monita: ut exaltet vos in tempore divinissimæ ipsius revelationis*, in qua multa erit superque omnem cogitationem merces iis qui ejus fidem & mandatum usque in finem imprævaricabiliter servaverint. *Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit vos ad æternam ipsius gloriam proficientes in omnibus bonis, & ascensionem virtutum in ipsum semper facientes, perficiat, stabiliat, confirmet ac fundet in ipsius metu & cognitione veritatis. Ipsi imperium & gloria cum Patre, & sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.*

Matth. 24.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

Ibidem.

Τοῖς ὑπὸ τὴν ἁγίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλιν, ἤγουν τοῖς ὑπὸ τὸν τῶν Ἱεροσολύμων θρόνον ἱερατικῶς τελοῦσιν ἀγαπητοῖς ἡμῶν ἀδελφοῖς, ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, ἡγουμένοις μοναστηρίων, μονάζουσιν, ἀσκηταῖς, καὶ φιλοχρίστοις λαοῖς· ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς ὑπὸ τὸν Ἀντιοχείας τελοῦντας θρόνον, Μαρτῖνος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας αὐτοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, ἐπίσκοπος.

** ΧΑΡΙΣ ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι τῷ ἐνοικοῦντι διὰ τῶν ἀρετῶν, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν πάντοτε ἐν πάσῃ δεήσει μου ὑπὲρ

** Hanc & seqq. ex codice Barberino exhibemus.

πάντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς τὴν δέησίν μου ποιούμενος ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, ἵνα τῇ ἀγάπῃ ἔτι μᾶλλον, καὶ μᾶλλον περισσεύητε ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ πεπληρωμένοι καρπῶν δικαιοσύνης, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον αὐτοῦ. γινώσκειν γὰρ ὑμᾶς θέλομεν ἀδελφοὶ τοῦτο ἀκριβῶς ἐπισταμένους ὑπὲρ τῶν νυνὶ, τουτέστιν, ἐπὶ τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων ἐπαναστάντων κλεπτῶν κατὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, φαμὲν δὴ Θεοδώρου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς Φαρὰν καὶ Κύρου τοῦ Ἀλεξανδρείας καὶ Σεργίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῶν αὐτοῦ διαδόχων Πύῤῥου καὶ Παύλου· ὡς οὗτοι πλεῖστον ἐμηχανήσαντο διὰ τῆς οἰκείας αἱρέσεως διορύξαι καὶ ἀποσυλῆσαι τὰ κειμήλια, ἤγουν τὰ δόγματα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἀλλ' ἡμεῖς γε, τουτέστιν οἱ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀποστολικοῦ θρόνου ἀρχιερεῖς, διαγρηγοροῦντες πρὸς φυλακὴν τῆς οἰκίας κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν, οὐκ εἰάσαμεν αὐτοὺς διορύξαι ταύτην, ἢ τὸν θησαυρὸν ἀποσυλῆσαι τῆς πίστεως· ἀλλὰ σειραῖς τῶν ἀσεβῶν αὐτῶν καὶ κιβδήλων δογμάτων τούτους συνδήσαντες, ἐξ ἀκριβοῦς ἀποδείξεώς τε καὶ ἐξετάσεως, τῶν παρ' αὐτῶν γεγραμμένων, κατὰ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως, ὥσπερ ζιζάνια πονηρὰ τῷ πυρὶ τῆς κανονικῆς ἀποφάσεως, αὐτούς τε καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ἀσεβῶς δογματισθέντα καταφλέξαντες, συνοδικῶς κατεκρίναμεν, πανταχοῦ τοῖς πᾶσι τὴν ἐκείνων δημοσιεύσαντες αἵρεσιν· ἵνα ταύτην ἀκριβῶς πάντες γινώσκοντες ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν ἀρτίως πραχθέντων, ἐναντίαν ὑπάρχουσαν καὶ ἀντίπαλον τοῖς πατρικοῖς καὶ συνοδικοῖς ὅροις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, πάντες ὁμοτρόπως ἡμῖν οἱ εὐσεβεῖς καὶ ὀρθόδοξοι ζήλῳ Θεοῦ κατὰ τῶν εἰρημένων αἱρετικῶν κινηθέντες, τούτους τε καὶ τὴν τούτων αἵρεσιν, κατακρίνωσι, καὶ πάντα τὰ ὑπὲρ ταύτης πραχθέντα τε καὶ γραφέντα δυσσεβῶς παρ' αὐτῶν, μετὰ καὶ τῶν ἐξ εἰσηγήσεως αὐτῶν, γεγενημένων κατὰ τῆς πίστεως, φαμὲν δὴ τῆς ἐκθέσεως Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ τύπου τοῦ νυνὶ γαληνῶς βασιλεύοντος, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν τὰ ὅμοια αὐτῶν φρονησάντων, ἢ φρονούντων, ἢ φρονεῖν μελλόντων, καὶ μέχρι τέλους τῇ τοιαύτῃ προσμενόντων αἱρέσει, καὶ μὴ μετανοούντων, ἀλλὰ μίαν ἀφρόνως, ἢ μηδεμίαν ὅλως τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ δογματιζόντων θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, ὥσπερ οὖν καὶ φύσιν ἐξ ἅπαντος, τῷ γὰρ ταυτῷ τῆς θελήσεως καὶ τῆς ἐνεργείας, τὸ ταυτὸν εἰσάγεται τῆς οὐσίας κατὰ τὴν τῶν ἁγίων καὶ ὀρθοδόξων πατέρων διδασκαλίαν, ὧν τὰ δόγματα φυλάττοντες ἀπαραβάτως καὶ ἐκδικοῦντες ἡμεῖς, πάντας τοὺς τἀναντία φρονοῦντας αὐτοῖς κατεκρίναμέν τε καὶ κατακρίνομεν. οὗ χάριν καὶ τοὺς εἰρημένους κατεδικάσαμεν ἄνδρας, ὡς ἀντίφρονας αὐτοῖς δι' ὧν ἐδογμάτισαν ἀποδεδειγμένους, καὶ μὴ διορθωσαμένους ἄχρι τοῦ νῦν, ἢ διορθωθῆναι θέλοντας. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν τῇ αἱρέσει, τὸν βίον κατέλυσαν, οἱ δὲ διὰ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν, ἔτι καὶ νῦν τὸν βίον ἱκανῶς ἐκταράσσουσι. καίτοι πολλαῖς καὶ ἐκ πολλῶν εὐλαβῶν ἱερέων τῶν ἐν διαφόροις παροικούντων τόποις οὐ γὰρ δὴ μόνον ἡμῶν, ἤγουν τῶν τῆς καθ' ἡμᾶς καθολικῆς καθέδρας ἀρχιερέων παραινέσεσί τε καὶ διαμαρτυρίαις ὑπομνησθέντες, ἐκκλῖναι τῆς οἰκείας αἱρέσεως, καὶ προσδραμεῖν τῷ κυρίῳ διὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ οὐκ ἠβουλήθησαν συνιέναι, τοῦ ἀγαθῦναι, ἀλλ' ἐκραταιώθησαν ἐν τῇ προαιρέσει αὐτῶν, καὶ οὐκ ἠθέλησαν τοῦ ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον. ὅθεν ἡμεῖς καθάπερ λίθους σκανδάλου καὶ πέτραν προσκόμματος, τούτους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαῤῥίψαντες, ὁδοποιήσαμεν πᾶσι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν κύριον τὴν τρίβον τῆς εἰς αὐτὸν εἰλικρινοῦς ὁμολογίας, διὰ τῆς τῶν ἁγίων πατέρων καὶ τῶν ἐγκρίτων καὶ οἰκουμενικῶν πέντε συνόδων διδασκαλίας· ὥστε σὺν ἡμῖν πρεσβεύειν, κατὰ τὴν αὐτῶν ὁσιωτάτην παράδοσιν, δύο τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν τὰς φύσεις καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένας ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως· καὶ δύο τὰς φυσικὰς θελήσεις καὶ δύο τὰς φυσικὰς ἐνεργείας, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην, ἄκτιστον καὶ κτιστὴν, συμφυῶς ἡνωμένας εἰς ἀπόδειξιν ἐντελῆ τοῦ Θεὸν φύσει τέλειον καὶ ἄνθρωπον φύσει τέλειον μόνης δίχα τῆς ἁμαρτίας τὸν αὐτὸν ἀληθῶς ὑπάρχειν. διὸ προτρεπόμεθα τὴν ἀγάπην ὑμῶν οὕτως σὺν ἡμῖν πιστεύειν ἀεὶ καὶ κατέχειν ἐκτρεπομένοις πᾶσαν αἵρεσιν πρότερόν τε καὶ νῦν ἀναφυεῖσαν κατὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ τοὺς τῶν αἱρέσεων ἀνοήτους προστάτας, μεθ' ὧν σὺν τῷ παλαιῷ, καὶ τὸν νέον καὶ ἐφ' ἡμῶν τῶν ἀληθῶν ἐκτραπέντα δογμάτων, Μακεδόνιον τὸν αἱρετικὸν, ὅντινα παρὰ κανόνας ἑαυτοῖς ἀνεπλάσαντο ψευδώνυμον Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον οἱ ῥηθέντες αἱρετικοὶ, καθάπερ οὖν καὶ Πέτρον τῆς Ἀλεξανδρέων ἐσχεδίασαν. τούτοις γὰρ ὁμοδόξοις ἑαυτοῖς ὄντας εὑράμενοι, καὶ πρὸς τὸν τῆς οἰκείας αἱρέσεως συντρέχοντας ὄλεθρον, καὶ διὰ τοῦτο παραπλησίως αὐτοῖς δεχομένους τήντε τῆς καινοτομίας ἔκθεσιν καὶ τὸν ἐπείσακτον τύπον, μισθὸν ἄδικον τῆς τοιαύτης αὐτῶν ἀσεβοῦς ὁμοφροσύνης ἤτοι ματαιοφροσύνης, τὴν ἐπίπλαστον τῆς ἱερωσύνης αὐτοῖς ἐπέθηκαν ὀνομασίαν οὐκ ἀπό τινος ἐνθέσμου ψηφίσματος ἢ ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας εἰς τοῦτό γε προαχθέντες, ἀλλ' ἐκ φαύλης καὶ αἱρετικῆς ἐπινοίας· ἐφ' ᾧτε διὰ πλειόνων καὶ παρεγγράπτων προσώπων, ὥσγε νομίζουσι, συστῆσαι μὲν τὴν ἀσύστατον αὐτῶν καὶ κατάκριτον αἵρεσιν, πορθῆσαι δὲ τὴν καθολικὴν τοῦ Θεοῦ καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, ἣν οἰκοδομεῖν ἐπειγόμενοι ἐν ἁγίῳ πνεύματι, προσηκόντως εἰς ἀκριβεστέραν ταύτης ἀσφάλειαν, ἐσπουδάσαμεν ἐπὶ τοῦ παρόντος προστάξαι κατὰ τὴν ἐν χάριτι παρὰ τοῦ κυρίου δοθεῖσαν ἡμῖν ἐξουσίαν, διὰ Πέτρου τοῦ παναγίου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, Ἰωάννῃ τῷ ἀγαπητῷ ἡμῶν ἀδελφῷ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς Φιλαδελφέων πόλεως, ἵνα τὸν ἡμέτερον τόπον ἐν πᾶσι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κεφαλαίοις, ἐν τοῖς μέρεσι τῆς ἀνατολῆς ἀναπληρώσῃ καὶ χειροτονήσῃ κατὰ πᾶσαν πόλιν τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντιοχείας θρόνου καὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Ἱεροσολύμων ἱερατικῶς

τικῶς τελουσῶν ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ A διακόνοις· ἵνα μὴ καθὼς φησὶν ὁ προφήτης ἐκλίπωσιν ἀπὸ βρώσεως πρόβατα διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν βόας ἐπὶ φάτναις, τουτέστι πιστοὶ καὶ ὀρθόδοξοι λαοὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἐπισκόπους τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας, τὴν πνευματικὴν τροφὴν γεωργοῦντας αὐτοῖς καὶ παρέχοντας διὰ τῆς ἐμμελοῦς τῶν καθηκόντων διδασκαλίας καὶ ὑφηγήσεως, μάλιστα νῦν ὅτε διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐκ πάντων τῶν θλιβερῶν συνελήφθημεν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς συγκληρωθέντες, ἐν οἷς αἱ τῶν μεγάλων ἐπιφοραὶ σκανδάλων τυγχάνουσιν, ὥστε εἰ δυνατὸν καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς κλονηθῆναι, B κατὰ τὰς ἀψευδεῖς τοῦ κυρίου προῤῥήσεις. οὗ χάριν ἀγαπητοὶ περισσοτέρᾳ τε καὶ ἐπιμελεστέρᾳ φροντίδι τὰ τῶν λογικῶν προβάτων κατασφαλίσασθαι διὰ τῶν ἱερέων ὀφειλόμεθα· ἐπειδὴ ὁ ἀντίδικος ἡμῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ ζητῶν τινὰ καταπιεῖν. ᾧ ἀντίστητε στεῤῥῶς τῇ πίστει προσμένοντες· διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας ὑμῶν νήφοντες τελείως, ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν ἐν ὑποδοχῇ τῆς ἡμετέρας ἀποστολικῆς περὶ τούτου δεήσεώς τε καὶ παρακλήσεως· ἵνα ὡς τέκνα ὑπακοῆς ὁμοθυμαδὸν πάντες κατὰ σπουδὴν ἱερὰν καὶ φιλόθεον C συναρήξητε τῷ προβληθέντι παρὰ τῆς ἀποστολικῆς αὐθεντίας ἡμετέρῳ τοποτηρητῇ, τουτέστι τῷ τῆς Φιλαδελφέων ἀγαπητῷ ἐπισκόπῳ πρὸς τὸ πᾶσι τρόποις τελειῶσαι τὸ ἔργον τῆς διακονίας ταύτης εἰς περιποίησιν τῶν ὑμετέρων ψυχῶν· μὴ συσχηματιζόμενοι τοῖς ἀπειθοῦσιν ἢ ἀντιλέγουσι τῇ ἀληθείᾳ, διὰ τὴν αὐτῶν ἀσύστατον αἵρεσιν· ἀλλὰ κατὰ τὸν καλέσαντα ἡμᾶς ἅγιον καὶ αὐτοὶ ἅγιοι ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ γενήθητε διὰ τῆς ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ τῆς πίστεως, ὑπακοῆς τε καὶ χάριτος. ἰδοὺ γὰρ αὐτῷ καὶ τὰ παρ' ἡμῶν συνοδικῶς πραχθέντα πεπόμφαμεν, ἐπιτρέψαντες ἵνα ταῦτα πᾶσιν ὑμῖν ἐμφανίσῃ, καὶ γνωρίσῃ βεβαίως ἐν αὐτοῖς παρ' ἡμῶν κυρωθέντα τὰ δυσσεβῆ κηρύγματα καὶ θεσπίσματα τῶν εἰρημένων D ἁγίων πατέρων, καὶ τῶν ἐγκρίτων οἰκουμενικῶν πέντε συνόδων, καὶ προτρέψηται μεθ' ἡμῶν πάντας ὑμᾶς τοὺς εὐσεβεῖς καὶ ὀρθοδόξους, ἵνα ὡς ἐξ αὐτῶν παρελάβετε τὸν κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν οὕτως εἰς αὐτὸν πιστεύητε, καὶ ἐν αὐτῷ περιπατῆτε. ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταίαν χεῖρα τοῦ Θεοῦ καὶ τὰς περὶ τούτου συντελεωδεῖς ἡμῶν προσδέξασθε παρακλήσεις· ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ τῆς αὐτοῦ θειοτάτης ἀποκαλύψεως εἰς ἣν πολὺς ἔσεται καὶ ὑπὲρ πᾶσαν διάνοιαν ὁ μισθὸς, τοῖς τὴν αὐτοῦ πίστιν ἄχρι τέλους, καὶ τὴν ἐντολὴν ἀπαραβάτως τηρήσασιν. ὁ δὲ E Θεὸς πάσης χάριτος ὁ καλέσας ὑμᾶς εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ δόξαν προκόπτοντας ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς καὶ τὰς ἀναβάσεις τῶν ἀρετῶν εἰς αὐτὸν ἀεὶ ποιουμένους καταρτίσοι, στηρίξοι, σθενώσοι, θεμελιώσοι πάντας ὑμᾶς εἰς τὸν φόβον αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας. αὐτῷ τὸ κράτος, καὶ ἡ δόξα, σὺν πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A

XII. AD PAULUM THESSALONICENSEM EPISCOPUM.

Cum non modo, ut promiserat, non resipuerit, verum eo auctore apostolicæ sedis apocrisarii in hæresim fuerint inducti, anathematizatur & deponitur.

Paulo episcopo Thessalonicæ Martinus servus servorum Dei, sanctæ Romanæ catholicæ & apostolicæ Dei ecclesiæ episcopus.

DOMINUS ac Deus noster Iesus Christus, qui humana ipsius incarnatione inveteratam naturam nostram renovavit, ac proprio B livore plagam transgressionis nostræ sanavit, cum velit nos non jã de cetero peccare, ne per peccatũ deterius quid nobis contingat, & tradamur æterno supplicio, cui traditur qui hic disciplina emẽdatus non fuerit, dignatus est nimia bonitate pœnis percutientibus quasi quibusdam vallis, animæ nostræ vias & aditus ad peccatum obsepire, ac munire. Idque significat per Oseam prophetam dicentem: *Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria: & semitas suas non inveniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inveniet eos; & dicet: Vadam, & revertar ad virum meum* C *priorem: quia bene erat mihi tunc magis quam nunc.* Vnde, ex humanitate immensa, non ea solum quæ a nobis per scientiam, sed etiam quæ ex ignorantia peccantur, condemnat, quæque ex oblivione, aut nuda cogitatione, aut cupiditate inutili; ne per ea quæ leviora esse videntur, malitiæ viam ac semitam facientes, ex contemptu ad majora pejoraque peccata adducamur, nullo jam existente metu, qui impetum malitiæ nostræ per supplicium cohibeat. Majora autem dico, quæ ex scientia per operationem peccantur, & ad malum finem veniunt: per quæ omnino excidimus a Deo, & ultimæ morti adjudicamur, ubi sempiterna quidem pœna est, nulla autem remissionis est venia: *Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem* D *quis confitebitur tibi?* dicit beatus David. Quod autem Deus ea quæ ex ignorantia a nobis in ipsum delinquuntur, punit, ipse testatur dicens: *Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, & non præparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis: qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.* Quod autem & ea, quæ involuntarie aut ex oblivione, præterquam oportet, perpetrantur, non inulta relinquit, ostendit rursum per Moysen: *Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: Anima cum peccaverit per ignorantiam, & de universis mandatis domini, quæ præcepit ut non fierent, quippiam fecerit: si sacerdos, qui unctus est, peccaverit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immacu-* E *latum domino. Si peccaverit princeps, & fecerit unum e pluribus per ignorantiam, quod domini lege prohibetur, & postea intellexerit peccatum suum, afferet hostiam domino, hircum de capris immaculatum.* & rursum: *Anima si prævaricans ceremonias per errorem in his quæ domino sunt sanctificata, peccaverit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus.* Sic quoque ea quæ in corde, id est, in sola cogitatione consistunt, damnat dicens: *Cave ne forte subrepat tibi impia cogitatio, & fiat tibi in peccatum.* Et quæ ex intempestiva cupiditate fiunt, percutit, dicens: *Non concupisces*

Osee 2.

Psal. 6.

Luc. 12.

Levit. 4.

Levit. 5.

Deut. 15.

Exod. 20.

concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. Quare si hæc quæ a nobis ex oblivione, aut ignorantia, aut abreptione, aut cogitatione, aut cupiditate contra rationem fiunt, omnino non præterit, sed aperte damnat universitatis Deus, ut stimulum peccati nostri deleat, & damnationis nostræ mortem, quæ ex eo oritur, perimat; quali quæso aut quanta dignus est pœna, qui divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnit; atque idcirco omni studio ac proposito per cognitionem peccat, & propriam in ipsum Deum transgressionem scripto nobis ostendit? quod ipse facere ausus es, idque non semel solum, sed jam iterum per synodales literas tuas, ignorans, ut videtur, *quod bonitas Dei ad pœnitentiam te adducit: secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus: iis quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam: iis autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum*: episcopi maxime, & sacerdotis, qui aliorum dux esse debet, eosque regere, & in viam pacis per veram in Christum Deum confessionem adducere, non præcipitare in viam perditionis gressus sequentium populorum, per propriam hæresim. de quibus & per beatum Ieremiam dominus dicit; *Væ pastoribus qui disperdunt & dilacerant oves pascuæ meæ. Grex perditus factus est populus meus: pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus: de monte in collem transierunt, obliti sunt cubilis sui. Omnes qui invenerunt, comederunt eos. Pastores enim multi demoliti sunt vineam meam, conculcaverunt partem meam, dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. Idcirco hæc dicit dominus ad pastores qui pascunt populum meũ: Vos dispersistis gregem meum, & ejecistis eos, & non visitastis eos. Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum. Et quia oblitus es mei, & sperasti in mendacio; & ego revelabo posteriora tua contra faciem tuam, & apparebit ignominia tua.* Manifeste enim secunda dogmatum tuorũ transgressio, etiam primam voluntariam demonstravit, & ex prava meditatione, sive sensu hæretico contra fidem a te factam fuisse, non ex involuntaria abreptione, aut corde non ficto. Nos igitur oportuit, creditum nobis onus pontificalis ministerii reputantes, id est providæ animarum curæ atque diligentiæ, nullatenus morari ac differre, cum fides a te proderetur; sed rigore canonis præcise utentes, ex prima interpellatione scriptum tuum una cum eo qui scripsisset, damnare: ne rationalibus domini ovibus mortiferum doctrinæ tuæ porrigens gramen, eos tecum per malam fidem mortificares, privaresque æterna secundum Christum vita: pro quibus ipse animam suam posuit bonus pastor, & propter quas cælos inclinans, a patris non discedens sinu, venit in terram, ut perditam recuperans ovem, propriis humeris ad suum secundum naturam patrem humaniter referret, ac per viscera misericordiæ cælesti gregi connumeraret. Sed per longanimitatem sustinuimus, nec pœnam inflximus, acceptis misericorditer precibus Pithani episcopi, & Ignatii diaconi tuorum apocrisariorum, qui maxime asseverarent & affirmarent, ejusmodi literarum involuntariam esse abreptionem, nec mentis ac certæ sententiæ opus esse illam absurditatem dogmatis tui. Vnde & dicebant, statim ac sine mora a pejori dogmare in melius mutationem in te fore; si te juxta illorum postulatum de eo amanter monuissemus, cujus rei causa nos hortati sunt, ut tibi ostenderemus, nos ea, in quibus lapsus es, notasse. quod utique per apocrisarios nostros fecimus, rigorem canonis per caritatem omittentes, teque adhortantes, non tamen præcipientes omnino tamquam subjecto huic apostolicæ sedi, ut huc venires, teque canonice expurgares de his quæ initio creationis tuæ non pie docuisti. Sed *curavimus*, inquit, *Babylonem, & non est sanata: quoniam pervenit usque ad cælos judicium ejus.* Non solum enim ipse incorrectus mansisti, sed memoratos apocrisarios nostros decepisti; idque erga eos fecisti, quod astutus serpens fecit adversus Adam, desertorem una secum eum constituens, qui a domino mandatum acceperat. Tu enim simili modo, ut serpens, eos induxisti, ac persuasisti ut extenderent manum, ac pro eo ut caperent de scripto nostro, ad te in modum formulæ misso, non malum quemdam & promiscuum gustum, ut illic, id est de ligno transgressionis, sed puram & sinceram sanctorum patrum confessionem: hanc enim pie ei scripto inseruimus ad animæ tuæ correctionem: tu eam a te repulisti, proque ea adulterine subjecisti absurditatis tuæ doctrinam, quo manum adjicerent. quæ omnino tibi non profuerunt: tametsi visus es eos irretire multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxisti eos: at illi levitate elati, secuti sunt, nescientes animæ se periculum adire, quod iis fraudulenter struxeras: *Verba enim fraudulentorum mollia, & feriunt intima viscerum.* Nec audivisti dicentem: *Qui fodit foveam proximo, incidet in eam: & qui volvit lapidem, in seipsum volvit. Lingua enim mendax odit veritatem: os vero incustoditum facit ruinas.* Quomodo igitur, cum hæc perpetraris in ipsos, & in exemplum formulæ perscriptum a nobis, & per ipsos ad te missum hortatu, ut dictum est, tuorum apocrisariorum, constituisti ad nos scribere, teipsum decipiens, non nobis obrepens. Idcirco certiores facimus patres qui ubique terrarum sunt, quod ea quæ visa sunt ad affectum perducentes, omni studio exposuimus nostram in domino fidem. Sed audi quid princeps apostolorum ad eum dicat, qui veritatem erat frustratus: *Cur tentavit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto? non es mentitus hominibus, sed Deo.* Ac simile aliquid fecisti ei qui per Samuelem prophetam audivit a domino: *Hæc dicit dominus exercituum: Recensui quæcumque fecit Amalec Israeli. Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire universa ejus.* Qui cum non obedisset, ac dixisset Samueli, quasi per impudentiam glorians in transgressione sua: *Benedictus tu domino, implevi verbum domini. dixitque Samuel: Et quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis? Numquid vult dominus holocausta & victimas, & non potius ut obediatur voci domini? Melior est enim obedientia quam victimæ, & auscultare magis quam offerre adipem arietum. quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare. Pro eo ergo quod abjecisti sermonem domini, abjecit te dominus ne sis rex. Dixitque Saul ad Samuelem: Peccavi, quia prævaricatus sum sermonem domini & verba tua.* At tu ejus quidem transgressionem imitatus

Marginalia: Peccati mortalis gravitas. — *Rom. 2.* — Quam gravia episcoporum & sacerdotũ peccata sint. — *Ier. 23. & 50. & 12.* — *Ier. 13. juxta 70.* Secũda hæreticorum transgressio primæ malitiam ostendit. — *Luc. 15.* — In longanimitatem ac misericordiam propensior apostolica sedes, quam in severitatem. — *Ier 51.* — *Proverb. 7.* — *Proverb 26 juxta 70.* — Perversa & fallac... publica... — *Act. 5.* — *1. Reg. 15.*

imitatus es, confessionem vero transgressionis non es æmulatus, nec dixisti, *Peccavi*: cum mutaveris domini fidem, & deceperis nostros apocrisarios. Super quo tibi propitius esse potero? *Numquid super his non visitabo, dicit dominus? & in gente tali non ulciscetur anima mea?* Quamobrem hos quidem in cinere & sacco & afflictione animæ & corporum, & lacrymis pœnitentiæ, opprobrium ipsis a te illatum expurgare jussimus: quod non solum apostolicam contempserint potestatem, sed etiam sapientem non audierint parabolam quæ dicit: *Quando submiserit inimicus vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius.* Te vero una cum hæreticis tuis literis, id est, literis synodalibus, quæ & prius & nunc a te ad nos missæ sunt, sententia anathematis damnavimus, ex eo die qui scriptus a nobis ac definitus est, nempe a die prima præsentis mensis Novembris indictione VIII. qua die missas a te lubricas literas accepimus & condemnavimus: quoad ea, quæ synodaliter a te gesta sunt, quæque prius & quæ nunc, tu cum omnibus, qui quomodocumque vel scripto vel sine scripto iis patrocinantur, aut ea defendunt, nobis consentiendo damnetis & anathematizetis ut hæretica & vana. Primum quidem propter hærentem in his absurditatem reprehensibilium duodecim tuorum capitum, quæ tibi scripto nota feci, ut inexcusabilis sis, si emendationem recuses. Deinde quod pium sermonem irritum facere in illis ausus es, impium vero dogma confirmare: qui hoc sustuleris, quod per naturam voluntas & operatio salutis nostræ sit in domino nostro Iesu Christo, secundum utramque earum, ex quibus & in quibus est, naturarum. in quo propter sublatas ejusmodi pias voces, sine voluntate ac sine operatione, quinimo sine substantia ac sine existentia in utraque natura eum esse adstruxisti. quod enim est expers omnis substantialis voluntatis atque operationis, destituitur etiam ab omni substantiali existentia. Qui præterea sustuleris in præfato tuo secundo synodali, & hoc, Omnia anathematizare quæcumque anathematizamus: ut per hoc non solum eos etiam quos anathematizamus, nempe ipsas impiorum hæreticorum personas, anathematizare recuses (nam si dogmata a te non anathematizentur, perspicuum est te ne personas quidem nefariorum hæreticorum anathematizare: siquidem hæreseos ipsorum causa, non causa naturæ, eos anathematizamus) sed ut etiam omnem omnium errorem paganorum, Iudæorum, hæreticorum in te confirmes. Si enim omnia omnium horum dogmata condemnamus, ut contraria & inimica veritati; tu vero omnia una nobiscum voce non anathematizas quæ anathematizamus: consequens est, te horum omnium errorem confirmasse, qui a nobis sive ab ecclesia catholica anathematizatur. Qui igitur ista fecisti adversus catholicam fidem; *Neglexisti me, dicit dominus, & oblitus es fœderis mei dicentis: Non transgredieris de omnibus sermonibus, quos ego præcipio tibi hodie, dextra aut sinistra, ut eas post deos alios, ut colas eos. Et erit si non audieris vocem domini Dei tui, ut custodias & facias omnia præcepta ejus, & statuta ejus, quæ ego præcipio tibi hodie: & venient super te omnes hæ maledictiones & apprehendent te. Via enim tua & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi. Hæc malitia tua, quia amara est, quoniam attigit usque ad cor tuum. Quomodo igitur dices, Non sum pollutus, nec ambulavi post superinductitiam novitatem? Vide vias tuas in errore impressas, & cognosce quid feceris: quoniam si ablueris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam, maculatus es in iniquitatibus tuis coram me, dicit dominus*: donec convertens convertas te sincere, & eum per piam confessionem diligas *in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est enim primum & magnum mandatum*, recte credere in dominum ac Deum nostrum Iesum Christum, juxta sanctorum patrum & probatorum atque universalium conciliorum doctrinam. Et nunc meliores fac vias tuas, & dogmata cordis tui emunda ab omni hæretica pravitate: & audi vocem domini Dei tui, & cessabit dominus ab omnibus malis quæ dixit in te. Ne igitur amplius per ea quæ scribis, aut inscite struis, ut alii pro te scribant, patrocineris impietati, sed eam potius ut hæreticam accusa. Non enim jam homo pœnitens a malitia sua dicit, quid feci? *Ecce enim judicio contendo tecum, dicit dominus cum dicis, Non peccavi: quia contempsisti me vehementer, ut duplices faceres vias tuas.* Quapropter cognoscens cognosces, quemadmodum diximus, quod depositus sis ab omni sacerdotali dignitate & ministerio in sancta Dei catholica & apostolica ecclesia, quoad sine ulla prætermissione omnia quæ a nobis hic synodaliter sancita sunt ac definita ad commendationem & confirmationem catholicæ ecclesiæ, videlicet dictorum sanctorum patrum, & universalium quinque synodorum, scripto confirmes, & nobiscum confitearis in uno sanctæ & consubstantialis & adorandæ Trinitatis Deo verbo, qui propter nos incarnatus est, & perfecte humanatus, duas naturas secundum hypostasim unitas inconfuse & indivise: & duas naturales voluntates, duasque naturales operationes, divinam & humanam connaturaliter unitas, secundum sanctorum patrum doctrinam, ad veram confirmationem, quod Deus natura perfectus, & homo natura perfectus idem existit: ut per omnia proprie similis Deo & patri, præter quam quod pater ingenitus est; & per omnia proprie similis nobis, solum absque peccato: & anathematizes omnes hæreticos, quos anathematizamus, id est, quos anathematizat catholica Dei & apostolica ecclesia, cum omnibus hæreticis ipsorum dogmatibus: & eos, qui nunc exorti sunt, hæreticos, & qui a nobis synodaliter propter ipsorum hæresim anathematizati sunt: Theodorum dico, qui fuit episcopus Pharan, & Cyrum qui Alexandriæ, & Sergium qui Constantinopolis, ejusque successores Pyrrhum & Paulum, cum omnibus ipsorum hæreticis dogmatibus, & impia expositione, magisque impia formula eorum quæ ab ipsis nefarie firmata sunt, ad orthodoxæ fidei eversionem: & omnibus simpliciter, qui vane affirmant, unam, sive nullam omnino confitentur divinitatis & humanitatis Christi naturam, aut voluntatem, aut operationem: quos ut hostes & adversarios suos catholica Dei & apostolica ecclesia jure abjicit, & anathematizat. Ne igitur repudiet domini sermonem, in impiis permanens. Pietas enim in Deum, principium est sensus ac sapientiæ: & si quæres eam ut argentum, & sicut thesauros investigabis eam; tunc intelliges timorem domini, & cognitionem Dei invenies. quoniam Deus dat sapientiam: & a facie ejus cognitio & intelligentia, reservat salutem recte agentibus. Quare revertere ad me, dicit dominus, & non firmabo vultum

Ier. 5. Proverb. 26. Deuter. 28. Ierem. 2. Matth. 22. Ierem. 2.

tum meum ſuper te: quoniam miſericors ego ſum, nec iraſcar tibi in æternum. Tantum cognoſce iniquitatem tuam, quia in dominum Deum tuum impie egiſti, & effudiſti vias tuas ad alienos fidei, voci autem meæ non obediſti, dicit dominus. Nam cognitio rerum tuarum conciliabit tibi celerem in iis correctionem: maxime ſi una cum proprio dogmatis errore, corrigas etiam quod in ſacros canones peccaſti. eos enim irritos facere auſus es, qui teipſum per proprias literas non confeſſus ſis, ut ſubditum huic apoſtolicæ ſedi vicarium. Qui igitur in utroque lapſus es, utrique ſtudeto convenienter mederi. non enim aliter habebis perfectam a nobis veniam, niſi in utroque nobis correctionem tuam exhibeas.

Παύλῳ ἐπισκόπῳ Θεσσαλονίκης, Μαρτῖνος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, ἐπίσκοπος.

** Hanc & ſeqq. ex codice Barberino exhibemus

Ο κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ τῇ αὐτοῦ φιλανθρώπῳ σαρκώσει τὴν παλαιωθεῖσαν ἡμῶν φύσιν ἀνακαινίσας, καὶ τῷ ἰδίῳ μώλωπι τὴν πληγὴν τῆς παραβάσεως ἡμῶν ἰασάμενος, βουλόμενος ἡμᾶς μηκέτι λοιπὸν ἁμαρτάνειν, ἵνα μὴ χεῖρον τι γένηται καθ' ἡμῶν διὰ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ παραδοθῶμεν τῇ αἰωνίῳ κολάσει, καὶ γὰρ ἐκείνῃ παραδίδοται πάντως ὁ μὴ τῇ ἐνταῦθα παιδείᾳ σωφρονισθεὶς, ἠξίωσε δι' ὑπερβάλλουσαν ἀγαθότητα σκόλοψιν ὥσπερ τισὶ ταῖς πληκτικαῖς ἐπιτιμίαις, τὰς πρὸς ἁμαρτίαν ὁδοὺς καὶ εἰσόδους τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ἀποφράξαι, καὶ ἀνοικοδομῆσαι. καὶ τοῦτο γνωρίζει δι' Ὡσηὲ τοῦ προφήτου λέγοντος· ἰδοὺ ἐγὼ φράσσω τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐν σκόλοψι, καὶ ἀνοικοδομήσω τὰς ὁδοὺς αὐτῆς· καὶ τὴν τρίβον αὐτῆς οὐ μὴ εὕρῃ, καὶ καταδιώξεται τοὺς ἐραστὰς αὐτῆς, καὶ οὐ μὴ καταλάβῃ· καὶ ζητήσει αὐτοὺς καὶ οὐ μὴ εὕρῃ· καὶ ἐρεῖ· πορεύσομαι καὶ ἐπιστρέψω πρὸς τὸν ἄνδρα μου τὸν πρότερον, ὅτι καλῶς μοι ἦν τότε ἢ νῦν. ὅθεν ἐξ ἀμέτρου φιλανθρωπίας, οὐ τὰ κατ' ἐπίγνωσιν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ καταδικάσει τὰ ἁμαρτανόμενα παρ' ἡμῶν ἐξ ἀγνοίας ἢ λήθης ἢ ψιλῆς ἐνθυμήσεως ἢ ἀνωφελοῦς ἐπιθυμίας, ἵνα μὴ διὰ τῶν δοκούντων εὐτελεστέρων ὑπάρχειν τῇ κακίᾳ τρίβων, ὁδοποιοῦντες διὰ τὴν καταφρόνησιν, ἐπὶ τὰ μείζω καὶ πονηρότερα προαχθῶμεν τῶν ἁμαρτημάτων, οὐκ ὄντος ἔτι φόβου, τοῦ τὴν ὁρμὴν διὰ τῆς ἡμετέρας κακίας διὰ τιμωρίας ἐπέχοντος. μείζονα δὲ λέγω, τὰ ἐν ἐπιγνώσει δι' ἐνεργείας αὐτῆς πλημμελούμενα, καὶ εἰς πέρας ἐρχόμενα μοχθηρά· δι' ὧν τελείως ἐκπίπτομεν τοῦ Θεοῦ καὶ τῷ ἐσχάτῳ θανάτῳ κατακρινόμεθα, ἔνθα κόλασις μέν ἐστιν αἰώνιος, ἄνεσις δὲ τὸ παράπαν οὐκ ἔστιν ἀφέσεως· οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου. καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι, φησὶν ὁ μακάριος Δαβίδ. ὅτι γὰρ κολάζει τὰ ἐξ ἀγνοίας εἰς αὐτὸν παρ' ἡμῶν πλημμελούμενα ὁ Θεὸς, αὐτὸς μαρτυρεῖ λέγων· ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ καὶ μὴ ἑτοιμάσας ἢ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς. ὁ δὲ μὴ γνοὺς ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας. ὅτι δὲ καὶ τὰ ἀκουσίως, ἢ ἐκ λήθης πραττόμενα παρὰ τὸ δέον οὐκ ἀνεύθυνα καταλιμπάνει, γνωρίζει πάλιν διὰ Μωϋσέως· καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων· λάλησον πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ λέγων· ψυχὴ ἐὰν ἁμάρτῃ ἀκουσίως ἀπὸ πάντων τῶν προσταγμάτων κυρίου, ὧν οὐ δεῖ ποιεῖν, καὶ ποιήσει ἕν τι ἀπ' αὐτῶν. ἐὰν μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ὁ κεχρισμένος ἁμάρτῃ τοῦ τὸν λαὸν ἁμαρτεῖν, καὶ προσοίσει περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ ἧς ἥμαρτε μόσχον ἐκ βοῶν ἄμωμον τῷ κυρίῳ περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ. ἐὰν δὲ ὁ ἄρχων ἁμάρτῃ, καὶ ποιήσωσι μίαν ἀπὸ τῶν ἐντολῶν κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτῶν ἣ οὐ ποιηθήσεται ἀκουσίως καὶ πλημμελήσῃ, καὶ γνωσθῇ αὐτῷ ἡ ἁμαρτία ἣν ἥμαρτεν ἐν αὐτῇ, καὶ προσοίσει τὸ δῶρον αὐτοῦ χίμαρρον ἄμωμον ἐξ αἰγῶν· καὶ ψυχὴ ἢ ἂν λάθῃ αὐτὸν λήθῃ, καὶ ἁμαρτήσῃ ἀκουσίως ἀπὸ τῶν ἁγίων κυρίου καὶ εἰσοίσει τῆς πλημμελείας αὐτοῦ τῷ κυρίῳ κριὸν ἄμωμον ἐκ τῶν προβάτων. οὕτω δὲ πάλιν καὶ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ, τουτέστιν ἐν μόνῃ συνιστάμενα τῇ ἐνθυμήσει, καταδικάζει λέγων· πρόσεχε σεαυτῷ μήποτε γένηται ῥῆμα κρυπτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἀνόμημα, καὶ ἔσεταί σοι ἁμαρτία μεγάλη. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἐξ ἐπιθυμίας ἀκαίρου γινόμενα πλήττει λέγων· οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίου σου, οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὐδὲ τοὺς βόας αὐτοῦ, οὐδὲ τὸ ὑποζύγιον αὐτοῦ, οὐδὲ παντὸς κτήνους αὐτοῦ, οὐδὲ ὅσα τοῦ πλησίον σού ἐστιν. εἰ οὖν ταῦτα, τουτέστι τὰ ἐκ λήθης, ἢ ἀγνοίας, ἢ συναρπαγῆς, ἢ ἐνθυμήσεως, ἢ ἐπιθυμίας, ἀτόπως γινόμενα παρ' ἡμῶν οὐ παρορᾷ παντελῶς, καταδικάζει δὲ προφανῶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἵνα τὸ κέντρον τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐξαφανίσῃ καὶ τὸν ἐκ τούτου τῆς ἡμετέρας κατακρίσεως ὀλέσηται θάνατον, ποίας ἄρα καὶ πόσης ἄξιός ἐστι τιμωρίας ὁ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονῶν, καὶ διὰ τοῦτο πάσῃ σπουδῇ καὶ προθέσει κατ' ἐπίγνωσιν ἁμαρτάνων, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν οἰκείαν παράβασιν διὰ τῶν αὐτοῦ γραμμάτων ἐγγράφως ἡμῖν ἐπιδεικνύμενος; ὅπερ αὐτὸς ποιῆσαι τετόλμηκας, καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ δεύτερον διὰ τῶν συνοδικῶν συγγραμμάτων, ἀγνοήσας ὡς ἔοικεν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει· κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι ζωὴν αἰώνιον. τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, ὀργὴ καὶ θυμὸς, θλίψις καὶ στενοχωρία, ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν· ἐπισκόπου μάλιστα καὶ ἱερέως τοῦ καθοδηγεῖν τοὺς ἄλλους ὀφείλοντος, καὶ κατευθύνειν εἰς ὁδὸν εἰρήνης διὰ τῆς ἀληθοῦς εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν ὁμολογίας, ἀλλ' οὐ κρημνίζειν εἰς ὁδὸν ἀπωλείας, διὰ τῆς οἰκείας αἱρέσεως τὰ διαβήματα τῶν ἑπομένων

μένων λαῶν. περὶ ὧν καὶ λέγει διὰ τοῦ μακαρίου Ἱερεμίου ὁ κύριος. ὦ οἱ ποιμαίνοντες, οἱ διασκορπίζοντες τὰ πρόβατα τῆς νομῆς μου. πρόβατα ἀπολωλότα ἐγενήθη ὁ λαός μου. οἱ ποιμαίνοντες αὐτὸν, ἐξῶσαν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ ὄρη, ἀπεπλάνησαν αὐτοὺς, ἐξ ὄρους ἐπὶ βουνὸν, ᾤχοντο· ἐπελάθοντο κοίτης αὐτῶν. πάντες οἱ εὑρίσκοντες αὐτοὺς, κατανήλισκον αὐτούς. ποιμένες γὰρ πολλοὶ διέφθειραν τὸν ἀμπελῶνά μου, ἐμόλυναν τὴν μερίδα μου τὴν ἐπιθυμητὴν ἔδωκαν αὐτὴν εἰς ἔρημον ἄβατον. διὰ τοῦτο, τάδε λέγει κύριος ἐπὶ τοὺς ποιμαίνοντας τὸν λαόν μου· ὑμεῖς διεσκορπίσατε τὰ πρόβατά μου, καὶ ἐξώσατε αὐτὰ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθε αὐτά. ἰδοὺ ἐγὼ ἐκδικῶ ἐφ᾽ ὑμᾶς, κατὰ τὰ πονηρὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν. καὶ ὡς ἐπελάθω μου καὶ ἤλπισας ἐπὶ ψεύδεσι· κἀγὼ ἀποκαλύψω τὰ ὀπίσω σου, ἐπὶ πρόσωπόν σου, καὶ γνωσθήσεται ἡ ἀτιμία σου. φανερῶς γὰρ ἡ τῶν σῶν δογμάτων δευτέρα παράβασις, καὶ τὴν πρώτην ἑκούσιον οὖσαν ἀπέδειξεν καὶ ἐκ μελέτης πονηρᾶς, ἤγουν διανοίας αἱρετικῆς, ἀλλ᾽ οὐκ ἀβουλήτου συναρπαγῆς ἢ ἀπλάστου καρδίας παρὰ σοῦ γεγενημένην κατὰ τῆς πίστεως. ἔδει τοίνυν ἡμᾶς ἀναλογιζομένους τὸ πιστευθὲν ἡμῖν βάρος τῆς ἀρχιερατικῆς διακονίας, ταυτὸν δὲ λέγειν τῆς προνοητικῆς τῶν ψυχῶν ἐπιμελείας, μηδαμῶς ἀναβαλέσθαι, πίστεως ὑπὸ σοῦ προδιδομένης, ἀλλὰ τῇ ἀκριβείᾳ τοῦ κανόνος ἀποχρωμένους, ἐκ πρώτης ἐντεύξεως τὸ γράμμα σὺν τῷ γράψαντι καταδικάσαι· ἵνα μὴ τοῖς τοῦ κυρίου λογικοῖς προβάτοις τὴν θανάσιμον τῆς σῆς διδασκαλίας προτεινόμενος πόαν, ἑαυτῷ ταῦτα συναπονεκρώσῃς, διὰ τὴν κακοπιστίαν, καὶ ἀποστερήσῃς αὐτὰ τῆς κατὰ Χριστὸν αἰωνίου ζωῆς· ὑπὲρ ὧν αὐτὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τέθεικεν ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ δι᾽ ἅπερ κλίνας τοὺς οὐρανοὺς, ἐκ τῶν πατρικῶν κόλπων οὐκ ἀποστὰς, κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα τὸ ἀπολωλὸς περισωσάμενος πρόβατον ὤμοις ἰδίοις πρὸς τὸν ἑαυτοῦ κατὰ φύσιν πατέρα φιλανθρώπως ἀνακομίσηται, καὶ τῇ οὐρανίῳ ποίμνῃ συγκαταριθμήσῃ, διὰ σπλάγχνα ἐλέους. ἀλλ᾽ ἀνεχόμενοι τέως μακροθυμίᾳ, τὴν ἐπιτιμίαν, προσδεξάμενοι συμπαθείᾳ τὴν ἱκεσίαν, Πιθανοῦ τοῦ ἐπισκόπου καὶ Ἰγνατίου τοῦ διακόνου τῶν σῶν ἀποκρισιαρίων, ἰσχυριζομένων μάλιστα καὶ διαβεβαιουμένων ἀκούσιον εἶναι τὴν συναρπαγὴν τοῦ τοιούτου γράμματος, ἀλλ᾽ οὐ γνώμης ἔργον τὴν τοῦ σοῦ δόγματος ἀτοπίαν. ὅθεν καὶ ἔλεγον αὐτίκα τε καὶ παραχρῆμα πρὸς τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος δόγματος γίνεσθαι παρὰ σοῦ τὴν μετάθεσιν ἀνυπερθέτως, ἡνίκα σοι κατὰ τὴν αἴτησιν αὐτῶν προτεινόμενοι ἀγαπητικῶς τὴν περὶ τούτου ὑπόμνησιν, οὗ χάριν ἡμᾶς καὶ αὐτά σου τὰ σφάλματα κατασημήνασθαι καὶ ὑποδεῖξαί σοι παρεκάλεσαν, ὃ δὴ καὶ πεποιήκαμεν διὰ τῶν ἡμετέρων ἀποκρισιαρίων, παριδόντες δι᾽ ἀγάπην τὸ ἀκριβὲς τοῦ κανόνος παρακελευόμενοι, οὐ πάντως ὡς ὑποκείμενόν σε τῷ καθ᾽ ἡμᾶς ἀποστολικῷ θρόνῳ κανονικῶς, ἐλθεῖν καὶ ἀπολογήσασθαι, περὶ ὧν οὐκ εὐσεβῶς ἐδογμάτισας ἐν ἀρχῇ τῆς σῆς χειροτονίας, ἀλλ᾽ ἰδού φησιν· ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἰάθη· ὅτι ἤγγισεν εἰς οὐρανὸν τὸ κρίμα αὐτῆς. οὐ μόνον γὰρ αὐτὸς ἀδιόρθωτος ἔμεινας, ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰρημένους ἡμῶν ἀποκρισιαρίους ἠπάτησας. ἐργασάμενος εἰς αὐτοὺς ἔργον ὃ εἰργάσατο κακούργως εἰς τὸν Ἀδὰμ ὁ ὄφις συναποστάτην ἑαυτῷ κατασκευασάμενος τὸν λαβόντα παρὰ κυρίου τὴν ἐντολὴν, καὶ σὺ γὰρ ὁμοτρόπως τῷ ὄφει τούτους παρέπεισας, τεῖναι τὴν χεῖρα αὐτῶν, καὶ λαβεῖν ἐκ τοῦ σταλέντος σοι παρ᾽ ἡμῶν ἰσοτύπου γράμματος, οὐ πονηράν τινα καὶ ἐπίμικτον γεῦσιν. ὥσπερ ἐκεῖ τουτέστιν ἐπὶ τοῦ ξύλου τῆς παραβάσεως, ἀλλὰ τὴν καθαράν τε καὶ ἄδολον τῶν ἁγίων πατέρων ὁμολογίαν, ταύτην γὰρ εὐσεβῶς εἰς αὐτὸ τὸ σταλὲν παρ᾽ ἡμῶν κατετάξαμεν γράμμα πρὸς διόρθωσιν τῆς σῆς ψυχῆς, εἰ καὶ ταύτην ἑαυτοῦ διωσάμενος, ἀντὶ ταύτης αὐτοὺς ἐμβαλεῖν ὑπενόθευσας τῆς σῆς ἀτοπίας τὰ δόγματα, ἐξ ὧν τὸ παράπαν οὐκ ὠφελήθης καὶ ἔδοξας αὐτοὺς ἀποπλανῶν, ὁμιλίᾳ πολλῇ, βρόχοις δὲ τοῖς ἀπὸ χειλέων ἐξώκειλας αὐτούς. οἱ δὲ, κεπφωθέντες, ἠκολούθησαν, οὐκ εἰδότες ὅτι περὶ ψυχῆς αὐτοῖς ἐστιν ὁ κίνδυνος, ὃν σὺ δολερῶς κατ᾽ αὐτῶν συνεσκεύασας. λόγοι γὰρ κερκώπων μαλακοὶ, οὗτοι δὲ τύπτουσιν, εἰς ταμιεῖα σπλάγχνων. ὡς μὴ ἀκούσας τοῦ λέγοντος, ὁ ὀρύσσων βόθρον τῷ πλησίον αὐτοῦ, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτόν. ὁ δὲ κυλίων λίθον ἐφ᾽ ἑαυτὸν κυλίει. γλῶσσα γὰρ ψευδὴς, μισεῖ ἀλήθειαν· στόμα δὲ ἄστεγον, ποιεῖ ἀκαταστασίας. πῶς οὖν ταῦτα διαπραξάμενος εἰς αὐτούς τε καὶ τὸ δι᾽ αὐτῶν σταλὲν παρ᾽ ἡμῶν ἰσότυπον γράμμα κατὰ παράληψιν, ὡς εἴρηται, τῶν σῶν ἀποκρισιαρίων ἔδοξας γράφειν ἡμῖν ἑαυτὸν ἐξαπατῶν, ἀλλ᾽ οὐχ ἡμᾶς συνεξαρπάζων. διά τοι τοῦτο προσαναφέρομεν τῇ οἰκουμενικῇ ὑμῶν πατρότητι ὡς τὰ παραστάντα ἐπ᾽ ἔργον ἀγαγόντες, μετὰ πάσης προθυμίας ἐξεθέμεθα, κατὰ μίμησιν τοῦ ὑποδειχθέντος ἡμῖν χειδαρείου, τὴν ἐνοῦσαν ἡμῖν ἐν κυρίῳ πίστιν. ἀλλ᾽ ἄκουε τί φησιν ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων πρὸς τὸν τὴν ἀλήθειαν παραλογισάμενον· διατί ἐπλήρωσεν ὁ σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις. ἀλλὰ τῷ Θεῷ παραπλήσιόν τι ποιήσας τοῦ ἀκούσαντος παρὰ κυρίου διὰ Σαμουὴλ τοῦ προφήτου· τάδε εἶπε κύριος Σαβαώθ· νῦν ἐκδικήσω ἃ ἐποίησεν Ἀμαλὴκ τῷ Ἰσραήλ. καὶ νῦν πορεύου καὶ πατάξεις αὐτὸν καὶ ἀναθεματιεῖς αὐτὸν, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ. καὶ παρακούσαντος καὶ εἰρηκότος πρὸς Σαμουὴλ οἷα τῇ παραβάσει τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ γινομένων ἐξ ἀναιδείας μεγαλαυχῶν· εὐλογητὸς σὺ τῷ κυρίῳ, ἔστησα πάντα ὅσα ἐλάλησε κύριος. καὶ εἶπε Σαμουήλ· καὶ τίς ἡ φωνὴ τοῦ ποιμνίου τούτου τοῦ ἐν τοῖς ὠσί μου; καὶ εἰ θελητὸν τῷ κυρίῳ, ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίαι, ὡς τὸ ἀκοῦσαι φωνῆς κυρίου, ἰδοὺ ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν ἀγαθὴ, καὶ ἡ ἐπακρόασις, ὑπὲρ στέαρ κρεῶν. ὅτι ἁμαρτία οἰώνισμά ἐστι. διότι ἐξουδένωσας τὸ ῥῆμα κυρίου, καὶ ἐξουδενώσει σε κύριος, τοῦ μὴ εἶναί σε ἡγούμενον τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. καὶ εἶπε Σαοὺλ πρὸς Σαμουήλ· ἡμάρτηκα, ὅτι παρέβην τὸν λόγον κυρίου καὶ τὸ ῥῆμά σου. σὺ δὲ τὴν μὲν τούτου παράβασιν ἐμιμήσω, τὴν δὲ ἐξαγόρευσιν τῆς παραβάσεως, οὐκ ἐζήλωσας; οὐδὲ εἶπας, ἡμάρτηκα παραλλάξας τὴν τοῦ κυρίου πίστιν, καὶ ἀπατήσας τοὺς ὑ-

μετέρους ἀποκρισιαρίους. ποία οὖν τούτων ἵλεως ἔσομαί σοι; μὴ, ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπισκέψομαι, λέγει κύριος; ἢ ἐν ἔθνει τῷ τοιούτῳ οὐκ ἐκδικήσει ἡ ψυχή μου; διὸ τούτοις μὲν ἐν σποδῷ καὶ σάκκῳ καὶ τήξει ψυχῆς καὶ σώματος δάκρυσι μετανοίας τὴν προστριβεῖσαν αὐτοῖς παρὰ σοῦ χλεύην ἐκκαθᾶραι προστετάχαμεν: οἷα μὴ μόνον τῆς ἀποστολικῆς καταφρονήσαντας ἐξουσίας, ἀλλὰ καὶ τῆς σοφῆς παρακούσαντας παροιμίας τῆς λεγούσης· ἐὰν δεῆταί σου ὁ ἐχθρὸς μεγάλῃ τῇ φωνῇ, μὴ πεισθῇς αὐτῷ. ἑπτὰ γὰρ πονηρίαι εἰσὶν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. σὲ δὲ μετὰ τῶν τῶν αἱρετικῶν σου δογμάτων, ἤγουν τῶν συνοδικῶν γραμμάτων τῶν τε πρότερον, καὶ τῶν νῦν παρὰ σοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀπεσταλμένων τῇ ἀποφάσει τοῦ ἀναθέματος κατεδικάσαμεν ἐκ τῆς αὐθεντίας τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου, πάσης σε καθελόντες ἱερατικῆς ἀξίας καὶ ὀνομασίας, ἀπὸ τῆς γεγραμμένης ἡμῖν καὶ ὁρισθείσης ἡμέρας, φαμὲν δὴ τῆς πρώτης τοῦ παρόντος νοεμβρίου μηνὸς τῆς ἐνεστώσης ὀγδόης ἰνδικτιῶνος, εἰς ἣν τὰ παρὰ σοῦ ἐπισφαλῆ συνοδικὰ, ἐδεξάμεθά τε καὶ κατεκρίναμεν. ἄχρις ἂν καὶ αὐτὸς αὐτὰ τὰ παρὰ σοῦ γενόμενα συνοδικὰ, τά τε πρότερα, καὶ τὰ νῦν μετὰ παντὸς τοῦ ὁπωσοῦν ἐγγράφως ἢ ἀγράφως, συνηγοροῦντος αὐτοῖς, ἢ ὑπεραπολογουμένου αὐτῶν συμφώνως ἡμῖν καταδικάσῃς καὶ ἀναθεματίσῃς ὡς αἱρετικά τε καὶ ἕωλα. τὰ πρῶτα μὲν, διὰ τὴν ἐγκειμένην αὐτοῖς ἀτοπίαν τῶν ἐπιληψίμων σου δώδεκα κεφαλαίων, ὧν τὴν εἴδησιν παρ' ἡμῶν ἐγγράφως προσείληφας, εἰς τὸ ἀναπολόγητόν σε τυγχάνειν, παραιτούμενον τὴν διόρθωσιν. τὰ δεύτερα δὲ, διὰ τὴν ἀνύψωσιν τοῦ ἀσεβοῦς δόγματος, ἣν ἐν αὐτοῖς ποιῆσαι τετόλμηκας· ἀνελὼν μὲν, τὸ φύσει θελητικὸν, καὶ ἐνεργητικὸν ὑπάρχειν τῆς ἡμῶν σωτηρίας, καθ' ἑκατέραν, τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς ἐστι φύσεων τὸν κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐφ' ᾧτε διὰ τῆς τῶν τοιούτων εὐσεβῶν φωνῶν ἀναιρέσεως, ἀνεθέλητόν τε καὶ ἀνενέργητον, μᾶλλον δὲ ἀνούσιον, καὶ ἀνύπαρκτον ἐν ἑκατέρᾳ φύσει τοῦτον ὄντα κατασκευάσας. τὸ γὰρ πάσης ἀμοιροῦν ὂν οὐσιώδους θελήσεως καὶ ἐνεργείας, καὶ παντοίας ἔρημόν ἐστιν οὐσιώδους ὑπάρξεως. συνανελὼν δὲ πρὸς τούτοις ἐν τῷ ῥηθέντι σου δευτέρῳ συνοδικῷ, καὶ τὰ πάντα ἀναθεματίζειν ὅσα ἀναθεματίζομεν· ἵνα διὰ τούτου μὴ μόνον καὶ οὓς ἀναθεματίζομεν, ἤγουν αὐτὰ τὰ πρόσωπα τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν παραιτήσῃ ἀναθεματίζειν· τῶν γὰρ δογμάτων οὐκ ἀναθεματιζομένων ὑπὸ σοῦ, δῆλον ὡς οὐδὲ τὰ πρόσωπα τῶν ἐκθεμένων αἱρετικῶν ἀναθεματίζεις· εἴπερ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν χάριν καὶ οὐχὶ τῆς φύσεως ἕνεκα, τούτοις ἀναθεματίζομεν, ἀλλ' ἵνα καὶ πᾶσαν ἁπάντων πλάνην, Ἑλλήνων, Ἰουδαίων, αἱρετικῶν καθ' ἑαυτοῦ βεβαιώσῃς. εἰ γὰρ τὰ δόγματα τούτων ἁπάντων ἅπαντα κατακρίνομεν ὡς ἐχθρὰ καὶ πολέμια τῆς ἀληθείας· σὺ δὲ πάντα συμφώνως ἡμῖν οὐκ ἀναθεματίζεις, ἅπερ ἀναθεματίζομεν, εἰκότως ἄρα τὴν τούτων ἁπάντων πλάνην ἐκύρωσας, ὑφ' ἡμῶν ἤγουν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναθεματιζομένην. ταῦτα τοίνυν διαπραξάμενος μετὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἐμοῦ ἠμέλησας, λέγει κύριος, καὶ ἐπελάθου τῆς διαθήκης μου τῆς λεγούσης· οὐ παραβήσῃ ἀπὸ πάντων τῶν λόγων ὧν ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ πορεύεσθαι ὀπίσω θεῶν ἑτέρων, λατρεύειν αὐτοῖς. καὶ ἔσται, ἐὰν μὴ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ Θεοῦ σου φυλάσσειν καὶ ποιεῖν πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, καὶ τὰ ἠκριβασμένα αὐτοῦ, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, καὶ ἐλεύσονται ἐπὶ σὲ, πᾶσαι αἱ κατάραι αὗται, καὶ καταλήψονταί σε. αἱ γὰρ ὁδοί σου καὶ τὰ ἐπιτηδεύματά σου, ἐποίησαν ταῦτά σοι. αὕτη ἡ κακία σου ὅτι πικρὰ, ὅτι ἥψατο ἕως τῆς καρδίας σου. πῶς οὖν ἐρεῖς ὅτι οὐκ ἐμιάνθην, καὶ ὀπίσω τῆς ἐπεισάκτου καινοτομίας οὐκ ἐπορεύθην. ἴδε τὰς ὁδούς σου ἐν τῇ πλάνῃ τῶν αἱρετικῶν τυπωθείσας, καὶ γνῶθι τί ἐποίησας· ὅτι ἐὰν ἀποπλύνῃ ἐν νίτρῳ καὶ πληθύνῃς σεαυτῷ πόαν, κεκηλίδωσαι ἐν ταῖς ἀδικίαις σου ἐναντίον ἐμοῦ, λέγει κύριος· ἕως ἂν ἐπιστρέφων ἐπιστρέψῃς εἰλικρινῶς καὶ ἀγαπήσῃς αὐτὸν δι' εὐσεβοῦς ὁμολογίας ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου. αὕτη γάρ ἐστι πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολὴ τὸ πιστεύειν ὀρθῶς εἰς αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων καὶ τὴν τῶν ἐγκρίτων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων διδασκαλίαν. καὶ νῦν βελτίους ποίησον τὰς ὁδούς σου, καὶ τὰ δόγματα τῆς καρδίας σου ἅγνισον, ἐκ πάσης φαυλότητος αἱρετικῆς· καὶ ἄκουσον τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ παύσεται κύριος ἀπὸ τῶν κακῶν, ὧν ἐλάλησεν ἐπὶ σέ. μὴ οὖν ἔτι δι' ὧν γράφεις, ἢ γράφειν ἀπαιδεύτως ἑτέροις ὑπὸ σοῦ παρασκευάζειν συνηγορήσῃς τῇ ἀσεβείᾳ, κατηγορεῖ δὲ ταύτης μᾶλλον, ὡς αἱρετικῆς. οὐκέτι γὰρ ἄνθρωπος μετανοῶν ἀπὸ τῆς κακίας αὐτοῦ, καὶ λέγων. τί ἐποίησα; ἰδοὺ γὰρ ἐγὼ κρίνομαι πρὸς σὲ, λέγει κύριος, ἐν τῷ λέγειν σε οὐχ ἡμάρτον. ὅτι κατεφρόνησάς μου σφόδρα τοῦ δευτερῶσαι τὰς ὁδούς σου. διὸ γινώσκων, γνώσῃ καθάπερ εἰρήκαμεν ὡς καθῃρημένος ὑπάρχεις πάσης ἱερατικῆς ἀξίας καὶ λειτουργίας, ἐν τῇ καθολικῇ τοῦ Θεοῦ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, μέχρις ἂν ἀπαραλείπτως ἅπαντα τὰ παρ' ἡμῶν ἐνταῦθα συνοδικῶς κυρωθέντα τε καὶ ὁρισθέντα πρὸς σύστασιν καὶ βεβαίωσιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ταυτόν δὲ λέγειν τῶν εἰρημένων ἁγίων πατέρων, καὶ τῶν ἐγκρίτων οἰκουμενικῶν πέντε συνόδων ἐγγράφως κυρώσῃς, καὶ σὺν ἡμῖν ὁμολογήσῃς ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς τριάδος Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένου δι' ἡμᾶς καὶ τελείως ἐνανθρωπήσαντος, δύο φύσεις καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένας ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως, καὶ δύο φυσικὰς θελήσεις, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην συμφυῶς ἡνωμένας κατὰ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίαν, εἰς πίστωσιν ἀληθῆ, τοῦ Θεὸν φύσει τέλειον καὶ ἄνθρωπον φύσει τέλειον τὸν αὐτὸν ὑπάρχειν· ὡς κατὰ πάντα κυρίως ὅμοιον τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, πλὴν ἀγεννησίας, καὶ κατὰ πάντα κυρίως ὅμοιον ἡμῖν, μόνης δίχα τῆς ἁμαρτίας· καὶ ἀναθεματίσῃς πάντας οὓς ἀναθεματίζομεν αἱρετικοὺς, ταυτὸν δὲ λέγειν, ἡ καθολικὴ τοῦ Θεοῦ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία μετὰ πάντων τῶν αἱρετικῶν δογμάτων αὐτῶν, καὶ τοὺς νῦν ἀνα-

φυέντας

φύντας αἱρετικοὺς, καὶ παρ᾽ ἡμῶν συνοδικῶς διὰ τὴν αἵρεσιν αὐτῶν ἀναθεματισθέντας· φαμὲν δὲ Θεόδωρον τὸν γενόμενον ἐπίσκοπον τῆς Φαρὰν, Κῦρον τὸν Ἀλεξανδρείας, Σέργιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοὺς αὐτοῦ διαδόχους, Πύῤῥον καὶ Παῦλον, μετὰ πάντων τῶν αἱρετικῶν αὐτῶν δογμάτων, καὶ τῆς ἀσεβοῦς ἐκθέσεως, καὶ τοῦ ἀσεβεστέρου τύπου τῶν ἀθεμίτως παρ᾽ αὐτῶν κυρωθέντων εἰς ἀνατροπὴν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν μίαν τερατευομένων, ἢ μηδεμίαν ὅλως ὁμολογεῖν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ φύσιν, ἢ θέλησιν, ἢ ἐνέργειαν· οὓς ὡς πολεμίους αὐτῆς ὑπάρχοντας, ἡ καθολικὴ τοῦ Θεοῦ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία, δικαίως ἀποβάλλεται καὶ ἀναθεματίζει. μὴ οὖν ἀποδοκιμάσῃς τὸν τοῦ κυρίου λόγον προσομιλῶν τοῖς ἀσεβέσιν. εὐσέβεια γὰρ εἰς Θεὸν, ἀρχὴ αἰσθήσεως· καὶ ἐὰν ζητήσῃς αὐτὴν ὡς ἀργύριον καὶ ὡς θησαυροὺς ἐξερευνήσῃς αὐτὴν, τότε συνήσεις φόβον κυρίου, καὶ ἐπίγνωσιν Θεοῦ εὑρήσεις. ὅτι κύριος δίδωσι σοφίαν, καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ γνῶσις καὶ σύνεσις, καὶ θησαυρίζει τοῖς κατορθοῦσι σωτηρίαν. διὸ ἐπίστρεψον πρός με λέγει κύριος, καὶ οὐ μὴ στηριῶ τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ σέ· ὅτι ἐλεήμων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐ μὴ μηνιῶ σοι εἰς τὸν αἰῶνα. πλὴν γνῶθι τὴν ἀδικίαν σου, ὅτι εἰς κύριον τὸν Θεόν σου ἠσέβησας, καὶ διέχεας τὰς ὁδούς σου πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους τῆς πίστεως, τῆς δὲ φωνῆς μου οὐχ ὑπήκουσας, λέγει κύριος. ἡ γὰρ ἐπίγνωσις τῶν οἰκείων, πρόξενος ἔσεταί σοι τῆς ταχείας ἐπ᾽ αὐτοῖς διορθώσεως. εἰ μάλιστα μετὰ τοῦ ἐν τοῖς δόγμασιν οἰκείου σφάλματος καὶ τὸ ἐν τοῖς ἱεροῖς κανόσι θεραπεύσεις πλημμέλημα. καὶ τούτους γὰρ ἀθετῆσαι τετόλμηκας, οὐχ ὁμολογήσας ἑαυτὸν, διὰ τῶν οἰκείων γραμμάτων ὡς ὑποκείμενον τῷ καθ᾽ ἡμᾶς ἀποστολικῷ θρόνῳ βικάριον. δι᾽ ἑκατέρου τοίνυν ἀσφαλῶς, ἑκάτερον σπούδασον ἐξιάσασθαι προσηκόντως. οὐ γὰρ ἑτέρως ἕξεις τὴν παρ᾽ ἡμῶν τελείαν συγχώρησιν, εἰ μὴ ἐν ἑκατέροις, ἡμῖν παραστήσεις τὴν οἰκείαν διόρθωσιν.

XIII. AD ECCLESIAM THESSALONICENSIUM.

De Pauli damnatione, ejusque hæresi fugienda.

Christum diligenti clero & populo sanctæ Dei catholicæ Thessalonicensium ecclesiæ, Martinus servus servorum Dei, sanctæ ejus catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ episcopus.

VNIVERSITATIS opifex dominus noster Iesus Christus, cum initio hominem fecisset, ad tutelam ejus vitæ proprium ipsi largitus est mandatum, præcipiens id nullatenus transgredi, ne solutionis mandati fructum perciperet propriam dissolutionem, id est, mortem. quod, cum accidisset, innotuit: ut omnes timore dominum timerent, nec amplius ad mandati prævaricationem facile caperentur a diabolo qui nos primitus decepisset. Vnde humaniter saluti ipse nostræ prospiciens, inimicitias posuit inter nos & eum qui fefellisset, easque voluit perennes esse: quas artificiose augens, cum incarnatus homo secundum nos factus est, clamabat, dicens: *Non veni pacem mittere in terram, sed* (Matth. 10.)

A *gladium.* has qui non accipit, inimico vitæ nostræ diabolo omnino fit amicus, inimicitias solvens, quas inter nos & ipsum dominus posuit: deficiensque a Deo vivente per peccatum mortificatur, quo hominum natura in seipsam armata est, & affectionibus corrumpitur. quam naturam pacificare volens ipsius opifex, proprium, ut dictum est, in terram adveniens gladium dedit, qui euangelicæ secundum ipsum prædicationis sermo est, omnem impietatem atque iniquitatem cædens semper ac demetens, commendans vero orthodoxam in ipsum confessionem in iis, qui eam firme custodiunt. B Quando igitur, dilecti fratres, nobis, qui per gratiam ipsius sacerdotes sumus, euangelicæ prædicationis sermo creditus est, ut cum sapientia & fide tueamur ejus domum, catholicam nempe ecclesiam, integram atque immaculatam ab iis, qui eam violare ac lædere properant, necessario vobis notum facimus, jubente maxime hoc nos facere ipso domino per prophetam dicentem: *Consolamini, consolamini populum meum, dicit dominus: sacerdotes loquimini ad cor Ierusalem: consolamini eam, quia impleta est humiliatio ejus.* (Isa. 40.) Nam is qui pastor ejus vocatus est, mutatus est in lupum, eamque humiliare conatus est, per ea quæ impie in nos dogmatizavit: quippe qui cælestem panem, qui C per carnem in terram ad nos advenit, non apposuit vobis sincere ac sine innovatione in cibum & potum ad vitam æternam, per apostolicam paternamque doctrinam: sed apposuit cibum Ægyptiacum, sive doctrinam hæreticam, quæ inquinare solet, non confirmare cor hominis. Studuit enim non solum initio propositionis suæ turbidam inquinamentorum suorum confusionem per literas suas huic apostolicæ sedi imponere, sicuti ab eo missis apocrisariis, Pithano episcopo & Ignatio diacono tum coram ostendimus, sed nunc quoque doctrinæ suæ cœnum augere: tametsi, præfatorum virorum hortatu, absurditates ejus & errores notos ei D fecissemus, ac præterea misissemus exemplum formulæ doctrinæ veræ ac salutaris, quæ nobis tradita est a sanctis apostolis & probatissimis ecclesiæ patribus: ut id firmiter intuens, propriam sententiam corrigeret. Ille vero etiam post cognitionem veritatis non audivit dicentem: *Initium superbiæ hominis apostatare a Deo. Qui tenuerit eam, adimplebitur maledictis, & subvertet eum in finem.* (Eccles. 10.) Propterea exhonoravit dominus conventus malorum, & destruxit eos usque in finem. Quis igitur eum, qui in animam suam peccat, justificabit? quis glorificabit eum, qui vitam suam exhonorat? Ausus est enim per summum divinorum judiciorum contemptum, missum a nobis exemplum adulterare ac deprava- E re, ex eoque demere orthodoxam patrum confessionem, & damnationem quam facimus, id est, quam catholica ecclesia jure facit detestandorum hæreticorum: ac venenum propriæ novitatis injicere. Quoniam igitur scriptum est, fratres: *Quis miserebitur incantatori a serpente percusso, & omnibus qui appropiant bestiis? sic & qui comitatur cum viro iniquo, & obvolutus est in peccatis ejus. In labiis suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, ut subvertat te in foveam. In oculis suis lacrymatur: & si invenerit tempus, non satiabitur sanguine: & quasi adjuvans suffodiet plantas tuas. Caput suum movebit & plaudet manu, & multa susurrans commutabit* (Eccles. 12.)

Eccles. 13. *vultum suum.* Et rursum dicit: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicaverit superbo, induet superbiam.* Satagite vos omnes, dilecti, ut filii obedientiæ, & divinum præceptum adimplentes, quod dicit: Genes. 19. *Salva animam tuam, noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte salvum te fac, ne & tu simul pereas.* &, Isa. 52. *Recedite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eorum.* Deponite omnem ad hominem hujusmodi, id est, ad pessimam ejus hæresim, conjunctionem & amorem: mors enim est, separans a Deo eos, qui doctrinæ talis viri obsequuntur. Atque idcirco eum canonice ab omni deposuimus sacerdotali dignitate & ministerio, quoad propria corrigens, ad apostolicam catholicæ ecclesiæ redeat fidem; in qua ipsi per Dei gratiam generati & educati, state semper radicati & fundati: & sicut accepistis a nobis, sive a sanctis apostolis, & prophetis, & doctoribus, & universalibus quinque synodis, quomodo oporteat vos credere, & ambulare, & placere Deo, sicut & credidistis, & ambulastis usque adhuc, ut abundetis magis in orthodoxa fide, confitentes juxta ipsorum sanctorum piam traditionem, dominum nostrum Iesum Christum, Deum verum, & verum hominem eumdem, in nullo a divina sua deficientem natura, & in nullo ab humana natura deficientem, absque solo peccato: sed per omnia perfectum ipsum in utraque naturarum, ex quibus & in quibus constat, tum in divina, tum in humana, in increata, & in creata, sicut natura, ita voluntate & operatione, ad demonstrationem perfectæ ejus cum Deo & Patre, & cum matre ac virgine connaturalitatis & consubstantialitatis. Habentes igitur talem spem, multa libertate utimur, & non sicut adversarii superinductis lasciviunt formulis & expositionibus, sed paternis & synodalibus catholicæ ecclesiæ muniti præconiis, hæc ubique & omnibus per ea quæ nuper a nobis synodaliter gesta sunt, intimavimus, quæ & vobiscum nunc loquimur, nihil inductitium aut peregrinum ac novum prædicantes, sed quæ audivistis, & didicistis, & accepistis, & in vobis jugiter radicata sunt. Quæ enim est spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriationis? nonne vos coram ipso domino nostro Iesu Christo, & nunc, & in ipsius adventu? quandoquidem multa mihi ad vos libertas est, multa gloriatio pro vobis. repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra, quam propter dictum hominem sustinuimus. 1. Cor. 11. *Quis enim infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* inquit divinus apostolus. Quocirca & vos, carissimi, hujusmodi nostram pro vobis scientes solicitudinem, & edocti diligenter a divinitus inspiratis scripturis, 2. Cor. 6. *quod nulla est participatio justitiæ cum iniquitate, nec societas luci ad tenebras, nec conventio Christi ad Belial, nec pars fideli cum infidelibus*, neque consensus orthodoxorum cum hæreticis; omni custodia custodite cor vestrum, nullam participationem habentes, nec societatem, nec consensionem, nec connexionem cum hujusmodi nomine. ac ne ulla ratione assentiamini ejus doctrinæ; sed assidue permanentes in sanctissima nostra fide, servite Deo in conscientia pura. Synaxis autem ministerium perficiant vobis qui ibi sunt presbyteri & diaconi, qui diligenter & acceptabiliter rectam catholicæ ecclesiæ nobiscum doctrinam suscipiunt, quæ nuper ad vos a nobis scripta est: & abjicientes omnem hæresim ac novitatem, quæ ab apostolica prædicatione condemnatur: quousque, ut dictum est, ille sua corrigat, aut alius pro illo canonice eligatur pastor bonus ac verus, quique animam pro ovibus ponat, imitatione principis pastorum Christi, in loco pascuæ vos collocans, & super aquam refectionis educans. Ioan. 10. Psal. 22. Ipse autem, qui nos vobiscum confirmat in divinissima ejus confessione, quique unxit nos ac signavit, deditque arrhabonem Spiritus in cordibus nostris, sanctificet vos perfecte. spiritumque vestrum & animam & corpus integra atque irreprehensibilia custodiat, recepturos in sæcula sæculorum quæ repromisit diligentibus eum. Amen.

Τῷ φιλοχρίστῳ κλήρῳ τε καὶ λαῷ τῆς Θεσσαλονικέων ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς ἐκκλησίας, Μαρτῖνος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας αὐτοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας.

** Hanc & præc. ex codice Barberino exhibuimus.

Ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καταρχὰς ποιήσας τὸν ἄνθρωπον, πρὸς συντήρησιν τῆς αὐτοῦ ζωῆς, τὴν οἰκείαν αὐτῷ δεδώρηται ἐντολὴν, παραγγείλας ταύτην μηδαμῶς παραβῆναι· ἵνα μὴ τῇ λύσει τῆς ἐντολῆς, καρπὸν δρέψηται τὴν οἰκείαν διάλυσιν, ἤγουν τὸν θάνατον, ὃ δὴ καὶ συμβὰν, ἐγνωρίσθη πρὸς τὸ πάντας φόβῳ φοβεῖσθαι τὸν κύριον, καὶ μηκέτι πρὸς παραβάσεις ἐντολῆς εὐχειρώτους ὑπάρχειν, τῷ ἀρχῆθεν ἡμᾶς ἀπατήσαντι διαβόλῳ. ὅθεν φιλανθρώπως αὐτὸς ὁ κηδεμὼν τῆς ἡμῶν σωτηρίας καὶ ἔχθραν ἔθηκεν ἀναμέσον ἡμῶν καὶ τοῦ ἀπατήσαντος, εἰς τὸ διηνεκῶς ταύτην ὑπάρχειν, ἣν εὐτέχνως ἐπιτείνων ἡνίκα σαρκωθεὶς καθ' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, ἐβόα λέγων· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ μάχαιραν. ἣν ὁ μὴ δεχόμενος, φιλιοῦται πάντως τῷ ἐχθρῷ τῆς ἡμῶν ζωῆς διαβόλῳ, λύων τὴν ἔχθραν ἣν ὁ κύριος ἔθηκεν, μεταξὺ ἡμῶν καὶ αὐτοῦ. καὶ ἀφιστάμενος ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος, καὶ νεκρούμενος τῇ ἁμαρτίᾳ, δι' ἣν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις καθ' ἑαυτῆς ἐπολεμώθη καταφθειρομένη τοῖς πάθεσιν· ἣν αὐτὸς εἰρηνεῦσαι βουλόμενος ὁ ταύτης δημιουργὸς, τὴν οἰκείαν ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς εἴρηται, παραγγελλόμενος δεδώρηται μάχαιραν, ὅπερ ἐστὶν ὁ τοῦ κατ' αὐτὸν εὐαγγελικοῦ κηρύγματος λόγος τέμνων διὰ παντὸς καὶ ἐκθερίζων πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ παρανομίαν, συνιστῶν δὲ τὴν εἰς αὐτὸν ὀρθόδοξον ὁμολογίαν, ἐν τοῖς βεβαίως ταύτην φυλάσσουσιν. ἐπεὶ οὖν ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ ἡμῖν τοῖς κατὰ χάριν αὐτοῦ ἱερεῦσιν, ὁ τοῦ τοιούτου εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ἐπιστεύθη λόγος, ἵνα μετὰ φρονήσεώς τε καὶ πίστεως τὴν οἰκίαν αὐτοῦ φυλάξωμεν, ἤγουν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ἄσυλόν τε καὶ ἀνεπηρέαστον ἐκ τῶν ταύτην λυμήνασθαι κατεπειγομένων, ἀναγκαίως γνωρίζομεν ὑμῖν μάλιστα τοῦτο παρεγγυῶντος πράττειν ἡμᾶς αὐτοῦ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· παρακαλεῖτε, παρακαλεῖτε, παρακαλεῖτε τὸν λαόν μου, λέγει ὁ Θεός· ἱερεῖς λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἰερουσαλήμ· παρακαλέσατε αὐτὴν, ὅτι ἐπλήσθη ἡ ταπείνωσις αὐτῆς. ὡς ὁ

κληθεὶς

κληθεὶς ὑμῶν ποιμὴν, εἰς λύκου τάξιν ἀντικατέστη, καὶ ταπεινῶσαι ταύτην ἐπεχείρησε, δι᾽ ὧν ἀσεβῶς πρὸς ἡμᾶς ἐδογμάτισε· μὴ τὸν οὐράνιον ἄρτον, τὸν ἐπὶ γῆς διὰ σαρκὸς πρὸς ἡμᾶς φοιτήσαντα παραθέμενος ὑμῖν εἰλικρινῶς τε καὶ ἀκαινοτομήτως εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν πρὸς ζωὴν αἰώνιον διὰ τῶν ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν δογμάτων· ἀλλὰ τὴν Αἰγυπτιακὴν τροφὴν, ἤγουν τὴν αἱρετικὴν διδασκαλίαν, ἥτις μολύνειν εἴωθεν, ἀλλ᾽ οὐ στηρίζειν καρδίαν ἀνθρώπου. ἐσπούδασε γὰρ οὐ μόνον ἐν προοιμίοις τῆς αὐτοῦ προβολῆς τὴν θολερὰν ἀνατροπὴν τῶν αὐτοῦ μιασμάτων διὰ τῶν αὐτοῦ γραμμάτων τῷ καθ᾽ ἡμᾶς ἀποστολικῷ θρονίσαι θρόνῳ, καθὼς καὶ τοῖς παρ᾽ αὐτοῦ σταλεῖσιν ἀποκρισιαρίοις ἤτοι Πιθανῷ τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ Ἰγνατίῳ τῷ διακόνῳ τῷ τηνικαῦτα κατὰ πρόσωπον ἀπεδείξαμεν, ἀλλὰ καὶ νῦν τὴν τῶν τοιούτων αὐτοῦ δογμάτων δόλωσιν ἐπαυξῆσαι· καίτοι κατὰ παράκλησιν τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν τὰς ἀτοπίας αὐτοῦ καὶ τὰ σφάλματα γνωρισάντων ἡμῶν, καὶ πρὸς τούτοις ἴσον ἀποστειλάντων ὀρθοῦ καὶ σωτηρίου δόγματος τοῦ παραδοθέντος ἡμῖν ἐκ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐγκρίτων τῆς ἐκκλησίας πατέρων· ἵνα πρὸς αὐτὸ ποιήσας ἀπαράλλακτος, τὴν οἰκείαν διορθώσηται γνώμην. ὁ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας μὴ ἀκούσας τοῦ λέγοντος· ὅτι ἀρχὴ ὑπερηφανείας ἀσέβεια. καὶ ὁ κρατῶν αὐτῆς, ἐξομβρήσει βδελύγματα. διὰ τοῦτο παρεδόξασε κύριος τὰς ἐπαγωγὰς καὶ κατέστρεψεν εἰς τέλος αὐτούς. τὸν γοῦν ἁμαρτάνοντα εἰς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίς δικαιώσει; καὶ τίς δοξάσει τὸν ἀτιμάζοντα ζωὴν αὐτοῦ; ἐτόλμησε γὰρ ἐξ ἄκρας τῶν θείων δογμάτων καὶ κριμάτων καταφρονήσεως, καὶ αὐτὸ τὸ παρ᾽ ἡμῶν σταλὲν ἴσον, νοθεῦσαι καὶ παραποιήσασθαι, καὶ ἀφελεῖν μὲν ἐξ αὐτοῦ τὴν ὀρθόδοξον τῶν πατέρων ὁμολογίαν, καὶ τὴν κατάκρισιν ὧν ποιούμεθα, ταυτὸν δὲ λέγειν, ἣν καθολικὴ ἐκκλησία ποιεῖται δικαίως δυσωνύμων αἱρετικῶν, καὶ ἐκβαλεῖν τὸν ἰὸν τῆς οἰκείας καινοτομίας· ἐπεὶ οὖν γεγράπται ἀδελφοὶ, ὅτι, τίς ἐλεήσει ἐπαοιδὸν ὀφιόδηκτον, καὶ πάντας τοὺς προσάγοντας θηρίοις; οὕτως τὸν προσπορευόμενον ἀνδρὶ ἁμαρτωλῷ καὶ συμφυρόμενον ἐν ταῖς ἀσεβείαις αὐτοῦ. ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ, γλυκανεῖ λόγοις, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ βουλεύεται ἀνατρέψαι σε εἰς βόθρον. ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ δακρύει· καὶ ἐὰν εὕρῃ καιρὸν, οὐκ ἐμπλησθήσεται ἀφ᾽ αἵματος· καὶ ὡς βοηθὸν ὑποχάσει πτέρναν σου. τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κινήσει. ἐπικροτήσει ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ πολλὰ ψιθυρίσει, καὶ ἀλλοιώσει πρόσωπον αὐτοῦ. λέγει δὲ πάλιν· ὅτι ὁ ἁπτόμενος πίσσης, μολυνθήσεται. καὶ ὁ κοινωνῶν ὑπερηφάνῳ, ὁμοιωθήσεται αὐτῷ. σπουδάσατε πάντες ὑμεῖς ἀγαπητοὶ ὡς τέκνα ὑπακοῆς πληρωταὶ θείου γινόμενοι παραγγέλματος, τοῦ λέγοντος· σώζων σῶζε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, μὴ περιβλέψῃς εἰς τὰ ὀπίσω, μηδὲ στῇς ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ, εἰς τὸ ὄρος σώζου, μήποτε συμπαραληφθῇς, καὶ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν. καὶ ἀφορίσθητε καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε, ἀπόθεσθε πᾶσαν τὴν πρὸς τὸν τοιοῦτον ἄνδρα· ταυτὸν δὲ λέγειν τὴν χειρίστην αὐτοῦ αἵρεσιν, οἰκείωσιν, καὶ στοργήν· θάνατος γάρ ἐστιν ἀπὸ Θεοῦ χωρίζων τοὺς πειθομένους ἐν τοῖς δόγμασι τοῦ τοιούτου ἀνδρός. ὧν χάριν καὶ κανονικῶς καθείλαμεν αὐτὸν, ἐκ πάσης ἱερατικῆς ἀξίας, καὶ λειτουργίας, ἄχρις ἂν τὰ οἰκεῖα διορθωσάμενος, πρὸς τὴν ἀποστολικὴν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπανέλθοι πίστιν, εἰς ἣν αὐτοὶ κατὰ Θεοῦ χάριν γεννηθέντες τε καὶ ἀναστραφέντες, στήκετε διὰ παντὸς ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι· καὶ καθὼς παρελάβετε παρ᾽ ἡμῶν ἤγουν τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ προφητῶν, καὶ διδασκάλων, καὶ τῶν οἰκουμενικῶν πέντε συνόδων τὸ πῶς δεῖ πιστεύειν καὶ περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν Θεῷ καθὼς καὶ ἐπιστεύσατε καὶ περιεπατήσατε μέχρι τοῦ νῦν, ἵνα περισσεύητε μᾶλλον ἐν ὀρθοδόξῳ πίστει, ὁμολογοῦντες κατὰ τὴν αὐτῶν τῶν ἁγίων εὐσεβῆ παράδοσιν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν Θεὸν ἀληθινὸν καὶ ἄνθρωπον ἀληθινὸν τὸν αὐτὸν, ἐν μηδενὶ τῆς θείας αὐτοῦ λειπόμενον φύσεως, πλὴν μόνης τῆς ἁμαρτίας· ἀλλὰ κατὰ πάντα τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἑκατέρᾳ φύσει τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς συνέστηκεν, ἔν τε τῇ θείᾳ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ, ἐν τῇ ἀκτίστῳ καὶ τῇ κτιστῇ, ὥσπερ φύσει, οὕτω καὶ θελήσει καὶ ἐνεργείᾳ, πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἐντελοῦς αὐτοῦ πρός τε Θεὸν καὶ πατέρα καὶ τὴν μητέρα καὶ παρθένον συγγενείας, καὶ ὁμοουσιότητος. ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα, πολλῇ παρρησίᾳ χρώμεθα, καὶ οὐ καθάπερ οἱ δι᾽ ἐναντίας τοῖς παρεισάκτοις ἐναβρύνονται τύποις ἤγουν ἐκθέσεσιν, ἀλλὰ τοῖς πατρικοῖς καὶ συνοδικοῖς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὠχυρωμένοι κηρύγμασι, ταῦτα πανταχοῦ τοῖς πᾶσι διὰ τῶν ἀρτίως παρ᾽ ἡμῶν συνοδικῶς πραχθέντων, ἐγνωρίσαμεν, ἃ καὶ πρὸς ὑμᾶς νυνὶ διαλεγόμεθα, μηδὲν ἐπείσακτον ἢ ξένον κηρύσσοντες, ἀλλ᾽ ἅπερ ἠκούσατε καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε, καί ἐστιν ἐν ἡμῖν ἐρριζωμένα διαπαντός. τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ νῦν τε καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ; ἐπειδὴ πολλή μοι παρρησία πρὸς ὑμᾶς, πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν· πεπλήρωμαι τῇ παρακλήσει ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ, ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν, ἣν διὰ τὸν εἰρημένον ἐθλίβημεν ἄνδρα. τίς γὰρ ἀσθενεῖ καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος. διὸ καὶ ὑμεῖς ἀγαπητοὶ τὴν τοιαύτην ἡμῶν περὶ ὑμῶν γινώσκοντες μέριμναν, καὶ διδαχθέντες ἀκριβῶς ἐκ τῶν θεοπνεύστων λογίων, ὅτι οὐδεμία μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ, οὐδὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, οὔτε συμφώνησις Χριστοῦ πρὸς Βελίαρ, οὔτε μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστων, οὔτε συγκατάθεσις ὀρθοδόξων πρὸς αἱρετικοὺς, πάσῃ φυλακῇ τηρήσατε τὰς ἑαυτῶν καρδίας, ἀμέτοχοι καὶ ἀκοινώνητοι καὶ ἀσύμφωνοι καὶ ἀσύγκλωστοι πρὸς τὸν τοιοῦτον ἄνδρα γινόμενοι. κατ᾽ οὐδένα τρόπον συγκατατιθέμενοι τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ, ἀλλὰ προσμένοντες ἀεὶ τῇ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν πίστει, δουλεύετε τῷ Θεῷ ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. τοῦ δὲ τῆς συνάξεως λειτουργίαν τελείωσαν ὑμῖν, οἱ αὐτόθι πρεσβύτεροί τε καὶ διάκονοι, οἱ ἀκριβῶς καὶ ἀπαραλείπτως τὰ ὀρθὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας σὺν ἡμῖν δεχόμενοι δόγματα, τὰ παρ᾽ ἡμῶν ἀρτίως γραφέντα ὑμῖν· καὶ ἀποβαλλόμενοι

πᾶσαν

πᾶσαν αἵρεσιν καὶ καινοτομίαν τὴν ὑπὸ τοῦ ἀποστολικοῦ καταδικαζομένην κηρύγματος· ἄχρις ἂν ὡς εἴρηται, ἢ ἐκεῖνος τὰ οἰκεῖα διορθώσηται, ἢ ἄλλος ἀντ' ἐκείνου κανονικῶς χειροτονηθῇ ποιμὴν καλὸς καὶ ἀληθινὸς, καὶ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων, μιμήσει τοῦ ἀρχιποίμενος Χριστοῦ εἰς τόπον χλόης κατασκηνώσῃ ὑμᾶς, καὶ ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐκτρέφων. αὐτὸς δὲ ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς τὴν αὐτοῦ θειοτάτην ὁμολογίαν καὶ χρίσας ἡμᾶς καὶ σφραγισάμενος, καὶ δοὺς τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελῶς, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἄμεμπτον διατηρήσει κομιζομένους εἰς αἰῶνας αἰώνων ἃ ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ἀμήν.

XIV. AD THEODORUM.

Commemorat ea quæ Romæ passus est, cum inde a Calliopa exarcho vi abreptus, Constantinopolim missus est.

Martinus Theodoro sincera affectione dilecto fratri.

QUONIAM agnovi ut potui ea quæ in scriptis a vobis significata sunt, in paucis verbis exequar. Cum exirem ab ecclesia quæ vocatur Constantiniana, in qua exercitus me cum armis constrinxerat, in præsentia exarchi ac Theodori cubicularii, seu cleri, clara voce dixerunt: Anathema habeat quisquis dixerit vel crediderit, quia Martinus usque ad unum apicem fidem mutavit, aut mutaturus est: & anathema habeant qui in orthodoxa fide sua usque ad mortem non permanserint. His auditis, Calliopas cœpit rationem reddere, aliam fidem præter quam nos tenemus, non esse, neque aliter se credere. Sed hoc propter eos qui audiebant, non propter fidem dicere. Et scire te volo, dilectissime frater, de fide quam significasti, nec non & falsis calumniis, quas adversus veritatem proponunt: quia opitulantibus nobis orationibus vestris, ac omnium fidelium Christianorum, qui vobiscum sunt, & vivens & moriens salutis nostræ fidem defendam, & quemadmodum beatus Paulus apostolus docet, *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum.* (Philip. 1.) De falsis autem accusationibus, quas noviter hæretici faciunt, abjicientes veritatem Christi Dei, qualem omnino poterunt hominibus veritatem loqui, qui Dei veritati resistunt? Tibi igitur reddo rationem, dilectissime frater, per eum qui judicaturus est mundum istum per ignem, qui & reddet unicuique secundum opus suum. Ego aliquando ad Saracenos nec literas misi, nec quem dicunt tomum qualiter credere debeant, aut pecunias unquam transmisi, exceptis dumtaxat quibusdam illuc venientibus servis Dei causa eleemosynæ, quibus & modicum quid præbuimus minime ad Saracenos transmissum. Porro de domina nostra gloriosa semper virgine Maria, quæ Deum & dominum nostrum Iesum Christum peperit, quam omnes sancti & catholici patres Dei genitricem appellant, utpote quæ Deum hominem genuit, falsum contra me, imo contra suas ipsorum animas iniqui viri testificati sunt. Nam quisquis beatam super omnem creaturam & naturam humanam, absque eo qui genitus est ex ea, venerabilem semperque virginem, matrem videlicet domini nostri non honorat atque adorat, anathema sit & in præsenti sæculo, & in futuro. Sed homines occasiones quærentes, scandala objiciunt ad scandalizandos multos.

SUBSCRIPTIO. Deus te incolumem custodiat, amantissime fili.

XV. AD THEODORUM.

Ejusdem argumenti cum præcedente.

Martinus Theodoro.

NOSCERE voluit cara vestra dilectio, qualiter de sede sancti Petri apostoli, sicut unus passer solitarius ab ædificio, raptus fuerim. Et miror quia super hoc me inquirere voluisti, cum prædixerit dominus noster de nequam temporibus istis discipulis suis: *Quia in diebus illis erit tribulatio, qualis non fuit ab origine mundi usque nunc. & nisi quia abbreviati sunt dies illi, non posset sustinere omnis caro. Sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* (Mat. 24. 21.) Hoc in paucis de antichristo dicitur. Nam & sanctus Paulus secundum datam sibi gratiam spiritus prænuntiavit dies istos Timotheo discipulo suo, dicens: *In novissimis diebus discedent homines a fide, & a veritate auditum avertent, seipsos amantes, avari*, & cetera. (1. Tim. 4. 1. & 2. cap 3. & 4.) Et crede mihi, desideratissime fili mi, non videndum tempus aliud, nisi manifeste hoc, in quo sint initia dolorum, quemadmodum dominus prædixit adventum antichristi. Et mihi breviter dicere necessarium visum est, antequam in toto mundo prævaleat judicium, & finem cursus tradam, hoc mihi expedire arbitratus; quo aliis mala mihi præparantibus, exultem potius quam fleam. Igitur, ut scias qualiter sublatus & ductus sim a Romana urbe, nil falsum audies accidentium. Omnia præscivi per totum tempus, quæ meditabantur; & sumpto meipso cum omni clero meo, privatim mansi in ecclesia salvatoris nostri Iesu Christi, quæ cognominatur Constantiniana, quæ prima in toto mundo constructa & stabilita est a beatæ memoriæ Constantino imperatore, & est juxta episcopium. Illic enim omnes nos seorsum morabamur a die sabbati, quando Calliopas cum Ravennati exercitu, & Theodoro cubiculario, introivit civitatem. Misi ergo in obviam ejus quosdam ex clero. quibus susceptis in palatio, æstimavit & me cum eis esse. Cum autem quæsisset, & non invenisset, dixit primis cleri: Quia nos eum voluimus adorare. sed cras, quod est dominica dies, obvii ei erimus, & salutabimus eum, quia hodie non suffecimus. Porro, dominico die datis missis in prædicta sancta Dei ecclesia, suspicatus ille turbam multam colligi propter diem, nuntiavit hoc: Quia multum fatigati sumus ex itinere, & non possumus occurrere hodie, sed cras omnimodis occurremus, & adorabimus sanctitatem vestram. Ego vero ipse graviter infirmus eram ab Octobrio mense usque ad prædictum tempus, id est usque ad sextodecimo Kalendas Iulias. Ergo feria secunda diluculo mittit chartularium suum, & quosdam ex obsequio suo, dicens: Quia arma præparasti, & armatos habes intus, & multitudinem lapidum collegisti ad repugnandum: & hoc necessarium non est, nec aliquid tale fieri permittas. Cumque præsens audissem hæc, necessarium magis non habui, qualiter hos certos redderem, quam mittere illos gyraturos per totum episcopium,

&

& si arma vel lapidem vidissent, ipsi testimonium perhiberent. Cum autem essent, & nihil invenissent; subintuli eis per verba, quod nunquam aliquando aliter, sed semper per complexionem & fallacem accusationem incederent adversus nos, & cum in adventu infamis Olympii vani cujusdam hominis cum armis me hunc potuisse repellere faterentur. Ego itaque ante altare ecclesiæ lectulum meum habebam in quo jacebam. & nondum transacta media hora, ecce exercitus cum eis veniens in ecclesiam, obumbrati omnes tenentes lanceas & spathas suas, quin & arcus suos paratos una cum scutis suis. & facta sunt illic quæ nec dicenda sunt. Quemadmodum namque in hiemali tempore vento valide flante folia ex arboribus concussa cadunt, ita percutiebantur armis candelæ sanctæ ecclesiæ, & retunsæ excutiebantur in pavimentum. & audiebatur sonitus qui in eadem fiebat ecclesia, veluti tonitrus quidam horribilis tam ex pressura armorum, quam ex multitudine candelarum ab eis fractarum. Quibus confestim introeuntibus, jussio a Calliopa porrecta est presbyteris & diaconibus, in qua humilitatis meæ abjectio continebatur, quod irregulariter & sine lege episcopatum subripuissem, & non essem in apostolica sede dignus institui, sed omnimodis in hanc regiam urbem transmitti subrogato in loco meo episcopo. quod needum aliquando factum est, & spero quod nec aliquando fieri habet: quia in absentia pontificis archidiaconus & archipresbyter & primicerius locum præsentant pontificis. Dum ergo hæc moventur, quæ de fide gesta fuerant, jam manifestavi vobis. Quod autem præparati non fuerimus ad repugnandum, melius judicavi decies mori, quam unius cujuscumque sanguinem in terram fundi. Quod quidem & sine periculo hoc gestum est, non paucis, quæ non placuerunt Deo, malis effectis. Eadem itaque hora dedi meipsum ad exhibendum imperatori, & non resistendum. Porro acclamantibus mihi, ut veritatem dicam, quibusdam ex clero ne facerem hoc, nulli eorum accommodavi aurem, ne subito fierent homicidia. Sed dixi illis: Sinite mecum venire ex clero, qui necessarii mihi sunt, episcopos videlicet presbyteros & diaconos, & absolute qui mihi videntur. Respondit Calliopas: Quotquot voluerint venire, cum bono veniant. Nos cuiquam necessitatem non facimus. Respondi ego: Clerus in potestate mea est. Exclamantes autem quidam ex sacerdotibus, dicebant: Cum ipso vivimus, & cum ipso morimur. Post hæc cœpit dicere per se Calliopas, & qui cum ipso erant: Veni nobiscum ad palatium. Nec hoc facere recusavi, sed exivi cum eis in palatium eadem secunda feria. Et tertia feria venit ad me omnis clerus, & multi erant qui se paraverant ad navigandum mecum; qui etiam res suas jam immiserant in ea quæ vocabantur levamenta. & alii quoque nonnulli præparabantur clerici & laici, qui festinabant pervenire ad nos. Eadem ergo nocte, quæ illucescit in feria quarta, quæ erat tertiodecimo Kalendas Iulias, circa horam quasi sextam noctis, tulerunt me de palatio, retrusis omnibus qui mecum in palatio erant, usque ad res diversas, quæ mihi in via & hic erant necessariæ: & non nisi cum sex puerulis & uno cauculo eduxerunt nos ex urbe. & cum immisissent nos in unum eorum quæ dicebantur levamenta, circa horam plus minus quartam diei ad portum pervenimus. In ea sane hora, qua egressi sumus ab urbe Roma, statim ut erant obseratæ portæ, iterum eas obseraverunt, & sic remanserunt, ne exirent a civitate aliqui, & venirent ad nos in portu, donec illinc navigassemus. Vnde necessitas nobis effecta est, ut omnium eorum res, qui in levamenta missi fuerant, in prædicto portu dimitteremus, & mox eadem die moveremur. Et pervenimus Kalendas Iulias Mesenam, in qua erat navis, id est carcer meus. Non autem Mesenæ tantum, sed & in Calabria: & non tantum in Calabria, quæ subdita est magnæ urbi Romanorum, sed & in plurimis insularum, in quibus nos vel tribus mensibus peccata impedierunt, nullam compassionem adeptus sum: excepto duntaxat in insula Naxia, quoniam ibi annum fecimus, merui lavari duobus vel tribus balneis; & apud urbem mansi in hospitio quodam. Et ecce quadraginta & septem dies sunt hodie, ex quo non merui calida nec frigida aqua rigare me, & effluxi & refrigui totus, quoniam ventris fluor & in navi & in terra usque ad præsentem horam requiem mihi omnino non dedit. & in ipsa quoque necessitatis meæ hora cum gustaturus sum, totus conquassatus corpore, ea quæ necessaria sunt percipere ad confortandam naturam non habeo, quia quod habeo tædet me sumere, cum id habeam penitus in fastidium. Sed credo in virtutem Dei qui omnia conspicit, quia cum de præsenti vita subductus fuero, exquirentur de his omnibus qui me persequuntur, ut saltem sic ad pœnitentiam ducti, ab iniquitate sua convertantur.

SVBSCRIPTIO. Incolumem te custodiat Deus, fili dulcissime.

COMMEMORATIO EORVM, quæ sæviter, & sine Dei respectu acta sunt a veritatis adversariis in sanctum & apostolicum novum revera confessorem & martyrem Martinum papam Romæ, per epistolam cujusdam Christianissimi, directam his qui sunt in occidente, seu Romæ, & in Africa, orthodoxis patribus.

AFFLICTIONVM mœrores & lacrymas, communemque sine cessatione ac mœstissimam vocem, quæ in dolore ex imo cordis prolata est, puto autem quæ & profertur Deo ab his qui sunt Romæ, adhuc autem & in omni loco dominationis eius degentibus sanctis famulis Dei & fidelibus populis, ex quo facta est persecutio adversus sanctissimum patrem nostrum, Deo beatissimum & fidelem sacerdotum principem & apostolicum universalem papam, ac per hoc adversus catholicam ecclesiam: puto autem hactenus hunc eumdem mœrorem retineri in vobis, & multam solicitudinem habere vos, scire quomodo peractum est contra eum, quando exulatus est & persecutione pulsus a Roma navigio usque Byzantium. Hæc in mente habens ego humilis & peccator famulus vester, quædam quidem exterius solicitudine multa addiscens; plurimorum autem proprie contemplator factus, indignus ministerii beatissimi & preciosi sacerdotis nostri, judicavi literis reminisci, & nota facere, claraque constituere vobis benedictis, atque per vos omnibus fidelibus & zelum habentibus culturæ divinæ: quatenus cognoscentes cum cordis mœstitudine mecum illum propheticum sermonem proferatis;

Ier 9.1. tis: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die & nocte* contritiones catholicæ ecclesiæ & omnium Christianorum, imo perditionem, propter ea quæ acta sunt in beatum & Deo plenum ducem veritatis & prædicatorem? Verumtamen Deo gloria, qui dedit ei virtutem & sufferentiam stabilem in tentationibus quæ supervenerunt ei a contrariis virtutibus & viris, in expugnando & viriliter dimicando pro cultu Dei, inrefragabiliter & spe firma usque ad mortem ponens animam suam, utpote imitator ejus qui eum constituit athletam dominus ejus ad informationem pro veritate dimicare. Ea equidem, quæ inibi Romæ gesta sunt in beatum & adamantinum spiritualem patrem, sacerdotumque principem domnum Martinum, & vos scitis, qualibus periculis luctatus est, videns gladios vibratos & acutos confertos adinvicem, tentos a pluribus militibus paratum habentibus inficere enses, & commutare a vita beatum, in circuitu altaris astantibus, & in toto templo catholicæ ecclesiæ [Romæ], quæ cognominatur Constantiniana, in qua sacerdotio fungens recubabat in foribus & grabato ipse beatus æger: & quomodo contritus animis, & artubus constrictus, impulsus & expulsus, raptus & extractus ex apostolico throno, in quo Deus eum constituit loco, inspectorem sui apostolum, & prædicatorem orthodoxum veritatis. Sed vere iste non fecit preciosiorem animã suam se, sed posuit eam usque ad mortem, imitans, sicut dictum est, dominum suum dicentem: Ioan.10.11. *Bonus pastor animã suam ponit pro ovibus suis*, quo salvaret ubique errantem & perditam plebem ab insurgentibus nostris temporibus hæreticis. Traditus igitur Romæ de catholica ecclesia sancti Ioannis, a potentibus hujus sæculi his qui hoc erant ministerio digni ministri, atque custodibus, depositus est ad portum, & conjectus est in lembo, & navigantibus, sicut scitis, euntibusque juxta Avidum, in insulam quæ vocatur Naxos, non concesserunt beato illi apostolico viro custodes penitus contingere terram, dolentibus prorsus pedibus ejus, cum ipsi per loca conferrent, & omnino quiescerent. Hi autem qui per loca erant sacerdotes, & ceteri fideles regionis ipsius, dirigebant munera beato illi causa utilitatis ejus, non parvæ multotiens quantitatis. quas quidem directas species & quantitates custodes bestiales continuo coram eo diripiebant, improperiosa & amara plurima congerentes in eum. Eos autem, qui munuscula detulissent, injuriis & verberibus afficientes dimittebant, dicentes ad eos: Quoniã quicumque diligitis istum, inimici estis reipublicæ. Numquidnam hoc solum ei non valebat inferre dolorem incomparabilem super infirmitatem quæ eum ægre deprimebat? Exinde igitur præmittentes ab Avido quemdam, custodes qui retinebant eum, nuntiaverunt in Byzantio adventum & captionem ejus, proferentes adversus eum plurima mala, hæreticum & rebellẽ, Deique adversarium proclamantes, & subvertentem universam terram Romanorum. Cumque tandẽ pervenisset Byzantium beatus ille septimo decimo die Septembrii mensis, in portum juxta Euphemiam prope Arcadianon, reliquerunt eum a mane ministri usque in horam decimam recubantem in grabato navis, eratque sicut scriptũ est, spectaculum omnibus angelis & hominibus. Accedebãt enim varii homines, quos propter ferales mores lupaces dixerim, & subrogati, ut conjicio, talia contra sanctum papam agebant, qualia Christianis dici non oportet. Morantibus nobis in littore, tota die eram incedens dolore plenus & amaritudine, eo quod viderem talem sanctum virum ita dejectum: non solum autem, sed & talia eloquia a quibusdã ethnicis prolata contra eum, nihil aliud quærebam, nisi ut auferretur anima mea a me. Dehinc circa solis occasum venit quidam scriba nomine Sagoleva cum multis excubitoribus: & auferentes de lembo posuerunt in gestatorio, duxeruntque in custodiam excubitorii, quæ cognominatur Prandearia. & fecit eum inclausum sub multa custodia, præcipiens excubiti custodibus, ut nullus penitus sciret civitatis, quia est in eodem excubitu. Fecit ergo sanctus idem apostolicus clausus, & sine participatione penitus sermonis alicujus, nonaginta tres dies. In ipsa vero nonagesima tertia die, quæ est dies parasceve, mane tulerunt eum de custodia, constituendum in cella sacellarii, jubentes pridie convenire omnem senatum; quod & factum est. Iusserunt autem eum introducendum, & introduxerũt in portatoria sella: erat enim penitus æger, præcipue autem illis diebus præ navigatione & afflictione custodiæ per tot dies effectæ. Intendens autem in eum primus, qui præsidebat sacellarius cum reliquis principibus a longe, jussit eum surgere a ferculo, & stare. Aientibus quibusdam ministrorum non valere eum stare, turbatus præ multa ira sacellarius exclamavit, cum eo autem & quidam de custodia, surgere eum & astare censuræ subnixum hinc inde. quod & factum est. Sacellarius autem inquit ad eum: Dic miser, quid tibi mali intulit imperator? Tulit a te aliquid? oppressit te vi? Ille autem tacebat. Tunc ait ad eum sacellarius imperativa voce: Non respondes? ecce nunc ingredientur accusatores tui. Et continuo cum sermone introducti sunt plurimi accusatorum contra eum. Omnes autem erant mendacii filii, & discipuli eorum, qui dominum nostrum Iesum Christum necaverunt. Contradicebant vero sancto viro, quemadmodum præmoniti fuerant. Erant enim voces eorum præmeditatæ & præparatæ. In quibus quidam eorum paulo ante interrogati ut testimonium perhiberent, tentabant dicere veritatem, sicut mos est. & continuo turbati qui prætendebant certamen hoc, incipiebant validis minis increpare eos, donec suaderent eis proferre quæ erant convenientia in mortem beati & justi viri. Contemplatus sanctus papa introeuntes testificari, subridens dixit: Isti sunt testes? sic habet ordo? Erant enim primi ingredientes nomine quidem milites, lupaces autem & bestiales sententia: & quidam eorum qui erant Olympii, cum quibus erat & Andreas, qui fuerat ejus notarius. Erant autem inter accusatores infelices Imericus & Therinus, & reliqui numero quasi viginti, primores milites & reliqui accusantes. Iurabant autem ad sancta euangelia, & sic testificabantur. Primicerius sane omnium accusantium erat Dorotheus patricius Ciliciæ, qui jurans dixit, quoniã quinquaginta capita si haberet, non oporteret eum vivere, eo quod solus subvertit & perdidit universum occidentem, & delevit: & re vera unius consilii fuit cum Olympio, & inimicus homicida imperatoris & Romanæ urbanitatis. Videns ergo justus vir introeuntes eos & jurantes sine parcitate testificatores, compassus perditioni animarum eorum, ait ad eos qui præsidebant principes: Obsecro vos per Deum, nolite

nolite præparare eos jurare, sed absque sacramento dicant quæcumque volunt, vosque facite quæcumque vultis. Et quid opus est etiam jurando perdere illos animas suas? Ingresso equidem uno testium, & dicente, quoniam conjurationes fecit cum Olympio, & milites præparavit ut jurarent: interrogatus Deo preciosus vir, si hæc ita se haberent, respondit: Si vultis audire veritatem, dico vobis sequentia. & cœpit dicere. Quando factus est typus, & directus Romam ab imperatore. Et hoc tantum dicente beato illo, aliud quid non concessum est loqui. Sed continuo ante omnes incipiens cum clamore Troilus, inquit: Non inferas nobis hic de fide, de duello nunc scrutaris, quoniã & Romani, & nos Christiani sumus & orthodoxi. Et respondit idem vir justus. Vtinam: Verumtamen invenietis me in illa die tremendi examinis testem etiã in hoc. Denuo inter accusantes testes, ait ad eum præfectus Troilus. Qualis homo es tu, quoniam cernens & audiens talia contra imperatorem nitentem effodiendum Olympium, non prohibuisti eum, sed e contra consensisti ei? Ad quem continuo dixit ipse beatus apostolicus papa: Dic domine Troile, quando sicut scitis etiam vos,& nos audivimus, Georgius a magistratibus, qui erat ex monachis, ingressus est huc in urbem a castris, & talia verba locutus est, fecitque res tales; ubi eras tu, & qui sunt tecum, quoniam non restitistis ei, sed econtra concionatus est vobis, & quos voluit palatii exulavit & prohibuit? Iterumque sub Valentino, cum præcepto imperatoris indutus est purpura, & consedit ei, quo ieratis vos? non eratis hic? cur ergo non prohibuistis eum dicentes, Non attingas res non opportunas tibi? nonne omnes econtra convenistis ei? Quomodo habebam ego tali viro adversus stare, habenti præcipue brachium universæ militiæ Italicæ? an potius ego illum feci exarchum? Verumtamen denuo obsecro vos per dominum, quodcumque vultis & definitis fieri in me, citius explete. Novit enim Deus, maxima mihi dona tribuistis, quacumque me clade jugulaveritis. Percontatus autem quemdam de ministrantibus, Sagolebam videlicet, sacellarius, si sunt foris alii aliqui, qui debeant testificari: respondit scriba? Sunt, domine, plurimi alii. Deficientes autem hi qui præsidebant, sancto & venerabili astante viro in conspectu eorum, & potissimum Spiritu eum sancto firmante, dixerunt sufficere testes. Erat quippe interpres eorum, quæ a sancto dicebantur, verborum Innocentius consul filius Thomæ, qui erat ab Africa. & cum interpretaretur ea quæ a beato viro dicebantur, non ferebat, videns ignita jacula sancti Spiritus a Deo honorabili viro contra eos prolata. ait ad Innocentium cum furore, Cur nobis interpretaris quæ dicit? noli dicere quæ dicit. Surgens ergo continuo sacellarius cum plurimis qui consederant ei, ingressus est nuntiare imperatori quæque ipse voluit. Eduxerunt autem sanctum apostolicum virum de cella judicii, magis autem ex aula Caiphæ, in gestatorio sedili sedentem, & statuerunt eum in medio atrii quod erat ante cellam sacellarii,& imperialis stabuli, quo consueverat omnis populus convenire & expectare sacellarii ingressum. Circumdederunt eum excubitores, eratque omnibus spectaculum formidabile turbis. Post paululum ergo, jusserunt inferri eum in solarium expositionis, ut esset ibi, quatenus prospiceret imperator per cancellos triclinii sui ea quæ futura erant fieri. Erat itaque multitudo populorum usque ad hippodromium conferta convenientium illic. Statuerunt ergo reverentissimum virum in medio solarii dispositionis, præsentia totius senatus subnixum hinc & inde. Facta est ergo constipatio subito non minima, & exiens ab imperatore sacellarius apertis januis triclinii in solarium, dividere universum populum jussit. Veniensque ad sanctum ac venerabilem virum Martinũ apostolicum, dixit ad eum: Vide quomodo Deus te duxit, & tradidit in manus nostras. Tu nitebaris contra imperatorem, quid tibi spei erat? Ecce dereliquisti Deum, & dereliquit te Deus. Et continuo exclamans sacellarius quemdam astantium excubitorum tonsorem, præcepit sine mora auferre psachnion summi & apostolici atque præcipui pastoris omnium Christianorum, qui orthodoxam sanctorum patrum & synodorum confessionem, hoc est fidem confirmavit, & novi erroris exortos auctores, novos videlicet hæreticos, cum impiis dogmatibus eorum canonice & synodice anathematizavit. Cum ergo incidisset psachnion beati viri excubitor, & corrigiã compagiorũ ejus, statim tradidit eum sacellarius præfecto urbis, dicens: Tolle eum, domine præfecte, & continuo membratim incide illum. Cum his autem omnibus jussit astantibus anathematizare eum. quod & fecerunt. Non responderunt autem hujuscemodi voci viginti virorum animę. Sed omnes quique hoc ipsum videbant, & sciebant quia est Deus in cælo conspector eorũ quæ fiebant, demisso vultu cum multa mœstitudine recedebant tribulati. Suscipientes ergo eum carnifices, exuerunt exterius ejus pallium sacerdotalis stolæ, & scindentes alas tunicæ, quæ erat interius a summo usque deorsum, circumposuerunt ferrea vincula in sanctam ejus cervicem, & per omne corpus ejus trahentes eum vi, non concesserunt penitus ei alicubi residere, & animam refocillare, sed a palatio duxerunt eum publicantes & dehonestantes per medium civitatis ad prætorium, & gladius coram eo. Erat autem dolor magnus beato illi, & inenarrabilis. oppido enim erat fessus & infirmus, præ tantis incõmodis futurus relinquere animam a pressura passionum & tenuitate corporis. Attamen gaudens spe confortabatur in domino: & quo magis cum afflictione & vi trahebatur, eo sereno obtutu ductus cum multa constantia animæ justus, cum uno solúmodo indumento a summo discisso in duas partes, & sine cinctorio sequebatur, adeo ut interiora ejus quodammodo nuda panderentur, & multifaria quidem continuo populorum conspectis quæ fiebant, gemebant, ut veritatem dicam, & lacrymabantur. Pauci autem ministrorum satanæ gaudebant, & subsannabant, & capita transeuntes, sicut scriptũm est, movebant, dicentes: Vbi est Deus ejus, & ubi fides ejus, & ubi doctrina ipsius? Qui cum venisset in prætorium dehonestatus, & a carnificibus vinculatus cum gladiis, conjecerunt eum in unum carcerum cum homicidis & post unam quasi horam tulerunt eum inde, & transposuerunt in eam quæ dicitur Diomedis custodia, in prætorio pręfecti. Tanta auté instãtia & vi trahebant eum vinculis nexũ, ut dilaniarentur crura & poplites ejus, & sanguis efflueret per ascensum scalę ejusdé custodię. Sunt enim scopulosi & asperi valde, ac penitus in altũ porrecti gradus. Erat autem ipse beatus præsentis vitæ proximus jam carere, suppliciis anima deficiente etiam ante

ante gladium, cum jam non valeret conscendere cum se trahentibus. Introducentes ergo eum quomodocumque in custodiam, decidentem sæpius & surgentem, posuerunt in scamno indutum calibis & catenis. Tunc enim, quando traditus est a Caipha Pilato ut crucifigeretur, hoc est a præfecto, continuo cum exuerent eum carnifices, graviter algoribus vexabatur. erat enim intolerabilis hiems. Imposuerunt ei gravissima ferri pondera, & nullus aderat ei hominum ejus proprius, excepto uno solummodo clerico adolescente: quique commanens ei in custodia, & superstans lamentabatur magistrum, sicuti Petrus. Erat etiam convinctus B magister custodiæ eidem beato, quoniam sic erat mos, ut futurus pati per gladium convinciretur magistro custodiæ. Erant ergo duæ mulieres, genitrix & nata, prænominatæ custodiæ claves tenentes, quæque aspicientes importabilem dolorem sancti illius, qui inter tot pœnarum genera, quæ aderant, algore quatiebatur durissimo: motæ compassionibus quærebant aliquam exhibere misericordiam cum eo, & contegere eum, sed non audebant propter convinctum & custodientem carnificem. Putabant enim actutum venturam censuram ut trucidaretur. Post quasdam vero horas, cum vocassent quidam ab imo ex ordine militari magistrum vigiliæ carnificum, descendente eo, una mulierum C ergastulorum illorum pietatis viscere ducta, accedens amplectensque bellatorem Christi & apostolicum patrem, portansque reclinavit eum in proprio toro suo, contegens utiliter & involvens. Mansit autem usque ad vesperum sine voce. Vespere autem facto, misit ad eum Gregorius præfectus eunuchus ex cubiculariis majorem domus suæ, cum parvis cibariis, qui refecit eum, dicens: Ne deficias in tribulationibus, confidimus in Deum, non morieris. In quo magis aggravatus ille beatus ingemuit. Abstulerunt autem ferrea vincula continuo ab eo. Sequenti vero die abiens imperator in patriarchium visendi gratia Paulum patriarcham, (proximus enim erat morti) narravit ei quæ cõsummata sunt D in sanctissimum virum. Ingemiscens vero Paulus, & conversus ad parietem dixit: Hei mihi! & hoc ad abundantiam judiciorum meorum actum est. Percontatus autem ab imperatore quamobrem hoc dixerit, respondit: Numquidnam, domine, non est miserabile talia pati pontifices? Tunc attentius adjuravit imperatorem sufficere ei in his quæ passus est, nihilque amplius sustinere. Unde audiens beatus ille ac apostolicus vir, quod non suscepit quod expectabat, non gratum habuit tale promissum, sed penitus mœstus effectus est. Festinabat enim explere bonum certamen, & abire ad eum quem desiderabat. Interea defuncto Paulo, & Pyrrho residere nitente, atque quibusdam ecclesiæ contradicentibus & prohibentibus, libellumque ejus publicantibus in E palatio, asserentibusque quoniam & a beatissimo Paulo anathematizatus est: Pyrrhus reprobatus est sacerdotio propter libellum quem fecerat Romæ. & multa commotione facta, post dies octo defuncto Paulo, dirigitur ab imperatore ad Diomedis custodiam ad magnanimum papam Demosthenes rescriptor & collaborator sacellarii, & libellisius cum eo. Intrantes vero dixerunt ad eum: Dominator noster eximius imperator misit nos ad te, dicens: Ecce in quanta gloria prius consistens, in qualem ordinem teipsum duxisti. nemo tibi fecit hoc, sed tu ipse tibimetipsi. Ipse autem nihil aliud respondit, nisi solum hoc: Gloria & gratiarum actio per omnia soli immortali regi. Dicit ad eum Demosthenes rescriptor. Significavit tibi dominator, dic nobis ea quæ de Pyrrho expatriarcha hic & Romæ subsequenter gesta sunt. Pro qua causa abiit Romam? jussus, an proprio proposito? Respondens sanctus papa dixit: Proprio proposito. Ait Demosthenes: Libellum illum quomodo fecit? cõpellente aliquo? Respondit sanctus vir: Nemine, sed propria propositione. Demosthenes inquit: Veniente Pyrrho Romam, quomodo suscepit eum sanctus vir Theodorus decessor tuus papa? uti episcopum? Respondit æquanimis papa, & quomodo non? qui prius quam veniret Pyrrhus Romam, manifeste scripsit huc, hoc est beatus Theodorus ad Paulum, utpote ad eum, qui indecens fecerit, & alterius thronum invaserit. Deinde autem sponte sua eodem Pyrrho veniente Romam ad vestigia beati Petri, quomodo non haberet eum suscipere prçcessor meus, & honorare, utpote episcopum? Respondens Demosthenes dixit: Vere veritas sic se habet. Unde autem sumebat ea quæ ad usum sui corporis erant necessaria? Dicit beatus: Manifeste de patriarchio Romano. Ait concertator: Qualis panis dabatur ei? Respondit honorabilis vir: Vos, domini mei, nescitis ecclesiam Romanam? Dico enim vobis, quia quisquis venit illuc miserabilis homo hospitari, omnia ad usum præbentur ei, & nullum immunem suis donis sanctus Petrus repellit venientium illuc: sed panis mundissimus & vina diversa dantur non solum ei, sed & hominibus ei pertinentibus. Si ergo in miserabilibus hominibus hæc fiunt, qui venit etiam honorabilis sicut episcopus, qualem sumptum habet suscipere? Dicit ad eum Demosthenes: Nos didicimus, quia vi fecit libellum Pyrrhus Romæ, & quia lignea vincula sustinuit, & multa dolenda passus est. Respondit vir ille beatus, & dixit: Nihil tale factum est. Nam nisi quia formidine aliqui tenentur, non possunt forte loqui veritatem. Hic sunt Constantinopoli plurimi, qui tunc erant Romæ, & sciunt quæ ibi gesta sunt. Ex quibus interim superest Plato patricius, qui tunc exarchus erat, quique direxit homines suos tunc ad Pyrrhum Romam. percontamini eum de his si mentior. Verumtamen, quid volumus plurima quærere? Ecce in manibus vestris retinetis me, & quodcumque vultis consummate in me, Deo indulgente in vestra est potestate. Utique si membratim inciditis carnes meas, sicuti præfecto jussistis cum me traderetis, non communico ecclesiæ Constantinopolitanæ: Ecce hic sum, examinate me, & tentate, & invenietis experimento gratiam Dei, & fidelium servorum ejus. Iterum Pyrrhus in mediũ venit, qui totiens anathematizatus & nudatus est divino honore. Stupefactus autem Demosthenes rescriptor, & admirans super hac voce æquanimis papę audaciã atque constantiam pro Christo in morte sua, equidem ad hoc positus erat calix passionis. Similiter & hi qui consequentes erant ei stupẽtes, accepto libellario seriatim cuncta dicta a beato viro conscribentes, recesserunt. Fecit ergo reverẽtissimus papa in eodem Diomedis ergastulo octoginta quinque dies post primas nonaginta tres, hoc est omnes simul CLXXVIII. Venit igitur Sagoleba scriba, dicens, quia jussus sum auferre te hinc, & trãsferre in domum meam, & post dies duos dirigere

te quo

te quo jusserit mihi sacellarius. Interrogante autem papa quo ducendus esset, vel in quem locum, noluit ei dicere. Rogabat ergo sanctus ille, ut sineretur in eadem custodia, quousque exularetur, & ad horam auferretur de custodia. & nec hoc concessum est ei. Sed circa occasum solis dicit venerabilis papa his qui erant in ergastulo: Accedite fratres, vale faciamus, quia ecce nunc aderit qui auferat me hinc. Et hæc dicente eo, hauserunt singuli calicem. Et surgens sereno vultu cum multa constantia atque gratiarum actione, dicit ad unum concurrentium sibi dilectum, qui erat ibi: Veni, domine frater, & da mihi pacem. Erant porro præcordia fratris illius, sicut mihi ipse referebat in illa hora, qualia, ut conjicio, discipuli illius contemplantis dominum in cruce. Non valens ergo, ut aiebat, cohibere seipsum, vocante eum beato ad osculum irrugiit frater ut leo. Cum eo autem inibi præsentes omnes lamentabantur terribili lamento. Anxiatus in hoc vir beatus flagitabat omnes ne ita facerent, sereno obtutu dicens. Et impositis venerabilibus manibus super verticem ejus, subridens ait: Bona sunt hæc, domine frater, hæc sunt opportuna, & te oportet ita facere? hæc sunt pacis? cum econtra nunc debeas gaudere super me. Ad quem illico cum contritione cordis respondit frater: Deus novit, famule Christi. Lætor in gloria, qua dignatus est Christus Deus noster propter nomen suum hæc te omnia pati: sed lamentor omnium perditionem. Salutantes ergo omnes eum, recesserunt. Veniens igitur continuo scriba, & auferens eum, intulit in domum suam. Dictum est ergo, quia in Chersonam exulatur. & post dies aliquot cognovimus, quia illuc clanculo navigio transvectus est ipse sanctissimus apostolicus vir. Veniens ergo illuc, post dies aliquot scripsit epistolam in Byzantium ad quemdam sibi carissimum, ex illis videlicet, qui hunc propter dominum, & ob rectam fidem ejus amabant. Cum esset in magna tribulatione & exilio idem sæpe dictus pater noster sanctissimus constitutus, postulans aliquarum specierum subsidia, propter multas & frequentes, gravesque ægrimonias corporales, angustiasque omnimodas regionis illius, eo quod nihil ibi inveniretur, præcipue triticum, quod quidem illic nominabatur, non autem inveniebatur. Unde cum jurejurando scripsit, quia navicula illo veniente, & parum tritici habente ad commutationem salis, vix potuerit emere ex eo unum tritici modium quatuor solidis, cum multis & hoc precibus. Diversas autem angustias scripsit sancta ejus anima pati se ibi: non solum corporalibus angustiis, sed etiam habitantium & dominantium ibi malis oppressus, ita ut penitus contritus male pejus moreretur, suasione videlicet dominantium in Byzantio. Quamobrem quæso vos ego humilis & peccator famulus vester, a Deo honorabiles patres, ut quemadmodum ego visa mihi & audita diligentissime declaravi vobis, hoc est imminentes temptationes beatissimo papæ propter rectam confessionem in Christo domino, & propter anathematismum in novos factum hæreticos: quamquam ex multis, parva tamen quæ potui dirigere, scripsi: ita & vos zelum habentibus culturæ Dei, explicate eadem, & hortamini imitari eum, & traditiones sanctorum patrum retinere secundum imitationem ejus, & non communicare omnino contraria sentientibus. Obsecrantes etiam pro me indigno famulo qui scripsi, quo cum eo & vobiscum inveniam misericordiam a Christo Deo nostro in sæcula, amen. Obiit autem idem sanctissimus ter beatus apostolicus Martinus papa, recens revera confessor & martyr Christi Dei nostri, in eadem exulatione Chersonæ, juxta ejusdem ad dominum Deum petitionem, quam obtulit ei cum lacrymis, exiens de navi, & calcans terram illam, id est ut in ea finiret vitam, bonum certamen certans, cursum martyrii consummans, & bonam fidem servans, mense Septembrio, die sextadecima, in qua felicissimæ martyris & fidem custodientis orthodoxam Euphemiæ preciosissima & beatissima secundum anni circulum celebratur memoria," indictione quartadecima. Positus est autem in tumulis sanctorum extra muros Chersonitarum civitatis quasi stadio uno, in preciosissimo & reverendissimo templo sanctissimæ & præ omnibus sanctis colendæ, castissimæ & immaculatæ, perbenedictæque gloriosissimæ & excellentissimæ omnium creaturarum, gratia plenissimæ, gaudium facientis & tribuentis dominæ nostræ, proprie natura & veritate solius Dei genitricis semper virginis Mariæ, quæ cognominatur Blachernes: factus typus imitabilis omnibus, qui bene vivere & decertare elegerint & voluerint, pro ea, quæ verissime est veritas. Cujus virginis, cujusque confessoris intercessionibus, Christus verus Deus & salvator noster, qui ineffabiliter & sine semine ex ea processit propter genus humanum, custodiat & conservet nos, & omnes fideliter audientes, omnemque populum quem acquisivit in sinceritatem fidei & conversationem, in pace & dilectione perfecta, & omni justitia usque in finem. Cui est cum Deo Patre & Spiritu sancto in deitate una substantia, æquus honor, virtus eadem, sine tempore regnum, semper principium, sceptrum juge, gloria perpes, majestas similis, per infinita sæcula. Amen.

"Hinc falsa arguuntur quæ vulgo jactantur de hujus sancti obitus tempore.

XVI. AD QUEMDAM SIBI CARISSIMUM.

De exilii sui calamitate.

INDICAMUS germanæ caritati vestræ, domine frater, quia postquam egressi sumus ex eo quod Ieron dicitur a Constantinopoli, navigantes sancta quinta feria cœnæ domini, pertransivimus Pharum, per diversa loca transmeantes Idibus Maiis, & Chersonem pervenimus. Ergo gerulus harum, qui præsentem vobis tradit epistolam, post triginta dies post nos a partibus Byzantii venit Chersonem. Et gavisi sumus super adventum ipsius, æstimantes quod expensæ missæ nobis ab Italia essent in terram hanc, quæ deberent nos eo veniente consolari. Et cum interrogassemus, cognovimus ab eo, quod nihil huc detulerit ab Italia. & miratus sum, & glorificavi Deum meum etiam in hoc, quoniam sicut scit, tribulationes nostras dispensat, maxime cum fames in hac terra & necessitas talis esset, ut panis in ea tantum nominetur, non tamen penitus videatur. Quoniam nisi mittantur nobis ex partibus illis sumptus, vel a partibus Ponti, hic vivere omnino nequimus. Spiritus enim promptus est, caro vero infirma, ut etiam ipse nosti. Neque enim dispensatio quævis potest in hac terra ullatenus inveniri in solatium saltem modici sumptus. Si ergo, ut dictum est, transmissum fuerit illinc frumentum,

& vinum, aut oleum, & alia quædam quoquo A modo, festina prout potueris mittere nobis. Neque enim hujuscemodi mala, ut reor, ostendi sanctis, qui ibidem sunt, vel his qui sunt ecclesiæ illius, ut usque adeo mandatum domini parvipenderent: præsertim cum apostolus Philippensibus scripsit, gratias agens eis, quod & Thessalonicam & semel & bis in usum sibi miserint. ubi & subdit: *Habeo autem omnia, & abundo.* Si enim peregrinos illic, id est Romæ, ita reficit sanctus Petrus, quid dicemus de nobis, qui proprii servi ejus sumus, & saltem ad momentum ministravimus ei, & in tali exilio & afflictione consistimus? Cognitionem autem feci ad dilectionem vestram quarumdam specierum, quæ comparari debent illic. & horum, quæso B te, more solito curam habeto, ut nosti, ad emendum & mittendum nobis propter multas necessitates nostras, & frequentes infirmitates.

Philipp. 4. 18.

XVII. EIUSDEM ARGUMENTI CUM superiore.

OMNE desiderium habemus semper literis nostris caritatem vestram consolandi, & relevandi vos a solicitudine quæ vobis de nobis est. Vobiscum vero & omnes sanctos & fratres nostros, qui curam nostri propter dominum gerunt. Ecce & impræsentiarum scribo vobis quæ coartant nos. Veritatem dico in nomine Christi C Dei nostri. Remoti enim ex omni mundana turbatione, & depositi a peccatis nostris, ecce & ipsa vita caruimus. Siquidem hi qui in hac regione habitant, omnes gentiles existunt, & gentiles mores acceperunt hi, qui hic habitare noscuntur, nullam caritatem prorsus habentes, quam jugiter hominum natura & inter ipsos quoque barbaros crebra compassione demonstrat. Novit itaque Deus, nisi ex naviculis, quæ veniunt ex partibus Romaniæ, ut hi qui hic sunt, nuncupant, partes videlicet Græcorum Ponticas partes vocantes. Nam nec semel de regione ista usque ad unum trimisium frumentum potui comparare: sed nec alterius cujuscumque generis speciem, nisi, ut prædictum est, ex naviculis D quæ huc raro veniunt, ut sale onustæ recedant. Sic potuimus emere tres vel quatuor modios nomismate, usque ad præsentem Septembrium mensem. Usque nunc vero non potuimus de novis geniminibus emere, nisi uno nomismate modios quatuor. Miratus sum autem, & adhuc miror indiscretionem & incompassionem omnium qui quondam mihi pertinebant, & amicorum meorum ac propinquorum, quia sic funditus infelicitatis meæ obliti sunt, & nec scire volunt, ut invenio, sive sim super terram, sive non sim. Miratus quoque multo magis sum in eos, qui sunt sanctissimæ apostoli Petri ecclesiæ, quoniam tantam dederunt operam de corpore ac membro suo, id est super dilectione nostra, ad reddendos nos sine solicitudine, saltem super corporali usu, quotidianoque sumptu. Nam etsi aurum ecclesia sancti Petri non habet, frumento tamen & vino, & aliis necessariis expensa non caret per gratiam Dei, ut modicæ saltem exhibitionis curam gessissent. Qualem putas conscientiam habemus exhibendi ante tribunal Christi accusantibus omnibus tunc & rationem reddentibus hominibus, qui ex eodem luto & massa consistunt? Quæ formido est, quę cecidit super homines ad mandata Dei minime facienda, aut timor ubi non est timor? An subtractione usque adeo nos spiritus maligni operiunt? An ita inimicus omni plenitudini ecclesiæ apparui, & adversarius illis? Verumtamen Deus, qui omnes vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, per intercessiones sancti Petri stabiliat corda eorum in orthodoxa fide, & confirmet contra omnem hæreticum, & adversariam ecclesiæ nostræ personam, & immobiles custodiat, præcipue pastorem qui eis nunc præesse monstratur: quo in nullo prorsus decidentes, vel declinantes, aut dimittentes eorum, quæ in conspectu domini & sanctorum angelorum ejus in scriptis professi sunt, usque ad pusillum quippiam, una cum humilitate mea coronam percipiant justitiæ orthodoxæ fidei de manu domini & salvatoris nostri Iesu Christi. De humili namque hoc corpore meo & ipsi domino cura erit, ut sibi gubernare placet, sive in tribulationibus indesinentibus, sive in modico refrigerio. Dominus enim prope est, & quid solicitus sum? Spero quippe in miserationes ejus, quod non tardet modo finire meum quo jusserit cursum. Omnes vestrates propter dominum salutate, & omnes qui pro Dei amore meis compassi sunt vinculis. Deus excelsus potenti manu sua protegat vos ab omni temptatione, & salvet in regnum suum.

Anno Christi 649.

[a] CONCIL. [b] LATERAN. ROMANUM, IN QUO [c] CENTUM ET QUINQUE EPISCOPI

Typo Constantis imperatoris proscripto, Monothelitarum hæresin, ejusque promotores, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Paulum, & Pyrrhum Constantinopolitanum condemnarunt, [d] anno domini DCXLIX. tempore Martini papæ I. celebratum.

SECRETARIUS I.

In nomine domini Dei salvatoris nostri Iesu Christi; imperii domini Constantini piissimi Augusti anno nono, sub die tertio Nonas Octobris, indictione octava.

PRÆSIDENTE sancto ac beatissimo Martino papa sanctæ sedis apostolicæ urbis Romæ, propositis sacrosanctis & venerabilibus euangeliis in ecclesia domini Dei & salvatoris nostri

" ** ΑΡΧΗ ΣΥΝ ΘΕΩι ΤΩΝ πεπραγμένων τῆς ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς συνόδου, τῆς γινομένης ἐν ταύτῃ τῇ μεγαλωνύμῳ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ κατὰ πρόσταξιν ἱερὰν ἤτοι κανονικὴν ἐπιτροπὴν Μαρτίνου τοῦ ἁγιωτάτου καὶ τρισμακαρίστου πάπα, καὶ πάσης ἐξάρχοντος τῆς κατὰ πᾶσαν τὴν ὑφ' ἡλίῳ θείας ἱεραρχίας, εἰς σύστασιν καὶ ἐκδίκησιν, τῶν πατρικῶν καὶ συνοδικῶν δογμάτων τῆς καθολικῆς τοῦ εὐαγγελίου καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. E

Anno Christi 649.

ΠΡΑΞΙΣ Α'.

Ἐν ὀνόματι" τοῦ Θεοῦ καὶ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλεύοντος τοῦ δεσπότου ἡμῶν Κωνσταντίνου τοῦ εὐσεβεστάτου Αὐγούστου ἔτους ἐννάτου τῇ πρὸ τριῶν νοννῶν ὀκτωβρίων ἰνδικτιῶνος ὀγδόης.

ΠΡΟΚΑΘΕΖΟΜΕΝΟΥ Μαρτίνου τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου πάπα τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς τῶν Ῥωμαίων πόλεως, προκειμένων τῶν ἁγίων καὶ ἱερῶν καὶ σεπτῶν εὐαγγελίων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ

* Versionem Græcam mutuati sumus e codice ms. eminentissimi ecclesiæ principis Francisci Card. Barberini, qui ad nos Roma misit descriptum ex cod. Vaticano optimæ notæ.

ANNO CHRISTI 649.

Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῇ ἐπονομαζομένῃ Κωνσταντιανῇ· καὶ συγκαθεζομένων αὐτῷ καὶ συνακροωμένων τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων.
Μαξίμου ἐπισκόπου Ἀκυληΐας.
Δεουσδέδιτ ἐπισκόπου Καράλεως.
Μαύρου ἐπισκόπου Κεσίνης, καὶ Δεουσδέδιτ πρεσβυτέρου Ῥαβέννης τὸν τόπον ἀναπληροῦντων Μαύρου ἐπισκόπου τῆς αὐτῆς Ῥαβέννης Νησίων πόλεως.
Σεργίου ἐπισκόπου Θεψανῶν.
Ῥεπαράτου ἐπισκόπου Μαντουριανοῦ.
Ἐπιφανίου ἐπισκόπου Ἀλβάνου.
Βενεδίκτου ἐπισκόπου Αἰακίου.
Ἰουλιανοῦ ἐπισκόπου Ὀρτῶν.
Παπιανοῦ ἐπισκόπου Βίβωνος.
Μαξίμου ἐπισκόπου Πισαύρου.
Λουκιανοῦ ἐπισκόπου Λεοντίνης.
Βιάτορος ἐπισκόπου Ὀρτῶνος.
Βωνίτου ἐπισκόπου Φούρμης.
Μαϊουρίνου ἐπισκόπου Πρενέστης.
Ῥωμανοῦ ἐπισκόπου Νουμάννου.
Λαυρεντίου ἐπισκόπου "Πελλοισίας. [* Περουσίας]
Καρόσου ἐπισκόπου Φαράρεως.
Μαρκιανοῦ ἐπισκόπου Μεβίας.
Βαρβάτου ἐπισκόπου Σουτρίου·
Καλλιομνήσου ἐπισκόπου "Καλέσης. [* Ἀλέσης]
Ῥωμανοῦ ἐπισκόπου Κερέλλης.
Πελεγρίνου ἐπισκόπου Μεσίνης.
Κρισκίου ἐπισκόπου Λούκρης.
Φίλικος ἐπισκόπου Ἀγριγέντου.
Μαρκελλίνου ἐπισκόπου Κλουσίου.
Γεμινιανοῦ ἐπισκόπου Βολουτέῤῥης.
Μαριανοῦ ἐπισκόπου Ποπουλωνίου.
Λουμινώσου ἐπισκόπου Τυφέρνου.
Ποτεντίου ἐπισκόπου Βελλιτέρνης.
Μαύρου ἐπισκόπου Τουσκίου.
Μαρτίνου ἐπισκόπου Γαβιώνης.
Ἀδεοδάτου ἐπισκόπου Σπολίτου.
Ἰωάννου ἐπισκόπου Πεστάνης.
Γαυδιώσου ἐπισκόπου Ῥεάτης.
Λαυρεντίου ἐπισκόπου Ταυριανῆς.
Ἰωάννου ἐπισκόπου Τρηκσῶν.
Λουμινώσου ἐπισκόπου Σαλέρνου.
Σαββατίου ἐπισκόπου Βουξέντου.
Ἰωάννου ἐπισκόπου Ταράντου.
Ῥουφίνου ἐπισκόπου Σιπόντου.
Ἀδεοδάτου ἐπισκόπου Ἀμερίνου.
Γαυδιώσου ἐπισκόπου Καπούνης.
Βωνίτου ἐπισκόπου Φερέντου.
Μαύρου ἐπισκόπου Σινογαλλαίου.
Μαυρώσου ἐπισκόπου Ἀγκῶνος.
Βώνου ἐπισκόπου Φικούκλης.
Φορτουνάτου ἐπισκόπου Αὐσίμου.
Θωμᾶ ἐπισκόπου Λούνης.
Βωνίτου ἐπισκόπου Φερέντου πολυμαρτίου.
Μαξίμου ἐπισκόπου Τρηκάλεως.
Πασχαλίου ἐπισκόπου Βλάνδων.
Λουμινώσου ἐπισκόπου Μαρσῶν.
Γλωριώσου ἐπισκόπου Καμερίνου.
Δεκοράτου ἐπισκόπου Τιβουρτίνου.
Ἀμαβίλου ἐπισκόπου Ὀστέως.
Ἀλβίνου ἐπισκόπου Πόρτου.
Παλουμβου ἐπισκόπου Φουνδης.

A Iesu Christi, quę vocatur Constantiniana; residentibus etiam viris venerabilibus, pariterque cum eo audientibus:
Maximo sanctissimo Aquileiensi episcopo.
Deusdedit sanctissimo Caralitano episcopo.
Mauro Cæsenate episcopo, & Deusdedit presbytero, agentibus locum Mauri sanctissimi episcopi Ravennatis ecclesiæ.
Sergio Tempsanensi episcopo.
Reparato Manturianensi episcopo.
Epiphanio Albanensi episcopo.
Benedicto Aiaceno episcopo.
Iuliano " Hostano episcopo. [" Hortano]
B Papinio " Vibonensi episcopo. [" Papiano]
Maximo Pisaurensi episcopo.
Luciano Leontinensi episcopo.
Viatore Hortonensi episcopo.
Bonito Formiano episcopo.
Majoriano Prænestino episcopo.
Germano Numanensi episcopo.
Laurentio Perusino episcopo.
Caroso Faralitano episcopo.
Martiano Mebiensi episcopo.
Barbato Sutrino episcopo.
Calumnioso Alesino episcopo.
C Romano Cebellitano episcopo.
Peregrino Messanensi episcopo.
Crescente Lucrensi episcopo.
Felice Agrigentino episcopo.
Marcellino Clusino episcopo.
Geminiano Volaterrano episcopo.
Mariniano Populoniensi episcopo.
Luminoso Tiferniſtiberinorum episcopo.
Potentino Belliternensi episcopo.
Mauro Tuscanensi episcopo.
Martino Gavinate episcopo.
D Adeodato Spoletano episcopo.
Ioanne Pæstano episcopo.
Gaudioso Reatino episcopo.
Laurentio Taurianensi episcopo.
Ioanne * Trapeiano episcopo.
Luminoso Salernitano episcopo.
Sabbatio Buxentino episcopo.
Ioanne Tarentino episcopo.
Rufino Sipontino episcopo.
Adeodato Amerino episcopo.
Gaudioso Capuano episcopo.
Bonito Ferentinate episcopo.
E Mauro Senogalliensi episcopo.
Mauroso Anconitano episcopo.
Bono Ficuclensi episcopo.
Fortunato Auximate episcopo.
* Thomate Lunensi episcopo.
Bonito Ferentospolymartio episcopo.
Maximo Trocalitano episcopo.
Paschale Blandanæ episcopo.
Luminoso Marsorum episcopo.
Glorioso Camerino episcopo.
Decorato Tiburtino episcopo.
Amabile Ostiensi episcopo.
Albino Portuensi episcopo.
Palumbo Fundano episcopo.

Theodoso

Theodosio " Contronensi episcopo.	A Θεοδοσίου ἐπισκόπου Κεϱτόνων.
Scholasticio Fanensi episcopo.	Σχολαστικίου ἐπισκόπου Φαύνου.
Elia Lilybætano episcopo.	Ηλία ἐπισκόπου Λιλλυβίου.
Aquilino Assisinati episcopo.	Ακιλίνου ἐπισκόπου Ασισίνης.
Eusebio Atellano episcopo.	Εὐσεβίου ἐπισκόπου Ατελλανοῦ.
Martino Centumcellensi episcopo.	Μαρτίνου ἐπισκόπου Κεντουχέλλων.
Lubentino Stabiensi episcopo.	Ιουβεντίνου ἐπισκόπου Σταβίας.
Mauro Senate episcopo.	Μαύρου ἐπισκόπου Σένης.
Læto Lucano episcopo.	Λέτου ἐπισκόπου Λουκανοῦ.
Theodoro Rosellano episcopo.	Θεοδώρου ἐπισκόπου Ρωσέλλης.
Andrea Hydruntensi episcopo.	Ανδρέου ἐπισκόπου Οδρωύτου.
Iusto * Tauromenitano episcopo.	Ιούστου ἐπισκόπου Ταυρομηνίου.
Felice Panormitano episcopo.	Φίλικος ἐπισκόπου Πανόρμου.
Laurentio Tudertino episcopo.	B Λαυρεντίου ἐπισκόπου Τουδέρεως.
Ioanne Carinensi episcopo.	Ιωάννου ἐπισκόπου Καρινῆς.
Albino Signensi episcopo.	Αλβίνου ἐπισκόπου Σιγνίου.
Augustino Squillacino episcopo.	Αὐγουστίνου ἐπισκόπου Σκυλλακίου.
Ioanne Rhegitano episcopo.	Ιωάννου ἐπισκόπου Ρηγίου.
Barbato Cumano episcopo.	Βαρβάτου ἐπισκόπου Κούμων.
Felice Tarracinensi episcopo.	Φίλικος ἐπισκόπου Ταῤῥακίνης.
Oportuno Anagnino episcopo.	Οπορτούνου ἐπισκόπου Αναγνίου.
Firmino Blerano episcopo.	Φιρμίνου ἐπισκόπου Βλερῶν.
Iobiano * Firmabo episcopo.	Ιουβιανοῦ ἐπισκόπου Φυρμανοῦ.
Anastasio Narniensi episcopo.	Αναστασίου ἐπισκόπου Ναρνίου.
Theodoro Tyndaritano episcopo.	Θεοδώρου ἐπισκόπου Τυνδάρεως.
Sapientio Numentano episcopo.	Σαπιεντίου ἐπισκόπου Νουμεντου.
Maximo Mesinati episcopo.	C Μαξίμου ἐπισκόπου Μεσίνου.
Gratioso Nepesino episcopo.	Γρατιώσου ἐπισκόπου Νέπης.
Leontio Neapolitano episcopo.	Λεοντίου ἐπισκόπου Νεαπόλεως.
Paschale Thermitano episcopo.	Πασχαλίου ἐπισκόπου Θέρμης.
Oportuno Pisano episcopo.	Οπορτούνου ἐπισκόπου Πίσσης.
Donato Mariandensi episcopo.	Δονάτου ἐπισκόπου Μαριανῆς.
Bonoso Alerino episcopo.	Βωνώσου ἐπισκόπου Αλερίας.
Peregrino Liparitano episcopo.	Περεγρίνου ἐπισκόπου Λιπάρεως.
Boethio Cornensi episcopo.	Βοηθίου ἐπισκόπου Κόρνης.
Valentino Turritano episcopo.	Βαλεντίνου ἐπισκόπου Τούρρης.
Luminoso Bonensi episcopo.	Λουμινώσου ἐπισκόπου Βωνονίου.
Crescentio Libyensi episcopo.	Κρεσκεντίου ἐπισκόπου Λιβίης.
Stephano Popiliensi episcopo.	Στεφάνου ἐπισκόπου Ποπλίας.
Callionisto Hadrianensi episcopo.	D Καλλεωνίστου ἐπισκόπου Αδριανῆς.
Ioanne vico Sabinate episcopo.	Ιωάννου ἐπισκόπου Βικοσαβίνης.
Potentio Polensi episcopo.	Λεοντίου ἐπισκόπου Πώλων.
Leontio Faventinate episcopo.	Λεοντίου ἐπισκόπου Φαβεντίας.
Donato Sassinate episcopo.	Δονάτου ἐπισκόπου Σασίνης.
Ioanne Vnnogoritano episcopo.	Ιωάννου ἐπισκόπου Ουννογουρείου.
Stephano Dorensi episcopo.	. . . .
Ioanne Gabopolitano episcopo.	Ιωάννου ἐπισκόπου Γαβουπόλεως.
Victoriano * Vralensi episcopo.	Βικτωρίνου ἐπισκόπου Οὐζάλεως.

" Crotonensi. * Firmano * Vzalensi

Theophylactus primus notariorum apostolicæ sedis dixit:

Penetrantem cælos Iesum in omni verbo & opere, ut condecet, imitando veneranda vestra beatitudo congregavit ad se sanctos ejus sacerdotes, ordinantes testamentum ejus super sacrificium immaculatum in odorem spiritualis suavitatis, propter commentatam novitatis adinventionem, quæ utique incognita eis non est, sicuti nec alicuiquam, in quo zelus pietatis consistit. Verumtamen ut ab ea subtiliter enarretur in aversionem quidem hujusmodi hæreseos, conversationem autem orthodoxæ fidei, pro quo videlicet regulari apostolicaque au-

Psalm. 49.

Η ἁγία σύνοδος εἶπεν.

E Τῷ διεληλυθότι τοὺς οὐρανοὺς Ἰησοῦ διὰ πάντων εὐμιμήτως, ὡς θέμις, ἀκολουθοῦσα τῶν οἰκείων λόγων, καὶ τρόπων ἡ ὑμετέρα μακαριότης συνήγαγε πρὸς ἑαυτὴν τοὺς ὁσίους αὐτοῦ ἱερεῖς, τοὺς διατιθεμένους τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίαις ἀμωμήτοις εἰς ὀσμὴν εὐωδίας πνευματικῆς· διὰ τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἐπεισάκτου καινοτομίας· τὴν οὐκ ἄγνωστον μὲν αὐτοῖς οὖσαν, ὥσπερ οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ, τῶν οἷς ἐνυπάρχοι ζῆλος θεοσεβείας. ὅμως δ' οὖν παρ' αὐτοῖς ἀκριβέστερον ὀφείλουσαν διαγγελθῆναι, πρὸς ἀποστροφὴν μὲν τῆς τοιαύτης αἱρέσεως, περιφυλακὴν δὲ, τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἧς χάριν ὡς εἴρηται καὶ κανονικῶς αὐτοὺς συνεκάλεσαν, ἐξ αὐθεντίας ἀποστολικῆς.

ANNO CHRISTI 649.

ἀποστολικῆς· τοιγαροῦν ὡς ἐν σοφίᾳ πάντα κατεργαζομένη, καταξιωσάτω πρεπόντως τὴν αἰτίαν διαλαλῆσαι τῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ θεοφιλοῦς αὐτῶν κλήσεως· ἵνα τῶν αὐτῇ πραττομένων συνοδικῶς, ἡ προκάταρξις ἔνθεσμος γένηται καὶ ἐνάρμοστος, τὸν λόγον εὐλόγως τῆς συνδρομῆς ἐξαγγέλλουσα τοῖς συνελθοῦσι· καὶ προκαθεζομένοις ὁσιωτάτοις ἀρχιερεῦσιν· ὧν καὶ προλάμπει διὰ τῆς κορυφαίας καὶ πάντων ἀποστολικῶς ὑπερκειμένης τῶν ἀνὰ πάσας ἱερωμένων τὴν οἰκουμένην ἱεραρχίας αὐτῆς καὶ ἱδρύσεως.

Ἔχουσα τοίνυν ἐν ἑαυτῇ τὸν εἰπόντα Θεόν. ἄνοιξον τὸ στόμα σου καὶ πληρώσω αὐτό, διανοίγοντα χείλη σοφῶς εἰς τὸ ἀναγγέλλειν τὸ στόμα αὐτῆς τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ· τὸν περὶ τῆς εἰρημένης ὑποθέσεως διδαξάτω λόγον τοὺς συνελθόντας· τῶν γὰρ ἀκούσας σοφὸς, σοφώτερος ἔσται, καθὼς γέγραπται· ὁ δὲ νοήμων, κυβέρνησιν κτήσεται· καὶ οἱ διδαχθέντες εὑρήσουσιν ἀπολογίαν· μάλιστα δι' ἀκριβείας ἐπισταμένη, ὅτι πρόσταγμα τοῦτό ἐστιν ἀποστολικὸν, καὶ κρίμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ· ἕτοιμοι γὰρ ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων προστάσσει Πέτρος· ἀλλὰ καὶ ὁ προφήτης Ἰωὴλ παρεγγυᾶται λέγων· σαλπίσατε σάλπιγγι ἐν Σιὼν, κηρύξατε ἐν ὄρει ἁγίῳ· διότι πάρεστιν ἡ ἡμέρα κυρίου. κηρύξατε ταῦτα. ἐξεγείρατε τοὺς μαχητὰς τοὺς τὴν πανοπλίαν σὺν αὐτῇ τοῦ παναγίου πνεύματος ἔχοντας, εἰς ἐκδίκησιν μὲν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἀναίρεσιν δὲ πάσης παρανομίας. οὕτω γὰρ διὰ τῆς ἱερᾶς αὐτῆς προσφωνήσεως ἐνδυναμώσει πλέον αὐτοὺς, ὥστε καὶ τὸν ἀδύνατον λέγειν· ὅτι ἰσχύω ἐγὼ, καὶ τὸν πραῢν, ὅτι μαχητής εἰμι πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων ἐπαιρομένων κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ βεβαίωσιν θείων δογμάτων· οἷς καὶ δι' ὧν οἱ ἔκκριτοι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πατέρες καὶ αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ πᾶσαι σύνοδοι, τὴν εἰς αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστιν ἐκύρωσαν· ἐξ οὗ καὶ εἰς ὃν ἀρχομένη καὶ τελειοῦσα τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ προκείμενον αὐτῇ πνευματικὸν ἀγῶνα, τόντε τῆς δόξης καὶ καυχήσεως ἀναδήσηται στέφανον. ὡς εὐσεβείας συνήγορος ἀληθὴς καὶ ὑπέρμαχος.

Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πάπας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας εἶπεν.

Εὐαγγελικὸς καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις σωτήριος λόγος, ὁ τῇ δυνάμει τοῦ κατ' αὐτὸν θειοτάτου κηρύγματος πάντα περιλαβὼν τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα, γνωρίσαι βουλόμενος μύστας ἀκριβεῖς εἶναι καὶ κήρυκας ἡμᾶς τῶν πιστοτάτων λαῶν ποιμένας καὶ ἱερέας τῆς ἐν σαρκὶ θειοτάτης τοῦ Θεοῦ λόγου καὶ μεγάλης οἰκονομίας, δι' ἧς τὴν ἡμετέραν ἐκαινούργησε φύσιν περιζωσάμενος, ἀνεγράψατο, καθὼς ἴστε θεοφιλέστατοι ἀδελφοὶ, ποιμένας ἀγραυλοῦντας καὶ φυλάσσοντας τὰς φυλακὰς τῆς νυκτὸς, ἡνίκαπερ ἀσπόρως συλληφθεὶς καὶ γεννηθεὶς ἀδιαφθόρως ἐκ παρθένου προῆλθεν αὐτὸς ὁ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας Θεός. οἷς συμμαρτυρεῖ φάσκων ὁ εὐαγγελιστὴς, καὶ σπεύσαντες ἦλθον, καὶ ἰδόντες διεγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς· καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων ὑπὸ τῶν ποιμένων πρὸς αὐτούς. οὕστινας καὶ δόξα κυρίου περιήστραψεν οὐρανόθεν, καὶ πλῆθος στρατιᾶς οὐ-

A ctoritate congregavit eos beatitudo vestra. Ideoque, utpote in sapientia omnia perficiens, dignetur competenter modum enarrare hujus Deo placitæ in idipsum convocationis, quatenus gesta synodalia ordinaliter initium consequantur, adaperiens, ut condecet, rationem conventionis his qui congregati sunt, & præsident sanctissimis sacerdotibus, quibus & præfulget per magnam atque apostolicam summitatem, præpositam omnibus sacerdotibus, in universo mundo consistentibus.

ACTIO SEU SECR. I.

Apostolicis visceribus vestra beatitudo commota, & nos omnes hortata est ad tuitionem catholicæ & apostolicæ fidei, quæ temeraria præsumptione ab adversantibus verbo fidei expugnatur, in unum convenire, dum constet vos, sanctissimi, cum beato Paulo apostolo eadem compassibiliter dicere: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Satagentes ne aliquis de his quæ vobis creditæ sunt, rationabilibus ovibus a bestiis capiatur. Unde & ego supplico, pro defensione paternorum & synodalium dogmatum, ante omnia per suggestiones oblatas sanctæ vestræ apostolicæ sedi, necnon accusantium personas Cyrum, Sergium, Pyrrhum & Paulum, pravitatem eorum nobis manifestari; sed & per conscripta eorum ordinabiliter, contra immaculatam nostram fidem exposita, quatenus per examinationem eorum congrua super his sententia subsequatur.

A Καλχηδόνι σύνοδον καὶ πάντας, ὡς εἴρηται, παραγράφεσθαι τοὺς ἐγκρίτους τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πατέρας. οὗ χάριν δέον ἐστὶ κατὰ τὴν ὑμετέραν σοφωτάτην παραίνεσιν, μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ κυρίου θειοτάτην παραγγελίαν, γρηγορεῖν ἡμᾶς τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, τουτέστι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τεταγμένους ἐπισκοπεῖν, ἵνα μήτι τῶν ἱερῶν αὐτοῦ κειμηλίων, ἤτοι τῶν ἀποστολικῶν περὶ αὐτοῦ καὶ πατρικῶν δογμάτων ἐπελθόντες οἱ κλέπται λαθραίως συλήσωσι, καθεύδοντας ἡμεῖς εὑρίσκοντες, ἐξ ἀφυλάκτου καὶ ἠμελημένης τῶν ἁγίων αὐτοῦ προσταγμάτων τηρήσεως. ὅθεν εἰ παρίσταται τῇ ὑμετέρᾳ μακαριότητι παρακαλῶ δι' ἑνὸς ἢ δύο τὸ πλεῖστον ἵνα μὴ ὄχλον ἐκ τῶν προδήλως ὁμολογουμένων τοῖς πραττομένοις ποιήσωμεν τῶν B αἰτιασαμένων προσώπων Κῦρον καὶ Σέργιον Πύῤῥον τε καὶ Παῦλον ἀκολούθως ἡμῖν γνωσθῆναι τὰ κατ' αὐτούς, εἶτα λοιπὸν καὶ ἐκ τῶν αὐτοῖς ἐκείνοις γεγραμμένων κατὰ τῆς πίστεως, ἅπερ δηλαδὴ καὶ κατηγόρων χωρίς, ἔλεγχος αὐτῶν καθέστηκε προφανής. ἐγγράφων γὰρ ἰδίων κατηγορουμένων ἐκείνων οἷς καὶ τὴν οἰκουμένην ἐτάραξαν, ἡ ἐξ ἑτέρων αἰτίασις περιττὴ πῶς οὖσα γνωρίζεται. φησὶ γὰρ ὁ κύριος· ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ. ὅτι γὰρ οὐ πλειόνων δέον ἡμῖν τῶν ἐγκαλούντων εἰκῇ τυχόν εἰσιν ἔνθα πρόδηλός ἐστιν ἡ μέμψις τῶν ἐγκαλουμένων, διδασκόμεθα σαφῶς ἐκ τῶν C προηγησαμένων ἡμᾶς ἁγίων συνόδων. ἑκατέρων γὰρ τῶν αἱρετικῶν, Νεστορίου λέγω καὶ Εὐτυχοῦς, ὥσπερ οὖν καὶ Διοσκόρου τῶν δυσσεβῶν, εἷς καὶ μόνον ἀναγέγραπται γεγενῆσθαι κατήγορος ὁ μακάριος Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλαίου ἐπίσκοπος. Θεοδώρου δὲ καὶ Ὠριγένους τῶν δυσωνύμων ἐπὶ τῆς ἁγίας πέμπτης συνόδου, κατήγορος μὲν οὐδείς, μόνα δὲ τὰ ἐκείνων γράμματα πρὸς κατηγορίαν αὐτῶν καὶ μέμψιν ἐπήρκεσε. κἂν ταῦτα τοίνυν τῆς ἀκολουθίας τῶν πραττομένων ἡμῖν φυλαττομένης, δι' ἑνὸς ἢ δευτέρου προσώπου τῶν ἐγκαλούντων εἰ δοκεῖ πρὸς τὴν τῶν ἐγγράφων ἐκείνων χωρήσωμεν σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ διάσκεψιν.

D

Δεουσδέδιτ ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Καλλάρεως, εἶπεν.

Ἀποστολικοῖς σπλάγχνοις ἡ ὑμετέρα μακαριότης κινηθεῖσα, συνεκίνησε πάντας ἡμᾶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθεῖν εἰς ἀσφάλειαν τῆς ἐκ τῶν ἀντικαθισταμένων τῷ λόγῳ τῆς πίστεως πολεμουμένης καθολικῆς ἐκκλησίας. ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ τῷ μακαρίῳ Παύλῳ πάσχουσιν ἁγιώτατοι λέγοντι. τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; μὴ βουλόμενοι θηριάλωτόν τι γενέσθαι τῶν πεπιστευμένων ὑμῖν ἐκ Θεοῦ λογικῶν προβάτων. E διὸ κἀγὼ παρακαλῶ πρὸς ἐκδίκησιν τῶν πατρικῶν τε καὶ συνοδικῶν ὅρων τε καὶ δογμάτων ἀκριβωθῆναι πρότερον ἡμῖν ἐκ τινῶν τῶν αἰτιασαμένων, ἢ καὶ αἰτιωμένων προσώπων τῇ καθ' ὑμᾶς ἀποστολικῇ καθέδρᾳ Κῦρον καὶ Σέργιον, Πύῤῥον καὶ Παῦλον τὴν κατ' αὐτοὺς ἀτοπίαν, εἶθ' οὕτω τε κατὰ τάξιν καὶ ἐκ τῶν κειμένων αὐτοῖς ἐκείνοις ἐγγράφων κατὰ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν πίστεως, ἵνα τῇ ἐξετάσει τῶν γεγραμμένων, πρόσφορος ἡ ἐπ' αὐτοῖς γένηται κρίσις.

Πάντες

ANNO CHRISTI 649.

Πάντες οἱ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι εἶπον. Οὕτως ἔχειν ὡς ἐδιδάξατε μακαριώτατοι τὰ ὀρθὰ τῆς ἐκκλησίας δόγματα, συμφώνως ὁμολογοῦντες, καὶ ὅτι τὴν εὐσεβῆ τῶν ἁγίων πατέρων τε καὶ συνόδων ἀνατρέπουσι πίστιν· οἱ μίαν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ δογματίζοντες εἶναι θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, ἀξιοῦμεν διαγνωσθῆναι πᾶσιν ἡμῖν, οὐδαμῶς μὲν ἀγνοουμένην, ὅμως δὲ διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν πραττομένων ἐκ τῶν αἰτιωμένων προσώπων τὴν τῶν αἰτιαθέντων ὑπόθεσιν, ὅπως τὴν δέουσαν ἐπ᾽ αὐτῇ κατὰ λόγον ἐξέτασιν ποιησώμεθα διακριβουμένης μάλιστα ταύτης ἡμῖν ἐντελέστερον καὶ ἐκ τῶν αὐτοῖς ἐκείνοις, ὡς εἴρηται, συγγεγραμμένων κατὰ τῆς πίστεως.

A Universi sanctissimi episcopi dixerunt unanimiter dogmata continere, & quia venerabilium patrum & synodorum piam confessionem destruere, qui unam in Christo Deo voluntatem & operationem prædicare præsumunt, petimus, licet minime ignoranda, attamen propter ordinem gestorum referare omnibus nobis per accusationes aliquas obnoxiorum hujusmodi excessum, quatenus opportune rationabiliterque examinatio subsequatur, maxime plenius pertractantes eorum commissum per ea quæ ab eis contra immaculatam fidem conscripta sunt.

ACTIO SEU SECR. II.

B

ΠΡΑΞΙΣ Β΄.

Ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου Θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλεύοντος κυρίου Κωνσταντίνου εὐσεβεστάτου Αὐγούστου ἔτους ἐννάτου τῇ πρὸ ὀγδόων Ὀκτωβρίου ἰνδικτιῶνος ὀγδόης.

Προκατεζομένου καὶ τὰ λοιπά.

Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πάπας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, εἶπεν.

Ὁ μακάριος Δαυὶδ πρὸς τὸν Θεὸν φησί. δικαιοσύνη καὶ κρίμα ἑτοιμασία τοῦ θρόνου σου· ἔλεος καὶ ἀλήθεια προπορεύσεται πρὸ προσώπου σου. ταύτην οὖν τὴν ἑτοιμασίαν διὰ τῆς ἀληθείας τῶν πραττομένων πρὸς δόξαν αὐτοῦ καὶ μίμησιν τῆς οἰκείας ἱερᾶς καθέδρας ποιήσασθαι βουλομένη δεόντως καὶ ἡ συνεδρεύουσα ἡμῖν ἁγία σύνοδος τῶν θεοφιλεστάτων ἀρχιερέων, ἵνα ἐν τούτῳ μάλιστα πρὸς αὐτὸν ἔχῃ τὴν καύχησιν, ἐν τῷ συνιέναι καὶ γινώσκειν τὸν κύριον, καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐν μέσῳ τῆς γῆς· ἐπεζήτησεν εἰκότως μὴ πρότερον ἐκ τῶν τῶν κατηγορημένων προσώπων συγγραφῆς τὴν αὐτῶν διασκέψασθαι πρόληψιν, ἕως ἂν ἐκ τῶν ἐγκαλούντων ἐπίδοι ταύτην καὶ ἐπακούσῃ, πληροῦσα τὸ ἐν σοφίαις καλῶς εἰρημένον. πρὶν ἐξετάσῃς μὴ μέμψῃ· νόησον πρῶτον, καὶ τότε ἐπιτίμα· καὶ πρὶν ἀκούσῃς, μὴ ἀποκρίνου· κἂν γὰρ προφανὴς πᾶσίν ἐστιν, καὶ τῶν ἐναντίων ὑπόληψις, ὅμως δέον ὑπάρχει καὶ ἐν τοῖς προδήλοις τὴν τάξιν ἀκολούθως φυλάξασθαι τῶν ἐξεταζομένων ἐν τοῖς κατὰ Θεὸν ἐξετάζουσιν· ὡς ἂν οὕτω κατ᾽ εὐχὰς συμπαρόμενον τοῦτο λάβοιμεν καὶ συνεδρεύοντα τὸν εἰπόντα Θεόν· ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. ἀρ....σθω τοίνυν κατὰ τὴν ἔνθεσμον ἀκολουθίαν πᾶσιν ἡμῖν εὐσεβῶς συναρέσκουσαν διὰ τῶν ἐξυπηρετουμένων τοῖς πραττομένοις ἤτοι τῶν τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς εὐαγοῦς σκρινίου θεοφιλῶν ἀνδρῶν τοῦ τε πριμικηρίου καὶ τῶν νοταρίων ἡ τῶν ἐγκαλούντων προσαγωγὴ τῇ τοῦ καταμηνύοντος αὐτοὺς προσφωνήσει κατὰ τάξιν ἐμφανιζομένων.

Θεοφύλακτος πριμικήριος τῶν νοταρίων τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, εἶπεν.

Ἀναφέρω τῇ ὑμετέρᾳ πανιέρῳ μακαριότητι, ὡς πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ καθ᾽ ὑμᾶς εὐαγοῦς ἕστηκε σεκρέτου Στέφανος, ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Δώρων πρῶτος ὑπάρχων τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερατικῆς δικαιοδοσίας εἰσαχθῆναι καὶ ἀναδιδάξαι τινὰ, παρακαλῶν τὴν ἁγιωτάτην ὑμῶν σύνοδον, οὗ χάριν αὐτὴν ἀνήγαγον πρὸς τὸ παριστάμενον.

SECRETARIUS II.

In nomine domini Dei salvatoris nostri Iesu Christi, imperii domini " *Constantini piissimi Augusti anno nono, sub die octavo Idus Octobris, indictione octava.*

" Constantis

PRÆSIDENTE sancto, &c. *ut secretario* II. *supra* pag. 78.

Martinus sanctissimus ac beatissimus episcopus sanctæ Dei ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ, dixit:

Beatus David ad dominum dicit: *Iustitia* C *& judicium præparatio sedis tuæ, Misericordia & veritas præibunt ante faciem tuam.* Hanc igitur præparationem per veritatem gestorum ad gloriam ejus, & imitationem sacræ sedis suæ properans opportune perficere, & sancta synodus nobiscum consistens venerabilium sacerdotum, ut ex hoc præcipue in eum glorietur in hoc, quod intelligit & cognoscit dominum, & facit judicium & justitiam in medio terræ: studuit competenter non antea per scripta eorum qui accusati sunt, causam illorum discutere, donec per querulantium institutiones respexerit hanc, & addiscere valuerit, illud videlicet, quod per sapientiam bene placuit D Salomoni, adimplens, quod dicit: *Antequam scruteris, non reprehendas: intellige prius, & tunc increpa: antequam audieris, non respondeas.* Nempe licet apertissima est contrariorum reprehensio, verumtamen oportet & his quæ clara sunt, ad eorum examinationem ordinem conservari ab his qui secundum Deum scrutari deputati sunt: quatenus ita cum oratione cooperantem inveniamus & confessorem Deum, qui dicit: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Offerantur ergo secundum pie complacitam omnibus nobis consequentiam E per eos, quorum interest, sive de nostro venerabili scrinio, dilectissimum primicerium & notarios querulantium denominatos temeratores cum omni reverentia secundum ordinem submonitio.

Psalm. 88.

Ier. 9.

Eccles. 11.

Matth. 18.

Theophylactus primicerius notariorum apostolicæ sedis, dixit:

Suggero vestræ sacratissimæ beatitudini, quoniam præ foribus adstat venerabilis secreti vestri, Stephanus reverendissimus episcopus Dorensis, primus Hierosolymitani ecclesiastici concilii, aditum sibi expetens in vestra sacratissima synodo: & quidem desiderat innotescere quid præcipitis.

Martinus sanctissimus & beatissimus episcopus sanctæ Dei ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ, dixit:

Stephanus reverendissimus episcopus Dorensis secundum petitionem suam introeat, & competenter quæ ei videntur edisserat.

Stephanus reverendissimus episcopus Dorensis coram sancto concilio adstans, dixit:

Postulo beatitudinem vestram, si placet, præcipere " humanitatis meæ libellum suscipi, & coram sanctitate vestra recenseri.

" humilitatis.

Martinus sanctissimus ac beatissimus episcopus sanctæ Dei ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ, dixit:

B Secundum supplicationem memorati reverendissimi Stephani episcopi Dorensis, libellus ejus suscipiatur, & lectioni pandatur.

Et accipiens Anastasius notarius regionarius apostolicæ sedis, de Græco in Latinam linguam interpretatum, relegit in his.

Sanctæ apostolicæ synodo, secundum gratiam Dei & regularem auctoritatem præsidentis in ea Martini ter beatissimi papæ congregatæ in hanc antiquam almamque urbem Romam, pro confirmatione sacra & defensione paternarum & synodalium catholicæ ecclesiæ definitionum vel promulgationum, Stephanus per misericordiam Dei episcopus, & primus Hierosolymitanę * sacerdotali sedeexistés C diœceseos, suggero quæ subter adnexa sunt.

* sacerdotalium sedium.

Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater miserationum, & Deus totius consolationis, qui consolatus est nos per sacratissimum in idipsum & sacerdotalem conventum sanctitatis vestræ in omni tribulatione nostra, quæ facta est nobis propter sanctam catholicam ejus ecclesiam, ab adversantibus verbo fidei. Hanc etenim beatissime in pace & tranquillitate consistentem veluti fluctus immanes irruentes per suam hæresim turbaverunt, prius quidem Theodorus Pharanitanæ ecclesiæ quondam episcopus; postmodum autem Cyrus Alexandrinus antistes; item Sergius Constantinopolitanus, nec non successores ejus Pyrrhus & D Paulus. Hi namque Apollinaris & Severi dogmata hæreticorum renovare ausi sunt, per hoc, quod prædicaverunt unam voluntatem & operationem divinitatis & humanitatis Christi dogmatizare, quorum scripta testantur contra omnem præseminatam orbem terrarum, ad deceptionem simplicium: qui studuerunt non solum exponere audacter & conscribere, sed & divulgare contra paternas & synodales ecclesiæ institutiones in aperto nisi sunt, & tam per capitulorum seriem super ambone cum anathematis vinculo, qui sic non saperet, & secundum sensum eorum recitatam, quamque per sententias & subscriptiones ac gestorum monimenta Ac per E hoc universam catholicam ecclesiam in his conturbantibus memoratis viris, juxta quod beatus Ieremias inquit: *Confusi sumus, quia audivimus improperium: dereliquimus in confusione vultum nostrum, quia introierunt alienigenæ in sanctuarium nostrum:* & propterea aliquando quidem aquam capiti, & oculis fontes lacrymarum exquirebamus, ubique omnes fideles hujusmodi miseram calamitatem plorantes: aliquando autem pennas columbæ secundum beatum David, &

a Cor. 1.

Theodorus hic primus auctor hæresis Monothelitarum. In 6. tamen Synodo. Act 13 dicitur Sergius Constantinop. primus scripsisse de impio hoc dogmate.

Ier. 9.

Psalm. 54.

A Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πάπας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, εἶπεν.

Στέφανος ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Δώρων κατὰ τὴν οἰκείαν αἴτησιν εἰσίτω, καὶ διδασκέτω προσηκόντως τὰ κατὰ βούλησιν.

Στέφανος ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Δώρων εἴσω τῆς ἁγίας συνόδου καθεστὼς, εἶπεν.

Ἀξιῶ τὴν ὑμετέραν θεοτίμητον ἁγιωσύνην εἰ παρίσταται αὐτῇ τὸν τῆς ἐμῆς ἐλαχιστίας προσδέξασθαι λίβελλον, καὶ κελεῦσαι τοῦτον ἔμπροσθεν αὐτῆς ἀναγνωσθῆναι.

B Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πάπας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, εἶπεν.

Κατὰ τὴν αἴτησιν Στεφάνου τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Δώρων, ὁ λίβελλος αὐτοῦ, παρ' αὐτοῦ ληφθήτω καὶ ἀναγνωσθήτω.

Καὶ λαβὼν Ἀναστάσιος νοτάριος ῥεγεωνάριος τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἑρμηνευθέντα φωνῆς ἀνέγνω.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ ἀποστολικῇ συνόδῳ τῇ κατὰ χάριν Θεοῦ καὶ κέλευσιν ἔγκριτον Μαρτίνου τοῦ ὁσίως αὐτῆς προκαθεζομένου τρισμακαρίστου πάπα κατὰ ταύτην συναθροισθείσῃ τὴν μεγαλώνυμον καὶ πρεσβυτέραν C Ῥώμην εἰς βεβαίωσιν ἱερὰν καὶ ἐκδίκησιν τῶν πατρικῶν καὶ συνοδικῶν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὅρων καὶ θεσπισμάτων Στέφανος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος καὶ πρῶτος τῆς ὑπὸ τῶν Ἱεροσολύμων ἀρχιερατικὸν θρόνον τελούσης δικαιοδοσίας, ἀναφέρω τὰ ὑποτεταγμένα.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ παρακαλέσας ἡμᾶς διὰ τῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ μακαρίας τῶν ἁγιωτάτων ὑμῶν καὶ ἱεραρχικῆς συνελεύσεως, ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν τῇ γενομένῃ ἡμῖν διὰ τὴν ἁγίαν αὐτοῦ καθολικὴν ἐκκλησίαν, ἐκ τῶν ἀντικαθισταμένων τῷ λόγῳ τῆς πίστεως. ταύτην γὰρ θεοτίμητοι γαληνιῶσαν καὶ εἰ-D ρηνεύουσαν, κυμάτων δίκην ἀγρίων ἐπελθόντες, ἐτάραξαν διὰ τῆς οἰκείας αἱρέσεως, ἐν πρώτοις μὲν Θεόδωρος ὁ τῆς Φαρὰν ἐπίσκοπος γεγονώς· ἔπειτα, Κῦρος ὁ Ἀλεξανδρείας, εἶτα Σέργιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἱ τοῦτον διαδεξάμενοι Πύρρος καὶ Παῦλος. οὗτοι γὰρ τὰ Ἀπολιναρίου καὶ Σευήρου τῶν αἱρετικῶν ἀνεκαίνισαν δόγματα, δι' ὧν πεφρονήκασιν ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ δογματίσαντες, καὶ μαρτυρεῖ τούτων τὰ γράμματα κατὰ πάσης τῆς ὑπ' οὐρανὸν διασπαρέντα τῆς οἰκουμένης εἰς ἀπάτην τῶν ἁπλουστέρων· ἐσπουδάσθη γὰρ αὐτοῖς οὐκ ἐκθέσθαι μόνον αὐτὰ καὶ συγγράψαι, ἀλλὰ καὶ δημοσιεῦσαι φανερῶς κατὰ πάντων τῶν πατρικῶν καὶ συνοδικῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, διά τε κεφαλαίων ἐπ' E ἄμβωνος ἀναγνωσθέντων, καὶ ἀναθεμάτων ἐγγράφων κατὰ τῶν μὴ οὕτω κατ' αὐτοὺς φρονούντων, διά τε ψήφων καὶ ὑπογραφῶν καὶ πράξεων ὑπομνημάτων. ὅθεν ἐν τούτοις πᾶσαν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ταράξαντες, ἠσχύνθημεν, ὥς φησιν ὁ μακάριος Ἱερεμίας· ὅτι ἠκούσαμεν ὀνειδισμὸν ἡμῶν· κατεκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπον ἡμῶν, ὅτι εἰσῆλθον ἀλλογενεῖς εἰς τὰ ἅγια ἡμῶν. καὶ διὰ τοῦτο ποτὲ μὲν ὕδωρ τῇ κεφαλῇ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς πηγὰς δακρύων ἐπεζητοῦμεν τῆς ἐλεεινῆς συμφορᾶς· ποτὲ δὲ πτέρυγας περιστερᾶς κατὰ τὸν θεῖον Δαβὶδ

ἵνα

ANNO CHRISTI 649.

ἵνα πεισθῶμεν καὶ διαναγγέλλωμεν ταῦτα τῇ πασῶν ἀρχούσῃ καὶ ὑπερκειμένῃ καθέδρᾳ, λέγω δὴ τῇ καθ' ὑμᾶς κορυφαίᾳ καὶ ὑπερφυεῖ, πρὸς τὴν τοῦ σύμπαντος ἴασιν τραύματος· ἐπειδὴ τοῦτο πράττειν ἐξουσιαστικῶς, ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐξ ἀποστολικῆς ἤτοι κανονικῆς εἴωθεν αὐθεντίας, διότι προδήλως οὐ μόνον τὰς κλεῖς τῆς τῶν οὐρανῶν πιστευθῆναι μόνος παρὰ πάντας εἰς τὸ ἀνοίγειν ταύτας καὶ κλείειν ἀξίως μὲν τοῖς πιστεύουσιν, ἐκδίκως δὲ τοῖς ἀπιστοῦσι τῷ εὐαγγελίῳ τῆς χάριτος, ὁ μέγας ἀληθῶς καὶ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων ἠξίωται Πέτρος· ἀλλ' ὅτι καὶ ποιμαίνειν πρῶτος ἐπετράπη τὰ πρόβατα πάσης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. Πέτρε γάρ φησι· φιλεῖς με; ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. καὶ μέντοι πάλιν κατ' ἐξαίρετον ἰδιοτρόπως αὐτὸς βεβαιοτέραν ἔχων ὑπὲρ πάντας τὴν εἰς αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν καὶ ἀμετάτρεπτον πίστιν, ἐπιστρέψειν ποτὲ καὶ ὑποστηρίζειν σαλευομένους τοὺς ὁμοταγεῖς αὐτοῦ καὶ πνευματικοὺς ἀδελφοὺς οἷα προνοητικῶς ἐπὶ πάντων αὐτῶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ δι' ἡμᾶς σαρκωθέντος Θεοῦ τὸ κῦρος κεκοσμημένος, καὶ τὴν ἱερατικὴν αὐθεντίαν.

Ὅπερ εἰδὼς καὶ ὁ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ Σωφρόνιος ὁ γενόμενος πατριάρχης τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, ὑφ' ὃν καὶ ἱερατικῶς ἐτέλουν, μὴ προσαναθέμενος ὅλως σαρκὶ καὶ αἵματι, μόνα δὲ τὰ Χριστοῦ καθ' ὑμᾶς μεριμνῶν τοὺς ἁγιωτάτους, ἐσπούδασε τὴν ἐμὴν οὐδένειαν ἀνυπερθέτως περὶ τούτου καὶ μόνου πρὸς τὸν ἀποστολικὸν τουτονὶ καὶ μέγαν ἐξαποστεῖλαι θρόνον μετ' οἰκείων ἀναφορῶν ἐγγράφως καὶ ἀγράφως δι' ἐμοῦ τοῦ ὑμετέρου πρόσφυγος τὴν πᾶσαν τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν ἐκδιηγούμενος καινοτομίαν, ἣν κατὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως πεποιήκασιν. ἐπειδὴ καὶ αὐτοπροσώπου ἔτι τῷ βίῳ περιὼν ἐκεῖνος ἐκείνοις ἐν τῇ ἀνατολῇ γενναίως ἀντικατέστη, παρεγγυώμενος αὐτοῖς καὶ διαμαρτυρόμενος, παύσασθαι τῆς οἰκείας αἱρέσεως, καὶ πρὸς τὴν εὐσεβῆ τῶν πατέρων πίστιν ἐπανελθεῖν, παραθέμενος ἐν δυσὶ βιβλίοις καὶ ἓξ ἑκατοντάδας πατρικῶν χρήσεων, εἰς ἔλεγχον τῆς ἀσεβείας, καὶ πίστωσιν τῆς ἀληθείας. καὶ οὐκ ἔπεισε μὲν αὐτοὺς, ἐκίνησε δὲ καθ' ἑαυτοῦ πρὸς διαβολὴν ἐπιβουλὴν πονηρὰν, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο περιεστάλη καθάπαξ ἐκεῖνος, ἢ πεφόβηται φόβον, οὗ μὴ ἔστι φόβος, δίκαιος γάρ φησιν ὡς λέων πέποιθεν. ἀλλὰ ζήλου θείου καὶ προθυμίας πλησθεὶς, ἔλαβεν μὲν καὶ ἔστησεν ἐμὲ τὸν ἀνάξιον ἐν τῷ ἁγίῳ Κρανίῳ, ἔνθα δι' ἡμᾶς ἑκουσίως αὐτὸς ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς φύσει Θεὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς σταυρωθῆναι σαρκὶ κατηξίωσε· καὶ ἐκεῖ συνέδησέ με δεσμοῖς ἀλύτοις εἰπών· σὺ δώσεις λόγον αὐτῷ τῷ σαρκὶ δι' ἡμᾶς ἑκουσίως ἐν τῷ ἁγίῳ τόπῳ τούτῳ σταυρωθέντι Θεῷ κατὰ τὴν ἔνδοξον αὐτοῦ καὶ φοβερὰν ἐπιφάνειαν, ἡνίκα μέλλει κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἐὰν δὴ ἀναβάλῃ, καὶ παρίδῃς τὴν πίστιν αὐτοῦ κινδυνεύουσαν, εἰ καὶ ἐγὼ τοῦτο πράττειν, ὡς οἶδας, κωλύομαι σωματικῶς διὰ τὴν ἐξ ἁμαρτιῶν ἐπελθοῦσαν ἡμῖν τῶν Σαρακηνῶν καταδρομήν. ταχέως οὖν ἀπὸ περάτων εἰς πέρατα δίελθε, μέχρις ἂν εἰς τὸν ἀποστολικὸν καταντήσας θρόνον, ἔνθα τῶν εὐσεβῶν δογμάτων εἰσὶν αἱ κρηπῖδες. μὴ ἅπαξ, μὴ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις γνωρίζων

ACTIO SEU SECR. I.

A volemus & annuntiemus hæc omnia omnium propositæ, * sed dico autem summæ vestræ & principali, ad medicinale consultum emersi vulneris: quippe quoniam hoc potestative olim & ab antiquitus facere per apostolicam sive canonicam consuevit auctoritatem, dum aperta lucubratione non solum claves regni cælorum creditæ sunt ei, atque ipse tantummodo ad aperiendum eas fidelibus quidem digne, minime autem euangelio gratiæ credentibus justa claudere magnus secundum veritatem, & princeps apostolorum meruit Petrus: sed etiam & pascere primus jussus est oves catholicæ ecclesiæ, cum dominus dicit: *Petre,* B *amas me? Pasce oves meas*: Et iterum ipse præcipue ac specialiter firmam præ omnibus habens in dominum deum nostrum & immutabilem fidem, convertere aliquando & confirmare exagitatos consortes suos & spiritales meruit fratres, utpote dispensative super omnes ab ipso qui propter nos incarnatus est Deus, potestatem accipiens & sacerdotalem auctoritatem.

* *forte* sedi, dico autem " Textus Græcus cõrecturam firmat.

Auctoritas Romanæ sedis.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Luc. 22.

Quod utique sciens beatæ memoriæ Sophronius quondam patriarcha sanctæ Christi Dei nostri civitatis, sub cujus diœcese fungebar sacerdotale officium, non acquiescens omnino carni & sanguini, sed sola quæ Christi sunt juxta sanctitatem vestram excogitans, C studuit meam humilitatem sine mora pro hujusmodi tantummodo capitulo cum sua suggestione ad hanc apostolicam magnãque dirigere sedem, in scripto, atque sine scripto, per me supplicem vestrum omnium prædictorum virorum adaperiens novitatem, quam videlicet contra orthodoxam fidem memorati viri exponere ausi sunt. Quippe nam & ipse, dum adviveret, superius dictis temeratoribus in oriente validissime contradixit, contestans eos & admonens, ut a propria hæresi quiescerent, & ad rectam patrum fidem remearent, dans in duobus libris sexcenta testimonia patrum, ad D evictionem impietatis eorum, & veritatis ostensionem. Quos quidem revocare minime valuit; commovit autem eos contra se ad insidias & malignam detractionem: sed nullo modo propter hoc reveritus est omnino ille, nec timuit timorem ubi non est timor, quoniam *justus sicut leo confidit.* zelo autem Dei & fiducia repletus, duxit me indignum, & statuit in sancto Calvariæ loco, ubi propter nos ipse qui super nos secundum naturam Deus est, dominus noster Iesus Christus sponte crucifigi secundum carnem dignatus est: & ibi alligavit me vinculis indissolubilibus, dicens: Tu dabis rationem ipsi, qui propter nos secundum E carnem in hoc sancto loco sponte crucifixus est Deus, quando cum gloria in terribili ejus adventu judicaturus est vivos & mortuos, si distuleris & postposueris fidem ejus periclitantem, licet ego hoc facere corporaliter, ut nosti, propter emersam ex nostris peccatis incursionem Sarracenorum præpedior. Quantocyus ergo de finibus terræ ad terminos ejus deambula, donec ad apostolicam sedem, ubi orthodoxorum dogmatum fundamenta existunt, pervenias, non semel, non bis, sed multo sæpius aperiens

Sophronii scripta contra Monothelitas.

Proverb 28.

Romæ fundaméta orthodoxæ doctrinæ.

sacris

sacris viris ibidem consistentibus omnia secundum veritatem, quæ in istis partibus mota sunt, & non quiescas instantius expetens atque exorans eos, donec ex apostolica prudentia, quæ in Deo est, ad victoriam judicium perducere debeant, & noviter introductorum dogmatum perfectam faciant secundum canones destructionem, & ne secundum quod beatus apostolus ait, sicut cancer pascuam in amplius inveniant depascentes simpliciorum animas. Igitur in his pertimescens ego atque perterritus, propter impositam mihi terribilem in tremendo & venerabili loco conjurationem, nec non & creditum mihi ex Dei permissu episcopale ministerium considerans, sed & supplicationes omnium pene habitantium orientalium tractum reverendissimorum episcoporum & Christianorum populorum, consonanter prædicto beatæ memoriæ Sophronio ad hoc me invitantium, utpote primum Hierosolymitanæ diœceseos, pervenire; *non dedi*, secundum scripturam, *somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis*, quatenus adimplere debuissem hujusmodi desiderabilem jussionem: sed absque ulla mora propter hoc ipsum tantummodo huc properavi: a quo tempore tertio visus sum vestris apostolicis adesse vestigiis, expetens ac deprecatus, ut quod ille & omnes libenter postulare noscuntur, hoc est, fidei Christianorum periclitanti manum porrigere. Quod addiscentes contrarii, non levibus me implicuerunt afflictionibus, præceptiones propter me per loca & provincias dirigentes, quatenus comprehendi, & ferris constrictus ad eos deberem destinari, sicut omnes cognoscunt Sed dominus auxiliatus est mihi, & liberavit me ab omnibus persequentibus me, ideoque ad propositum currentem, & ad bravium properantem vestræ apostolicæ sedis. Neque despexit Deus preces cum lacrymis oblatas supplicum suorum, sed excitavit non equidem mediocriter præcessores apostolicosque præsules in commonitione, nec non contestatione prædictorum virorum, licet nullo modo eos flectere potuerunt. Excitavit autem & nunc, ex Dei voluntate qui præsidet, dominum nostrum Martinum ter beatissimum papam, quem suis ecclesiis condonet sanum & incolumem, longævum, recte prædicantem verbum veritatis, incomparabiliter ac mirabiliter zelantem zelum Dei, qui & omnes vos sanctissimos sacerdotes ejus ad se congregare pro destructione quidem novitatis, conservatione autem paternorum ecclesiæ dogmatum, studuit: quos postulans conjuro opus perficere gratiæ, in quo per se Deus vocavit vos, ut secundum quod beatus Paulus ait, abjiciatis malignum a vobismetipsis. Vos namque postulans, vobis scribens Romanis, præcepit attendere eos qui seditiones & scandala præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt, & declinare ab illis. Quoniam hi Christo Deo nostro non deserviunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Pia namque patrum fides, sicut nostis, beatissimi, per novitatem nullatenus patitur maculari, roborari autem in orthodoxis consuevit apostolicisque dog-

1. Tim. 2

Psalm. 131

Rom. 6.

1. Cor. 5.

τοῖς ἐκεῖσε πανιέροις ἀνδράσιν πάντα δι᾽ ἀκριβείας τὰ ἐνταῦθα κεκινημένα, καὶ μὴ ἐνδόσῃς ἐκτόνως παρακαλῶν καὶ δεόμενος, ἕως ἂν ἐξ ἀποστολικῆς θεοσοφίας εἰς νῖκος τὴν κρίσιν ἀγάγωσι, καὶ τῶν ἐπεισάκτων δογμάτων, τελείαν ποιήσωνται κανονικῶς τὴν κατάργησιν, ἵνα μὴ, καθά φησιν ὁ ἀπόστολος, ὡς γάγγραινα νομὴν ἐπὶ πλέον ἕξωσιν ἐπινεμόμενα τὰς τῶν ἀκεραιοτέρων ψυχάς. ὅθεν ἐπὶ τούτοις φρίξας ἐγὼ καὶ ἀποπαγεὶς διὰ τὴν ἐπιτεθεῖσάν μοι παρ᾽ αὐτοῦ φοβερὰν ἐν τῷ φοβερωτάτῳ καὶ σεβασμίῳ τόπῳ κατάκρισιν, εἶτα δὲ καὶ τὴν προσοῦσάν μοι κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίαν ἐνθυμηθεὶς, ἔτι γε μὴν καὶ τὰς περὶ τούτου σχεδὸν παρὰ πάντων τῶν ἐν τῇ ἀνατολῇ φιλοθέων ἐπισκόπων καὶ φιλοχρίστων λαῶν αἰτήσεις συμφώνως αὐτῷ τῷ ἐν ἁγίοις Σωφρονίῳ πρὸς τοῦτό με κατεπειγόντων ἐλθεῖν ὡς πρῶτον ὄντα τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις δικαιοδοσίας, οὐκ ἔδωκα, γραφικῶς εἰπεῖν, ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου, πρὸς τὸ πληρῶσαι τὴν τοιαύτην ἐράσμιον κέλευσιν· ἀλλ᾽ ἀναβολῆς ἁπάσης ἐκτὸς, τὴν ἐνταῦθα διὰ τοῦτο καὶ μόνον πορείαν ἐποιησάμην· ἐξ οὗ καὶ τρίτον ἤδη φαίνομαι τοῖς ἀποστολικοῖς ὑμῶν ἴχνεσι προσορμισθεὶς, παρακαλῶν καὶ δεόμενος, ὅπερ ἐκεῖνος καὶ πάντες ἀσμένως ἱκετεύουσι, τουτέστι, βοηθῆσαι τῇ πίστει κινδυνευούσῃ τῶν Χριστιανῶν. τοῦτο δέ με πεπραχότα μαθόντες οἱ δι᾽ ἐναντίας, οὐ ταῖς τυχούσαις περιέβαλον θλίψεσι, προστάξεις περὶ ἐμοῦ κατὰ τόπους καὶ χώρας ἐκπέμποντες, ὅπως συλληφθῶ καὶ μετὰ σιδήρων αὐτοῖς παραπεμφθῶ, καθὼς πάντες γινώσκουσιν. ἀλλ᾽ ὁ κύριος ἀντελάβετό μου, καὶ ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ τῶν καταδιωκόντων αὐτήν. ὅθεν κατὰ σκοπὸν διώκων καὶ πρὸς τὸ βραβεῖον ἐπειγόμενος τῆς καθ᾽ ὑμᾶς ἀποστολικῆς καθέδρας. οὐ παρεῖδεν ὁ Θεὸς τὴν δέησιν τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, μετὰ δακρύων προσαγομένην, ἀλλ᾽ ἤγειρε μὲν οὐ μετρίως τοὺς προλαβόντας ἀποστολικοὺς ἀρχιερέας, εἰς παραίνεσιν ἅμα καὶ διαμαρτυρίαν τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν, εἰ καὶ μηδαμῶς τούτους ἐμάλαξαν. ἐξήγειρε δὲ τὸν νῦν ἱερῶς προκαθημένον δεσπότην ἡμῶν Μαρτῖνον τὸν τρισμακάριστον πάπαν, ὃν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτοῦ χαρίσηται σῶον, ὑγιῆ, μακροημερεύοντα, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ἀσυγκρίτως καὶ ὑπερβαλλόντως ζηλῶσαι ζῆλον Θεοῦ, καὶ πάντας ὑμᾶς τοὺς ὁσιωτάτους πρὸς ἑαυτὸν ἐπισυναγαγεῖν ἀρχιερέας, εἰς ἐκβολὴν μὲν τῶν ἐπεισάκτων, συντήρησιν δὲ τῶν πατρικῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων· οὓς καὶ παρακαλῶν εὔχομαι τελειῶσαι τὸ ἔργον τῆς χάριτος, εἰς ὅπερ δι᾽ αὐτοῦ προσκέκληκεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς, ἵνα, καθώς φησι τὸ λόγιον, ἐξάρητε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. παρακαλεῖ γὰρ ὑμᾶς πρὸς ὑμᾶς γράφων τοὺς Ῥωμαίους ὁ θεῖος ἀπόστολος, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε ποιοῦντας, καὶ ἐκκλίνειν ἀπ᾽ αὐτῶν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ, καὶ διὰ τὰς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. ὁ γὰρ εὐσεβὴς τῶν πατέρων πίστις, ὡς ἴστε μακαριώτατοι, καινοτομίαις οὐδαμῶς ἀμβλύνεσθαι, κρατύνεσθαι δὲ μᾶλλον ὀρθοδοξίαις εἴωθεν ἀποστολικαῖς.

ANNO CHRISTI 649.

στολικῶς. ὅθεν πᾶσαν ἀποστρεφόμενοι κακοπιστίαν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐν δυσὶ ταῖς φύσεσιν ὁμολογεῖ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμέναις ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως, οὐδαμῶς τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν· φυλαττομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης. καὶ διὰ τοῦτο Θεὸν φύσει τέλειον καὶ ἄνθρωπον φύσει τέλειον μόνης δίχα τῆς ἁμαρτίας τὸν αὐτὸν εὐσεβῶς κηρυττούσης. εἰ δὲ Θεὸν φύσει τέλειον καὶ ἄνθρωπον φύσει τέλειον τὸν αὐτὸν ἀληθῶς ὄντα κηρύττει, δῆλον ὡς ἀτελὴς οὐδαμῶς ὑπάρχει θείᾳ τῇ κατ' αὐτὸν ἢ ἀνθρωπίνῃ τῇ κατ' αὐτὸν ὁ αὐτὸς οὐσιώδει θελήσει καὶ ἐνεργείᾳ, ἀλλ' ἀμειώτως ἰσαρίθμους ταῖς φύσεσι τὰς φυσικὰς αὐτοῦ θελήσεις εἶχε καὶ ἐνεργείας, αἷς τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα θέλων καὶ ἐνεργῶν, Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ἀληθῶς ὑπάρχων ὁ αὐτὸς ἐγνωρίζετο κατὰ φύσιν. εἰ γὰρ ἀτελὴς κατὰ τοὺς ἐναντίους ὑπῆρχε τῇ τε θείᾳ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ κατὰ φύσιν αὐτοῦ θελήσει καὶ ἐνεργείᾳ, τέλειος οὐχ ὑπῆρχε Θεὸς, οὔτε μὴν τέλειος ἄνθρωπος ὁ αὐτός. μᾶλλον δὲ οὔτε ὅλως Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, εἴπερ Θεὸς κατὰ φύσιν οὐκ ἔστιν, ὁ θείαν κατὰ φύσιν οὐκ ἔχων θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, οὔτε μὴν ἄνθρωπος κατὰ φύσιν ἐστὶν, ὁ ἀνθρωπίνην κατὰ φύσιν οὐκ ἔχων θέλησιν καὶ ἐνέργειαν. οὐ γάρ ἐστι Θεὸς ἀτελὴς, οὔτε μὴν ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς ἀτελής. ἐν τελειότητι γὰρ τῇ κατὰ φύσιν ἑκατέρα τοῦ Χριστοῦ γνωρίζεται φύσις, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως συνέστηκε. καὶ διὰ τὸ καθ' ἑτέραν αὐτοῦ φύσιν, τέλειος ἦν ὁ αὐτὸς κατὰ φύσιν. διὸ προσῆκόν ἐστι, τὰς μὲν τοιαύτας ἡμᾶς ἀποβάλλεσθαι καινοτομίας, ἐν τελειότητι δὲ τῶν ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ σωζομένων καθ' ἕνωσιν φύσεων καὶ τῶν φυσικῶν αὐτοῦ θελημάτων καὶ ἐνεργειῶν, κρατύνειν ἀπαραβάτως, τὴν τῶν ἁγίων πατέρων ὀρθόδοξον πίστιν. ὥστε δύο τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς ὥσπερ ἡνωμένας τὰς φύσεις, οὕτω καὶ τὰς κατὰ φύσιν ὁμολογεῖν θελήσεις καὶ ἐνεργείας, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην εἰς ἀπόδειξιν ἐντελῆ τῆς καθ' ἑκατέραν αὐτοῦ φύσιν ἀληθοῦς τελειότητος, οἷα μηδεμίαν ἐν ἑκατέρᾳ φύσει μείωσιν ἔχοντες οὐσιώδους καὶ φυσικῆς ἰδιότητος, ἤγουν θελήσεως καὶ ἐνεργείας. ἰδιότης γὰρ φυσικὴ προδήλως ὑπάρχει τῆς φύσεως, ἡ κατὰ φύσιν αὐτῆς θέλησις καὶ ἐνέργεια, δι' ὧν βεβαίως ὁ τῆς ἁγίας ἐν Καλχηδόνι συνόδου συνέστηκεν ὅρος τὸ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ φυλάττων ἀμειώτως μυστήριον, ὅπερ ἐκεῖνοι διασαλεύειν ἀρτίως ἐπιχειροῦντες, καὶ ἕτερον ἀρτίως κακὸν ἐπενόησαν. Παῦλος γὰρ ὁ Κωνσταντινουπόλεως πρόεδρος, παρέπεισε τὸν εὐσεβέστατον ἡμῶν βασιλέα, τύπον ἐκθέσθαι περὶ πίστεως, εἰς ὃν τύπον τὰς τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίας, ταῖς τῶν ἐναγῶν αἱρετικῶν συνεξέβαλον κακοδοξίαις, μήτε μίαν μήτε δύο θελήσεις ἢ ἐνεργείας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ θεσπίσαντες ὁμολογεῖν· οἷα σὺν εὐκολίᾳ ποτὲ μὲν μίαν, ποτὲ δὲ μίαν ἐπ' αὐτοῦ κηρύττειν· κἀντεῦθεν ἢ Θεὸν μόνον ὡς θείαν ἔχοντα μόνον, ἢ ψιλὸν ἄνθρωπον μόνον ὡς ἀνθρωπίνην ἔχοντα μόνον· ἢ μήτε Θεὸν, μήτε μὴν ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν ὑπογράφειν,

A matibus. Qua de re omnem malitiam abjiciens, unum eumdemque dominũ nostrum & Deum Iesum Christum in duabus naturis confitetur, substãtialiter unitis inconfuse & indivise, nusquam propter unitionẽ amputata differentia naturarum, magis autem conservata proprietate utriusque naturæ, & inunam personam & in unam subsistentiã concurrente. Atque ideo naturaliter Deum perfectum, absque tantummodo peccato, eumdem pie prædicare dignoscitur. Si vero Deum naturaliter perfectum & hominem naturaliter perfectum eumdem esse veraciter prædicat; certum quia imperfectus nullo modo consistit secundũ divinam & humanam ejus eidem substantialem voluntatem

B & operationem: sed indiminute juxta numerum naturarũ, naturales habuit voluntates & operationes, quibus divina & humana volens & operatus, Deus pariter & homo secundum veritatem idem existens, naturaliter cognoscebatur. Nam si imperfectus esset, juxta sensum contrariorum, in divina & humana ejus naturali voluntate & operatione, perfectus non esset Deus, neque perfectus idem homo: magis autem nec penitus Deus, nec homo existeret, dum constet, quia Deus naturaliter non est, qui divinam secundum naturam voluntatem & operationem non habet: nec iterum homo naturaliter poterit

C esse, qui minime habet humanam secundum naturam voluntatem & operationem. Deus enim imperfectus non est, nec homo idem imperfectus: quoniam in naturali perfectione utraque cognoscitur Christi natura, ex quibus & in quibus consistit inconfuse & indivise. Et propterea per utramque ejusdem naturam perfectus erat idem naturaliter. Vnde oportet hujusmodi quidem novitates abjicere, in perfectione autem naturarum, quæ in Christo Deo in unitate salvantur, & naturalium ejus voluntatum & operationum roborare intransgressibiliter patrum orthodoxam fidem. Ideoque unius ejusdemque sicuti unitas duas naturas, ita consequens est & natu-

D rales confiteri voluntates & operationes, divinam & humanam, ad plenam ostensionem utriusque ejus naturæ veræ perfectionis, utpote in utraque natura nullam diminutionem habẽte essentialis & naturalis proprietatis, id est, voluntatis & operationis. Quoniam proprietas naturalis est sine dubio naturæ naturalis ejus voluntas & operatio, ex quibus firmius sancti Calchedonensis concilii stabilita est definitio, Christi Dei indiminute conservans mysterium, quam illi, de quibus ante diximus, destruere attentantes, & aliud malum nuper excogitaverunt. Nam Paulus Constantinopolitanus antistes suasit clementissimo principi nostro typum exponere fidei,

E in quo typo sanctorum patrum doctrinas cum nefandissimorum hæreticorum pravitatibus funditus amputaverunt, nec unam, nec duas debere voluntates aut operationes Christi Dei promulgantes quempiam confiteri: facile eis licere credentibus, aliquando quidem unam, aliquando autem nec unam in eodem prædicare: ac per hoc aut Deum tantummodo, utpote divinam tantummodo, aut dumtaxat hominem purum, utpote humanam habentem tantummodo: aut neque Deum, neque hominem eumdẽque asserentes,

utpote

ACTIO SEU SECR. II.

ACTIO SEU SECR. II.

ANNO CHRISTI 649.

utpote neque divinam, neque humanam habentem voluntatem & operationem, sed sine voluntate & operatione secundum eos omnino existentem. Quod utique sanctorum patrum & prædicti sancti Calchedonensis concilii definitio omnino recipere abnegat, quoniam salvari asserit utriusque naturæ, ex quibus & in quibus Christus consistit, indiminute naturalem & post unitionem proprietatem. Igitur prædictam sanctam synodum, & omnes sanctos patres projicere volentes, hæc eadem dogmatizare & scribere contra fidem ausi sunt. Sed & hoc doceo sanctitatem vestram, quia temporis attendentes perturbationem, multos in oriente per ambitionem decepisse noscuntur. Sergius namque quondam Ioppensis episcopus, post recessum gentis Persarum, loci servatam sedis Hierosolymitanæ arripiens, non quidem per ecclesiasticam auctoritatem, sed sæcularem potestatem contra canones, ibidem sub sedem Hierosolymitanam pertinentem, aliquos episcopos ordinavit, & cum ipse minime fuerat confirmatus, alios ordinare præsumpsit. Hi autem propterea scientes veraciter inanem esse ordinationem eorum, per propria scripta consentientes, applicuerunt affectatæ se novitati, quæ a Paulo episcopo Constantinopolitano defenditur, quasi ex hoc sperantes enormiter, quod impossibile est, confirmari. De quibus & antea apostolicæ sedi innotui, id est, beatæ memoriæ decessori vestro Theodoro, jussitque mihi indigno per sacram suam præceptionem, ordinans me loci servatorem per apostolica ejus scripta, quatenus tam ea, quæque fuissent ecclesiastica capitula, peragere debuissem, & canonice, si nullatenus emendarentur, qui sub denominato prætextu ordinati sunt episcopi, deponerem eos. Quod & fecisse me certum est, & præcipue quoniam in errorem a veritate recedentes sponte delapsi sunt, tantumque illos recepi secundum jussionem ejus, qui libellum pœnitentiæ obtulerunt, & professi sunt in scripto, conservare indesinenter & amplecti atque prædicare sanctorum patrum & synodorum doctrinas: quorum libellos nuper deferens obtuli sacratissimæ præsidenti sanctitati vestræ, Martino ter beatissimo papæ, ab eo quod aliqui eorum merito recepti & confirmati sunt, aliqui vero pro tuitione catholicæ ecclesiæ condemnati sunt. Ideoque exoro ut minime despiciatis humilitatis meæ & omnium orientalium orthodoxorum sacerdotum & populorum, nec non prædicti domini mei sanctæ memoriæ Sophronii, super tali capitulo instantias assiduasque precationes, vestræ beatitudini per meam humilitatem cum lacrymis oblatas, sed sicut luminaria in universo mundo verbum vitæ retinentes, introductas extinguite tenebras Apollinaris & Severi nefandissimarum hæresum per superius memoratos viros, temporibus etiam nostris procaciter germinatas, * qualiter funditus extincta hujusmodi caligine, Lucifer nobis resplendeat per vos sanctissimos, & dogmatica definitio omnes ubique lætificans, quam gloriosi ecclesiæ patres, sanctæque & universales quinque synodi per propria piissima dogmata in æternæ vitæ firmam hereditatem prædicasse noscuntur. Et suscriptio.

Philip. 2.

* quatenus.

ὡς οὔτε θείαν οὔτε μὴν ἀνθρωπίνην ἔχοντα θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, ἀλλ' ἀνεθέλητον πάντη καὶ ἀνενέργητον ὑπάρχοντα κατ' αὐτούς. ὅπερ ὁ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ τῆς εἰρημένης ἁγίας ἐν Καλχηδόνι συνόδου οὐ προσίεται παντελῶς ὅρος, σώζεσθαι διαγορεύων ἑκατέρας φύσεως τῶν, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἀνελλιπῶς τὴν φυσικὴν ἰδιότητα μετὰ τὴν ἕνωσιν. αὐτὴν οὖν καὶ πάντες ἐκβαλεῖν σπουδάζοντες τοὺς ἁγίους πατέρας τὰ τοιαῦτα δογματίζειν καὶ γράφειν κατὰ τῆς πίστεως ἐπεχείρησαν. καὶ τοῦτο δὲ διδάσκω τὴν ἁγιωσύνην ὑμῶν, ὅτι τῇ τοῦ καιροῦ συναποχρώμενοι ταραχῇ, πολλοὺς ἐν τῇ ἀνατολῇ διὰ φιλαρχίαν ἐπλάνησαν. Σέργιος γὰρ ὁ γενόμενος Ἰόπης ἐπίσκοπος μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τῶν Περσῶν τὴν τοποτηρησίαν τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις θρόνου λαβὼν οὐκ ἀπό τινος ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας, ἀλλὰ κοσμικῆς ἐξουσίας, παρὰ κανόνας ἐκεῖ τινὰς ἐπισκόπους ἐχειροτόνησε, τὸν ὑπὸ τῶν Ἱεροσολύμων θρόνον τελούντων. οἵτινες διὰ τοῦτο γινώσκοντες ἀκριβῶς ὡς ἕωλός ἐστιν αὐτῶν ἡ χειροτονία, προσεχώρησαν δι' οἰκείων γραμμάτων συνθέμενοι τῇ διεκδικουμένῃ παρὰ Παύλου καινοτομίᾳ τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ἵνα ἐξ αὐτοῦ δῆθεν κυρωθῶσιν ἀτάκτως, ὅπερ ἀδύνατον. περὶ ὧν καὶ πρότερον τῷ ἀποστολικῷ θρόνῳ καταμηνύσας, ἤγουν τῷ ἐν ἁγίοις πάπᾳ Θεοδώρῳ, ἐκέλευσέ μοι τῷ ἀναξίῳ διὰ πανιέρου προστάξεως τοποτηρητὴν με καταστησάμενος ἑαυτοῦ δι' οἰκείων ἀποστολικῶν γραμμάτων, ἐφ' ᾧ τά τε ἄλλα πράττειν ἐκκλησιαστικὰ κεφάλαια, καὶ πρὸς τὸ κανονικῶς εἴπερ ἀδιορθώτως ἔχουσι, τοὺς οὕτω χειροτονηθέντας καθελεῖν ἐπισκόπους. ὃ δὴ καὶ πεποίηκα, καὶ μάλιστα διὰ τὸ πρὸς τὴν πλάνην αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἑκουσίως αὐτομολῆσαι, μόνους ἐκείνας κατὰ κέλευσιν αὐτοῦ, τοὺς λίβελλον μετανοίας ἐπιδεδωκότας καὶ ὁμολογήσαντας ἐγγράφως ἔχειν καὶ ἀεὶ καὶ στέργειν καὶ κηρύττειν τὰ εὐσεβῆ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ συνόδων διδάγματα. τούτων οὖν τοὺς λιβέλλους ἀρτίως ἀγαγὼν, ἐπιδέδωκα τῷ πανιέρῳ προκαθεζομένῳ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης Μαρτίνῳ τῷ τρισμακαρίστῳ πάπᾳ, διὰ τὸ τοὺς μὲν ἐγκριθῆναι δικαίως, τοὺς δὲ κατακριθῆναι πρὸς ἀσφάλειαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. διὸ παρακαλῶ μὴ παριδεῖν μου τοῦ εὐτελοῦς καὶ πάντων τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὀρθοδόξων ἱερέων καὶ λαῶν καὶ τοῦ ῥηθέντος μου δεσπότου τοῦ ἐν ἁγίοις Σωφρονίου, τὰς περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου συχνὰς καὶ συντόνους δεήσεις τῇ ὑμετέρᾳ μακαριότητι μετὰ δακρύων δι' ἐμοῦ τοῦ ἐλαχίστου προσαγομένας, ἀλλ' ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, τὸ ἐπεισελθὸν ἐξαφανίσατε σκότος τῆς Ἀπολιναρίου καὶ Σεβήρου τῶν δυσωνύμων αἱρέσεως διὰ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν ἐπὶ τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων ἀτόπως ἀναφυὲν, ἵνα τούτου τελείου ἀφανιζομένου, φωσφόρος ἡμῖν ἀνατέλλῃ, καὶ ὅρος δογματικὸς, δι' ὑμῶν τῶν ἁγιωτάτων πανταχοῦ τοὺς πάντας καταφαιδρυνῶν, ὃν οἱ περίδοξοι τῆς ἐκκλησίας πατέρες καὶ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ πέντε σύνοδοι, διὰ τῶν οἰκείων ἡμῖν καὶ εὐσεβῶν δογμάτων ἐκύρωσαν, εἰς αἰωνίου ζωῆς βεβαίαν κατάσχεσιν. καὶ ὑπογραφή.

Στέφανος

ANNO CHRISTI 649.

Στέφανος ἐλέει Θεοῦ ἐπίσκοπος Δώρων καὶ πρῶτος τῆς ὑπὸ τὸν πατριαρχικὸν Ἱεροσολύμων θρόνον τελούσης ἁγίας συνόδου, τὸν παρόντα λίβελλον ὑπαγορεύσας, καὶ ἰδιοχείρως, ἑαυτῷ καθυπογράψας, ἐπιδέδωκα, μηνὶ Ὀκτωβρίῳ τῇ ἡμέρᾳ πέμπτῃ, ἰνδικτιῶνος ὀγδόης.

Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πάπας τῆς Ῥωμαίων ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, εἶπεν.

Οὐ μετρίως πᾶσιν ἡμῖν ἐγνώρισε Στέφανος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Δώρων δι᾽ ὧν ἀρτίως ἐν τῷ οἰκείῳ λιβέλλῳ διδάξας παρέστηκεν ὅσα ἐπονηρεύσατο κατὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν καὶ τῶν ὀρθοδόξων δογμάτων, Θεόδωρος ὁ τῆς Φαρὰν ἐπισκοπήσας, καὶ Κῦρος ὁ Ἀλεξανδρείας, Σέργιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἱ τούτου διάδοχοι Πύῤῥος καὶ Παῦλος, καὶ ὡς ἐνεκαυχήσαντο προφητικῶς ἐν μέσῳ τῆς τοῦ Θεοῦ καθολικῆς ἐκκλησίας θέμενοι τὴν οἰκείαν καινοτομίαν, εἰπόντες ὥς φησιν ὁ μέγας Δαβίδ, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν· δεῦτε καὶ καταπαύσωμεν πάσας τὰς ἑορτὰς τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ τῆς γῆς, ἤγουν τὰς ἱερὰς τῶν ἁγίων πατέρων περὶ τοῦ σωτῆρος φωνάς, εἰς τό, πάντως ἢ μίαν ἢ μήτε μίαν ἐπ᾽ αὐτοῦ κηρύττειν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν. ὅτι οὐκ ἔστιν ἔτι προφήτης, ἤτοι διδάσκαλος, καὶ ἡμᾶς οὐ γνώσεται ἔτι δολοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. ἀλλ᾽ ἠγνόησαν ἐκ πάντων εἰς τοῦτο διαγνωσθέντες καὶ δικαίως ἀντιλεχθέντες τῶν ὀρθοδόξων εἰκῇ μισθὸν αὐτοῖς τῆς τοῦ λόγου παῤῥησίας τὰς θλίψεις ἐπάγαγον κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὅταν ἐλάλουν αὐτοῖς ἐπολέμουν με δωρεάν· ὡς ἀμετανοήτως ἔχοντες ἐφ᾽ οἷς πεπράχασιν· ἐμίσησαν γὰρ ἐν πύλαις ἐλέγχοντας, καὶ λόγον ὅσιον ἐβδελύξαντο κραταιώσαντες ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν, τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν καὶ μισῆσαι. διὸ τούτων οὕτως ἡμῖν διὰ τῆς ἀναγνώσεως τοῦ λιβέλλου περὶ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν σὺν ἀκριβείᾳ δεδηλωμένων, δέον ἐστὶν αὐτὸν τοῖς πεπραγμένοις ἀναληφθῆναι εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἐκ πάντων τῶν εὐσεβῶν κατ᾽ αὐτῶν αἰτιάσεως.

Θεοφύλακτος πριμικήριος τῶν νοταρίων τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, εἶπεν.

Διδάσκω τὴν ὑμετέραν μακαριότητα, ὡς πλείους παρεστᾶσι πρὸ τοῦ εὐαγοῦς σεκρέτου τῆς ἁγιωτάτου ὑμῶν εὐλαβεῖς ἡγούμενοι καὶ μονάζοντες τῶν τε πάλαι παροικούντων καὶ τῶν ἐνδεδημηκότων ἀρτίως, ἐνθάδε Γραικῶν, τουτέστιν, Ἰωάννης, καὶ Θεόδωρος, Θαλάσσιος, Γεώργιος, καὶ σὺν τούτοις ἕτεροι θεοφιλεῖς ἄνδρες εἰσδεχθῆναι παρακαλοῦντες καὶ ἀναγαγεῖν τινὰ τῇ ὑμετέρᾳ πανογιότητι τῶν ἐσπουδασμένων αὐτοῖς. ἐπινεῦσαι τοιγαροῦν ἡ ὑμετέρα μακαριότης, καὶ περὶ τούτων δηλῶσαι τὸ παριστάμενον.

Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πάπας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας εἶπεν.

Οἱ καταμηνύσαντες ἑαυτοὺς τῇ συνεδρευούσῃ ἡμῖν ἁγίᾳ συνόδῳ θεοφιλεῖς ἡγούμενοι

A Stephanus per Dei misericordiam episcopus Dorensis, & primus sanctæ synodi sub Hierosolymorum patriarcha sede consistentis, præsenti libello a me dictato, manu propria subscribens obtuli die ["] sexta Octobris mensis, feria ["] tertia, indictione octava.

ACTIO SEU SECR. II.

" quinta

Martinus sanctissimus ac beatissimus episcopus sanctæ Dei ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ, dixit:

Non equidem mediocriter omnibus nobis Stephanus reverendissimus Dorensis episco-B pus manifestavit per ea quæ nunc in proprio libello demonstravit, quanta mala adversus venerabiles viros & orthodoxa dogmata Theodorus Pharanitanus quondã episcopus, Cyrus Alexandrinus, & Sergius Constantinopolitanus, ejusque successores Pyrrhus & Paulus concinnare noscuntur, & gloriati sunt audacter, in medio sanctæ Dei catholicæ ecclesiæ proprium ponentes errorem, juxta propheticum vaticinium dicentes in corde suo: *Venite, comprimamus omnes dies festos domini a terra*; id est, sacras voces venerabilium patrum de salvatore & domino nostro relatas: hoc argumentantes, ut sine dubio unam, aut nec unam in ipso voluntatem & C operationem quisquam debeat prædicare. Quia jam non est propheta, id est, doctor, & nos non cognoscet amplius, adulterantes verbum veritatis. Sed ignoraverunt, quia ab omnibus in hoc cogniti sunt, justeque interdicti ab orthodoxis comprobantur: licet mercedem eis fiduciæ verbi tribulationes compensare noscuntur, juxta quod dictum est: *Cum loquebar illis, impugnabant me gratis.* Nec enim pro tali excessu pœnitentia ducti sunt, quia odio habuerunt in portis corripientem, & sermonem sanctum exprobraverunt, firmantes sibi verbum malum, ut invenirent iniquitatem suam ad odium. Propterea his ita D nobis per lectionem libelli de prædictis viris cum omni subtilitate recognitis, oportet quatenus actis ecclesiasticis inseratur, in approbatione accusationis contra eos ab omnibus orthodoxis oblatæ.

Psalm. 73.

Psalm. 119. Amos. 5. Psalm. 35.

Theophylactus primicerius notariorum apostolicæ sedis, dixit:

Suggero vestræ beatitudini, quoniam præ foribus venerabilis secreti sanctitatis vestræ adstant plurimi reverendissimi abbates, presbyteri & monachi Græci jam per annos habitantes in hac Romana civitate, nec non in E præsenti adventantes, id est, Ioannes, Theodorus, Thalassius, Georgius, & cum ipsis alii venerabiles viri, petentes ut conspectui vestro præsententur, & aliqua quæ eis necessantur, vestræ suggerant sanctitati. Quapropter quæ placent beatitudini vestræ, præcipere dignetur.

Martinus sanctissimus ac beatissimus episcopus sanctæ Dei ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ, dixit:

Secundum eorum petitionem, qui nostri secretarii aditum reverendissimi abbates, presbyteri, nec non monachi petierunt, introeat, & secun-

ACTIO SEU SECR. II.

ANNO CHRISTI 649.

& secundum ordinem de quibus & quæ voluerint fiducialiter doceant.

Ioannes abba presbyter venerabilis labræ sancti Sabbæi constitutæ in eremo, quæ est juxta Christi Dei nostri sanctam Dei civitatem, & Theodorus abba presbyter venerabilis labræ in Africana provincia constitutæ, Thalassius abba presbyter venerabilis monasterii Armenissarum in hac Romana civitate constituti, qui appellatur Renati, & Georgius abba presbyter venerabilis monasterii de Cilicia, qui ponitur in Aquas Salvias, quod in hac Romana civitate habitare dignoscitur, & qui cum eis sunt reverendissimi abbates & monachi adstantes coram sancto concilio dixerunt.

Supplicamus beatissimam sanctitatem, minime despicere nostram in scripto admittere postulationem, id est, humillimum libellum: sed si placet, condescensibiliter jubeat a nobis suscipi eum, & lectione vulgari, quippe quoniam de orthodoxa fide in eo quæ necessantur, suggerimus.

Maximus sanctissimus episcopus Aquileiensis ecclesiæ, dixit:

Secundum supplicationem præsentium venerabilium abbatum, presbyterorum, & monachorum, memoratus libellus eorum suscipiatur, & lectioni pandatur. Cumque susceptus fuisset a Theodoro notario regionario apostolicæ sedis, de Græco in Latino interpretatum relegit in his.

SANCTÆ Dei & apostolicæ synodo, ex Dei voluntate & gratia, atque indivisa cōmunione sancti Spiritus in hac consonanter & unanimiter congregatæ antiqua alma urbe Roma, ad confirmationem sacram & erectionem immaculatæ, nec non piæ Christianorum nostræ fidei, per jussionem sanctam sive præceptionem divinitus præsidentis vobis, atque omnibus his præeminētis sacerdotis sacerdotum, & patris patrum, domini nostri Martini ter beatissimi papæ, generalitas habitantium in hac prædicta civitate Græcorum abbatum vel monachorum, vestræ sanctitatis docemus, ut subter vera, secundum naturam summi Dei & patris sapientiam domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi omni desideranti vitam divinam, quæ in eo nunc occultatur, postmodum vero declaratur, attestante sive promulgante: *Quoniam qui confitebitur me coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo, qui in cælis est. Qui autem negaverit me, & verba mea, negabo eum & ego coram patre meo, qui in cælis est.* & iterum: *Qui amat animam suam in hoc mundo, perdet eam: qui autem odit animam suam propter me, in vitam æternam servabit eam*: necesse est, o beatissimi, dum mundus dissolvitur, & vita corrumpitur; necnon animæ nostræ, ipsius Dei & salvatoris nostri Iesu Christi omnibus modis sanctam præponentes fidem, & prius quidem cōmuniter, dum Afrorū habitaremus provinciā, hanc apostolicam summā expetivimus sedem. Hoc autem consonanter non solum nos, sed & omnis provincia & civitas, quæ in fide habitatur, id est, sacerdotum populorūq; collegia non despicere orthodoxam fidem innovatam, & sanctam Calchedonensem synodum apertius projectam, vel omnes sanctos & glo-

Papa, pater patrum, & ter beatissimus a Græcis abbatibus appellatur.

Marc. 10.

Ioan. 12.

Rom. sedes apostolica, & summa a Græcis hominibus vocatur.

καὶ μονάζοντες εἰσίτωσαν κατὰ τάξιν καὶ διδασκέτωσαν περὶ ὧν βούλονται σὺν παῤῥησίᾳ.

Ἰωάννης πρεσβύτερος καὶ ἡγούμενος τῆς εὐαγοῦς λαύρας τοῦ ἐν ἁγίοις Σάβα τῆς διακειμένης ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ κατὰ τὴν ἁγίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλιν, καὶ Θεόδωρος πρεσβύτερος καὶ ἡγούμενος τῆς εὐαγοῦς λαύρας, τῆς διακειμένης κατὰ τὴν Ἀφρῶν φιλόχριστον χώραν, καὶ Θαλάσιος πρεσβύτερος καὶ ἡγούμενος τῆς εὐαγοῦς μονῆς τῶν Ἀρμενίων τῆς ἐνθάδε παροικούσης εἰς τὴν ἐπιλεγομένην μονὴν Ῥενάτου, καὶ Γεώργιος πρεσβύτερος καὶ ἡγούμενος τῆς εὐαγοῦς μονῆς τῶν Κιλίκων τῆς ἐνθάδε παροικούσης εἰς τὴν ἐπιλεγομένην Ἀκουασαλβίας, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς πάντες εὐσεβεῖς ἡγούμενοι καὶ μονάζοντες ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας συνόδου παραστάντες, εἶπον.

Αἰτοῦμεν τὴν ὑμετέραν παμμακάριστον ἁγιωσύνην, μὴ ἀπαξιῶσαι τὴν ἡμῶν ἔγγραφον προσδέξασθαι δέησιν, ἤτοι τὸν ἡμέτερον λίβελλον· ἀλλ' εἰ παρίσταται φιλανθρώπως αὐτῇ, κελεῦσαι τοῦτον παρ' ὑμῶν δεχθῆναι καὶ ἀναγνωσθῆναι περὶ τῆς ὀρθοδόξου προτεινόμενον πίστεως.

Μάξιμος ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Ἀκυλείας, εἶπεν.

Κατὰ τὴν αἴτησιν τῶν παρεστώτων εὐλαβῶν ἡγουμένων καὶ μοναχῶν, ὁ τούτων λίβελλος παρ' αὐτῶν ληφθήτω καὶ ἀναγνωσθήτω. Καὶ λαβὼν Θεόδωρος νοτάριος ῥεγιονάριος τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἑρμηνευθέντα φωνῆς, ἀνέγνω.

ἡ ἐπιγραφή.

xii. Si quis defendit Theodorum impiissimum Mopsuestenum, qui dixit, alium esse Deum verbum, & alium Christum, ex passionibus animæ & concupiscentiis carnis molestatum, & a malis paulatim separantem se, & ita ex promotione operum melioratum, & ex vitæ conversatione incontaminatum constitutum, tamquam purum hominem baptizari in nomine domini Patris & Filii & Spiritus sancti, & per baptismum gratiam sancti Spiritus accipere, & adoptionem prome- C reri, & ad similitudinem imperialis imaginis in persona Dei verbi adorari, & post resurrectionem inconvertibilem secundum intellectum & sine peccato penitus factum: & iterum dicente eodem impiissimo Theodoro, unitionem Dei verbi ad Christum talem factam fuisse, qualem dixit apostolus in marito & uxore: *Erunt duo in carne una*: & super alias innumerabiles ejus blasphemias præsumente dicere, quod post resurrectionem sufflans dominus in discipulos suos, & dicens: *Accipite Spiritum sanctum*; non dedit eis Spiritum sanctum, sed tantum * schemate insufflavit. Hic autem & confessionem Thomæ, quam dum palparet manum vel latus D domini post resurrectionem, per quam dixit, dominus meus & Deus meus: asseruit non fuisse dictam de Christo a Thoma. Nec enim esse eum Deum dicit, sed in miraculo resurrectionis obstupescentem Thomam, glorificare Deum qui suscitavit Christum: quod autem pejus est, quoniam & interpretatione facta ab eo in gesta apostolorum, quasi in interpretatione comparans idem Theodorus Christum Platoni, vel Manichæo, & Epicuro & Marcioni, dicit: Quia sicut unusquisque illorum inveniens propriam sectam, discipulos suos fecit nominari Platonicos, & Manichæos, & Epicureos, & Marcionistas: simili E modo & Christo inveniente sectam, ex ipsa Christianos vocari. Si quis igitur defendit prædictum impiissimum Theodorum, vel impia ejus conscripta, in quibus tam prædictas & alias innumerabiles blasphemias evomuit adversus magnum Deum & salvatorem nostrum Iesum Christum, & non anathematizat eum vel impia ejus conscripta, & omnes qui susceperunt aut defendunt eum, aut dicentes recte eum exponere, & eos qui pro ipso scripserunt, & similia ei sapuerunt, aut pro eo scribunt, vel ejus impiis conscriptis, & eos qui similia ei sapiunt, aut sapuerunt aliquando, & usque ad finem permanserunt

Ephes. 5.

Ioan. 20.

Ibidem.

aut permanent in hujusmodi impietate, talis anathema sit.

XIII. Si quis defendit impia cōscripta Theodoriti, quæ contra rectam fidem exposita sunt, & primam Ephesinam sanctam synodum, & sanctum Cyrillum, vel duodecim ejus capitula, & ea omnia quæ scripsit pro Theodoro & Nestorio impiissimis, vel aliis qui similia prædictis Theodoro & Nestorio sapuerunt, & recipit eos vel impietatem illorum, atque propterea impios vocat ecclesiæ doctores, qui secundum subsistentiam unitionem Dei verbi ad carnem confitentur, & non anathematizat prædicta impiissima conscripta, & eos qui similia his sapuerunt & sapiunt, aut beatæ memoriæ Cyrillum vel duodecim ejus B capitula, & in hac impietate defuncti sunt, talis anathema sit.

XIV. Si quis defendit epistolam, quam dicitur Ibas scripsisse ad Marim Persam, quæ denegat quidem Deum verbum de sancta Dei genitrice semperque virgine Maria incarnatum, hominem factum: dicit autem purum hominem ex ea natum esse, quam templum vocat, tamquam alio existente Deo verbo, & alio homine: sed & sanctæ memoriæ Cyrillum rectam & Christianorum fidem prædicantem reprehendit ut hæreticum, & similia scelesti Apollinaris scribentem, atque vituperat Ephesinam sanctam primam synodum, tamquam sine judicio & requisitione C Nestorium deponentem: sed & duodecim capitula beatæ memoriæ Cyrilli impia & adversa rectæ fidei nominat prædicta impia epistola, & defendit Theodorum, Nestorium, & impia eorum dogmata conscripta. Si quis igitur prædictam epistolam defendit, & non eam anathemati submittit, & eos qui defendunt eam, & dicunt rectam esse, aut partem ejus, & eos qui scripserunt vel scribunt pro ea, sive pro impietatibus quæ in ipsa continentur, & præsumentes eam defendere, aut positas in ea impietates ex nomine sanctorum patrum aut sanctæ Calchedonensis synodi, & usque ad finem in his permanserunt, talis anathema sit.

His igitur ita confessis, quæ nobis tradita D sunt a sancta scriptura, vel sanctorum patrum doctrina, vel definitis de una eademque fide a prædictis sanctis quatuor conciliis: facta vero nobis & condemnatione in hæreticos vel impietates illorum, sed & contra eos qui defendere præsumpserunt aut defendunt prædicta tria capitula, aut permanserunt aut permanent in proprio errore: si quis conatus fuerit contraria his quæ a nobis pie terminata sunt, tradere, aut docere, aut scribere, si quidem episcopus est, aut in clero connumeratus, talis ut extranea sacerdotum & ecclesiasticæ disciplinæ peragens, denu- E dabitur ab episcopatu, aut clero: si autem monachus fuerit aut laicus, anathematizabitur.

Maximus sanctissimus episcopus Aquileiensis dixit.

Imitatores Dei convenit, ut licitum est, in omni verbo & opere imitari dominum. Ideoque & illud oportet nos dicere pro sanctis atque universalibus quinque conciliis,

A ἢ ἐμμένοντας τῇ τοιαύτῃ ἀσεβείᾳ, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

ιγ'. Εἴ τις ἀντιποιεῖται τῶν ἀσεβῶν συγγραμμάτων Θεοδωρήτου τῶν κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης ἁγίας συνόδου καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου καὶ τῶν δώδεκα αὐτοῦ κεφαλαίων καὶ πάντων ὧν συνεγράψατο ὑπὲρ Θεοδώρου καὶ Νεστορίου τῶν δυσσεβῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τὰ λοιπὰ τοῖς προειρημένοις Θεοδώρῳ καὶ Νεστορίῳ φρονησάντων καὶ δεξαμένων καὶ τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν καὶ διὰ τοῦτο ἀσεβεῖς καλεῖ τοὺς τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους ὡς τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα ὁμολογοῦντας, ἀλλὰ μὴ ἀναθεματίζει τὰ εἰρημένα ἀσεβῆ συγγράμ- B ματα καὶ τοὺς τὰ ὅμοια τούτοις φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας καὶ πάντας δὲ τοὺς γράψαντας κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἢ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου καὶ τῶν δώδεκα αὐτοῦ κεφαλαίων καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀσεβείᾳ τελευτήσαντας, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

ιδ'. Εἴ τις ἀντιποιεῖται τῆς ἐπιστολῆς τῆς λεγομένης παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην τῆς ἀρνουμένης μὲν τὸν Θεὸν λόγον ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας σαρκωθέντα ἄνθρωπον γεγενῆσθαι· λεγούσης δὲ ψιλὸν ἄνθρωπον ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι ὃν ναὸν ἀποκαλεῖ ὡς ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν ἄνθρωπον· καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν κηρύξαντα δια- C βαλλούσης ὡς αἱρετικὸν, καὶ ὁμοίως Ἀπολιναρίῳ τῷ δυσσεβεῖ γράψαντα καὶ μεμφομένης τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην ἁγίαν σύνοδον ὡς χωρὶς κρίσεως καὶ ζητήσεως Νεστόριον καθελοῦσαν· καὶ τὰ δώδεκα κεφάλαια τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἀσεβῆ καὶ ἐναντία τῇ ὀρθῇ πίστει καλεῖ ἡ αὐτὴ ἀσεβὴς ἐπιστολὴ, καὶ ἐκδικεῖ Θεόδωρον καὶ Νεστόριον καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτῶν δόγματα καὶ συγγράμματα. Εἴ τις τοίνυν τῆς εἰρημένης ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς ἀντιποιεῖται καὶ μὴ ἀναθεματίζει αὐτὴν καὶ τοὺς ἀντιποιουμένους αὐτῆς καὶ λέγοντας αὐτὴν ὀρθὴν εἶναι ἢ μέρος αὐτῆς καὶ γράψαντας ἢ γράφοντας ὑπὲρ αὐτῆς ἢ τῶν περιεχομένων αὐτῇ ἀσεβειῶν καὶ τολμῶντας αὐτὴν ἐκδικεῖν ἢ τὰς περιεχομένας αὐτῇ ἀσεβείας ὀνόματι τῶν ἁγίων πατέρων ἢ τῆς ἁγίας ἐν D Καλχηδόνι συνόδου καὶ τούτοις μέχρι τέλους ἐμμείναντας, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

Τούτων τοίνυν οὕτως ὁμολογηθέντων παρ' ἡμῶν ἃ καὶ παρελάβομεν ἐκ τῆς θείας γραφῆς καὶ τῆς τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίας, καὶ τῶν ὁρισθέντων περὶ τῆς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως παρὰ τῶν προειρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων, γενομένης δὲ καὶ παρ' ἡμῶν τῆς ἐπὶ τοῖς αἱρετικοῖς καὶ τῆς τούτων ἀσεβείας προσηγορίας καὶ τῆς τῶν ἐκδικησάντων ἢ ἐκδικούντων τὰ εἰρημένα τρία κεφάλαια καὶ ἐναπομεινάντων ἢ καὶ ἐπιμενόντων τῇ οἰκείᾳ πλάνῃ κατακρίσεως· εἴ τις ἐπιχειρήσει ὑπεναντία τοῖς παρ' ἡμῶν εὐσεβῶς διατυπωθεῖσι παραδοῦναι ἢ δι- E δάξαι ἢ γράψαι, εἰ μὲν ἐπίσκοπος εἴη ἢ ἐν κλήρῳ ἀναφερόμενος, ὁ τοιοῦτος ἀλλότριος ἱερέων καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως πράττων, γυμνωθήσεται τῆς ἐπισκοπῆς, ἢ τοῦ κλήρου· εἰ δὲ μοναχὸς ἢ λαϊκὸς εἴη, ἀναθεματισθήσεται.

Μάξιμος ὁ ἁγιώτατος Ἀκυλείας, εἶπεν.

Τοὺς τοῦ κυρίου μαθητὰς δέον αὐτὸν ὡς θέμις ἐκμιμεῖσθαι τὸν κύριον ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. διὸ προσφορόν ἐστιν ἐκεῖνο λέγειν ἡμᾶς ὑπὲρ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν πέντε συνόδων ὅπερ αὐτὸς

ANNO CHRISTI 649.

αὐτὸς δι᾽ ἑαυτὸν εἶπεν ὁ κύριος· ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν. ὅτι ἦλθον οἱ ἔξαρχοι τῆς καινοτομίας ταύτης ἤγουν Κῦρος καὶ Σέργιος, Πύῤῥος καὶ Παῦλος, καὶ ἐν ἡμῖν εὗρον οὐδὲν τῶν οἰκείων· εἰκῆ συκοφαντεῖν ἡμᾶς ἐν τούτῳ παραλόγως ἐσπούδασαν, ὅπερ ποιεῖν εἰώθασιν οἱ αἱρετικοὶ τὴν ἰδίαν ἐκ τούτου συγκαλύπτειν ἐπειγόμενοι κακοφροσύνην, ἵνα τῷ ψεύδει τὴν ἀλήθειαν συσκιάσωσι, κἀντεῦθεν τὸν τοῦ ψεύδους πατέρα γνωρίσωσι τὰ ἑαυτοῦ δι᾽ ἑαυτῶν ἐνεργοῦντα κατὰ τῆς πίστεως. τοῦτο γὰρ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἅγιος Ἰωάννης κατασημαίνων ἐν τῇ καθολικῇ πρὸς ἀσφάλειαν ἡμῶν ἔλεγε· τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰμὴ ὁ ἀρνούμενος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς, οὗτός ἐστιν ὁ Ἀντίχριστος· καὶ καθὼς ἀκούσατε ὅτι Ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασι. τὸν οὖν τοιοῦτον ψεύστην ἤγουν τὸν ἀντικείμενον λόγον τῇ αὐτοῦ τελείᾳ σαρκώσει θριαμβεύων ὁ κύριος ἔλεγεν· ὅταν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἑστὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ὁ ἀναγινώσκων νοείτω. τόπος δὲ ἅγιός ἐστι πᾶς εὐσεβὴς λόγος καὶ ὅρος περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ τοῖς ἁγίοις πατράσιν εὐσεβῶς κηρυττόμενος. ἐν αὐτῷ τοίνυν κατ᾽ αὐτοῦ διὰ καινοτομίας οἱ δι᾽ ἐναντίας ἱστάμενοι μηχανῶνται πῶς αὐτὸν κιβδηλεύειν καὶ ὑποδύεσθαι, λέγοντες· ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ τὴν ἀληθινὴν τῶν ἁγίων συνόδων τε καὶ πατρῶν ἔχοντες πίστιν· ὥσπερ καὶ ὁ πονηρὸς, ἐγώ εἰμι ὁ Χριστὸς, εἰς πλάνην τῶν ἀκουόντων· ἀλλ᾽ ὁ ἀναγινώσκων φησὶ νοείτω. δέον γὰρ ἀναγινώσκειν ὥσπερ εἰς ἔλεγχον τοῦ ἀντιχρίστου τὰς θείας γραφὰς, αὗται γὰρ προαναγγέλλουσαι, τὸν ἐκείνου στηλιτεύουσι δόλον· οὕτω καὶ εἰς ἔλεγχον τῶν αἱρετικῶν τὰς ἁγίας τῶν ἐγκρίτων πατρῶν τε καὶ συνόδων διδασκαλίας. αὗται γὰρ ἡμῖν τὴν ἐκείνων θριαμβεύουσιν αἵρεσιν ἃς ἀρτίως ἀναγνόντες ὑπέγνωμεν ὡς ἴστε μακαριώτατοι τὴν κατ᾽ αὐτῶν γεγονυῖαν τοῖς ἐναντίοις βιαίαν καταδρομὴν, ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀθεμίτως τετολμημένην, ἔνθα τῆς εὐσεβοῦς ὁμολογίας ἐνεργεῖται πᾶσιν ἡ καθαρότης διὰ τοῦ ἐλαίου τῆς ἐν πνεύματι χρίσεως. ὅθεν τῇ μακαρίᾳ καὶ ἡμεῖς πρὸς τὸν Θεὸν συνεκβοῶμεν Σωσάννῃ κατὰ τῶν παρανόμων πρεσβυτέρων ὑπὲρ τῶν εἰρημένων ἁγίων πέντε συνόδων. ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης ὁ εἰδὼς πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν σὺ ἐπίστασαι, ὅτι ψευδῆ κατηγόρησαν ἡμῶν Κῦρος καὶ Σέργιος, Πύῤῥος καὶ Παῦλος. οὗ χάριν ἐξήγειρεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνδρὸς εὐζηλώτου, οὗ ὄνομα Μαρτῖνος, τοῦ ὁσίως ἡμᾶς συγκαλέσαντος καὶ ἀποστολικῶς ἡμῶν προκαθεζομένου, καὶ ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ καὶ εἶπε· καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ δόγματος τῆς καινοτομίας ταύτης. ἀναστρέψωμεν ἅπαντες ἐπὶ τὸ κριτήριον, καὶ τοὺς ἐκείνων διεξετάσωμεν λόγους. ψευδῆ γὰρ οὗτοι δι᾽ αὐτῆς κατεμαρτύρησαν τῶν ἁγίων συνόδων. ἀνακρίνας οὖν, ὡς ὁρᾶτε, διεχώρησεν αὐτοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων τὴν ἑκάστου προσώπου διαστειλάμενος συγγραφὴν, καὶ συνέστησεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτῶν, οὐ μόνον τὰ ἑαυτῶν καθαιροῦντας, ἀλλὰ καὶ κατηγόρους ὄντας αὐτῶν τῶν ἁγίων πέντε συνόδων, ὡς μηδὲν ὁρισαμένων, ὧν αὐτοὶ δυσσεβῶς ἐδογμάτισαν. διὸ πᾶσα συμφώνως ἡ

ACTIO SEU SECRET. IV.

A quod ipse de sese perhibuit dominus: *Veniet princeps hujus mundi, & in me nihil inveniet.* (*Ioan.* 14.) Quoniam venerunt principes hujus novitatis, id est, Cyrus, Sergius, Pyrrhus & Paulus, & in nobis de suis invenerunt nihil: licet propterea calumniari nos irrationabiliter studuerunt, quod facere assolent hæretici, suam ex hoc cooperire dementiam properantes, (Hæretici mendaces & calumniatores.) quatenus mendacium veritatem valeant obumbrare, & ex hoc patrem mendacii cognoscunt per eos propria contra fidem operaa instituentem. Quod utique euangelista beatus Ioannes significans in catholica sua epistola, ad tuitionem nostram perhibuit, dicens: *Quisnam est mendax, nisi qui ne-* (1. *Ioan.* 2.) B *gat quia Iesus est Christus? Hic est enim antichristus, & sicut audistis, quia antichristus veniet: & nunc antichristi multi facti sunt.* Ergo hujusmodi mendacem, id est, adversantem suæ dispensationis sermoni, redarguens dominus ait: *Quando videritis abominationem* (*Matth.* 24.) *desolationis stare in loco sancto: qui legit, intelligat.* Locus autem sanctus, est omne verbum, & definitio pia de dispensatione ejus, a venerabilibus patribus venerabiliter prædicatum. In ipso igitur contra eum per novitatem adversarii insistentes, machinantur quodammodo falsare eum & induere, dicentes: Nos sumus, qui veram sanctorum patrum ac synodorum fidem habemus: sicuti & malignus in deceptionem audientium, Ego sum, asserit, Christus: sed juxta quod dictum est, *qui legit, intelligat.* (*Matth.* 24.) Oportet enim legere divinas C scripturas sicut ad destructionem antichristi, quoniã ipsi denuntiant atque redarguunt dolosas ejus insidias; ita & in detectione hæreticorum sanctas probabilium patrum vel synodorum doctrinas. Ipsi namque nobis ostendunt hæreses illorum, quas nuper legentes cognovimus, sicut nostis sanctissimi, præjudicium quod factum est ab adversantibus fidei violenter contra eas in paradiso catholicæ ecclesiæ illicita præsumptione, in quo paradiso piæ confessionis per oleum unctionis spiritus perficitur in omnibus purgatio. Ideoque cum beata & nos ad dominum exclamemus Susanna contra iniquos sacerdotes in defen- D sione memoratorum sanctorum conciliorum, dicentes: Æterne Deus, occultorum cognitor, qui nosti omnia antequam fiant: tu (*Dan.* 3.) nosti quoniam falsæ calumniantur nos Cyrus, Sergius, Pyrrhus & Paulus. Propterea erexit Deus spiritum sanctum viri zelo zelantis pro domino, cujus venerabile nomen Martinus, quique sancte nos convocavit, & apostolica auctoritate præsidet nobis, atque exclamavit voce magna: Mundus sum ego a dogmate hujus novitatis. Revertamur igitur omnes ad audientiam, atque illorum examinemus sermones. Falsæ namque hi per eamdem novitatem testimonium contra sanctas synodos perhibere præsumpserunt. Sola igitur providentia, ut decer- E nitis, divisit eos ab invicem, uniuscujusque personæ distinguens conscripta, & approbavit eos ex ore illorum, non solum propria perimentes, sed & accusatores sanctorum quinque conciliorum ostendit, utpote nihil, quibus impie dogmatizare noscuntur: ab eisdem sanctis synodis promulgatis, Propterea universa consonanter sancta

synodus benedicimus Deum, qui salvat sperantes in se: quoniam fecit eis juxta quod maligne gesserunt contra catholicam ejus ecclesiam, per manus famuli sui, hoc est, dicere per datam sibi a Spiritu sancto regularem auctoritatem & potestatem. Atque ideo omnes cum eo in condemnatione illorum decernimus, quoniam sicut verba & definitiones sanctorum quinque conciliorum testantur, nec unam voluntatem, neque unam operationem prædicaverunt, nec iterum peremptionem duarum Christi Dei voluntatum & duarum operationum, sicut illi calumniari ausi sunt, omnimodo decrevere: imo magis omnem hæresim sanctæ synodi condemnare noscuntur, & tam unam in Christo voluntatem & operationem commentantes, Arium, Eudoxium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, sed & omnia impia eorum conscripta: cum quibus merito & eos qui in hoc illis consentiunt, id est, uni voluntati & operationi, scelerosos hæreticos Theodorum & Nestorium, qui secundum gratiam & operationem ac dignitatem, æqualemque honorem, similemque voluntatem & auctoritatem, relationem, virtutem, affectum, complacitum, unius hominis appellationem; unitionem Dei verbi ad hominem factam fuisse delirant. Propter hæc enim, id est, pro unitione consonanter una operatio & voluntas dogmatizata est ab utrisque, & tam confundentibus atque dividentibus magnum dispensationis dominicæ mysterium: & confundentibus quidem propter stultam secundum sensum eorum unius naturæ compositæ rationem, dividentibus autem propter ineptam secundum eos æqualitatem honoris, similisque voluntatis atque auctoritatis modum: & ideo utrique a veritatis prædicatione ceciderunt. Omnibus autem manifestum est & indubitatum, nullo modo sanctas & universales quinque synodos eorumdem hæreticorum dogmata confiteri, quorum conscripta cum impia eorum confessione in scripto anathemati submisisse noscuntur: licet hæc profiteri eas sine timore auctores adinventæ novitatis calumniati sunt Cyrus, Sergius, Pyrrhus, & Paulus. Si enim quæ destruxerunt, iterum ea ædificant sanctæ synodi, transgressores se potius divinorum dogmatum, juxta quod beatus ait apostolus, ostendunt. Igitur intransgressibiliter retinentes pias doctrinas, in sua definitione eos, qui unam in Christo Deo voluntatem & operationem dixerunt, merito anathemate perculserunt, pro eo quod sine mente & sine anima, & purum ex hoc hominem dominum Deum nostrum in hoc, quod factus est homo, dogmatizare ausi sunt. Cyrus autem & Sergius, Pyrrhus & Paulus similiter unam & ipsi per propria scripta in Christo Deo confessi sunt operationem & voluntatem, perindeque & ipsi cum denominatis hæreticis, propter eamdem & similem hæresim, a sanctis & universalibus quinque conciliis anathemati subjunguntur, quique expositores novæ fidei facti sunt, & propter temerariam transgressionem illorum quæ ab eisdem synodaliter confirmata sunt, mercedem invenientes ab eis definitam in transgressores depositionem,

Gal. 2.

A σύνοδος εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν τὸν σώζοντα τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ᾽ αὐτόν. ὅτι ἐποίησεν αὐτοῖς, ὃν τρόπον ἐπονηρεύσαντο κατὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας διὰ χειρὸς τοῦ θεράποντος αὐτοῦ, ταυτὸν δὲ λέγειν τῆς ἐκδοθείσης αὐτῷ παρὰ τοῦ πνεύματος κανονικῆς αὐθεντίας καὶ ἐξουσίας. πάντες γὰρ αὐτῷ συμψηφιζόμεθα τὴν ἐκείνων διὰ τοῦτο κατάκρισιν, ἐπειδὴ καθὼς οὔτε λόγοι καὶ ὅροι τῶν ἁγίων πέντε συνόδων μεμαρτυρήκασιν, οὔτε θέλησιν μίαν, οὔτε ἐνέργειαν μίαν ἐκήρυξαν, οὔτε πάλιν ἀναίρεσιν τῶν ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ δύο θελήσεων καὶ ἐνεργειῶν, ὡς ἐκεῖνοι ψευδῶς κατηγόρησαν, τὸ παράπαν ἐθέσπισαν· τοὐναντίον μὲν οὖν πᾶσαν κατεδίκασαν αἵρεσιν αἱ ἅγιαι σύνοδοι, τῶν τὴν μίαν ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ τερατευομένων θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, τουτέστιν, Ἄρειον, Εὐδόξιον, Εὐνόμιον, Μακεδόνιον, Ἀπολινάριον, καὶ πάντα τὰ δυσσεβῆ τούτων συγγράμματα· μεθ᾽ ὧν δικαίως καὶ τοὺς ἐν τούτῳ γε συμφερομένους ἐκείνοις ἤγουν τῇ μιᾷ θελήσει καὶ ἐνεργείᾳ μιαροὺς αἱρετικοὺς Θεόδωρόν φημι καὶ Νεστόριον ὡς κατὰ χάριν καὶ κατ᾽ ἐνέργειαν καὶ ἀξίαν καὶ ἰσοτιμίαν, ταυτοβουλίαν τε καὶ αὐθεντίαν, ἀναφορὰν καὶ δύναμιν, σχέσιν καὶ εὐδοκίαν καὶ ὁμωνυμίαν τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ C λόγου πρὸς ἄνθρωπον γεγενῆσθαι κενολογοῦντας. ἐκ τούτου γὰρ, τουτέστι διὰ τὴν ἕνωσιν, μία συμφώνως ἑκατέροις ἐνέργειά τε καὶ θέλησις ἐδογματίσθη, τοῖς τε συγχέουσι καὶ τοῖς διαιροῦσι τὸ μέγα τῆς οἰκονομίας μυστήριον· τοῖς μὲν συγχέουσι διὰ τὸ ἀνόητον τῆς κατ᾽ αὐτοὺς μιᾶς συνθέτου φύσεως λόγον, τοῖς δὲ διαιροῦσι, διὰ τὸ μάταιον τῆς κατ᾽ αὐτοὺς ἰσοτιμίας ταυτοβουλίας τε καὶ αὐθεντίας τρόπον. διὸ καὶ τοῦ ἀληθοῦς ἄμφω κηρύγματος ἐξωλίσθησαν. πᾶσιν οὖν ὑπάρχει καταφανὲς καὶ ὁμόλογον, μηδαμῶς ἐκείνων πρεσβεύειν τὰ δόγματα τὰς ἁγίας οἰκουμενικὰς πέντε συνόδους, ὧν τὰ συγγράμματα μετὰ τῆς ἀσεβοῦς αὐτῶν ὁμολογίας ἐγγράφως ἀνεθεμάτισαν· εἰ καὶ ταῦτα διακηρύττειν αὐτὰς ἀφόβως ἐσυκοφάντησαν, Κῦρος καὶ Σέργιος, Πύῤῥος καὶ Παῦλος οἱ D ἔξαρχοι τῆς ἐπεισάκτου καινοτομίας. εἰ γὰρ ἃ κατέλυσαν ταῦτα πάλιν οἰκοδομοῦσιν αἱ ἅγιαι σύνοδοι, παραβάτας τῶν οἰκείων μᾶλλον δὲ τῶν θείων ἑαυτὰς παριστῶν δογμάτων, ὡς ὁ θεῖος μαρτύρεται Παῦλος. εἰ τοίνυν ἀπαραβάτως ἔχουσαι περὶ τοὺς οἰκείους εὐσεβεῖς ὅρους, ἐνδίκως ἀνεθεμάτισαν τοὺς λέγοντας αἱρετικοὺς, μίαν ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, διὰ τὸ ἄνουν ἐντεῦθεν καὶ ἄψυχον καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν ἀφρόνως αὐτοὺς δογματίζειν Κῦρος καὶ Σέργιος, E Πύῤῥος καὶ Παῦλος μίαν καὶ αὐτοὶ συμφώνως τοῖς πρὸ αὐτῶν αἱρετικοῖς θέλησιν καὶ ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν οἰκείων συγγραμμάτων, ἐκήρυξάν τε καὶ ὡμολόγησαν, ἄρα καὶ αὐτοὶ διὰ τὴν αὐτὴν καὶ ὁμοίαν αἵρεσιν, ἅμα τοῖς εἰρημένοις αἱρετικοῖς, ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν πέντε συνόδων ἀναθεματίζονται καινῆς ἐκθέται γενόμενοι πίστεως, καὶ διὰ τοῦτο προπετοῦς χάριν παραβασίας τῶν συνοδικῶς αὐταῖς κεκριμένων εὑράμενοι μισθὸν παρ᾽ αὐτῶν, τὴν ὁρισθεῖσαν τοῖς παραβάταις καθαίρεσιν.

ὥρισε

ὥρισε γὰρ ὡς ἀνέγνωμεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, τῶν ἐν Καλχηδόνι περιδόξων πατέρων ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἤγουν συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν ἑτέρως· τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἤγουν προκομίζειν ἢ διδάσκειν ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐξ ἑλληνισμοῦ ἢ Ἰουδαϊσμοῦ, ἤγουν ἐξ αἱρέσεως τῆς οἱασδηποτοῦν, τούτους, εἰ μὲν εἶεν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, ἀλλοτρίους εἶναι, τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου. εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοὶ ἀναθεματίζεσθαι. συμφώνως δὲ ταύτῃ καὶ ἡ ἁγία πέμπτη σύνοδος, ὥρισε λέγουσα κατὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν αὐτῆς κεφαλαίων· τούτων οὕτως ὁμολογηθέντων παρ' ἡμῶν ἃ καὶ παρελάβομεν ἐκ τῆς θείας γραφῆς καὶ τῆς τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίας, καὶ τῶν ὁρισθέντων περὶ τῆς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως παρὰ τῶν προηγησαμένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων· εἴ τι ἐπεχείρησεν ὑπεναντία τοῖς παρ' ἡμῶν εὐσεβῶς διατυπωθεῖσι παραδοῦναι ἢ διδάξαι ἢ γράψαι, εἰ μὲν ἐπίσκοπος εἴη, ἢ ἐν κλήρῳ ἀναφερόμενος, ὁ τοιοῦτος ἀλλότρια ἱερέων καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως πράττων, γυμνωθήσεται τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τοῦ κλήρου· εἰ δὲ μοναχὸς ἢ λαϊκὸς εἴη, ἀναθεματισθήσεται· διὸ ταῖς συνοδικαῖς τῶν ἁγίων πατέρων ἐπιτιμίαις ὑπαχθέντων Πύῤῥου καὶ Σεργίου, Κύρου καὶ Παύλου διὰ τῆς οἰκείας αἱρέσεως, οὐκ ὤνησε μὲν αὐτοὺς, κατέβλαψε δὲ μᾶλλον ἡ γενομένη παρ' αὐτῶν συκοφαντία κατὰ τῶν ἁγίων συνόδων ἅμα τῆς αἱρέσεως αὐτῶν καταδίκῃ καὶ τὴν τοῦ ψεύδους εἰς ἑαυτοὺς ἐφελκυσαμένων κατάκρισιν. οὐ γὰρ ὥρισαν ἅπερ ἐκεῖνοι γεγράφασιν, ἀλλ' ἀνεθεμάτισαν ἅπερ ἀμαθῶς ἐδογμάτισαν σὺν Ἀρείῳ καὶ Ἀπολιναρίῳ, Θεοδώρῳ καὶ Νεστορίῳ τοῖς αἱρετικοῖς, οὐκ ἠβουλήθησαν γὰρ συνιέναι τοῦ ὁμολογῆσαι λόγῳ καὶ διανοίᾳ κατὰ τὰς ἁγίας συνόδους τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν, χωρὶς ἁμαρτίας· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν υἱὸν κύριον μονογενῆ ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον, οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης. τούτων δὴ τῶν εὐσεβῶν δογμάτων, οὐδὲν κυρίως ἢ ἀληθῶς ἐκεῖνοι πώποτε πεφρονήκασι. ποῦ γὰρ καὶ πῶς σωθήσεται κατ' ἐκείνους ἢ νοηθήσεται τὸ κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν ὑπάρχειν χωρὶς ἁμαρτίας, ἠρνημένης παρ' αὐτῶν καὶ ἀνῃρημένης τῆς θείας καὶ τῆς ἀνθρωπίνης τῆς αὐτοῦ κατὰ φύσιν θελήσεως καὶ ἐνεργείας; πῶς τὸ, τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἑκατέρᾳ φύσει τυγχάνειν; πῶς τὸ, Θεὸν ἀληθῶς καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς;

A Igitur sanctum & universale Calchedonense concilium venerabilium patrum definivit, ut legimus sanctissimi, aliam fidem nulli licere proferre aut conscribere, vel componere, aut sapere, vel docere aliter: qui autem præsumpserit componere aliam fidem, aut proferre, vel docere, aut tradere aliud symbolum volentibus ad cognitionem veritatis, sive ex gentilitate, aut ex Iudæis, vel ex hæresi qualibet converti: Hos, si quidem episcopi fuerint, aut clerici, alienari quidem episcopos ab episcopatu, clericos a clericatu: si autem monachi aut laici fuerint, anathematizari. Consequenter autem eis & sanctum quintum concilium definivit, ad ultima capitulorum B suorum dicens: His itaque a nobis confessis, quæ nobis tradita sunt a divina scriptura sanctorumque patrum doctrina, & definitis pro una eademque fide a prædecessoribus venerabilibus quatuor conciliis: si quis præsumpserit contraria his quæ a nobis pie statuta sunt, tradere, aut docere, vel scribere, si quidem episcopus fuerit, aut in clero connumeratus, hic ut aliena sacerdotibus & ecclesiasticæ disciplinæ peragens, denudabitur ab episcopatu vel clericatu: si autem monachus vel laicus, anathematizabitur. Qua de re synodalibus sanctorum patrum increpationibus Cyrus & Sergius, Pyrrhus & Paulus per suam hæresim obligati, non solum C quia minime eos juvit, sed etiam reprobos approbavit, præsumpta ab eisdem calumnia contra veneranda patrum quinque concilia, simul cum condemnatione hæreseos illorum, & mendacii in semetipsos provocantes ultionem. Nec enim definitum est ab eis, quæ illi commentati sunt, imo magis anathemati submiserunt, quæque indocte cum Ario & Apollinare, Theodoro & Nestorio hæreticis dogmatizare noscuntur, qui noluerunt penitus intelligere & confiteri verbo & mente secundum definitiones sanctorum conciliorum, perfectum eumdem in deitate, & perfectum eumdem in humanitate, Deum D verum & hominem verum eumdem, ex anima rationali & corpore, consubstantialem patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis eumdem secundum humanitatem, per omnia similem nobis absque peccato: ante sæcula quidem ex patre genitum secundum deitatem, in ultimis autem diebus eumdem propter nos & propter nostram salutem ex Maria semperque virgine Dei genitrice secundum humanitatem: unum eumdemque Christum filium dominum unigenitum, in duabus naturis inconfuse, inconvertibiliter, E inseparabiliter, indivise cognitum, nusquam naturarum differentia interempta propter unitionem, imo magis salvata proprietate utriusque naturæ, & in unam personam & unam subsistentiam concurrente. Horum piorum dogmatum nihil specialiter aut veraciter intelligere passi sunt. Ubi namque, aut quomodo secundum eorum sensum salvabitur, aut intelligetur quod dictum est, per omnia nobis similem eumdem factū absque peccato, cum ab eis denegatur & perimitur divina & humana ejusdem naturalis voluntas & operatio? Quomodo autem perfectio ejusdem in utraque natura salvabitur? vel quomodo Deum verum & hominem verum?

quomodo autem utriusque naturæ indiminute salvatur naturalis proprietas, sicut dictum est, juxta illorum intellectum, minuitur quidquam de naturalibus ejus operationibus & voluntatibus? Impossibile est enim, perfecte haberi aut confiteri ab eis quæ prædicta sunt, dum hæc abnegare contendunt per taciturnitatem, sed vere illud dolose faciunt, quod scribens* Cledonio theologus Gregorius ait: Quando communibus opinionibus, quas videlicet scriptura ostendit, * arguunt & comprimuntur, pias quidem voces consitentur, intellectum vero corrumpunt: & non quidem sine anima & irrationabilem, neque sine intellectu, nec imperfectum hominem asserentes, sed animam & rationem & intellectum, ipsam deitatem introducentes, tamquam ipsa deitate carni ejus tantummodo commixta: non enim & nostris, id est anima & intellectu: licet quod sine peccato est, super nos esse ostenditur, sed & passionum nostrarum purgatio. sic namque & perfectus homo apud eos intelligitur, non ille qui tentatus est, atque suscepit omnia nostra sine peccato, sed ille qui sine voluntate naturali & operatione ab eis dogmatizatur propter consonantiam eorum, qua cum Ario & Apollinare, Theodoro etiam & Nestorio tenentur, non utique veriti ad ea quæ omnibus manifesta sunt, criminari sanctas & universales synodos, sed & victi ab eis, incorrecti permanent, verbis quidem pietatem fingentes, sensum autem, ut dictum est, malignantes. Et propterea perfectum quidem in utraque natura confitentur, absque tantummodo naturali operatione & volutate utriusque naturæ, ex quibus consistit. Quoties autem & ipsum malignum sensum eorum nudamus, jam & factum simulationis eorum detegentes, ipsos quoque patres apertissime refutare nituntur. Quia vero inverecunde hoc faciunt, testatur Cyrus Alexandrinus antistes, Sergio Constantinopolitano quondam propter beatissimum Sophronium his verbis scribens: Posita vero dictione in capitulis expositis, quia unam operationem oportet dicere domini nostri Iesu Christi, contradixit, asserens duas operationes debere profiteri, & testimonia diversorum sanctorum patrum obtulit. Ecce igitur confessus est Cyrus, quod & Sergio per sua scripta innotuit, quia testimonia ei diversorum sanctorum patrum obtulit beatæ memoriæ Sophronius, per quos ostendit, quia duas oportet dicere in Christo Deo operationes. Hoc ergo veraciter cognoscentes, & voluntarie jam sanctorum patrum amputantes & refutantes dictiones, imo magis apertius ipsos (ut dictum est) sanctos patres projicientes, ita in propria ecthesi scripserunt, hujusmodi præsumptionem & per gestorum monumenta corroborantes. Similiter autem & duarum operationum dictionem multos scandalizare, & nulli concedimus ex omnibus duas dicere operationes in divina domini dispensatione: in hoc, sicut in omnibus, Severo hæretico consentientes, sive sequentes ejus doctrinam: quoniam & ille a paternis devictus testimoniis, ipsos patres & voces eorum pias perimere studuit, " Nifaleo scribens ita: Duas dicere naturas in Christo,

* Gregor. Nazianz.

* arguitur

Hebr. 4.

Nota hæreticorum artes & impudentiam.

" Nephalio

A πῶς τὸ ἑκατέρας φύσεως σώζειν ἀνελλιπῶς τὴν φυσικὴν ἰδιότητα μειουμένων ἐκείνοις ὡς εἴρηται τῶν αὐτοῦ κατὰ φύσιν θελήσεων καὶ ἐνεργειῶν; ἀδύνατον γὰρ ἐντελῶς ἔχειν, ἢ ὁμολογεῖσθαι παρ' ἐκείνων τὰ εἰρημένα, τούτων τινὸς αὐτοῖς ἀναιρουμένου διὰ τῆς σιωπῆς, ὅθεν εἰς συγκάλυψιν τῆς οἰκείας πλάνης ἐκεῖνο δολερῶς ποιοῦσιν, ὅπερ Κληδονίῳ γράφων φησὶν ὁ θεολόγος Γρηγόριος· ὅταν ταῖς κοιναῖς ὑπολήψεσι περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἃς ἡ γραφὴ παρίστησιν, ἐλέγχονται καὶ πιέζονται, τὰς μὲν εὐσεβεῖς λέξεις ὁμολογοῦσι, περὶ B δὲ τὸν νοῦν κακουργοῦσιν, οὐκ ἄψυχον μὲν, οὐδὲ ἄλογον, οὐδὲ ἄνουν, οὐδὲ ἀτελῆ ὁμολογοῦντες τὸν ἄνθρωπον· ψυχὴν δὲ καὶ λόγον καὶ νοῦν αὐτὴν εἰσάγοντες τὴν θεότητα, ὡς αὐτῆς τῇ σαρκὶ συγκραθείσης μόνον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῶν ἡμετέρων καὶ ἀνθρωπίνων, εἰ καὶ τὸ ἀναμάρτητον κρεῖττον ἢ καθ' ἡμᾶς ἦν, καὶ τῶν ἡμετέρων παθῶν καθάρσιον. οὕτω γὰρ καὶ τέλειος αὐτοῖς ἄνθρωπος, οὐχ ὁ πεπειραμένος κατὰ πάντα τὰ ἡμέτερα χωρὶς μόνης ἁμαρτίας· ἀλλ' ὁ χωρὶς ὑπάρχων θελήσεως φυσικῆς καὶ ἐνεργείας ἀσεβῶς δογματίζεται, διὰ τὴν πρὸς Ἄρειον αὐτοῦ καὶ Ἀπολινάριον, Θεόδωρόν τε καὶ Νεστόριον, ὁμοφροσύνην, οὐκ εὐλαβούμενοι πρὸς C τὰ πᾶσι δῆλα συκοφαντεῖν, τὰς ἁγίας οἰκουμενικὰς πέντε συνόδους, ἀλλὰ καὶ ἐλεγχόμενοι παρ' αὐτῶν, ἀδιόρθωτοι μένουσι, ῥήμασι μὲν σχηματιζόμενοι τὴν εὐσέβειαν, περὶ δὲ τὸν νοῦν κακουργοῦντες. καὶ διὰ τοῦτο τέλειον μὲν τὸν αὐτὸν ἐν ἑκατέρᾳ φύσει καθομολογοῦσι, δίχα μέντοι τῆς ἐν ἑκατέρᾳ τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων, οὐσιώδους ἐνεργείας τε καὶ θελήσεως. ὅταν δὲ καὶ τὴν τοιαύτην αὐτῶν περὶ τὸν νοῦν στηλιτεύσωμεν κακουργίαν, τὸ δρᾶμα λοιπὸν τῆς ὑποκρίσεως ἀποκαλύπτουσι, καὶ αὐτοὺς φανερῶς παραγράφονται τοὺς ἁγίους πατέρας. ὅτι γὰρ ἀναιδῶς τοῦτο ποιοῦσι, μαρτυρεῖ Κῦρος ὁ Ἀλεξανδρίας, Σεργίῳ τῷ Κωνσταντινουπόλεως διὰ D τὸν ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ Σωφρόνιον, οὕτω γράφων· τεθέντος δὲ τοῦ ῥητοῦ ἐν τοῖς γενομένοις κεφαλαίοις ὅτι μίαν ἐνέργειαν δεῖ λέγειν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, προσέστη αὐτῷ φάσκοντι ὡς δύο ἐνεργείας χρὴ λέγειν, καὶ χρήσεις διαφόρων ἁγίων πατέρων προσεκόμισεν. ἰδοὺ τοίνυν ὡμολόγησε Κῦρος, ὅπερ καὶ τῷ Σεργίῳ διὰ τῶν οἰκείων γραμμάτων ἐγνώρισεν, ὅτι χρήσεις αὐτῷ διαφόρων ἁγίων πατέρων προσεκόμισεν ὁ ἐν ἁγίοις Σωφρόνιος, ὡς δύο χρὴ λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ τὰς ἐνεργείας. τοῦτο γοῦν ἀκριβῶς μαθόντες καὶ ἐν ἐπιγνώσει λοιπὸν τὰς τῶν ἁγίων πατέρων κακίζοντες καὶ παραγράE φοντες ῥήσεις, μᾶλλον δὲ περιφανῶς αὐτοὺς, ὡς εἴρηται, τοὺς ἁγίους πατέρας ἐκβάλλοντες, οὕτως ἐν τῇ κατ' αὐτοὺς ἐκθέσει γεγράφασι, τὸν περὶ τούτου λόγον καὶ διὰ πράξεως ὑπομνημάτων ἐπισφραγίσαντες. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν τῶν θείων ἐνεργειῶν ῥῆσιν πολλοὺς σκανδαλίζειν, καὶ οὐ συγχωροῦμεν τινὶ τῶν πάντων, δύο λέγειν τὰς ἐνεργείας ἐπὶ τῆς θείας τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως· ἐν τούτῳ καθὰ καὶ ἐν πᾶσι Σεβήρῳ τῷ αἱρετικῷ συμβαίνοντες καὶ ἀκολουθοῦντες. ἐπειδὴ κἀκεῖνος ὑπὸ τῶν πατρικῶν ἐλεγχόμενος ῥήσεων, αὐτούς τε τοὺς ἁγίους πατέρας καὶ τὰς τούτων εὐσεβεῖς παρεγράφετο ῥήσεις οὕτω Νηφαλίῳ γράφων· τὸ λέγειν δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ,

πάσης

πάσης κατηγορίας ἐστὶν ἐπίμεστον, εἰ καὶ ὑπὸ πλειόνων τῶν πατέρων εἴρηται. καὶ μή μοι πάλιν εἴπῃς ὡς τῇ λέξει τῶν δύο φύσεων τινὲς τῶν πατέρων ἐχρήσαντο. ἐπὶ πλειόνων γὰρ ἡ λέξις ἀποδοκιμάσθη, κἂν αὐτοῦ Κυρίλλου εἶεν αἱ φωναί. μιᾶς οὖν καὶ τῆς αὐτῆς ἐν ἑκατέροις γνωριζομένης αἱρέσεως, Σεβήρῳ λέγω καὶ τοῖς ἐξάρχοις τῆς καινοτομίας, πῶς οὐχὶ καὶ ὁ ταύτης ἤμελλεν ἐν ἑκατέροις ἀναιδὴς ὑπάρχειν καρπὸς, λέγω δὴ τῶν ἁγίων πατέρων ἡ ἄρνησις; ἀρνεῖται γὰρ τούτοις ὁ τὰς αὐτῶν εὐσεβεῖς ῥήσεις ἀρνούμενος. καὶ ὁ μὲν Σεβῆρος κἂν προκάλυμμα τῆς αὐτοῦ δυσσεβείας ἐποιεῖτο, Νεστόριον τὸν αἱρετικὸν δι' αὐτὸν ἀποβαλέσθαι λέγων τὴν ἐν Χριστῷ δυάδα τῶν φύσεων, καὶ μίαν φύσιν ὁμολογεῖν· οἱ δὲ τῆς καινοτομίας ἔξ- B αρχοι, καὶ ταύτης ἠπόρηνται παντελῶς τῆς ψυχρᾶς καὶ ἀνοήτου προφάσεως. οὐδεὶς γὰρ τῶν αἱρετικῶν ἵνα μὴ λέγειν ἔχωσιν ὡς δι' αὐτοὺς τὰς πατρικὰς παραιτοῦνται φωνὰς, τὴν δυάδα τῶν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ θελημάτων καὶ ἐνεργειῶν ὡμολόγησεν οἷάπερ ἔλεγχον οὖσαν τῆς αὐτῶν ματαίας αἱρέσεως· ἀλλὰ μόνη τῶν ἁγίων πατέρων ἡ διδασκαλία ταύτην ὀρθοδόξως ἐκήρυξεν. ὅμως δ' οὖν ἐκεῖνο διασκοπῆσαι χρεών. εἰ γὰρ πάντων τε καὶ πασῶν εἶναι λέγουσι τῶν ἐγκρίτων πατέρων τε καὶ συνόδων τὰ τῆς αὐτῶν ἐκθέσεως δόγματα, τίνων ἢ ποίων λοιπὸν ὑπάρχειν ὁρίζονται, τὰ τῆς αὐτῶν ἀναιρέσεως δόγματα, περὶ ὧν γεγράφασιν εἰ καί τισι τῶν πατέρων εἴρηται ὅμως διὰ τὸ ξενίζειν καὶ θορυβεῖν C τάς τινων ἀκοὰς οὐδενὶ τῶν πάντων συγχωρούμενον ὁμολογεῖν; ἀδύνατον γὰρ ἐγκρίνειν ὁμοίως καὶ ἀποκρίνειν τῶν ἁγίων πατέρων τὰ δόγματα, κατὰ τὴν τῶν αἱρετικῶν αὐτόνομον πλάνην. εἰ δὲ ἀδύνατον, ἀπεκήρυξαν δὲ διὰ τὸ ξενίζειν αὐτοὺς καὶ θορυβεῖν ἅπερ τῶν πατέρων εἶπον ὑπάρχειν, εἰ καὶ ψευδὴς αὐτῶν ὁ περὶ τούτου λόγος ἐστὶν, οὐκ ἄρα λοιπὸν ἐγκρίνουσιν, ἀκυροῦσι δὲ μᾶλλον τὰ παρ' αὐτῶν εἶναι κριθέντα δόγματα τῶν πατέρων. εἰ δὲ ἀκυροῦσι, πῶς φασὶ ταῦτα τῆς εὐσεβείας τὰ δόγματα παραδεδώκασιν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου γενόμενοι; δῆλον D οὖν ἐστι κἀκ τῶν αὐτῶν τῶν ἀνοήτως παρ' αὐτῶν προτεινομένων, ὡς ὁ λόγος ἀπέδειξεν, ὅτι οὐδὲν τῶν πατέρων ἐνέκριναν, οὐδὲ ταῦτα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὑπάρχει τὰ δόγματα κατὰ τὴν ἐκείνων ἀνάπλασιν· διὸ οὐδὲ ἐγκρίτου πατρὸς μαρτυρίαν ὅλως προήγαγον ἐν τῇ οἰκείᾳ ἐκθέσει, ὥσπερ οὐδὲ ἐν τοῖς ὑπὲρ αὐτοῖς παρ' αὐτῶν πεπραγμένοις. οὐδὲ γὰρ εἶχον τὸ σύνολον οἷα πάντων αὐτὴν καταδικαζόντων τῶν ἁγίων πατέρων ὡς ἀλλοτρίαν τοῦ κατ' αὐτοὺς ὑπάρχειν ὀρθοδόξου κηρύγματος. ἀλλὰ μόνου τοῦ ὁμόφρονος αὐ- E τῶν ἀπεμνημόνευσαν Νεστορίου, πρὸς ἀπόδειξιν ἐναργῆ τῆς οἰκείας πρὸς αὐτὸν συμφωνίας, γνωρίσαντες πᾶσιν, ὡς ἐκεῖνος αὐτοῖς ὑπάρχει κανὼν καὶ διδάσκαλος τῆς ἰδίας αὐτῶν ὁμολογίας. καὶ διὰ τοῦτο λοιπὸν ὥς φασιν, ἓν θέλημα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ὁμολογοῦσιν, ἐπειδὴ καὶ ὁ μιαρὸς Νεστόριος, ταυτοβουλίαν, ἤγουν ἓν θέλημα τῶν πλαττομένων αὐτῷ δύο προσώπων ἐδόξασεν. ὁμόφρονας τοιγαροῦν τοῖς ἐν συγχύσει καὶ διαιρέσει πεπλανημένοις αἱρετικοῖς ἐν πᾶσιν εὑράμενοι Κῦρον καὶ Σέργιον, Πύῤῥον καὶ Παῦλον

A totius plenum est accusationis, licet a multis patribus dictum sit Et non mihi iterum dicas: Quoniam quidam de patribus harum naturarum vocibus usi sunt. Multo amplius hic sermo reprobatus est, licet ipsius Cyrilli voces existant. Igitur una eademque hæresi in utrisque cognita, hoc est, Severo & auctoribus novitatis, quomodo non habuit fructus ejus in utrisque improbus divulgari, hoc est, sanctorum patrum abnegatio? Nam qui eos denegat, pias eorum doctrinas respuit. Et quidem Severus operimentum suæ iniquitatis Nestorium hæreticum proferebat, propter ejus personam abjicere dicens dualitatem quæ in Christo est, & unam naturam B confiteri: sed novitatis auctores neque hujusmodi absurdam & ineptam occasionem proferre poterunt. Nemo etenim hæreticorum dualitatem Christi Dei operationum confessus est, ut ne illis hæreticis consentientes videant respuere, utpote reprehensibilem existentem, insanam hæresim illorum: sed tantum sanctorum patrum doctrina hanc dualitatem recte prædicare dignoscitur Nam si omnium probabilium patrum & synodorum dixerunt esse sanctorum patrum ecthesеos eorum dogmata, quorum vel qualium jam esse definiunt peremptionis suæ dogmati, de quibus asserunt, licet e quibusdam patribus jam dictum sit, verumtamen eo quod extraneant & conturbant quorumdam C auditus, nulli ex omnibus concedimus hæc confiteri? Impossibile est enim firmare pariterque cassare sanctorum patrum dogmata, secundum spontaneum errorem contrariorum. Si autem impossibile est firmare pariterque cassare dogmata patrum, cassaverunt autem ea quæ patrum existere prædicaverunt, pro eo quod extraneant & conturbant eos, licet falsus de hoc sermo eorum probatur, non utique jam confirmant, sed potius evacuant quæ ab eis comprobata sunt, ut dogmata patrum. Si autem negant, quomodo dicunt hæc esse pietatis dogmata, quæ tradiderunt nobis ab initio D speculatores & ministri verbi? Ideoque certum est, & ex his quæ imprudenter ab eis proferuntur, sicut sermo monstravit, quia nihil de patribus firmaverunt, neque hæc consistunt ecclesiæ dogmata juxta eorum fictiones: quoniam nec cujuslibet probabilis patris omnino testimonium produxerunt in sua ecthesi, sicuti nec in his quæ pro ejus defensione ab eis gesta sunt. nec enim habuerunt, penitus profecto omnibus sanctis patribus condemnantibus eam, utpote extraneam existentem orthodoxæ prædicatio- E nis eorum. Tantum autem scelesti Nestorii, ad argumentum manifestissimum consonantiæ, qua cum eo tenentur memorasse noscuntur, designantes omnibus, quoniam ipse regularis doctor confessionis eorum existit. Et propterea jam, ut dicunt, unam voluntatem domini nostri Iesu Christi veri Dei confitentur, pro eo quod execrandus Nestorius æqualem voluntatem, id est, unam voluntatem duarum personarum ficte ab eodem pronuntiatis confitetur. Concordantes igitur his, qui in confusione & divisione errant, hæreticis in omnibus investigantes Cyrum & Sergium, Pyrrhum & Paulum, impruden-

Severi in Cyrillum blasphemia.

imprudentiores eos illorum comprehendimus per hoc, quod etiam beati Leonis vocem auſi ſunt violare. Nam in epiſtola poſitum memorati apoſtolicæ recordationis viri, ſcripta ſanctæ memoriæ Flaviano: Operatur utraque natura cum alterius communione quod proprium eſt. de qua epiſtola ſancta Calchedonenſis ſynodus ſcripſit, in peremptionem Eutychetis dementiæ hujuſmodi dictionem poſitam fuiſſe, utpote magni illius Petri fidei conſonantem, & communem quamdam columnam adverſus praua dogmata exiſtentem, eam competenter ad confirmationem rectorum dogmatum coaptavit. Hanc ergo illius doctoris vocem, imprudenter unam domini ſignificare dixerunt operationem, neque ſanctos in hoc reveriti patres, neque vecordes hæreticos erubeſcentes: quoniam profecto utpote duas unius ejuſdemque Chriſti operationes definientem in unitione inconfuſa & indiviſa, aliqui defenſores ejuſdem pie, alii autem pie accuſatores extiterunt, quod nec ipſi auctores novitatis ignoraverunt. Studuerunt autem per hoc tam ſanctam Calchedonenſem ſynodum reſpuere, calumniari autem & beatum Leonem, propter (ut dictum eſt) abundantem eis pro temeritate impudentiam. Sed quoniam & æqualem per propria ſcripta irrogaverunt contra alios quoque patres calumniam, profecto quæ illi impie ſapiunt, dicentes & omnes ſanctos patres ſapere, oportet præſentem quidem ſecretarium in his nobis definiri, id eſt, quæ per ſanctas quinque ſynodos ſufficienter nobis expreſſa ſunt: in ſubſequenti autem aliorum quoque ſanctorum patrum, ſicut nobis deliberatum eſt, ſacratiſſimos proferre codices, quatenus per eorum beatam lectionem contra eos falſas accuſationes adverſariorum regulariter ac ſynodaliter arguamus, videlicet pro ſtabilitate piæ & ſalutiferæ prædicationis eorum.

ἀναιδεστέρους αὐτοὺς ἐκείνων ὄντας καταλαμβανόμεθα, ἐκ τοῦ καὶ τὴν τοῦ μακαρίου Λέοντος ῥῆσιν παρερμηνεῦσαι. τὸ γάρ· ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας τοῦτο ὅπερ ἴδιον ἔσχηκεν, ἐν τῇ ἐπιστολῇ δῆλον ὅτι κείμενον τῇ παρ᾽ αὐτοῦ γραφείσῃ πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Φλαβιανὸν, περὶ ἧς ἡ ἁγία ἐν Καλχηδόνι σύνοδος εἶπεν ἐπ᾽ ἀναιρέσει κεῖσθαι τῆς Εὐτυχοῦς κακονοίας, ἅτε δὴ τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου ὁμολογίᾳ συμβαίνουσαν καὶ κοινήν τινα στήλην ὑπάρχουσαν κατὰ τῶν κακοδοξούντων εἰκότως προσήρμοσε πρὸς τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων βεβαίωσιν. τὴν τοιαύτην οὖν ἱερὰν τοῦ διδασκάλου ῥῆσιν ἐξ ἀνοίας ἐκεῖνοι μίαν τοῦ κυρίου κατασημαίνειν εἶπον ἐνέργειαν, μήτε τοὺς ἁγίους εὐλαβηθέντες περὶ τούτου πατέρας, μήτε μὴν τοὺς ἀνοήτους ἐντραπέντες αἱρετικοὺς ὡς γὰρ ὁμολογουμένως δύο Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ τὰς ἐνεργείας ὑπάρχειν σημαίνουσαν καθ᾽ ἕνωσιν ἀσύγχυτόν τε καὶ ἀδιαίρετον, οἱ μὲν εὐσεβῶς τῆς φωνῆς συνηγόρησαν, οἱ δὲ δυσσεβῶς κατηγόρησαν, ὅπερ οὐδὲ αὐτοὶ μὲν ἠγνόησαν οἱ ἔξαρχοι τῆς καινοτομίας. ἐσπούδασαν δὲ διὰ τούτου τήν τε μακαρίαν ἐν Καλχηδόνι περιγράψασθαι σύνοδον καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Λέοντα διαλοιδορῆσαι, διὰ τὴν ὡς εἴρηται περιουσιάζουσαν αὐτοῖς ἐκ προπετείας ἀναίδειαν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὴν ἴσην διὰ τῶν οἰκείων γραμμάτων προσετρίψαντο συκοφαντίαν καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἁγίοις πατράσιν ἅπερ αὐτοὶ δυσσεβῶς φρονοῦσιν ἀποφηνάμενοι καὶ πάντας τοὺς ἁγίους πατέρας φρονεῖν, δέον τὴν μὲν παροῦσαν πρᾶξιν ἐν τούτοις ἡμῖν ἤτοι ἐν τοῖς ὑπὸ τῶν ἁγίων πέντε συνόδων ἱκανῶς σὺν Θεῷ ῥηθεῖσι, περαιωθῆναι. καθ᾽ ἑτέραν δὲ, τὰς τῶν ἄλλων ἁγίων πατέρων ὡς προῄρημεθα πανιέρους προκομισθῆναι βίβλους, ἵνα καὶ διὰ τῆς αὐτῶν μακαρίας ἐντεύξεως, τὰς κατ᾽ αὐτῶν ψευδηγορίας τῶν ἐναντίων κανονικῶς ἅμα καὶ συνοδικῶς ἀπελέγξωμεν, πρὸς σύστασιν τοῦ εὐσεβοῦς αὐτῶν καὶ σωτηρίου κηρύγματος.

SECRETARIUS V.

ΠΡΑΞΙΣ Ε'.

In nomine domini Dei ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti, imperii domini Conſtantini piiſſimi Auguſti anno nono, ſub die pridie Calendas Novembris, indictione octava.

Ἐν ὀνόματι κυρίου Θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλεύοντος κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ εὐσεβεστάτου Αὐγούστου ἔτους ἐννάτου τῇ προτεραίᾳ καλανδῶν Νοεμβρίων ἰνδικτιῶνος ὀγδόης.

PRÆSIDENTE ſancto ac beatiſſimo, &c. *ut ſupra Secretario primo.*

ΠΡΟΚΑΘΕΖΟΜΕΝΟΥ, καὶ τὰ λοιπά.

Martinus ſanctiſſimus ac beatiſſimus epiſcopus ſanctæ Dei eccleſiæ catholicæ atque apoſtolicæ urbis Romæ, dixit:

Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πάπας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, εἶπεν.

Proteſtatur nobis beatus apoſtolus, dicens: *Si quis certat, non coronatur, niſi legitime certaverit.* & iterum dominus ait: *Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Videlicet certaminibus ſacris propoſitis nobis pro defenſione catholicæ eccleſiæ, magnaque ſalute ex hoc ſperata ab omnium bonorum datore Deo, non deficiant manus noſtræ, dilectiſſimi fratres, per occaſionem cujuſlibet deſidiæ diſſolutæ: ſed fortes efficiamur per gratiam domini, atque virtutem potentiæ ejus: quoniã perfecit pedes noſtros tãquam cervorũ, & ſuper excelſa firmius ſtatuit

1. Tim. 2. Matth. 10. & 24. Pſalm. 17.

Παρεγγυᾶται λέγων ἡμῖν ὁ θεῖος ἀπόστολος· ἐὰν ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. καὶ ὁ κύριος· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. τοιγαροῦν ἄθλων ἡμῖν ἱερῶν προκειμένων ὑπὲρ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ σωτηρίας μεγίστης ἐκ τούτων ἐλπιζομένης παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ μεγαλοδώρου Θεοῦ, μὴ παρείθωσαν αἱ χεῖρες ἡμῶν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, προσβολῇ τῆς οἱασοῦν ἐκλυόμενοι ῥαθυμίας· ἀλλὰ δυναμωθῶμεν τῇ χάριτι τοῦ κυρίου, καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ καταρτίζοντος τοὺς πόδας ἡμῶν ὡσεὶ ἐλάφων, καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ παγίως

ἱστῶντος

ἰσῶντος νοήματα τῆς ὑπερφυοῦς αὐτοῦ δι' ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως, μάλιστα τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος περὶ ἁγίων μαρτύρων ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα καὶ τὴν εὐπερίστατον τῶν ἐναντίων καινοτομίαν, δι' ὑπομονῆς τρέχομεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, ἀφορῶντες εἰς αὐτὸν τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, ὃς ἐπὶ τῆς προκειμένης ἡμῖν δι' αὐτὸν ὑποθέσεως, τὸ πνεῦμα τῆς αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἀληθείας χαρίσεται λαλοῦν ἐν ἡμῖν καὶ φθεγγόμενον τὰ μεγαλεῖα τῆς πίστεως διὰ τῆς διδασκαλίας τῶν ἁγίων πατέρων, οὓς ἐγγράφως οἱ δι' ἐναντίας ἐσυκοφάντησαν, εἰπόντες ἐκεῖνα διδάσκειν αὐτοὺς ἅπερ αὐτοὶ διὰ τῆς καινοτομίας ἐδίδαξαν. οὗ χάριν, τὰς ἱερὰς αὐτῶν βίβλους ἐνεχθῆναι προστάσσομεν, μᾶλλον δὲ τὰς ἀναλεγείσας ἡμῖν ἐξ αὐτῶν εὐσεβεῖς περὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μαρτυρίας· τοῦτο γὰρ καὶ πράττειν, ὡς ἴστε, συνεπικουροῦντος αὐτοῦ κατὰ τὴν περὶ ταύτης ἡμῶν ἐπηγγειλάμεθα πρᾶξιν, εἰς ἔλεγχον τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἐκδίκησιν τῶν εἰρημένων ἁγίων πατέρων.

Λεόντιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Νεπόλου, εἶπεν.

Εἰ δοκεῖ τοῖς μακαριωτάτοις ὑμῖν, πρὸ τῆς ἐμφανείας τῶν πατρικῶν χρήσεων, ἐκ τῶν πεπραγμένων τῆς ἁγίας πέμπτης συνόδου τὸ μέρος ἐκεῖνο πρεπόντως ἡμῖν ἀναγνωσθήτω δι' οὗ συνοδικῶς ὁρίζεται πάντα τὰ τῶν ἁγίων πατέρων ῥήματά τε καὶ δόγματα πάντα Χριστιανὸν δέχεσθαι καὶ ὁμολογεῖν καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας τούτοις ἢ ἐξαρνουμένους τι τῶν παρ' αὐτῶν εὐσεβῶς κηρυχθέντων, κατακρίτους ὑπάρχειν· ὡς ἂν ἐντεῦθεν οἱ δι' ἐναντίας ἀκριβέστερον μάθωσι καθ' ἑαυτῶν ἐνδίκως τὰς συνοδικὰς ἐπάγοντες ψήφους ἐπὶ τῇ ἐξαρνήσει τῶν πατρικῶν παραδόσεων ἣν οὐκ εὐλόγως ἠσπάσαντο, διὰ τὴν οἰκείαν καινοτομίαν.

Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πάπας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, εἶπεν.

Κατὰ τὴν αἴτησιν Λεοντίου τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν ἀδελφοῦ προαγέσθω τῆς ἁγίας πέμπτης συνόδου τὰ πεπραγμένα καὶ ἀναγνωσθήτω καθηκόντως ἡμῖν ἐκεῖνο τὸ μέρος οὗπερ εὐλόγως ὑπεμνημόνευσε περὶ τῶν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἁγίων πατέρων εἰς τελείαν ἐντροπὴν τῶν ἀρνουμένων τὰς εὐσεβεῖς αὐτῶν παραδόσεις.

Θεοφύλακτος πριμμικήριος τῶν νοταρίων τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, εἶπεν.

Τὴν κελευσθεῖσαν βίβλον τῶν πεπραγμένων τῆς ἁγίας πέμπτης συνόδου κομίσας μετὰ χεῖρας ἔχω πρὸς τὸ παριστάμενον.

Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πάπας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, εἶπεν.

Ληφθήτω καὶ ἀναγνωσθήτω μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς ὁ δεδηλωμένος τόπος, ἤγουν ὁ περὶ τῶν ἁγίων πατέρων ὅρος, δι' οὗ θεσπίζει πάντας τοὺς εὐσεβεῖς πάντα δέχεσθαι καὶ ὁμολογεῖν τὰ παρ' αὐτῶν εὐσεβῶς κηρυττόμενα.

A intellectus summæ ejus humanitatis propter nostram salutem, maxime tantam habentes impositam sanctorum testium nubem. *Deponentes igitur omne pondus*, & circumstantem adversariorum novitatem, *per patientiam curramus, aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum*, qui in proposito nobis propter eum negotio, spiritum suæ veritatis condonet, loquentem in nobis, atque perhibentem magnalia fidei per doctrinam sanctorum patrum, quos adversarii calumniati sunt in scripto, dicentes illa eos prædicare, quæ ipsi per novitatem prædicaverunt. Pro qua re sacros codices eorum deduci præcipimus, B imo magis veneranda testimonia, quæ a nobis de ipsis codicibus pro testimonio Christi Dei electa sunt: quod utique, sicut nostis, auxiliante Deo in anteriore cognitione peragendum promisimus, ad redarguendum hæreticos, in defensione prædictorum sanctorum ac probabilium patrum.

ACTIO SEU SECR. V.

Heb. 12.

Leontius reverendissimus episcopus Neapolitanæ ecclesiæ dixit:

Si placet beatitudini vestræ, ante exhibitionem paternorum testimoniorum, de actibus sancti quinti concilii illa pars nobismet C relegatur, ubi synodaliter promulgavit, omnes sanctorum patrum sermones & dogmata ab omnibus suscipi Christianis & confiteri, & contradicentes his aut negantes quæ ab eis prædicata sunt, condemnationi submisit: quatenus ex hoc adversarii veraciter cognoscant contra semetipsos synodales superinducentes definitiones. Si quis abnegaverit paternarum traditionum statuta: quam abnegationem irrationabiliter amplexi sunt propter suam temerariam novitatem.

D *Martinus sanctissimus ac beatissimus episcopus sanctæ Dei ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ, dixit:*

Secundum ea quæ poscuntur a Leontio dilectissimo fratre nostro, gesta venerandi quinti concilii nobismet producantur, & pars ejus, de qua superius rationabiliter memorare dignoscitur sanctorum catholicæ ecclesiæ patrum, ad plenam reprehensionem eorum qui pias doctrinas refutare nituntur, lectioni pandatur.

Theophylactus primicerius notariorum apostolicæ sedis, dixit:

Codicem, quem jussistis, venerandi quinti concilii afferens de venerabili scrinio, præ E manibus habeo: quid præcipitis?

Martinus sanctissimus ac beatissimus episcopus sanctæ Dei ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ, dixit:

Suscipiatur, & competenter prædictus locus relegatur, id est, sanctorum patrum definitio, per quam promulgant cunctos orthodoxos omnia suscipere & confiteri, quæ ab ipsis pie prædicata sunt.

ACTIO SEU SECR. V.

Et accipiens Anastasius notarius regionarius apostolicæ sedis, relegit continentem ita:

A Καὶ λαβὼν Ἀναστάσιος νοτάριος ῥεγεωνάριος τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἀνέγνω. ἐκ τῆς ἁγίας πέμπτης συνόδου.

Sententia v. Synodi.

His ita se habentibus, manifestum facimus, quoniam omnia quæ a prædictis sanctis quatuor synodis, sicut dictum est, de orthodoxa fide promulgata sunt, & de ecclesiastica stabilitate terminata, & servavimus & servamus. Licet enim diversis temporibus contra emersos hæreticos denominata quatuor concilia facta sunt, unam eamdemque confessionem rectæ fidei conservaverunt & prædicaverunt. Et propterea omnia quæ consonant his, quæ ab antefatis quatuor synodis pro recta fide definita sunt, suscipimus: Omnia B autem quæ non consonant his, quæ definita sunt ab eisdem sanctis quatuor conciliis, aut uno de eis, & in defensionem hæreticorum vel impietatis ipsorum conscripta sunt, ut extranea judicantes pietatis dogmatibus, condemnamus & anathematizamus. Super his autem in omnibus sequimur sanctos patres doctoresque ecclesiæ Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium theologum, & Gregorium Nyssanensem, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Ioannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proclum, & suscipimus omnia quæ ab eis pro recta fide & in condemnationem hæreticorum exposita sunt. Suscipimus autem & alios sanctos & orthodoxos patres, qui in sancta Dei C ecclesia rectam fidem irreprehensibiliter usque in finem prædicaverunt. Hac itaque recta confessione in sancta Dei catholica & apostolica ecclesia conservata ac prædicata, si quis se de ejus communione separaverit, contraria sapiens, alienum seipsum rectæ fidei ostendens, & hæreticis connumerans, merito a sancta Dei ecclesia condemnatur & anathematizatur.

Patres catholici.

A καὶ εἰ ὁ τύπος ἐκβάλλει τὴν ἔκθεσιν, ἡ μὲν λέγουσα, μίαν ἔχειν. ὁ δὲ λέγων μηδεμίαν ἔχειν τὸν κύριον θέλησιν ἢ ἐνέργειαν, ἄρα ἐφ᾽ ἑαυτὸ ἐμερίσθη τούτων ἑκάτερον, πῶς ἂν σταθήσεται τῶν ἐναντίων ἡ αἵρεσις, ὑφ᾽ ἑαυτῆς καταργηθεῖσα μᾶλλον, ἢ παρ᾽ ἡμῶν ὡς ἕωλος καὶ ἀβέβαιος; μὴ τοίνυν παρερχομένῃ σκιᾷ μᾶλλον δὲ λυομένῃ φθορᾷ τὴν εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν ὀρθόδοξον ὑμῶν πίστιν ἀπεμπολήσητε, θαυμάζοντες τὰ πρόσωπα ὠφελείας χάριν. ἐπειδὴ ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται, ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι, καὶ ἐξήρανε τὸν χόρτον, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσεν, καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπώλετο. οὕτως καὶ ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαρανθήσεται, ἵνα μὴ τῇ ἀγάπῃ τοῦ κόσμου προσπασχόν-B των ἡμῶν, ῥηθῇ καὶ περὶ ἡμῶν· ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ὑπὲρ τὴν δόξαν τοῦ μόνου Θεοῦ, καὶ ὑποπέσωμεν αἰωνίῳ κρίματι. φοβερὸν ἀδελφοὶ τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος τοῦ ἀποφαινομένου καὶ λέγοντος· ὃς ἀρνήσεταί με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐτὸν, ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδίκῳ πολεμούντων, ἢ προδιδόντων αἱρέσει. διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, φανερὸν γέγονεν αὐτοῖς. ὁ Θεὸς γὰρ αὐτοῖς ἐφανέρωσε διά τε τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ προφητῶν καὶ διδασκάλων, καὶ τῶν οἰκουμενικῶν πέντε συνόδων, ὧν τὰ δόγματα, νόμος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ὑπάρχουσι· καὶ ὅμως τούτων ἁπάντων, τὴν οἰκείαν προέκριναν καινοτομίαν. μηδεὶς οὖν ὑμᾶς ἐξαπατάτω κενοῖς

C λόγοις. διὰ ταῦτα γὰρ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας· μὴ οὖν γίνεσθε συμμέτοχοι τῶν δογμάτων αὐτῶν, μήτε κοινωνεῖτε τοῖς λόγοις αὐτῶν τοῖς ἀκάρποις· μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε, ἐπειδὴ σύνοδος ἀθετούντων εἰσὶ, καὶ ἐνέτειναν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν ὡσεὶ τόξον, ψεῦδος καὶ οὐ πίστις ἐνίσχυσεν εἰς αὐτοὺς, ὅτι ἐκ κακῶν, εἰς κακὰ ἐξήλθοσαν, καὶ ἐμὲ οὐκ ἔγνωσαν φησὶ κύριος. ἀλήθειαν γὰρ, οὐ μὴ λαλήσωσι, μεμάθηκεν ἡ γλῶσσα αὐτῶν, λαλεῖν ψευδῆ, ἠσέβησαν, καὶ οὐ διέλιπον τοῦ ἐπιστρέψαι, καὶ οὐκ ἠθέλησαν τοῦ εἰδέναι με λέγει κύριος. στῆτε οὖν ὑμεῖς ἀγαπητοὶ, ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἴδετε καὶ ἐρωτήσατε τρίβους κυρίου αἰωνίας, καὶ ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθὴ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ

D βαδίσατε ἐν αὐτῇ. καὶ εὑρήσετε ἁγνισμὸν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, ἀλλ᾽ εἰ καὶ πάσχετε διὰ Χριστὸν, μακάριοι ἐστέ. τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μὴ δὲ ταραχθῆτε, κύριον δὲ τὸν Θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. αὐτοῦ λέγοντος ἐπακούσατε· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβηθῆτε μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἐν γεέννῃ ἀπολέσαι· οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν; ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί. μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐ-

E τοὺς, πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς. ἀναλογίσασθε γὰρ, ἀδελφοὶ, τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς ἑαυτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ ἐκκακῆτε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι, οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀγωνιζόμενοι. πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν. ἀγαπητοὶ, τὰ κρείσσονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε, ἀρχαὶ, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα

δυνήσεται

ANNO CHRISTI 649.

δυνήσεται ὑμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ὀρθοδόξου πίστεως. μὴ οὖν ἀποβάλλητε τὴν ὁμολογίαν ὑμῶν, ἥτις ἔχει μεγάλην μισθαποδοσίαν, ὑπομονῆς γὰρ ἔχομεν χρείαν, πρὸς τὰς προσβολὰς τῶν ἐναντίων, ἵνα τὴν πίστιν ἀκεραίαν μέχρι τέλους τηρήσαντες, ἀπολάβωμεν τὰς ἐπαγγελίας, ἃς ἐπηγγείλατο τοῖς νομίμως ἀθλοῦσιν ὁ κύριος. ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. ἰδοὺ γὰρ ὁ κριτὴς πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκε τοὺς στεφάνους ἱλαρῶς προτεινόμενος, τοῖς δι' αὐτὸν ὑπομένουσιν. ἀλλ' ἐὰν ὑποστείληταί τις φησιν, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ, ἐκπίπτει γὰρ τῆς ἐπαγγελίας, ὁ τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν, δι' ὑποστολῆς ἐξαρνούμενος. B ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν, ἀλλὰ πίστεως, εἰς περιποίησιν ψυχῆς, διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ κατὰ παντὸς αἱρετικοῦ ἀνδρός τε καὶ δόγματος, καὶ ἐνδύσασθε τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας, ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ διὰ πάσης προσ- C ευχῆς καὶ δεήσεως ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι, ἵνα τὸ αὐτὸ μεθ' ἡμῶν λέγητε πάντες, καὶ μὴ εἴη ἐν ἡμῖν σχίσματα, διαιροῦντα τὸ καλὸν καὶ ἄρτιον σῶμα τῆς ἐκκλησίας, εἰς ἀνωμάλους καινοτομίας. ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ βεβαίως, ἵνα δι' αὐτῆς τὰς ὁδοὺς ἡμῶν ὀρθοτομοῦντες, εἰς αὐτὸν ἀκλινῶς καταντήσωμεν τὸν πιστευόμενον κύριον, πρὸς ὃν προσερχόμενοι, λίθον ζῶντα ὑπὸ ἀνθρώπων μὲν ἀποδεδοκιμασμένον διὰ τῆς αὐτῶν ἀσεβοῦς αἱρέσεως, παρὰ δὲ Θεοῦ ἐκλεκτὸν ἔντιμον· μᾶλλον δὲ Θεὸν κατὰ φύσιν ὑπάρχοντα κἂν εἰ γέγονε σὰρξ δι' ἡμᾶς, καὶ αὐ- D τοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας αὐτῷ, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας καὶ τὰ νῦν ἀδελφοὶ παρατιθέμεθα πάντας ὑμᾶς τῷ κυρίῳ καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ τῷ δυναμένῳ τελειῶσαι καὶ δοῦναι τὴν ὁλοκληρίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν. αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως, δώῃ ὑμῖν, τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις καὶ ἐν αὐτῷ πάντοτε καὶ ἐν πᾶσιν, ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ δοξάζωμεν αὐτὸν, ἐν ὁμονοίᾳ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, τὸν δυνάμε- E νον στηρίξαι ὑμᾶς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου, χρόνοις αἰωνίοις. σεσιγημένου, φανερωθέντος δὲ διά τε τῶν γραφῶν ἁγίων καὶ πατρικῶν, ἤτοι θεοπνεύστων διδασκαλιῶν, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ εἰς ὑπακοὴν πίστεως εἰς πάντας ὑμᾶς γνωρισθέντος. μόνῳ σοφῷ Θεῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, τιμὴ, κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

EPISTOLA MARTINI PP. I.

A magistro gentium docente, *poterit vos separare a caritate domini nostri Iesu Christi*, & quæ in ipso est, recta fide. *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est* ad colluctationes adversariorum, quatenus fidem intemeratam usque in finem conservantes, repromissionem percipiamus, quam repromisit his qui legitime certare deproperant. Adhuc enim modicum quantulum, qui venturus est veniet, & non tardabit. Ecce enim judex ante januam assistit, coronas hilariter promittens his qui pro eo passionibus submittuntur. *Quod si subtraxerit se quis, non placebit animæ meæ*, sed cadet de promissione propter negationem. *Nos autem non sumus subtractionis in perditionem, sed fidei in acquisitionem* B *animæ. Propter quod assumite arma Dei, ut possitis resistere in die malo* adversus omnem hæreticum virum & dogmata, *& induite vos loricam justitiæ, calceati pedes in præparatione euangelii pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia jacula nequissimi ignita extinguere: & galeam salutis accipite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem & obsecrationem, radicati & fundati, ut idipsum nobiscum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata*, dividentia bonum & integrum corpus ecclesiæ in tortuosas novitates: sitis autem perfecti & integri in eodem sen- C su, & in eadem scientia firmati, ut per eam vias nostras dirigentes, in eumdem inflexibiliter occurramus, qui a nobis creditur dominus: *ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum* pro eorum impia hæresi, *a Deo autem electum & honorificatum*, magis autem Deum naturaliter existentem, licet propter nos caro factus sit, *& vos tamquam lapides vivi ædificemini domus spiritualis, in sacerdotium sanctum, offerentes spiritales hostias ipsi in odorem suavitatis. Sed & nunc fratres commendamus omnes vos domino, & verbo gratiæ ejus*, qui potest perficere & dare hereditatem in omnibus sanctificatis. Ipse autem Deus pacis & consolationis det vo- D bis idipsum sapere in alterutrum, & in ipso semper, ut in omnibus unanimes, uno ore & uno corde honorificemus eum in concordia orthodoxæ fidei, *qui potens est confirmare nos secundum euangelium ejus, secundum revelationem mysterii temporibus æternis taciti, patefacti autem per scripturas sanctas*, & patrum orthodoxorum doctrinas, *secundum præceptum æterni Dei, ad obediendum fidei, in omnibus nobis cogniti*. Soli sapienti Deo domino nostro Iesu Christo, cum Patre & Spiritu sancto, gloria, honor, imperium, & potestas in sæcula sæculorum. Amen. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi fratres. E

Heb. 10. *Ibidem.* *Iacob.* 5. *Heb.* 10. *Ephes.* 6. 1. *Cor.* 1. 1. *Petr.* 2. *Act.* 20. *Rom.* 15. *Rom.* 16.

ANNO CHRISTI 649.

EPISTOLA MARTINI PAPÆ AD AMANDUM EPISCOPUM TRAIECTENSEM.

Dissuadet ne episcopatum abdicet. mittit acta synodi Romanæ, ut ab episcopis Galliæ congregata synodo confirmentur. monet ut Sigeberto regi suggerat de mittendis in urbem episcopis, qui legatione ad imperatorem fungantur.

Dilectissimo fratri Amando Martinus.

FRATERNITATIS tuæ studio pietatis congestam epistolam suscipientes, animos nostros relevari cognoscimus. Quippe quoniam hujus sæculi fluctivagas atque transitorias despicientem oblectationes, illa quæ perpetua & sublimia dona pro domini Dei nostri obsequiis tribuuntur, appetere certum est. Ex relatione igitur, juxta tenorem tuæ fraternitatis epistolæ, præsentium latoris: laborum tuorum certamen cognovimus: ex quibus cælestis patriæ ascensu, humiliatis mentibus, atque contritis corporibus, vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Nam cum sit nulli omnino comparationi coæquandum, quod a creatore nostro pro bonis servitiis repensatur, dum brevi, atque parvo temporis spatio finiuntur labores, quos pro dilectione ipsius sustinemus, consideratione refrigerii nos oportet libenti animo tolerare præsentis vitæ angustias. Sed quantum nobis laborum vestrorum operatio magnam gaudii ubertatem inducit, tantum pro duritia sacerdotum gentis illius conterimur, quod postpositis salutis suæ suffragiis, atque redemptoris nostri contemnendo servitia, vitiorum " fœtoribus ingravantur: quibus ad præparandam salutem quandoquidem tantum nos necesse est importunis prædicationibus imminere, quantum nos perfectæ negotiationis creditorum nobis talentorum duplicat assignatio, atque dominicæ vocis ad suscipiendam ejus requiem persuadet assertio. Suggestum est namque nobis, eo quod presbyteri, seu diaconi, aliique sacerdotalis officii, post suas ordinationes in lapsu coinquinantur: & propterea nimio mœrore fraternitatem tuam adstringi, velleque pastorale obsequium pro eorum inobedientia deponere, & vacationem ab episcopatus laboribus eligere, & in silentio atque otio vitam degere, quam in his quæ tibi commissa sunt permanere, dicente domino: *Beatus qui perseveraverit usque in finem.* Unde namque beata perseverantia, nisi de virtute patientiæ? quia secundum apostolicam prædicationem, *Omnes qui voluerint in Christo pie vivere, persecutiones patientur.* Ideoque, frater carissime, non vos afflictionum amaritudo a pio mentis vestræ proposito coarctet recedere, considerans quanta pro absolutione nostri & liberatione creator dominusque noster pertulerit, quibusque se contumeliis afficiendum tradiderit, ut nos a vinculis diabolicæ potestatis liberaret. Propterea nullatenus in hujusmodi peccato delinquentibus ad destructionem canonum compassionem exhibeas. Nam qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, deinceps jam depositus erit, nullumque gradum sacerdotii poterit adipisci: sed sufficiat ei lamentationibus fletibusque assiduis quousque advixerit in eadem pœnitentia perdurare, ut commissum delictum divina gratia extinguere valeat. Si enim tales quærimus ad sacros ordines promovendos, quibus nulla ruga, nullumque vitæ contagium mentes & corpora præpediat: quanto magis, si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & prævaricationis peccato deprehendatur obnoxius, omnino prohibendus est cum manibus lutulentis atque pollutis mysterium nostræ salutis tractare? Sitque hujusmodi semper, juxta sacrorum canonum statuta, in hac vita depositus; ut ab illo qui mentis interiora scrutatur, nullamque de ovibus errare congaudet, dum aspexerit sinceram pœnitentiam ejus, in terribili judicio habeat reconciliatum. Ideoque iterum hortamur caritatem tuam, exemplo ejus qui pro nobis pati & mori voluit, promptos vos in cunctis ejus servitiis permanere. Neque pigeat vos temporales cruciatus pro Christi nomine sustinere: sed emolumenta futuræ remunerationis hujus sæculi vexationes tolerare persuadeant. Scriptum namque est: *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini invocabo.* Tantum enim a nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequio commodare. Cumque cuncta quæ nobis ad confortandos fraternitatis vestræ animos poterant ministrari, largiente supernæ majestatis clementia vobis sint procul dubio manifesta, restat ut de aliis quæ nos per sua scripta consuluit, fraternitati vestræ significemus.

Credimus etenim ad vos pervenisse, quomodo in conturbatione rectæ fidei, & catholicæ ecclesiæ conculcatione, ante hos annos plus minus quindecim, a Sergio falso episcopo Constantinopolitano, in auxilio habente tunc imperantem Heraclium, execranda & abominanda hæresis pullulavit, Apollinaristarum & Severianorum, Eutychianistarũ atque Manichæorum errorem renovans: quam successor ejus Pyrrhus, idemque episcopus, qui ambitionis fastu Constantinopolitanam sedem arripuit, in deterius auxit. Pro qua re sæpius apostolica sedes persuasionibus, contestationibus, atque increpationibus plurimis admonuit eos, quatenus ab ejusmodi errore recederent, & ad lumen pietatis ex quo lapsi sunt, remearent. Et non solum hoc facere nullatenus voluerunt: sed & nunc successor ejus Paulus, temerator fidei, episcopus Constantinopolitanus, aliud nequius excogitavit in præjudicium catholicæ fidei conamen, quasi quæ a decessoribus suis hæretice exposita fuerunt destruens; & imperialem typum, sacrilego ausu, totius plenum perfidiæ, a clementissimo principe nostro fieri persuasit, in quo promulgatum est, ut omnes populi Christiani credere debuissent. Ideoque necesse habuimus, ne pro quadam negligentia & animarum detrimento quæ nobis commissæ sunt, culpæ reatu adstringamur, cœtum generalem fratrum & coepiscoporum nostrorum in hac Romana civitate congregare. In quorum præsentia memoratorum hæreticorum scelerosa conscripta examinata, atque denudata sunt, & apostolico mucrone, patrumque definitionibus, uno ore unoque spiritu condemnavimus; ut cognoscentes universi errorem qui in eis continetur, eorum pollutione nullatenus maculentur. Unde prævidimus volumina gestorum synodalium in præsenti vobis dirigere, una cum encyclia nostra. Ex quo-

Marginalia: " fœderibus | Mat. 10, 22. & 24. 13. | 2. Tim. 3. 12. | Distinct. 1. Qui semel post. | Distinct. 1. Si post ordinationẽ. | ANNO CHRISTI 649

quorum serie omnia subtiliter potestis addiscere, & tenebras illorum nobiscum, ut filii lucis, extinguere. Idcirco studeat fraternitas tua omnibus eadem innotescere, ut tam abominandam hæresim nobiscum execrentur, quamque suæ salutis sacramenta addiscere valeant, atque synodali conventione omnium fratrum & coepiscoporum nostrorum partium illarum effecta, secundum tenorem encycliæ a nobis directæ scripta una cum subscriptionibus vestris nobismet destinanda concelebrent, confirmantes atque consentientes eis, quæ pro orthodoxa fide, & destructione hæreticorum vesaniæ nuper exortæ a nobis statuta sunt. Et [2] Sigebertum præcellentissimum filium nostrum regem Francorum, pro suæ Christianitatis remedio consultissime admone atque precare, dirigere nobis ex corpore fratrum nostrorum dilectissimos episcopos, qui sedis apostolicæ legatione, divina concedente propitiatione, fungi debeant, & quæ in nostro concilio peracta sunt, cum his synodalibus apicibus vestris, ad clementissimum principem nostrum sine dubio asportare: ut nostrorum laborum particeps effectus, mercedis cumulum adipisci valeat, & sui regni protectorem inveniat eum, cujus causa flagitari dignoscitur. Hoc namque & in ejus epistola exhortari eum cognovimus. Reliquias vero sanctorum, de quibus præsentium lator nos admonuit, dari præcepimus. Nam codices jam exinaniti sunt a nostra bibliotheca, & unde ei dare nullatenus habuimus: transcribere autem non potuit, quoniam festinanter de hac civitate regredi properavit. His igitur prælibatis, quæ a nobis per epistolam vobis scripta sunt, effectui mancipari fraternitatem vestram hortamur. Deus te incolumem custodiat, dilectissime frater.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Martini papæ epistola.*] Synodum Romanam Martini papæ adversus Monothelitas, cujus acta cum hac epistola in Galliam missa sunt, celebratam constat mense Octobri, anno Christi DCXLIX Scripta igitur epistola, vel eodem mox anno exeunte, vel initio sequenti.

2 *Sigebertum regem.*] Dagoberti nempe filium, qui in Austrasia regnabat. Ex actis porro vitæ sancti Eligii lib. 1. cap. 33. liquet eadem gesta synodalia ad Clodoveum quoque regem Sigeberti fratrem missa, qui in Neustria & Burgundia, hoc est in altera Francici regni parte imperabat.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Postquam Constans imperator electionem sancti Martini more solito confirmasset, ab eoque in signum gratitudinis exegisset, ut promulgatam a se perfidiam pontifex suo consensu suaque subscriptione approbaret; non modo impium aliquod petenti imperatori non consensit, sed potius in contrarium nisus synodum indixit, in qua promulgatam perfidiam condemnavit. Causa igitur primaria hujus synodi cogendæ non tam fuit, ut Sergius, Pyrrhus & Paulus jam antea condemnati, iterato judicio damnarentur, quam ut recens credendi formula ab imperatore suo edicto (quod typum nominavit) proposita, omnino proscriberetur, atque anathemati subjiceretur. Sanctum Martinum pontificem ad hanc synodum convocandam, a sancto Maximo abbate inductum esse, scribit Theophanes anno 19. Heraclii, his verbis: *Cum autem Maximus Romam pervenisset, papamque Martinum ad æmulationem accendisset, synodo centum decem episcoporum collecta, Sergium, Pyrrhum, Cyrum & Paulum anathematizaverunt*, &c. Quod in actis concilii nulla mentio reperiatur Maximi, mirum videri non debet, cum abbates etiamsi ad synodum admitterentur, non decidendi & subscribendi, sed tantum consulendi facultatem haberent. Hæc sancta synodus tantæ est amplitudinis, dignitatis ac majestatis, ut

A ad plenam fidei catholicæ professionem, post quinque universalium synodorum assertionem, hujus quoque confessionem usque ad plenam sexti œcumenici concilii promulgationem fideles adjicere solerent. Constat illud ex synodo Anglicana sub Theodoro archiepiscopo celebrata apud Bedam lib. 5. hist. Anglic. cap. 17. quam infra collocatam invenies sub Adeodato papa. Acta synodalia integra extant Græce & Latine scripta, eo quod non tantum in archivo sedis apostolicæ illa servata fuerint, sed quia plurima ex prototypo confecta sunt exemplaria, quæ ab eodem pontifice missa sunt in omnes provincias orientis & occidentis. Id quidem testatur Anastasius in vita Martini, idemque ab eodem pontifice asseri videtur in epistola ad Amandum, cum non synodalem tantum epistolam more majorum ad eum misit, sed ipsa integra synodalia acta. Continet ipsa synodus B quinque secretarios sive consultationes, sessiones, vel actiones.

Actorum plura exemplaria Græca & Latina. " " nunc primum a nobis Græce edita.

Horum primo III. Nonas Octobris celebrato, præparatis per primicerium notariorum ad bellandum animis episcoporum, sanctus Martinus papa ad synodum orationem habuit, qua ostendit per hæresim Monothelitarum mysterium incarnationis everti: nominatisque prædictæ hæreseos auctoribus, Cyro Alexandrino, Sergio, Pyrrho & Paulo Constantinopolitanis episcopis, auctoritate S. scripturæ & SS. patrum, catholicum dogma confirmavit: quæque ab adversariis adducta erant, docte & solide refutavit, eo ipso, quod posita una voluntate, una inferatur natura, adeoque totum incarnati Verbi mysterium destruatur. Post hæc lecta est epistola Mauri episcopi Ravennatis, quam per legatos episcopi Cæsenatis ad synodum destinaverat. Qua cum ille absentiam suam per incursiones barbaricas excusasset, fideique catholicæ professionem emisisset, Martinus papa de duabus in Christo voluntatibus & operationibus disertam disputationem C adhibuit: qua absoluta, auditaque suggestione Deusdedit episcopi, finis impositus est primo synodi secretario.

Primæ cōsultationis compendiosa relatio.

Secundus secretarius habitus est octavo Idus Octobris, quo dum Martinus papa de qualitate judicii ecclesiastici paucula præfatus fuisset, oblati sunt duo libelli; alter a Stephano Dorensi episcopo sedisque apostolicæ in Palæstina vicario: alter ab abbatibus, presbyteris & monachis Græciæ. Petebatur in utroque ut impii hæretici cum sua hæresi, cumque abominabili typo sub imperatoris nomine promulgato damnarentur. His auditis, jussa sunt edi scripta eorum qui prædecessori Theodoro papæ adversus eosdem hæreticos querelarum libellos obtulerant. Primum lectæ sunt Sergii episcopi cujusdam in Cypro: deinde epistolæ Africanorum episcoporum, quas ad Theodorum papam, Constantem imperatorem, & Paulum Constantinopolitanum transmiserant.

Secundæ consultationis succincta enarratio.

Tertia consultatio celebrata fuit 16. Kalend. Novem- D bris. In hac Martinus pontifex præmisit, quo studio, quave vigilantia & cura mandato Dei hæresibus resistere debeat, is qui universæ ecclesiæ præest. His prævius, jussu ejusdem pontificis eduntur scripta Theodori Pharanitæ episcopi de una voluntate & operatione. Ad hæc confutanda, sanctorum patrum sententiæ in medium allatæ sunt. Deinceps novem capitula Cyri Alexandrini cum epistola, quam Sergius Constantinopolitanus ad ipsum scripserat, recitata fuerunt. Et quoniam Cyrus testimonio sancti Dionysii suam sententiam confirmabat, jussus est afferri codex Dionysii, legique ejus epistola ad Caium, in qua deivirilem Christi operationem appellat. Interlocutus sanctus Martinus papa, detecta hæreticorum fraude, textum Dionysii corrupte citantium, ostendit, quod cum Dionysius Areopagita dixisset, novam deivirilem operationem, loco *novam*, illi *unam* dixerint; ejectaque voce *deivirilis*, unam in Christo operationem dumtaxat asseruerint. Iussa sunt etiam E legi scripta Themestii hæretici, de una operatione ex Dionysii deivirilis operationis male accepta sententia. Quæ cum lecta fuissent, Martinus papa Dionysium per deivirilem operationem non unam, sed unius personæ duas, humanam scilicet & divinam, significare voluisse, pluribus ostendit. Idem per Sophronium Hierosolymitanum episcopum antea detectum, & in hæreticos objectum, male vero a Pyrrho excusatum fuisse, Deusdedit Calaritanus episcopus interlocutione sua demonstravit. His peractis, jussa est edi ecthesis Sergii Constantinopolitani episcopi, nomine Heraclii imperatoris edita & promulgata: addita est lectio epistolarum, quas pro confirmatione prædictæ ectheseos Sergius ad Cyrum, & contra Cyrus ad Sergium reddidit.

Tertiæ cōsultationis compendium.

Quarta consultatione Martinus papa ecthesim Heraclii, ejusque defensores Sergium, Cyrum & Pyrrhum fortissimis rationibus impugnavit, addiditque de Paulo, qui typum edendum proposuit, judicium peragi. Iussæ

Quartæ cōsultationis compendium.

ANNO CHRISTI 649.

igitur sunt literæ ipsius Pauli ad Theodorum Romanum pontificem recitari; ex quibus refractarius illius animus cognitus fuit. His adjecta est lectio typi, quem cum sancta synodus subdolum, inconstantem, mendacem atque in omnibus impium esse reperisset, eumdem condemnavit. His pravis germinibus evulsis, jussu sanctissimi pontificis Nicænum & Constantinopolitanum symbolum, duodecim anathematismi concilii Ephesini, definitio fidei catholicæ facta in Calchedonensi concilio, & quatuordecim capita quintæ synodi recitata fuerunt. Quibus lectis, nomine totius synodi locutus est Maximus Aquileiensis episcopus, pluraque in commendationem conciliorum, & in detestationem hæreseos ejusque sectariorum inculcavit: quæ vero a sanctis patribus pro catholica veritate scripta fuerunt, in sequentem consultationem rejecit.

Quintæ consultationis compendium. Quinta & ultima consultatione, quam pridie Kal. Novemb. habuerunt, hortatu Martini papæ, allata sunt volumina sanctorum patrum, ex quibus patres concilii velut e pharetra sagittas, quibus adversarii ferirentur, acceperunt. Deinde jussa sunt legi veterum hæreticorum scripta eo fine, ut recentiores hæreticos convincerent, qui se patres orthodoxos sequi, concilia tueri, & antiquorum hæreticorum sententias de fide nequaquam sectari, ad decipiendum simpliciores, mentiebantur. Post fidem orthodoxam de vera Verbi incarnatione stabilitam, ad confutandas adversariorum assertiones, viginti canones sanciverunt; quibus singulis ad finem apposita est condemnatio eorum qui secus sentirent. Demum vero post hæc secuta est omnium episcoporum subscriptio, cui tamquam appendix addita postea fuit subscriptio trium aliorum episcoporum, nempe Ioannis episcopi Mediolanensis, Iustini episcopi Calaritani, & Malliodori Dertonensis episcopi. Absoluta synodo, scripta est a sancto Martino Romano pontifice & concilio epistola synodalis & encyclica ad omnes Christi fideles, de rebus pro fide catholica in hac synodo gestis. Exemplaria synodalium actorum ad singulos fere episcopos transmissa fuerunt, ut constat ex ea epistola, quam Martinus papa ad Amandum Trajectensem episcopum reddidit. Hæc de synodo Lateranensi compendiose excerpta sunt ex Baronii annalibus anno 649. num 1. & seq.

b *Lateranense.*] De Lateranensi ecclesia & palatio, vide quæ notavi supra tom. I. sub Melchiade.

Numerus episcoporũ quantus. c *Centum quinque episcopi.*] Tantus est numerus eorum, qui in fine consultationis quintæ subscripsisse reperiuntur. Centum & decem episcopos interfuisse huic concilio, scribit Theophanes verbis supra enarratis.

Tempus concilii. d *Anno domini 649.* &c.] Constat ex initio actorum concilii, ubi dicitur: hæc synodus celebrata anno nono Constantis, indictione octava: quæ tempora cum anno redemptoris nostri Iesu Christi 649. & initio pontificatus sancti Martini coincidunt.

"** Quid de hac sub Martino I. papa Lateranensi synodo annotet auctor libelli synodici observavimus sub finem superioris tomi pag. ..... quam lector consulat ante concilium Toletanum quartum.

ANNO CHRISTI circ. 650.

CONCILIVM CABILONENSE,

CLODOVEI II. REGIS EVOCATIONE VIII. Kalendas Novembres in urbe Cabilono in basilica S. Vincentii celebratum, circa annum Christi DCL. Martini papæ II. Clodovei ejusdem regis VI.

TITVLI CANONVM.

I. *Vt fidei Nicana norma in omnibus conservetur.*
II. *Vt canonum statuta serventur.*
III. *De clericorum cum extraneis feminis familiaritate fugienda.*
IV. *Ne duo in civitate una eodem tempore habeantur episcopi.*
V. *Vt sæculares nondum clerici, parochias aut earum res non regant.*
VI. *Nemo ante audientiam res ecclesiæ invadere præsumat.*
VII. *Res defuncti presbyteri, vel abbatis, intactæ permaneant.*
VIII. *De pœnitentia peccatorum a sacerdotibus indicenda.*
IX. *Ne mancipia Christiana extra regni terminos vendantur.*
X. *Vt episcopi a comprovincialibus, clero, & civibus suis eligantur.*
XI. *Vt judices publici per monasteria & parochias, nisi invitati, non discurrant.*
XII. *Vt duo abbates in uno monasterio non sint.*
XIII. *Vt nullus alienum clericum retineat, nec ordinet, sine episcopi sui voluntate.*
XIV. *De oratoriis per villas potentum, ut clerici qui his deserviunt in episcopi libera sint potestate.*
XV. *Vt abbates & monachi sæculari patrocinio non utantur, & principem sine episcopi sui permissu non adeant.*
XVI. *Vt nemo ad sacros ordines per præmium promoveatur.*
XVII. *Vt nullus sæcularium in ecclesia, vel in ipsius atrio, scandalum aut simultates excitare præsumat.*
XVIII. *Vt die dominico ruralia opera nemo exerceat.*
XIX. *Ne turpia vel obscœna in basilicis, aut in earum porticibus & atriis, cantari permittantur.*
XX. *De Agapio & Bobone Diniensis urbis episcopis.*

PRÆFATIO.

PRISCIS quidem canonibus noscitur institutum, ut metropolitani cum eorum comprovincialibus per singulos annos debeant in synodali conjungi Deo propitiante concilio. Sed nunc tam ex communi omnium voluntate, quam ex evocatione vel ordinatione gloriosissimi domini Clodovei regis, pro zelo religionis, vel orthodoxæ fidei dilectione, in Cabilonensi urbe in ecclesia sancti Vincentii pariter conglobati, ipsius sancti martyris intercessionem poscentes, ut longævitatem supradicti principis suo suffragio mereremur, & inspiratione divina interveniente, de canonibus significaretur, quod si fuisset aliquid prætermissum, vel per negligentiam, aut ignorantiam vitiatum, in pristinum statum, sicut dudum fuerat a sanctis patribus statutum, deberet auxiliante Christo domino reformari.

CANONES.

I.

Ita omnes una conspiratione & connivente animo sentientes definivimus, ut fidei norma, sicut in Nicæno concilio pia est professione firmata, vel a sanctis patribus tradita, atque ab ipsis exposita, vel in postmodum a sancto etiam Calchedonensi concilio firmata, in omnibus & ab omnibus conservetur.

II.

Canonum vero statuta ab omnibus intemerata serventur.

III.

Licet jam prioribus canonibus fuerit statutum, placuit tamen renovare, ut si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicumque ex sacerdotali catalogo, præter personas quæ in ipsis canonibus continentur, cum qualicumque extranea muliere familiaritatem habere præsumpserit, quæ dedecoris vel adulterii

ANNO CHRISTI c. 650.

adulterii possit afferre suspicionem, juxta statuta canonum ab ordine degradetur.

IV.

Vt duo in una civitate penitus uno tempore nec ordinentur, nec habeantur episcopi, ne res ecclesiæ sæva divisione debeant partiri.

V.

Sæculares vero, qui necdum sunt ad clericatum conversi, res parochiarum, vel ipsas parochias minime ad regendum debeant habere commissas.

VI.

Vt nullus ante audientiam res quarumlibet ecclesiarum invadere, aut auferre præsumat: quod qui fecerit, ut necator pauperum habeatur.

VII.

Vt defuncto presbytero, vel abbate, nihil ab episcopo auferatur, vel archidiacono; vel a quocumque, de rebus parochiæ, vel xenodochii, vel monasterii aliquid debeat minuere. Quod qui fecerit, juxta statuta canonum debeat coerceri.

VIII.

De pœnitentia vero peccatorum, quæ est medela animæ, utilem 'hominibus esse censemus: & ut pœnitentibus a sacerdotibus data confessione indicatur pœnitentia, universitas sacerdotum noscitur consentire.

' omnibus.

IX.

Pietatis est maximæ & religionis intuitus, ut 'captivitatis vinculum omnino a Christianis redimatur. Vnde sancta synodus noscitur censuisse, ut nullus mancipium extra fines vel terminos, qui ad regnum domini Clodovei regis pertinent, penitus ' debeat venumdare: ne, quod absit, per tale commercium, ² aut captivitatis vinculo, vel, quod pejus est, Iudaica servitute mancipia Christiana teneantur implicita.

' captivi- vincu- nimæ a isticolis mātur.

X.

Si quis episcopus de quacumque fuerit civitate defunctus, non ab alio nisi a comprovincialibus, clero, & civibus suis, alterius habeatur electio: sin aliter, hujusmodi ordinatio irrita habeatur.

XI.

Pervenit ad sanctam synodum, quod judices publici contra veternam consuetudinem per omnes parochias, vel monasteria, quæ mos est episcopis circuire, ipsi illicita præsumptione videantur discurrere; etiam & clericos vel abbates, ut eis præparent, invitos atque districtos ante se faciant exhiberi: quod omnimodis nec religioni convenit, nec canonum permittit auctoritas. Vnde omnes unanimiter censuimus sentientes, ut deinceps ista debeant emendare: & si præsumptione, vel potestate qua pollent, excepta invitatione abbatis vel archipresbyteri, in ipsa monasteria vel parochias aliquid fortasse præsumpserint, a communione omnium sacerdotum eos convenit sequestrari.

' non

XII.

Vt duo abbates in uno monasterio esse non debeant; ne sub obtentu potestatis simultas inter monachos, & scandala generentur. Verumtamen si quilibet abbas sibi elegerit successorem, 'ipse qui ' eligitur, de facultatibus ipsius monasterii ad regendum nullam habeat potestatem.

' elegit.

XIII

Vt nullus alterius clericum retinere præsumat, sicut priscis est canonibus statutum, nec ad sacrum ordinem sine voluntate episcopi sui penitus promovere.

XIV.

Nonnulli ex fratribus & coepiscopis nostris residentibus nobis in sancta synodo in querimoniam detulerunt, quod oratoria per villas potentum jam longo constructa tempore, & facultates ibidem collatas, ipsi quorum villæ sunt episcopis contradicant, & jam nec ipsos clericos, qui ad ipsa oratoria deserviunt, ab archidiacono coerceri permittant: quod convenit emendari; ita dumtaxat ut in potestate sit episcopi, & de ordinatione clericorum, & de facultate ibidem collata, qualiter ad ipsa oratoria & officium divinum possit impleri, & sacra libamina consecrari. Quod si quis contradixerit, juxta priscos canones communione privetur.

XV.

Vt abbates & monachi, aut agentes monasteriorum, patrocinio sæculari penitus non utantur; nec ad principis præsentiam sine episcopi sui permissu ambulare audeant. Quod si fecerint a suis episcopis excommunicentur.

XVI.

Vt nullus episcopus, neque presbyter, vel abbas, seu diaconus per præmium ad sacrum ordinem amodo penitus accedat. Quod qui fecerit, ipso honore, quem præmiis comparare præsumpserit, omnino privetur.

XVII.

Et quia multa per præsumptionem proveniunt, quæ Deo minus placita, & sacris canonibus videntur esse contraria, quæ a sacerdotibus necesse est coerceri, ita sancta synodus instituit, ut nullus sæcularium, nec in ecclesia, nec infra atriū ipsius

ANNO CHRISTI circ. 650.

ipsius ecclesiæ, qualecumque scandalum, aut simultates penitus excitare præsumat; nec arma trahere, aut quemcumque ad vulnerandum vel interficiendum penitus appetere. Quod si quis fortasse præsumpserit, ab episcopo loci illius, ubi factum fuerit, ipse juxta statuta canonum communione privetur.

XVIII.

Licet generaliter ab omnibus catholicis, & Deum timentibus diem dominicum, quod est prima sabbati, convenit observari, & sicut in superioribus canonibus est statutum; non aliquid novi condentes, sed vetera renovantes instituimus, ut in ipso die dominico ruralia opera, id est arare, secare, messes metere, exartos facere, vel quidquid ad ruris culturam pertinet, nullus penitus præsumat. Quod qui inventus fuerit faciens, sub disciplina districtionis omnimodis corrigatur.

XIX.

Multa quidem eveniunt, quæ dum levia minime corriguntur, sæpius majora consurgunt. Valde enim omnibus noscitur esse indecorum, quod per dedicationes basilicarum, aut festivitates martyrum, ad ipsa solennia confluentes " chorus femineus turpia quidem & obscœna cantica decantare videntur, dum aut orare debent, aut clericos psallentes audire.' Vnde convenit, ut sacerdotes loci talia a septis basilicarum, vel porticibus ipsarum, ac etiam ab ipsis atriis vetare debeant & arcere. Et si voluntarie noluerint emendare, aut excommunicari debeant, aut disciplinæ aculeum sustinere.

" hæ duæ voces in c. H absunt.

' tum chorus fœmineus turpia quidem decantare videatur.

XX.

Agapium vero & Bobonem Diniensis urbis episcopos, pro eo quod ipsos contra statuta canonum in multis conditionibus errasse vel deliquisse cognovimus, ipsos juxta tenorem canonum ab omni episcopatuum ordine decrevimus degradare.

SVBSCRIPTIONES.

Candericus episcopus ecclesiæ Lugdunensis, his constitutionibus subscripsi.

Landalenus episcopus ecclesiæ Viennensis, his constitutionibus subscripsi.

Audoenus episcopus ecclesiæ Rothomagensis, his constitutionibus subscripsi.

Armentarius episcopus ecclesiæ Senonicæ, his constitutionibus subscripsi.

Vulfoledus episcopus ecclesiæ Bituricæ, his constitutionibus subscripsi.

Donatus episcopus ecclesiæ Vesontiensis, his constitutionibus subscripsi.

Rauracus episcopus ecclesiæ Nivernensis subscripsi.

Deodatus episc. ecclesiæ Matisconensis subscr.

Pappolus episcopus ecclesiæ Genavensis subscripsi.

Palladius episcopus ecclesiæ Autisiodorensis subscripsi.

Ferreolus episcopus ecclesiæ Augustodunensis subscripsi.

Bertoaldus episcopus ecclesiæ Lingonicæ subscripsi.

Audo episcopus ecclesiæ Aurelianensis subscripsi.

Malardus episcopus ecclesiæ Carnotinæ subscripsi.

Aurelianus episcopus ecclesiæ Ventiensis subscripsi.

Baudomeris episcopus ecclesiæ Tarantasiensis subscripsi.

[3] Protasius episcopus ecclesiæ Sedunensis subscripsi.

Ingildus episcopus ecclesiæ Valentinæ subscripsi.

Clarus episcopus ecclesiæ Gratianopolitanæ subsripsi.

Gratus episcopus ecclesiæ Cabilonensis subscripsi.

' Florentinus episcopus ecclesiæ Bellicensis subscripsi.

' Florētius

Ætherius episcopus ecclesiæ Ebredunensis subscripsi.

[4] Magnus episcopus ecclesiæ.

[5] Betto episcopus ecclesiæ Tricastinensis subscripsi.

Potentissimus episcopus ecclesiæ Vappicensis subscripsi.

Arricus episcopus ecclesiæ Lausanensis subscripsi.

Claudius episcopus ecclesiæ Regensis subscripsi.

[6] Licerius episcopus ecclesiæ Vindauscensis subscripsi.

Petronius episcopus ecclesiæ Vasionensis subscripsi.

Bertefredus episcopus ecclesiæ Ambianensis subscripsi.

Eligius episcopus ecclesiæ Noviomensis subscripsi.

Deocarius episcopus ecclesiæ Antipolitanæ subscripsi.

Leborius episcopus ecclesiæ Maurianensis subscripsi.

Charibonus episcopus ecclesiæ Constantinæ subscripsi.

Amlacarius episcopus ecclesiæ Sagensis subscripsi.

Launobodus episcopus ecclesiæ Lexoviensis subscripsi.

Ragnericus episcopus ecclesiæ Ebroicensis subscripsi.

[7] Betto episcopus ecclesiæ de Iuliobona subscripsi.

Betto abba in vicem Latini episcopi ecclesiæ Turonicæ subscripsi.

Chaddo archidiaconus in vicem Salappii episcopi ecclesiæ Namneticæ subscripsi.

Germoaldus abba in vicem Audoberti episcopi ecclesiæ Parisiacæ subscripsi.

Paternus abba in vicem Felicis episcopi ecclesiæ Lemovicæ subscripsi.

Chagnoaldus abba in vicem Chadoindi episcopi ecclesiæ Cenomannicæ subscripsi.

Bertulfus abba in vicem Durioteri episcopi ecclesiæ Redonicæ subscripsi.

Anno Christi 650.

EPIST. CONCILII CABILONENSIS AD THEODOSIUM EPISCOPUM Arelatensem.

8 *Domino semper peculiari suo Theodosio cœtus episcoporum, qui nuper est Cabilono urbe cum Christi gratia adunatus.*

Omnibus veridica relatione perpatuit, quod nec vos credimus ignorasse, quod gloriosus domnus Clodoveus rex in suprascripta urbe Cabilono octavo Kalendas Novembris, synodale præcepit esse concilium. Vbi omnibus nobis, qui in basilica domni Vincentii pariter residentes vestrum adventum, dum vos propinquos, & jam in ipsa urbe esse audivimus, B omnimodis præstolati sumus, datur intelligi pro qua re vos in ipso concilio non voluistis adesse, dum multa adversus vos, & de indecenti vita, & de excessu canonum, quod maxime condolemus, pervulgata narrantur. Nam & scripta, qualiter vos constitit pœnitentiam fuisse professos, vestra manu vidimus, & comprovincialium vestrorum manibus roborata. Vnde vos credimus jam legisse, nec nos penitus ignoramus, quod qui publice pœnitentiam profitetur, episcopalem cathedram nec tenere, nec regere potest. Propterea salutantes beatitudinem vestram honorifice, indicamus ut usque ad aliam synodum de Arelatensi sede, ubi vos con- C stat pontificalem cathedram tenuisse, debeatis omnimodis abstinere, & de facultate ipsius ecclesiæ nihil ad vestram dominationem, donec in audientia ante fratres conveniatis, penitus præsumatis.

Notæ Iacobi Sirmondi S. I.

1 *Circa annum* DCL.] Sub Clodoveo II. rege habitam fuisse hanc synodum, synodus ipsa docet: quoto autem illius anno habita sit, non liquet. Hoc certum videtur, ante annum Christi DCLVIII. id est ante annum XV. Clodovei constitui debere. Nam eo anno Parisiorum episcopus erat Landericus, ut ipsius pro sancti Dionysii monasterio literæ declarant. In hac vero synodo subscribit per D vicarium Audobertus, qui Landericum antecessit. Quare falluntur omnino, qui synodum illo anno posteriorem faciunt.

n 9. 2 *Vt captivitatis vinculum*] Codex Tilianus, Pithœanus, & Bellovac. *Vt a captivitatis vinculo animæ a Christicolis redimantur.*

Subscriptiones.] Hæ in solo erant Bellovacensi, non ordine alphabetico, sicut in vulgatis, sed quo modo hic digestæ sunt.

3 *Protasius Sedunensis.*] Vulgati *Sentiensis*: Protasii Sedunensis episcopi una cum Domitiano Genavensi, & Grato Augustensi, mentio fit in actis sancti Mauricii & sociorum.

4 *Magnus episcopus.*] In codice Bellovac. nomen ecclesiæ non exprimitur. in vulgatis episcopus dicitur Atrebatensis. Verum Atrebates eo tempore, Cameracensibus attri- E buti, proprium episcopum non habebant.

5 *Betto Tricastinensis.*) Editio vulgata; *Betto Forojuliensis.*

6 *Licerius Vindauscensis.*) id est Carpentoratensis. Sic enim aliquando appellati sunt episcopi Carpentoratenses a Vindausca oppido vicino. Notitia civitatum Galliæ; *Civitas Carpentoratensium, nunc Vindausca.* Male ergo vulgati *ecclesia Ausciorum* habent, pro Vindauscensis.

7 *Betto de Iuliobona.*) Notum olim hujus nominis oppidum in Caletibus, pago Rothomagensi, ubi sedes episcopalis stata non fuit. Bettoni tamen episcopo attributus hoc tempore fuerat hic locus, sicut Austrapio Sellense castrum in Pictonibus apud Gregorium lib. 4. cap. 18. & Moderico vicus Arisitensis, ut paulo ante dictum est.

8 *Domino Theodosio.*) Cod. Bellovacensi, *Theodorico.* atque ita etiam veteres catalogi episcoporum Arelatensium. alii *Theodosium*, alii *Theodoricum vocant.*

A

Nota Severini Binii.

Anno Christi 650. Quo tempore habitum.

a *Concilium.*] Præsentia Clodvei regis, quem anno domini 664. diem obiisse scribit auctor appendicis ad Gregorium Turonensem, non patitur post prædictum annum 664. hanc synodum collocari; utque eadem anteponatur Clipiacensi concilio, non admittit subscriptio Audoberti Parisiensis ecclesiæ episcopi. Nam Clipiacensis habita fuit sub Landerico Parisiensi episcopo, ut patet ex verbis Aimoini supra allegatis His itaque de causis visum est mihi, hanc synodum Cabilonensem ad hæc Vitaliani tempora referendam esse.

CONCILIUM TOLETANUM VIII.

Anno Christi 653.

LII. EPISCOPORUM, XVII. KALEND. Ianuarii anno domini nostri Iesu Christi DCLIII.

B Celebratum tempore Martini papæ, regnante Reccesvintho rege, [a] æra DCXCI. Est vero provinciale.

Anno quinto orthodoxi, atque gloriosi, & vera clementiæ dignitate * perspicui, Reccesvinthi regis, cum nos omnes divinæ ordinatio voluntatis, ejusdem principis serenissimo jussu, in basilica sanctorum apostolorum ad sa- D crum synodi coegisset aggregari conventum, dies tandem lætitiæ, appetitu diutissime præoptatus, & gratus adfuit, & jocundus, tanto nostri pectoris avidiori voto susceptus, quanto ad remedium salutis extiterat anhelantium præcordiis exquisitus. Cumque ex more unusquisque nostrum ordini suo sedes debitas occupasset, & eventum rei, tranquillæ intentionis expectatio sustineret, adest serenissimus princeps pia religione plenissimus, & summo laudum titulo gloriosus, qui sese nostro cœtui reddens acclinem, ut hunc omnipotenti domino precibus E commendaremus, * astans, dulcifluis hortatus est verbis, grates referens Deo virtutum, quod suæ jussionis implentes decretum, in unum fuissemus adunati concilium. Sed cum tam pie humilem cognovissemus ejus sanctæ animæ voluntatem, & tam sublimis gloriæ celsitudinem videremus acclinem, tanta sumus in Dei gloriam exultatione succensi, ut grates illi debitas & honorem * læti redderemus, & cernui. Sed quanto extulerat principem humilitatis ordo sublimis, tanto ad exercitia summa virtutis instruebant exempla sacratissimi principis formam nostræ religionis. Tum relatis Deo laudibus, de unitatis alternæ proventu, magna nos cum tranquillitatis gratia allocutus est, dicens:

* præcipuè

* dulcis ut filius nos cohort.

* læti humiles red.

ANNO CHRISTI 653

Etsi summus auctor rerum me divæ memoriæ domini & genitoris mei temporibus in regni sede subvexit, atque ipsius * gloriæ participem fecit, nunc tamen cum ipse requiem æternarum adeptus est mansionum, ea quæ in me totius regiminis transfusa jura reliquit, ex toto divina mihi potentia subjugavit. Vnde quia regendorum membrorum causa, salus est capitis, & felicitas populorum, non nisi mansuetudo est principum, votive decrevi vobis coram positis, & votorum meorum deliberatione sanctione patula reserare, & studiorum * acta sincera exhibitione deferre. At vero quia anhelum pectus sese in promissorum complementa diffundit, nec pigredine fessum retardationis oneribus sese * submittit, longam prosecutionem compendio brevitatis adstrinxi; & quidquid productionibus loquelarum in concione diffundere potui, totum in tomi hujus complicamento * respersum calamo vestræ sanctitudini offerre decrevi: id magno precatu deliberationis exhortans, ut quæcumque illic detinentur ascripta, valido attendatis intuitu, sagaci perscrutemini studio, ac de his, quæcumque extiterint placita Deo, vestri oris ad nos sacro referantur oraculo.

* gloriæ deferens part.

* apta decreta

* ne * submittat,

* prorsus almæ vestræ

Accepto deinde oblato nobis tomo, agentes domino gratias acclamavimus: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Post hujus exultationis beatæ gaudium, & cælestis gloriæ hymnum, eidem sacro principi benediximus, reseratoque involuto tomo, hæc inibi contexta reperimus.

Luc. 2.

In nomine domini, Flavius Reccesvinthus rex reverendissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

SANCTI Spiritus admirabili dono regulam fidei meæ solidam tenens, & instructam agnoscens, atque in honorem ejus diadema gloriæ cum cordis humilitate prosternens, illo lætus auditu, quod omnes reges terræ serviunt & obediunt Deo, en reverendi patres, excelsiori mihi venerationis honore sublimes, coram vobis advenio, in gratiam mansuetudinis meæ, beatitudinis vestræ * testimonium convocans; & ad testimonium visionis vestræ memet coram omnipotentis Dei nutibus tremendis acclinans; referens illi corde læto gratias opulentas, quod vos clementia voluntatis ipsius, ex nostræ celsitudinis jussu, ad hujus sanctæ congregationis votivum dignatus est deducere cœtum; confidens tam mihi, quam vobis, & in præsentium serie temporum, & in futurorum longitudine sæculorum, ejus adesse gratiæ præmium: quoniam & * vestræ concordiæ in conveniendo unanimem ac religiosum demonstratis affectum, & dispositionis meæ in regendis populis, quam pium sit, * properatis patenter agnoscere votum. Nunc igitur quia * momenti locutio longæ * dictionis non capit excessum, quid de sancta fide noverim, quam cælitus illapsam mihi per sanctorum apostolorum, sequentiumque patrum ora cognovi, seu quæ de secuturis negotiis, pro quibus hunc conventum vestræ congregationis coadunare percensui, intimare decreverim, in hujus tomi serie conscripta tenete, ac relecta * prænoscite, & cunctis, quæ tenori ejus nostræ amplitudinis potestas impressit, vestræ beatitudinis gravitas effectum tam prompte ac miseranter impendat, quam nostræ mansuetudinis serenitas hæc vobis implenda commendat.

* studium

* vestra concordia

* poteritis * monens prælocutio * dilectionis

* pernoscite,

Exordium itaque allocutionis meæ, ex definitione sanctæ fidei inchoans, cetera quæ * futura sunt, prosecutionibus intimanda, velut supra, soliditatem petræ constructurus, annectam: ut operis mei ædificium congressurus, eo sequentia validius ponam, quo decentius firmissima prætulerim prima. Itaque coram se reverentia vestra habeat, quod nosse non ambigit, me orthodoxæ fidei veram sanctam & sinceram regulam, de corde puro, & conscientia bona plenissime habere, veraciter scire, * & fortissime retinere; atque ita eam complecti, venerari, atque diligere, sicut eam apostolica traditio * dedit, sicut eam sancta synodus Nicæna constituit, sicut Constantinopoli sanctorum patrum congregatio definivit, sicut Ephesini primi cœtus unitas affirmavit, sicut Calchedonensis concilii definitio protulit: hanc cum fidelibus servans, * propriis gentibus tenendam insinuans, hanc populis alienis annuntians; ut in illa glorificans Deum, & * in tempore mortalium me summæ divinitatis felicitas assequatur; & in terra viventium hereditas a me gloriæ capiatur. En reverendissimi patres quantum ad veritatem fidei sanctæ pertinuit, ex toto animam meam suæ confessionis titulos explicuisse honorificétia vestra pensavit. Iam nunc magnopere arbitror esse mihi * opportunius, quæ intendimus, societati ejusdem veræ fidei studia sanctæ operationis innectere; ne hanc aut sine operibus mortuam habeamus, aut * non plenitudinis tuæ dignitate perspicua decidat inhonesta: dum scriptura non silente de quibusdam infertur, *qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant.* Vt ergo hanc fidem supra lapidem illum solidatam, quem reprobaverunt ædificantes, idem tamen a domino factus est in caput anguli, & est admirabilis in oculis nostris, plenius habeamus, ejusque insignibus decentius exornemur, attendite cujus operis fructum, cujusque operationis * argumentum studiis hujus sanctæ fidei consociare velimus, & innectere quantocius præoptemus. Itaque revolutis retro temporibus, ita vos, omnemque populum jurasse recolimus, ut cujuscumque ordinis vel honoris persona, quæ in necem regiam, excidiumque Gothorum gentis, ac patriæ detecta fuisset vel cogitasse noxia, vel egisse, irrevocabilis sententiæ multatus atrocitate, nusquam mereretur veniæ remedium, vel alicujus temperantiæ perciperet qualecumque subsidiū. At nunc, quia grave onerosumque censetur, dum pietatis actibus gravi contradictione hæc sententia resultasse perpenditur, & sic funditus damnationis adstipulatio retinetur, ne pietati, quæ apostolo præcinente ad omnia utilis est, quicumque aditus * reservetur, vestris hæc committo fidenti animo sacris pertractanda judiciis, ac dirimenda sententiis. Vnde jam vestrum erit, inspirante vobis miseratione divina, ita utriusque discriminis temperare mensuram, ne aut * juramenti conditio teneat reos, aut impietatis ultio habeat inhumanos: sicque vestri nos instruat forma judicii, ut subjectos populos, nec in profanationibus habeamus subditos, nec impietatis vinculis doleamus * comminutos.

Post hujus conventionis alloquium, sequentium

ANNO CHRISTI 653.

* futuris

* firmiss me.

* docet

* ad hanc salvandos infideles invitans hanc sanctos po los rege hâc pro

* inter mortale

* opportu nius en dum,

* ne in nesta a p nit.

Tit. 1.

Psalm. Matth. Marc. Luc. 20

* augm tum

In 7. T tana sy do.

1. Tim.

* reser Rex ab scopis doceri.

* in ju mento cond.

* con natos.

ANNO CHRISTI 653.

tium nectens causas negotiorum, similique subjungimus vos intendere attentione, decernimus attestantes universitatem vestram, per summæ divinitatis coæqualem, coæternam & inseparabilem trinitatem, atque illius mysteria sacramenti, quo incarnatum Dei Filium de Spiritu sancto & Maria virgine pro salute mundi vera fides in toto orbe denuntiat, atque adventum ejusdem Iesu Christi Filii Dei domini nostri, quo perimendi sunt impii, & regnum ejus, quo glorificandi sunt sancti, ut quæcumque negotia de quorumlibet querela vestris auditibus extiterint patefacta, cum justitiæ vigore misericorditer, & cum temperamento miserationis justissimæ, *cum nostra convenientia terminetis in legum sententiis, quæ aut depravata consistunt, aut ex superfluo, vel indebito * conjecta videntur, nostræ serenitatis accommodante consensu, hæc sola quæ ad sinceram justitiam, & negotiorum sufficientiam conveniunt, *inordinetis; canonum obscura quædam, & in dubium versa, in meridiem lucidæ intelligentiæ reducatis; omniumque negotiorum conventus, ordinumque status, qui in vestram extiterint devoluti præsentiam, ita majorum regulis concordantes justissime, pie ac temperanter constituere studeatis, ut & mihi, qui ad studiorum fructus bonorum anhelo, pars beatorum adveniat, & vos, quoniam implentes voluntatem Dei, me non spernitis imprecantem, regio beatitudinis æternæ suscipiat, & visio delectationis Dei sibi perenniter inhærere concedat. Vos etiam illustres viros, quos ex officio palatino huic sanctæ synodo interesse * primatus obtinuit, ac nobilitas spectabilis honoravit, & experientia æquitatis plebium rectores exegit, quos in regimine socios, in adversitate fidos, & in prosperis amplector strenuos, per quos justitia leges implet, miseratio * leges inflectit, & contra justitiam legum, moderatio æquitatis temperantiam legis extorquet, adjurans obtestor per omne illud admirabile, & solum unius sacræ fidei sacramentum,* quo venerabilem omnium sanctorum patrum sum obtestatus conventum, ut ad cunctæ veritatis, ac discretionis justissimæ formulam ita animos dirigatis, ut nihil a consensu præsentium patrum, sanctorumque virorum aliorsum * mentes ducentes obtutu, quidquid innocentiæ vicinum, quidquid justitiæ proximum, quidquid a pietate non alienum, vel soli Deo cognoveritis existere placitum, instanter, modeste, & cum omni dignemini intentione complere; scientes quia in eo quod hæc mea salubria vota completis, vos Deo amabiles assignatis; & in eo quod decretorum * vestrorum edicta favoris exhibitione corroboro, me vobiscum simul Deo placiturum assigno. In commune jam vobis cunctis & ex divino cultu ministris idoneis, & ex aula regia rectoribus decenter electis divini nominis adjuratione constrictis, adjicio consensionis meæ verum purumque promissum: ut quodcumque justitiæ, aut pietati, salutarique discretioni vicinum decernere, seu adimplere cum * nostro consensu elegeritis, omnia favente Deo perficiam, & adversus omnimodam controversiarum querelam, principali auctoritate muniam, ac defendam; * promissis illis, quæ ad domesticos fidei regula veritatis pertinuisse probavit. Adhuc aliud a beatitudinis vestræ conventu ejusdem fidei * aviditas sancta deposcit, connectente me * in sequestrationis confinio causam, quæ * a nostro dogmate probatur extranea: quam licet per me lucrari Christus * exoptet, inimicam sibi tamen esse non ambigit, donec quod ardenter optat, evidenter obtineat. Judæorum scilicet vitam, moresque denuntio, quorum tantummodo novi terram regiminis mei pollutam esse peste contagii. Nam cum Deus omnipotens omnes ex hac regione radicitus extirpaverit hæreses, hoc solum * sacrilegii remansisse dignoscitur, quod aut nostræ devotionis instantia corrigat, aut ultionis suæ vindicta disperdat. Ex iis enim quosdam traditionis errore vetustæ video retinere jura perfidiæ; quosdam vero sacri baptismatis expiatos ablutione, ita in apostasiæ * dolo relapsos errorem, ut detestabilior inveniatur in eis * profanatio blasphemiæ, quam in illis, quos nondum constat purificatos esse regenerationis * sacro liquore. Pro quo bonæ intentionis agone, & lucro fidei veræ, obsecro reverentiam beatitudinis vestræ, atque per supra taxatum contestor tremendæ conjurationis tenorem, ut absque omni favore, ut absque omni personarum partis ipsorum acceptione, quidquid ad domini & redemptoris mei Iesu Christi veram fidem, verumque pertinet * amorem, de his jubeatis ardenter & verissime Deo, ac fidei meæ placitam sententiam dare. Ut sicut mihi divina pietas regimen fidelium dedit, cum quibus se a me glorificari cognoscit, ita quoque infidelium assequi tribuat lucrum, in quibus & voluntatis suæ fieri bonum, & ejus advenisse congaudeam venerabile regnum. Datum sub die decima septima Kalendarum Ianuariarum, anno feliciter quinto gloriæ regni nostri. * In nomine domini, Flavius Reccesvindus rex hanc fidei & bonæ voluntatis meæ deliberationẽ manu mea subscripsi.

Relecta tomi pagina, vel finita, cum glorificassemus Deum de fidei principalis auditu, & de bonæ voluntatis ejus affectu, ad * peragendum causarum ceterarum negotium statim vertimus animum, simulque sumus exorsi * judicium.

I.

Tunc primæ narrationis exortu, veræ fidei nobis tractatus occurrit: ut incipientes de illa primitus loqui, inde soliditatis auspicemur exordiũ, unde sacræ sumpsimus nativitatis initium. Quatenus assertionum * nostrarum forti præmissa sententia, quidquid subsequenter advenerit de actis negotiorum, fortius * subsistere valeat * seriem decretorum. Itaque unius sacræ fidei veram professionem, veramque regulam tenere, nos tota virtute animi & profitemur, & acclamamus, cunctisque percipiendam, ac retinendam plena deliberatione incessanter prædicamus & pandimus; sicut a sanctis apostolis ostenta docetur, sicut a sequentibus patribus orthodoxis disserta probatur, sicut etiam in sanctis illis synodalibus gestis verissime confirmata dignoscitur; in quibus Arii, Macedonii, Nestorii, vel Eutychetis insanissimus error & dilucide proditur, & radicitus extirpatur: sicut denique [a] in sacris missarum solennitatibus concordi voce profitemur, ac dicimus:

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium conditorem: & in unum dominum Iesum Christum, filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; natum non factum, homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ: per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terra;

Marginal notes (left): concorter terminentur legum collecta; ordinetis; os primatus; gis imitari; per venerabilem ... torum (per) ... obtutum; strorum; cto; emiss; otio ... equentes ... ditio ... onf. ... æ di... i

Marginal notes (right): * exhortetur; * sacrilegii dedecus; * doleo, al. denuo; * prolatio; * sacræ; * honorem; * Item subscriptio: In nom.; * peragendarum; * initium.; * sanctarum; * sustinere; * serie recte

ANNO CHRISTI 653.

ra: qui propter nos, & propter nostram salutem * descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, & homo factus est; passus sub Pontio Pilato; sepultus, tertia die resurrexit. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram * Patris: inde venturus in gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Credimus in Spiritum sanctum, dominum, vivificatorem, ex Patre & Filio procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum; qui locutus est per prophetas: * in unam catholicam atque apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, * vitam futuri sæculi. Amen.

* descendit de cælis, incarn. *Dei patris omnipotentis: * & unam * & vitam

Hujus sanctæ fidei regula idcirco nunc tractatus non recipit aperturam, quia & a sacris doctoribus abunde constat exposita, & imminentium causarum negotia nos ad alia pertrahunt peragenda.

II.

Concil. Tolet. 7. c. 1.

Secundæ disputationis occursu adfuit negotium tam difficile, quam & grave, in quo de refugis atque perfidis disputatione commota; utrumne posset eorumdem temperari sententia damnatorum, magno satis conatu est exquisitum. Sed cum illarum series conditionum, ad quas decursis non longe temporibus pro eorum penuria, hostilitatis vastitas * nos jurare coegerat, nostris esset auditibus recensita, tantam reperimus obligationis illic inesse censuram, ut macularum suarum nodositas non tantum videretur prohibitionem dedisse transgressionum, quantum conclusisse viscera pietatum. Aderat enim, quod in utroque pavor agebat, & ne sancti nominis profanatio fieret, & ne miserationis operatio interiret: quia ex Dei nominis profanatione non aberat, * quod tenebat; & ex prohibitione pietatis aderat, quod tædebat. Dumque alterno periculorum objectu* se prolatæ sententiæ compugnarent, periclitabamur * in bifido partium diffidentium calle, quo * diremptionis tramite judicium properaret. Sed cum gressibus disputationis nostræ sese difficultatis congressio * devia objecisset, properandi tandem relicto discrimine, cum fragore singultuum, & imbribus lacrymarum, ad Deum, qui pietatis fons est, verba simul & corda convertimus, orantes: Adspira sancte Spiritus, & ducito nos in portum voluntatis tuæ, sedatis fluctibus ignorantiæ nostræ. Ecce enim periculorum syrtes: in litore cursus nostri * pervenimus, atque * hujusmodi obviantibus naufragiorum obicibus, quo * dispositionis nostræ vela pandamus, * attentius consideratione non cernimus. Sed adspira rursus sancte Spiritus, & dato nobis te donante nosse quod jubeas, ac te juvante implere posse quod jusseris: ut & * perlustrando illumines, quod nescimus, & adjuvando * proficias, quod implere pavemus.* Si jam ergo in te quiescentes, erroneorum fluctuum pavoribus abdicatis, commercia nos * jubes, disponere pacis, inchoemus illa, quæ & in gloriam tuæ omnipotentiæ conferantur, & humanæ saluti te * adnitente donentur. Temporibus non procul excursis, cum quorumdam * refugarum tumultuosa seditio frequenter vastationes terris inferret, & scandala populis cum excidiis irrogaret; adeo ut captivorum turmas * reducere, & desolationes terræ, quæ tali concussæ sunt peste, quilibet conatus nequeat reparare, & * actum

* non * qui terrebat, * sibi * ancipites in * direptionis, al. directionis * & de via nos abjecisset, * provenimus, * hinc inde * disputationis * attentionis * per te lustrando * perficias * Si mus ergo in te requiescentes, & err. * jube * annuente * refutatorum * ducerent, & ecclesiarum desolationes facerent, quæ tali * exactum

est vi potius necessitatis exortæ, quam deliberatione judicii, ut contra eosdem, eisdemque simillimos, cum omni fere populo acerrima juramenta daremus. Unde jurasse nos per attestationem divini nominis, conditio juramenti demonstrat, & ne resolvi queat, sacræ scripturæ auctoritas instat: scribitur namque in Exodo: *Non assumes nomen domini Dei tui in vanum: neque enim insontem habebit dominus eum, qui assumpserit nomen domini Dei sui frustra.* Item in Levitico: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen domini Dei tui. Ego dominus.* At vero, quia illata pressurarum acerbitas resolvi possit ac debeat, tam vinculorum & lamentorum * error insinuet, quam ejusdem auctoritatis dominicæ præcepta commendant. Etenim juxta veterem translationem ita quosdam per Isaiam gravi exprobratione dominus increpat, dicens: *Væ filiis desertionis, dicit dominus: fecistis consilium non per me, & sponsionem non per spiritum meum, adjicere peccatum super peccatum.* Item Ieremias: *Iniquitates nostræ declinaverunt ista, & peccata nostra amoverũt bona a nobis: quia inventi sunt in populo meo impii, & laqueos statuerunt ad dispergendos viros, & comprehenderunt. Ut laqueus instans plenus volatilibus, sic domus eorum plena dolore.* Et per Michæam: *Heu mihi * anima, quia * perit revertens ad terram; & qui corrigit, inter homines non est: omnes in sanguine judicantur; unusquisque proximum suum* tribulat tribulatione; in malum manus suas præparant.* Ad beneficentiam certe, quæ divinis oculis tanto est gratior, quanto & invenitur esse præstantior. sic nos Isaias instruit, dicens: *Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes.* Paulus etiam vas electionis: *Pietas ad omnia utilis est.* Et Iacobus: *Iudicium sine misericordia illi qui non fecerit misericordiam: superexaltat autem misericordia judicium.* Ioannes item: *Qui odit fratrem suum, homicida est: & scitis, quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* Et per * semetipsum veritas: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.* Et iterum: *Dimittite, & dimittetur vobis: si autem non dimiseritis, nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra.* Ecce sunt dominicæ jussiones hinc, inde adstipulata firmissima cautione præcepta: ac proinde quia sunt divini oris prosecutione taxata, manebũt per omnia æterna lege præfixa. Quid ergo? numquid aut juramenti justitiam, aut * misericordiæ pacem sibi contraire narrabimus, dum scriptum sit: *Misericordia & veritas obviaverunt sibi, justitia & pax se cõplexæ sunt?* aut quia controversiarum lapsus sese in * contentione diffundũt, ideo unius partis assertionẽ narrabimus non implendam? * Cur alterius assertio partis jacturæ * comminatur instantiam? & quia juramenti custodia ultionem non temperat pavescendam, idcirco impietatis atrocitas mortem pariet execrandam? Absit: etenim si publicis sacramentorum gestis (quod Deus avertat) a quibuslibet illicita, vel nõ bona extitisset cõditio alligata, quæ aut jugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissimæ virginis, nũquid nõn tolerabilius esset stultæ promissionis rejicere vota, quam per inutilium promissionum custodiam, exhorrendam criminum implere mensurã? Quod si ita est, quomodo crederetur unius observantia jussionis esse fons pietatis, cum emitteret * rivulos ultionis? Aut quænam illa esset sacræ observatio legis, quæ sacrilegia committeret* pravitatis? Vel cujus mẽsuræ æquitas videretur, ut ex unius præcepti cautela,

22. q. 4. Necesse est. Exod. 20. Levit. 19. * horror insinuat, Isa. 30. Ierem. 5. * anima mea, * periit revertens a terra; * tribulat; omnes in malum. Isa. 58. 1. Tim. 4. Iacob. 2. 1. Ioan. 3. Luc. 6. Matth. 6. * semetipsam * juramenta justitiam * juramenti misericordiæ Psal. 84. * contentionem * ne * patiatur 22. q. 4. public. Ivo p. 12. cap. 9. * tribuloe * probitatis?

ANNO CHRISTI 653.

cautela, necis exoriretur immanitas truculenta? At nunc non ita contendimus, ut contentionum divortiis concitatis, nosipsos contentionis certaminibus misceamus. Est, vere pax in utroque quod dicimus: quia sic Spiritus sanctus iter nostrum ac cursum temperat, ut in nullo devium hoc * a sua dispositione secludat: unde plena jam voce, pleniori fide, plenissimaque intentione prædicimus, atque in tota sanctæ ecclesiæ universitate prædicamus pariter & optamus, nulla profanatione solius & summæ divinitatis nomen existere assumendum, nullo perjurii sacrilegio indebite profanandum, nullo uspiam contractu fallaciæ contingendum. Nam si attestante veritate, propter profanationem perjurii evitandam prohibetur omnino jurare, cum dicitur: *Sit sermo vester, est, est, non, non: quod autem plus his est, a malo est:* quomodo impunitum erit, nomen tantæ gloriæ voluntarie profanasse, dum in eo taxata fides dignoscitur interisse? vel quatenus pacis fœdera * in gentium dissidia ligabuntur, si non juramenti pacta sanctiori integritate serventur? Etenim omne quod in pacis * fœdere venit, tunc solidius subsistit, cum juramenti hoc interpositio roborat. Sed & omne quod animos amicorum conciliat, tunc * fixius durat, cum eos sacramenti vincula ligant. Omne etiam quod * testis adstipulat, tunc verius constat, cum id adjectio jurationis affirmat. Quod si & testis deficiat, innocentis fidem sola jurisjurandi taxatio manifestat. Hinc & ut * mentibus humanis divina voluntas panderet quod volebat, ne labens fragilitas pro incerto teneret, quod inviolatæ veritatis promissio exprimebat, per Isaiam loquitur, dicens: *Ego dominus, & non est alius; in memetipsum juravi.* Si ergo tantæ institutionis limite sunt votiva juramenta servanda, quis alienorum a veritate hæc adstruat execrabiliter violanda? Stabunt ergo sacræ auctoritatis vivida jussa, nec vana profanatione erunt aliquatenus temeranda. Verum ne juramenta, quæ data sunt, videantur in nos ita penitus miserationum conclusisse præcordia, ut nullam de pietatis affectu animæ viscera concipiant indulgentiam paritura: sic stabilitis contractibus * juramenti, sinum misericordiæ aperimus, atque ita cunctis Deo placita devotione misereri censemus, ut nos nec juramenti teneat cautio reos, nec inhumanitas faciat execrandos. Occurrere certe miserorum ruinis debet subsidio unusquisque, quo valet, & relevatione alienæ vindictæ, a se Dei removere vindictam: libat enim domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa. * Inde Iob, ante passionis experientiam * impudens patientibus, quod in passionis suæ patientia memorabat, suarum virtutum catalogum texens, inter cetera sic connectit: *Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.* Et paulo post: *Flebam quondam super eum qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* Hinc & Salomon: *Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses.* Quibus sanctæ auctoritatis instructi decretis, nec sanctum nomen profanasse nos constat, quod nullatenus profanandum vox nostræ prædicationis insinuat, & indulgentiæ visceribus adapertis, licet oris sui professione damnati difficile mereantur absolvi (juxta quod scriptum est: *Sanguis tuus super caput tuum; os enim tuum locutum est adversum te.* Et iterum: *Ex ore justificaberis, & ex ore tuo condemnaberis*) tamen pietatis intuitu, & parcendi viam pandimus, qui & misericordiam prorogamus. Hujus sane promissionis incaute crudam, cruentamque temperare sententiam illa quam maxime compellimur causa, quod hæc duo mala licet sint omnino cautissime præcavenda, tamen si periculi necessitas ex his unum * temerare compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur * obligare. Quid autem ex his levius, quidve sit gravius, * pro rationis acumine investigemus. Etenim dum perjurare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus, & Dei jussa superbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nosipsos crudeliori mortis gladio trucidamus: illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter jugulamur. Restat ergo ut eo nostra pergat sententia, quo misericordiæ patuerit via: quæ ita domino probatur accepta, ut plus eam cupiat quam sacrificia veneranda, dicente ipso: *Misericordiam * volui, & non sacrificium.* * Ac indulgentiæ concessa licentia, miserationis ipsius opus in gloriosi principis potestate redigimus; ut quia Deus illi miserendi aditum patefecit, remedia pietatis ipse quoque non deneget: quæ ita principali discretione moderata * persistunt, ut & illis sit aliquatenus misericordia contributa, & nusquam gens, aut patria per eosdem, aut periculum quodcumque perferat, aut jacturam, hæc miserationis obtentu temperasse sufficiat. Ceterum quæcumque juramenta pro regiæ potestatis salute, vel * contractatione gentis & patriæ vel hactenus sunt exacta, vel deinceps extiterint exigenda, omni custodia, omnique vigilantia insolubiliter decernimus observanda, a membrorum truncatione, mortisque sententia * religione penitus absoluta. Sed ne pravarum mentium versuta nequitia nosmet ad perjurii quandoque devocet culpam, nec a sanctæ fidei regula hanc asserat venire sententiam, tam divinæ auctoritatis oracula, quam præcedentium patrum asserta huic narrationi curavimus innectenda. Etenim incommutabilis idemque semper existens Dei summi natura præcellens, sua sæpe in sacris literis legitur mutasse promissa, & pro misericordia temperasse sententiam. Unde quamlibet sit impassibilis atque immutabilis, * idemtidem deitate firmissima, crebro tamen ejus & juramenta leguntur, & pœnitentia: quæ sacris extant mysteriis * adoperata. Iurare namque Dei, est a seipso nullatenus ordinata convellere: pœnitere vero, eadem ordinata, cum voluerit, immutare. Sic enim per Ieremiam dicit: *Repente loquar adversus gentem & adversus regnum, ut eradicem & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa * a malo suo, quod locutus sum adversus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei.* Et per Ezechielem: *Si dixero justo, quod vita vivat, & * confisus in justitia sua * fecerit iniquitatem: omnes justitiæ ejus oblivioni tradentur, & in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixero impio: Morte morieris; & egerit pœnitentiam a peccato suo, vita vivet, & non morietur.* Si ergo nostra conversio sic divinam mutat sententiam, cur miserorum tantæ lacrymæ, vel * pressura tam crudam non * temperet ex miseratione vindictam? Hinc etiam populo Israelitico sæpe ultio promissa suspenditur, & Ninivitarum perditio

Matth. 5. — Isa. 45. — Iob. 29. — Iob. 30. — Prov. 24. — 2. Reg. 1. — Matth. 12.

Distin. 13. c. Duo mala. Ivo p. 12. c. 16. Burc. l. 12. c. 29. & c. 84.
* temperare
* obligari.
* pietatis acumine, al. puræ rationis
Osee 6. Matth. 9.
* volo,
* Hac
* persistant.
* constitutione al. confutatione
* religatione
22. q. 4. Incommutab.
22. q. 4. Incommutab.
* idem quidem ejusdemque deitatis, licet sint dicta firmiss.
* adoperta.
Ierem. 18.
* super
Ezech. 33.
* conversus a
* pressuræ
* temperet

perditio divinæ sententiæ permutatione sedatur. At vero illustri laudum titulo præclarus auctor Ambrosius in libro de officiis primo, hujuscemodi rei causa sic loquitur: Est enim contra officium nonnunquam, promissum solvere, sacramentum custodire: ut Herodes, qui juravit, quoniam quidquid * petitus esset, daret filiæ Herodiadis: & necem Ioannis præstitit, ne promissum negaret. Nam de Iephthe quid dicam, qui immolavit filiam, quæ sibi * victori primum occurrerat, quo votum impleret, quod spoponderat, ut quidquid sibi primum occurrisset, offerret Deo? Melius fuerat nihil tale promittere, quam promissum solvere parricidio. Item in libro tertio: Purum igitur ac sincerum oportet esse affectum, ut unusquisque simplicem sermonem proferat, vas suum in sanctitate possideat, nec fratrem in circumscriptione verborum * inducat, nihil promittat inhonestum: * at si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, quam facere quod turpe sit. Sæpe plerique constringunt se jurisjurandi sacramento, & cum ipsi cognoverint promittendum non fuisse, * sacramenti tamen contemplatione faciunt, quod spoponderint; sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter solvit. Turpe est, quod regnum pro saltatione promittitur: crudele, quod mors prophetæ pro jurisjurandi religione donatur. Quanto tolerabilius * tale fuisset perjurium sacramento? Et post pauca de Iephthe disserens: Miserabilis, inquit, necessitas, quæ solvitur parricidio. Melius est non vovere, quam vovere id quod sibi is cui promittitur, nolit exsolvi. Et post paululum: Non semper igitur promissa solvenda omnia sunt. Denique ipse dominus, sicut scriptura indicat, frequenter suam mutat sententiam. Vir quoque sanctissimus Augustinus vestigationis acumine cautus, inveniendi arte præcipuus, asserendi copia profluus, eloquentiæ flore venustus, sapientiæ fructu fecundus, hæc in suis narrat * affatibus. Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut jocamur, aut * proximis mentimur: illud primum in jocando ideo non est perniciosissimum, quia non fallit: novit enim ille cui dicitur, joci causa esse dictum: secundum autem ideo * mitius est, quia retinet nonnullam benevolentiam. * Ideo ipse: Non auferat, inquit, veritas misericordiam, non misericordia impediat veritatem. Si enim pro veritate, aut quasi rigida veritate, oblitus fueris misericordiam, non ambulabis in via domini, in qua *misericordia & veritas obviaverunt sibi.*

Beatus etiam Gregorius papa, & libris & * meritis honorandus, atque in ethicis assertionibus pene cunctis merito præferendus, sic in libris infert moralibus: Quia ergo Beemoth iste ita inexplicabilibus nodis ligat, ut plerumque mens in dubio adducta, unde se a culpa solvere nititur, inde culpa arctius astringatur, recte dicitur: *Nervi testiculorum ejus perplexi sunt*: argumenta namque machinationum illius quo magis laxantur, ut relinquant, eo magis implicantur, ut terreant. Est tamen quod ad destruendas ejus versutias utiliter fiat. Et cum mens inter minora & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligantur. Quia & qui murorum undique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam præcipitat, ubi brevior murus invenitur. Nostri quoque sæculi doctor egregius ecclesiæ catholicæ, novissimum decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinæ comparatione non infimus, & quod majus est, in sæculorum fine doctissimus, atque cum reverentia nominandus Isidorus, in libro sententiarum secundo hæc pro tali narrat negotio: Non est conservandum sacramentum, quod * male & incaute promittitur: velut si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim sacramentum non implere, quam permanere in stupri flagitio. Similiter in synonymis: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute voluisti, non facies: impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Hæc de sacris paginis, auctoribusque præcipuis brevissime sufficiat prælibasse. Nam plurima colligere poterit, qui hæc attentius legendo quæsierit. Ceterum quibus hæc nequaquam sufficiunt, vel hinc sumant cum rubore silentium: quia optat vas electionis anathema esse a Christo pro fratribus * nostris, quam perdurare crudelibus in delictis.

III.

Tertiæ ratiocinationis alloquio doluimus, [d] contra priorum monita patrum, vota perniciosissima posterorum. Nam quanto frequentius illi noxia vetuerunt, tanto studiosius isti perpetrare vetita non quiescunt. Sicque per contrarium, quod penitus occumbere debuit, insultare non desinit: & res quæ tot excisa decretis arescere potuit, ad vicem * Lernæi capitis, ut ferunt fabulæ, truncata virescit. Denique, quod sine magno dolore dicendum non est, reperiuntur quamplurimi negotio muneris perituri, mercari velle gratiam Spiritus sancti, dum vile præmium donant, ut pontificalis ordinis sublime culmen accipiant; obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possideri.* Proinde quia & usitatum est tale malum, & majorum frequenter extat mucrone succisum, nos quoque huic vulneri cancroso ignitum, quod superest, adhuc injicimus ferrum; decernentes omnimodo, ut quicumque deinceps pro percipienda sacerdotii dignitate quodlibet præmium detectus fuerit obtulisse, ex eodem tempore se noverit anathematis opprobrio condemnatum, atque a * perceptione Christi corporis & sanguinis alienum, ex quo illum constat hoc execrabile Christo perpetrasse flagitium. Quod si aliquis extiterit, qui accuset: ille qui hunc ordinem munerum fuerat acceptione lucratus, & suscepti honoris gradu privetur, & in monasterio sub perenni pœnitentia religetur. Illi vero qui pro hac causa munerum acceptores extiterint, si clerici fuerint, honoris amissione multentur; si vero laici, anathemate perpetuo condemnentur.

IV.

Quartæ congressionis eventu obvius sese nobis intulit pontificalis culminis lapsus, quem ante flere, quam disponere compulsi ex ordine sumus. Nam cum secundum carnis assumptæ mysterium ecclesiæ suæ fuerit dignatus caput existere Christus, merito in membris ejus intentio episcoporum officia peragere cernitur oculorum. Ipsi enim de sublimiori celsitudine

* ordinum

ANNO CHRISTI 653.
Amb. lib. 1. c. 50.
Matth. 14.
Marc. 6.
* petitura
Iudic. 11.
* viatori
22 qu. 4. Unusquisque simplic.
* seducat,
* ac si promittere quærat,
* jus sacramenti
Matth. 14.
Marc. 6.
* tali
Iudic. 11.
24. q. 4. Nō semper.
Iona 3.
* affectibus. Burch.
* pro misericordia, al. pro proximis, al. aut cum promittimus ment.
* minus
* Idem
Psal. 84.
* vitæ mer.
Iob. 40.
ANNO CHRISTI 653.
Isidor. lib. sent. c. 31 de jurament. se 10. & 22 q. 4. Non ilthoc.
* malum incaute.
Isidor. lib. 2.
Vide hic Burc. qui hic mire variat.
Rom. 9.
* suis
* Hydra
Actor. 8.
Decret. Ivo. p. 5. 83.
* participatione

ANNO CHRISTI 653.

* ordinum regunt & disponunt subjectas multitudines plebium. Vnde quanto ipsi fiunt sequentium * ducatores, tanto meritorum lumine debent esse fulgentes. Quapropter omnes episcopi, inter ceterarum ornamenta virtutum, nitore carnis debent propensius enitere; ut ex hoc, audientes munditiam appetant, ex quo doctores immunditia non deturpat. Adeo ut si deinceps episcopi detecti fuerint execrabilibus flagitiis cum quibuslibet feminis pollui, aut familiari peculiaritate versari, noverint se irrevocabili sententia patrum ulcisci, id est, & loci & ordinis sui dignitate privari.

V.

Quintæ actionis impulsu pervenit ad totius concilii sacrum auditum, quosdam sacerdotes & ministros obliviscentes [e] majorum * veteribus constitutis, aut uxorum, aut quarumcumque feminarum immunda societate, & execrabili contagione turpari, * pessimi cordis obstinatione, tam sacris literis quam patrum regulis obviantes, nec levi quidem respiramine * memoriæ commendantes quod scriptum est: *Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, dicit dominus.* Et illud apostolicum: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram*, id est, fornicationem & immunditiam, concupiscentiam malam & avaritiam: quibus quanto est pertinacior * usus in malis, tanto austerioribus convenit obviare decretis. Propter quod * flagitii dedecus, specialiter hoc a sancto concilio definitur, ut omnes episcopi idipsum in suis quærere solicite curent; & cum hoc verissime reperire potuerint, omnes * placiti cautione tali distringant, ut nunquam ulterius tam abominanda committant. Mulieres vero, seu liberæ sint, seu ancillæ, * ac illis turpitudine sociatæ, ita omnibus modis separentur, & monasterio tradantur, ut ulterius ad * conscios sui criminis revertendi omnem habeant aditum denegatum. Illi vero si omnino coerceri nequiverint, usque ad exitum vitæ suæ monasteriis deputati, * pœnitentiæ disciplinis maneant omnino subjecti.

VI.

[f] Sextæ discussionis objectu, quorumdam male sibi consciorum patuit denotatum elogium. Nam relatum est nobis quosdam subdiaconos, postquam ad sacri hujus ordinis pervenerint gradum, non solum carnis immunditia sordidari, cum scriptum sit: *Mundamini, qui fertis vasa domini*: sed etiam, quod dictu quoque nefas est, novis uxoribus copulari; asserentes hoc ideo sibi licere, quia benedictionem a pontifice se nesciunt percepisse. Proinde omni excusationum discisso velamine, id præcipimus observari, ut cum iidem subdiacones ordinantur, cum vasis ministerii benedictio eis ab episcopo detur, (sicut in [g] quibusdam ecclesiis vetustas tradit antiqua, & sacra dignoscitur consuetudo substare prolata) omni penitus ab illis sorde mulierum, ac familiaritate remota. Quod si hoc vulnere deinceps fuerint sauciati, mox erunt sub pœnitentiæ oneribus, usque ad extremum vitæ monasteriis religandi.

VII.

Septimæ assertionis accessu adiit cœtum nostrum tam inverecunda progressio, quam ignobilis ac detestanda præsumptio. Quosdam enim, aut eventu necessitatum, aut metu periculorum * adeptos fuisse novimus ecclesiasticarum

A officia dignitatum: & quoniam cum illis hæc imponerentur, id sibi fieri noluisse * testantur, idcirco hæc spernere, atque ad pristina pertentant conjugia moresque redire; tam nequiter cælestia jura solventes, quam prompte sæcularibus extant illecebris inhiantes. Qua de re nosse nos convenit, quod episcopalis eminentiæ * culmen non immerito sacris omnibus esse summa percensuit, quę ceteris sacerdotibus exercenda prohibuit; scilicet templorum Dei sacrationem, * chrismæ benedictionem, sacrorumque ordinum institutionem, quæ tam divinaliter ordinata persistunt, quam excellentissime conferuntur: quia & tantò ab eis singulariter impenduntur, quanto eidem summo culmini peragenda servantur. Quomodo ergo quod in se recipit, a se rejicere poterit, cum hęc a nullo altero conferri, quam a solis pontificibus novit, a quibus nec ligata solvi, nec soluta poterunt ab aliquo religari? Sic enim ad Petrum Veritas ait: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælo: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælo.* Nequaquam ergo aliquando poterit profanari, quod divina jussione, simulque apostolicæ traditionis auctoritate sacrum noscitur extitisse. Verum sicut sanctum chrisma collatum, & altaris honor, evelli non queunt: ita quoque * sanctorum decus honorum, quod his compar habetur & socium, qualibet fuerit occasione perceptum, manebit omnibus modis inconvulsum. Ad extirpandum vero radicitus hujus callidæ machinationis inutile argumentum, id sibi rationabiliter dari noverint in objectu, quod sacrosancti baptismatis inappreciabile donum est semper; & sæpe non solum [h] nolentibus, verum etiam (quod majus est) nescientibus impertitur: sed hoc a nullo penitus profanari permittitur. Quod si & hic opponitur, nec dum rationis capaces existere, qui hoc probantur accipere; hic omnimodo * conticescant: quia si majores impune non deserunt, quod parvuli vel nesciendo, vel nolendo percipiunt, quanto magis non convenit D violare, quod pro mortis, aut pœnarum evadenda pernicie, occulta Dei dispensatione dignoscitur obvenisse?

Recedant ergo talium desideriorum impudorati fautores; & licet inviti perceperint, quod non merebantur habere, libenter tamen ob cæleste retineant præmium, quod nolendo, per terrenæ consecuti sunt necessitatis eventum: ut * tamen inviti appetant bona diligere, * quæ sponte videntur * desides impugnare. Quod si quis post hoc perennis dispositionis edictum, non sinceriter sacris inhæserit cultibus, & abjiciens a se gratiam, quam accepit, relabi ad conjugia, moresque sæculi attentaverit, vel eum redire E constiterit, mox omni ecclesiastici ordinis dignitate privatus vere ut apostata a sanctæ ecclesiæ liminibus, & societate fidelium habeatur prorsus exclusus, monasterii claustris, donec advixerit, sub pœnitentia retrudendus.

VIII.

Octavæ disceptationis * affectu reperimus quosdam divinis officiis mancipatos tanta * nesciente socordia plenos, ut nec in illis probentur instructi competenter ordinibus, qui quotidianos versantur in usus. Proinde solicite constituitur, atque decernitur, ut * nullus cujuscumque dignitatis ecclesiasticæ deinceps * percipiat gradum, qui non totum psalterium, vel canti-

Marginal notes: * se novimus * testati sunt, * divina auctoritas non * chrismatis Marc. 16. * sacrorum * cognoscant; * tam * quam * desidentes * affatu * nescientiæ * nullius * percipiet

ANNO CHRISTI 653.

canticorum usualium, & hymnorum, sive baptizandi perfecte * noverit supplementum. Illi vero, qui jam honorum dignitate funguntur, hujus tamen ignorantiæ cæcitate vexantur, aut sponte sumant intentionem * necessaria perdiscendi; aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur inviti. * Absurdum siquidem est, eos, qui ceteros simpliciores & laicos habent docere (quibus & disciplinæ, & vitæ debent esse veluti quoddam speculum) ad alicujus ordinis vel dignitatis promoveri statum, qui legem Dei ignorant, nec literarum saltem mediocritate sunt insigniti. Nullus igitur ad sacra Dei mysteria tractanda veniat indoctus * lotus aliquis, aut ignorantiæ tenebris cæcutiens: sed solus is accedat, quem morum innocentia & literarum splendor reddunt illustrem. Aliter ordinaturis & ordinandis imminet in posterum Dei & ejus ecclesiæ vindicta.

* noverint
* necessariam
* reliqua hujus capituli in quibusdam exemplaribus desunt.

IX.

Nonæ intentionis admonitu detecta est ingluvies horrenda voracium, quæ dum fræno parsimoniæ non adstringitur, religioni contraire * censetur. Nam dicente scriptura: *Qui spernit minima, paulatim decidet in maxima*: illi tanto edacitatis * improbæ sumptu grassantur, ut cælestia & pene summa contemnere videantur. Etenim cum [k] quadragesimæ dies anni totius decimæ deputentur, quæ in oblatione jejunii * domini consecrantur, quibus etiam saluberrime conditio humani generis expiatur, dum a quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur; quatuor elementis formatus, propter transgressionem decalogi quaterdecies convenienter affligitur: illi ausu temerario hæc omnia contemnentes, voracitatis ingluviem non frenant, & (quod pejus est) paschalia festa illicitorum esuum * præceptione profanant. Quibus ex hoc adeo acerrime interdicitur, ut quisquis absque inevitabili necessitate, atque fragilitatis evidenti languore, seu etiam ætatis impossibilitate, diebus quadragesimæ esum carnium præsumpserit attentare, non solum reus erit resurrectionis dominicæ, verum etiam alienus ab ejusdem diei sancta communione. Et hoc illi cumuletur ad pœnam, ut ipsius anni tempore ab omni esu carnium abstineat gulam: quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam. Illi vero, quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, non ante prohibita violare præsumant, quam a sacerdote permissum accipiant.

* monstratur.
Eccles. 19.
* improbitate grass.
* domino
* perceptione
Ivo p. 15. c. 89.

X.

[l] Decimæ * conlocutionis assensu molestis actibus, quos sagax indagatio pietati obviare detexit, & non tam bene regendi licentia, quam se mansuetudo impugnasse probavit, satis (ut opinamur) & lege gloriosi principis, & decreto sanctæ synodi hujus contradictum esse conspeximus. Ita enim sanctus Spiritus per utrasque definitiones mortalium corda perflavit, ut vitali flatu verborum in posterum omnem exureret male concupiscentium rabiem animorũ. Actum namque est in definitionibus ipsis, ut quia pietatis divinæ incomprehensibilis & ignota natura, sese conditioni mortalium in * unione personæ conjunxit mysterio redemptionis humanæ, nos quoque * a membris capitis hujus, & perfidiæ malum, & concupiscentiam, quæ radix malorum est omnium, & avaritiam, quæ invenitur servitus idolorum, pari simul igne ac mucrone, totoque artificio radicitus evellamus ac desecemus. Ab hinc ergo, & deinceps, ita erunt in regni gloriam præficiendi rectores, ut aut in urbe regia, aut in loco ubi princeps decesserit, cum pontificum, majorumque palatii omnimodo eligantur assensu; non * forinsecus, aut conspiratione paucorum, aut rusticarum plebium seditioso tumultu. Erunt catholicæ fidei assertores, eamque & ab hac quæ imminet Iudæorum perfidia, & a cunctarum hæresum injuria defendentes: erunt actibus, judiciis, & vita modesti: erunt in provisionibus rerum tam parci amplius quam extenti, ut nulla vi, aut factione scripturarum, vel definitionum qualiumcumque, contractus a subditis vel exigant, vel exigendos intendant: erunt in conquisitis * oblationibus gratissime rebus, non prospectantes proprii jura commodi, sed consulentes patriæ atque genti. De rebus congregatis ab eis, illas tantum sibi vendicent partes, quas dictaverit auctoritas principalis. Verum quæcumque inordinata reliquerint, hereditabunt * gloriam successores. Propria eorum, & ante regnum justissime conquisita, aut filii, aut heredes capiant jure proximitatis. De affinium successione vel munere, quamvis inordinata relicta, aut primo tantum filiis, aut heredibus sequenter proficiant, vel propinquis. Atque ita in eorum cunctis actibus, moribus, atque rebus præfatæ legis erit auctoritas valitura, ut ea perenniter maneat inconvulsa. Et non prius apicem regni quisquam * percepérit, quam se de illa per omnia suppleturum jurisjurandi taxatione definiat. Cui etiam legi, vel decreto * episcopali, non solum in futuro, sed etiam in præsenti reverentiam apponentes, decernimus, ut quicumque detractor, & non potius venerator decreti ejusdem atque legis esse maluerit, sive religiosus ille, sive sit laicus, non solum ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum & sui ordinis dignitate privetur.

* collactationis
* unitate
* membra capitis.
1. Tim. 6.
Ephes. 5.
* cœtu
* obligationis gratia
* successores propriorum.
* percipit
* episcopalem

XI.

Vndecimæ occasionis articulo decretorum universalium perenne dedimus firmamentum, scientes, quod multimoda semper Deus * oppositione judiciorum ærumnam relevet oppressorum: & sicut malis exigentibus hominum permittit exerceri pœnas ultionum, ita cum voluerit gravedines relevat pressurarum. Hinc & decreta præcedentium patrum, ad contentionis jurgium radicitus evellendum, rite synodalem fieri censuere conventum; ut illic de diversitate judiciorum * protensæ lites habeant terminum, ubi Spiritus sanctus universalem coadunaverit cœtum. Ab hoc ergo Spiritu sancto succensi, ne * quilibet in posterum, aut impune valeant * commoveri, aut generalia statuta * convellere, plena decernimus unanimitate connexi, ut quæcumque pro fidei causis, ecclesiasticisque negotiis, aut præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, aut futuris etiam in decretis * vel sint, vel fuerint definitiones conscriptæ universali auctoritate, nullus his deinceps contradicere audeat, nullus ea evertere præsumat, nullus non implere contendat. Nam si quis ex religione contra hæc inobediens, aut susurrans, vel certe lacerator, aut invidus, aut non potius eorumdem fautor extiterit * gratiosus, & honoris sui, & communionis sanctæ lugeat amissione multatus. Cum vero quælibet sancta synodus agitur, aut pacifice inter * pontifices

* suppositione
* prætensæ
* quælibet
* commoveri
* convellere
* quæ vel
* gratis honoris
* episc.

fices quippiam definitur; si pauciores per nescientiam vel contentionem forte dissentiant; aut commoniti plurimorum sententiæ cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore confusionis abscedant, * excommunicationis annuæ sententiam luant.

XII.

Duodecima, quæ est finalis & ultima, sacratissimi principis obsecratione piissima, pro Iudæorum abominabili ac nefanda perfidia, execranda nostro cœtui perpatuit causa: quam idcirco in fine sententiarum censuimus esse ponendam, quoniam eamdem gentem delicti sui merito retroductam, per divinæ sanctionis oracula a capite * positam deflemus * in caudam. Sed quia Christus, ut pro nobis, ita quoque pro B illis est mortuus, juxta quod ipse ait: *Non sum missus nisi ad oves quæ perierant domus Israel*; necessarium duximus summam pro eis impendere curam, pro quibus suam Christus ponere non dedignatus est animam. Ideoque principali clementia devotissime * præfaventes, quæ ob hoc sui regni apicem a domino solidari præoptat, si catholicæ fidei pereuntium turmas acquirat, (* indignum orthodoxæ fidei principem sacrilegis * imperare, fideliumque plebem infidelium societate polluere) nihil aliud pro his ex nostra sententia definitur, quam ut decreta concilii Toletani, quod divæ memoriæ Sisenandi regis aggregatum est tempore, a nobis ac posteris omnimoda suppleantur intentione. Quisquis autem ab ejusdem synodi voluerit sententia dissentire, ut vere sacrilegum se noverit condemnari.

XIII.

Divinæ trinitatis inseparabile nomen, sicut inspiratione mirabili nostrorum tractatuum primordia * lineavit, ita consummatione sublimi * eadem jam perficiendo * concludit: ut in illo sit nostrum explicuisse, a quo nobis adfuit inchoare. Damus ergo gloriam & honorem eidem sanctæ atque * indivisibili trinitati, quæ nobis D * ex se dicere contulit, & in se dicta complevit, quæ reformavit in extremitate sæculorum remedia pietatum, & resolvit ligamina * vinculorum. Sit gratiarum actio, salus, & benedictio exercituum domino super serenissimum Reccesvinthũ, principem gloriosum. Gratiarum actio, & reverentiæ plenitudo, a nobis omnibus in cõmune, ipsi clementissimo principi bonorum gratifico largitori; cujus votorum instantia benigna Deus attulit complementa; cujus * dispositione piissima pressurarum removit exitia; cujus temporibus * conferat vigere justitiam & exuberare misericordiam opulentam; * cui post præsentis ævi tempora, diuturnam cum sanctis omnibus tribuat in remuneratione coronam. Nos autem omnes hanc decretorum seriem * ex rectæ, vel pietatis ac justitiæ fonte manantem, E coram Deo & sanctis angelis ejus, orthodoxis omnibus, & nunc & in futurum impensissime commendamus, obsecrantes enixius, ut hanc & reverenter adimpleant, & ab æmulis benigne defendant. Contemnentibus eam divinæ severitatis ultio pavenda proveniat, observantibus autem misericordia profluens, pax perpetua, & gloria sempiterna contingat. Hujus quoque sententiæ fortitudine vel valore, decreti nostri seriem, quam in serenissimi domini nostri Reccesvinthi regis edimus nomine, pro rebus a divæ memoriæ patre suo quolibet

A titulo conquisitis, decernimus omnino constare. Legem denique, quam pro coercenda principium horrenda cupiditate idem clementissimus edidit princeps, simili robore firmamus, atque ut in futuris retro temporibus modis omnibus observetur, pari sententia definimus. Quæ etiam ne taciturnitate temporum, vel oblivionis vetustate * depereant, huic nostræ constitutioni utraque decernimus innectenda; ita cunctorum memoriæ commendanda, ut a cunctis regulis superius ordinatis nusquam maneant segregata. Cetera quoque decretorum nostrorum judicia, quæ ab hac synodo noscuntur esse confecta, si quis convellere forsitan decreverit, aut temere implere neglexerit, vel infringere quandoque voluerit, per judicium omnipotentis Dei anathema sit. Soli autem Deo nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen.

(* deserantur.)

Interfuerunt huic sancto concilio pontifices numero quinquaginta duo.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Orontius, Emeritensis metropolitanus episcopus.
Antonius, Spalensis metropolitanus episcopus.
Eugenius, regiæ urbis metropolitanus episcopus.
* Potamius, Bracarensis metropolitanus episcopus.
Gabinus Calagurritanus episcopus.
Epartius Italicensis episcopus.
Ansericus Segobiensis episcopus.
Dunila Malacitanus episcopus.
* Talo Gerundensis episcopus.
Stephanus Astigitanus episcopus.
Tagontius Valeriensis episcopus.
* Donumdei Impuritanus episcopus.
Vbimbal Ilicitanus episcopus.
Ioannes Cauriensis episcopus.
Floridus * Segobriensis episcopus.
Marcus * Castellonensis episcopus.
Georgius * Agathensis episcopus.
Vincentius Tuccitanus episcopus.
Selva * Egitaniensis episcopus.
Vbidericus * Segontinus episcopus.
Candidatus Asturicensis episcopus.
* Davila Complutensis episcopus.
Egeredus Salmanticensis episcopus.
Athanasius * Setabitanus episcopus.
* Guericus Ausonensis episcopus.
Mauricius Oretanus episcopus.
Abientius Elborensis episcopus.
Filimirus Lamicensis episcopus.
Servandus * Eliplensis episcopus.
Silvester Carcassonensis episcopus.
* Ala Eliberitanus episcopus.
* Vnadila Visensis episcopus.
* Amanurus Abilensis episcopus.
* Afrila Dertosanus episcopus.
Adeodatus Pacensis episcopus.
* Bacanda Egabrensis episcopus.
Felix * Valentinus episcopus.
* Euforus Cordubensis episcopus.
Froila Mentesanus episcopus.
Giberius Bigastrensis episcopus.
Maurellus * Vrgilitanus episcopus.
Hermenfredus * Lucensis episcopus.
* Ascarius Palentinus episcopus.
Celedonius Calabriensis episcopus.

(Marginal notes: * Potamius Calagurritanus episc. & in sequẽti Potamius Bracarensis, &c. * Toila al. Taio. * Donus Lnopyrenæus. * Segobricensis * Castulonensis * Egitanensis * Egabrensis * Segõtiensis * Dalila * Setabiensis * Gubericus * Ilipensis * Aia * Vbadila * Amanungus Elnensis * Aprila * Baucada Agabrensis * Valentinensis * Phosphorus * Vrgelensis * Icensis * Ascaricus)

F Litorius

ANNO CHRISTI 653.

p Litorius Aucensis episcopus.
Iulianus * Auccitanus episcopus.
* Sona Auriensis episcopus.
* Servodeus Bastitanus episcopus.
Sisebertus * Coimbrensis episcopus.
* Taio Cæsaraugustanus episcopus.
Eusebius Oscensis episcopus.
* Balduigius Arcavicensis episcopus.

* Accitanus
* Sontanus
* Servus-dei Bastianus
* Conimbricensis
* Taia
* Valduigius Arcobricensis
* abba

q SVBSCRIPTIONES ABBATVM.

r Fugitivus * abbas subscripsi.
Anatolius abbas subscripsi.
* Eusicius abbas subscripsi.
Ildefonsus abbas subscripsi.
Simpronius abbas subscripsi.
Eumerius abbas subscripsi.
Quiriacus abbas subscripsi.
Morarius abbas.
Ioannes abbas.
Secundinus abbas.
s Marcellinus archipresbyter Toletanus subscripsi.
t * Silicolus primicerius subscripsi.

* Eupsychius.
* Siriculus

SVBSCRIPTIONES VICARIORVM episcoporum.

* Osdulfus Avianchimari episcopi ecclesię Dumiensis, subscripsi.
Servandus, archipresbyter Vincentii episcopi ecclesiæ * Agarensis, subscripsi.
Godescalcus, presbyter * Egilanis episcopi ecclesiæ * Oxomensis, subscripsi.
* Matericus, presbyter * Sonani episcopi ecclesiæ * Britaniensis, subscripsi.
Victorinus, presbyter Beati episcopi ecclesiæ Tudensis subscripsi.
* Sutterricus, diaconus Gaudiolani episcopi ecclesiæ Ilerdensis, subscripsi.
* Conantius, diaconus * Mareli episcopi ecclesiæ Dianensis, subscripsi.
Daniel, diaconus Marcelli episcopi ecclesiæ Vrcitanæ subscripsi.
Sindigis, diaconus Vincibilis episcopi ecclesiæ Iriensis, subscripsi.
Sagarellus, diaconus Saturnini episcopi ecclesiæ Osonobensis, subscripsi.

* Odulgus abbas Riachimari episcopi, *al.* Absalus archipresbyter subsc.
* Egarensis. *al.* Gerabricensis
* Egilæ
* Oxobiensis;
* Mattericus,
* Somnani
* Britolensis.
* Guitericus,
* Tonantius diaconus Gauduleni episcopi ecclesiæ Ilerdensis.
* Maurelii

u SVBSCRIPTIONES VIRORVM illustrium.

* Hodoacrus comes cubiculariorum, & dux.
* Ofilo comes cubiculariorum, & dux.
Adulphus comes scantiarum, & dux.
* Dabilo, comes & procer.
* Astalaus comes.
Atanephus, comes & dux.
Ella, comes & dux.
Paulus, comes notariorum.
* Tuancius, comes scantiarum.
Euredus, comes & procer.
* Ricilla, comes patrimoniorum.
Afrilla, comes scantiarum.
* Vbenedarius, comes scantiarum, & dux.
Fandila, comes scantiarum, & dux.
* Cunefridus, comes spathariorum.
* Frolla, comes & procer.

* Hodoagrus, *al.* Odoacer.
* Ofilo
* Babilo
* Ataculfus
* Euantius
* Riquira *al.* Ruochila,
* Benedarius.
* Cunefredus comes saciariorū.
* Procira comes patrimoniorum.

Decretum in die secunda universalis concilii editum in nomine principis.

Soliditatem reddidisse fracturæ, atque fecisse consurgere quod extiterat collisum, & incrementum est usitatæ mercedis & plenitudo consummatæ perfectionis. Ponderi etenim collidentis ruinæ, si æqualium proximorum * curam convenit obviare, quanto grandioris culpæ erit prælatos incuriæ discrimen incurrere, si non quo valent; * excommunicationis onere commissos procurent populos sublevare? Properandum ergo est inter ruinas collisionum, catervas eripere collisorum? ut ex hoc jugiter & ultra, nec vigorem nocendi habeat execranda pressura, & omnis compressus noverit sanctionis esse * sacra sibi collata remedia. Cum decursis ergo temporibus duræ * damnationis sese potestas gravis attolleret, & in subjectis B populis * imperium dominantis non formaret jura regiminis, sed excidia ultionis; aspeximus subditorum statum non ex ordine vegetari rectoris, sed dejici ex gravedine potestatis. * Contraxerant enim * leges elata fastigia in bifronti dissidio motionis: & aut in culpis lex ardua sæviebat, aut in spoliis favorem lex voluntarie commodabat. Inde mœstos animos non spes fovebat ex munere, sed tolerantia vexabat in funere. Inde jam in reparationis occursu, non tantum nos abire ratio sola cogit, verum & ipsa * commotio rerum impellit; ut ex omnium animorum deliberatione concordi illa * maneat sententia dicti, quæ & finem ausibus rite ponat illicitis, & consultum salvandis C jure ferat populis. Quosdam namque conspeximus reges, postquam fuerint regni gloriam assequentes, extenuatis viribus populorum, rei propriæ congerere lucrum: & obliti * quod regere sunt vocati, defensionem in vastationem convertunt, qui vastationem defensione pellere debuerunt. Illud gravius innectentes, quod ea quæ videntur acquirere, non regni deputant honori, nec gloriæ, sed ita malunt in suo jure confundi, ut veluti ex debito decernant hæc in liberorum posteritatem transmitti. Quā itaque ob rem in proprietatis illa conantur redigere finum, quæ pro solo constat illos imperiali percepisse fastigio, * aut pro libito in ju- D ris proprii collocant antro, quod publicæ utilitatis acquisitum esse constat obtentu. Nam numquid ad illos, aut populorum adventus, aut rerum poterat concurrere census, nisi extitissent gloriæ sublimati culminibus? aut * ab æqualibus illi * potuerant rerum coacervatione ditari, nisi * subjectis glorioso apice potuissent attolli? Omnia tamen certe totius plebis membra subjecta, dum ad principale caput relevant attentum debitæ * visionis obtutum, ab illo negotiorum prospectant remedium, cui modo gratum, modo debitum irrogant censum. Regalis proinde ordo ex hoc cuncta sibi deberi convincit, ex quo se * regere cuncta cognoscit; & inde conquisita, non alteri quam sibi juste defendit; unde non personæ, sed potentiæ suæ hæc debere non ambigit. Re- E gem * etenim jura faciunt, non persona: quia nec constat sui mediocritate, sed sublimitatis honore. Quæ ergo honori debentur, honori deserviant; & quæ reges accumulant, regno relinquant: ut quia eos gloria regni decorat, ipsi quoque gloriam regni non extenuent, sed exornent. Habeant deinceps jure conditi reges in regendo corda solicita, in operando facta modesta, in decernendo judicia justa, in parcendo pectora prompta, in conquirendo studia

ANNO CHRISTI 653.
* cura
* excommunionis
* sanctæ
* *forte* dominationis
* impiorum dominatu
* Contraxerunt
* reges
* commonitio
* emanet
* quod reges sint voc.
* ut quod bet
* æquabilibus
* potuerint
* per subjectos
* jussionis obtutu,
* regem recognoscit,
* terrenum

studia parca, in conservando vota sincera: ut tanto gloriam regni cum felicitate retentent, quanto jura regiminis mansuetudine conservaverint, & æquitate dixerint promissæ præmium * dilectionis. Ne non prodisse putetur ex fomite rationis, * revelare convenit * evidentissimam speciem operis: ut ex illo nos idoneos assertores habeat probitas veritatis, ex quo * se per semetipsam reservaverit qualitas actionis. Ecce enim ita ex gentis nostræ mediocribus majoribusque personis, multos hactenus corruisse reperimus, & deflemus, ut eorum agnitis ruinis, non aliud possimus, quam divinæ judicia considerare * permissionis. Quorum quidem domorum spolia, & potentiarum divitias simul, & prædia ita [1] conspicimus prorsus exinanita, ut nec fisci usibus commoda, nec palatinis officiis reperiantur in remedium salutare collata. Cujus rei ex utroque concurrente defectu, dum & adjudicatos sententia judiciorum elisit, & in eorum bonis ad ipsorum vicem munificatus * nemo surrexit pene, non res ista disciplinam in ordine, sed defectum posuisse pensatur in gente: illo majori salutis dispendio cumulato, quod tam hæc quæ de judicatis vigor judiciorum abstraxerat, quam illa quæ qualiscumque proventus ordine profligationis * congesserat, tota proprietatis principium amplitudo in sinum suæ receptionis incluserat: sicque solo principali ventre suppleto: cuncta totius gentis membra vacuata languescerent ex defectu. Unde * eveniet, ut nec subsidium mediocres, nec dignitatem valeant obtinere majores: quia dum solius potestatis vigor maxima occupavit totius plebis status, nec minima * jure defendit. Adeo cum omni palatino officio, simulque cum majorum minorumque conventu, nos omnes, tam pontifices, quam etiam sacerdotes, & universi sacris ordinibus famulantes, concordi definitione decernimus, & optamus, ut omnis conquisitionis profligatio, in omnium rerum viventium, ac non viventium; immobilium quoque, & moveri valentium corpore vel specie, forma vel genere, quæ a glorioso memoriæ Cindasvintho rege, a die quo in regnum dignoscitur conscendisse, * repertus quolibet modo extiterit augmentasse, omnia in serenissimi atque clementissimi nostri Reccesvinthi principis perenni transeant potestate, & perpetuo deputentur in jure, non habenda parentali successione, sed possidenda regali congressione; ita ut juste sibi debita quisque percipiat, & de reliquis ad remedia subjectorum, quæcumque elegerit principis voluntas, exerceat: illis tantummodo exceptis, quæ memoratus divæ memoriæ Cindasvinthus princeps ante regnum, aut ex propriis, aut ex justissime conquisitis visus est habuisse, in quibus cunctis filiis ejus, una cum glorioso domino nostro Reccesvintho rege, maneat & divisio libera, & possessio pace plenissima. Sed & illæ res, quas prædictus princeps de justis proventibus filiis suis, vel quibuslibet justissime visus est contulisse, vel reliquisse, omnes in eorum jure maneant inconvulsæ: illa negotii hujus veritate servata, ut quia grata voluntas gloriosi domini nostri Reccesvinthi regis reddere decernit unicuique justissime debita, nemo invasionis calumniam moveat, aut damna requirat, propter quod gloriosæ memoriæ genitorem ejus quædam indebite * abstulisse constiterat.

* habuisse

Lex edita in eodem concilio a Reccesvintho principe glorioso.

In nomine Domini Flavius Reccesvinthus rex.

EMINENTIÆ celsitudo terrenæ tunc salubrius sublimia probatur appetere, cum saluti proximorum pia cernitur compassione prodesse. Unde solet contingere, ut plus commodi de aliena salute conquirat, quam de propria utilitate quisque percipiat. In multis enim, * quia multorum salus attenditur, majoris lucri summa * percipitur; in se autem, quia privati commodi fructus appetitur, non * satis est, si unius beneficii præmia conquirantur. Hinc & illa regendarum tantumdem salus est plebium, quæ non suos fines privata voluntate concludit; sed quæ universitatis limites communi * prosperitatis lege defendit. Quapropter, ne salutis ordo imperialibus videatur verbis potius obtineri, quam * factis, de sublimitatis obtentu declinamus ad vota supplicum tranquillæ * jussionis * aspectum: ut inde salutaris compassio habeat commodum, unde turmæ plebium adeptæ fuerint supplicationis effectum. Cum igitur præcedentium serie temporum immoderatior aviditas principum sese prona diffunderet in spoliis populorum, * & augeret eis rei propriæ censum ærumna flebilis subjectorum; tandem supernæ * respectionis afflatu nobis est divinitus inspiratum; ut quia subjectis leges reverentiæ dederamus, principum quoque * excessus retinaculum temperantiæ poneremus. Proinde sincera mansuetudinis * deliberatione, tam nobis, quam cunctis nostræ gloriæ successoribus adfuturis, Deo mediante legem ponimus, decretumque divalis observantiæ promulgamus, ut nullus regum, impulsionis suæ quibuscumque motibus aut factionibus, scripturas de quibuslibet rebus alteri debitis ita extorqueat, vel extorquendas instituat, quatenus injuste ac * nolenter debitarum sibi quisque * privari possit dominio rerum. Quod si alicujus gratissima voluntate quidpiam de rebus a quocumque perceperit, vel pro evidenti præstatione lucratus aliquid fuerit, in eadem scriptura patens voluntatis & præstiti conditio annotetur, per quam aut impressio principis, aut conferentis fraus evidentissime detegatur. Et si patuerit a nolente fuisse scripturam exactam, aut resipiscat improbitas principis, & evacuet quod male contraxit, aut certe post ejus mortem ad eum, cui exacta est scriptura, vel ad heredes ejus res ipsæ sine cunctatione debeant * revocari. Illæ autem res, quæ * remota omni reprehensionis argumentatione, directo modo transierunt in principis potestatem, in ejus perenniter jure perdurent: & quidquid ex rebus ipsis idem princeps ordinarie voluerit, suæ potestatis arbitrio subjacebit. Verum, ut omne hujus negotium actionis roboret sinceritas veritatis, cum quarumcumque rerum scripturæ in principis nomine extiterint factæ, mox testes, qui in eadem scriptura subscriptores accesserunt, ab his quos elegerit princeps, diligentissime perquirantur, si non aliquod indicium, aut de impressione principis, aut de fraude scripturam facientis,

Habetur in foro judicum, lib. 2. tit. 1. lege 6.

* cum
* perficitur,
* salutis
* pietatis
* pactis,
* visionis
* aspectu
* ut
* respirationis
* excessibus
* nostræ delib.
* violenter indebitorũ
* probare
* renovari.
* seclusa omni reprehensionis augmẽtatione

ANNO CHRISTI 653.

facientis, modo quocumque cognoverint: ut A ſic aut rite facta ſeries ſcripturæ permaneat, aut irrite confecta vaneſcat. Similis quoque * ſententia de terris, vineis, atque * famulis obſervetur, ſi ſine ſcripturæ textu tantummodo coram teſtibus quælibet facta fuerit definitio. De rebus autem omnibus a tempore * Suintillani regis hucuſque a principibus acquiſitis, aut deinceps, ſi provenerit, acquirendis, quæcumque forſitan princeps inordinata ſive relinquit, ſive reliquerit, * quæ pro regni apice probantur acquiſita fuiſſe, ad ſucceſſorem tantummodo regni decernimus pertinere, ita habita poteſtate, ut quidquid ex his elegerit facere, liberum habeat velle. In illis autem rebus, quæ ipſi aut de bonis parentum, aut de quorumcumque provenerint ſucceſſionibus proximorum, ita eidem principi, ejuſque (ſi filii defuerint) heredibus legitimis hereditatis * jura patebunt, ſicut ceteris lege vel * ſucceſſione paterna patuiſſe noſcuntur. Quod ſi aliquid de rebus quorumcumque parentum & proximorum, non ſolum ſucceſſione, ſed etiam qualibet collatione, aut quocumque contractu ad jus ipſius perveniſſe patuerit, ſi contingat hæc inordinata relinqui, non ad ſucceſſorem regni, ſed ad filios vel heredes ejus qui conquiſivit, ſpecialiter omnis eadem conquiſitio pertinebit. Nam & de illis rebus, quas idem princeps ante regnum aut ex proprio, aut ex juſtiſſime conquiſito dignoſcitur habuiſſe, irrevocabili ordine aut faciendi quod voluerit, * poteſtas manebit, aut certe filiis ejus ſucceſſio plena patebit. Quod ſi filii defuerint, legitimis heredibus ex his quæ inordinata reliquerit, hereditatem adire licebit. Hujus ſane legis ſententia in ſolis erit * principum negotiis obſervanda, atque ita perpetim valitura, nt non ante quiſpiam ſolium regale conſcendat, quam juramenti fœdere hanc legem ſe in omnibus implere promittat. Quemcumque vero aut per tumultuoſas plebes, aut per abſconſa dignitati publicę machinamenta adeptum eſſe conſtiterit regni faſtigia, mox idem cum omnibus tam nefarie ſibi conſentientibus, & anathema fiat, & Chriſtianorum communionem amittat, tam diræ percuſſionis ultione colliſus, ut omnis divini ordinis cultor, qui illi communicare præſumpſerit, ſimili cum ipſo damnatione diſpereat, & pœna tabeſcat. Nam & ſi quis legis hujus ſeriem ex officio palatino malevole detrahendo lacerare voluerit, aut evacuandam quandoque vel ſilenter muſſitans, vel aperte reſultans, proloqui detectus extiterit, cunctis palatinæ dignitatis & conſortiis & officiis mox nudatus, omnium rerum ſuarum dimidiam partem amittat, & in deputato ſibi loco redactus, a totius palatii maneat ſocietate ſecluſus. Religioſus etiam, qui ſe in hanc culpam devoluerit, ſimili rerum proprietatis ſuæ diſpendio ſubjacebit.

* ordo

* familiis

* Chintilani

* quoniam

* jure

* ſucceſſione patere noſ.

* poteſtatem habebit,

* regum

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *Æra DCXCI.*] Vaſæus anno uno ante celebratum ait. Quod & breviarii cujuſdam perantiqui, quod manuſcriptum apud ſe is habet, auctoritate confirmat: ubi dicitur Receeſvinthus æra DCLXXXV. regnare cœpiſſe, quinto vero poſt anno coactum hoc fuiſſe concilium. Apud Rodericum Toletanum lib. 2. cap. 22. numerus æræ corruptus eſt. Nomen regis ſcribitur Receeſvinthus, in nummo antiquo, ubi legitur, *Receeſvinthus rex, Cordoba patricia* Fuit princeps religione & pietate inſignis, in omnique virtutis officio illuſtris. Legebat avide divinos libros: quidquid in illis obſcurum erat, a doctis viris perhumaniter ſciſcitabatur. Templa pie tapetis ornabat, ob religioſum ſanctorum cultum & venerationem.

b *In ſacris miſſarum.*] Sic eſt in miſſali Mozarabum ad verbum, a D. Iſidoro edito; item in duodecimo concilio Toletano, cujus officium quotidie in ſancta eccleſia Toletana celebratur ſolenniter in ſacello huic muneri eccleſiaſtico Gothico dicato. Symbolum patrum publice in miſſis in eccleſia cantatur. Nam ut auctor eſt divus Thomas 2. 2. q 1. art. 9. ad ſextum, fuit editum fide jam propagata & manifeſtata, & reddita pace eccleſiæ. Symbolum vero apoſtolorum, quia perſecutione fervente conditum fuit, nondum publicata fide, in prima & completorio occulte dicitur.

Cap. 1. Cur ſymbolum Nicænum & Conſtantinopolitanū publice, apoſtolicū occulte & tacite recitentur in divino officio.

c *Noſtri.*] Iuramentum illud, quod obſervatum in pejorem vergit exitum, ſalubri conſilio mutandum eſſe, eleganter docet Soter papa, ut eſt apud Gratianum 22. quæſt 4. cap Si aliquid: & in concilio Trib. ſub Arnulpho imperatore, cap. 21. vbi inſtitutum, quod ſacerdos loco juramenti interrogetur per ſanctam conſecrationem. D. Thom. 2. 2. quæſt. 89. art. 7.

Cap. 2.

d *Contra priora monita patrum.*] Gratis ordines conferendos, ne Spiritui ſancto contumelia irrogetur, dum ejus donum precio æſtimatur, docuerunt antiqui patres; Hormiſda papa in epiſtola ad epiſcopos Hiſpaniæ, & Concil. II. Aurelianenſe cap. 3. & II. Turonenſe cap. 28. & IV. Toletanum cap. 18. & II. Bracarenſe cap. 3 Et noviſſime concilium Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 1. *Nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonſuræ, nec pro literis dimiſſoriis aut teſtimonialibus; nec pro ſigillo, nec alia quacumque de cauſa, etiam ſponte oblatum, epiſcopi & ordinum collatores accipiant.*

Cap. 3. Ordines gratis conferendi.

e *Majorum veteribus conſtitutis.*] Teneri Chriſti ſacerdotes ad ſervandam caſtitatem, vitæque puritatem, conſtat ex perantiquis patrum decretis. Non enim conjugium appetere debent, ut veteris legis miniſtri, Chriſti ſacerdotes: illis enim tunc concedebatur, ne tribus Levi, ex qua ſola ſacerdotes creabantur, ex eorum cælibatu paulatim rueret, & periret: quibus hoſtias hircorum atque arietum offerentibus dictum eſt: *Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum.* quamobrem & tempore vicis ſuæ ab uxoribus ſejuncti officio vacabant. Quid de Chriſti in nova lege ſacerdotibus dicemus? qua mentis & animi puritate offerre debent hoſtiam puram, ſanctam, & immaculatam, panem vitæ, & calicem ſalutis perpetuæ? qui non ex una, ſed ex quavis tribu, & gente, & familia eligi poſſunt, ut immortale, & vivificum, tremendumque ſacrificium quotidie conficiant, ab omni ſolicitudine uxoria immunes. Nam ut Paulus ait 1. ad Corinth. 7. *Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt quæ domini ſunt; quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori; & diviſus eſt.* Vnde ex apoſtolis fluxit, ut conjugati non ordinentur: ut conſtat ex epiſtolis Siricii papæ, capite 7. & Innocentii papæ I. epiſtola 2 capite 9. & Hormiſdæ papæ ad epiſcopos Hiſpaniæ, capite 1. Hinc qui conjugati ordinabantur, a ſubdiaconatu deinceps non ſinebantur uxoribus miſceri. I. Tolet. capite 1. V. Carth. capite 3. Agathen. c. 9. III. Aurel. capite 2. & aliis multis. Poſt ſacerdotium adeptum nullus matrimonio jungebatur. Itaque licebat ex conjugato ſacerdotem fieri: ex ſacerdote vero conjugatum, minime. De hac re vide apud Socratem hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib 2. cap. 8. quæ de Paphnutio referuntur. Et multi ex viris doctis hujus ſæculi doctiſſime de hac re adverſus hæreticos ſcripſerunt. Qnod ſi priſci ſacerdotes, qui per ephemeridas & vices miniſtrabant, dum offerebant, ſe abſtinebant: qui ſemper & quotidie debet offerre, ut Chriſti ſacerdos, ſemper debet abſtinere. Quod annotavit Origenes homilia 23. ſuper librum Numerorum: *Ille offerre, poteſt* (inquit) *qui indeſinenter cuſtodit continentiam, & conſervat ſemetipſum a peccato: qua die interruperit & peccaverit, certum eſt, quod in illa die non offert ſacrificium indeſinens Deo. Vereor dicere aliquid, quod ex ſermonibus apoſtolicis intelligi datur, ne forte videar aliquos contriſtare. Nam ſi oratio juſti ſicut incenſum in conſpectu Dei, & elevatio manuum ejus ſacrificium veſpertinum: dicit autem apoſtolus his qui in conjugiis ſunt; Nolite fraudare invicem niſi forſan ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi; & iterum revertimini in idipſum; certum eſt impediri ſacrificium indeſinens his, qui conjugalibus neceſſitatibus inſerviunt. Vnde mihi videtur, quod illius ſolius eſt ſacrificium offerre indeſinens, qui indeſinenti & perpetua ſe devoverit caſtitati.* Hæc Origenes.

Cap. 5. De cælibatu clericorum.

f *Sexta diſcuſſionis*] Subdiaconos non debere contrahere matrimonium, decreum eſt a Silveſtro papa in concilio, actione 1. capite 8. Et I. Tolet. cap. 4. Et II. Tolet. capite 1.

Cap. 6 Subdiac nus cont nens e debet.

g *Quibuſdam eccleſiis.*] Concil. Carthag. IV. cap. 5. *Cum ordinatur ſubdiaconus, quia manus impoſitionem non accepit,*

Cap. 6

patenam

patenam de episcopi manu vacuam accipiat, & calicem vacuum. De manu vero archidiaconi urceolum cum aqua, & mantile, & manutergium.

h *Nolentibus*] Baptismum conferri amentibus testatur August. lib. 4. confess. cap 4. Ægrotis, qui respondere non possunt, Arausc. concil. I. cap. 13. Parvulis nescientibus, Carthag. III. cap. 34. Gerunden. c. 5. Et Tolet. XII. cap. 2. Multaque alia de hac re decreta extant. August. in epist. 106. ad Paulinum sic habet: *Quod quidem tantum beneficium* (de baptismo loquitur) *non solum nolentibus, verum etiam reluctantibus datur.*

i *Supplementum.*] Quod hic supplementum, concil. Tolet. IV. cap. 26. libellus officialis appellatur.

k *Quadragesima dies.*] Principium quadragesimæ nuntiabat episcopus ante epiphaniam. De quo sic habes in concilio Autisiodorensi cap. 2. *Vt omnes presbyteri ante epiphaniam missos suos dirigant, qui eis de principio quadragesima nuntient, & in ipsa epiphania ad populum indicent.*

l *Decima collocutionis.*] Rex Hispaniæ tempore Gothorum, ditione sua totam Hispaniam & Galliam Narbonensem regebat. Fiebat autem rex electione, non sanguinis successione; ut constat ex concilio Toletano quinto cap. 3. ubi dicitur: *Rex Hispaniarum nemo fiat, nisi omni electione, & Gothica gentis nobilitate, ad eum apicem perductus.* Consueverant etiam Gothorum reges Romanorum imperatorum exemplo, dum viverent, regni socium assumere, omni electorum consensu: ut Chindasvinthus rex filium Reccesvinthum in regni partem vivens vocavit. Et Vvamba rex divino judicio Ervigium, dum viveret, successorem sibi elegit. Creabantur autem reges Gothorum a proceribus regni, sive essent ex sacerdotali ordine, ut episcopi; sive ex ordine sæculari, qui palatini nobiles vocabantur: ut constat ex concilio Toletano XII. cap. 1. de probatione Ervigii. Et hoc sane est quod dicitur: *Cum pontificum majorumque palatii omnimodo eligantur assensu.* Sic IV. Tolet. can. 74. *Nullus apud nos sub præsumptione regnum arripiat; nullus excitet mutuas seditiones civium; nemo meditetur interitus regum: sed defuncto in pace principe, primates totius gentis cum sacerdotibus successorem regni concilio communi constituant.* Vngebantur etiam reges, ut patet ex concilio Toletano duodecimo cap. 1. ubi dicitur Ervigius regnandi potestatem suscepisse per sacrosanctam unctionem. Quæ quidem unctio ab episcopis conferebatur, ut patet ex eodem canone. Qui vero non poterant assumi ad regnum, exponit concilium Toletanum decimum sextum cap. 17 his verbis: *Rege defuncto, nullus tyrannica præsumptione regnum assumat. Nullus sub religionis habitu detonsus, aut turpiter decalvatus, aut servilem originem trahens, vel extranea gentis homo, nisi genere & moribus dignus, promoveatur ad apicem regni.* Iurabat etiam rex antequam ad regnum assumeretur, strenuum se catholicæ fidei assertorem ac propugnatorem præbiturum, nullosque violatores in suo regno permissurum. Habes id cum alibi, tum VI. concil. Tolet. cap 3.

m *Duodecima, quæ est.*] Est in foro judicum lib. 12. tit. 2. lib. 16. Iudæorum placitum Reccesvintho regi exhibitum anno 6. regni ipsius 12. Kalend. Mart. Vnde liquet ipsum post hoc synodi decretum procurasse, ut sinceram Iudæi fidem retinerent. Placitum sic habet ex fide manuscripti codicis antiqui.

PLACITVM IVDÆORVM IN NOMINE PRINCIPVM FACTVM.

Clementissimo ac serenissimo domino nostro Reccesvintho regi, omnes nos Hebræi Toletanæ civitatis, atque Hispaniæ, gloriæ vestræ, qui infra subscripturi, vel signa facturi sumus.

Bene quidem ac juste nos meminimus compulsos fuisse, ut placitum in nomine divæ memoriæ Cinthilani regis pro conservanda fide catholica conscribere deberemus, sicut & fecimus. Sed quia perfidia nostræ obstinationis, & vetustas parentalis erroris nos ita detinuit, ut nec veraciter in Iesum Christum dominum crederemus, nec catholicæ fidei sinceriter adhæreremus, idcirco nunc libenter ac placide spopondimus gloriæ vestræ, tam pro nobis, quam pro uxoribus & filiis nostris, per hoc placitum nostrum, ut deinceps in nullis observationibus, in nullis incestivis usibus misceamur. Iudæis autem non baptizatis nullo penitus execrando consortio sociemur: non more nostro propinquitatem sanguinis, usque ad sextum gradum, incestiva commistione, vel fornicatione jungamus: non conjugia ex genere nostro, aut nos, aut filii nostri, vel nostra posteritas ullatenus sortiamur, sed in utroque sexu deinceps Christianis jugali copulatione nectamur. Non circumcisionem carnis operemur: non pascha & sabbata, ceterosque dies festos, juxta ritum Iudaicæ observantiæ celebremus: non escarum discretionem, vel consuetudinem teneamus; non ex omnibus, quæ Iudæorum usus & abominanda consuetudo, vel conversatio agit, aliquatenus faciamus; sed sincera fide, grato animo, plena devotione in Christum filium Dei vivi, secundum quod euangelica & apostolica traditio habet, credamus, atque hunc confiteamur, ac veneremur. Omnes etiam usus sanctæ Christianæ religionis, tam in festis diebus, vel in conjugiis & escis, quam in observationibus universis veraciter teneamus, & sinceriter amplectamur: nullo reservato apud nos aut oppositionis objectu, aut fallaciæ argumento, per quod aut illa quæ facere denegamus, iterum faciamus; aut hæc quæ facere promittimus, minime, vel non sinceriter compleamus. De suillis vero carnibus, id observare promittimus, ut si eas pro consuetudine minime percipere poterimus, ea tamen quæ cum ipsis decocta sunt, absque fastidio & horrore sumamus. Quod si in his omnibus quæ supra taxata sunt, in quocumque vel minimo transgressores inventi fuerimus, aut contra Christianam fidem agere præsumpserimus, aut quæ congrua catholicæ religioni promisimus, verbis aut factis implere distulerimus, juramus per eumdem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, qui est unus in trinitate & verus Deus, quia si ex nobis omnibus vel unus transgressor inventus fuerit, aut a nobis ignibus, aut lapidibus perimatur: aut si hunc ad vitam gloriæ vestræ servaverit pietas, mox, amissa libertate, tam eum, quam omnem ipsius facultatem, cui elegeritis, perenniter serviendam donetis: vel quidquid ex eo, vel ex rebus ejus facere jusseritis, non solum ex regni vestri potentia, sed etiam ex hujus placiti nostri sponsione potestatem liberam habeatis. Factum placitum sub die XII. Kalendas Martias, anno feliciter sexto gloriæ vestræ. In Dei nomine Toleto.

SVBSCRIPTIONES.

Qui quotve episcopi concil. Tolet VII. & VIII. subscripserint.

n Subscribunt episcopi multi, qui in septimo Toletano, sed plures de novo promoti. Nam cum septimum congregatum fuisset æra 664. octavum post viginti & septem annos, æra 691. in hoc temporis spatio multi episcopi (ut est labilis humana conditio) ex illis qui septimo interfuerunt, extremum diem obierant, & alii suffecti huic octavo interfuerunt. Qui in septimo & aliis subscribunt, sunt Antonius Hispalensis, Ansericus Segobiensis, in V. VI. & VII. Candidatus Asturicensis, Davila Malacitanus, Donumdei Impuritanus, Eugenius Toletanus, in V. VI. & VII. Epartius Italicensis, in sexto & septimo. Egeridus Salmanticensis, Ioannes Cauriensis, Marcus Castellonensis, Orontius Emeritensis, Stephanus Astigitanus, Sonanus, qui & Sona, Britaniensis, Vbinibal Elicitanus, Vbidericus Segontinus, Gabinus Calagurritanus in quarto. Qui vero aliis suffecti subscribunt denuo, sunt Athanasius Setabinus, qui successit Orontio, in quinto. Abientius Elborensis, qui successit Sisiclo, in septimo. Afrila Dertosanus, Ioanni, in sexto. Adeodatus Pacensis, Theuderedo, in VII Ascarius Palentinus, Gonantio, in VI. Ariachimarus Dumiensis, Resimundo, in VII Bacauda Egabrensis, Deodato, in VII. Balduigius Arcavicensis, qui successit Carterio, in IV. Beatus Tudensis, Anastasio, in VI Celedonius Calabriensis,

ANNO CHRISTI 653.

sis, Servodei, in septimo. Davila Complutensis, Hilario, in VII. Euforus Cordubensis, Laufredo, in septimo. Eusebius Oscensis, Ordulfo, in sexto. Floridius Segobiensis, Antonio, in V. Filimirus Lamecensis, Vvitarico, in septimo. Felix Valentinus, Anniano, in VII. Froila Mentesanus, Giberico, in VII. Guericus Ausonensis, Domino, in VI. Hermenfredus Lucensis, Basconio, in septimo. Iulianus Auscitanus, Iusto, in VI. Litorius Aucensis, Amanungo, in V. Mauricius Oretanus, Suavilæ, in VI. Maurellus Vrgelitanus, Ranario in IV. Marcelus Dianensis, Antonio, in quinto. Potamius Bracarensis, Iuliano, in VI. Selva Egitanensis, Armenio, in VII. Silvester Carcassonensis, Elpidio, in V. Servandus Eliplensis, Ioanni, in septimo. Sona Auriensis, Gaudesteni, in VI. Sesibertus Conimbrensis, Renato, in VI. Saturninus Osonobensis, Taio. Cæsaraugustanus, Braulioni, in VI. Tagontius Valeriensis, Maguntio, in Toletano sub Gundemaro. Vincentius Tucitanus, Budæ, in VI. Vnadila Visensis, Farno, in VII. Vincibilis Iriensis, Gotomario, in septimo.

o *Bacanda.*] Lege Bacauda, ex lapide marmoreo Gabræ reperto cum hac inscriptione.

ARA SANCTA DOMINI CONSECRATA EST BASILICA HÆC S. MARIÆ II. KALENDAS IVNIAS, ÆRA DCLXXXVIII. DEDICAVIT HÆC TANDEM D. M. S. BACAVDA EPISCOPVS EGABRENSIS. FVNDAVIT EAM ALTISSIMVS, PER EVLALIAM ET FILIVM EIVS PAVLVM MONACHVM.

Litorius Ausensis catholicus.

p *Litorius Ausensis.*] Hinc conjecturam facio sepulcrum marmoreum Litorii Talabricæ olim repertum, fuisse hominis Gothici catholici: quod ex temporis ratione etiam suspicari licet. Inscriptio sic habet:

LITORIVS FAMVLVS DEI VIXIT ANNIS, PLVS MINVS, LXXXV. REQVIEVIT IN PACE DIE VIII. KALENDAS IVLIAS, ÆRA DXLVIII. A. † Ω.

Erat vir proceræ staturæ: nam ejus ossa quæ hodie cernuntur, valde communem hominum longitudinem superant.

Qui ordo in subscriptionibus observatus.

Subscribunt post episcopos, & ante eorum vicarios, abbates, archipresbyteri, & primicerii: postea vero ultimo loco, viri illustres officii palatini. Quod etiam in confirmationibus privilegiorum observatum esse a notariis regiis comperio, in privilegiis rotæ regiæ, hoc ordine: Reges, reginæ, & infantes confirmant primo: deinde archiepiscopus Toletanus, & ceteri primæ sedis: illico episcopi omnes, postea magistri militiæ: illico proceres & viri illustres regni, quibus is honos defertur.

Quot abbates huic concilio subscripserint.

q Omnes hi abbates non erant exempti a potestate episcopi diœceseos, ut ex concilio Toletano IV. constat, & Later. I. sub Gregorio I. Hic subscribunt abbates decem; inter quos Ildefonsus abbas Agaliensis monasterii, qui postea fuit Toletanus antistes, vita & morte conspicuus, & inter divos relatus.

Abbas quid significet.

r *Fugitivus abbas.*] Abbas, ut Isidoro placet lib. 7. Orig. cap. 13. Syrum nomen est, significat Latine pater: quod Paulus Romanis scribens exposuit dicens: *In quo clamamus abba pater*: in uno nomine duobus usus linguis dicit enim abba Syro nomine patrem, & rursus Latine nominat; id est, patrem.

Origo nominis abbatis quæ.

Titulus hic & forma appellationis ex anachoretis primum in Christiana religione cœpit frequentari. Sozomenus lib. 5. cap. 10. & Hieronym. in vita Hilarion. tradunt, ab Hilarione anachoreta in saltibus Thebaidis Syriæ vitam monachi durissime agente, plures viri formulam vivendi accepisse, & inde eremi cultum in cœtum monasteriorum transtulisse. Similiter D. Antonium in Thebaica regione Ægypti ex anachoretis monasterium condidisse. Duces vero & præpositos horum cœtuum nomine patrio, venerationis causa, abbates dixerunt. Est enim solitudinis potius, quam honoris appellatio. Idem Græca voce sonat ἀρχιμανδρίτης, a solitudine ordinis (μάνδρα, solitudinem significant) quasi solitariis præpositus: & sic caput ordinis S. Basilii vocatur.

Archipresbyter duplex.

s *Marcellus archipresbyter.*] Archipresbyteri nunc est usus: cujus duæ sunt species, una urbicani seu civitatensis, altera ruralis. Civitatensis est, qui in urbe constitutus, munus absente præsule exequitur, & ejus loco officium divinum incipit: benedictiones in ecclesia dat, & alia, ut in titulo de officio archipresb. continentur, ex constit. Leonis PP. Ruralis præest solummodo plebi, ut in c. fi. eod. tit.

Primicerius quis dicatur, quæve ejus functiones.

t *Siliculus primicerius.*] Hujus vocis primicerii diversas origines & functiones animadverto apud doctos hujus temporis viros. Alciatus in annotat in tres posteriores lib. C. tit. 7. de primicerio, & secundicerio, & notariis. lib. 12. tom. 2. existimat sic appellatum a cera, cum in ceratis tabulis esset olim scribendi usus: unde primicerius, quasi primus notariorum; & secundicerius, secundus notariorum: quam sententiam sequuntur alii. Brissonius lib. 4. de verb. signific. arbitratur non esse vocem conjunctam, sed simplicem; ita ut dicatur quasi primus, & ut interpretatur Suidas, πριμικήριος, τὸν πρῶτον τοῖς τάξεως, hoc est, primus in ordine. Vnde quicumque in aliqua functione primum locum obtinet, primicerius nominatur. Vnde Augustinus Stephanum appellat primicerium martyrum, & primicerium notariorum, qui erat primus inter notarios principis, qui & protoscriniarius. Habes apud Cassiodorum, variar. lib. 6. diversa primiceriorum officia. In officiis ecclesiasticis primicerius dicitur qui est primus in aliqua dignitate & antesignanus. Sic dicitur primicerius cantorum, & fabricæ, & ex corpore decanorum: unde primus in ordine quolibet ceræ vel scripturæ dicebatur primicerius. Nam mos erat antiquis ante admirabilem papyri aut membranæ inventionem, ad monumenta asservanda uti cera, & tabulis ceratis, & pugillaribus, sicut rudis antiquitas palmarum & arborum foliis & plumbeis voluminibus, & privatis linteis. Vnde ille dicebatur primicerius, qui primus erat in cera scriptus, id est, in capite & exordio primæ pagellæ: secundicerius qui in secunda, usque ad imam ceram, ut illud Suetonii in Iulio Cæsare, cap. 83. Iulium Cæsarem Q. Pedium ex quadrante heredem instituisse, reliquos in ima cera, id est, Q. Pedium, ex quarta parte allis, reliquos in ultima parte tabulæ testamentariæ. Nam testamentum dividebatur tabulis ipsis ceratis: in prima parte nomen testatoris; in secunda heredes instituebantur; in extrema & ima reliqui omnes. Hinc illud Horatii serm. lib. 2. satyr. 5.

Qui testamentum tradet tibi cumque legendum,
Abnuere, & tabulas a te removere memento:
Sic tamen, ut limis rapias, quid prima secundo
Cera velit versu: solus, multisne coheres,
Veloci percurre oculo.

De quo Alexand. ab Alexand. lib. 1. dierum genial. cap. 1. & ibi And. Tiraq.

Quæ etymologia primicerii.

Existimo conjunctam vocem esse non simplicem, dicique primicerium, quasi primum in cera positum. In ecclesia Toletana, albo cera linito, ut facile possit deleri, stipendia canonicorum & aliorum ministrorum obelo notantur. Vel primicerius dicitur primus in clero: is dicitur sacellanus major. Nam succentor, vel caput scholæ, qui a Græcis χοροδιδάσκαλος dicitur, aliud est a primicerio. Adjuvat hanc nostram interpretationem decretum 10. concilii Emeritensis, ubi dicitur & legitur; *archipresbyterum, archidiaconum, & primiclerum.* Siliculus erat primicerius Toletanus, sive primiclerus: & erat specialis dignitas, ut archidiaconus, & archipresbyter. Et erat primicerius, vel primiclerus subdiaconibus & clericis præpositus, eorumque gerebat curam: ut ex eodem concilio constat cap. 14. ubi agitur de dividenda pecunia oblata ecclesiæ in tres partes: prima episcopo conceditur, secunda presbyteris & diaconibus: de tertia sic dicitur: *Tertia vero subdiaconibus & clericis tribuatur, ut a primiclero, juxta quod in officio eos præscit esse intentos, ita singulis dispensetur.*

Vt autem exacte intelligatur primicerii officium, apponam epistolam Isidori junioris, episcopi Hispalensis, ad Leudefredum episcopum Cordubensem, quam ex codice MS. bibliothecæ divi Laurentii (Philippi regis catholici admirabile opus) perantiquo, dicto Vigilano, excerpsi: ubi de officiis ecclesiasticis quid censuerit sæculum antiquum, clare cognosces.

EPISTOLA BEATI ISIDORI IVNIORIS, EPISCOPI HISPALENSIS ECCLESIÆ, ad Leudefredum episcopum Cordubensis ecclesiæ directa.

Domino meo Dei servo, Leudefredo episcopo, Isidorus.

Epistola Isidori junioris.

PERLECTIS sanctitatis tuæ literis gavisus sum, quod optatam salutem tuam earum relatu cognovi. De his autem, quæ in consequentibus insinuare eloquii tui sermo studuit, gratias ago Deo, quod solicitudinem officii postulatis impendis, & qualiter ecclesiastica officia ordinentur perquiris. Et licet omnia prudentiæ vestræ sint cognita, tamen quia affectu paterno me consulis, ex parte qua valeo, expediam, & de omnibus ecclesiæ gradibus quid ad quem pertineat, eloquar.

Ostiarii officium.

Ad ostiarium namque pertinent claves ecclesiæ, ut claudat & aperiat templum Dei, & omnia quæ sunt intus extraque custodiat: fideles recipiat,

recipiat, excommunicatos & infideles projiciat.

Ad acolythum pertinet præparatio luminariorum in sacrario: ipse cereum portat, ipse suggesta pro eucharistiæ calice præparat.

Ad exorcistam pertinet, exorcismos memoriter retinere, manum super energumenos & catechumenos exorcizandos imponere.

Ad psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, psalmum, laudes, sacrificium, responsoria, & quidquid pertinet ad cantandi peritiam.

Ad lectorem pertinet, lectiones pronuntiare, & ea quæ prophetæ vaticinaverunt, populis prædicare.

Ad subdiaconum pertinet, calicem & patenam ad altarium Christi deferre, & Levitis tradere, eisque administrare: urceolum quoque, & aquamanilem, & manutergium tenere, & episcopo, & presbyteris, & Levitis pro lavandis ante altarium manibus aquam præbere.

Ad diaconum pertinet, assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi; in baptismo scilicet, in chrismate; in patena & calice oblationes inferre, & disponere in altario, componere mensam domini, atque vestire, crucem ferre, prædicare euangelium & Apostolum. Nam sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconibus novum prædicare præceptum est. Ad ipsum quoque pertinet officium precum, recitatio nominum: ipse præmonet preces ad dominum, ipse hortatur orare, ipse clamat, & pacem ipse annuntiat.

Ad presbyterum pertinet, sacramentum corporis & sanguinis domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere populum.

Ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, unctio altaris, confectio chrismatis. Ipse prædicta officia & ordines ecclesiasticos constituit. Ipse sacras virgines benedicit: & dum præsit unusquisque in singulis, hic tamen est præordinator in cunctis. Hi sunt ordines & ministeria clericorum, quæ tamen auctoritate pontificali in archidiaconi cura, & primicerii, ac thesaurarii solicitudine dividuntur.

Archidiaconus enim imperat subdiaconibus & Levitis, ad quem ista ministeria pertinent: ordinatio vestiendi altaris a Levitis, cura incensi, & sacrificii deferendi ad altare, cura subdiaconorum de subinferendis ad altare in sacrificio necessariis: solicitudo, quis Levitarum apostolum & euangelium legat, quis preces dicat, seu responsorium in dominicis diebus, aut solennitatum. Solicitudo quoque parochitanorum, & ordinatio, & jurgia ad ejus pertinent curam. Pro reparandis diœcesanis basilicis, ipse suggerit sacerdoti. Ipse inquirit parochias cum jussione episcopi, & ornamenta, vel res basilicarum parochitanarum, gesta libertatum ecclesiasticarum episcopo idem defert. Collectam pecuniam de communione ipse accipit, & episcopo defert, & clericis partes proprias idem distribuit. Ab archidiacono nuntiatur episcopo excessus diaconorum: ipse denuntiat sacerdoti in sacrario jejuniorum dies atque solennitatum, & ab ipso publice in ecclesia prædicatur.

Quando autem archidiaconus absens est, vicem ejus diaconus sequens adimplet.

Ad primicerium pertinent acolythi & exorcistæ, psalmistæ atque lectores: signum quoque dandi pro officio clericorum, pro vitæ honestate, & officium meditandi, & peragendi solicitudo, lectiones, benedictiones, psalmum, laudes, offertorium, & responsoria, quis clericorum dicere debeat. Ordo quoque & modus psallendi in choro pro solennitate & tempore; ordinatio pro luminariis deportandis. Si quid etiam necessarium pro reparatione basilicarum quæ sunt in urbe, ipse denuntiat sacerdoti: epistolas episcopi pro diebus jejuniorum parochianis per ostiarios iste dirigit. Clericos quos delinquere cognoscit, iste distringit. Quos vero emendare non vult, eorum excessus ad agnitionem episcopi defert. Basilicarios ipse constituit, & matriculas ipse disponit. Quando autem primicerius absens est, ea quæ prædicta sunt ille exequitur, qui ei aut loco est proximus, aut eruditione in his expediendis intentus.

Thesaurarii munus. Ad thesaurarium pertinent basilicarii & ostiarii, ordinatio incensi præparandi, cura chrismæ conficiendæ, cura baptisterii ordinandi. Præparatio luminariorum in sacrario, præparatio sacrificii de his quæ immolanda sunt. Ad eum venient de parochiis pro chrisma: & cereos, oblationes altaris ipse accipit a populo, ipse colligit per ecclesias cereos in festivitatibus. Ad eum pertinent ornamenta, & vestimenta altaris: quidquid in usu templi est, sub ejus ordinatione existit: ornamenta basilicarum, quæ in urbe sunt, & non habent presbyteros, ipse custodit. De candelis autem, & cereolis quotidianis quidquid superest in basilicis, basilicarius per singulos menses huic deportat: ex quibus thesaurarius dat quartam basilicario, tres reliquas partes dividit æqualiter sibi cum primicerio & presbytero, qui missam celebrat in eamdem basilicam.

Oeconomi officium. Ad œconomum pertinet reparatio basilicarum, atque constructio: actiones ecclesiæ in judiciis, vel in proferendo, vel in respondendo: tributi quoque acceptio, & rationes eorum quæ inferuntur, cura agrorum, & culturæ vinearum, causæ possessionum & servitialium, stipendia clericorum, viduarum, & devotarum pauperum, dispensatio vestimenti & victus domesticorum clericorum, servitialium quoque, & artificum: quæ omnia cum jussu & arbitrio sui episcopi ab eo implentur.

Hæc sunt enim, quæ vel a majoribus per officiorum ordines distributa sunt, vel consuetudine ecclesiarum in unumquemque servata. Nec aliquid ex his nostri judicii deputes, nisi quod aut ratio docuit, aut vetustatis antiquitas sanxit.

Pater monasterii quis constituendus. Patrem autem monasterii unde innotuistis, illum præferri oportet, quem sancta vita & probitas morum commendat: quique dum subjectus extitit, fraus in illo non fuit, huic justæ gratiæ cumulantor, dicente domino: *Quia in pauca fuisti fidelis, in multa te constituam.* Qui vero adhuc sub regimine positus improbe vixit, & fratribus fraudem facere non pertimuit, hic prælatus, licenter ac libere majora & deteriora committet, dum se in potestate & libertate aspexerit. De talibus enim dicit apostolus: *Sed vos injuriam facitis & fraudatis; & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt?* *1. Cor. 6.* Sed nobis ista sufficiant dicere tibi, quod Deo dignum existimas adimplere. Post hæc autem precari tuam sanctitatem non desino, ut pro me intercessor apud Deum existas: ut quia meo vitio lapsus sum, per te remissionem consequar pec-

peccatorum. Amen. *Hæc Iſidorus de eccleſiaſticis officiis.*

ª *De ſubſcriptionibus virorum illuſtrium officii palatini.*

Qui quot⁊e comites, duces & proceres ſubſcripſerint?

Hic ſubſcribunt comites decem & ſex, inter quos, Hodoacrus comes ſcantiarum, Oſilo cubiculariorum, Paulus notariorum, Ricilla patrimoniorum, Cunifridus ſpathiorum: duces vero ſeptem: proceres vero tres.

Cum vero toto hoc opere id potiſſimum nobis propoſitum fuerit, ut poſt concilia ipſa ad Gothicorum codicum fidem omni, quo ad ejus fieri licuit, ſtudio examinata, primæque illi ſuæ integritati reſtituta, ritus quoque, conſuetudineſque antiquas, Gothorum præſertim tempore uſurpatas, quantum in nobis eſſet, accurate annotaremus, & ex tenebris, oblivioneque revocatas noſtris hominibus explicaremus: operæ precium nos facturos exiſtimavimus, ſi commentarium hunc de dignitatibus, ac palatinis officiis, aliiſque inferioris ordinis muneribus Gothorum contexeremus: quod videamus rem cognitione non indignam, & plurimum lucis hiſtoriis noſtris & ſubſcriptionibus virorum ex officio palatino, conciliiſque ipſis & legibus allaturam.

Dignitas ducũ apud Gothos quæ, qualis, & quanta

Inter præcipuas palatinorum dignitates, dux apud Gothos ſemper primum locum obtinuit, vocaturque a Iuſtiniano ſpectabilis dignitas; cujus, ut vis nominis oſtendit, id potiſſimum munus erat, ut in provinciis bello ducendo gerendoque præficeretur. Vnde Germani ex nobilitate duces, & ex virtute ſumebant, ad illoſque in illa provincia ſumma rerum, deferebatur. Is enim fuit Gothorum mos, Paulo Æmilio teſte, lib. 1. hiſtor. Franc. in Chereberto, cuique urbi magiſtratum dare, qui dux appellaretur. Eum autem quem Romæ præficiebant, vocabant præſidem. Hinc dux Tripolitanæ, & Byzantinæ provinciæ, & Mauritaniæ, ac Numidiæ, lege final. cod. de offic. præfect. prætor. Sic etiam dux Rhætici apud Vopiſcum in Bonoſo, & dux limitis Scythici, Illyriciani, Thracii, & orientalis apud eumdem in Aureliano. Ita & Claudius, ſub Vvitterico, dux Emeritenſis; Paulus ſub Vvamba, dux Narbonenſis. Patet id ex Caſſiodoro libro ſeptimo in formula ducatus Rhætiarum, his verbis. *Ideoque validum te ingenio ac viribus audientes, per illam indictionem, ducatum tibi credimus Rhætiarum: ut milites & in pace regas, & cum eis fines noſtros ſolenni alacritate circumeas. Quia non parvam rem tibi reſpicis fuiſſe commiſſam, quando tranquillitas regni noſtri tua creditur ſolicitudine cuſtodiri. Ita tamen, ut milites tibi commiſſi vivant cum provincialibus jure civili: nec inſoleſcat animus, qui ſe ſentit armatum: quia clypeus ille exercitus noſtri quietem debet præſtare Romanis.* Et lib. 1. cod. de officiis præfect. Afric. leg. 2. mandat Iuſtinianus ducem in Sardinia ordinari, ut gentes barbaricas ab ea militibus ſuis arceret, provinciamque ab omni hoſtium incurſu tueretur illæſam. Habebat etiam dux cum belli muniis civilem adminiſtrationem conjunctam; idque cum ex aliis, tum ex Caſſiodoro colligere licet, apud quem libro quarto variarum Theodoricus rex Ibæ duci in hunc modum ſcribit: *Præſenti tibi auctoritate præcipimus, ut poſſeſſiones Narbonenſis eccleſiæ, ſecundum præcelſæ recordationis Alarici præcepta, a quibuſlibet pervaſoribus occupata teneantur, æquitatis facias contemplatione reſtitui. Quoniam verſari nolumus in eccleſiæ diſpendio præſumptiones illicitas, dum noſtra deceat tempora ſedare confuſa. Eſto contra talia omnino ſolicitus: ut qui es bello clarus, civilitate quoque reddaris eximius. Sic & arma tua, Deo juvante, corroboras, ſi juſtitiam mediocribus ſervare contendas. Improbis enim potuiſſe reſiſtere, non prævales excuſare; quando omnes tibi libenter cedunt, quem glorioſum in bellorum certamine cognoverunt.* Idem etiam Caſſiodorus indicat libro primo variarum, ubi Theodoricus rex Servato duci Rhætiarum ſcribens epiſtola undecima jubet, ut mancipia, quæ Maniario cuidam a Breonibus ablata ferebantur, ſua auctoritate ſine mora curaret reſtitui. Et lib. 5. epiſtola 33. Vvilitancho duci Theodoricus rex expreſſe mandat, ut in adulterum Brandilam ſecundum legum præſcripta inquirere ne differret. Conſtat idipſum ex legum Vviſegothorum lib. 2. tit. 1. leg. 17. qua cavetur, ut dux provinciæ eos, qui non accepta poteſtate auſi ſunt judicare, acriter per ſe, vel per alium coerceat. Et lege ſequenti jubetur epiſcopus, qui honore ſacerdotali fretus, admonitionem judicis contemnens, pro perſona ſua aſſertorem dare diſtulerit, confeſtim a judice negotii, ſeu a provinciæ ſuæ duce vel comite compulſus, quinquaginta ſolidorum damnum excipere. Atque hæc de ducis officio dicta ſufficiant. Poſt quem in dignitatis ordine comitis proxime honor ſequebatur. Sic Cicero in Lælio de amicitia, loquens de Scipione, ait: Facile ducem populi Romani, non comitem diceres.

Explicatur l. fi. Cod. de offic. præfect. præt.

Comitis officium a[pud] Gothos quod & quale, q[uæ]ve orig[o]

Comes, ut Spartianus eſt auctor in Hadriano, inde fluxit. Cum enim Hadrianus ſenatum in aulam ſuam tranſtuliſſet, receptis ſenatorum optimatibus in amicorum cohortem, quæ ſuperiorum imperatorum temporibus conſtare ſolebat ex equeſtri ordine, non ſenatorio, ita domeſticum quemdam ſenatum penes ſe habere cœpit: qui, quoniam is continuatis pene delectaretur peregrinationibus, *comitatus Cæſaris dici cœptus eſt; & ipſi amici, comites*: eorum conſiliis atque ope in bello & pace uſus. Inde comites largitionum, rerum privatarum, & ceteri, dicti ſunt. Et non ſolum ii qui perſonam principis ſequebantur, & officia in aula exercebant, comites dicti ſunt; ceterum & alii ita appellati, qui ad adminiſtrandas vel regendas provincias & reſpublicas mittebantur, & ad regni limites cuſtodiendos; qui comites rei militaris dicuntur; qualis fuit Riſtanus domeſticorum comes, qui ad Gallos miſſus fuit, ut refert Gregorius Turonenſis lib. 2. hiſt. cap. 10. Vnde Verus imperator, ut Iulius Capitolinus eſt auctor in Vero, confecto bello, regna regibus, provincias vero comitibus ſuis dedit regendas. Extat in jure titulus de comitibus, qui provincias regunt, lib. 11. C. tit. 14. Illud animadverſione dignum, quod antiquitus creabantur comites annulo tradito cum adamantis gemma: apud Hiſpanos vero aliter, offa in aquam injecta, invitatus a rege comedebat, populo ter acclamante; Eva del Conde. Non abs re erit ponere quod a Cornelio Frontone grammatico dicitur de comite: *Comes iter facit: aſſecla ſequitur potentiorem; ſodalis adoleſcentiæ nomen eſt; cliens implorat opem & fidem. Ita comes tutus, aſſecla officioſus, ſodalis amicus, cliens ſubmiſſus.* De comitibus etiam in prima part. regis Alfonſi, tit. 1. leg. 11. cautum, nomenque deductum video, & a divo Thoma 1. de regimine principum. Et ſicut ducis in bello, ſic comitis potiſſimum in pace, civilique adminiſtratione elucebat officium (erat enim major dignitas ducatus, quam comitatus, & ideo ex comitatu fit erectio in ducatum, pro magno munere, ſicuti ex duce in regem) quorum tamen neutri ita aſtringebatur, quin utrumque ſimul, cum res ferret, per ſe vel per alios adminiſtraret. Prioris apud Caſſiodorum libro ſeptimo, in formula comitivæ Gothorum, per ſingulas provincias, illuſtre extat exemplum, ad hunc modum. *Cum Deo juvante ſciamus Gothos vobiſcum habitare permixtos, ne qua inter conſortes, ut aſſolet, indiſciplinatio naſceretur, neceſſarium duximus illum ſublimem virum, bonis nobis moribus hactenus comprobatum, ad vos comitem deſtinare, qui ſecundum edicta noſtra, inter duos Gothos litem debeat amputare. Si quod etiam inter Gothum & Romanum natum fuerit fortaſſe negotium, adhibito ſibi prudente Romano, certamen poſſit æquabili ratione diſtinguere.* Libro etiam legum Vviſegothorum, & titulo 2. l. 12. ita cavetur. *Nullus judex cauſam audire præſumat, quæ legibus non continetur; ſed comes civitatis, vel judex, aut per ſe, aut per executorem ſuum, conſpectui principis utraſque præſentare partes procuret, quo facilius & res finem accipiat, & poteſtatis regiæ diſcretione tractetur; quatenus exortum negotium legibus inſeratur.* Lege etiam 14. lib. & tit. iiſdem, oſtenditur, comitem per commiſſoriam aliis judicibus, quos ſub ſe habebat, judicandi ſuas vices poſſe concedere. Quorum judicum tanta erat auctoritas, ut querelantis adverſarium (ea ſunt legis verba) admonitione unius epiſtolæ vel ſigilli, ad judicium venire poſſet compellere, graveſque mulctas id facere per negligentiam aut contemptum differentibus inferre. Liquet id ex lege 18. lib. & tit. citatis. Si vero judex in officio ſuo, per negligentiam, aut quod munere corruptus eſſet, ceſſaſſe deprehenderetur, a comite civitatis acerbiſſime caſtigabatur. Habes exempla lib. 3 legum Vviſegothorum tit. 4. lib. 17. Quod ſi comitem a civitate ſua abeſſe contingebat, relinquebat ſuo loco præpoſitum, qui, ſi quid gravius, quod ad comitis relationem, juriſdictionemve pertineret, emerſiſſet, id comiti ſtatim per literas indicabat; ut liquet ex leg. 5. tit. 2. lib. 9 legum Vviſegothorum. Atque hic, ni fallor, eſt qui lib. 2. legum Vviſegothorum, tit. 1. leg. 23. Vicarius comitis appellatur; qui abſente eo, vice ejus fungebatur; a quo, ſi forte quis eum ſuſpectum habuiſſet, licebat apud principis audientiam, alium judicem appellare. Atque inter hanc civilem adminiſtrationem, bellica etiam munia procurabat. Habebat enim comes, præſertim qui civitati, aut portui, ſive alii loco, cui ab hoſte periculum timeri poſſet, præficeretur, ſub ſe milites, quibus ad ſubita belli ſemper paratus occurreret, videretque, ne quid reſpublica detrimenti caperet. Quod ex Caſſiodori lib. 6. formula comitivæ diſces. *Militum,* (inquit) *numerus tibi noſtris ſervit expenſis. Redderis inter arma geniatus: proceſſio tua, procinctualis ornatus eſt: exercitu uteris pacato: nec pericula belli ſubis, & armorum pompa decoraris.*

Præpoſi[tus] comitis.

Vicari[us] comitis

Verum

Verum inter hæc, civilem cogita disciplinam: non permittas milites esse possessoribus insolentes. Et infra: *Pro securitate se omnium cognoscat electum, qui se gloriatur habere armatum.* Et formula comitivæ Neapolitanæ; *Prætoria tria officia replent; militum turba custodit. Sed tot testes pateris, quot te agmina circumdare cognoscis. Præterea litora, usque ad præfinitum locum, data jussione custodis.* Et apud eumdem lib. 1. Theodoricus rex Aslio comiti injungit, ut militem necessariis armis instruat. *Illustris*, inquit, *sublimitas tua Salonitanis militibus, ut cuique se expediendi facultas obtulerit, pro nostra jussione arma necessaria procurabit.* Porro tantam in rei militaris administratione auctoritatem obtinebat, ut cum in causis civilibus ei vicarius principis (eum intellige, qui principis vice fungitur) præferretur, in bellicis negotiis hic eidem anteponeretur. Cod. lib. 1. tit. 38. l. 1. Et hactenus quidem breviter de comitis officio in genere egimus. Nam alia multa eidem incubuisse munera, ex nominum quæ ei adjunguntur, varietate, facile cognoscitur. Fuit enim comitis tam generalis appellatio, ut quicumque a principe insigni alicui officio præficeretur, ab eo fere comes nuncuparetur. Idque ex Cassiodoro, Ammiano Marcellino, Eutropio, aliisque posterioris ævi, atque inclinatæ jam, prostratæque reipublicæ Romanæ scriptoribus, aperte est cognoscere. Quos omnes, ne prolixus sim, missos faciens, eas dumtaxat comitum species recensebo, quas a Gothis nostris, hoc est, qui in Hispania rerum potiti sunt, usurpatas invenio: ubi tamen prius illud adjecero, quod Carolus Magnus decrevit lib. 2. regum Franc. cap. 6. de comitum studio & diligentia pro utilitate ecclesiarum conservanda; quod utinam nostris temporibus Galli* prospicerent, ut ad meliorem mentem, diabolica fraude decepti, redirent. *Vobis*, inquit, *comitibus dicimus, vosque commonemus, quia ad vestrum ministerium maxime pertinet, ut reverentiam & honorem sanctæ Dei ecclesiæ exhibeatis, & cum episcopis vestris concorditer vivatis, & eis adjutorium ad suum ministerium peragendum præbeatis, & ut vos ipsi in ministeriis vestris pacem & justitiam faciatis, & quæ nostra auctoritas publice fieri decernit, ut in vestris ministeriis studiose perficiantur, studeatis. Proinde monemus vestram fidelitatem, ut memores sitis fidei nobis promissæ, & in parte ministerii vestri vobis commissi, in pace scilicet & justitia facienda, vosmetipsos coram Deo & coram hominibus tales exhibeatis, ut & nostri veri adjutores, & populi conservatores juste dici & vocari possitis; & nulla qualibet causa, aut munerum acceptio, aut amicitia cujuslibet, vel odium aut timor, vel gratia, ab statu rectitudinis vos deviare compellat, quin inter proximum & proximum semper juste judicetis. Pupillorum vero & viduarum & ceterorum pauperum adjutores ac defensores, & sanctæ Dei ecclesiæ, vel servorum illius honoratores juxta vestram possibilitatem sitis. Illos quoque qui temeritate & violentia in furto & latrocinio, sive rapinis communem pacem populi perturbare moliuntur, vestro studio & correctione, sicut decet, compescite. Et si aliqua persona in aliquo vobis impedimento fuerit, quin ea quæ dicimus facere non valeatis, nobis ad tempus illud notum fiat; ut nostra auctoritate adjuti, ministerium vestrum digne adimplere possitis.* Nunc igitur, ut ad ad institutum redeamus, primo loco se offert comes scantiarum, cujus in concilio Toletano non obscura fit mentio. Subscribunt enim ibi VVadamirus comes scantiarum & dux: Reccaredus comes scantiarum & dux: Egica comes scantiarum & dux: Sumefredus comes scantiarum: Adeliubus comes scantiarum: Salamirus comes scantiarum. Agnoscitur & scantiarum comes in privilegio quodam Complutensi antiquissimo. Hunc nonnulli poculis, alii universis epulis regis præfectum fuisse contendunt. Hodie vulgari Hispanorum lingua, scantiar, est bibere. Apud Adonem Viennensem invenio solitos institui seu creari duces per impositionem causiæ, seu pilei aurei ducalis, unionibus ornati: marchiones tradito annulo, in quo est pyropus, seu rubinus, qui quidem est species carbunculi: comites ea ratione, qua supra diximus: vicecomites virgula deaurata: barones vexillo decurtato, seu labro.

Thesaurorum comes is fuit, qui dicta lege unica, & lege finali, cod. de suscept. lib. 10. comes ærarii appellatur, thesauris videlicet regis præpositus. Concil. XIII. Toletan. Isidorus comes thesaurorum subscribit.

Comes patrimonii, qui regis patrimonium, possessiones, mensamque procurabat. Unde & procurator a Lampridio dictus in Commodo. Meminit de hoc Cassiodorus lib. 1. variarum, & 4. & 6. ad Iulianum comitem scribente Theodorico. Habes de eo titulum in codice cum inscriptione de officio comitis sacri patrimonii, cui a principe facultas concessa fuit pro sublevandis, non pro premendis privatorum fortunis, ut habet Cassiodorus libro octavo. Hic ad munus rectius exequendum milites sub se habebat, ut ostendit idem eodem loco. Videtur & regiis epulis ordinandis curam adhibuisse. Nam & Cassiodorus ibidem sic scribit: *Nam & si epulas nostras sollicita ordinatione disponis, non solum nostro palatio clarus, sed & gentibus necesse est reddaris eximius.* Subscribunt in concilio XIII. Toletano, Vitulus comes patrimonii; & Toletano XVIII. Vitulus vir illustris, comes patrimonii & dux. Est etiam in concilio XIII. Toletano, Vualdericus comes civitatis Toletanæ. Is etiam vocatur rector rerum publicarum: ut in concilio Hispalensi II. dicitur de Sisisclo rectore rerum publicarum. Et apud Cassiodorum libro 7. comitivæ Romanæ formulæ, & comitivæ Ravennatis: formula etiam comitivæ diversarum civitatum; & lib. 9. comes Syracusanæ civitatis. Horum comitum, ut supra monstravimus, utque Cassiodorus lib. 7. variarum ostendit, id officium erat, cives urbanos æquitate regere, & publicarum ordinationum jussiones constanter adimplere. Rodericus Bibarius, hoc est, dominus a Mauris honoris causa appellatus, fuit comes Toletanus. Et in regno Lusitaniæ hodie comites multi nominantur ex civitatibus regiis, in quibus antiquitus jus exercebant. Quam consuetudinem Galli observarunt. A Romanis provinciæ comitibus distinctæ erant. Vide tit. de comitibus qui provincias regunt, l. 11. cod. tit. 14. Quis vero fuerit comes urbis Romæ, & quod ejus officium, altioris indaginis est.

Comes notariorum is erat, qui notariis, id est, a principis secretis tabulis præficiebatur. Quod intelligi videtur ex Cassiodoro lib. 6. in formula notariorum, his verbis; *Regis consilium solos decet scire gravissimos; imitari debent armaria, quæ continent monumenta chartarum: ut quando ab ipsis aliqua instructio quæritur, tunc loquantur: Totum autem dissimulare debent, quasi nesciant scientes.* Probatur etiam ex lib. cod. 12. titul. de primicerio notariorum, ubi expresse hoc verbum pro secretariis principis usurpatur. Non dissimilis dignitas fuit ejus quem posterior ætas etiam cancellarium appellat; idque in Cassiodoro videre est, qui ex persona regis lib. 11. ita ad cancellarium scribit; *Consistorii nostri decreta fideli integritate custodias: per te præsentandus accedat: per te nostris auribus desiderium supplicis innotescat: jussa nostra sine studio venalitatis expedias, & alia.* Quamvis hodie in regnis Hispaniæ & Galliæ dissimilis hujus muneris est functio, etiam si pro scriba usurpetur in constitutionibus Caroli magni, & Lotharii, concil. XIII. Toletan. subscribitur a notario: Exila comes notariorum. In notitia provinciarum aliquoties fit mentio primicerii notariorum, qui & notariorum decanus, & protoscribarius. Et in Romana curia is erat, qui diem datus adjiciebat diplomatibus pontificalibus.

Comes spathariorum, custodum corporis regii præfectus. Hunc & protospatharium appellatum fuisse existimo. Cujus meminere Constantinus * Hermenopolitanus libro decimo, & Zonaras annalium tertio; a spatha, qua voce Apuleius pro gladio majore ac latiore utitur; nam minorem brevioremque, semispatham Vegetius in libro de re militari appellari testis est. Utitur hac voce etiam Spartianus in Hadriano, & Trebellius Pollio in epistola Claudii ad Brocum; *Tecta sunt*, inquit, *fluminæ scutis, spathis, & lanceolis.* Et legum Vuisegothor. lib. 9. tit. 2. leg. ult. decernitur, ut dux, comes, atque gardingus, aliique quos secum ducunt in bellum, partim sint zavis (extat ea vox etiam in macrocolis Mauricii cujusdam, qui de Romana militia Græce scripsit) & loricis muniti; partim scutis, spathis, seramis, lanceis, sagittisque sint instructi. De spatha scribit Isidorus lib. orig. 17. c. 6. dici a passione (nam παθεῖν pati est) eo quod scindat, & dilaceret; vel ex eo quod sit spatiosa & ampla, latiorque. Spathariorum vero dignitatem maximi honoris fuisse ex eo constat, quod multos duces ac comites hanc gessisse inveniamus. Sic in concilio XIII. Tolet. Guilingus spatharius & comes; Trasericus spatharius & comes; Altericus spatharius & comes; Sisimirus spatharius, comes, & dux, subscribunt. Quoniam vero in spatharii mentionem incidimus, Iulianum Roderici regis spatharium, ducem Tingitaniæ, non spartarium fuisse existimo, hoc est, Carthaginensis civitatis comitem, ex eo non fuisse appellatum, quod regio illa, ut ex Plinio atque aliis constat, sparti multitudine abundet. Neque enim dubito quin spartarius vocis similitudine dicatur, qui spatharius & comes dicendus erat. Spatharii definitionem ita Cedrenus extulit, σπαθάριος ὁ σωματοφύλαξ ἐστίν; iisdem nimirum verbis, quibus ejus vocis notionem supra explicavimus. Quamquam alii secus de hoc ejusque officio sentiant. Scribunt neoterici spatha, antiqui sine h efferebant, scribebantque.

Comes cubiculi, seu comes cubiculariorum est, eorum qui cubiculi regii curam gerunt, præpositus; hunc Xiphilinus πρόκοιτον appellat. Cubiculariorum mentio

est

ANNO CHRISTI 653.

Comes civitatis Toletanæ.

Comes spathariorum.

* Harmenopulus

Comes cubiculi.

est lege 63. de legat. 3. & lege 203. D. de verb. signific. Quamquam ibi pro servis tantum ceteris conditione potioribus accipiuntur: hic vero ingenui sunt, & insignem adjunctam dignitatem habent. Quæ dignitas hodieque in regum aulis durat, camareros vulgo vocamus. Concil. XIII. Toletan. Argemirus comes cubiculi subscribit, & Atulfus comes cubiculariorum Cubicularius a grammaticis, ut ex Sosipatro constat, dicitur custos cubiculi: cubicularis vero lectus, cubiculo aptus. Isidorus lib. Origin. 15. c 3. *Cubiculum quod eo cubemus, ibique dormientes requiescamus: cubile vero locus cubandi.*

Comes stabuli.

Comes stabuli, qui equorum principis curam gerebat, dicitur etiam magister equitum. Hic ex Ammonio monacho lib. 3. cap. 20. videtur esse quem vulgo conestabilem appellamus, ejus hæc sunt verba: *Leudegesilius regalium præpositus equorum, quem vulgo conestabilem vocant.* Sic & Regino monachus annalium libro tertio, *Eodem anno*, inquit, *Burchardum comitem stabuli sui (quod corrupte constabulum appellamus) cum classe misit Corsicam.* In eum omnem belli curam princeps rejiciebat. Eruditiores vero, quique harum rerum inquisitioni plus operæ impenderunt, eum vere hoc nomine censeri putant, qui apud nos cavallerizo major appellatur. Vt ut est, dignitatem hanc maximo olim in precio fuisse, satis unus Ammianus Marcellinus ostendit, de Valentiniano loquens, qui Valentem stabulo cum tribunatus dignitate præfecit. Hunc superioribus temporibus πρωτοστράτορα Græci dixerunt, ut Zonaras clare libro annalium tertio asserit his verbis: *Theophilitzes igitur Basilio delectatus (erat enim formosus, procerus, & manu promptus, agilisque, ac promissum capillum, eumque crispum alens) suis equisonibus ipsum præfecit. Quod muneris qui administrat, communiter protostratora appellamus.* Et Cedrenus: *Michaelisque, qui ante ipsum fuerat, equisonum præfectus primus, quem protostratora nuncupant.* In concilio Tolet. XIII. Gisclamundus comes stabuli subscribit. Alii vero dicunt comitem sacri stabuli dici, qui curam palatii habebat, & scholarum, armorum, & domus regiæ, cum administratione & sine administratione provinciarum, ut constat libro primo de comitibus, & trib. schol. lib. 12. titulo 11. habereque in una dignitate curam militiæ & domus. Verum cum comites sacri stabuli gravioribus erant intenti negotiis, curam stabuli alii demandatam fuisse, atque ita unam in duas divisam atque partitam Apud Castellæ reges dignitas est insignis, sine administratione tamen, ac titulo tenus. Primus comes stabuli fuit Alfonsus marchio Villenæ, filius infantis Aragoniæ Petri; cui successit Petrus comes Trastamaræ, tempore regis Henrici tertii. Tertio tradita Roderico Davalos viro insigni & claro homini; qui a Ioanne secundo Henrici filio proditionis falso damnatus, bonisque ejus in sectionem datis, sequens Henricanas partes, exul Valentiæ diem extremum clausit. Cui successit Alvarus Luna, infelicior, cujus vitæ tristis exitus infamavit aulæ opulentiam, & regum intimam consuetudinem.

Comes exercitus.

Comes exercitus, qui lib. 1. cod. de officio vicarii, & lege, Nemo; cod. de assessoribus, comes militum & comes rei militaris appellatur, universis legionibus, castrisque præficiebatur, habebatque absolutum in milites imperium. Hoc ipsum munus exercebat apud Romanos tribunus militum; videlicet ut militem dicto audientem haberet, ad exercitationes deduceret, & in stationes & hiberna mitteret; clandestina cum hostibus colloquia vetaret, novarum rerum auctores supplicio afficeret, pabulationes frumentationesque curaret, militi ne arma, stipendia, cibaria, commeatusque deessent, provideret; breviter summæ in exercitu rerum præesset. De hoc consule Cassiodorum lib. 7 formula comitivæ principis militum. Hic apud Gothos alio vocabulo præpositus hostis, ni fallor, appellatur. Idque colligi ex lege 6. tit. 2. libri noni legum Vuisegothorum videtur, ubi utraque appellatio uni eidemque tribuitur. Verba legis hæc sunt: *Quod si contigerit ut ipse comes civitatis, aut annonarius, per negligentiam suam non habens, aut forsitan nolens, annonas eorum dare dissimulet, comiti exercitus sui querelam deponant, quod annonas eorum dispensatores tradere noluerint: & tunc ille præpositus hostis hominem ad nos mittere non moretur.* Atque hæc sunt, quæ de comitum varia appellatione, officiisque a Gothis in Hispania regnantibus usurpari solitis, in tanta Gothicarum rerum obscuritate, ex conciliis, legibus, privilegiis, aliisque veteribus monumentis elicere potui. Vir quidam doctissimus comitem sacrarum reliquiarum apud Gothos fuisse existimabat, forte quia legerat apud Cassiodorum aut alios, comes sacrarum. Ego vero & apud Cassiodorum & Iustinianum, comes sacrarum lego, id est, largitionum: cujus præcipuum officium erat, ut princeps per eum suam liberalitatem & magnificentiam exerceret, indulgentias daret, & militibus stipendia, & donativa populo Kalendis Ianuariis nomine principis elargiretur. Et hic utpote augustalis habebat sub se judicem sacrarum largitionum, & provinciarum ceterarum largitionum comites: ut erat comes sacrarum largitionum per Illyricum, per orientem, & comites etiam commerciorum per orientem, Ægyptum, Mysiam demum & alias provincias. Hunc donis præsidere regalibus Cassiodorus ait lib. 6. variarum cap. 7. *Hujus*, inquit, *actus, innocens pietatis officium, illud semper ingerere, unde se fama principis possit augere. Nihil per hunc districtum geritur, nihil severum forte censetur; sed tunc obsequitur, quando pro principe vota funduntur. Per hunc princeps supplicum fortunas erigit, Kalendis Ianuariis dona largitur: monetam hic regii vultus figura consignat, judices provinciarum sub sua potestate coercet. Negotiatores subjectos habet, vestis sacræ curam gerit; salis commercium huic deputatur: denique quidquid in vestibus, quidquid in ære, quidquid in argento, quidquid in gemmis preciosum est, hujus ordinationibus obsecundat.* Hactenus Cassiodorus. Hæc vero locutio aliquot in locis apud posterioris ævi scriptores occurrit, ut apud Cassiodorum lib. 5. Cypriano comiti sacrarum Theodoricus rex: apud Ammianum lib. 15. & alibi, comes privatarum.

Procer.

Procer. In concil. Tolet. VIII. subscribit Dabila comes & procer, & Euredus comes & procer, & Frolla comes & procer. Vnde constat quod procer sit nomen dignitatis. Isidorus l. etymol 9. cap. 4. sic inquit: *Proceres sunt principes civium vel civitatis, quasi procedes, quod ante omnes honore præcedant. Vnde capita trabium, quæ eminent extra parietes, proceres dicuntur, eo quod primo procedant.* Lege proceres ex Servio in illud Virgilii Æneidos 10.

Tot lecti proceres ter denis navibus ibant.

Proceres etiam magnates vocantur concil. Toletan. XI. cap. 5. & primates palatii, & generosæ personæ. Erat autem sola dignitas sine administratione jurisdictionis.

Gardingus.

Ducis & comiti dignitati gardingus ordine subjungitur. Erantque hi tres apud Gothos majoris loci personæ, ut patet ex leg. Vuisegoth. l. 9. tit. 2. leg. vlt. ubi ita habes: *Si majoris loci persona fuerit, id est, dux, comes, sive etiam gardingus.* Et infra leg. eadem, atque alibi, sæpe, hi tres seu eminentiores conjunguntur. Et ideo inquit lex: *Id de cetero speciali decreto decernimus, ut quisquis ille est, sive sit dux, sive comes, atque gardingus.* Gardingi in lib. leg. Vuisegoth. non semel fit mentio: verum ita obscure, ut quod ipsius munus fuerit, liquide scire nequeamus. Illud tantum conjectura consequi licet, cum majoris loci persona dicatur, unum ex præstantioribus palatinorum habuisse officiis. Quod etiam ex legum Vuisegothorum lib. 2. tit. 1. leg 1. non male colligitur, ubi cum sacerdotibus Dei, senioribusque palatii, præsentes in ordinatione legum gardingi fuisse commemorantur.

Majoris præstantiorisque loci personis (qui nunc magnates, nunc primates palatii appellantur) breviter, ut res tulit, decursis, restat ut ad inferiores deveniamus Inter quas tiuphadus primum sibi ordinem vendicabat, quique ei suberant millenarii, quingentenarii, centenarii, decani, exercitus etiam compulsores, annonarii, defensores, pacis assertores, numerarii, villici, saiones.

Tiuphadus.

Tiuphadum Germanorum lingua, quæ Gothicæ multum vicina est, altum significat; Tieph enim rem altam dici contendunt. Quidquid est, illud constat, unam ex primis post ducis, comitis, atque gardingi dignitatem fuisse, civilemque administrationem habuisse, ut patet ex leg. 23. & 26. tit. 1. lib. 2. legum Vuisegoth. & lib. 4 tit. 5. leg. 6. Huic in omni criminalium negotiorum genere judicandi licentia concessa erat, præterquam in his criminibus quæ legum sententiæ aperte condemnant, quibus qui obnoxii reperiebantur, eos non judicare amplius, sed ut jam a lege præjudicatos, condemnatosque debitis pœnis subjicere cogebantur. Ita enim accipio legem 15. tit. 1. lib. 2. legum Vuisegoth. quæ habet hoc modo: *Cum in ceteris negotiis criminalium causarum tiuphadis judicandi licentia concessa fuit, criminosos a legum sententiis judicare non audeant, sed debitam in eis, ut competit, censuram exerceant.* Hic si quando sive ad bellum, sive alio avocaretur, vices suas aliis committere poterat. Sequitur enim in dicta lege: *Qui tiuphadi tales eligant, quibus vicissitudines suas audiendas injungant, ut ipsis absentibus, illi causas & temperate discutiant, & juste discernant.* Hujus in bello proxima auctoritas ad comitis exercitus dignitatem erat, cum quo simul de rebus arduis consultabat, cujus consilio militem in hostem pugnandi facultas dabatur, & adimebatur: denique cum hoc de summa rerum exercitus deliberabat. Hic si quem de tiuphada sua (sic copiæ militum quibus præerat, vocabantur) donis forte corruptus, de expeditione domum redire permiserat, aut domo in expeditionem proficisci non coegerat, acerbis pœnis multabatur. Vt constat ex lib. 1. tit. 2. lib. 9.

legum

NNO RISTI 53.

legum Vuisegoth. *Si tiuphadus*, inquit, *ab aliquo de tiuphadia sua fuerit beneficio corruptus, ut eum ad domum suam redire permitteret; quod acceperat, in novecuplum reddat comiti civitatis, in cujus est territorio constitutus. Et si ab eo nullam mercedem acceperit, sed sic eum, dum sanus est, domum dimiserit, vel de domo in exercitum exire non compulerit, reddat solidos XX.*

enarii.

Millenarii erant, qui mille sub se milites habebant. Horum meminit lex 26. tit. 2. lib. 2. leg. Vuisegoth. Isidorus lib. 9. etymol. cap. 3. *Sunt qui mille præsunt militibus, quos nos millenarios appellamus.*

gen-ii.

Quingentenarii, qui quingentis militibus præerant. Hi si quem etiam de suis propter munus aliquod ab hoste domum redire consensissent, aut in hostem domo proficisci non coegissent, quod acceperant, novecuplum etiam comiti civitatis, cujus territorio suberant, reddere tenebantur. Si vero nullo accepto munere id fecissent, XV. solidos inter milites suos dividendos reddebant. Id cautum est leg. prima, tit. 2. lib. 9. leg. Vuisegoth. Horum etiam meminit lex 26. tit. 1 lib. 2.

enarii.

Centenarii, teste Vegetio lib. 2. cap. 13. dicti sunt, quos antiqui centuriones vocabant, centum videlicet militibus præfectos. Ab Isidoro id animadversum est lib. 9. etymolog cap. 3. *Centuriones*, inquit, *dicti, eo quod centum præsunt militibus: sicut quinquagenarii, qui sunt in capite quinquaginta militum: & decani ab eo, quod militibus decem præficiuntur.* Hi si centenam (sic iis temporibus loquebantur) suam deserentes, domum ab hostibus refugissent, capite plectebantur. Si vero vel ad sacra altaria, vel ad episcopum confugissent, trecentos solidos exsolvebant comiti civitatis, in cujus erant territorio constituti: neque postea inter centenarios, sed decanos tantum habebantur. Quod si ipsi ob beneficium forte acceptum, aliquem de centena sua domum ab exercitu redire, aut domi manere, neque in hostem proficisci passi fuissent, novecuplum acceptum suo comiti civitatis reddebant. Quod si ob nullum munus acceptum id permisissent, decem solidos comiti civitatis dabant. Habes hæc omnia fuse in leg. 3. tit. 2. l. 9. Centenariorum meminit etiam concil. Arelatense sub Carolo magno, his verbis: *Ne comites, vel vicarii, seu judices, vel centenarii, sub mala occasione vel ingenio res pauperum emant.*

i

Decani, quos Varro, Suetonius, aliique probati auctores decuriones appellant, decem militibus imperabant. Hi si relicta decania, ab hoste domum recessissent; aut cum sani essent, domo exire in expeditionem detrectassent, X. solidos comiti civitatis dare cogebantur. Quod si aliqua mercede a superiore suo impetrassent, V. tantum solidos luebant, ut ostendit lex 4. ejusdem tituli & libri. Vbi amplius additur: *Quod si aliquis, qui in tiuphadia sua fuerat numeratus, sive permissu tiuphadi sui, vel quingentenarii, aut centenarii, vel decani sui, de hoste ad domum suam refugerit, aut de domo sua in hostem proficisci noluerit, in conventu mercantium publice centena flagella suscipiat, & reddat solidos decem.*

Et quandoquidem in locum de Gothica militia incidimus, erant apud eos, qui dicebantur exercitus compulsores; nempe qui Gothos in hostem exire compellerent: ut habetur in leg. 2. tit. 2. lib. 9. Hi multis in locis servi dominici appellantur; forte quod erant servi, qui regalibus servitiis mancipabantur. Quorum tanta erat auctoritas, ut palatinis officiis honorarentur, & testandi sicut ceteri potestatem haberent. Testatur id lex 4. tit 4 lib. 2. legum Vuisegoth. Hi si quid ab iis, qui in exercitum compellebantur, sine ipsorum voluntate abstulissent, undecuplum restituere cogebantur, & quinquaginta insuper flagellis multari, leg. 2. tit. 2. lib. 9.

tus so-

Ad exercitus robur conservandum in primis pertinet, ne annonæ laboret inopia; ob idque provida Gothorum cura cautum est, ut per singulas civitates atque castella crearentur, qui militibus eam sine fraude exhiberent. Ii nunc annonarii, nunc dispensatores annonæ, nunc erogatores annonæ in Gothorum legibus dicuntur. Videtur & comes civitatis hujus rei curam gessisse, ut patet ex leg. 7. tit. 2. l. 9. leg. Vuisegoth. ubi cavetur, si contingat, ut ipse comes civitatis, aut annonarius, per negligentiam suam non habens, aut forsitan nolens, annonas dare militibus dissimularet, apud comitem exercitus conquerantur: qui eos, in quantum temporis subtraxerunt consuetas annonas, in quadruplum de propriis facultatibus restituere cogeret. Consistit autem proprie annona in frumento, oleo, vino, sale, carne. Solebat autem in militia Romana annona militibus pro stipendio per singulos dies distribui expeditionis tempore; veluti buccellatus panis, quem bis coctum vocamus, duobus diebus; ac panis alius tertio; uno die vinum, alio acetum; uno die lardum; caro vervecina biduo, ex commeatu publico. Cui annonæ interdum pecuniæ erogatio accedebat, & vestitus, & alia id genus militibus necessaria. Quando annona loco

A pecuniæ in solutionem militibus dabatur, dicebatur stellatura, quia per tesseras stellatas species alias pro annona accipiebant: ut annotavit Vuolphan. Lazius lib. 12. comment. reipubl. Romanæ cap. ult. Hæc annona quæ per capita singulis diebus militibus dabatur, panes civiles, quandoque annona civilis dicitur, & salarium. Qui annonarias species exhibebant, opinatores dicebantur, ut constat ex lege, Opinatoribus lib. 12. C. tit. 29. Interdum etiam nomine annonæ, universum militare salarium seu præbendum accipitur. Idque Flavii Vopisci abunde declaratur auctoritate, qui in Aureliano, *oleum* (inquit) *sal, lignum nemo exigat; annona sua contentus sit.* Patet etiam ex Vegetio libris de re militari: *Torquis* (inquit) *aureus solida virtutis præmium fuit; quem qui meruisset, præter laudem, duplas consequebatur annonas.*

ANNO CHRISTI 653.

Defensores.

Defensorum etiam meminit lex 26. tit. 1. lib. 1. legum Vuisegoth. Horum officium erat in duplici ratione. Alii sunt, B qui nomine civitatis causas, lites & negotia curant, ut actores syndici. Alii defensores sunt cum potestate & magistratu, qui locorum defensores dicuntur. De quibus leges Vuisegoth. loquuntur; leges etiam Romanæ lib. 1. & l. defensores civitatum 3. C. tit. 53. de def. civit. Alii dicuntur provinciarum defensores, quibus latior cura & plures res, & civitates defendendæ commissæ sunt, & ut inquit Iustinianus, paterna voce ita dicti, ut eripiant a malis injuriam patientes. Erat quinquennale hoc munus l. 4. C. de defens. civit. ex novellis Iustiniani factum est biennale. §. jusjurandum. & §. fin. eodem titul. in novellis. Prædictorum singula declarat pulcre lex 4. titul. 54. codicis lib. 1. his verbis: *In defensoribus universarum provinciarum (alias singularum civitatum, vel ut alii, universarum civitatum) erit administrationis hæc forma, & tempus quinquennii spatio metiendum: scilicet ut in primis parentis vicem plebi exhibeas, descriptionibus rusticos, urbanosque non patiaris affligi officialium insolentia, & judicum procacitati, salva reverentia pudoris, occurras: ingrediendi cum voles ad judices liberam ha*C*beas facultatem: superexigendi damna, vel spolia plus petentium ab his, quos liberorum loco tueri debes, excludas, nec patiaris quidquam ultra delegationem solitam ab his exigi, quos certum est remedio non posse reparari.* Et Cassiod. l. 7. variarum in formula defensoris cujuslibet civitatis: *Nihil venale, nihil improbe facere velis, qui tali nomine nuncuparis. Commercia civibus, secundum temporum qualitatem, æquabili moderatione dispone. Definita serva, quæ jusseris: quia non est labor, vendendi summas includere, nisi statuta pretia castissime custodire. Imples enim re vera boni defensoris officium, si cives tuos nec legibus patiaris opprimi, nec caritate consumi.* Gratianus etiam, Valentinianus, & Theodosius, CCC. Theodoro defensori formam defensionis præscribunt. l. in defensoribus, & l. 4. cujus verba superius attulimus.

Pacis assertor.

Pacis assertor apud Gothos erat, qui ad faciendam pacem regali destinabatur auctoritate. Differebat autem asD sertor a judice, quod illi omnium negotiorum, actionumque causas terminabant; hi vero non alias, nisi quas illis regia commiserat ordinandi potestas. Hæc ex l. 16. tit. 1. lib. 2. leg. Vuisegoth.

Numerarii, & villici.

Duo sequuntur officia, quæ ut vicina frequenter conjunguntur, numerarii nempe, & villici. Isidorus de numerario, l. orig 9. c. 4 sic ait: *Numerarii vocati sunt, qui publicum numum ærariis inferunt, hoc est, qui pecuniam regiam, ex tributis, & portoriis, & vectigalibus partam, in æraria inferebant.* Extat titulus 50. in C. de numerariis & actuariis, qui a Iustiniano tabularii dicti sunt. Hic etiam annonas, quæ ex villis fisco regio debebantur, procurabat: quod si singulis annis facere neglexisset, duplo de propriis facultatibus solvere cogebatur. Constat ex conc. XIII. Tolet. in edicto Ervigii regis ad privatos, sive fiscales populos, his verbis; *Certe si quis ille dux, comes, tiuphadus, numerarius, villicus, aut quicumque curam publicam agens, tributa exacto sibi commisso, annis singulis* E *plenario numero non exegerit, aut exacta apud se retinuerit, & ea statim thesauris publicis inferre neglexerit, duplata tributa ipsa de propriis rebus suis modis omnibus in publico inferet.* Fuerunt hæc duo officia ex humilioribus apud Gothos. Ac de villico id tantum conjicere licet, quod eamdem fere cum numerario functionem habeat. De numerario autem res certa est; cum ejus munus, ut sordidum atque abjectum, etiam conc. Tol. XVI. in Theudemundo spathario damnetur. Verba ejus, quia clarius id explicant, apponere non pigebit, ex edicto regio ad patres; *Et quia præcessor noster, divæ memoriæ dominus Vuamba rex, in ipsis regnandi primordiis Theudemundum spatharium nostrum, contra generis vel ordinis sui usum, Festi quondam incitatione Emeritensis episcopi, solius tantum regiæ potestatis impulsu, in eamdem Emeritensem urbem numerariæ officium agere instituit (quod etiam unius anni excursu contra rationem noscitur peregisse) imo, quia nec valuit imperio gentis obsistere, vestri edicto concilii ab eodem Theudemun-*

ANNO CHRISTI 653.

do, ſuaque omni poſteritate talis actionis officium ſuſpendatis, quo nullo ulterius tempore, tam ipſe, quam omnis ejus progenies, uſque in finem ſaculi, ob hanc cauſam videantur aliquatenus moleſtari.

Villicus.

De villico, ſic Iſid. l. 9. etym. c. 4. *Villicus* (inquit) *proprie villa gubernator eſt; unde a villa villicus nomen accepit. Interdum autem villicus non gubernationem villa, ſed diſpenſationem univerſa domus, Tullio interpretante, ſignificat, quod eſt univerſarum poſſeſſionum & villarum diſpenſator.* Locus Ciceronis ab Iſid. citatus, eſt Verrina 5 villicus a Varrone de re ruſtica l. 1. c. 2. dicitur, qui præeſt pago, & totius rei ruſticæ curam habet.

Saio.

Saionum frequens mentio eſt apud Caſſiodorum, & in leg. Vuiſigot. l. 6. Hi, ut ex variis locis colligere licet, iidem erant, qui apud Romanos apparitores; regii videlicet, ac magiſtratus miniſtri, qui ad eorum juſſa exequenda ſemper præſto erant. Solebant etiam cancellariis ſaiones aſſignari, ut oſtendit Caſſiodorus l. 12. in ep. cujus initium eſt: *Oportet quidem cuncta*, &c. Vbi munus eorum ſcite deſcribitur his verbis: *Quapropter devotionem tuam ſolatiis illius viri clariſſimi cancellarii noſtri ſolenni more deputamus; ut contra nullum alium erigaris, niſi qui legibus parere deſpexerit. Ad forum trahe, qui juſta non recipit: ſub continentia iraſcere: ſub maturitate diſtringe: timeri te amplius volumus, quam probari: quia illud maxime vigori tuo reputabitur, ſi nullius praſumptione peccetur. Cogitetur pra omnibus pecunia publica fidelis actio. Sit tuum commodum contemptus alienus. Coactus faciat, qui juſta ſponte complere neglexerit. Cauſis tantum delegatis impende. Si pracepta ſequeris, devia non requiris. Caret culpa, qui imperata perfecerit. In executore illud eſt peſſimum, ſi judicis relinquat arbitrium. Non inde jacteris, quod tibi non poteſt obviari. Nec aſſumere ſuperbiam velis, quia te multorum humilitas pertimeſcit.* Plura de hoc lege apud eumdem Caſſiodorum, l. 2. ep. ad Vlingem ſaionem, l. 4 ad Geſidam ſaionem, ad Thecutar ſaionem, ad Dudam ſaionem, ad Veranuut ſaionem, ad Gudinandum ſaionem, ad Avilfum ſaionē, ad Gudium ſaionem, aliiſque apud eumdem locis compluribus. Et legum Vuiſegoth. l. 2. tit. 1. l. 17. cavetur, ut ſi ſaio judici in aliquem contra legum æquitatem inſurgentem obſequens, alium conſenſerit comprehendere, diſtringere, vel aliquid rerum auferre. C. publice ictus flagellorum accipiat, & præſumptionem tali emendatione coerceat. Leg. etiam 25. tit. & l. cit. ſic ſcribitur: *Quod ſi ea, qua judex ordinare decrevit, ſaio callidus implere neglexerit, res, de qua agitur, ſi unciam auri, vel infra valere conſtiterit, illi, cui res debita eſt, idem ſaio de ſuo auri ſolidum reddat. Si certe plus valuerit, per ſingulas uncias, ſingulos ſolidos pro ſua tarditate perſolvat. Idem vero, ſi ſuper duas uncias, uſque ad libram auri, eadem res valere probatur, decem flagella ſuſcipiat; ac ſic creſcente auri numero, creſcat & pœna flagelli. Iidem vero ſaiones, cum pro cauſis alicujus vadunt, ſi minor cauſa eſt & perſona, duos caballos tantum ab eo cujus cauſa eſt, accipiant fatigandos. Si vero major perſona fuerit, & cauſa, non amplius quam ſex caballos, & pro itinere, & pro dignitate debebunt accipere.* Alia de eodem multis capitulis ejuſdem libri invenies.

Servus fiſcalis.

Servus fiſcalis, vel fiſcalinus dicitur, eo quod res & corpus ejus fiſco regio cedat. Hi in officiis mancipati regi inſerviebant. De quibus etiam concil. Tolet. III. c. 15. Fiſcales ſervi eccleſias conſtruxere ex ſua paupertate, & in aliis conc. De his fit frequens mentio l. 2. leg. Vuiſegot. tit. 4. c. 4. Nam illic legiſlator agens de iis, quorum teſtimonium admittendum eſt: *Servo* (inquit) *penitus non credatur, ſi ſuper aliquem crimen objecerit, aut etiam ſi dominum ſuum in crimine impetierit. Nam etſi etiam in tormentis poſitus exponat quod objecit, credi tamen illi nullo modo oportebit. Exceptis ſervis noſtris, qui ad hoc regalibus ſervitiis mancipantur, ut non immerito palatinis officiis liberaliter honorentur, id eſt, ſtabulariorum, gillonariorum, argentariorum, coquorum quoque prapoſiti, vel ſi qui prater hos ſuperiori ordine, vel gradu pracedunt. Quos tamen omnes & regia poteſtas jugiter non habet incognitos, & nullis eos conſtat pravitatibus aut criminibus implicatos. Quibus utique vera dicendi vel teſtificandi licentia ſicut ceteris ingenuis hac lege conceditur.* Itaque inter officia ſervorum fiſcalium recenſentur ſtabularii, gillonarii, argentarii, coqui. Quos omnes antiqua leg. Hiſpaniæ tranſlatio ita explicat: Aſſi cuemōlos que mandan las beſtias los que mādan los rapaces, los que ſon ſobre los que fazen la moneda, e los que ſon ſobre los cozineros. Gillonarii vox Gothica, puerorum præfecti. Nam, gielem, illis laſcivire eſt, quod proprium eſt ejus ætatis: unde, giel, laſcivus. Gielei comatulus. Poſterior ætas præfectum iſtorum, alcayde de los donzeles vocitavit. Et l. 10. tit. 2. l. 4. legum noſtrarum cavetur, ut ſi quis per tricennii tempus quodcumque de fiſci, aut cujuſpiam rebus tenuiſſet, aut quocumque jure poſſediſſet, perenni ſibimet jure vindicaret, & retentaret, exceptis mancipiis fiſcalibus, in quibus hoc tricennale tempus nullo modo valebat, neque ullum præjudicium quo minus in poteſtate fiſci perpetuo manerent; afferebat. Hactenus de officiis Gothorum, ea brevitate, qua potuimus, & integritate. Lector boni conſulat.

ANNO CHRISTI 653.

VITA, EVGENII PAPÆ I.

EVGENIVS, natione Romanus, de regione prima * Adventinenſe, clericus a cunabulis, ex patre Ruffiniaño,[c] ſedit annos duos, menſes octo, dies viginti quatuor. Fuit enim benignus, mitis, manſuetus, omnibus affabilis, & ſanctitate præclarior. Rogam clero ſolitam tribuit, & indigentibus eleemoſynam miniſtravit. Vt etiam die tranſitus ſui pauperibus, vel clero, ſeu familiæ preſbyteria in * integrum erogari præciperet.[b] Hujus temporibus Petrus patriarcha Conſtantinopolitanus direxit ſynodicam epiſtolam ad ſedem apoſtolicam juxta conſuetudinem priorem omnino obſcuriſſimam, & ultra regulam, * non autem declarans operationes, aut voluntates in domino noſtro Ieſu Chriſto. Et accenſus populus, vel clerus, eo quod talem ſynodicam direxiſſet, minime * eſt ſuſcepta, ſed cum majore ſtrepitu eſt a ſancta Dei eccleſia projecta: Vt etiam nec eumdem papam dimitteret populus, vel clerus, miſſas celebrare in baſilica ſanctæ Dei genitricis, ſemperque virginis Mariæ, quæ appellatur ad præſepe, niſi promiſiſſet his ipſe pontifex minime eam aliquando ſuſcipere. Fecit autem epiſcopos per diverſa loca numero * 21. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum apoſtolum ſub die 4. Nonas Iunii. Et ceſſavit epiſcopatus menſem 1. dies * 29.

* Avent... næ

* integr...

* non al... declara... declara... duas o... ratione...

* C. ſu... perunt

* B. 22

* C. 2...

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Eugenius.*] Poſt S. Martinum papam in Cherſoneſum relegatum, ad inſtantiam Theodori Calliopæ exarchi, clerus Romanus Eugenium ſedis apoſtolicæ vicarium deſignavit, ea intentione, qua ſupra dixi. Quando autem de S. Martini obitu certum nuntium Romam delatum eſt, nullus alius quæſitus fuit, qui ipſi ſuccederet; ſed qui antea vicaria tantum præfectura fungebatur, tamquam verus & legitimus pontifex ſedere cœpit, anno domini "654. qui eſt Conſtantis 13.

Eugeni... quando... pontife... factus.

" 655. ... S. Mar... nus.

b *Sedit annos duos, menſes octo, dies 24.*] Intellige a tempore Martini in Cherſoneſum relegati: nam ſi computentur tempora ſedis dumtaxat, quibus poſt obitum Martini eccleſiæ legitime tamquam verus paſtor præfuit, neceſſe eſt affirmare, ipſum non amplius quam " ſex menſes & 23. dies Romanæ eccleſiæ præſediſſe. Quod autem Anaſtaſius cognoverit, Eugenium tempore Martini adhuc viventis ei ſubrogatum fuiſſe, patebit verbis immediate hic ſubſequentibus.

Quam... ſederit

" 8. m...

c *Hujus temporibus Petrus patriarcha*, &c.] Anno nimirum Chriſti 653. qui erat Martini pontificis quintus inchoatus. Nam anno Martini quarto, & 652. Chriſti, teſte Nicephoro in chron. obiit Pyrrhus Conſtantinopolitanus, in cujus locum Petrus ſubrogatus fuit.

Petrus... do Co... epiſco... ſit fact...

IACOBI SIRMONDI, S. I.

Admonitio ad lectorem, de ſequenti collatione.

In quæſtione de ſancto Maximo a judicibus Conſtantinopoli habita in ſecretario palatii, multa ſunt animadverſione digna; ſed hoc præ ceteris memorabile, quod de apocriſiariorum ſedis apoſtolicæ, hoc eſt Eugenii papæ, ut reor, legatorum cum Byzantinis unione commemorat. Rem anno 655. ſuperſtite adhuc Martino papa geſtam fuiſſe certa ſunt indicia. Quodnam autem id dogma fuerit, cui aſſentiri legatos coegerunt, declarant epiſtolæ Maximi ad Anaſtaſium diſcipulum, & Anaſtaſii ejuſdem ad monachos Caralitanos, quæ ordine ſubſequuntur. Ex his enim liquet, Monothelitas hæreticos eo tandem prolapſos, ut duas & unam, id eſt tres in uno eodemque Chriſto voluntates & operationes prædicarent. Ceterum peracto hoc judicio, Maximus Bizyam.

quod

quod oppidum est Thraciæ, a Constante imperatore in exilium actus est.

RELATIO FACTÆ MOTIONIS INTER DOMNUM MAXIMUM MONACHUM, & socium ejus,

Coram principibus in secretario.

collectis A... ... bibliotheca... revoco pa... Iacobo ... mondo ... anno ... pag.

Die qua domnus Maximus, & is qui cum eo erat, penes hanc regiam urbem applicuerunt, circa occasum solis, venientes duo mandatores una cum decem excubitoribus, tulerunt eos e navi nudos & discalceatos, & separatos eos ab invicem custodierunt in diversis excubitibus. Et post dies aliquot adducunt eos in palatium, & introducunt senem in locum, in quem senatus collectus est, & alia multa turba: & exhibent eum in medium sedentium principum. & dicit ei sacellarius cum ira multa & furore: Christianus es? Et dicit? Gratia Christi Dei universorum Christianus sum. Et dicit ille: Non est verum. Respondit Dei servus: Tu dicis, sed Deus scit esse me Christianum. Et quomodo, inquit, si Christianus es, odio habes imperatorem? Respondens Dei servus, ait: Et unde hoc claret? Odium quippe mentis est occultus affectus, quemadmodum & dilectio. Et dicit ei: Ex his quæ fecisti cunctis factum est manifestum, quod odio habeas imperatorem & rempublicam ejus. Tu enim solus Ægyptum & Alexandriam, & Pentapolim, & Africam Saracenis tradidisti. Et quæ est, infit, horum approbatio? Et falso inducunt Ioannem, qui fuerat sacellarius Petri quondam prætoris Numidiæ provinciæ Africæ, dicentem: Quia ante viginti duos annos avus dominatoris jussit beatæ memoriæ Petro exercitum sumere, & pergere in Ægyptum contra Saracenos: & scripsit tibi, tamquam ad servum Dei loquens, certitudinem habens in te, utpote in homine sancto, si des ei consilium abire. Et rescripsisti ei, dicens: Nil tale facere, quoniam non bene placitum est coram Deo, ut imperio Heraclii & generis ejus cooperetur respublica Romanorum. Dicit servus Dei: Si veritatem loquitur, utique habet & Petri ad me, & meam ad ipsum epistolam, quæ deferantur, & subjaceo pœnis a legibus constitutis. Et dicit: Ego non habeo epistolam, sed nec novi si omnino scripserit tibi. Verum hæc in castris per illud tempus omnes loquebantur. Et dicit ad eum Dei servus: Si exercitus totus hoc fatebatur, quomodo tu solus super hoc me accusas? Vidisti me aliquando, vel ego te? At ille: Nunquam. Tunc Dei servus ad senatum conversus dixit: Si justum est tales adducere calumniatores vel testes, judicate. *In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini: & in qua mensura metiemini, metietur de vobis*, ait omnium dominus. Et post hunc adducunt Sergium Magudam dicentem: Ante annos novem beatus abba Thomas veniens Roma dicit mihi: Papa Theodorus misit me ad Gregorium patricium, ut diceremei, ne quisquam timeret. Servus enim Dei abba Maximus vidit visionem, quod in cælis ad orientem & occidentem chori essent angelorum. Hi vero qui erant in occidente vocem emittebant, dicentes: Gregori auguste tu vincas. & magis sonuit vox occidentalium, quam orientalium voces. Et tunc clamabat sacellarius: Misit te Deus, ut incendaris in hac urbe. Dicit Dei servus: Gratias ago Deo, qui emundat me a spontaneis malis per supplicium non spontaneum. Verumtamen væ mundo ab scandalis. Necessitas enim est, ut veniant scandala. væ autem per quem scandalum venit. Vere non oportebat ut talia dicerentur in præsentia Christianorum, nec impunitos manere illos, qui talia fingunt ad placendum hominibus, qui hodie sunt, & cras non sunt. Hæc ut iste diceret dum Gregorius adviveret, oportebat, qui & notam illi facere debuit suam circa eum devotionem. Iustum autem esset, si & vobis quoque videtur, ut accusator qui hunc præcessit, cogeretur abire, ducturus Petrum patricium, & iste abbatem Thomam, & ille beatum papam Theodorum. Et tunc præsentia cunctorum dicerem patricio Petro: Dic domine patrici, scripsisti mihi aliquando super his quæ dixit sacellarius tuus, aut ego tibi? Et cum acquievisset, sub supplicio fierem. Similiter & beato papæ: Dic domine, ego tibi aliquando somnium enarravi? Et cum convicisset me, illius esset crimen, non meum, qui videram. Res enim non voluntaria est somnium. Porro sola quæ sunt voluntaria punit lex, si dumtaxat sibi fuerint adversata. Tunc dicit ei Troilus: Iocaris abba? nescis ubi sis? Qui respondens ait: Non jocor, sed lugeo vitam meam hactenus conservatam, ut hujuscemodi experimentum præstigiorum percipiam. Et dicit domnus Epiphanius: Deus novit, bene facit, deludens eos, si vera non sunt. Post quem, sacellarius iterum cum ira dixit ad eum: Absolute omnes mentiuntur, & tu solus verum dicis? Et respondens servus Dei, audito verbo cum lacrymis ait: Potestatem habetis, permittente Deo, & vivificandi, & mortificandi. Verumtamen, si isti veritatem dicunt, & satanas natura Deus est. Si autem non est, sicut nec est, nec isti veritatem dixerunt. Denique nec merear cum Christianis videre adventum supersubstantialis Dei, factoris videlicet, conditoris, & creatoris, & provisoris, ac judicis, & salvatoris universorum, si somnium tale aut vidi, aut alio referente audivi, excepta hora hac a damno Sergio dilecto imperii. Dein tertium calumniatorem proponunt, Theodorum filium Ioannis dudum candidati, cognomento Chila, qui gener est nunc domni Platonis patricii, dicentem: Quia collocutione inter nos Romæ facta de imperio, detraxit quod dicebatur, mutiens & subsannationes faciens. Ad quem servus Dei dixit: Numquam disputavi tecum, nisi semel cum sanctissimo presbytero domno Theocharisto & archifratre propter primicerium, jussus per literas super hoc. Quod si repertus fuero mentiens, recipiam. Et post hunc quartum adducunt Gregorium filium Photini, dicentem: Quia perrexi Romam ad cellulam abbatis Maximi. & me dicente quia & sacerdos est imperator, dixit abbas Anastasius discipulus ejus: Non sit dignus fore sacerdos. Et statim dicit ad eum servus Dei: Time Deum, domne Gregori, nil tale in hujuscemodi disputatione conservus meus locutus est. Et cum semet projecisset in terram, senatui dixit: Sustinete servum vestrum, & omnia dico vobis sicuti dicta sunt: & arguat me si mentitus fuero. Hic dominus meus Gregorius veniens Romam dignatus est venire ad cellulam servi vestri. Quo viso, sicuti moris est mihi, projeci meipsum in terram, & adoravi eum, &

Matth. 7. 2.

& dixi ei post sessionem: Quæ causa est desiderabilis adventus domini mei? At ille, Bonus, inquit, & a Deo confortatus dominator noster, solicitudinem habens pacis sanctarum Dei ecclesiarum, jussionem fecit ad divinitus honoratum papam, missa etiam oblatione ad sanctum Petrum, hortatus est eum, quo se præsuli Constantinopolitano uniret, quæ mitti per mediocritatem meam dignatum est pium ejus imperium. & dixi: Gloria Deo, qui fecit te dignum hujusmodi ministerio. Verumtamen sub quo fieri modo unitatem a Deo coronata ejus jussit tranquillitas, si nosti? Et dixisti: Sub typo. Et dixi: Impossibile, ut opinor, est hoc. Non enim patiuntur Romani auferri una cum impuris hæreticorum vocibus sanctorum patrum luciferas B voces, vel simul cum mendacio veritatem extingui, aut cum tenebris lumen pariter dissipari. Nihil nobis quod adoretur erit, si divinitus ostensorum fuit verborum ablatio. Et dixisti: Non ablationem sacrarum typus effecit vocum, sed taciturnitatem, ut dispensemus pacem. Et dixi: Est apud divinam scripturam taciturnitas etiam demptio. Deus enim per David dixit: *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* Ergo nisi dicantur & audiantur sermones qui de Deo sunt, nec omnino sunt secundum scripturam. Et dixisti: Ne mittas me in silvas, ego sancto contentus sum symbolo. Et quomodo, dixi, potes sancto esse contentus symbolo, suscipiens typum? Et quid lædet suscipere typum, & dicere symbolum? asseruisti. Aio, Quoniam evidenter obtruncat symbolum typus. Et dixisti: Quomodo propter dominum? Recitemus, dixi, symbolum, & scito qualiter obtruncetur a typo. Et cœpisti dicere: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Attende, dixi, paululum, & disce qualiter apud Nicæam convenientium fides negetur. Factor enim non esset Deus voluntate ac operatione naturali privatus, si volens & non coactus fecit cælum & terram. si veritatem profert David in spiritu, dicens: *Omnia quæcumque voluit dominus fecit, in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.* Si autem dispensationis gratia una cum credulitate nequam salutaris demitur fides, separatio Dei fit omnimoda: sed non unitas est hujusmodi species ejus quæ dicitur dispensatio. Siquidem cras nefandi Iudæi dicent: Dispensemus in alterutros pacem, & uniamur, & amputemus nos quidem circumcisionem, vos vero baptismum, & non jam invicem impugnemus. Hoc & Ariani aliquando prætenderunt in scriptis sub magno Constantino dicentes: Auferamus dictum unius substantiæ, & alterius substantiæ, & uniantur ecclesiæ, & non id admiserunt deiferi patres nostri, sed elegerunt potius persecutionem pati & mori, quam tacere vocem comprobantem unam Patris & Filii & Spiritus sancti supersubstantialem deitatem. & hæc conhibente his qui prætendebant magno Constantino, sicut a multis refertur, qui ea quæ tunc gesta sunt studiose scripserunt. & nullus imperatorum potuit mediis vocibus suadere deiloquis patribus, ut convenirent in ea quæ ipsi sectabantur: sed expressis vocibus ac propriis, & dogmati quod quærebatur congruis, usi sunt, dicentes liquido, quoniam sacerdotum est quærere ac diffinire de salutaribus ecclesiæ catholicæ dogmatibus.

Psalm. 18.

Psal. 134.

A Et dixisti: Ergo non est omnis Christianus imperator etiam sacerdos? Et dixi: Non est. Neque enim astat altari, neque post sanctificationem panis exaltat eum, dicens: Sancta sanctis. Neque baptizat, neque chrismatis confectionem patrat, neque facit episcopos, vel presbyteros, aut diaconos: neque linit ecclesias, neque indicia sacerdotii fert, superhumerale scilicet & euangelium, quemadmodum imperii coronam & purpuram. Et dixisti: Et quomodo scriptura regem & sacerdotem dicit esse Melchisedec? Et dixi: Vnius natura regis cunctorum Dei, natura etiam ob salutem nostram pontificis facti, unus erat typus Melchisedec. Quod si secundum ordinem Melchisedec, alium dicis esse regem & sacerdotem; & reliqua præsumere dicere, id est sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habentem. & adverte quod ex hoc oriri valeat malum. Alius quippe talis reperietur Deus incarnatus secundum ordinem Melchisedec, & non secundum ordinem Aaron salutem nostram perficiens. Verumtamen, quid volumus per multa discurrere? Inter sacras oblationes supra sanctam mensam post pontifices, & sacerdotes, & diaconos, omnemque sacratum ordinem, cum laicis imperatores memorantur, dicente diacone: Et eorum, qui in fide dormierunt, laicorum, Constantini, Constantis, & ceterorum. Sic autem & vivorum C memoriam facit imperatorum post sacratos omnes. Hæc eo dicente, clamat Mennas: Hæc dicens scidisti ecclesiam. Et dicit ad eum: Si is qui dicit ea quæ sanctarum sunt scripturarum, atque sanctorum patrum, scindit ecclesiam, qui adimit sanctorum dogmata, quid monstrabitur ecclesiæ faciens, sine quibus nec dici ipsam ecclesiam est possibile? Et conversus sacellarius dixit hominibus exarchi cum clamore: Dicite exarcho: hujusmodi hominem debebas dimittere vivere ubi præes? Et cum eduxissent eum foras, intromittunt discipulum. A quo cum exegissent, ut diceret contra magistrum, quod tribulaverit Pyrrhum: respondit D quieta voce quæ veritatis erant, quia nemo honoravit Pyrrhum, ut honoravit magister meus, & juberis clamare. Quia vero passus non est a decenti monachos reverenda voce divertere, jubetur percuti ab his qui astabant. & pugnis summissum semimortuum reddiderunt. Quibus dimissis ad carceres, venit ad senem Mennas, dicens in præsentia principum: Misit te Deus, & duxit te huc, ut recipias quæcumque in alios fecisti, seducens omnes in Origenis dogmata. Ad quem servus Dei coram omnibus dixit: Anathema Origeni, & dogmatibus ejus, & omni consentaneo ejus. Et dicit Epiphanius patricius: Destructa est, domne abba Menna, querimonia, quæ a te adversus eum illata est, quoniam & si esset Origenista, ex quo anathematizavit eum, ab hujuscemodi sese liberavit E querela. Interim ergo tale dictum super eo ulterius non admittam. Et inductus est unusquisque ipsorum in locum, in quo custodiebatur. Et eadem die circa tactum lucernæ, Troilus patricius, & Sergius Eucratas, qui erat super imperatoriam mensam, venerunt ad servum Dei senem, & sedentes jusserunt etiam illi sedere. & dixerunt ad eum: Dic nobis, domne abba, motionem dogmatum, quæ inter te & Pyrrhum Romæ & in Africa facta est, & quibus

ei

ei verbis persuaseris anathematizare proprium dogma, & tuo pacisci. Et enarravit eis omnia per ordinem quæcumque retinere memoria valuit. Addidit autem & hoc, dicens: Ego dogma proprium non habeo, sed commune catholicæ ecclesiæ. Neque enim movi vocem quamlibet, ut proprium meum dicatur dogma. Et post totam narrationem dicunt ei: Non communicas throno Constantinopolitano? Et dixit: Non communico. Quamobrem non communicas? dixerunt. Respondit: Quia sancta quatuor concilia ejecerunt per illa novem capitula, quæ facta sunt Alexandriæ, & per ecthesin, quæ in hac urbe a Sergio patrata est, & per typum, qui nuper, id est per sextam est indictionem expositus. & quia quę per illa dogmatizaverunt, per ecthesin damnaverunt: & quæ dogmatizaverunt per ecthesin, per typum irrita statuerunt, & deposuerunt semetipsos totiens. Illi igitur, qui a seipsis damnati sunt, & a Romanis atque a synodo, quæ post hæc per octavam indictionem facta est, sunt depositi, & sacerdotio denudati, qualia celebrant rogo mysteria? Aut qualis spiritus ad ea quæ a talibus celebrantur, advenit? Et dicunt ei: Ergone tu solus salvaris, & omnes peribunt? Et dixit: Neminem damnaverunt tres pueri non adorantes iconam, cum hanc omnes homines adorarent. Non enim intendebant ea quæ aliorum erant, sed intendebant quatinus ipsi non deciderent a vera pietate. Sic & Daniel missus in lacum leonum non damnavit quemquam eorum qui non adoraverant Deum secundum Darii sanctionem: sed quod suum erat intendit, & elegit mori, & non cadere a Deo, & a sua conscientia flagellari in prævaricatione eorum, quæ legalia sunt natura. Mihique Deus non det damnare quemquam, vel dicere quod solus ego salver. Quantum autem valeo, eligo mori, quam terrorem habere in conscientia, quod in fide, quæ in Deum est, per quemlibet erraverim modum. Dicunt ei: Et quid facies, cum Romani uniti Byzantiis fuerint? Ecce enim heri venerunt apocrisiarii Romani, & cras dominico die communicabunt patriarchæ: ac per hoc omnibus manifestum fit, quod tu subverteris Romanos. Denique te illinc ablato, mox consenserunt his qui hic sunt. Et dixit ad eos: Hi qui venere, præjudicium quoquo modo sedi Romanæ, quamvis communicent, eo quod non detulerint ad patriarcham epistolam, non faciunt. & non credo aliquando quod Romani uniantur istis, nisi confessi fuerint dominum nostrum & Deum secundum utrumque eorum, ex quibus est & quæ est, esse, & natura voluntarium, & operatorium habere salutis nostræ. Et dicunt: Quod si connexi fuerint his Romani, quid facies? Et dixit: Spiritus sanctus etiam angelos anathematizat, præter id quod prędicatum est quid innovantes. Et aiunt: Utique necessitas est voluntates dici in Christo, & operationes. Respondit: Omnis necessitas est, si dumtaxat pie revera sapere volumus. Nihil enim eorum quæ sunt, sine operatione naturali subsistit. Sancti namque patres manifeste dicunt, non esse, nec sciri, sine substantiali operatione, quæ hanc substantialiter characterizet. quomodo esse Christum, aut agnosci Deum natura veraciter & hominem est possibile? Amisso quippe secundum sanctos patres fremibili, leo non jam leo; & latrabili, canis non jam canis; & aliud quodcumque, perdito quod se naturaliter commendabat, non ulterius est quod erat. Et dicunt ei: Novimus vere quod ita sit. verumtamen ne contristes imperatorem, qui propter pacem tantummodo fecit typum: non in ademptionem cujusquam eorum quæ in Christo intelliguntur, sed ad pacem silentium vocum quæ faciebant dissensionem, dispensans. Et projiciens se Dei servus in terram cum lacrymis dixit: Non debuerat contristari benignus & pius dominus adversus humilitatem meam. non enim possum contristare Deum, tacens quæ ipse nos loqui & confiteri præcepit. Si enim secundum sacratissimum apostolum ipse est, qui posuit in ecclesia primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, perspicuum est quod ipse sit qui per istos locutus est. Per totam ergo sanctam scripturam, tam scilicet vetus quam novum testamentum, sanctosque doctores, ac synodos, edocemur voluntatis & operationis tam in divinitate, quam in humanitate, incarnatum Deum esse capacem. In nullo enim eorum, quibus ut Deus scitur, vel eorum quibus ut homo natura cognoscitur, excepto dumtaxat peccato, est imperfectus. Si autem perfectus est in utroque, sicut in nullo ex ambobus est minoratus; manifeste totum ipsius adulterat sacramentum, qui non confitetur eum esse quod est, cum existentibus sibi omnibus naturalibus idiomatibus, ex quibus, & in quibus, & quæ esse probatur. Et cum paululum tacuissent, & ad invicem innuissent, aiunt: Unde potes ostendere, quod sanctas synodos abjiciant hi, qui sunt throni Constantinopoleos? Qui dicit eis: Iam partim ostensum est per ea, quæ Romæ locutus sum ad dominum Gregorium a secretis. Et nunc, si placet dominatori ut hoc ostendatur, jubeat dari licentiam indigno servo vestro, & facio notitiam librorum, quoniam mei ablati sunt: & cunctis hoc manifestum facio sine qualibet pravitate verborum. Et deinde cum alia multa dicta fuissent, in scripturales, ac naturales, & artificiales conversi sunt exercitationes & theorias, quibus delectati, hilariores effecti sunt, & cœperunt dicere: Novit dominus; profecimus, & ex hoc vobis molestiam non ingeremus. Porro, domnus Sergius dixit ei: Sæpe veni ad cellulam tuam in Bellas; & audivi doctrinam tuam, & Deus auxiliabitur tibi, ne solicitus sis. In uno vero solummodo contristas omnes, quia videlicet multos facis separari a communione hujus ecclesiæ. Est aliquis qui asserat, ait Dei servus, quod dixerim, Ne communices ecclesiæ Byzantiorum? Respondit domnus Sergius: Hoc ipsum, inquiens, quo ipse non communicas, magna est apud omnes procul dubio vox non communicandi. Et Dei servus: Nil, ait, certius est quam conscientia, quæ accusat: & nil eo, cui hæc testimonium perhibet, majorem habet fiduciam. Ceterum, cum audisset domnus Troilus, quod typus anathematizaretur in toto occidente, dicit ad servum Dei: Bonum est, quia pii dominatoris nostri opinio injuriis laceratur? Respondit servus Dei: Deus ignoscat his, qui dominatori facere typum persuaserunt, & his qui permiserunt. At ille: Qui ait, sunt, qui persuaserunt, & qui sunt qui permiserunt? Respondit. Hi qui erant ecclesiæ suaserunt, & principes permiserunt. Et ecce sordes a sordentibus in insontem & omni hæresi purum excussa est.

Sed consilium date, ut faciat quod fecit piæ memoriæ quondam avus ejus. Ille quippe sentiens, quod in vituperium ejus in occidente quidam prorumperent, per epistolam liberum se fecit ab ecclesiæ querimonia, scribens: Ecthesis, inquit, non est mea: neque enim ego vel dictavi, vel jussi ut fieret. Sed cum hanc Sergius patriarcha composuisset ante quinque annos prius quam ab oriente repedassem, deprecatus est me, cum ad hanc felicem pervenissem urbem, ut nomine meo proponeretur cum subscriptione. & suscepi deprecationem illius. nunc vero cognoscens, quod quidam super ea altercarentur, cunctis facio manifestum, quia non est mea. Hanc fecit jussionem ad beatum Ioannem papam, condemnantem ecthesin in his quæ scripserat tunc ad Pyrrhum. Et ex eo tempore ubique Sergii esse dicitur ecthesis. Hoc faciat & is qui pie in nobis imperat, & permanebit omnino intemerata ab omni reprehensione opinio ejus. Tunc moventes capita siluerunt, hoc tantum dicentes: Omnia difficilia, & perplexa. His itaque & aliis diversis edictis, adorati & adorantes, cum omni hilaritate discesserunt. Et rursus alio sabbato adduxerunt eos in palatium, & introducunt primo discipulum senis, convenientibus etiam tunc duobus pariter patriarchis. Et ducunt Constantinum & Mennam senis accusatores, exigentes a discipulo, quo acquiesceret his quæ a se dicerentur. Ast discipulus cum fiducia omni ad senatum intrepide dixit: Constantinum introducitis in secretarium palatii? Hic neque presbyter est, neque monachus, sed tribunus thymelicus. innotuit Afris atque Romanis, quales mulierculas pascens illinc venerit. Nam & omnes didicerunt versutias ejus, quas exercuit ut lateret, modo quod sorores suæ fuerint dicens, modo quod ne communicarent ecclesiæ Constantipolitanæ, tulerit eas, affirmans, ne videlicet polluerentur hæretica communione. Verum etsi rursus sibi defecerint epulæ, & invenerit locum se non agnoscentem, eadem facit turpis lucri gratia, & sordidæ voluptatis. Ingensque confusio est saltem loqui cum eo his, qui religiose vivere volunt. Deinde interrogatus si typum anathematizasset, intrepide dixit: Non solum anathematizavi, sed & libellum feci. Ergone, aiunt ei principes, confiteris te male fecisse: At ille: Non tribuat Deus, ut quod bene & secundum ritum ecclesiæ feci, dicam factum fuisse non bene. Et super multis interrogatus, cum respondisset secundum quod sibi largitus est Deus, educitur de secretario. Et introducunt senem, & dicit ad eum domnus Troilus: Dic abba, vide, dic veritatem, & miserebitur tui dominator. Nam si ad legalem inquisitionem venerimus, & invenerit saltem unum verum ex his, de quibus accusaris, lex occidet te. Et dixit: Iam dixi, & iterum dico. Si unum tantummodo ex his quæ dicitis, est verum, & satanas Deus est. Si vero non est Deus, sed apostata, & ea super quibus accusor, falsa sunt, & minime subsistentia. Verumtamen quidquid jubetis facere, facite. Deum colens non injuriam patior. Et dicit ei: Non anathematizasti typum? Respondit Multotiens dixi, quia anathematizavi. Et dicit ei: Typum anathematizasti, imperatorem anathematizasti. Respondit Dei servus: Ego, inquiens, imperatorem non anathematizavi, sed chartam alienam ab ecclesiastica fide. Et dicit ei: Vbi anathematizatus est a Romana synodo? Respondit: In ecclesia salvatoris, & in Dei genitricis. Tunc dicit ad eum præfectus: Communicas ecclesiæ huic, an non communicas? Respondit, & dixit: Non communico. Dicit ei: Quare? Respondit: Quoniam foras ejecit synodos. At ille: Si foras, inquit, ejecit synodos, quomodo in diptychis recitantur? Et dicit: Et qui profectus est nominum, cum dogmata sint ejecta? Et potes, ait, hoc ostendere? Et dixit. Si accepero licentiam, & jusseritis, ostendetur hoc oppido facile. Et tacentibus omnibus, dicit ei sacellarius: Quare diligis Romanos, & Græcos odio habes? Respondens autem Dei servus ait: Præceptum habemus, ne quemquam odio habeamus. Diligo Romanos, ut unam mecum habentes fidem: Græcos autem, ut eadem qua ego lingua loquentes. Et iterum dicit ei sacellarius: Quot annorum dicis esse teipsum? Respondit: Septuaginta quinque. Et dicit ei: Quot annos habet tecum discipulus tuus? Respondit: Triginta septem. Tunc unus clericorum exclamavit: Retribuit tibi Deus quæcumque fecisti beato Pyrrho. Ad quem nihil omnino respondit. Cum autem tanta in secretario dicta fuissent, nullus penitus patriarcharum quidquam effatus est. Cumque sermo de synodo Romana motus extitisset, clamat Demosthenes: Non est firma synodus eo, qui hanc celebravit, deposito. Ad quod servus Dei: Non, inquit, depositus est, sed expulsus. Nam quæ sub gestorum serie synodica & canonica facta est actio continens ejus diligenti relatione depositionem? Verumtamen etiamsi canonice depositus extitisset, non faceret hoc præjudicium his, quæ orthodoxe secundum sacras regulas sunt firmata: quibus etiam quæ scripta sunt a sanctæ memoriæ papa Theodoro, congruunt. Et dicit his auditis domnus Troilus: Nescis quid dicas abba. Quod factum est, factum est.

Hæc sunt, quantum memoria retinet, quæ mota & dicta sunt, & tali ea quæ in illos gesta fuere, terminata sunt fine; dimisso quoque sancto sene a secreto in carcerem. Postera vero die, quæ fuit dominica, concilio facto, hi qui erant ecclesiæ, persuaserunt piissimo imperatori, hoc eos amaro & inhumano exilio condemnandos, & abinvicem dividendos. Sanctum quidem senem penes Byzohen castrum Thraciæ provinciæ: porro discipulum ejus apud Perberim, quod exterius nec passu pedis Romanorum habet imperium, nudos, sine provisione, sine causa, atque omni ad vivendum occasione carentes, non appropinquantes mari, ne haberent ex misericordibus visitationem. & ita sunt nudi, & sine alimentis, solam habentes spem Dei. & hoc omnes Christianos rogantes atque clamantes: Orate propter dominum, ut consummet Deus misericordiam suam cum humilitate nostra, & doceat nos. Nam & ipsi qui cum eo navigant, efferi experimentum accipiunt maris, ventis quidem & fluctibus scapha concussa, sed stabili penitus permanente. Permittit quippe magnis eos temptari procellis, eorum erga se probans affectum, quatenus voce grandi exclament: *Domine, salva nos, perimus*: discantque omnia illi soli adscribere, quæ suæ noscuntur esse salutis: & ne confidentes sint in se, tranquillitatemque consequantur magnam, ventis sedatis & fluctibus. & in medium eos luporum dat,

Byzan[tium] Matt. 8 25.

dat, & per angustam portam intrare, & per artam incedere semitam jubet. & famem, ac sitim, & nuditatem, & vincula, & carceres, & abductiones & verbera, & crucem & clavos, & acetum & fel, & sputa & alapas, & colaphos & ludibria proponit, & passionem, & mortes multimodas. quorum finis splendidissima est resurrectio, ferens secum pacem his qui propter illum persecutionem sunt passi, & ascensum in cælos, & ascensum ad paternum & supersubstantialem thronum, & sertem quæ est super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, sive in hoc sæculo, sive in futuro. Cujus participes efficiamur omnes, orationibus & intercessionibus superlaudabilis & præ omnibus venerabilis & gloriosæ, proprie ac natura Dei genitricis, semperque virginis Mariæ, sanctorumque apostolorum, prophetarum, ac martyrum. Amen.

Ejusdem sancti abbatis Maximi ad Anastasium monachum discipulum suum.

Heri, quod fuit octavadecima mensis, dies, qua solennitas agebatur sanctæ mediæ pentecostes, patriarcha significavit mihi dicens: Cujus ecclesiæ es, Constantinopolitanæ, Romanæ, Antiochenæ, Alexandrinæ, an Hierosolymitanæ? Ecce omnes una cum subditis sibi provinciis adunatæ sunt. Igitur si es catholicæ ecclesiæ, unire, ne forte extraneam & novam viam conversatione tua reperiens, patiaris quod non speras. Ad quos dixi: Catholicam ecclesiam Deus omnium esse prænuntiavit, rectam & salutarem fidei in se habitæ confessionem, Petrum beatum dicens in quibus se bene confessus est. Verumtamen discam confessionem, supra quam omnium ecclesiarum facta est unitas, & ab eo quod bene gestum est nequaquam alienabor. Et aiunt: Licet non habeamus super hoc jussionem, dicimus, ut efficiaris penitus inexcusabilis. Duas fatemur operationes ob diversitatem, & unam propter unitionem. Duas propter unitatem asseritis factas: an præter has dixi aliam? Non, inquiunt: sed duas unam propter unitionem. Caruimus, dixi, rebus, nobismetipsis sine subsistentia fidem, & sine existentia Deum fingentes. Si enim in unam confundimus duas propter unitionem, & rursus in duas separamus unam propter differentiam, non erit unalitas, neque dualitas, operationibus invicem separatis semper, & patrantibus inoperativum & penitus insubstantivum eum cui inerant. Quod enim ex natura nullum habet qui auferri possit, vel aliqua ratione vicissitudinis commutari & intercidere motum, omni caret substantia secundum patres, non habens operationem substantialiter se characterizantem. Hoc itaque dicere nequeo. neque enim sic edoctus sum a sanctis patribus confiteri. quod libuerit vobis, potestativi cum sitis, facite. Ergo audi, dixerunt. Visum est dominatori & patriarchæ per præceptum papæ Romani, ut anathematizeris nisi obedias, & destinatam ab eis perferas mortem. Quod a Deo ante omne diffinitum est sæculum, finem accipiat, ferens sibi gloriam ante omne sæculum scitam, illis cum hæc audirem, respondebam. Et ut cognoscas, & additamentum orationis & deprecationis facias Deo, manifesta tibi quæ denuntiata sunt mihi exhibui: rogans quatinus hæc domno Thio, & sanctis patribus, qui illic simul cum eo sunt, nota constituas ejusdem gratia.

Ejusdem sancti Anastasii monachi discipuli sancti abbatis Maximi ad commune monachorum apud Caralim constitutorum collegium.

Multa scribere nos etiam præter votum tempus prohibuit. Omnia vero in uno nota facimus verbo sanctissimis vobis. Hi qui alterius sunt partis diffinitione immobili ut est, & propriæ maxime professionis constitui paternam non malunt doctrinam, sed alterius impelluntur opinionibus, quas & dinumerare operosum de cetero duco. Modo ergo ab inexistentia ad inconvenientiam translati sunt: id est ex eo quod neque unam, neque duas dicunt, ad prædicandum duas & unam, id est tres in uno eodemque Christo voluntates & operationes traducti. quod neque patrius, neque synodicus, neque physicus sermo decrevit: sed neque priscorum & deinceps hæreticorum furor eatenus adinvenit, sciens inanem tamquam vitio proprio corruptam eamdem opinionem. Si enim diversæ ex diversis compositum substantiis characterizant naturaliter proprietates, utpote nullatenus adempta naturarum diversitate propter unitionem, sed salva potius proprietate utriusque naturæ, & in unam personam & unam subsistentiam concurrente, quemadmodum sancta Calchedonensis synodus ait. & is Deus ex Deo Patre, & homo ex homine semper virgine matre, idem ipse existens cognoscitur juxta naturam natus, quamquam incorporaliter & sine causa; corporaliter autem ex hac propter causam, salutem videlicet nostram: quomodo possibile est unam eamdemque personam, id est unum eumdemque Christum dominum nostrum & Deum, super duas etiam alia secundum ipsos proprietate naturaliter figurari, ad certitudinem eorum, ex quibus, & in quibus, & quæ est: Si enim eædem creduntur etiam per aliam, id est per tertiam, quæ & per dualitatem, voluntates & operationes ejus, quæ secundum naturā sunt: necesse est ut identitate exhibitionis indissimilitas cognoscatur existentiæ, & sit idem duabus una, id est alterutris tres, sive naturales, sive substantiales. Verum, naturales quidem non, sed secundum illos subsistentialis, aggregentque ob hoc adversus eum jam aut tres substantias, aut totidem subsistentias, & secundum ipsum æqui numeri proprietates, increatam videlicet & creatam, & neutram, id est inexistentem, Inexistens enim est, quod neutrius per naturam participatur, ita ut etiam identitate, quæ ad eam, id est tertiam est, secundum illos inexistentes sint & duæ naturæ, & naturales ipsius voluntates & operationes. At vero si non eadem, sed alia, exceptis his ex quibus est credendus, in eo per tertiam aiunt, eumdem secundum eamdem, rursus proferunt ininexistentiam, velut is qui medius inter neutram harum existat, increatam scilicet natura sua, & creatam substantiam atque virtutem. aut enim subsistentialem volunt hanc esse, aut compositam, aut deivirilem, aut unitoriam propter adunationem. Nam non solum, ut dictum est, hanc non existentem introducunt, quod secundum nihil eorum ex quibus est natura hunc characterizet: verum etiam a naturali cognatione, quam habet

habet cum Deo & Patre, reddunt externum. Minus enim dicendum, quia perhibent eum etiam a congenita proprietate, quam habet ad intemeratam matrem & virginem, alienum: quasi secundum neutrum horum habeat compositam, aut subsistentiam, aut deivirilem, aut unitoriam propriam voluntatem & operationem. Verum Patris quidem incompositam sine principio habet, & substantialem atque divinam; matris vero creatam natura & humanam. Deinde etiam divisas naturas, ex quibus ipse est, inferunt, quasi per operationem, & non per subsistentiam sibi unitas innotescat, si propter unitatem unam operationem dogmatizent. quod hi qui in divisione corrupti sunt dicunt, affectuosam hanc esse operationem fabulose fingentes. Sic autem & confusioni locum tribuentes, & deivirilem secundum Severum male interpretantur, unam hanc, sed non duas secundum unitionem divinam natura & virilem significare contendentes, & hanc deiviri quamdam naturam, sed non virum factum Deum sibimet subinducunt. præsertim cum hoc prævidens etiam vere deiphantor Dionysius, non unam vocaverit hanc, sed nova quadam deivirili nobis eum dixerit operatione conversatum. Ostendens non alteram ab altera disjunctam, sed ambas per alterutras, & alterutris connaturaliter adunatas, in eorum ex quibus, & in quibus, & quæ erat, certitudinem proferendas. Et ut paterne dicamus, cum alterius communione horum utrumque. Ita ut mirabiles quidem passiones, compassibilia vero procul dubio miracula cognoscantur, per omnimodam coaptationem eorum, quæ ab eo naturaliter gesta sunt. Dupla enim omnia, & vera omnia, & unita omnia prędicant in eo qui duplici est natura, ea quæ secundum naturam sunt Dei pręcones & patres nostri. Quibus, ut dictum est, suum corrigere nolentes sermonem, adhuc & senioris Romæ propriæ consentire sectæ coegerunt apocrisiarios, unam super duas, id est tres secum prædicandi in eodem domino nostro Iesu Christo voluntates & operationes, similem scientiæ ligno gustũ commiscentes, quemadmodum & isti fidem ex bono & malo proferunt affectantibus. Vnde & talibus circumvenientes literis, ei qui miserat mittunt. Quia ergo in magno propter hæc periculo sunt res pene totius catholicæ & apostolicæ Dei ecclesiæ constitutæ, pro ea deprecamur, & obsecramus sanctissimos viros, ne hanc despiciatis periclitantem, sed adjuvetis tempestatibus laborantem, scientes in tempore tribulationis dilectionem, quæ in Spiritu sancto est, nasci. & si possibile est vos transire citius, quasi alia pro causa, ad senioris Romæ pios & firmos ut petram viros, qui videlicet vobiscum tutores nostri sunt semper & propugnatores ferventissimi veritatis, obsecrare hos supplicatoriis vocibus & lacrymis pro omnibus Christianis, quatinus mercedem a domino sortiantur. omnibus similiter & sibimet absque novitate recens inventa servantes orthodoxam fidem, & nihil super ea minus plusve suscipientes vel approbantes, præter quæ diffinita sunt a sanctis patribus ac synodis, ut boni studii sui æmulatione hoc maximum cum Dei auxilio directe prosequentes opus, cum illis sive nunc, sive in die judicii, dominum habeant debitorem, quem nimirum habuerunt in talibus creditorem, non aliud quid præter se, sed ipsum totum, totis vobis, atque illis in æternas delicias & refectionem donantem. quem & nos habere adversus Arianos qui continuantur hic supplicate Deo, beati & nostræ ad Deum deductionis prævii, cum simus egeni, pauperes, & indigni servi vestri.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA Vitaliani papæ.

ANNO CHRISTI 655.

[a] VITALIANUS, natione [b] Signiensis, provinciæ Campaniæ, de patre Anastasio, [c] sedit annos 14. menses * sex. [d] Hic direxit responsales suos cum synodica juxta consuetudinem in regiam urbem apud piissimos principes, significans de ordinatione sua. Et dum suscepti essent renovantes privilegia ecclesiæ reversi sunt, quorum * clementia [e] per eosdem missos direxerat beato Petro apostolo, & euangelia aurea cum gemmis albis miræ magnitudinis in circuitu * ornatus. Hic regulam ecclesiasticam, atque vigorem, ut mos erat, omnimodo conservavit. [f] Hujus temporibus venit Constantinus Augustus de regia urbe per litoraria in Athenas, & exinde Tarantum, inde Beneventum, & Neapolim per indictionem 6. Postmodum venit Romam, id est, die 5. mensis Iulii feria 4. indictione suprascripta, & [g] occurrit ei obviam apostolicus cum clero suo milliario sexto ab urbe Roma, & suscepit eum. Et ipsa die ambulavit imperator ad sanctum Petrum ad orationem, & donum ibi obtulit. Die sabbati ad sanctam Mariam, itemque donum obtulit. Dominico die processit ad sanctum Petrum cum exercitu suo. Omnes cum cereis exierunt obviam ei, & obtulit super altare illius * pallium auro textile, & celebratæ sunt missæ. Iterum sabbati die venit imperator ad Lateranas, & * lavit se, & ibidem pransit in basilica Iulii. Item dominico die fuit statio ad sanctum Petrum, & post missas celebratas, valefecerunt sibi invicem imperator & pontifex, duodecim dies in civitate Romana perseverans. Omnia quæ erant in ære ad ornatum civitatis deposuit, sed & ecclesiam beatæ Mariæ ad martyres, quæ de tegulis æreis erat cooperta, discooperuit, & in regiam urbem, cum aliis diversis quæ deposuerat, direxit. Et postmodum secunda feria egressus de civitate Romana, reversus est Neapolim. * Inde terreno itinere perrexit Rhegium, ingressus Siciliam per indictionem 7. Et habitavit in civitate Syracusana, & talem afflictionem posuit in populo, seu habitatoribus, vel possessoribus provinciarum Calabriæ, Siciliæ, Africæ, Sardiniæ, per diagrapha, seu capita, atque nauticationes per annos plurimos, quales a sæculo nunquam fuerant, ut etiam uxores a maritis, vel filios * a patre separarent, & alia multa inaudita perpessi sunt, ut alicui spes vitæ non remaneret, sed & vasa sacrata, vel cimelia sanctarum Dei ecclesiarum tollentes nihil dimiserunt. [h] Et postmodum 15. die mensis Iulii per 11. indictionem prædictus imperator in balneo occisus est. [i] Et non post multum temporis antedictus sanctissimus vir vitam finivit. Fecit autem ordinationes quatuor, presbyteros viginti duos, diaconum unum, episcopos per diversa loca * nonaginta septem. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die sexto Kalendas Februarii, & cessavit episcopatus menses duos, dies 13.

* quinq... minus ... bus 4.
* princ...
* ornat...
* pallium auro te... lem.
* lætus ... dem pra... sus est.
* Inde ... ri Tyrrh... no perre... Regium
* a paren... bus

NOTÆ

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Vitalianus.*] Ultima mensis Augusti, anno domini 655. in locum Eugenii successit Vitalianus, patria Signinus. Hujus temporibus orientales Saxones fidem susceperunt. In Anglia de tempore paschatis celebrandi gravissime disceptatum fuit.

b *Signiensis.*] Sic dictus a Signia civitate apud Hernicos, longe ab urbe trigesimo lapide via Lavicana sita.

c *Sedit annos 14. menses sex.*] Menses quinque minus quatuor diebus post annos 13. sedisse, patet ex initio & fine suscepti pontificatus.

d *Hic direxit responsales suos.*] Eadem legatione Vitalianus literas dedit ad Petrum Constantinopolitanum episcopum, hortans eum ad fidem catholicam amplexandam: ad quam ille rescribens ait, se ista profiteri, quæ veteres patres docuerunt: quod ut confirmaret, eorum testimonia, (quamquam non satis fideliter) mutatis verbis annexuit. Id quod a Græcis & Latinis simul animadversum fuit decimatertia actione sextæ synodi, quando ibidem hæc relegerentur.

e *Per eosdem missos direxit Constans B. Petro euangelia aurea cum gemmis*, &c.] Imperator callidus hæc dona obtulit ecclesiæ, ut se catholicum & cum Romana ecclesia communione conjunctum esse fingeret; idque propterea, ut sibi conciliaret Romanum populum, totumque occidentem, quem a se tamquam ab hæretico & persecutore aversum esse sciebat. Ex eo quod Vitalianus pontifex munera ecclesiæ oblata acceptarit, probabile videtur quod una cum muneribus orthodoxæ fidei professionem emiserit: cum alioquin oblationes ab hæreticis factas ecclesia recusare consueverit. Baron. anno 655. num. 2. 3. & 4.

f *Hujus temporibus Constans venit Romam.*] Anno pontificatus Vitaliani 9. Constantis imperii 22. Christi nati 663. ut patet ex Paulo diacono lib. 5. cap. 6. 7. 11.

g *Occurrit ei obviam apostolicus cum clero suo.*] Imperator, qui post S. Martinum relegatum germanum fratrem occiderat, secundum rigorem canonum non illa humanitate acceptandus, sed potius ab omnium ecclesiarum aditu arcendus fuisset, si non cum imperatore reconciliato, & ad unionem ecclesiæ reducto, totius orientalis schismaticæ ecclesiæ unionem futuram pontifex sperasset: quod deinceps vere factum esse, ex iis patebit quæ infra de successore ejus filio Constantino Pogonato dicemus. Baron. ann. 663. num. 4. & 5.

h *Et postmodum die 15. Iulii indictione 11. in balneo occisus est.*] Anno imperii sui 27. Christi nati 668. Scribunt de eo Theophanes in annalibus, & Cedrenus in compendio, quod anno decimooctavo sui imperii Theodosium fratrem germanum diaconum sacrum interfecerit: qui post mortem frequenter apparens habitu diaconi poculum sanguine plenum ei porrexerit, & dixerit: *Bibe frater.* Cujus visionis acerbitate victus abierit in Siciliam. Post occisum Constantem, rebellione quorumdam, Mezentius quidam imperium invadit. Constantinus Pogonatus (ideo sic nominatus, quod Byzantio solvens, tenera adhuc lanugine fuisset, & e Sicilia promissam barbam, ut Zonaras ait, retulisset) Vitaliani papæ suppetiis fretus expulso tyranno parenti succedit. Qua de causa rogavit eum pontifex sanctissimus, ut qui auxilio Dei vicisset tyrannos, jam etiam superaret hæreticos ecclesiam Dei acerrime infestantes. Detulit imperator precibus Vitaliani hoc in primis, ut quoadusque motus bellorum ingruentium componerentur, res hæreticorum silentio sopirentur. Vide Baron. ann. 668. num. 1. & 2.

i *Et non post multum temporis antedictus vir sanctissimus vitam finivit.*] Anno Christi 669. qui est Constantini Pogonati imperatoris annus 2. In Græcorum sacra diptycha relatum Theodorus Constantinopolitanus episcopus Monothelita inscio & invito imperatore expunxit, ut constat ex epistola Constantini ad Donum papam.

EPISTOLA I. VITALIANI PAPÆ AD PAULUM ARCHIEPISCOPUM CRETENSEM.

Arguit eum, quod Lappæ episcopum injuste damnaverit, & ad sedem apostolicam provocantem non dimiserit. Dictum episcopum pristino honori restituens, quæ contra illum acta fuerant nulla declarat.

Vitalianus episcopus servus servorum Dei Paulo archiepiscopo Cretensi.

DECIMONONO die mensis Decembris præsentis 11. indictionis, Ioannes episcopus Lappæ urbis intra basilicam venerabilem beati principis apostolorum Petri nobis obtulit petitionem, per quam nos obnixe postulavit, atque conjuravit per terribilem, inquiens, adventum magni Dei atque salvatoris nostri Iesu Christi, ut secundum sacratissimos canones, instituta que sanctorum patrum, ejus causæ meritum requireremus, & sententiam promulgaremus. Obtulit illico & sententiam apud tuam fraternitatem confectam subscriptamque ejus eorumque episcoporum manibus. Igitur post aliquos dies ad ejus preces coacervari cœtum in hac urbe Romana antistitum fecimus, ut nobiscum considentes & petitio ejusdem episcopi, & acta sacerdotaliter cognoscerentur. Dum ergo esset in hac Romana urbe congregata eadem synodus episcoporum pro hujusmodi negotio audiendo vel faciendo, statim nobis nuntiata sunt ejusdem exemplaria actionis, a tua fraternitate directa; quæ suscipientes, atque conferentes invicem, ita invenimus contineri in verbis & sensibus, sicut ea quæ nobis præfatus episcopus obtulerat, subscripta manu episcoporum, & tuæ dilectionis. Quamobrem admirati sumus, quia per suum clericum hanc vobis minime direxerit. Si enim forsitan tempus hoc prohibuit incongruum, cur absque suo scripto hanc usque nos minime direxit. Cumque recensita esset sententia coram nostris fratribus episcopis, visum nobis eisque est, quod non secundum timorem Dei, neque secundum instituta patrum, sacrosque canones, ejusdem Ioannis antistitis Lappæ est causa cognita & terminata, vel pœnalibus submissa ejus persona. Propterea non leviter contristati sumus, maxime quia & sub custodia missus est idem Ioannes antistes Lappæ diebus aliquot, & exinde adducebatur in secretarium tuæ fraternitatis, ut quod velles, inquit, loqueretur, ac rursus sub custodia ducebatur ad clausuram, sicuti habet confessio defensoris tuæ dilectionis in sententia ab eo facta: insuper & hortabatur, contra canonum jussa, contraque legum instituta existens, ut daret fidejussorem. Deinde oportebat tuam fraternitatem secundum canonum vigorem, tempore, quo se petiit ad nos venire, eum absolvere tuis literis: quem non solum noluisti canonice absolvere ad principis apostolorum limina, sed magis respondisti ei indecenter, inquiens: Quia non competenter quæris. Quæ ergo sancti sanxerunt patres, indecentia sunt? An placentia tibi decentia sunt? Igitur præfatum Ioannem antistitem æque inculpabilem reperientes, juxta textum sententiæ a te nobis directæ, fecimus nobiscum cum episcopis ad missarum solennia in ecclesias Dei præcedere. Itaque statuimus atque firmamus per hujus nostræ præceptionis auctoritatem, omnia quæ a te tuaque synodo contra canonum instituta contraque legum decreta gesta confectave sunt, vel sententiam promulgatam adversus eum, inania & vacua esse: sed quidquid claruerit eum damnificatum, ejusdemque ecclesiam a quoquam, ei tua dilectio faciat reddi, per omnia conservans eum absque damno. Denominatum enim Ioannem, utpote innocentem existentem, cum præsenti nostra præceptione absolvimus hinc, ut sicut ceteri tuæ dilectionis episcopi, & is suæ ecclesiæ utilitates cum Dei peragere timore, sacrarumque regularum instituere debeat morem. Oportebat

bat denique, dilectissime frater, oportebat nos similia similibus retribuere. Sed hæc magis per ignorantiam opinamur gesta esse, quam per calliditatem. Propterea quæ præcipimus tibi secundum Deum, & propter dominum, tuæque synodo, stude illico peragere, ne cogamur non misericorditer, sed secundum virtutem sacratissimorum canonum conversari. Scriptum namque est: *Dominus inquit: Petre, rogavi pro te, ut non deficeret fides tua: & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.* Et rursum: *Quodcumque ligaveris, Petre, in terra, erit ligatum & in cælo: & quodcumque solveris in terra, erit solutum & in cælo.* Postquam vero nostram præceptionem tua dilectio relegerit, hanc præsenti portitori Ioannis episcopi nimirum reddat pro sui ejusdemque ecclesiæ munitione. Data die VI. Kalendas Septembris indictione II.

Luc. 22.

Matth. 16.

II. AD VAANUM CUBICULARIUM IMPERATORIS.

Cum Ioannes Lappæ episcopus contra canones fuerit condemnatus, cupit ut ejus opera suæ ecclesiæ restituatur.

Vitalianus Vaano cubiculario & imperiali chartulario.

SEMPER celsitudo vestra piis hominibus præbuit concursum, semperque irreprehensibiliter viventibus tribuit libenter opem. Ideoque congruum prævidimus, per præsentia nostra scripta, Ioannem antistitem ecclesiæ Lappensis, sitæ in insula Creta, ei in omnibus commendare: quatenus divina ope prævia, ejusque suffultus suffragio, valeat ad sanctam celeriter remeare ecclesiam. Per Septembrem enim mensem præsentem, II. indictione, in hac Romana urbe ad apostolorum nostri culminis protectorum limina veniens, obtulit nobis petitionem, per quam suppliciter precatus est nos, ut ejus causæ meritum cognoscentes, canonice terminaremus. Obtulit denique nobis & sententiam, quam promulgavit ejus metropolitanus cum suis episcopis adversus eumdem Ioannem, volens eum ostendere reprehensibilem, per quam eum contra canonum decreta pœnalibus submisit. Cujus exemplar & idem ejus metropolitanus nobis direxit. Propterea facientes congregari episcopos in hac urbe, ejus causa est cognita, relecta videlicet petitione ejus. Et præfata sententia ab eodem metropolitano ejus nobis directa, visum nobis est, non secundum sacros canones eamdem esse sententiam promulgatam. Ideoque eam inanem atque vacuam statuimus fore, decernentes eumdem Ioannem innocentem existere, & absque aliqua culpa eam ab ejus metropolita querimur subiisse; quem merito absolvimus ad suam ecclesiam regredi, scribentes ejus sæpius nominato metropolitæ, ut quæ per simplicitatem egerit in ejus personam contra canonum decreta, esse vacua & inania. Eumdem itaque Ioannem (ut dictum est) antistitem, vestræ eximiæ caritati per has nostras literas commendantes, hinc absolvimus, ad vestra nimirum ambulaturum vestigia: & ut exinde rursus cum suis scriptis eum absolvere festinet, quæsumus, ad suam ecclesiam; commendantes eum, quibus prævideret, ut illæsus debeat esse. Profecto enim una mecum cunctis diebus vitæ suæ & ipse pro vestræ excellentissimæ caritatis prosperitate ac longævitate deprecabitur dominum. Data die VI. Kal. Februarii indict. II.

III. AD PAULUM EPISC. CRETENSEM.

Ut episcopo Lappæ occupatas ecclesias restituat: diaconum, qui uxorem duxit, & in duabus militat ecclesiis, corrigat: tum a se Eulampium, qui male audiebat, dimittat.

Vitalianus Paulo episcopo Cretensi.

AD cognitionem tuæ dilectionis congruum prævidimus perducere, eo quod Ioannes episcopus Lappensis ecclesiæ nobis suggesserit, asserens ejus parochiæ pertinentia monasteria, unum quod appellabatur Palea, & alterum quod vocatur Arsilli, a tua ecclesia esse invasa. Ideoque, si ita est, hortamur tuam carissimam fraternitatem, ut ei secundum terminos sanctorum canonum reddi faciat: quia unicuique quod justum est volumus conservari, maxime a nostris fratribus. Cognovimus denique, quod quidam diaconus, nomine Ioannes, postquam consecratus est minister, accepisset uxorem: & non solum hoc, sed & in duabus ecclesiis militet. Ideoque, si ita est, hoc tua dilectissima fraternitas pro Dei amore corrigat, ne denuo hujusmodi nefas proveniat adinstar male viventium. Deinde cognovimus, quod quemdam curialem, nomine Eulampium, habeat quasi consiliarium. Non enim, ut nobis suggestum est, eum constat esse bonæ vitæ. Ille enim quotidie, ut fertur, inter fratres zizania seminat, ut de eorum discordia marsupium impleat. Quamobrem, si ita est, hortamur tuam fraternitatem, eum a se projicere, ut ejus opinio coram Deo & hominibus floreat. Data ut supra.

IV. AD GEORGIUM EPISC. SYRACUSAN.

Ut Ioanni episcopo Lappensi faveat.

Vitalianus Georgio episcopo Syracusano.

GESTA, sive sententiam a tua fraternitate directam, dilectissimo filio nostro Gaudentio primicerio scribente, eam sibi ab antistite Cretensis insulæ transmissam, pro causa episcopi Lappensis ecclesiæ, suscepimus, scribentes ei quamobrem admirati sumus, cur ipse Cretensis antistes nobis aut per suum clericum hanc minime direxerit, aut per sua scripta non indicaverit quæ erant necessaria. Præfatur enim Ioannes Lappensis ecclesiæ, hujusmodi sententiam manu ejus metropolitæ episcoporumque subscriptam, cum sua nobis obtulit petitione, postulans suæ causæ meritum canonice requiri. Cujus precibus moti, pro tali re in hac urbe fecimus congregari synodum, ut cognosceretur hujusmodi negotium. Cumque esset congregata, relecta est nimirum petitio Ioannis præsulis, ac sententia a tua directa fraternitate: quibus nobis eisque visum est non secundum sacratissimos canones, neque secundum instituta patrum, esse eadem gesta promulgata adversus prænominatum Lappensis ecclesiæ episcopum. Idcirco decrevimus, eam, per nostræ præceptionis auctoritatem, esse inanem & vacuam, absolventes eum ad suam ecclesiam remeare cum nostra præceptione ad eumdem ejus metropolitam facta. Ideoque eo

eo illic ad tuam fraternitatem se conjungente, ei ita concurrat, ut cum literis commendatitiis domini excellentissimi Vaani filii nostri imperialis cubicularii & chartularii, ad suam ecclesiam prospere revertatur. Viva enim voce pro sua causa subtiliter tuæ fraternitati, dum ab ea requisitus fuerit, profecto indicabit, ostendens ei exemplar præcepti nostri, ad Cretensem metropolitam directi. Præterea & Silvinus tibi * intimandum omnia prædicantes, ne modum transgredi literarum cerneremur. Data ut supra.

V. AD OSVVI REGEM NORDANHVMBRORVM, EIVS DE PASCHATE judicium expetentem.

Gratulatur gentes sui regni ad fidem conversas, utque pascha ceterasque apostolorum traditiones observari, totamque insulam Deo dicari curet, & reliquias sanctorum ei mittit.

Domino excellentissimo filio Osvvio regi Saxonum Vitalianus episcopus servus servorum Dei.

DESIDERABILES literas excellentiæ vestræ suscepimus, quas relegentes, cognovimus ejus piissimam devotionem, ferventissimumque amorem quem habet propter beatam vitam. Et quia dextra domini protegente ad veram & apostolicam fidem sit conversus, sperans, sicut in sua gente regnat, ita & cum Christo in futuro conregnare. Benedicta igitur gens, quæ talem sapientissimum & Dei cultorem promeruit habere regem. Quia non solum ipse Dei cultor existit, sed etiam omnes subjectos suos meditatur die ac nocte ad fidem catholicam atque apostolicam pro suæ animæ redemptione converti. Quis enim audiens hæc suavia non lætetur? Quis non exultet & gaudeat in his operibus? Quia & gens vestra Christo omnipotenti Deo credit, secundum divinorum prophetarum voces, sicut scriptum est in Isaia: *In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur.* Et iterum: *Audite insulæ, & attendite populi de longe.* Et post paululum: *Parum, inquit, est ut mihi sis servus ad suscitandas tribus Iacob, & faces Israel convertendas. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ.* Et rursum: *Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt.* Et post pusillum: *Dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas, & diceres his qui vincti sunt: Exite; & his qui in tenebris: Revelamini.* Et rursum: *Ego dominus vocavi te in justitia, & apprehendi manum tuam, & servavi, & dedi te in lucem gentium, & in fœdus populi, ut aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum de domo carceris sedentem in tenebris.* Ecce, excellentissime fili, quam luce clarius est, non solum de vobis, sed etiam de omnibus prophetatum gentibus, quod sint credituræ in Christo omnium conditore. Quamobrem oportet vestram celsitudinem, utpote membrum existens Christi, in omnibus piam regulam sequi perenniter principis apostolorum, sive in pascha celebrando, sive in omnibus quæ tradiderunt sancti apostoli Petrus & Paulus, quia ut duo luminaria cæli illuminant mundum, sic doctrina eorum corda hominum quotidie illustrat credentium.

Et post nonnulla, quibus de celebrando per orbem totum uno vero pascha loquitur: Hominem denique, *inquit*, docibilem, & in omnibus ornatum antistitem secundum vestrorum scriptorum tenorem minime valuimus nunc reperire, pro longinquitate itineris. Profecto enim dum hujusmodi apta reperta persona fuerit, eum instructum ad vestram dirigemus patriam, ut ipse & viva voce, & per divina oracula, omnem inimici zizaniam ex omni vestra insula cum divino nutu eradicet.

Munuscula a vestra celsitudine beato principi apostolorum directa, pro æterna ejus memoria suscepimus, gratiasque ei agimus, ac pro ejus incolumitate jugiter Deum deprecamur cum Christi clero. Itaque qui hæc obtulit munera de hac subtractus est luce, situsque ad limina apostolorum, pro quo valde sumus contristati, cum hic esset defunctus. Verumtamen gerulis harum nostrarum literarum vestris missis, & beneficia sanctorum martyrum, hoc est, reliquias beatorum apostolorum Petri & Pauli, & sanctorum martyrum Laurentii, Ioannis & Pauli, & Gregorii, atque Pancratii eis fecimus dari, vestræ excellentiæ profecto omnes contradendas.

Nam & conjugi vestræ, nostræ spirituali filiæ, direximus per præfatos gerulos crucem, clavem auream habentem de sacratissimis vinculis beatorum apostolorum Petri & Pauli. De cujus pio studio cognoscentes, tantum cuncta sedes apostolica una nobiscum lætatur, quantum ejus pia opera coram Deo flagrant & vernant. Festinet igitur quæsumus vestra celsitudo, ut optamus, totam insulam suam Deo Christo dicare. Habet enim profecto protectorem humani generis redemptorem dominum nostrum Iesum Christum, qui ei cuncta prospera impartiet, uti novum Christi populum coacervet, catholicam ibi & apostolicam constituens fidem. Scriptum est enim: *Quærite primum regnum Dei, ac justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Nimirum enim quærit & impetrabit, & ei omnes suæ insulæ (ut optamus) subdentur. Paterno itaque affectu salutantes vestram excellentiam, divinam jugiter precamur clementiam, quæ vos vestrosque omnes in omnibus bonis operibus auxiliari dignetur, ut cum Christo in futuro regnetis sæculo. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Antistitem se daturum ait Cantuariæ.

Munuscula a rege capit.

Munera etiam reginæ mittit.

Totius conversionem insulæ expetit.

Matth. 6.

VI. SVB NOMINE VITALIANI PAPÆ AD MONACHOS SICVLOS.

Vitalianus episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiis sub patris Benedicti & Placidi dominio in Sicilia constitutis salutem & apostolicam benedictionem.

AD hoc nos superna clementia in orbe terrarum præfecit rectores atque custodes, ut dispersa congregare, & congregata conservare, & destructa restituere summopere procuremus. Quapropter quia civitates, castra, monasteria, possessiones, & villas beato Benedicto in Sicilia subditas paganorum incursionibus desolatas esse audivimus, supra modum dolemus, omnipotentique Deo super hoc gratias agimus, qui ideo temporaliter hic flagellari irrogat, ne in æternum puniat. Vnde vos, carissimi filii, a fletu & mœrore cessare monemus, & his nostris filiis, quos de Cassinensi congregatione

ad monasteria restauranda, & civitates, castra, possessiones, & villas recuperandas in Siciliam dirigere studuimus, ut specialibus dominis deservire curetis; ex parte beati Benedicti & nostra præcipientes, ut in restauratione monasterii & possessionum illos adjuvare studeatis, cœptumque laborem ad effectum perducere summopere procuretis. Nos enim & vos, & civitates, castra, possessiones, & villas quas Tertullus patricius beato patri Benedicto in Sicilia dedit, defendere, adjuvare, & manu tenere parati sumus. Omnipotens Deus sua vos gratia benedicat, atque a cunctis adversis eripiat. Valete.

Anno Christi 655.

CONCILIVM TOLETANVM IX.

EPISCOPORVM SEXDECIM,

Habitum anno septimo Reccesvinthi regis, post * diem Kalendarum Novembris,[a] æra DCXCIII. quæ coincidit cum anno Christi DCLV. & " Vitaliani papæ secundo. Est provinciale.

* die VIII. Kalendarum Decembrium.

" Erravit Binius: neque enim Eugenio mortuo successit Vitalianus anno 655. sed tantum 656. a die 31. Iulii. Quare ad Eugenii tempora pertinet hoc concilium ut monuimus in synopsi.

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *Vt de rebus ecclesiæ nihil episcopi auferant, & qualiter proximi fundatoris ecclesiarum solicitudinem gerant.*

II. *Vt fundatores ecclesiarum, quoadusque vixerint, earum habeant curam, ipsique illic ministros eligant servituros.*

III. *Si de rebus ecclesiæ pro præstatione aliquid dari dicatur, causa præstiti cognoscatur.*

IV. *De conquisitis rebus, inter ecclesiam & sacerdotis intestati heredes, quæ divisio fiat.*

V. *Si episcopus monasterium faciat, vel * parochiam ecclesiam ditet, * quantam partem de rebus ecclesia conferat.*

* *parochianam*
* *quartam*

VI. *Vt episcopus tertiam ecclesiasticarum rerum sibi debitam, cui elegerit, conferat.*

VII. *Ne extra constitutum ordinem, morientis sacerdotis heredes rem ejus adire præsumant.*

VIII. *Vt scripturæ quas sacerdotes vel ministri injuste fecerint, post mortem eorum habeant annorum numerum computatum.*

IX. *Quantum commodum sibi episcopus tollat de ecclesia, cujus tumulaverit sacerdotem.*

X. *De damnatione filiorum qui ex sacerdotibus & ministris geniti comprobantur.*

XI. *Quod servilibus clericis dare debeant episcopi libertatem.*

XII. *Quod post mortem sacerdotis, in libertate servis collata annorum tempus debeat computari.*

XIII. *Vt ex libertis ecclesiæ, & ex personis ingenuis geniti ab obsequiis ecclesiæ non recedant.*

XIV. *Quod si liberti ecclesiæ ad eam reverti non velint, omnis eorum * rescula juri applicetur ecclesiæ.*

* *recula*

XV. *De obsequio & disciplina libertorum ecclesiæ.*

XVI. *Quod libertis ecclesiæ nihil de rebus suis in alienum liceat transferre dominium.*

XVII. *Vt baptizati Iudæi cum episcopis celebrent dies festos.*

PRÆFATIO.

Dum canonicæ definitionis edicto in Toletana urbe pro agendo concilio post diem Kalendarum Novembrium, anno septimo Reccesvinthi principis gloriosi in basilica sanctæ Mariæ virginis in unum fuissemus, domino favente, collecti, id communi definitione decrevimus, ut capitula, quæ in priscis canonibus minime * habeantur inserta, pari promulgarentur sententia, & antiquis jungerentur regulis perenni jugitate mansura, & omni reverentia conservanda. Sed quia nequaquam recte subditos judicat, qui non seipsum prius justitiæ censura castigat, aptum nobis & expedibile visum est ante nostris excessibus imponere modum, & sic errata corrigere subditorum. Tunc namque melius judiciorum exordia * diriguntur, cum vita judicum ante disponitur: eo quod potius judicii forma completur,* quo negotiorum principiis æquitas judicantium antefertur.* Adeo exordium æquitatis inchoari a judicibus debet, ut * perfectio juris causarum limitem * aptius formet.

* habeantur
* dicuntur, fort. dirigantur.
* cum
* Ideo
* perfectio juris causatio
* aperte

CAPITVLA.

I.

Omnis itaque rei ecclesiasticæ quantitas, sicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum rite præparat fraudatori. Et ideo nullus sacerdotum, vel ministrorum, ex rebus ecclesiæ, quæ in quibuscumque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel juri suo, aut cathedræ propriæ * unitati connectat. Devotio enim uniuscujusque, sicut gratanter votum contulit Deo, ita definivit, * quo plenitudo votorum conservaretur in loco, in quo velut si collata tenentur, * manet gratia offerentis; ita si frustrantur, imminet pernicies defraudantis. Verum ut rei hujus potior soliditas * habeatur condignis filiis, vel nepotibus, honestioribusque propinquis ejus, qui construxit, vel ditavit ecclesiam, licitum sit hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si sacerdotem, seu ministrum aliquid ex collatis rebus prævideri defraudare, aut commonitionis * honestæ conventione compescant, aut episcopo, vel judici corrigenda denuntient. Quod si talia episcopus agere tentet, metropolitano ejus hæc insinuare procurent. Si autem metropolitanus talia gerat, regis hæc * auditibus intimare non differant. Ipsis tamen heredibus in eisdem rebus non liceat, quasi * juris proprii potestatem præferre, non rapinam & fraudem ingerere, non violentiam quamcumque præsumere: sed hoc solum in salutarem solicitudinem adhibere, quod aut in nullam noxam operatio nocens attingat, aut in multam vel aliquam partem salutaris merces assumat. Si quis vero deinceps hæc monita temerare voluerit, & male rapta cum confusione restituet, & excommunicationis annuæ sententiam sustinebit.

Burch. ... c. 18 ... p. 3. c. ...
* civi...
* quod
* manet
* habe... propinqui ejus qui construxerunt vel ditaverunt. Dist. 16. Filii, vel nepotes
* honest...
* auribus
* in jure

II.

Cum sæpe sit solitum, etiam illa quæ non debentur prece supplicationis, & vi quodammodo extorqueri doloris, quanto

quanto * magis sine obstaculo concedi debent exquisita simul, & ordine juris, & dolore compassionis? Quia ergo fieri plerumque cognoscitur, ut ecclesiæ parochiales, vel sacra monasteria ita quorumdam episcoporum, vel insolentia, vel incuria horrendam decidant in ruinam, ut gravior ex hoc oriatur ædificantibus mœror, quam in construendo gaudii extiterat labor, ideo pia compassione decernimus, ut quamdiu earumdem fundatores ecclesiarum in hac vita superstites extiterint, pro eisdem locis curam * permittantur habere solicitam, & solicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in iisdem basilicis iidem ipsi offerant episcopis ordinandos. Quod si tales forsan non inveniantur ab eis, tunc quos episcopus loci probaverit Deo placitos, sacris cultibus instituat, cum eorum conniventia servituros. Quod si * spretis eisdem fundatoribus, rectores ibidem præsumpserit episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam noverit esse, & ad verecundiam sui alios in eorum loco, quos iidem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari.

III.

Si sacerdos vel minister de rebus ecclesiæ suæ quippiam alicui sub præstationis obtentu concedat, in serie instrumenti causam præstiti evidenter exponat: ut ex hoc, aut juste confecta transactio innotescat, aut fraus incompetens, quæ latet, appareat. Aliter vero pro hujus negotii causa deinceps scriptura confecta non valeat.

IV.

Sacerdotes, vel quique illi sunt, quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quæcumque administrationis suæ tempore emerint, si de rebus propriis, vel vile, vel carum habuerint, ad ecclesiæ nomen, cui præsunt, chartarum conficere instrumenta procurent. Non enim convenit, ut ecclesia * quæ suscepit externum, efficiat in alieno divitem, & in suo retineat fraudatorem. Hi vero qui suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re quam post ordinationis suæ diem visi sunt conquisisse, sive nulla, sive aliqua sint instrumenta confecta, * compensata, tam juris sui, quam ecclesiasticarum rerum * ambitione; si se utriusque rei quantitas exæquaverit, inter ecclesiam, & decedentis heredes æquo jure conquisitio pertinebit. Si autem qualibet pars majori cumulo sui juris excreverit, * etiam portionem in divisione percipiet. Quicumque vero de prædictis sacerdotibus, vel ministris pro sui utilitate atque amicitia, vel præstatione, aut quocumque modo, aut per scripturæ seriem, * meruerint a quolibet collata percipere, in rebus ecclesiasticis non * poterunt numerare: sed quod exinde voluerint facere, ipsorum voluntatis arbitrio subjacebit. Quod si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, ecclesia hoc sibi, cui præfuit, vel minister extitit, in perpetuo vindicabit.

V.

Bonæ rei dare * consultum, & præsentis habetur vitæ subsidium, & æternæ remunerationis expectari cernitur præmium. Quisquis itaque episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, & hoc ex rebus ecclesiæ, cui præsidet, * ditare decreverit, non amplius ibidem quam * quinquagesimam partem dare debebit; ut hac temperamenti æquitate servata, & cui tribuit, competens subsidium conferat, & cui tollit, damna gravia non infligat. * Ecclesia vero quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis * munificare voluerit * sepulturis, non amplius quam centesimam partem census ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela servata * ut tantummodo quæ placuerit ex his duabus * remunerandam assumat.

VI.

Cum præteritis sanctionibus notissimum habeatur, quæ de rebus parochialium ecclesiarum pars episcopo conferatur, opportune duximus decernendum, ut si episcopus tertiam, quam de rebus eisdem sanctione paterna sibi debitam novit, aut ipsi ecclesiæ, cujus res esse patescit, aut alteri ecclesiæ, cui elegerit, conferre decreverit, * & licitum maneat, & irrevocabile robur ejus sententia ferat.

VII.

Propinqui morientis episcopi nihil de rebus ejus absque metropolitani cognitione usurpare præsumant. Quod si is qui recesserit metropolitanus fuerit, * heredes ejus, aut successorem illius, aut concilium * sustinebunt: ne passim hereditatis adeundæ data licentia, de rebus ecclesiæ aut non * reddatur ratio plena, aut fraus non inveniatur illata. Quod si presbyter, aut diaconus fuerit, quos obiisse constiterit, non sine cognitione sui episcopi rem ejus heredibus adire licebit. Quisquis sane post hæc transgressor inventus extiterit, pro his quæ non expectato hoc ordine adierit, invasionis damno legis sententiæ subjacebit.

Marginal notes: de sacerdotibus. * aliquid mer. * poterit. * consilium 12. q. 2. Bonæ rei dare. Ivo part. 3. cap. 170. * ditaverit. * quadragesimam. * Ad ecclesiam vero * magnificare * scripturis, * ut unam tant. * remunerationem. 12. q. 3. Episcopus si tertiam partem. Ivo p. 3. c. 171. * & licita maneant. * heres * sustinebit * retineatur.

ANNO CHRISTI 655.

16. quæst. 3. Si sacerdotes.

VIII.

Si sacerdotes, vel ministri, dum gubernacula ecclesiarum administrare videantur, contra patrum sanctissimas sanctiones de rebus ecclesiæ definisse aliqua dignoscantur, non ex die quo talia scribendo * decrevit, sed ex quo talia moriendo definita * reliquit, supputationis ordo substabit. Nusquam etenim * poterit ad tricennium temporis pertinere vita irrite judicantis: quia status contractuum initia non assumpsit ab origine æquitatis.

*decreverunt, * reliquerunt, * ad triennium temporis pertinebit irrite hoc judicantis.

De tricennali possessione in rebus ecclesiæ, vide concilium Calchedonens. can. 17. & Tolet. IV. cap. 34. & epistolâ Gelasii papæ ad episcopos Siciliæ. Extat de hac ipsa re decretum concilii Vasensis can. 2. & habetur apud Gratianum 12. quæst. 2. Præcipiendum.

IX.

Plerique dum rapinis inhiant, ut non debent, aut miserationis opus condigne non implent, aut indebita ipsi miserationi damna permiscent. Ideoque ne amplius misericordiæ opus execrabile dilabatur in scelus, id communi decreto sancimus, ut cum pontificem mori contigerit, episcopus, qui ad humandum corpus ejus advenerit, descriptis thesauris, * atque domorum internis, si locuples decedentis ecclesia fuerit, non amplius quam † libram auri in rebus quibus ei placuerit, exceptis ornamentis ecclesiæ, cum gratia offerentum auferre pertentet. Si vero minor rebus extiterit, dimidiam libram sibi licenter usurpet: nam & hæc ipsa usurpare ratio nulla permitteret; nisi ejus, qui convenit, sacerdotis injuriæ contemplatione antiquitas hoc * usitata servasset. Porro * brevem descriptarum rerum sub fideli ratione idem qui descripsit dirigere metropolitano curabit. Metropolitanus ex eadem morientis ecclesia nihil prorsus auferre præsumat; sed solum, quæ ad eum pertinet, * salvationis curam impendat.

* atque ornamentis omnibus, † Centum drachmas auri valet, quæ faciunt decem aureos coronatos, ex Budæo. * usurpata * breve * curam salutarem impendat.

X.

Cum multæ super incontinentiam ordinis clericorum usque hactenus emanaverint sententiæ patrum, & nullatenus ipsorum * formari quiverit correctio morum, usque adeo sententiam judicantium protraxere commissa culparum, ut non tantum * ferretur ultio in * auctoribus scelerum, verum & in * progenie damnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo, usque ad subdiaconum deinceps, vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio in honore constituti filios procreaverint; illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica censura damnentur, proles autem, * tali nata pollutione, non solum parentum hereditatem nusquam accipiat, sed etiam in servitutem ejus ecclesiæ, de cujus sacerdotis, vel ministri * ignominia nati sunt, jure perenni manebunt.

15. quæst. 8. Cũ multæ. Ivo part. 6. cap. 425. * reformari, al. firmari * feriretur * auctores * progeniẽ * aliena, vel hac * ignominio

XI.

Qui ex familiis ecclesiæ servituri devocantur, in clerum ab episcopis suis libertatis necesse est percipiant donum: & si honestæ vitæ claruerunt meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis: quos vero flagitii sordidaverit incorrigibilis noxa, perpetua servitus conditionis releget in catenam.

Dist. 5[illegible] Qui ex [illegible] miliis.

XII.

Si sacerdos libertatem servis ecclesiæ conferre voluerit, non a die confectionis suæ scripturæ tempus annorum computatum tenebit, sed ex quo eum, qui scripturam * conficit, verius obiisse constiterit.

*confec[illegible]

XIII.

Excessibus libertorum ecclesiæ plerumque * patrocinandi videmus ecclesiam convexari, & bicipiti coacti sumus tædio condolere: uno, dum per superbiam reluctantis auctor contemnitur; altero, dum libertas superbientis in conditionem relabi cogitur servitutis.* Adeo cum jam præteritis patrum regulis multæ super hoc diversæ constitutionis emanaverint sanctiones, tamen quoddam ad plenitudinem rei aptum conspeximus adhuc innectere complementum. Igitur, sicut legum reverenda sanctio censuit, ita servare totius generis nobilitas debet, ut in nullo aliena commixtio maculet, quod per totum generositas propria decoravit. Vnde cunctis ecclesiarum libertis, tam viris, quam feminis, eorumque propagini interdicitur judicio generali, ne deinceps causa * conjunctionis quibuslibet copulentur personis ingenuis. Quod si hoc factum quandoque patuerit, permixtione tali genita proles nunquam merebitur jus * indebitæ dignitatis, nec ecclesiæ unquam carebit obsequiis, cujus beneficio donum meruisse noscitur libertatis.

* patronam * Ideo Sic in [illegible] ro jud. li[illegible] 3. tit. 2. nuptiis [illegible] licitis. *conn[illegible] aut Ro[illegible] nis ing[illegible] nnis co[illegible] lentur [illegible] Gothis. * debit[illegible]

XIV.

Si contingat quemcumque de libertis ecclesiæ, eorumque prosapię, contra primævas modernasque patrum regulas quibuslibet * personis ingenuis copulari, tam illis, quam eorum stirpi, non licebit ab ecclesiæ patrocinio evagari, sed aut ad debita obsequia reverti cogendi sunt; aut, si redire noluerint, quæcumque vel parentes eorum, vel ipsi ab ecclesia sunt adepti, vel in ejus patrocinio visi sunt conquisisse, insistente pontifice, in ditionem propriæ reducantur ecclesiæ.

* pers[illegible] aut Go[illegible] aut Ro[illegible] nis

XV.

Ecclesiæ liberti, eorumque progenies, eidem basilicæ, de qua libertatis gratiam meruerunt,

meruerunt, obsequia prompta sincera- que parabunt. Qui sicut hoc in * obsequium pro possibilitate sui, quod utiles ingenui *dabunt, ita quoque in emendatione culparum : quod inutiles ingenui sustinebunt.

XVI.

Libertis ecclesiæ, eorumque progeniei, ex omnibus rebus quæ de jure ecclesiæ noscuntur habere, nihil licebit in extraneum dominium transactione * quarumcumque deducere : sed si ex his quælibet vendere fortasse voluerint, sacerdoti ejusdem ecclesiæ offerant convenienter emenda, earumque precia, ut eis placuerit, aut dispensent, aut habeant. Nam in dominium partis alterius rei suæ censum nullo modo transire permittimus. Suis autem filiis, vel propinquis, eidem ecclesiæ vel servitio vel patrocinio subjugatis, quæcumque vendere vel donare voluerint, aditus omnino patebit.

XVII.

Baptizati Iudæi quocumque loco cetero tempore conversentur, festis tamen præcipuis novi testamenti serie consecratis, ac diebus illis, qui olim sanctione veteris legis sibimet censebantur esse solennes, in civitatibus publicisque conventibus cum summis Dei sacerdotibus celebrare præcipimus, ut eorum conversationem, ac fidem, & pontifex approbet, & veritas servet. Hujus vero temerator edicti, prout ætas permiserit, aut flagris, aut abstinentiæ subjacebit. Expletis omnibus, quæ ad honestatis regulam in collationem venere fraternam, grates exolvimus immortali domino soli, cujus dispositione mirabili ad hunc sanctæ congregationis cœtum meruimus adunari; ut & communis visio prosperitatem nostram ostenderet, & par definitio concordiam assignaret : obsecrantes ejus misericordiam largam, ut serenissimo domino & amabili Christo Recesvintho principi glorioso ita præsentis vitæ felicitatem impendat, ut angelicæ beatitudinis gloriam post tempora longæva concedat : atque ita nos ejusdem felicitate lætos semper efficiat, ut in terra viventium * remuneraturus attollat. Antiquitatis dehinc ordinem saluberrime retinentes, postquam rationem festi paschalis fraternitas vestra cognovit, noverit se anno venturo, die Kalendarum Novembrium, causa peragendi concilii in hac urbe, favente domino, congregari; ut simili disceptatu, aut quæ prospexerimus congrua decernamus, aut solius pacis conventu lætemur. Consummatumque est hoc sanctum concilium die * quarto Kalendarum Decembrium, anno feliciter septimo regni serenissimi atque clementissimi domini nostri Recesvinthii regis, æra DCXCIII.

[Margin: Al. obsequio; Al. dant; parte p. 67; Al. cum-; Al. Idem; Al. remuner-; vo.]

[d] SVBSCRIPTIONES.

Interfuerunt huic sancto concilio pontifices numero sexdecim.

Eugenius regiæ urbis metropolitanus episcopus.
* Taio Cesaraugustanus episcopus. [*Tago, al. Taio]
Marcus Castellonensis episcopus.
Vbinibal Elicitanus episcopus.
Videricus Seguntinus episcopus.
Mauricius Oretanus episcopus.
Davila Complutensis episcopus.
Felix Valentinus episcopus.
Balduigius Arcavicensis episcopus.
Maurellus Vrgelitanus episcopus.
Eusicius Segobriensis episcopus.
Athanasius Setabitanus episcopus.
Giberius Bigastrensis episcopus.
Vbaldefredus Mentesanus episcopus.
Magnarius Accitanus episcopus.
Stephanus Valeriensis episcopus.

[e] Abbates.

Fugitivus abbas.
Ildefonsus abbas.
Eumerius abbas.
Morarius abbas.
Ioannes abbas.
Item Ioannes abbas.
Marcellinus archipresbyter Toletanus.
Silicolus primicerius.

Vicarii episcoporum.

Daniel diaconus Marcelli episcopi ecclesiæ Vrcitanæ.

Viri illustres officii palatini.

Paulus comes notariorum.
Emeterius comes cubiculariorum.
Ella comes & dux.
Recilla comes patrimoniorum.

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *Æra* DCXCIII.] Vasæus anno domini 654. Morales 657.

b *Ad tricennium.*] De tricennali possessione in rebus ecclesiæ vide concilium Calchedonense can. 17 & Tolet. IV. cap. 34. & epistolam Gelasii papæ ad episcopos Siciliæ, cap. 2. [Cap. 8]

c *Proles autem.*] Concilium Lateranense II. cap. 31. ita de hac re sancit : *Firmiter prohibemus ne canonicorum filii, maxime spurii, canonici fiant in sæcularibus ecclesiis, in quibus instituti sunt patres : & si fuerit contra præsumptū, decernimus non valere. Qui vero (ut dictum est) canonicare præsumpserit, a suis beneficiis suspendatur.* Idem Alexander III. par. 19. cap. 1. 3. & 4. & sequentibus : & concilium Tridentinum sessione 25 can. 15. Quinimmo ad ordines non debent admitti, etiamsi probatæ vitæ fuerint, nisi in monasterio vel regulari vita degentes : Alexander papa III. par. 19. cap. 2. Concubinæ vero clericorum, seu mulieres illæ quæ contra ecclesiæ leges clericis cohabitabant, unde infamiæ nota illis inureretur, ab episcopis olim venumdabantur in servas, precium vero pauperibus erogabatur, ut constat ex concilio III. Toletano cap. 5 & concilio Toletano IV. cap. 42 concilio Toletano VIII. cap. 5. & aliis multis locis. A Reccaredo vero rege lib. 3. tit. 4. leg 18. fori judicium sancitur, ut hujusmodi mulieres centenis flagellis verberentur. De illegitimis multa decrevit hoc tempore Sixtus V. sanctissimus pontifex, ad optimum regimen ecclesiæ stabiliendum. Apud Gratianū tota quinquagesima sexta distinctione de hac re agitur. Verum de sacerdotibus quid tradat Philo Iudæus in decalogo, perpendendum duxi : *In sacerdote (inquit) & hominum genus examinatur, ut sit inculpabile, & competens, partibus sui corporis usquequaque integrum.* Quod licet loquatur [*Cap. 10. Pœnæ spuriorum quæ?]

ANNO CHRISTI 655.

tur de sacerdote veteris legis, qui ex decreto domini debebat esse justis natalibus ortus, & integer corpore, verum id etiam servatur in nova, ubi ad altius & præstantius sumus vocati sacrificium & cultum.

Qui, quotque episcopi subscripserint.

d *Subscriptiones.*] Subscribunt in nono concilio Toletano eodem ordine, sicut in octavo, episcopi, abbates, vicarii episcoporum, & viri illustres ex officio palatino. Fere omnes episcopi qui in nono subscribunt, subscripserant in octavo; ut Athanasius Setabitanus, Davila Complutensis, Felix Valentinus, Giberius Bigastrensis, Marcus Castellonensis: in septimo & octavo Mauricius Oretanus, Maurellus Vrgelitanus, Marcellus Vrcitanus per procuratorem: sicut in octavo, Taio Cæsaraugustanus, Vbinibal Elicitanus: in septimo & octavo, Videricus Seguntinus, Balduigius Arcavicensis. Subscribit etiam Eusicus Segobriensis, qui successit Floridio, in octavo: Magnarius Accitanus, qui successit Iuliano, in octavo: Stephanus Valeriensis, qui successit Tagontio, in octavo: Vvaldefredus Mentesanus, qui successit Froilæ, in octavo.

e *Abbates.*] Omnes hi abbates subscribunt in octavo, præterquam Ioannes: similiter omnes viri illustres ex officio palatino. De archipresbytero & primicerio supra fuse diximus.

ANNO CHRISTI 656.

CONCILIUM TOLETANUM X.

VIGINTI EPISCOPORUM

Anno octavo Reccesvinthi Regis, a æra DCXCIV. celebratum, sub Vitaliano papa. Est provinciale.

TITULI CAPITULORUM.

PRÆFATIO.

IN NOMINE DOMINI HABITA synodus X. in Toletana urbe, die Kalendarum Decembrium, anno octavo gloriosissimi domini & religiosissimi Reccesvinthi principis, æra DCXCIV.

GRATULATIONEM nobis spiritualem divina contulit gratia, quando tribuit uti * nobis & salutaris disciplinæ * frequentia, & convenire ad pacificorum votorum studia præoptata. Congregatis ergo nobis, & in concordia animi, & in conventu loci, referentes gratias invisibili Deo, & glorioso rerum domino Reccesvintho regi, cujus sacratissimo voto, retenta paternitatis sanctæ traditione, ad sacrum quivimus adunari conventum, has subter annexas regulas concordi definitione prolatas æterna statuimus manere lege præfixas.

(* inter nos; * frequentiam)

CAPITULA.

I.

Cum nihil fidei sinceritas per diversitatem adversum incurrat, & unitatem catholicæ regulæ varietas nulla discerpat, est tamen quod nisi temporum unitate servetur, & discidium indiscissæ unitati parturiat, & sacramentorum unitate constare non valeat. Hinc est, quod b paschale festum, nisi uno die celebre- A mus & tempore, in Iudaicum decidamus errorem. Hinc c adventum sancti Spiritus post resurrectionem Dei nisi expectemus tempore definito dierum, simul & numero, non possumus impleri ejusdem Spiritus dono. Quoniam si caret plenitudinis numero, carere potest & mysterii sacramento. Hinc d nativitatis dominicæ sacrum, quo evidenter de utero virginali Verbum prodiit caro factum, absque dubio servat temporis cursum, & repræsentat * specialis diei momentum. Si ergo nativitatis & mortis incarnati B hujus Verbi dies absque immutatione ita certus habetur, ut absque diversitate in orbe toto terrarum ab omni concordi ter ecclesia celebretur, cur non festivitas gloriosæ matris ejus eadem observantia, uno simul ubique die, similique habeatur honore? Invenitur etenim in multis Hispaniæ partibus hujus sanctæ virginis festum non uno die per omnes annorum circulos agi. * Quoniam transducti homines diversitate temporum, dum C varietatem sequuntur, unitatem celebritatis non habere probantur. Qua de re, quoniam die qua invenitur angelus virgini Verbi conceptum & nuntiasse verbis, & indidisse miraculis, eadem festivitas non potest celebrari condigne, cum interdum quadragesimæ dies, vel paschale festum videtur incumbere, in quibus nihil de sanctorum solennitatibus, e sicut ex antiquitate regulari cautum est, convenit celebrari; cum etiam & ipsam incarnationem verbi non conveniat tunc celebritatibus prædicari, quando con- D stat idipsum verbum post mortem carnis gloria resurrectionis attolli, ideo speciali constitutione sancitur, ut ante octavum diem, quo natus est dominus, genitricis quoque ejus dies habeatur celeberrimus & præclarus. Ex pari enim honore constat, ut sicut nativitatem Filii sequentium dierum insequitur dignitas, ita festivitatem matris tot dierum sequatur sacra solennitas. Nam * quod festum est matris nisi incarnatio verbi? E cujus utique ita debet esse solenne, sicut est & ejusdem * nativitas verbi. Quod tamen nec sine exemplo decedentis moris, qui per diversas mundi partes dignoscitur observari, videtur institui. In multis namque ecclesiis a nobis & spatio remotis, & terris, hic mos agnoscitur retineri. Proinde, ut de cetero quidquid est dubium sit remotum, solennitas dominicæ matris die decimo quinto Kalendarum Ianuariarum omnimodo celebretur, & nativitas filii ejus salvatoris nostri die octavo Kalendarum earumdem, sicut mos est, solennis in omnibus habeatur.

(* speciali diei momentum; * [Quoniam enim] ducet homines diversitate temporum dum varietatem celebritatis habere probantur; * quid; * nativitatis.)

II.

ANNO CHRISTI 656.

Conc. Tolet. IV. c. 73.

II.

Frequentium molestiarum nocens impulsus contemni quidem magnitudine decentis poterat gravitatis: sed quia levitas labens facile ad præcipitia vana corda reclinat, bene honesta solicitudo cohibere properat, quod frequentata usitatio vitare non curat. Ideo cum & quorumdam paternorum sanctionibus decretorum, & institutionibus sit legalibus cautum, ne contra salutem principum, gentisque, aut patriæ, quisquam meditari conetur adversum, hoc unum B specialiter nunc depromitur observandum, ut si quis religiosorum, ab episcopo usque ad * extremi ordinis clericum, sive * monachum, generalia juramenta in salutem regiam, gentisque, aut patriæ data, reperiatur violasse voluntate profana, mox propria dignitate privatus, & loco & honore habeatur exclusus, & miserationis obtentu tantummodo reservato, ut an locum, an honorem, an utraque possideat, concedendi jus licentiamque principalis potestas obtineat.

III.

Reverentiæ totius * auditum, quia res * adiit dura, non frustra, * cogimur hanc duriori * extirpare censura. Agnovimus enim quosdam pontifices præcepti principis apostolorum qui ait, *Pascite qui in vobis est gregem, non coacte, sed spontanee, nec dominantes in clero, sed forma facti gregis*, ita esse immemores, ut quibusdam monasteriis, parochialibusque ecclesiis, aut suæ consanguinitatis personas, aut sui favoris participes, iniquum sæpe statuant in prælatum; ita illis providentes commoda inhonesta, ut eisdem deferantur, aut quæ proprio episcopo dare justus ordo poposcerit, aut quæ rapere deputati exactoris violentia potuerit. Proinde decenter omnibus placet, & in præsenti tale rescindere factum, & non esse de cetero faciendum. Nam quisquis pontificum deinceps, aut sanguine propinquis, aut favore sibi personis quibuscumque devinctis talia commodare lucra tentaverit * ausu nefan- E dæ præsumptionis; & quod visum fuerit devocetur in irritum, & qui ordinarit annuæ excommunicationis ferat excidium.

IV.

Bene per Spiritum Dei possumus cum sancto apostolo dicere, non ignorare nos astutias satanæ: quia impellimur zeli domus Dei ardore cremari. Videmus enim ad tanta fraudium studia convalescentem excrevisse perniciem, ut primæva patrum constitutio a quibusdam æstime- A tur illudi, & nova judicum putetur intentio * falli. Nam inveniuntur nonnullæ viduæ diversis excusationibus se adeo contegentes, ut blandiantur sibi, non se patrum plena religionis alligatas institutione teneri. Unde antiquis inconcusse permanentibus regulis hoc adjicitur novæ oraculo sanctionis, ut vidua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit, sacerdoti, vel ministro, ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis professionem suam faciat, a se, aut signo aut subscriptione * notatam, continentem, se & religionis propositum velle, & hoc perenniter inviolate servare. Ac tunc accepta a sacerdote vel ministro apta religionis * usui veste seu lectulo, quiescens, sive quocumque loco consistens incunctanter utatur: nec diversi coloris, aut diversæ partis eadem sit notabilis vestis, * nisi religiosa, & non suspecta, quæ careat & varietatibus colorum, & diversitatibus * partium: C adeo ut absque ulla suspicione transgressionis maneat usui tantum apta sanctæ religionis, & * usui sexus competens, ad testimonium probitatis. Ut autem deinceps nihil devocetur in dubium, pallio purpurei vel nigri coloris caput contegat ab initio susceptæ religionis: ut dum illic intulerit signum probabilis sanctitatis, ubi nullius falli poterit visio intuentis. * nusquam attentetur ausus detestandæ præsumptionis.

V.

* Omnes feminæ, quæ jam in præte- D ritum religionis veste fuisse probantur indutæ, * nihil ad excusationem valeat oppositionum qualibet objectio, quamvis diversis aut callidis adumbrare se velint fallaciæ argumentis: sed ad sacratissimas sanctiones disciplina sanctior teneat eas religatas atque * subnexas. * Commoveantur sane sacerdotis auctoritate, ut sponte * ardeant, quæ si redire noluerint, impulsu sacerdotis ad religionis * habitum reducantur, & in monasteriis reductæ excommunicationis condignæ sententia feriantur. Hic idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit, quæ quamlibet a sacerdote vel ministro sanctimoniæ, vestem non accepissent, ipsæ tamen, aut indutæ sunt, aut illo indui habitu consenserunt, qui religionis esse cultus ab intuentibus crederetur, sicque coram ecclesia, vel sacerdote, aut etiam competentibus testibus quandoque indutæ * visæ certis indiciis aut testimoniis approbantur. Omnes hæ * tamen, seu post transgressum resumentes iteratam conversionem, sicut

Margin: De viduis supra diximus conc. Tolet. IV. cap. 55. * pelli. 20. q. 1. Vidua, quæ sanctæ religionis. * notam, * hujus * sed * specierum, * sui sexus * nusquam ausus attentet 27 quæst 1. Omnes feminæ: non ad verbum. * Omnibus feminis, * nihil excusationis valeat in oppositionum * subnixas. * Commoneantur * redeant: * cultum * veste * tamen seu venientes ad primam

ANNO CHRISTI 665.

sicut præmissum est, & pallio capita contegant, & conscriptam roboratamque professionis faciat scripturam, per quam * alterius non sinantur relabi ad prævaricationis audaciam. Quæ vero ex omnibus his fuerint repertæ animum aut vestem in transgressionem dedisse, & excommunicationis sententiam ferant, & rursum mutato habitu in monasteriis, donec diem ultimum claudant, sub ærumnis arduæ pœnitentiæ maneant religatæ.

religionem seu post transgressa resumentes iterata cõversione, * ulterius

VI.

Cum hucusque dissolutæ operationis effectus interdum nutare fecit honestæ constitutionis edictum, * dum * incondite resolvi putatur, quod * indissolubile sanctionis auctoritate tenetur. Ideo quidquid obvium ex incerto * incurrit, evidenter abjici debet, ut de cetero nihil supersit quod in dubium nuterur. Ideoque si in qualibet minori ætate, vel religionis tonsuram, vel religione debitam vestem, in utroque sexu filiis aut unus aut ambo parentes dederint, * certe aut nolentibus vel nescientibus se, susceptam non mox visam in filiis abdicaverint, sed vel coram se, vel coram ecclesia, palamque in conventu eosdem filios talia habere permiserint, ad sæcularem reverti habitum ipsis filiis quandoque penitus non licebit: sed convicti, quod tonsuram aut religiosam vestem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum habitumque revocentur, & sub * æterna districtione hujuscemodi observantiæ inservire cogantur. Parentibus sane filios suos religioni contradere, non amplius quam usque ad * decimum ætatis eorum annum licentia poterit esse. Postea vero, an cum voluntate parentum, an suæ devotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum religionis assumere cultum. Quisquis autem vel abolitione tonsuræ, vel sæcularis vestis assumptione detectus fuerit attigisse transgressionem, & excommunicationis censuram accipiat, & religioni semper inhæreat.

Ivo p. 7. c. 17. Burch. l. 8. c. 1.
* proponimus ne incõsolvi putetur, * * incognite. * indissolubili * occurrit,
20. q. 2. Si in qualibet.
* forte
* strenua
* duodecimum al. quatuordecimum

VII.

[f] Septimæ collationis objectu immane satis & infandum operationis studium nunc sanctum nostrum adiit concilium; quod plerique ex sacerdotibus & Levitis, qui pro sacris ministeriis, & pietatis studio, gubernationisque augmento sanctæ ecclesiæ deputati sunt officio, malunt imitari turbam malorum, potius quam sanctorum patrum insistere mandatis: ut ipsi etiam qui redimere debuerunt, venditiones facere intendant, quos Christi sanguine præsciunt esse redemptos; ita dumtaxat, ut eorum dominio quo sunt empti, in ritu Iudaismo convertantur oppressi: & fit execrabile commercium, ubi nitente Deo jussum est sanctum adesse conventum; quia [g] majorum canones vetuerunt, ut nullus Iudæorum conjugia [h] vel servitia habere præsumat de Christianorum cœtu, sed sacræ fidei sibi cohærentia tam conjugia quam servitia, favente Deo, unice adhæreant; dicente propheta: *Qui habitare facit* [i] *unanimes in domo*. Nam vere nec advertunt primum quid dominus præceperit per Moysem dicens: *Si quis furatus fuerit hominem, & vendiderit, convictus, quod morte moriatur*. Et iterum: *Si fratrem tuum Hebræum redemeris, serviet tibi septem annis, & liberum abire permittes*. Quod sine dubio ab eis prænscimus impleri. Quid enim deterius, quidve in præceps, dum ipsi, quos novimus Dei insectatores, ita malunt sibi concessa implere præcepta, ut nulla prorsus ratione maneant evitata, quanto magis nos, qui redemptos nos congaudemus precio sanguinis sacri, convenit custodire omnia præcepta? Quid igitur sacerdos ille, vel Levita, sive etiam omnis athleta Christi sibi vendicare velit, dum dominum & redemptorem nostrum Iesum Christum non vult imitari; secundum quod ipse vaticinantibus prophetis ait: *Vos sacerdotes & Levitæ afferte arcam domini Dei Israel ad locum, qui paratus est: sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Levate sacrificium, & venite in conspectum ejus, & adorate dominum in decore sancto*. Et alibi: *Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, domine, ut ponat thymiama in furore, & holocausta super altare tuum*. Et illud: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de ore ejus exquirunt: quia angelus domini exercituum est. Lex veritatis in ore ejus: & iniquitas non est inventa in labiis ejus. In pace dirigens ambulavit: & multos convertit ab iniquitate*. Necnon & David: *Sacerdotes tui, domine, induantur justitia, & sancti tui lætentur. Viduam ejus benedicens benedicam, & pauperes ejus saturabo panibus. Sacerdotes induam salutari, & sancti ejus exultatione exultabunt*. Quod & ipse dominus & salvator apostolis suis præcepit, dicens: *Euntes per universum mundum, prædicate euangelium regni: appropinquavit enim regnum cælorum: dæmonia ejicite, claudos curate, leprosos mundate, mortuos suscitate*. Et iterum: *Quis putas est fidelis servus, & prudens, quem constituet dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore* (opportuno.) *Beatus*

ANNO CHRISTI 656.
Psalm. 67.
Exod. 21.
Deut. 15. secundum septuaginta.
1. Paral.
1. Paral.
Deut. 33.
Malach.
Ibidem. In vulg. est: In pace & æquitate ambulavit mecum, & multos.
Psalm.
Matth.
Matth.

tus ille servus, quem cum venerit dominus ejus invenerit sic facientem: Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Nam & Petro dixit: *Simon Petre, si diligis me, pasce oves meas.* Vnde & apostoli in vnum commorantes, possessiones proprias & substantias vendebant: & non quidem credentium animas evertebant, sed magis unicuique, prout opus erat, fidelium dividebant. Quod & beatus admonet Petrus dicens: *Pascite qui est in vobis gregem Dei, custodientes, non coacte, sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie: ut cum princeps pastorum apparuerit, percipiatis immarcescibilem gloriae coronam.* Nam & Paulus ita ad Timotheum ait: *Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in fide, in caritate, in castitate, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Quia sive Iudaei, sive Graeci, sive servi, sive liberi, unum spiritum in Christo potati sumus, & semetipsum pro nobis tradidit, factus pro nobis maledictus, ut in nobis benedictio Abrahae fieret.* Iacobus igitur ita loquitur: *Religio munda, & immaculata apud dominum & Patrem haec est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc saeculo.* Dicat nunc quisquis ille est sectator interminabilis vertigo testatione, quis ex apostolis sanctis, vel ex omni turba credentium, quos advocavit dominus, quemquam vendidisset aliquatenus hominum; dum ipse dominus in euangelio dicit: *Venit enim filius hominis quaerere, & salvum facere quod perierat.* Audi namque Zacchaeum domino dicentem: *Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.* Quorum exempla apostoli & omnis toga sanctorum martyrum & confessorum impleverunt, & nobis implenda insinuaverunt, dicente apostolo Paulo: *Imitatores mei estote, sicut & ego per omnia Christi.* Nam qua fronte, qua etiam conscientia, quisquis ille est prioris illius imitator proditoris, ut post hujus nefanda commissa domino Deo praesumat offerre libamina, aut perceptionis suscipiat sacra mysteria, quae nobis est concessum in oblatione peccatorum nostrorum, dum dicit: *Non licet mittere eos in corbonam, quoniam precium sanguinis est.* Corbona enim nostrorum est arcana * peccatorum, in quo sanctum suscipimus corpus: & maxime nobis est custodiendum de talibus commerciis, ne inquinemur mentibus nostris, & proruamus cum Iuda negotiatore, cordibus caeci: secundum quod dominus dicit: *Vae homini illi, per quem filius hominis tradetur in manibus peccatorum: bonum erat illi si natus non fuisset homo ille.* Quod non tantum pro Iuda, sed pro omnibus scilicet, cujus mercimoniis deserviunt, & ipsi illi in diem judicii erunt condemnati, per quem venumdati in haeresem ceciderunt Iudaice, aut etiam praesenti saeculo mala suscipient, secundum propheticum sermonem: *Ecce furor domini egrediens, procella ruens in capite impiorum conquiescet.* Et iterum: *Propheta namque & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inveni malum eorum, ait dominus. Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris. Impellentur enim, & corruent in ea, auferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait dominus.* Et per Isaiam: *Dedi populum meum in manu tua, non posuisti eis misericordiam, * aggravasti jugum tuum valde, descende * in pulvere, sed tacens, & intra in tenebras, veniet super te malum, & nescies, & irruet repente calamitas, quam non poteris expiare.* Et iterum in euangelio dicit dominus dicit: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Et illud: *Cavete ab his qui devorant domos viduarum simulantes longam orationem: hi accipient * damnationem majorem.* Et iterum: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. Quia si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut ligetur collo ejus mola asinaria, & projiciatur in mare.* Vnde & in actibus apostolorum ita dominum legimus dixisse: *Saule, Saule, quid me persequeris?* numquid in caelum ascenderat Saulus, ut ibidem persecutionem ejus sustineret dominus? sed in servis suis habitans hanc * prolatus est sententiam, sicut ipse dicit: *Qui vos spernit, me spernit; & qui me spernit, eum spernit qui misit me.* Et illud: *Qui non est mecum, contra me est, & qui non congregat mecum, spargit.* Quod etiam dudum per prophetam dixit: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me: sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.* Et in euangelio: *Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur. Ecce paterfamilias plantavit vineam,* id est, ecclesiam, *& locavit eam agricolis,* id est, sacerdotibus. *Cum ergo venerit dominus vineae, quid faciet agricolis illis? Malos male perdet, & vineam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructus temporibus suis.* Nam dicit ipse: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: quia nescitis qua hora dominus vester ven-*

Marginalia: ANNO CHRISTI 656. — * fort. qui ejusmodi — Ierem. 30. quamquam paulo aliter. — Ierem. 23. — Isa. 47. — * super senem aggrav. est in Isaia. — * sede in pulvere. — Matth. 7. — Marc. 12. — * prolixius judicium. — Luc. 3. — Marc. 9. — Act. 9. — * f. prolocutus — Luc. 10. — Matth. 12. — Isa. 29. Matth. 15. Marc. 7. — Matth. 21. — Matth. 21. — Matth. 14 & 24.

ANNO CHRISTI 656.

Luc. 12. *venturus sit. Si autem dixerit malus servus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire: & cœperit concutere conservos suos, & ancillas; manducet autem & bibat cum ebriis: veniet dominus servi illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat*, & inutilem servum *mittet in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.* Matth. 22. Si quis enim post hanc definitionem talia agere tentaverit, noverit se extra ecclesiam fieri, & præsenti & futuro judicio cum Iuda simili pœna percelli, dum modo dominum denuo proditionis precio malunt ad iracundiam provocare.

Opitulante miseratione divina, & gloriosissimi Reccesvinthi principis inhærente voluntate religiosa, his gestis decentissime alligatis, & in pace connexis, ex totis præcordiorum * abditis damus gloriam & honorem soli æterno & immortali Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, cujus donum collatum nobis agnoscimus, pro ejus ecclesiæ statu, & prompte gerere curam & * posse sacri regiminis competentia disponere jura: a quo petimus & optamus, ut porrecta in longitudine felicium dierum sacratissimi principis vita, * & omni gloriarum decore perpetim * pollente salute nobis quoque tribuat susceptum ecclesiæ suæ regimen in æquitate disponere, in solicitudine gubernare, & in pace tenere: ut post mundi hujus * suscepta pericula pervenire possimus ad cælestia regna. Amen.

* visceribus * possessa * eam * pollere * suspecta

DECRETVM PRO POTAMIO episcopo.

ASSVMERE poteramus canoram in tantum fraternæ lætitiæ tibiam, quia divina pietas conventum nostrum ad concordiæ convocaverat studia, & convenerat * mœstitiam vitare, quoniam visitatione disciplinæ videbamur paternas regulas innovasse. * Sed gravius sistrum pro cymbalo sumimus, & funus pro carmine decantamus, gementesque cum Ieremiæ questibus dicimus: *Dissolutum est gaudium cordis nostri, versum est in luctum chorus noster.* Vnde & væ coram nobis conspicimus, quoniam cecidisse coronam capitis nostri videmus, dum tam nobile in infimum corruit, quod in tam sublime sanctitatis optimum stetit. Ecce etenim tractantibus nobis in pace Dei de ecclesiasticis regulis, delatum est conventui nostro epistolium confusæ confessionis, & abolendæ subscriptionis, quod Potamius Bracarensis ecclesiæ episcopus de factis propriis, suisque verbis annotarat & articulis: quo reserato, quid obliteranda pagina, & abolenda literarum panderent elementa, fletibus potius quam sermonibus lacrymosa * concio recensuit. Tunc solitarie tantum secretimque adunatis pontificibus Dei, prædictum episcopum adesse coram nobis fecimus. Quem singultibus aggredientes amplius quam loquelis, reseratam illi suæ deformitatis & nostræ confusionis scripturam protulimus: quam accipiens, ac recurrens, sciscitantibus nobis utrum sui operis, & suæ annotationis intimatio esset; * ille suum actum, suique oris eloquium, suorum quoque digitorum esse robur asseruit, quod illic relegendo * pervidit. Rursum divini nominis contestatione hunc adjurantes, obtestati sumus * ut, an de se sponte mendacium diceret, aut alicujus * violentia premeretur, & perterritus talia enarraret, veraciter indicaret. Qui mox flebili voce, luminibusque ploratu madentibus & fragore singultuum, cum unius Dei nominis juramento clamavit, se & vere eadem mala de se confiteri, & ad hæc confitenda nulla se violentia prægravari. Vnde etiam ferme per novem menses sponte deseruisse regimen ecclesiæ suæ, & ergastulo quodam, pro admisso flagitio acturus pœnitentiam, se conclusisse edixit. Tunc per fidelem confessionem ejus, agnito * quod tactu femineo sorduisset, & declarato, licet hunc paterna antiquitas sacris regulis dejicere ab honore decernat, nos tamen miserationis jura servantes, non abstulimus nomen honoris, quod ipse sibi sui criminis confessione jam tulerat; sed valida auctoritate decrevimus, perpetuæ pœnitentiæ hunc inservire officiis, & ærumnis: providentes melius illum per asperam & * dumosam ire pœnitentiæ solicitudinem, ut quandoque perveniret ad refrigerii mansionem, quam relictum in voluntatis suæ latitudine ad præcipitium dejici æterna damnatione. Tunc venerabilem Fructuosum ecclesiæ Dumiensis episcopum communi omnium nostrum electione constituimus ecclesiæ Bracarensis gubernacula continere: ita ut omnem metropolim provinciæ Gallœciæ, cunctosque episcopos populosque conventus ipsius, omniumque curam animarum Bracarensis ecclesiæ gubernandam suscipiens, ita componat atque conservet, ut & dominum nostrum de rectitudine operis sui glorificet, & nobis de incolumitate ecclesiæ ejus gaudium præstet. Quia vero ad futura prospicere convenit, ne exoriri possit in statu pacis quædam commotio litis, patrum sententiam, quæ jam dictum Potamium episcopum rectitudine damnat, huic decreto connectere nostra vigilantia procurat.

* abnuere mœstitiam vitæ, * Sed gravius collisi threnum

Potamius Bracarensis episcopus successit Iuliano. subscribit in VIII. Tole.

* cognitio recensivit. * illico * providit.

* ut si aut de se * violentia proveniret * quod tactu feminæ sorduisset stupro, licet * dumosam pœnitentiæ solicitudinem quandoque perveniret

EX CONCILIO VALENTINO GALLIÆ, TITVLO QVARTO.

NEC illud, fratres, scribere alienum ab ecclesiæ utilitate censuimus, ut sciretis, quicumque sub ordinatione, vel diaconatus, vel presbyterii, vel episcopatus mortali crimine dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinationibus submovendos; reos scilicet, vel veri confessione, vel mendacio falsitatis. Neque enim absolvi potest * is qui in semetipsum dixerit, quod dictum in alios puniretur: quoniam omnis qui sibi fuerit mortis causa, major homicida fit.

* in his, in seipsum dixerint

Multæ quidem & aliæ sententiæ huic poterant innecti decreto, quæ prædictum Potamium episcopum * severissima auctoritate abjicere jubent. Sed ex omnibus hanc conscriptam ponere sententiam maluimus: ne si totius damnationis edicta replicassemus, gravissimæ ultionis auctores existere videremur. Factum est decretum sub die Kalendarum Decembris, anno feliciter octavo regni gloriosissimi domini nostri Reccesvinthi regis.

* sævissima

* Eugenius indignus Toletanæ sedis metropolitanus episcopus hoc judicii nostri decretum subscripsi.

* Omnes sacerdotes prædicti concilii hoc statuentes, ter sanximus.

Similiter & alii episcopi subscripserunt, numero viginti.

ALIVD

ALIUD DECRETUM.

*DIUTINIS tractationibus inveniri quod justum est, * ut experientia est judicantium comprobatum, ita & juxta summi judicii statuta plenior invenitur auctoritas. Ideo mentis intentione, orisque simul, studia deducentes in cognitionem audiendi negotii delatum est nos in conventu sancti concilii, ex directo gloriosi domini nostri Reccesvinthi regis, per illustrem Vvambanem, testamentum gloriosæ memoriæ sancti Martini ecclesiæ Bracarensis episcopi, qui & Dumiense monasterium visus est construxisse; ut reserato eo quid hic memoratus beatissimus vir decrevisset nostræ cognitioni patesceret. Quo testamento in omnium conventu relecto, comperimus ex ordine a memorato principe ad nos esse directum: quoniam idem gloriosæ memoriæ sanctissimus vir decreverat, ut succedentibus per ordinem regibus, ad complementum ejus ipsius testamenti constitutio commendata maneret. Tunc deinde illatum est nobis testamentum Recimiri memoratæ ecclesiæ Dumiensis episcopi, quod de rebus suis in eadem ecclesia decreverat examinatione veridica dirimendum. Quo * relecto cognovimus eumdem auctorem suum illic diversæ constitutionis edidisse conditiones: inter quas unam validam conatus est religatione constringere, deputans & illationes tributorum, & precia frugum absque aliqua diminutione annua vice pauperibus erogari, nihilque esse absque deliberatione relictum, * quo usibus ecclesiæ possit quadam liberalitate servire. Tunc ex voce partis Dumiensis ecclesiæ * astrictum est, quod * universas species generis & corporis rerum, quæ in ejusdem ecclesiæ * domo intrinsecus ad usus domesticos * ex tempore suæ ordinationis idem episcopus Recimirus invenit, & quæ ipse aut de opere utriusque sexus artificum familiarum ecclesiæ potuit habere confecta, atque illata, aut quæ sua * professione habuisse visus est conquisita, omnia moriens jussisset pauperibus erogari. Quedam vero ita vili precio vendi ordinasse, ut negotiatio earum rerũ perditio potius quam mercatio censeretur. * Addidisse quoque quosdam liberos ex ejusdem ecclesię familiis, quibus etiam cum aliis ad se pertinentibus omnibus amplius quam quinquaginta reperitur utriusque sexus dedisse mancipia. Quibus damnis ita cognitis, quia & cuncta remedia intrinsecus domus tam indiscrete largita fuerant, ne quid ad * integritatem ecclesiæ reliquum superesset, cum nulla imminens causa pauperum necessitatis existeret, * quæ hoc tam integre & perfecte examussim erogari deposceret, atque pro libertis illis nihil secundum canonicam sanctionem datum in commutationem patesceret; sed nec pro mancipiis, & reliquis rebus eisdem libertis collatis, aliquid in repræsentationem ecclesiæ relictum notesceret: verum & suam rem ita in nomine pauperum relegasset, ne aliquid remedii ex hoc ecclesiasticus usus attingeret, ducti sumus, tam rationis intuitu, quam paternarum sanctionum edicto, ipsius testamenti seriem, etsi non usquequaque * in irritum devocare, in quoddam tamen, rationabili auctoritate, temperamentum deducere: scilicet, quia tantorum dispendiorum damnis, a memorato Recimiro episcopo factis, res ecclesiastica dignoscitur subjacere, omnis res ejus, quam inde * legatam reliquit

A pauperum nomini, tamdiu Dumiensi ecclesiæ plena deserviat facultate, donec omne hoc damnum, quod in utensilibus domus sustinuit, valeat evidentius reparari, ac tunc, completa restitutione damni, observetur, sicut decreta est, series testamenti. Liberti vero, qui ex familiis ecclesiæ facti sunt, & seu res universa, quæ in mancipiis, aliisque corporibus, * vel illis suis hominibus collata esse dignoscitur, cuncta in discretione venerabilis fratris nostri Fructuosi episcopi disponenda relinquimus: ut quia hæc evidens ordo patrum in irritum devocat, illius temperamentum hæc ad miserationem adducat, qualiter nec regulam paternam modus excedat, & miserationem severitas non extinguat: ut secundum merita servientium, & libertatis præmia, & rerum donaria, vel subtrahat, vel concedat. Editum sub die Kalendarum Decembris, anno feliciter octavo regni gloriosissimi domini nostri Reccesvinthi regis.

ANNO CHRISTI 656.

*vel illis vel suis

B Eugenius indignus metropolitanus Toletanæ sedis episcopus hoc judicii nostri decretum subscripsi.

Similiter & alii episcopi subscripserunt numero viginti.

[l] SUBSCRIPTIONES.

C *Interfuerunt huic sancto concilio pontifices numero viginti.*

[m] Eugenius regiæ urbis metropolitanus episcopus.
Fugitivus Spalensis metropolitanus episcopus.
[n] Fructuosus Bracarensis metropolitanus episcopus.
Marcus Castellonensis episcopus.
Vvidericus Segontiensis episcopus.
Mauritius Oretanus episcopus.
*Ibitaricus Elnensis episcopus.
Davila Complutensis episcopus.
Egeredus Salmanticensis episcopus.
Quiricius Barcinonensis episcopus.
Cæsarius Olysipponensis episcopus.
Athanasius Setabitanus episcopus.
D Balduigius Arcavicensis episcopus.
Eusicius Segobriensis episcopus.
Hermenfredus Lucensis episcopus.
Magnarius Accitanus episcopus.
Ilpidius Asturicensis episcopus.
[o] Sozimus Elborensis episcopus.
Stephanus Valeriensis episcopus.
Flavius Portucalensis episcopus.

*Vbitericus Elensis

*Zosimus

Vicarii episcoporum.

Argefredus * abbas Eligani episcopi ecclesiæ Oxomensis.
Martinus abbas Valdefredi episcopi ecclesiæ Mentesanæ.
E Eliga presbyter * Giberii episcopi ecclesiæ Bigastrensis.
Agricius diaconus Vbinibalis episcopi ecclesiæ Illicitanæ.
Daniel diaconus Marcelli episcopi ecclesiæ Vritanæ.

*abba ægens Vicẽ Egilani

* Giberici

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *Æra 694.*] Ambrosius Morales congregatum ait anno domini 658. Vasæus anno domini 655. Verum constat aperte congregatum fuisse æra 694. Nam undecimum Toletanum, ut dicitur can. 1. ejusdem, congregatum fuit post decem & octo labentium annorum excursum a decimo, quod est æra 713. & bene; nam is est annus quintus Vvambæ regis.

Tempus concilii.

b *Paschale festum.*] Quo die pascha foret celebrandum olim dubitabatur, & ecclesiis minoribus major ecclesia

Cap. 1. Quo tempore pascha celebrandum.

ANNO CHRISTI 656.

diem præscribebat, ut statutum invenio conc. Carthag. III. cap. 1. ubi præcipitur, ut omnes Africanæ provinciæ episcopi observationem paschalem ab ecclesia Carthaginensi curent accipere. Metropolitanus vero sive primas ad omnes episcopos literas dirigebat de die quo festum hoc celebrandum esset. Idque cavetur eodem concilio cap. 41. I. Arelat. can. 1. Bracarensi II. cap. 9. & Carthag. V. cap. 7. ubi clarius dicitur: *Placuit ut dies venerabilis pascha formatarum subscriptione omnibus intimetur.* Toletano autem concilio IV. statuitur, ut metropolitani sacerdotes, ante tres menses Epiphaniarum, literis se invicem inquirant; ut communi scientia edocti, diem resurrectionis Christi comprovincialibus suis insinuent. Die vero dominica festum hoc celebrandum decernit Pius papa I. epist. prima ad universos: & Victor papa I epist. 1. non autem cum Iudæis, qui luna decimaquarta illud celebrant: unde illud ecclesiastici 43. *A luna signum diei festi; luminare quod minuitur in consummatione.* ut constituitur concil. Antioch. can. 1. in quo etiam citatur Nicænum primum. Vnde hic dicitur: Ne in Iudaicum incidamus errorem. Vndecimo Kalendarum Aprilium mandat illud celebrari Innocentius I. epist. 11. & Vigilius papa epist. 1 cap. 5. Hujus celebritatem sex diebus terminari sancit concil. Matiscon. II. can. 2. De hac re etiam vide Isidorum lib. 1. de officiis ecclesiast. Hoc anno 1582. reformatus est error anni, & paschatis dies certus statutus est, secundum canones concilii Nicæni, per Kalendarium Gregorianum, consumptis decem diebus a quinto usque ad decimumquintum mensis Octobris, aliisque adhibitis regulis & canonibus ad certam semper paschatis rationem habendam.

Festum pentecostes celebre in Hispania.

c *Adventum sancti Spiritus.*] Pentecostes festum olim non in tota Hispania solitum fuisse celebrari, constat ex concilio Eliberitano; ubi, ut hujusmodi error corrigatur, ita cavetur cap. 43. *Pravam institutionem emendari placuit, juxta auctoritatem scripturarum, ut cuncti diem pentecostes celebremus. Quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisse notetur.* Præcipua vero anni festa concil. Agathense, can. 22. ponit pascha, natalem domini, epiphaniam domini, ascensionem domini, pentecosten, & natalem S. Ioannis Baptistæ. Quibus diebus illis qui in agro oratorium habebant, non licebat in eo, sed in civitate, sacro Missarum interesse, ut patet ex eodem loco, & divo Isidoro lib. de officiis ecclesiasticis.

Solennitas natalis domini quæ.

d *Nativitatis dominicæ sacrum*] De festo nativitatis est apud Telesphorum, qui fuit septimus a Petro pontifex, in epistola ad universos, quo pacto celebrandum, & in nocte illa missa est solenniter decantanda, cum angelorum hymno: aliaque quæ ibi de natali etiam domini, & ab Isidoro lib. de officiis ecclesiasticis annotantur.

Solennitas annuntiationis quando in Hispania celebretur.

e *Sicut ex antiquitate regulari.*] Concilium Laodicenum: *In quadragesima non celebrentur martyrum natalitia.* Can. 53. & habetur 33. quæst. 4. Non oportet. Hæc solennitas annuntiationis est hodie celebris decimoquinto die Kalendarum Ianuariarum in sancta ecclesia Toletana, omnique cultu & splendore veneratur, vocaturque expectatio partus, & festum dominæ nostræ *de la O.* & in tota Hispania colitur ut festivus dies, præcipue tamen in Toletana basilica; eo quod eo ipso die sanctissima Virgo Ildefonso archiepiscopo oranti ad nocturnas preces, vestem, qua in sacris solennioribus uteretur, astante sanctarum virginum choro, tradidit. Extat nunc lapis veneratione & pietate celeberrimus, in eodem augusto templo, ut memoria majorum acceptum traditumque est, quo stetit Virgo sanctissima, pedesque fixit. Hæc fusius traduntur in officiis ecclesiasticis ecclesiæ Toletanæ a S. D. N. Gregorio XIII. approbatis.

Cap. 7.

f *Septimæ collationis objectu.*] Totum hoc caput in excusis desideratur.

g *Majorum canones.*] Concil. III. Aurel. can. 3. Eliberit. cap. 19. III. Tolet. cap. 14. Aut si juncti separentur II. Aurel. can. 18. & III Aurel. can. 13.

h *Vel servitia.*] Sic multis conciliis cautum, ut mancipia non habeant Christiana, III. Tolet. cap. 14. & IV. Tolet. cap. 65. & legibus Vvisigothorum lib. 12. titul. 3. leg. 12. quæ est Ervigii: Ne Iudæis mancipia serviant, vel adhæreant Christiana, & leg. 16 ibidem.

Explicatur.

i *Vnanimes in domo.*] Psal. 67. ubi vulgata editio habet: *Deus qui habitare facit unius moris in domo.* Septuaginta unius moris μονοτρόπους transferunt. Hieronymus ita: Deus inhabitare facit solitarios, quod μονότροπος vox etiam significat. Sic Basilius, & alii μονότροπον βίον solitariam vitam appellant. Addit Hieronymus super hunc psalmum: In Hebræo habetur: *Dominus inhabitare facit monachos in domo.* Augustinus ibidem legit: Qui habitare facit uniusmodi; explicatque unanimes unum sentientes, & unius moris.

Potamius quis.

k *Potamius episcopus.*] Potamius Bracarensis episcopus, eo quod tactu femineo sorduisset, deponitur a sede. Sic enim cautum erat canone apostolorum 25. *Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur: non tamen communione privetur; dicit enim scriptura; Non vindicabit dominus bis in idipsum.* Habetur dist. 81. cap. presbyter.

Qui qu[...] ve episc[...] subscrip[...] rint.

l *Subscriptiones.*] Subscribunt in decimo concilio Toletano fere iidem episcopi qui in nono hoc ordine: Athanasius Setabitanus, qui in VIII. & IX. Balduigius Arcavicensis, in VIII. & IX. Davila Complutensis in VIII. & IX. Eugenius regiæ urbis in VII. & VIII. Vnde deducitur duodecim annos tenuisse Toletanam sedem, ut testatur Ildefonsus de viris illustribus: nam in V. & VI. alter Eugenius subscribit, cui hic successit. Egeredus Salmanticensis, qui in VII. & VIII. Eusicius Segobriensis, qui in IX. Egilanus Oxomensis, qui & Egila, in IV & V. Gilbericus Bigastrensis per procuratorem, qui in VIII. & IX. Hermenfredus Lucensis, qui in VIII. Marcus Castellonensis qui in VII. VIII. & IX Mauricius Oretanus, qui in VIII. & XI. Magnarius Accitanus, qui in IX Marcellus Vrcitanæ per procuratorem, qui in VIII. & IX. Stephanus Valeriensis, qui in IX. Vvidericus Segontiensis, qui in VIII. & IX. Vbinibal Illicitanæ per procuratorem, qui in VII. VIII. & IX. Valdrefredus Mentesanæ per procuratorem, qui in IX. Præterea subscribunt Cæsarius Olysipponensis, qui successit, Neufrido, in VII. Fugitivus Hispalensis, qui successit Antonio, in VIII. Fructuosus Bracarensis, qui successit Potamio deposito, in VIII. Flavius Portucalensis, qui successit Vsibeso, in VI Ilitaricus Elnensis, qui successit Acutulo, in VI. Ilpidius Asturicensis, qui successit Candidato, in octavo. Quiricus Barcinonensis, qui successit Olæ, in octavo. Sozimus Elborensis, qui successit Abientio, in octavo.

In hoc concilio, quamvis est nationale, non subscribunt abbates, neque viri illustres officii palatini, forte eæ subscriptiones desunt in manuscriptis codicibus.

m *Eugenius.*] Interfuit VIII. & IX. conciliis Toletanis, vir sanctus. sunt qui affirmant inter divos relatum fuisse.

Fructuo[sus] quis.

n *Fructuosus.*] Fructuosus ex regio Gothorum sanguine ortus, ducis filius, episcopi Palentini Tonantii discipulus, multorum monasteriorum conditor, & pater, ex Complutensi abbate, cum monasterium exædificaverat, ad Virgidensem tractum Iusti & Pastoris martyrum nomine Dumiensis episcopus creatus, in Potamii dejecti locum subrogatus, Bracarensis ecclesiæ curam suscepit. Actis hujus concilii post Eugenium Toletanum, & Fugitivum Hispalensem subscribit. Ejus memoria cum sanctitatis opinione a populis Bracarensibus & Compostellanis colitur, festo die dicato ad sextum decimum Kalendas Maii. Corpus ejus in monasterio ab ipso exædificato inter Dumium & Bracaram sepulturæ mandatum, postea Iacobo Gelmiride primo Compostellæ archiepiscopo Compostellam translatum, ubi magna populi veneratione colitur.

IACOBI SIRMONDI ADMONITIO
ad lectorem de sequenti collatione.

Disputatio Maximi cum Theodosio Cæsareæ in Bithynia episcopo, & proceribus qui cum illo venerant, Bizyæ in exilio ipso peracta est, anno, ut mensis Augustus & 14. indictionis nota docet, 656. Quare in annalibus ecclesiasticis recte huic anno adscribitur. Male autem judicum quæstio, quæ Maximi exilium, ut dictum est, antecessit, in sequentem annum ibidem conjecta est, cum ad præcedentem referri deberet.

TOMVS CONTINENS RELATIONEM de dogmatibus quæ mota sunt inter sanctum Maximum & Theodosium episcopum Cæsareæ Bithyniæ, seu consules qui cum eo erant.

Ex colle[...] ctaneis [...] nastasii b[i]bliothec[a]rii a R. [pa]tre Iaco[bo] Sirmond[o] societati[s] Iesu edi[...]

QVÆ mota sunt de immaculata nostra christianorum fide, atque subintroducta contrariorum novitate, inter abbatem Maximum & Theodosium episcopum Cæsareæ Bithyniæ, necessarium duxi manifesta facere omnibus vobis, qui in orthodoxia consistitis: ut cum certius de his scire visi fueritis, glorificetis magis ac magis amatorem hominum Deum, qui dat verbum in apertione oris timentium se: ne forte more solito veritatis inimici huic contraria diffamantes, corda vestra conturbent. Igitur nono Kalendas Septembris, quæ nunc transacta est quartædecimæ indictionis, exivit ad eum in exilium, in quo positus servabatur, id est ad

castrum

castrum Bizyæ, prædictus episcopus Theodosius, ex persona, ut dixit, Petri Constantinopolitani præsulis missus, nec non & Paulus ac Theodosius consules, ut fassi sunt, & ipsi ex persona imperatoris directi. Et cum ascendissent ad prædictum monachum Maximum in locum in quo retrusus habebatur, sederunt, & præceperunt etiam & ipsum sedere. Aderat autem cum illis etiam episcopus Bizyæ. Et dicit ad eum Theodosius episcopus: Quomodo habes abba? Et Maximus ad eum: Sicut prædestinavit Deus ante omnia sæcula provisoriam fore circa me dispensationem, sic habeo. THEODOSIVS. Ergone prædestinavit Deus ante omne sæculum quæ circa singulos sunt? MAXIMVS. Si præscivit, utique & prædestinavit. THEODOSIVS. Quid est hoc ipsum quod asseris, præscivit & prædestinavit? MAXIMVS. Præscientia est cogitationum & sermonum & operum quæ ex nobis sunt: prædestinatio vero eorum est quæ ex nobis non accidunt. THEODOSIVS. Quæ sunt illa quæ ex nobis sunt, & quæ ex nobis non sunt? MAXIMVS. Vt liquido patet, omnia sciens dominus meus probando interrogat servum suum. THEODOSIVS. Per veritatem Dei ignorans & discere volens percontatus sum differentiam eorum quæ sunt ex nobis, & quæ non sunt ex nobis, & qualiter quædam sub præscientia Dei, quædam vero sub prædestinatione consistant. MAXIMVS. Ex nobis sunt voluntaria omnia, id est virtutes & vitia. Non ex nobis autem sunt illationes accidentium nobis pœnalium modorum, vel his contrariorum. Neque enim ex nobis est vel nocens languor, vel lætificans sanitas, licet operatrices horum causæ ex nobis existant: ut puta intemperantia causa est languoris, quemadmodum temperantia causa est sanitatis. Et regni cælestis causa mandatorum custodia, quemadmodum & ignis æterni horum transgressio. THEODOSIVS. Ergone propter hoc tribularis in exilio isto, quoniã digna quædam hac tribulatione gessisti? MAXIMVS. Rogo ut Deus hac tribulatione remetiatur excessus meos quibus ei peccavi in prævaricatione justificationum mandatorum suorum. THEODOSIVS. Non est etiam probationis causa tribulatio multis illata? MAXIMVS. Probatio sanctorum est, ut scilicet per tribulationes vitæ hominum manifestentur affectus eorum qui sunt circa id quod est naturaliter bonum, sibimet insinuantes ignotas omnibus virtutes suas, ut in Iob & Ioseph. Siquidem alter ad manifestationem absconsæ fortitudinis tentabatur, alter vero ad declarationem sanctificatoriæ pudicitiæ probabatur. Et omnis sanctus non sponte tribulatus ad quasdam hujuscemodi dispensationes tribulatur, ut per infirmitatem qua permittitur molestiam pati, superbum & apostatam draconem conculcet, id est diabolum. Patientia enim probationis opus est in unoquoque sanctorum. THEODOSIVS: Per veritatem Dei bene dixisti, & confiteor utilitatem, & quærebam in talibus semper disputare vobiscum. Sed quia pro alio capitulo ego & domini mei futuri patricii profecti sumus, & per tot intervalla locorum advenimus, rogamus te quæ a nobis proferuntur suscipere, & totum orbem lætificare. MAXIMVS. Quæ sunt hæc, domine? vel quis ego, & unde sum, ut in his quæ protenduntur mihi, consensus meus totum lætificet orbem? THEODOSIVS. Per veritatem domini nostri Iesu Christi, quod dico tibi ego & domini mei futuri patricii, ex ore domini nostri patriarchæ ac pii domini orbis audivimus. MAXIMVS. Iubete, domini mei, dicere quæ vultis & quæ audistis. THEODOSIVS. Rogat imperator & patriarcha per nos, cognoscere a te, qua pro causa non communices throno Constantinopolitano. MAXIMVS. Habetis super hoc præceptionem in scriptis a piissimo imperatore, vel patriarcha? THEODOSIVS. Non debueras, domine, nobis incredulus esse. Licet enim exiguus sim, sed episcopus audior, & isti domini mei pars senatus existunt. Nec venimus ad tentandum te, absit. MAXIMVS. Quoquomodo venissetis ad servum vestrum, ego absque omni reverentia dico causam ob quam non communico throno Constantinopolitano. Verumtamen etsi aliorum esset fas percontandi qua pro causa, vestrum non esset, qui me causam certius nostis. Scitis novitates quæ factæ sunt a sexta indictione transacti circuli, incœptas ab Alexandria per novem capitula a Cyro, qui nescio quo pacto illic factus est præsul: quæ videlicet firmata sunt a throno Constantinopolitano: necnon & alias immutationes additionesque ac diminutiones, quæ factæ sunt in concilio a Sergio, Pyrrho, ac Paulo, qui ecclesiæ Byzantii præfuerunt. Quas videlicet novas adinventiones esse omnis noster orbis agnoscit. Hac pro causa non communico ego servus vester ecclesiæ Constantinopolitanæ. Tollantur offendicula quæ posita sunt a prædictis viris, cum eisdem ipsis qui posuerunt hæc, quemadmodum dixit Deus: *Et lapides a via projicite*: & planam & detritam, atque ab omni spinosæ hæreseos pravitate liberam viam euangelii gradiantur. & tum inveniens quemadmodum erat incedo & ipse absque omni hortatu humano. Donec autem super offendiculis positis, & his qui posuerunt ea, gloriantur præsules Constantinopolitani, nullus sermo vel modus est qui mihi persuadeat illis communicare. THEODOSIVS. Numquid malum quid confitemur, ut separare te hujus rei causam conveniat a communione nostra? MAXIMVS. Quia unam operationem dicentes deitatis & humanitatis Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, confunditis tam theologiæ quam dispensationis sermonem. Si enim credere oportet patribus qui asserunt, quorum est operatio una, horum & substantia una, quaternitatem facitis sanctam trinitatem, quasi congenita Verbo facta carne ipsius: quæ etiam careat cognata identitate, quam nobiscum, & cum ea quæ se peperit naturaliter habet. & rursus perimentes operationes, & unam voluntatem asseverantes deitatis ipsius & humanitatis, adimitis ejus bonorum distributionem. Si enim nullam habet secundum illos qui hoc sanxerunt operationem, perspicuum est quod licet velit misereri non possit; detruncata nimirum ejus operatione bonorum: sed dumtaxat operatione naturali excepta, nihil eorum quæ sunt operati vel agere constat. Alias autem & carnem facitis voluntate quidem concreatricem omnium sæculorum, & eorum quæ sunt in eis, Patri & Filio ac Spiritui sancto. natura vero creatam, vel, ut verius dicamus, non habentem initium voluntate, si divina voluntas sine initio est, utpote quæ sit deitatis sine initio existentis, natura vero recens. Quod non solum omnem sensum excedit, sed & omnem impietatem. Non enim dicitis absolute tantum unam voluntatem, sed & istam divinam. Divinæ vero voluntatis

Ierem. 50.

tatis nemo potest initium excogitare temporale, vel finem: nam nec divinæ naturæ, cujus est substantialis voluntas. Rursus autem aliam introducentes novitatem, adimitis omnimodis omnia significantia & commendantia divinitatem & humanitatem Christi, legibus & typis sancientes, neque unam neque duas in eo voluntates aut operationes dicendas; quod rei est essentiam non habentis. Nihil enim eorum quæ sunt, si intellectuale est, privatur voluntatem habente virtute ac operatione; si sensuale, sentiente operatione; si germinabile, crescente ac alente operatione; si penitus inanimale est, & ea quæ ex more dicitur vita caret, operatione ac opportunitate. & indicant omnia quæ sic sunt opitulativa sensibus sensualium. operatio enim talium est, subjici utique visui per apparitionem suam, auditui per sonum, odoratui per odorationem quamdam amplexibilem, gustui per quosdam humores, & tactui per reciprocam impressionem. Sicut enim operationem visus dicimus videre, ita & visorum videri, & cetera omnia secundum eumdem aspicimus fieri modum. Si igitur nihil eorum quæ sunt, est omni penitus operatione destitutum, dominusque noster & Deus (propitius esto domine) nullam habet naturalem voluntatem vel operationē in utrisque, ex quibus, & in quibus, & quæ est, quomodo poterimus aut esse, aut vocari Dei cultores, secundum nullum modum existere cum voluntate vel operatione dicētes, qui adoratur a nobis, Deū? Expresse namque a sanctis patribus edocemur, cum dicunt: Quod enim nullam virtutem habet, neque est, neque aliquid est, neque est quævis ejus omnino positio. THEODOSIVS. Quod factum est per dispensationem, ne accipias ut ratum dogma. MAXIMVS. Si non est ratum eorum dogma qui hunc recipiunt, typus qui sancit & lex. nullam dicendam domini voluntatem vel operationem, quarum detruncatio inexistentiam indicat ejus qui fuerit his privatus, qua pro causa barbaricis & sine Deo gentibus me absque honore tradidistis? Qua pro causa damnatus sum ad habitandum Bizen, & conservorum meorum alter quidem Perberim, alter vero Mesembriam? THEODOSIVS. Per Deum qui me judicaturus est, & quando factus est dixi, & nunc idipsum dico, quia male, & ad læsionem multorum factus est typus. Verum occasio facta est ut exponeretur alterna lis orthodoxorum super operationibus & voluntatibus altercantium: & ut omnes pace mutua fruerentur, consideraverunt quidam hujusmodi voces silentio comprimendas. MAXIMVS. Et quis fidelis suscepit dispensationem taceri facientem voces, quas dici per apostolos, & prophetas, atque doctores Deus omnium dispensavit? Et inspiciamus, domine magne, in quod malum deveniat tractatum capitulum istud. Si enim Deus posuit in ecclesia primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores ad perfectionem sanctorum, dicens in euangelio apostolis, & per eos his qui post ipsos sunt: *Quod vobis dico, omnibus dico*: & iterum: *Qui recipit vos, me recipit: & qui vos spernit, me spernit*; manifestum est ac perspicuum, quod qui non recipit apostolos, & prophetas, & doctores, sed spernit voces eorum, ipsum Christum spernit. Inspiciamus autem & aliud. Deus eligens excitavit apostolos, & prophetas, atque doctores ad perfectionem sanctorum. At vero diabolus falsos apostolos, & falsos prophetas, & falsos doctores contra pietatem eligens excitavit; quo & vetus lex impugnetur & euangelica. Falsos autem apostolos, & falsos prophetas, & falsos doctores solos hæreticos intelligo, quorum sermones & cogitationes perversæ consistunt. Sicut ergo is qui veros apostolos, & prophetas, & doctores recipit, Deum recipit: ita & qui falsos apostolos, & falsos doctores recipit, diabolum recipit. Igitur qui pariter cum scelestis & immundis hæreticis sanctos ejecit, (suscipite me dicentem veritatem) Deum liquido cum diabolo pariter condemnavit. Itaque si examinantes novitates, quæ temporibus nostris effectæ sunt, eas ad hoc devenisse invenerimus summum malum, videte ne forte pacem prætendentes, apostasia reperiamur languere, & prædicare; quam præcursuram fore antichristi adventum sacratissimus dixit apostolus. Hæc absque subtractione dixi vobis, domini mei, ut pareatis vobismetipsis, & nobis. Iubetis ut hæc scripta in libro cordis mei habens, ingrediar & communicem in ecclesia in qua hæc prædicantur, & fiam communicator eorum qui veraciter quidem Deum, falso vero diabolum cum Deo ejiciunt? Ne fiat mihi a Deo, qui propter me secundum me factus est absque peccato. Et genu flexo dixit: Quidquid jusseritis in servum vestrum facere, facite. Ego his qui hæc recipiunt nunquam communicabo. Et ceu gelidi facti super his quæ dicta fuerant, deorsum capita summittentes, siluerunt per multam horam & annuens, atque abbatem Maximum Theodosius intuitus dixit: Nos fide dicimus tibi dominum nostrum imperatorem, quod te communicante tollat typum. MAXIMVS. Multum adhuc distamus abinvicem. Quid faciemus de confirmata synodice voce unius voluntatis in ejectionem omnis operationis a Sergio, Pyrrho, ac Paulo? THEODOSIVS. Illa charta deposita est, & projecta. MAXIMVS. Deposita est ex lapideis parietibus, non tamen ex intellectualibus animabus. Suscipiant damnationem horum quæ Romæ synodice prolata est per pia dogmata, seu regulas, & solvitur medius paries, atque hortatione non indigebimus. Et ait Theodosius episcopus: Non est firmata synodus quæ Romæ celebrata est, quoniam sine jussione facta est imperatoris. MAXIMVS. Si synodos quæ factę sunt jussiones imperatorum firmant, & non pia fides, recipe synodos quæ contra homousion factæ sunt; nam jussione principum sunt patratæ. Primam videlicet in Tyro, secundam in Antiochia, tertiam in Seleucia, quartam in Constantinopoli sub Eudoxio Ariano, quintam in Nice, quæ est in Thrace, sextam in Sirmio; & post hæc multo post septimam in Epheso secundam, cui Dioscorus præfuit. Omnes enim has imperatorum jussio aggregavit: attamen omnes damnatæ sunt propter impietatem infidelium dogmatum ab eis confirmatorum. Quare autem non abjicitis eam quæ deposuit Paulum Samosatenum sub sanctis & beatis Dionysio papa Romano, & Dionysio Alexandrino, atque Gregorio miraculorum patratore, qui eidem præfuit synodo, quoniam non est jussione facta imperatoris? Qui præterea canon promulgat solas illas approbandas synodos, quæ imperatoris jussione sunt congregatæ? Verum, etsi omnino jussione imperatorum synodos aggregetis, illas novit sanctas & probabiles synodos pius ecclesiæ canon, quas rectitudo dogmatum approbavit.

Marc. 13. Matth. 10. Luc. 10.

vit. Sed & bis, quemadmodum novit dominus meus, & alias docet, fieri synodos in omni provincia per singulos annos regula sancit, jussionis imperialis nullam memoriam faciens, ad tuitionem salutaris fidei nostræ, & correctionem omnium capitulorum, quæ divinæ non conveniunt ecclesiæ legi. Et dixit Theodosius episcopus: Ita est, ut asseris: dogmatum quippe rectitudo synodos roborat. Verumtamen non recipis libellum Mennæ, in quo vnam voluntatem & unam operationem Christi dogmatizavit? MAXIMVS. Ne det dominus Deus. Vos non recipitis, sed ejicitis omnes doctores qui post sanctum Calchedonense concilium decertaverunt adversum Severi execrabilem hæresim: & ego habeo recipere libellum Mennæ, qui post concilium fuit, per quem liquido sentire dignoscitur cum Severo, & Apollinario, & Macedonio, & Ario, ac omni hæresi, & accusat concilium, imo perfecte rejicit per ea quæ dogmatizavit? THEODOSIVS. Quid ergo, penitus non recipis unam operationem? MAXIMVS. Et quis dicit unam operationem ex probabilibus magistris ecclesiæ? Et attulit Theodosius scripta, quæ falso ab eis ferebantur esse sanctorum Iulii Romani, & miraculorum factoris Gregorii, atque Athanasii testimonia, & legit ea. Et dixit Maximus: Timeamus nunc Deũ, & ne velimus irritare illum in hæreticorum prolatione testimoniorum. Nullus enim ignorat hæc impii esse Apollinarii. Ergo si alia forsan habes, ostende. Nam hæc proferentes, plus credere cunctis persuadetis, quod secundum veritatem impii Apollinarii & nequam cum eo sententium opinionem renovassetis. Et profert idem episcopus Theodosius sub nomine Chrysostomi duo testimonia, quæ agnoscens abba Maximus ait: Hæc Nestorii sunt, qui personalem in Christo dualitatem vesane dogmatizavit. Et statim furore fervescens Theodosius dixit: Domine monache, Satanas locutus est per effrenatum os tuum. MAXIMVS. Ne tristetur dominus meus contra servum suum. Et mox sumens ostendit ei easdem voces esse Nestorii, & in quibus sermonibus ejus jacerent. THEODOSIVS. Deus novit, frater, hæc testimonia patriarcha mihi dedit. Verum ecce, alia quidem horum dixisti Apollinarii, alia vero Nestorii. Et producto sancti Cyrilli testimonio, quod ait, unam atque cognatam per utramque demonstrans operationem, dixit: Quid ad hæc dicis? MAXIMVS. Sunt quidam ostendentes illud in veritate per additionem positum in interpretatione euangelii, quæ facta est ex hoc sancto patre, a Timotheo Æluro. Verum, sit secundum vos ejus. Scrutemur igitur sensum paternarum vocum, & cognoscamus veritatem. THEODOSIVS. Hoc non permitto fieri. Simplices enim voces necessarium habes recipere. MAXIMVS. Dic mihi differentiam deprecabilis factus vocum ad varias. THEODOSIVS. Vt sicuti est recipias vocem, & ne scruteris sensum ipsius. Et MAXIMVS. Evidenter, inquit, novas & extraneas ecclesiæ etiam super vocibus introducetis leges. Si secundum vos non oportet scrutari voces scripturarum ac patrum, abjicimus omnem scripturam, veterem scilicet, atque novam. Audivi enim dicentem David: *Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum*: præsertim cum nemo sine scrutinio possit exquirere Deum. Et rursus: *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.* Tamquam scrutinio agente ad cognitionem legis atque scientiæ, cum desiderio persuadeat dignis ex corde eam custodire per completionem sanctorum quæ in ea posita sunt mandatorum. Et iterum: *Mirabilia tua, ideo scrutata est anima mea.* Quid autem parabolas, & ænigmata, & obscuros sermones scrutari nos vult proverbialis sermo? Quidve dominus in parabolis loquens vult intelligere discipulos suos, parabolarum edocens sensum? Quid etiam præcipiens: *Scrutamini scripturas,* utpote testimonium perhibentes de se? Quid & primus apostolorum Petrus docere vult? *De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ,* dicens? Quid vero Paulus divinus apostolus, dicens: *Si opertum est euangelium, sed in his qui pereunt est opertum, in quibus sæculi hujus excæcavit oculos mentis eorum, ut non luceat eis illuminatio scientiæ Christi.* Vt apparet, similes nos vultis esse Iudæis, qui simplicibus, ut dicitis, vocibus, id est sola litera, veluti quadam mole mentem obruentes, evulsi sunt a veritate, velamen habentes in cordibus suis, ut non intelligant spiritum, qui proprie est & occultatur in litera. Vnde & ait: *Litera quidem occidit, spiritus vero vivificat.* Certus efficiatur dominus meus, quia ego nullatenus patiar suscipere vocem absque sensu qui rejacet in ipsa, ne fiam manifestus Iudæus. At vero Theodosius hoc audito ait: Vnam operationem Christi subsistentialem debemus dicere. MAXIMVS. Inspiciamus malum quod ex hoc gignetur, & fugiamus externam hanc vocem: hæreticorum enim est tantum, qui deorum multitudinem colunt. Si enim subsistentialem Christi dixerimus unam operationem, cum non aptetur aliquando secundum subsistentiam Patri & Spiritui Filius, haud dubium quin nec secundum subsistentialem operationem, cogemur quemadmodum Filio, ita & Patri & Spiritui subsistentiales operationes tribuere: & secundum vos, quatuor operationes habebit beata divinitas, tres segregativas personarum in quibus est, & unam communem significativam societatis, quæ est secundum naturam trium subsistentiarum. Et secundum patres, si dumtaxat eorum doctrinam recipimus, quadripertita erimus deitate languentes. Naturalem quippe, non subsistentialem omnem esse decernunt operationem. Et si hoc verum est, sicut revera est, quatuor naturas, & quatuor natura deos differentes abinvicem subsistentia & natura dicere apparebimus. Verumtamen, quis dixit, aut contemplatus est seorsum habitam operationem cujuspiam eorum quæ sub aliqua specie rediguntur, & sub communi diffinitione speciei natura taxantur? Nunquam enim aliquando fit id quod natura commune est, unius & solius cujuslibet proprium. Subsistentialia namque judicia, utputa nasi prolixitas seu brevitas, aut oculorum albedo, aut calvitium, & quæcumque sunt talia, quæ deputativa accidentia sunt numeris abinvicem differentibus. Omnis enim homo, ut aliquid natura existens, sed non ut quis, subsistentia dignoscitur operari secundum categoricam rationem, quæ tam singulariter quam communiter intelligitur, nec non & dicitur. Vtputa animal rationale mortale, quod est generalis secundum nos rationis. Omnes enim

Psal. 118. 2. Ibidem. 34. Ibid. 129. Ioan. 5. 1. Pet. 1. 2. Corr. 4. 2. Cor. 3.

enim eamdem percipimus vitam, & eamdem irrationabilitatem, & flexum & deflexum, & sedere, & stare, & loqui, & tacere, & videre, & audire, & tangere: quæ sunt rationis, quæ communiter in nobis intelliguntur. Non itaque oportet innovare voces non habentes vim, vel sacræ scripturæ, vel patrum, aut naturalem, sed exteram, & versutiis hominum adinventam. Verumtamen ostende mihi hanc positam in quovis patre, & iterum sensum ejus qui hanc dixit inquiremus. THEODOSIUS. Quid ergo? non oportet omnimodis in Christo dicere unam operationem? MAXIMUS. Secundum sanctam scripturam, sanctosque patres, nil tale dicendum suscepimus. Sed quemadmodum duas naturas Christum, ex quibus & est, ita & naturales ejus voluntates & operationes convenientes sibi, cum sit natura Deus, idem ipse simul & homo, credere jussi sumus & confiteri. THEODOSIUS. Vere, domine, & nos confitemur & naturas & operationes diversas, id est divinam & humanam, atque ipsius cum voluntate deitatem, sed & cum voluntate humanitatem: quoniam sine voluntate nullatenus erat anima ejus. Duas autem non dicimus, ne hunc sibimet pugnam inferentem introducamus. MAXIMUS. Ergone duas naturas dicentes, repugnantes eas infertis propter numerum? THEODOSIUS. Non. MAXIMUS. Ergone naturis designatus numerus non dividit, sed cum in voluntatibus & operationibus dicitur, divisionis habet virtutem? THEODOSIUS. Utique in his divisionem habet, & patres numerum in voluntatibus & operationibus non dixere, fugientes divisionem; sed alteram & alteram, atque divinam & humanam, duplam, duplicem, & ut dixerunt dico, & ut fassi sunt fateor. MAXIMUS. Propter dominum, si quisquam tibi dixerit alteram & alteram, quot intelligis? vel duplam aut duplicem, quot intelligis? THEODOSIUS. Novi qualiter intelligam: duas autem non dico. Tunc conversus abba Maximus ad principes, dixit: Propter dominum, si audieritis unam & unam, & aliam ac aliam, aut bis duas, aut bis quinque, quid intelligentes his qui hoc dicerent responderetis? Et dixerunt: Quoniam adjurasti nos, unam & unam, duas intelligimus, & alteram & alteram, duas intelligimus, & bis duas quatuor intelligimus: similiter & bis quinque decem. Et quodammodo reveritus Theodosius responsionem eorum, ait: Quod non est a patribus dictum non dico. Et accepto protinus abba Maximus libro gestorum sanctæ ac apostolicæ synodi Romanæ, monstravit sanctos patres duas voluntates & operationes salvatoris nostri & Dei Iesu Christi aperte dicentes. Quem acceptum ab eo Theodosius consul legit, sed & omnia sanctorum testimonia patrum. Tuncque respondens Theodosius episcopus dixit: Deus scit, nisi quia personaliter anathemata posuit synodus hæc, plus quam omnis homo recepissem illam. Sed ne moras hic faciamus. Quidquid dixerunt patres dico, & in scriptis continuo facio duas naturas, & duas voluntates, & duas operationes: & ingredere, nobiscum communica, & fiat unitas. MAXIMUS. Domine, non audeo ego suscipere consensum a vobis in scriptis super hujuscemodi re, cum sim monachus purus. Sed postquam Deus ad compunctionem vos excitavit in scriptis transmittite, id est imperator, & patriarcha, synodusque ipsorum. Ego enim nec his peractis communico, dum recitantur anathematizati inter sanctam oblationem: timeo enim condemnationem anathematis. THEODOSIUS. Deus novit: non reprehendo te, quia times, nec alius quisquam. Sed da nobis consilium propter dominum, si est hoc possibile fieri. MAXIMUS. Quod consilium habeo super hoc dare vobis? Ite, perscrutamini, si tale quid aliquando factum sit, & post mortem solutus sit quispiam a crimine quod in fidei causa contraxit, atque ab illata contra se querela seu damnatione? & consentiant imperator & patriarcha imitari Dei condescensionem, faciatque imperator quidem jussionem rogatoriam, patriarcha vero synodicam deprecationem ad papam Romanum. & profecto si repertus fuerit mos procul dubio ecclesiasticus hoc præcipiens, ob rectam confessionem conveniet vobiscum super hoc. THEODOSIUS. Hoc profecto fit. Sed da mihi verbum, quod si me miserint, venias mecum. MAXIMUS. Domine, expedit tibi conservum meum, qui est Mesembriæ, accipere tecum magis quam me. Ipse enim & linguam novit, & verebuntur eum dignius, eo quod per tot annos cruciatus fuerit propter Deum, & rectam fidem, quæ tenetur in sede ipsorum. THEODOSIUS. Iurgia diversa habuimus adinvicem modo, & ideo non gratanter accipio pergere cum illo. MAXIMUS. Domine, jam quia visum est hoc fieri, exitus fiat eorum quæ putata sunt, & sequor vos quocumque jusseritis. Et in his surrexerunt omnes cum gaudio & lacrymis, positisque in terra genibus oratio facta est, & unusquisque ipsorum sancta euangelia, preciosamque crucem, & imaginem Dei ac salvatoris nostri Iesu Christi, atque dominæ nostræ, quæ illum peperit, sanctissimæ Dei genitricis salutaverunt: ponentes nihilo minus manus suas ad certificationem eorũ quæ dicta sunt. Deindeque cum pusillum confabulati fuissent adinvicem de vita quæ secundum Deum agitur, & divinorum observantia mandatorum, conversus Theodosius episcopus ad abbatem Maximum dixit: En omnia soluta sunt scandala, & facta est pax per Deum, & fiet. Sed propter dominum ne celes me: non dicis per quemcumque modum unam voluntatem & operationem in Christo? MAXIMUS. Non mihi possibile est hoc aliquando dicere. Et dico causam, quoniam extranea vox est sanctis patribus, duarum diversarum naturarum unam dicere voluntatem & operationem. Deinde vero & per omnem modum, qui dicit hoc, inveniet jure occurrentem sibi pravitatem. Primo, quoniam si dixero naturalem, timeo commixtionem. Secundo, quia si dixero subsistentialem, divido a Patre ac Spiritu sancto, & tres voluntates inducere apparebo mutuo sibimet congruentes, quemadmodum & subsistentias. Tertio, quoniam si dixero velut unius unam voluntatem & operationem, cogor & velut unius Patris, & velut unius Spiritus dicere, licet nolim, voluntatem & operationem, & invenietur sermo in multitudinem deorum cecidisse. Quarto, si dixero affectualem, Nestorii infero personalem divisionem. Quinto, si dixero præter naturam, corrumpo existentiam voluntatis. Corruptio

quippe est naturæ id quod præter naturam est, quemadmodum patres dixerunt. THEODOSIVS. Vnam propter unitionem salvatoris nostri voluntatem per omnia & omnino dicere debemus, sicut & Sergius & Pyrrhus bene, ut reor, intelligentes subscripserunt. MAXIMVS. Si jubes, domine, suscipe duo super hoc verba mea. Primo, quia si propter unitionem una Dei & salvatoris nostri, sicut Sergius, Pyrrhus & Paulus scripserunt, voluntas effecta est, alterius voluntatis secundum illos erit Filius Patri propter naturam, sed propter unitionem, secundum filium habenti voluntatem, si non, idipsum est unitio & natura. Secundo, quia si propter unitionem una secundum ipsos salvatoris nostri volūtas effecta est, causam profecto suam unitionem habebit, & non aliam eorum naturam ex quibus existit, & affectus, non naturæ, secundum ipsos erit aperte voluntas: naturam enim, non affectum, veritatis ratio novit. Tertio, si propter unitionem, ut fassi sunt, una salvatoris nostri voluntas effecta est, qua voluntate aiunt ipsam fuisse unitionem effectā? Non enim ea quæ per illum effecta est, fatebuntur utique, si dumtaxat veritati operam dederint, & quod est irrationabile fugerint. Quarto, si propter unitionem una salvatoris voluntas effecta est, liquet profecto quod ante unitionem aut cum multis voluntatibus fuerit, aut penitus absque voluntate. Et si quidem multarum erat voluntatum, diminutionem multarum pertulit, ad unam nimirum voluntatem contractus, & convertibilitatis perspicuæ passionem suscepit; multarum, quæ sibi naturaliter inerant, voluntatum diminutionem. At vero, si modis omnibus erat absque voluntate, meliorem natura esse monstravit unitionem, ex qua acquisivit voluntatem, qua natura carebat. Et iterum convertibilis. palam profecto fecit quod natura sibi non inerat, sed acquisivit affectu. Quinto, si propter unionem una salvatoris nostri secundum utraque ex quibus est voluntas effecta est, recens factus est voluntate Deus, idem ipse propter unitionem natura permanens sempiternus, & voluntate homo sine principio permanens natura recens: quod est impossibile, ne dixerim impium. Sexto, si propter unitionem una naturarū voluntas effecta est, non est quidpiam propter eamdem causam una naturarum effectum natura. Et reciso inter hæc Theodosius episcopus sermonis super his habiti impetu, dixit: Quid igitur fit propter unitionem, si nihil horum factum est propter eam? MAXIMVS. Incarnatum sine mendacio factum, eum qui sine carne fuerat demonstravit, ipsumque natura Deum & omnium conditorem, natura factum hominem evidenter ostendit, non conversione naturæ, aut diminutione cujusquam eorum quæ naturæ sunt, sed vera susceptione intellectualiter animata carne, id est indiminuta humanitate ab omni progenitorio secundum naturam crimine munda: & quod est secundum liberationis rationem mirabile revera, & cunctis ingenti stupore habendum, totum in hominibus Deum, eumdem integrum manentem intra sua, totum in divinis hominem, eumdem ipsum integre manentem, a propriis non decidentem. Receptio enim ininvicem naturarum, & naturalium quæ sibi insunt, juxta deiloquorum patrum nostrorum doctrinam, & non translatio vel casus propter unitionem effecta est, eorum qui confusionem maligne faciunt unalitatem, & ideo innovationibus multimode confusionem inducunt, & propter defectionem constantiæ rationis suæ persequuntur pios. Quibus auditis, Theodosius episcopus visus est cum reliquis, qui secum venerant, quod dictum fuerat suscepisse. Et iterum idem episcopus ad abbatem Maximum. Fac, inquit, caritatem: quid est quod dixisti nobis, quia nullus ut quis subsistentiam, sed ut quid naturam operatur? Astat enim mihi non intelligenti quod dictum est. MAXIMVS. Nullus ut quis subsistentiam operatur, sed ut quid naturā: ut puta Petrus & Paulus operantur, sed non Petrice, & Paulice, sed humane. ambo quippe homines naturaliter juxta communionem & diffinitivam naturæ rationem, sed non subsistentialiter secundum id quod proprie facit. Similiter Michael & Gabriel operantur, verum non Michaelice vel Gabrielice, sed angelice: ambo quippe angeli. Et ita in omni natura multa numero prædicante, communem, sed non annihilatam operationem aspicimus. Ergo qui dicit subsistentialem operationem, ipsam naturam, cum una sit, infinitam operationibus inducit effectam, secundum multitudinem atomorum, quæ sub ipsam rediguntur, a semet differentem. Quod si admiserimus bene se habere, in ipsa omni natura quoquo modo existenti rationem corrumpimus. Et his dictis, dum invicem oscularentur, Theodosius consul dixit: En facta sunt omnia bene. Putasne consensurus est imperator rogatoriam facere jussionem? Et dicit abba Maximus. Vtique facit, si voluerit imitator esse Dei, & humiliari cum eo propter communem omnium nostrum salutem: perpendens quia si Deus, qui natura salvat, non salvavit donec volens humiliaretur, quomodo is qui natura salvandus est homo, aut salvabitur, aut salvabit non humiliatus? Et dixit Theodosius consul: Spero quia Deo salvante mihi memoriam, hunc eumdem ei dicam sermonem, & acquiescet. Et cum in his se mutuo salutassent, abierunt cum pace, data ab episcopo abbati Maximo quadam pecuniæ quantitate, & tunica, & casula, quæ fuerant sibi transmissa. Et tunicam quidem statim eademque hora tulit Bizyensis episcopus. Ast in Regio non solum quantitatem sibi pecuniæ datæ, verumetiam & aliud quodcumque ex beneficentia quorumdam habere videbatur, una cum reliquis ejus vilibus rebus ac vestibus abstulerunt. Postquam vero abierunt prædicti viri sexto Idus Septembrias præsentis quintædecimæ indictionis, exivit rursus Paulus consul in Bizyen, ad abbatem Maximum jussionem ferens continentem secundum hanc formam: Iubemus gloriæ tuæ ire Bizyen, & adducere Maximum monachum cum honore multo atque blanditie, tam propter senectam & infirmitatem, quam eo quod sit a progenitoribus noster, fueritque illis honorabilis. Et ponite hunc in venerabili monasterio sancti Theodori, quod rejacet juxta Regium, & venire, & nuntiare nobis: & mittemus ad eum ex persona nostra patricios duos, qui debeant illi declarare quæ nobis placuerint, nos ex animo amantes, & a nobis amatos: & venire nuntiaturi nobis adventum ejus. Igitur cum idem consul adduxisset eum, & posuisset in jam nominato monasterio, regressus est nuntiare. Et in crastinum veniunt ad eum Epiphanius & Troilus patricii, cum multo amictu & phantasia: nec-

non & Theodosius episcopus: & ascendunt A ad eum in cathecumenium ecclesiæ ipsius monasterii, factaque consueta salutatione sederunt, cogentes & ipsum sedere, & orsus habitum ad eum sermonem Troilus, dixit: Dominus orbis jussit nos venire ad te, & dicere vobis quæ visa sunt divinitus roborato imperio suo. Sed dic nobis primitus, si facias jussionem imperatoris, an non. Maximus dixit: Domine, audiam quid jusserit pium ejus imperium, & necessario respondebo. Nam ad id quod ignotum est mihi; qualem responsionem daturus sum? At vero Troilus perseverabat, asseverans, non potest esse ut dicamus aliquid, nisi primum dicas, utrum facias, vel non facias jussionem imperatoris. Et cum vidisset eos insistentes peramplius dilationi suæ, & amarius intuentes, ac asperius respondentes cum omnibus qui cum eis erant, & ipsis quoque dignitatibus sæcularibus elevatis, respondens abba Maximus ait: Quia non patimini dicere servo vestro quæ placent domino & imperatori nostro, ecce dico, audiente Deo, ac sanctis angelis, & omnibus vobis, quoniam quidquid jusserit mihi super quacumque re cum hoc sæculo destruenda & corrumpenda, prompte faciam. Et confestim surgens Troilus dixit: Orate mihi, ego vadam. Hic enim nihil facit. Et multo vehementique facto tumultu, ac multa turbatione & confusione, dixit eis Theodosius episcopus: Dicite illi responsa, & cognoscite quid fateatur. Nam sic regredi, nihilque dicere, & nihil audire, rationabile non est. Et tunc Epiphanius patricius ait: Hoc tibi per nos significat imperator, dicens: Quoniam totus occidens, & qui in oriente subversiones operantur, ad te spectant, & omnes propter te simultates exagitant, nolentes convenire nobiscum in causa fidei. Deus compungi te faciat, ut communices nobiscum in typo, qui expositus est a nobis, & exibimus per nos ipsos ad Chalem, & osculabimur te, & supponemus vobis manum nostram, cumque omni honore ac gloria introducemus vos in magnam ecclesiam, & cum nobis ipsis sistemus ubi ex more imperatores stant, & faciemus pariter synaxim, & participabimur intemeratorum & vivificorum sacramentorum vivifici corporis & sanguinis Christi, & prædicabimus te denuo patrem nostrum, fietque gaudium non modo amatrici Christi & regiæ urbi nostræ, sed & in toto terrarum orbe. Scimus enim certissime, quod te communicante sancto huic throno, cuncti uniantur nobis, qui propter te tuumque magisterium se a communione nostra sciderunt. Et conversus ad episcopum abba Maximus cum lacrymis ait: Domine magne, diem judicii expectamus omnes: nosti quæ ordinata sunt & diffinita supra sancta euangelia, & vivificam crucem, atque imaginem Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, & sanctissimæ quæ illum genuit semper virginis matris. Et summisso deorsum vultu, episcopus mitiori voce dicit ad eum: Et quid habeo facere, postquam aliud quid placuit? Et dixit ad eum Maximus abba: Et quare tetigisti sancta euangelia, & hi qui tecum erant, cum non sit in vobis eorum quæ dicta sunt exitus? Vere omnis cæli virtus hoc mihi facere minime persuaderet. Quam enim rationem redderem, ut non dicam Deo, conscientiæ meæ, quod si propter humanam gloriam, quæ secundum sui rationem nullam habet salvandi substantiam, fidem abnega- rem ejus qui fovet eam? Et in sermone isto surgentes omnes furore instabiles redditi, evulsionibus & impulsionibus atque direptionibus debilitaverunt eum, a capite usque ad ungues sputis certatim madefacientes. Quorum usquequo lota sunt vestimenta, quibus circumamictus erat, fœtor longius exhalabat. Et surgens episcopus dixit: Non oportebat ita fieri, sed audire ab eo tantummodo responsionem, & ingredi, & nuntiare domino nostro bono. Canonicæ quippe res alio disponuntur modo. Et cum vix eis episcopus ut quiescerent persuasisset, rursus sederunt: & denis millibus injuriis & maledictionibus inexcogitabilibus dehonestantibus eum, cum furore multo & asperitate dixit Epi- B phanius: Dic, malorum extreme, vorax civium, quasi nos & civitatem nostram, sed & imperatorem hæreticos habeas, hæc prosecutus es verba? Vere plus quam tu Christiani sumus atque orthodoxi, & dominum nostrum ac Deum confitemur habere & divinam voluntatem & humanam voluntatem, & animam intellectualem: & quia omnis intellectualis natura utique habet ex natura velle ac operari, quoniam vitæ proprium motus est, & intellectus proprium voluntas: & voluntatis ejus capacitatem novimus, non secundum deitatem tantum, sed & secundum humanitatem. Quin & duas ipsius voluntates & operationes non abnegamus. Et respondens abba Maximus dixit: Si ita creditis, quemadmodum intellectuales naturæ, ac Dei ecclesia, quo- C modo me cogitis communicare in typo qui solam eorum habet divisionem quæ vos profitemini? Et dixit Epiphanius: Ob dispensationem factum est hoc, ne lædantur populi hujuscemodi subtilioribus vocibus. Et respondens abba Maximus dixit: Econtra omnis homo sanctificatur per districtam fidei confessionem, non autem per divisionem quæ in typo est posita. Et dixit Troilus: Et in palatio dixi tibi, quia non interemit, sed taceri jussit, ut pace fruamur omnes. Et respondens abba Maximus dixit: Silentium D verborum interemptio est verborum. Per prophetam enim dicit S. Spiritus: *Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* (Psal.) Ergo sermo qui locutione non prædicatur, nullatenus est. Et dixit Troilus: Habe in corde tuo ut vis, nemo te prohibet. Et dicit abba Maximus: Sed non circumclusit Deus corde totam salutem, dicens: *Qui non confitetur me coram hominibus, nec ego confitebor eum coram Patre meo, qui est in cælis.* (Matt.) Et sacer apostolus docet, dicens: *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* (Rom.) Si ergo Deus, ac Dei prophetæ, atque apostoli jubent confiteri mysterium sanctorum vocibus, quod est magnum & horrendum, atque totius mundi salutare, non est opus quoquomodo taceri vocem id prædicantem, ut non imminuatur tacentium salus. E Et respondens asperiori verbo Epiphanius dixit: Subscripsisti in libello? Et dixit abba Maximus: Etiamsi subscripsi. Et quomodo, inquit, ausus es subscribere, & anathematizare confitentes atque credentes sicut intellectuales naturæ, & ecclesia catholica? Vere judicio meo introducimus te in urbem, & sistemus te in foro vinctum, & mimos ac mimas, & prostitutas meretrices, & omnem plebem adducemus, ut unusquisque ac unaquæque & alapis cædat, & conspuat in faciem tuam. Et ad hæc respondens abba Maximus, ait: Sicut dixistis fiat, si confitentes

fitentes duas naturales voluntates & operationes ei qui est Deus natura in veritate simul & homo, anathematizavimus. Lege, domine, gestorum seriem ac libellum: & si ut dixistis inveneritis, facite quod vultis. Ego enim, & conservi mei, & quotquot subscripserunt, eos qui secundum Arium & Apollinarium unam voluntatem & unam operationem dicunt, anathematizavimus, & non qui confitentur dominum nostrum & Deum in utrisque ex quibus, in quibus, & quæ est natura intellectualem, & ideo secundum utramque cum voluntate ac operatione nostræ salutis. Et dicunt: Si cum hoc conferimus, neque manducabimus, neque bibemus. Sed surgamus & prandeamus, & ingrediamur, atque dicamus quæ audivimus. Iste quippe venumdavit se satanæ. Et cum surrexissent, pranderunt. Et ingressi sunt cum ira, vigilia exaltationis preciosæ ac vivificæ crucis. Et in crastinum diluculo exivit Theodosius consul ad prædictum abbatem Maximum, & abstulit ab eo quidquid habebat, dicens ei ex persona imperatoris: Quia noluisti honorem, prolongatus est a te, & vade ubi dignum temetipsum fore judicasti, habens quoque judicium discipulorum tuorum, tam scilicet ejus qui est Mesembriæ, quam ejus qui est Perberis, quique fuit notarius beatæ memoriæ aviæ nostræ. Dixerant autem & patricii, Troilus videlicet & Epiphanius, quia modis omnibus adducemus etiam ambos discipulos tuos, id est tam eum qui est Mesembriæ, quam illum qui est Perberis, & probabimus etiam ipsos, ac videbimus & ipsorum quoque proventum. Verumtamen ut scias, domine abba, quoniam si saltem modicam requiem sumpserimus a confusione gentium, conjungi vobis habemus per sanctam Trinitatem, & papam qui nunc est tollemus, & omnes ibidem loquentes, & reliquos discipulos tuos, & omnes vos conflabimus, unumquemque in apto sibi loco, ut conflatus est Martinus. Et sumptum eum jamdictus Theodosius consul militibus tradidit: & duxerunt eũ usque Salambriam. Et manserunt ibidem per duos dies, quousque perrexit ad castra unus ex militibus, & dixit cuncto exercitui, quia monachus qui blasphemat Dei genitricem huc venit. Hoc autem egerunt, ut commoverent exercitum adversus prædictum Maximum abbatem, quasi blasphemaverit Dei genitricem. Et post duos dies rediens miles ille, tulit eum in castra, & compunctus divinitus prætor, imo loci servator prætoris, misit ad eum primores bandorum, presbyterosque ac diaconos & reverendos signorum custodes. Quos cum intuitus esset jam nominatus abba Maximus advenisse, surrexit, & misit metanœam: & miserunt & illi vice reciproca, & sederunt, jubentes & ipsi sedere. Et quidam valde senex honorabilis dixit ad eum cum reverentia: Pater, quoniam scandalizaverunt nos quidam in sanctimoniam tuam, quod non dicas Dei genitricem dominam nostram sanctissimam virginem, adjuro te per sanctam & consubstantialem Trinitatem, quo veritatem dicas nobis, & detergas a corde nostro scandalum hoc, ne lædamur injuste scandalizati. Et missa metanœa surrexit, & extensis in cælum manibus cum lacrymis dixit: Qui non dicit dominam nostram superlaudabilem, sanctissimam, intemeratam, & omni naturæ intellectuali venerandam, naturalem veraciter matrem Dei effectam, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, sit anathema, & catathema a Patre, & Filio, & Spiritu sancto, consubstantiali & supersubstantiali Trinitate, ac omni supercælesti virtute, atque a choro sanctorum apostolorum, prophetarum, & infinita plebe sanctorum martyrum, omnique spiritu in justitia consummato, nunc & semper & in sæcula sæculorum, amen. Et flentes omnes oraverunt ei, dicentes: Deus confortet te, pater, & dignum te faciat absque offensa hunc perficere cursum. Et his dictis, congregati sunt multi milites auscultaturi multa bona verba quæ movebantur. Et cum contemplatus esset quidam domesticorum prætoris, quod multus coacervaretur & ædificaretur exercitus, ac reprehenderet quæ fiebant, quid suspicatus Deus scit, præcepit eum rapi & emitti extra castra duobus millibus, donec collectionem fecissent, & venissent qui deberent ducere illum Perberis. Verum clerici divina moti dilectione pedites duobus illis milliariis abierunt, & venerunt, & salutaverunt eum, & oraverunt illi, & manibus suis gestantes imposuerunt eum supra jumentum, & reversi sunt cum pace ad loca sua, & ipse adductus est Perberis in custodiam, qua continuis vexationibus tenebatur. Et hoc quoque sciendum, quia in Regio prætendebat Troilus ad abbatem Maximum, dicẽs quod consiliarius Ioannes scripserit sibi de accidentibus quibusdam, quæ sibi consulerent, ac placerent: licet hoc fieri interim discipulorum tuorum inordinatio prohibuerit. Æstimo autem quod non scripserit jam dictus consiliarius Ioannes ad Troilum, sed ad Mennam monachum, & ille deinceps id dixerit palatinis.

Gloria tibi, unigenite Deus, verbum Patris, & une consubstantialis Trinitatis, qui eos propter te cum te pelluntur & patiuntur, verbo & opere confortas, & sapientes facis in Spiritu sancto. Eos vero qui tui, & revera proprie semper virginis matris tuæ inimici, & veritatis calumniatores sunt, semper confundis. Gloria tibi, Trinitas sancta, increata, sempiterna, sine initio, infinita, inconvertibilis, & supersubstantialis, ac impartibilis, Deus noster. Gloria tibi, gloria tibi, gloria tibi eadem & sola beata Trinitas, spes & salus universorum qui in orthodoxa fide adorant te, & serviunt tibi in veritate usque in finem. Sola intemerata & sanctissima, proprie natura sine mendacio, ac veraciter Dei mater, & post partum iterum vere virgo casta, juva.

[1] CONCILIVM NAMNETENSE

Romani pontificis jussu celebratum, circa annum Christi DCLVIII. Vitaliani papæ II. Clodovei II. regis XV.

ANNO CHRISTI 658.

HVIVS *synodi consensu beatum Nivardum episcopum Rhemensem monasterii Altvillarensis ad Matronam fluvium constructionem renovationemque suscepisse, auctor est Flodoardus lib. II. histor. cap.* VIII. Hic beatus Nivardus, *inquit*, cum ex communi consensu totius concilii præsulum Galliæ, Namnetis Romani jussione pontificis exhibiti, rege favente, restruxisset ecclesiam monasterii super ripam Maternæ fluminis, in loco nuncupato Villari dudum siti, sed a barbaris diruti, & ab eo constructa hæc funditus cecidisset ecclesia, in alio loco rursus ab ipso restructa rursum traditur corruisse. *Et post alia, quæ de tertio*

tertio loco cælitus ostenso inserit. Mox idem præsul succidi silvam jubens, in honore S. Petri & omnium apostolorum ibi construxit ecclesiam, & ubi resedisse columbam viderat, altare instituit, collectisque servis Dei monasterium ordinavit.

NOTA IACOBI SIRMONDI S. I.

1 *Concilium Namnetense.*] Ex verbis Flodoardi hoc unum intelligimus, habitum eo tempore fuisse, quo Nivardus Rhemensis ecclesiæ præsidebat: de anno autem nihil compertum. Quæri etiam fortasse non abs re potest, utrum ad hanc synodum pertineant canones xx. qui Namnetensis concilii nomine circumferuntur sine ulla temporis epocha, extantque sub Formoso papa.

" ** Nos de iis plura loco suo disseremus, Deo semper nostris favente conatibus, tomo hujusce amplissimæ collectionis nono; ne quid temere aut sine evidenti ratione loco suo movere velle videamur: cum sæpe sufficiat monuisse lectorem.

[1] PRIVILEGIUM LIBERTATIS MONASTERIO SANCTI DIONYSII concessum a Landerico episcopo Parisiacensi.

Divina largiente gratia Landericus Parisiorum ecclesiæ episcopus.

QUONIAM quidem inter ea quæ Dei disponente providentia cursu temporis agimus, si quid recte actum est, ad illius, qui & dando præmonuit, & posse contulit, gloriam & nostram prosperitatem non est dubium attinere; decet & præsertim eos, qui in sacris ordinibus eminere videntur, privatæ & publicæ rei ita curam agere, ut & sua peccamina annullare, & si quid est virtutis, hoc semper ad altiora studeant provehere, & aliorum vel benefacta commendare, vel vitia invigilent corrigere. Debet etiam esse grata omnium Dei fidelium inter se familiaritas, & in expetendis dandisque beneficiis adeo opportuna propinquitas, ut nulli prorsus digna petenti non modo non abnuat, verum etiam ut amplius quod dignum est ab altero petere postuletur. Quapropter noverit omnium catholicæ ecclesiæ cultorum generalis universitas, quod domnus gloriosissimus Cludovicus Francorum rex, divino irradiatus lumine, religiosa petitione humilitatis nostræ extremitatem poposcit, ut & nos, & canonicorum nostrorum communis fraternitas, securitatis & incommutabilitatis privilegium ederemus, pro reverentia sancti Dionysii, sociorumque ejus Rustici & Eleutherii, qui cum eo laurea martyrii sunt redimiti, ad basilicam ipsorum, ubi ipsi corpore requiescunt, & in virtutum miraculis coruscant, & ubi Dagobertus genitor suus quondam rex, vel genitrix sua Nanthildis regina sepulturas habere videntur. Quamquam sancta Carthaginensis " synodus facta a beatæ memoriæ domno Bonifacio ejusque coepiscopis, non prohibeat monachos sub privilegio proprio residere, vel sancti Augustini libri de ecclesiasticis gradibus doceant monachos, sub quiete regulariter viventes, sua singulari lege debere quiescere, & ab omni infestatione clericorum intrepidos permanere, ne sæcularis strepitus eos lædat, quos districta regula servitutis domini moderatur. Quod nos considerantes, dum & canonica institutio nos hac de re non præjudicat, vel ideo quia supradicti domni Cludovici regis petitio quasi nobis jussio est, cui difficillimum est resisti, vel pro reverentia tantorum martyrum, quorum patrocinio & ipse commisit, ut ipsis monachis secundum sanctum ordinem vivere liceat, & ut tam pro nobis, quam pro omnibus nostræ ecclesiæ fratribus Deum orent, ipsum privilegium plena voluntate, una cum consensu fratrum meorum, ipsis concessisse visus sum. Per quod decerno, atque ob testificationem divini nominis interdico, ut nec ego deinceps, nec ullus successorum meorum hoc audeat infringere, vel temerario ausu aliquatenus violare. Videlicet ut omnis presbyter vel clericus ex his quæ in ipso loco beatissimi Dionysii martyris, vel extra, ex loco qui dicitur fons S. Remigii, sicut via distinguit, quæ præbet iter juxta pratum quod dicitur Formosum, usque ad ecclesiam sancti Quintini martyris, & illic per regalem stratam, donec veniatur ad vivarium in capite Triceni pontis, sicut prata fratrum distinguunt, usque ad præfatum locum fontis beati Remigii, omnes illi qui in hoc circumscripto spatio ecclesiis serviunt, sint liberi & absoluti ab omni debito, & redditione circadarum & synodorum. Tamen volumus, & pro reverentia sancti martyris Dionysii concedimus, ut si necessitas eis fuerit, ex nostro & successorum nostrorum episcopatu sine precio chrisma & oleum suscipiant. Et si quis eorum presbyterorum vel clericorum forte aut occisus, quod absit, aut vulneratus fuerit, aut ex his omnibus alicujus injuriæ acclamatio surrexerit, quidquid ex his omnibus ad nos pertinere videatur, hoc totum abbati, qui in ipso sancto loco præfuerit, ceterisque fratribus habendum & disponendum concedimus. Quod si aliquis calliditate aut cupiditate præventus fuerit, & ea quæ sunt superius comprehensa temerario spiritu violaverit, tribus annis pœnitentiam agat, a communione fratrum sequestratus, & nihilo minus hoc privilegium Christo protegente, qui & adjuvet illud conservantes, & dissipet illud destruere cupientes, perpetuo maneat incorruptum. Quam definitionem constitutionis nostræ, ut nostris & futuris temporibus valitura sit, manus nostræ subscriptionibus roboravimus, & coepiscopos, domnos, & fratres nostros rogavimus, ut ipsam insuper firmare debeant.

" Ejusdem synodi quã supra edidimus Tomo IV. ad annum 525. meminit privilegiũ Corbeiense, quod paulo post subjicietur, omissum in regia collectione.

SUBSCRIPTIONES.

In Christi nomine Landericus, ac si peccator, episcopus urbis Parisiacæ hoc privilegium consensi & subscripsi.
Munemundus episcopus consensi & subscripsi.
Gouvaldus episcopus consensi & subscripsi.
Vulfolenus episcopus consensi & subscripsi.
Armentarius episcopus consensi & subscripsi.
Rauracus episcopus consensi & subscripsi.
Malehardus episcopus consensi & subscripsi.
Eligius episcopus consensi & subscripsi,
Gratus episcopus consensi & subscripsi.
Ioannes episcopus consensi & subscripsi.
Burgundofar episcopus consensi & subscripsi.
Richoaldus episcopus consensi & subscripsi.
Baldomerus episcopus consensi & subscripsi.
Audoenus episcopus consensi & subscripsi.
Taurinus episcopus consensi & subscripsi.
Eustorgius episcopus consensi & subscripsi.
Karioendus episcopus consensi & subscripsi.
Berthefridus episcopus consensi & subscripsi.
Audobertus episcopus consensi & subscripsi.
Clarus episcopus consensi & subscripsi.
Castadius episcopus consensi & subscripsi.

Litterius

Litterius episcopus consensi & subscripsi.
Palladius episcopus consensi & subscripsi.
Ætherius episcopus consensi & subscripsi.
Ingildus episcopus consensi & subscripsi.
Facto privilegio sub die Iulii in anno xv. regnante Cludovico gloriosissimo rege, Austrolenus lector, jubente domno Landerico episcopo, hoc privilegium scripsi & subscripsi.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Privilegium S. Landerici.*] Clodovei junioris anni consurgunt ex anno Christi DCXLIV. ineunte. Quare privilegium Landerici, quod Clodovei anno XV. datum dicitur, anno Christi DCLVIII. congruere planum est.

*** Porro privilegium illud ab aliquot annis non secus ac, san-Germanense, san-Medardense, Turonense sancti Martini, aliaque ejusdemmodi oppugnarunt propugnaruntque viri pereruditi, quorum scripta extant in manibus omnium, *Nec nostrum inter eos tantas componere lites.* Illud tantummodo sanctissimi pontificis Cælestini subjiciam effatum omnium sæculorum approbatione consecratum, ac Vincentii Lirinensis, plurimorumque sapientissimorum scriptorum suffragiis corroboratum: *Desinat incessere novitas vetustatem*, firma ac pacifica complurium annorum successione roboratam, multorumque Romanorum nostratiumque pontificum, Regum Franciæ Christianissimorum, aliorumque principum diplomatis identidem renovatis communitam: *Desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare*, &c.

1 CONVENTUS CLIPIACENSIS,

ANNO CHRISTI 659.

In quo Clodoveus rex auctoritatis suæ præceptum de eadem monasterii S. Dionysii libertate conscribi jussit, anno Christi DCLIX. Vitaliani papæ III. Clodovei ejusdem regis XVI.

De *hoc conventu multa scribit Aimoinus libro* IV. *historiæ Francorum cap.* XLI. *ubi & Clodoveum regem episcopos ac proceres, qui convenerant, his inter cetera verbis alloquentem inducit.* Nobis itaque devotio, *inquit*, hæc exstat animi, ut monasterium patroni nostri domni Dionysii, in quo ipse cum consortibus testimonii veritatis requiescit humatus, & piæ memoriæ genitores nostri, domnus videlicet Dagobertus & domna Nantildis, se sepeliri mandarunt, ab omni solvamus dominio mortalium: quatenus abba vel fratres eo loco commanentes, possessiones a parentibus nostris, sive ab aliis fidelibus Christianis sibi traditas, absque ullius dominationis inquietudine possidentes, pro salute nostra ac statu regni nostri liberius Deum deprecentur. *In gestis Dagoberti, quæ in antiquis exemplaribus leguntur, eadem etiam Clodovei regis oratio describitur, sed aliis verbis: iisdem nempe illis, quibus præceptum ipsum contextum est; ut alterum ex altero expressum appareat. Præcepti autem regii exemplum in sancti Dionysii tabulario est hujusmodi.*

PRÆCEPTUM CLODOVEI II. REGIS DE LIBERTATE MONASTERII SANCTI Dionysii.

Chludovius rex Francorum vir illuster.

Oportet clementia principali inter ceteras petitiones illud quod pro salute adscribitur, & pro tenore divini nominis postulatur, placabili auditu suscipere, & ad effectum perducere, ut fiat in mercede convictio, dum pro quiete servorum Dei, vel congruentia locis venerabilibus impertitur petitio. Igitur dum & omnipotens pater, qui dixit de tenebris lumen A splendescere, per incarnationis mysterium unigeniti Filii sui domini nostri Iesu Christi, vel illustrationem Spiritus sancti, illuxit in corda sanctorum Christianorum, pro cujus amore & desiderio, inter ceteros gloriosos triumphos martyrum, beatus Dionysius, Rusticus, & Eleutherius meruerunt palmam victoriæ, & coronam percipere gloriosam: ubi per multa tempora in eorum basilica, in qua requiescere videntur, non minima miracula Christus videtur per ipsos operari. In quo etiam loco genitores nostri, domnus Dagobertus & domna Nantildis videntur requiescere, ut per intercessionem sanctorum illorum in cælesti regno cum omnibus mereantur participari, & vitam æternam B percipere. Et quia ab ipsis principibus a ceteris priscis regibus, vel a Deum timentibus Christianis hominibus, ipse sanctus locus in rebus, propter amorem Dei, & adipiscendam vitam æternam, cernitur esse ditatus; nostra integra devotio & petitio fuit, ut apostolicus vir Landericus, Parisiacæ urbis episcopus, privilegium ad ipsum sanctum locum abbati, vel fratribus ibidem consistentibus facere & confirmare pro quiete futura deberet, quo facilius ipsi congregationi liceret pro stabilitate regni nostri ad limina martyrum ipsorum jugiter exorare. Hoc ipse pontifex cum suis coepiscopis juxta devotionis nostræ petitionem plenissima voluntate præstitisse vel confirmasse dignoscitur. Nos igitur per hanc seriem auctoritatis nostræ, juxta quod supradictum privilegium a pontificibus C factum vel præstitum est, pro reverentia ipsorum martyrum, vel nostra confirmanda mercede, per hanc auctoritatem jubemus, ut si quid ad ipsum sanctum locum in villabus, mancipiis, vel quibuscumque rebus atque corporibus, a priscis principibus, seu genitoribus nostris vel Deum timentibus hominibus, propter amorem Dei ibidem delegatum, aut deinceps fuerit additum, dum ex munificentia parentum nostrorum, ut diximus, ipse sanctus locus videtur esse ditatus, nullus episcoporum neque præsentes, nec qui futuri erunt successores, aut eorum ordinatores, vel quælibet persona possit quoquo ordine de ipso loco aliquid auferre, aut aliquam potestatem sibi in ipso monasterio usur- D pare, vel aliquid quasi per commutationis titulum absque voluntate ipsius congregationis, vel nostro permissu minuere; aut calices, vel cruces, seu indumenta altarium, vel sacros codices, argentum, aurum, vel qualemcunque speciem, quidquid ibidem collatum fuit aut erit, auferre aut minuere, vel ad civitatem deferre præsumat. Sed liceat ipsi sanctæ congregationi quod eis per rectam delegationem collatum est perpetim possidere, quatenus eamdem pro animabus parentum nostrorum, & pro stabilitate nostri regni dominum attentius delectet E jugiter exorare. Nos enim pro Dei amore, vel reverentia ipsorum sanctorum martyrum, & adipiscenda vita æterna, hoc beneficium ad ipsum sanctum locum, cum consilio pontificum, & illustrium virorum nostrorum ac procerum, gratissimo animo & integra voluntate visi sumus præstitisse. Eo videlicet ordine, ut sicut tempore domni & genitoris nostri ibidem chorus psallentium per turmas fuit institutus, vel sicut ad monasterium sancti Mauricii Agaunis, & sancti Martini Turonis, die noctuque tenetur, ita in loco ipso per omnia futura tempora celebretur,

ANNO CHRISTI 659.

celebretur. Quam auctoritatem decrevimus, A Christo in omnibus nobis suffragante, ut firmior habeatur, & per omnia tempora conservetur, subscriptionibus manus nostræ infra roborari.

Chludovius rex signavi.
Ego Geroaldus obtuli & signavi.
Munemundus episcopus consentiens subscripsi.
Chaoaldus episcopus consentiens subscripsi.
Rauracus episcopus consentiens signavi.
Audemarus episcopus consentiens subscripsi.
Ætherius episcopus consentiens subscripsi.
Eligius episcopus consentiens subscripsi.
Richoaldus episcopus consentiens subscripsi.
Rigobertus episcopus consentiens subscripsi.
Landericus episcopus consentiens subscripsi.
Droglendus episcopus consentiens subscripsi.
Palladius episcopus consentiens subscripsi.
Clarus episcopus consentiens subscripsi.
Armentarius episcopus consentiens subscripsi.
Malehardus episcopus consensi,
Rado episcopus consentiens subscripsi.
Amalbertus episcopus consentiens subscripsi.
Vualdelmarus episcopus consentiens subscripsi.
Sichelmus episcopus consentiens subscripsi.
Chiloaldus episcopus consentiens subscripsi.
Sanderadus episcopus consentiens subscripsi.
Tanculfus episcopus consentiens subscripsi.
Guinemarus episcopus consentiens subscripsi.
Bobo episcopus consentiens subscripsi.
Desideratus episcopus consentiens subscripsi.
Hathodo episcopus consentiens subscripsi.
Gautiobertus diaconus hoc privilegium consensit & subscripsit.
Gerecrannus diaconus subscripsit.
Bodolenus subscripsit.
Ebroinus subscripsit.
Raimbertus subscripsit.
Arnebertus subscripsit.
Radobertus major domus subscripsit.
Merulfus signavit.
Bertolando signavit.
Aigulfus comes palatii subscripsit.
Tilpingus comes subscripsit.
Austrebertus subscripsit.
Terlinus jussus signavit.
Incrinus subscripsit.
Probatus signavit.
Gaulfridus subscripsit.
Gundebodo signavit.
Hermenericus signavit.
Gadefredus subscripsit.
Chaldo subscripsit.

Data sub die x. Kalendas Iulii anno XVI. regni nostri, Clipiaco, in Dei nomine feliciter. Amen.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Conventus Clipiacensis.*] Anno Christi DCLIX. celebratum Clodovei annorum argumento didicimus. Qui vero Clodovei annos vulgari errore ducunt ex anno DCXLVIII. iidem conventum Clipiacensem differunt in annum DCLXIV.

ANNO CHRISTI 664.

a SYNODVS PHARENSIS ROGATV HILDÆ ILLIC ABBATISSÆ celebrata, sub Nordanhumbrorum regibus Osvvio patre, & Alchfrido filio, anno Christi DCLXIV.

In qua acerrime contenditur [b] *de ritu celebrandi paschatis, de tonsura sacerdotum, & de aliis rebus ecclesiasticis: præsentibus, ex parte Romanorum & Anglorum, Alchfrido rege filio, Agilberto occidentalium Saxonum episcopo, Vvilfrido abbate, Agathone presbytero, Iacobo diacono, Romano: ex parte Scotorum & Britonorum Osvvio rege patre, Colmanno Lindisfarnensi episcopo, & aliis Scotiæ episcopis, Cedda orientalium Saxonum episcopo, Hilda abbatissa Pharensis istius monasterii, cum multo alio ex utraque parte clero.*

BEDÆ PROLEGOMENA AD HANC SYNODVM.

HIS temporibus quæstio facta est frequens & magna, de observatione paschæ, confirmantibus eis, qui de Cantia vel de Galliis advenerant, quod Scoti dominicum paschæ diem contra universalis ecclesiæ morem celebrarent. Erat in his acerrimus veri paschæ defensor nomine Ronan, natione quidem Scotus, sed in Galliæ vel Italiæ partibus regula ecclesiasticæ veritatis edoctus, qui cum Finano confligens, multos quidem correxit, vel ad solertiorem veritatis inquisitionem accendit, nequaquam tamen Finanum emendare potuit, quin potius, quod esset homo ferocis animi, acerbiorem castigando, & apertum veritatis adversarium reddidit. Observabat autem Iacob, diaconus quondam (ut supra docuimus) venerabilis archiepiscopi Paulini, verum & catholicum pascha cum omnibus quos ad correctionis viam erudire poterat. Observabat & regina Eanfeld cum suis, juxta quod in Cantia fieri viderat, habens secum de Cantia presbyterum catholicæ observationis nomine Romanum. Vnde nonnunquam contigisse fertur illis temporibus, ut bis in anno uno pascha celebraretur. Et cum rex pascha dominicum solutis jejuniis faceret, tunc regina cum suis persistens adhuc in jejunio diem palmarum celebraret. Hæc autem dissonantia paschalis observantiæ vivente Aidano patienter ab omnibus tolerabatur; qui patienter intellexerant, quia etsi pascha contra morem eorum qui ipsum miserant facere non potuit, opera tamen fidei, pietatis & dilectionis, juxta morem omnibus sanctis consuetum diligenter exequi curavit. Vnde ab omnibus, etiam his qui de pascha aliter sentiebant, merito diligebatur, nec solum a mediocribus, verum ab ipsis quoque episcopis Honorio Cantuariorum, & Felice orientalium Anglorum venerationi habitus est.

Defuncto autem Finano, qui post illum fuit, cum Colmannus in episcopatu succederet, & ipse missus a Scotia, gravior de observatione paschæ, nec non & de aliis ecclesiasticæ vitæ disciplinis controversia nata est. Vnde merito movit hæc quæstio sensus & corda multorum timentium, ne forte accepto Christianitatis vocabulo in vacuum currerent aut cucurrissent. Pervenit & ad ipsas principum aures, Osvvi, videlicet regis, & filii ejus Alchfridi, quia nimirum Osvvi a Scotis edoctus ac baptizatus, illorum etiam lingua optime imbutus, nil melius quam quod illi docuissent autumabat. Porro Alchfridus magistrum habuit eruditionis Christianæ Vvilfridum virum doctissimum. Nam & Romam prius propter doctrinam ecclesiasticam adierat, & apud Dalphinum archiepiscopum Galliarum Lugduni multum temporis egerat, a quo etiam tonsuræ ecclesiasticæ coronam susceperat,

Marginalia: ANNO CHRISTI 664. — Bed. eccl. hist. lib. 3. cap. 25. — Bis in anno uno celebratur pascha. — Colmannus Scotus litem movet. — Cum Osvvi regis filius cum Anglis sentit.

ceperat. Hujus doctrinam omnibus Scotorum traditionibus jure præferendam sciebat. Unde ei etiam donaverat monasterium quadraginta familiarum, in loco qui dicitur Humpum. Quem videlicet locum paulo ante eis qui Scotos sequebantur in possessionem monasterii dederat. Sed quia illi postmodum, data sibi optione, magis loco cedere quam suam mutare consuetudinem volebant, dedit eum illi, qui dignam loco & doctrinam haberet & vitam. Venerat eo tempore Agilbertus occidentalium Saxonum episcopus, cujus supra meminimus, amicus Alchfridi regis & Vulfridi abbatis ad provinciam Nordanhumbrorum, & apud eos aliquamdiu demorabatur, qui etiam Vulfridum rogatu Alchfridi in præfato suo monasterio presbyterum fecit: habebat autem secum ipse presbyterum nomine Agathonem.

Synodus [...]citur.

Mota ergo ibi quæstione de pascha, vel tonsura, vel aliis rebus ecclesiasticis, dispositum est, ut in monasterio, quod dicitur Strenaeshalch, quod interpretatur sinus Phari, cui tunc Hilda abbatissa Deo devota femina præfuit, synodus fieret, & hæc quæstio terminari deberet. Veneruntque illo reges ambo, pater scilicet & filius; episcopi, Colmannus cum clericis suis de Scotia, Agilbertus cum Agathone & Vulfrido presbyteris: Iacobus & Romanus in horum parte erant. Hilda abbatissa cum suis in parte Scotorum, in qua erat etiam venerabilis episcopus Cedda jamdudum ordinatus a Scotis, ut supra docuimus, qui & interpres in eo concilio vigilantissimus utriusque partis extitit.

Osvvi [...]fatur.

Primusque rex Osvvi, præmissa præfatione, quod oporteret eos qui uni Deo servirent unam vivendi regulam tenere, nec discrepare in celebratione sacramentorum cælestium, qui unum omnes in cælis regnum expectarent, inquirendum potius quæ esset verior traditio, & hanc ab omnibus communiter esse sequendam; jussit primo dicere episcopum suum Colmannum, qui esset ritus, & unde originem ducens ille quem ipse sequeretur.

Tunc Colmannus, Pascha, inquit, hoc quod agere soleo a majoribus meis accepi, qui me huc episcopum miserunt, quod omnes patres nostri viri Deo dilecti eodem modo celebrasse noscuntur. Quod ne cui contemnendum & reprobandum esse videatur, ipsum est quod beatus euangelista Ioannes, discipulus specialiter domino dilectus, cum omnibus quibus præerat ecclesiis celebrasse legitur. Quo hæc & his similia dicente, jussit rex & Agilbertum proferre in medium morem suæ observationis, unde initium haberet, vel qua hunc auctoritate sequeretur. Respondit Agilbertus. Loquatur, obsecro, vice mea discipulus meus Vulfridus presbyter, quia unum ambo sapimus cum ceteris qui hic assident ecclesiasticæ traditionis cultoribus; & ille melius & manifestius ipsa lingua Anglorum, quam ego per interpretem, potest explanare quæ sentimus.

Tunc Vulfridus, jubente rege ut diceret, ita exorsus est, Pascha quod facimus, inquit, vidimus Romæ, ubi beati apostoli Petrus & Paulus vixere, docuere, passi sunt, & sepulti, ab omnibus celebrari, hoc in Gallia, quas discendi vel orandi studio pertransivimus, ab omnibus agi conspeximus. Hoc Africam, Asiam, & Ægyptum, Græciam, & omnem orbem, quacumque Christi ecclesia diffusa est, per diversas nationes ac linguas, uno ac non diverso temporis ordine geri comperimus, præter hos tantum & obstinationis eorum complices, Pictos dico, & Britones, cum quibus de duabus ultimis Oceani insulis, his non totis contra totum orbem stulto labore pugnant.

Colmannus S. Ioannem laudat auctorem.

Cui hæc dicenti respondit Colmannus: Mirum quare stultum appellare velitis laborem nostrum, in quo tanti apostoli qui super pectus domini recumbere dignus fuit exempla sectamur, cum ipsum sapientissime vixisse omnis mundus noverit.

Vvilfridus ait non tũc sepultam fuisse legẽ Mosaicam.

At Vulfridus: Absit, inquit, ut Ioannem stultitiæ reprehendamus, cum scita legis Mosaicæ juxta literam servaret, judaizante adhuc in multis ecclesia, nec subito valentibus apostolis, omnem legis observantiam, quæ a Deo instituta est, abdicare. Quomodo simulacra, quæ a dæmonibus inventa sunt, repudiare omnes qui ad fidem veniunt necesse est, videlicet ne scandalum facerent eis qui inter gentes erant Iudæis. Hinc est enim quod Paulus Timotheum circumcidit, quod hostias in templo immolavit, quod cum Aquila & Priscilla caput Corinthi totondit, ad nihil videlicet utile, nisi ad scandalum vitandum Iudæorum. Hinc quod eidem Paulo Iacobus ait: *Vides, frater, quot millia sunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes ii æmulatores sunt legis:* nec tamen hodie clarescente per mundum euangelio necesse est, imo nec licitum fidelibus vel circumcidi, vel hostias Deo victimarum offerre carnalium. Itaque Ioannes secundum legis consuetudinem decimaquarta die mensis primi ad vesperam incipiebat celebrationem festi paschalis, nil curans utrum hæc sabbato, an alia qualibet feria proveniret. At vero Petrus cum Romæ prædicaret, memor quia dominus prima sabbati resurrexit a mortuis, ac mundo spem resurrectionis contulit, ita pascha faciendum intellexit, ut secundum consuetudinem ac præcepta legis, decimamquartam lunam primi mensis, æque sicut Ioannes, orientem ad vesperam semper expectaret. Et hac exorta, si dominica dies (quæ tunc prima sabbati vocabatur) erat mane ventura, in ipsa vespera pascha dominicum celebrare incipiebat, quomodo & nos omnes hodie facere solemus. Sin autem dominica non proximo mane post lunam decimam quartam, sed decima sexta, aut decima septima, aut alia qualibet luna, usque ad vigesimam primam esset ventura, expectabat eam, & præcedente sabbato vespere sacrosancta paschæ solennia inchoabat. Sicque fiebat ut dominica paschæ dies, non nisi a decima quinta luna usque ad vigesimam primam servaretur. Neque hæc euangelica & apostolica traditio legem solvit, sed potius adimplet, in qua observandum pascha a decima quarta primi mensis ad vesperam, usque ad vigesimam primam lunam ejusdem mensis ad vesperam præceptum est, in quam observantiam imitandam omnes S. Ioannis successores in Asia post obitum ejus, & omnis per orbem ecclesia conversa est: & hoc esse verum pascha, hoc solum fidelibus celebrandum, Nicæno concilio, non statutum noviter, sed confirmatum est, ut ecclesiastica docet historia. Unde constat vos Colmanne neque Ioannis (ut autumatis) exempla sectari, neque Petri, cujus traditioni scientes contradicitis, neque legi, neque euangelio in observatione vestri paschæ cõgruere. Ioannes enim ad legis Mosaicæ decreta tempus

Act. 21.

ANNO CHRISTI 664.

tempus paschale custodiens, nil de prima sabbati curabat, quod vos non facitis, qui non nisi prima sabbati pascha celebratis. Petrus a decima quinta luna usque ad vicesimam primam diem paschæ dominicum celebrabat, quod vos non facitis, qui a decima quarta usque ad vicesimam lunam diem dominicum paschæ observatis, ita ut tertia decima luna ad vesperam sæpius pascha incipiatis, cujus neque lex ullam fecit mentionem, neque auctor ac dator euangelii dominus in ea, sed in quarta decima luna vel vetus pascha manducavit ad vesperam, vel novi testamenti sacramenta in commemorationem suæ passionis ecclesiæ celebranda tradidit. Itemque lunam vicesimam primam, quam lex maxime celebrandam commendavit, a celebratione vestri paschæ funditus eliminatis. Sicque, ut dixi, in celebratione summæ festivitatis, neque Ioanni, neque Petro, neque legi, neque euangelio concordatis.

Colmannus alios citat.

His contra Colmannus: Numquid, ait: Anatolius vir sanctus, & in præfata historia ecclesiastica multum laudatus, legi vel euangelio contraria sapuit, qui a quartadecima usque ad vicesimam pascha celebrandum scripsit? Numquid reverendissimum patrem nostrum Columbam, & successores ejus viros Deo dilectos, qui eodem modo pascha fecerunt, divinis paginis contraria sapuisse vel egisse credendum est? Cum plurimi fuerint in eis, quorum sanctitati cælesti signa, & virtutum quæ fecerunt miracula testimonium præbuerunt, quos ut ipse sanctos esse non dubitans, semper eorum vitam, mores, & disciplinam sequi non desisto.

Vvilfridus eos excusat.

At Vvilfridus: Constat, inquit, Anatolium virum sanctissimum, doctissimum, ac laude esse dignissimum, sed quid vobis cum illo, cum nec ejus decreta servetis? Ille enim in pascha sua regulam utique veritatis sequens, circulum novemdecim annorum posuit, quem vos aut ignoratis, aut agnitum a tota Christi ecclesia custoditum, pro nihilo contemnitis. Ille sic in paschæ dominicum decimam quartam lunam computavit, ut hanc eadem ipsa die, more Ægyptiorum, decimam quintam lunam ad vesperam esse fateretur. Sic idem vicesimam diem dominico paschæ annotavit, ut hanc declinata eadem die esse vicesimam primam crederet. Cujus regulam distinctionis vos ignorasse probat, quod aliquoties pascha manifestissime ante plenilunium, id est, in tertia decima luna facitis. De patre autem vestro Columba & sequacibus ejus, quorum sanctitatem vos imitari, & regulam ac præcepta cælestibus signis confirmata sequi perhibetis, possum respondere, quia multis in judicio dicentibus domino, quod in nomine ejus prophetaverint, & dæmonia ejecerint, & virtutes multas fecerint, responsurus sit dominus, quia nunquam eos noverit. Sed absit ut de patribus vestris hoc dicam, quia justius multo est de incognitis bonum credere quam malum. Vnde & illos Dei famulos ac Deo dilectos esse non nego, qui simplicitate rustica, sed intentione pia Deum dilexerunt. Neque illis multum obesse paschæ talem reor observantiam, quamdiu nullus advenerat qui eis instituti perfectioris decreta, quæ sequerentur, ostenderet. Quos utique credo, si qui tunc ad eos catholicus calculator adveniret, sic ejus monita fuisse secuturos, quomodo ea quæ noverant ac didicerant Dei mandata probantur fuisse secuti. Tu autem & socii tui si audita decreta sedis apostolicæ, imo universalis ecclesiæ, & hæc literis sacris confirmata sequi contemnitis, absque ulla dubietate peccatis. Etsi enim patres tui sancti fuerunt, numquid universali quæ per orbem est Christi ecclesiæ horum est paucitas una de angulo extremæ insulæ præferenda? Et si sanctus erat, ac potens virtutibus ille Columba vester, imo & noster si Christi erat, num præferri potuit beatissimo apostolorum principi? cui dominus ait: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, & tibi dabo claves regni cælorum.*

Matt.

Rex p... Angli... tentia... cit.

Hæc perorante Vvilfrido dixit rex: Verene, Colmanne, hæc illi Petro dicta sunt a domino. Qui ait: Vere rex. At ille, Habetis, inquit, vos proferre aliquid tantæ potestatis vestro Columbæ datum. At ille ait: Nihil. Rursum autem rex: Si utrique vestrum, inquit, in hoc sine ulla controversia consentiunt, quod hæc principaliter Petro dicta, & ei claves regni cælorum sunt datæ a domino. Responderunt, Etiam, utrique. At ille ita conclusit: Et ego vobis dico, quia hic est ostiarius ille, cui ego contradicere nolo, sed inquantum novi, vel valeo, hujus cupio in omnibus obedire statutis, ne forte me adveniente ad fores regni cælorum, non sit qui reseret, averso illo qui claves tenere probatur. Hæc dicente rege faverunt assidentes quique sive astantes majores una cum mediocribus, & abdicata minus perfecta institutione, ad ea quæ meliora cognoverant sese transferre festinabant.

Colm... spe fr... tus Sc... repet...

Finitoque conflictu, ac soluta concione, Agilbertus domum rediit. Colmannus videns spretam suam doctrinam, sectamque esse despectam, assumptis his qui se sequi voluerunt, id est, qui pascha catholicum & tonsuram coronæ (nam & de hoc quæstio non minima erat) recipere nolebant, Scotiam regressus est, tractaturus cum suis quid de his facere deberet. Cedda relictis Scotorum vestigiis ad suam sedem rediit, utpote agnita observatione catholici paschæ. Facta est autem hæc quæstio anno dominicæ incarnationis sexcentesimo sexagesimo quarto, qui fuit annus Osvvini regis vicesimus secundus: episcopatus autem Scotorum, quem gesserunt in provincia Anglorum, annus tricesimus.

Temp... syno...

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Synodus Pharensis.*] Quia in hoc conventu non omnes episcopi provinciales convocati fuerunt, sed tantum inter se contulerunt illi qui tunc aderant, imitatus sanctum Augustinum hujusmodi conventum propria magis voce collationem quam synodum appellandam esse sentio. Tempus habitæ collationis describitur a Beda supra.

An c... lium...

b *De ritu celebrandi paschatis.*] Error Scotorum alius erat a Quartadecimanorum: non enim sentiebant præcise decimaquarta luna, sed die dominico pascha celebrandum esse. Discrepabant a catholicis, quod illo die dominico pascha peragerent, qui primus occurrebat a decima tertia luna usque ad vigesimam. Ex quo illud absurdum quandoque fiebat, ut si dominica dies incideret in lunam 14. ipsi cum Iudæis pascha celebrarent, quod evitassent, si una cum catholicis illo dominico die celebrassent pascha, qui primus a 14. luna ad vesperam usque ad 21. lunam occurrebat. Errarunt hac in re Scoti non ex contumacia, sed ex inscitia computi paschalis, ideoque hic error ipsis venialis, tunc cum nemo illos hac in re instruxisset. Porro cœptus est hujusmodi error anno domini 566. duravitque usque ad annum domini 716. Vide Baron. anno 664. num. 5.

Qui... erro... toru... pasc...

CONCILIUM

ANNO CHRISTI 666.

CONCILIUM EMERITENSE.

TITULI CAPITULORUM.

' intentionem

' primiceriũ

' magnificandi

PRÆFATIO.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, & Spiritus sancti. Synodus quæ gesta est in provincia Lusitaniæ, apud[a] urbem Emeritensem, quæ caput ejus dignoscitur esse, duodecim episcopis in unum collectis, die VIII. *Iduum Novembris,*[b] *anno* XVIII. *serenissimi & piissimi Reccesvinthi regis, æra* DCCIV.

CONGREGATIS nobis omnibus provinciæ Lusitaniæ episcopis, in nomine domini, residentibus in ' Ierusalem ecclesia, quæ in Emeritensi urbe, (quæ caput hujus provinciæ nosci- A tur esse, & sub principali nomine manet dedicata) juxta ordinem priorum canonum nostrorum, cum Dei juvamine cœptum est initium. Primum (ut mos est) debitas laudes persolvimus omnipotenti Deo, cujus munere adunati sumus, & dono: deinde serenissimo atque clementissimo principi nostro, & domino gratiarum actiones impendimus regi Reccesvintho; ' optantes divinam misericordiam, ut qui ei tribuit regni potestatem, concedat & vitæ felicitatem, cum pacis quiete; sicque eum de suis hostibus reddat victorem, ut suorum inimicorum colla ditioni ejus subdat, gratia favente '; B quatenus & præsentem vitam quietus possideat per tempora longa, & post multa annorum curricula beatitudinis gaudia obtineat, per sæcula nunquam finienda. Et quoniam de sæcularibus sancta illi manet cura, & ecclesiastica per divinam gratiam recte disponit mente intenta, sit illi opitulatrix ineffabilis omnipotentis Dei gratia, quæ se quærentibus manet propinqua.

' sanctæ

' orantes

' divina

CAPITULA.

I.

Iuxta priorum patrum regulam, ' quæ sancte nobis est tradita, cujus institutione profectum fidei habet sancta Dei ecclesia catholica, '' quamlibet permultis C conciliis maneat memorata, oportet tamen a nobis non eam esse prætermittendam: hæc enim est prima concilii via; & nisi digne fuerit adstructa, perveniendi ad ' aliud ratio est incongrua. Nos ergo quia certos fatemur in fide, & perpetim hanc profitemur ore, dignum est in hoc sancto concilio credulitatem nostram exponere.

' fides

'' f. quantumlibet per multa concilia.

' illud

Credimus in unum Deum Patrem, omnipotentem, factorem cæli & terræ visibilium omnium, & invisibilium con- D ditorem: & in unum dominum nostrum Iesum Christum filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula: Deum ex Deo: lumen ex lumine: Deum verum ex Deo vero; natum, non factum: homousion Patri, hoc est, ejusdem cum patre substantiæ: per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, & Maria virgine: homo factus: passus sub Pontio Pilato: sepultus: E tertia die resurrexit; ascendit in cælos: sedet ad dexteram Patris: iterum venturus in gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum dominum & ' vivificatorem, ex Patre & Filio procedentem; cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum: qui locutus est per prophetas. In unam catholicam atque apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi. Amen. Hæc est fides no- stra,

Est symbolum Constantinopolitanum in III. Toletano & aliis conciliis positum.

' vivificantem,

ANNO CHRISTI 666.

ſtra, & hæc credulitas ſancta: hanc quiſquis digne tenet, judicii tempore remunerationem condignam accipiet: qui ab ea diceſſerit, & in hac fide eſſe noluerit, cum diabolo pœnas [a] æternas luet. Oremus ergo omnipotentem Deum, ut hæc credulitas ſincera, divina nobis conferat beneficia, ejuſque pietas ſancta præſenti in ſæculo cuncta nobis dimittat peccata: & cum venerit judicare vivos & mortuos, ad dexteram ſuam nos juſtificandos ſtatuat. Si quis non crediderit, aut confeſſus fuerit, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum unum eſſe in Trinitate, [b] anathema ſit.

[a] æterni ſupplicii

[b] Deum

II.

Sicut in fide ſancta noſtra eſt unanimitas, ita pro ſancto Dei officio debet eſſe intentio ſumma. Oportet igitur, ut ſicut in aliis eccleſiis [c] veſpertino tempore, poſt lumen oblatum, prius dicitur veſpertinum, [d] quam * ſonum in diebus feſtis, ita & a nobis cuſtodiatur in eccleſiis noſtris. Si quis hunc ordinem minime cuſtodierit in ſua eccleſia, cunctoſque ad ſe pertinentes non inſtruxerit, ut bonum hujus operis agant; dum tale ad metropolitani pervenerit aures, & fuerit res convicta, excommunicationis ſe noverit feriri ſententia.

III.

Quantum cum Dei juvamine ratio competit, ut rectitudinis regula ponatur in eccleſiaſtico ordine, tantum neceſſarium eſt ea excogitare & ordinare, quæ clementiſſimo domino noſtro Recceſvintho regi, fideliumque ſuorum genti, aut patriæ debeant proſperitatem afferre. Ob hoc ergo inſtituit hoc ſanctum concilium, ut quandocumque eum cauſa [c] ingredi fecerit contra ſuos hoſtes, unuſquiſque noſtrum in eccleſia ſua hunc teneat ordinem; ita ut omnibus diebus [e] per bonam diſpoſitionem ſacrificium omnipotenti Deo, pro ejus ſuorumque fidelium atque exercitus ſui ſalute offeratur, & divinæ virtutis auxilium impetretur, [d] ut ſalus cunctis a domino tribuatur, [e] ut victoria illi ab omnipotenti Deo [f] concedatur. Tamdiu hic ordo tenendus eſt, quamdiu cum divino juvamine ad ſuam redeat ſedem. Quiſquis hujus inſtitutionis modum implere diſtulerit, ſciat ſe a ſuo metropolitano eſſe excommunicatum.

[c] progredi

[d] unde

[e] &

[f] tribuatur

IV.

Poſtquam fidei noſtræ credulitas eſt manifeſta, illa inſerenda curavimus, quæ rectitudinem faciant in eccleſia ſancta. Cœtus ergo noſtræ unanimitatis hoc inſerendum eſſe curavit, ut tempore quo metropolitanus in eccleſia Dei fuerit ordinatus epiſcopus, [f] placitum in nomine ſuorum comprovincialium epiſcoporum faciat; ut caſte, ſobrie, recteque [g] vivat. Similiter, & quando confinitimi epiſcopi in eccleſiis quibus præeſſe potuerint fuerint ordinati, placitum faciant in nomine epiſcopi ſui metropolitani, ut caſte, recte, & ſobrie vivant. Quod ſi juxta canonicam ſententiam, per voluntatem metropolitani, atque informationis ejus epiſtolam, per regiam juſſionem, ab alio metropolitano aliqui fuerint ordinati; tempore quo ad metropolitanum ſuum poſt ſuam venerint ordinationem, tale placitum non differant facere. Quod ſi diſtulerint, tamdiu quiſquis ille excommunicatum eſſe ſe noverit, quamdiu impleat ordinem bonæ inſtitutionis.

[g] vivat

V.

Iuxta canonicum ordinem, tempore quo concilium [g] per metropolitani voluntatem & regiam juſſionem electum fuerit agere, omnes confinitimos epiſcopos in unum oportet adeſſe; nec pro tali re quælibet cauſa opponi debet ad excuſationem. Quod ſi contigerit aliquem de fratribus [h] retineri ab infirmitate, qualiter non poſſit venire, aut per regiam juſſionem injunctum [h] acceperit aliquid agere, ut ſit per quod non poſſit concilio intereſſe; quidquid tale acciderit, metropolitano ſuo fideliter intimet cuncta per ſuam epiſtolam manu ſua ſubſcriptam, ut poſtmodum quæratur, anne excuſationem faciat aliquam. Ad ſuam tamen perſonam non aliter niſi aut ſi archipresbyterum ſuum diriget, aut, ſi archipresbytero impoſſibilitas fuerit, presbyterum utilem, cujus dignitas cum prudentia pateat, a tergo epiſcoporum inter presbyteros ſedere, & quæque in eo concilio fuerint acta ſcire, & ſubſcribere. Injuſtum enim hoc accipit cœtus noſter, ut quiſquam epiſcoporum [i] diaconum ad ſuam perſonam dirigat. Hic enim quia presbyteris junior eſſe videtur, ſedere cum epiſcopis in concilio nulla ratione permittitur. Quemcumque ergo ex presbyteris diligere elegerit, inſtructum per informationem dirigat, ut ratio poſcit; atque cum eo mandatarium ſuum, juxta legis ordinem munitum: ut ſi a quolibet contra eumdem epiſcopum in concilio fuerit ſuggeſtum, ab eo quem [i] dixerit, qui petit accipiat reſponſum; & juſtitia quæ fuerit ordinata nullam poſtmodum dilationem habeat.

[h] habue[rit]

[i] dire[xerit]

VI.

Deo credimus eſſe placitum, quando pro bono opere dignam in eccleſia ſancta

ANNO CHRISTI 666.

ctaimponimus regulam. Ideoque placuit fraternitati nostræ, ut sicut primatus reverentiæ a metropolitano episcopo jubetur impendi per synodicam regulam, ita & a comprovincialibus suis serventur hæc moni - ' Communi deliberatione censemus, & sententiæ hujus ordinem servandum instituimus; ut dum quisquam comprovincialis episcopus metropolitani sui admonitionem acceperit [k] pro diebus festis nativitatis domini & paschæ cum eo peragendis, veniendi ad eum nullam faciat excusationem. Quod si contigerit eum ab ægritudine esse detentum, vel per nimiam intemperantiam aerum non habere qualiter ad præsentiam ejus possit venire, epistolam manu sua subscriptam dirigere debebit, in qua hujus rei verissime causam notescat. Quod si sanus, qui admonitionem acceperit, fuerit, & venire distulerit, absque excommunicatione dimittendus non erit.

In qq. cc. deest nota distinctionis

Sic statutum est conc. Tolet. III. cap.

VII.

Decretum est de priscis canonibus, [l] semel in anno fieri concilium, ubi elegerit metropolitanus episcopus: atque in ea sancta regula manet ordinatum, ut comprovinciales episcopi, dum a suo metropolitano fuerint admoniti, præsentes esse debeant ad locum temporis debiti: quæ res non extra regiam agitur voluntatem. Sunt nonnulli qui pro hoc admonitionem sui metropolitani, & regiam jussionem accipiunt, & minime implent quæ jubentur: hos priscorum canonum sententiæ excommunicatos esse jubent usque ad tempus superventuri concilii: & quamvis excommunicationis damno feriantur, nihil tale in his impenditur quod debeant metuere. Placuit huic sanctæ synodo, ut quisquis ille episcopus ad concilium venire distulerit admonitus, illic excommunicationis agat tempus, ubi cum his, qui præsentes fuerint, elegerit metropolitanus. Cella vero & res ad eum pertinentes, quousque ille sub pœnitentia fuerit, instantia & solicitudine regantur metropolitani: quia ideo est hoc electum, ut discat sub pœnitentia quod implere noluit voluntate recta. Dum ergo ad suam redierit cellam, rem in statu inveniat, quæ ecclesiæ suæ est debita.

Vide epistolam Innocentii tertii, de pœna hujus canonis.

VIII.

Omnibus * pene cognitum manet, quomodo divina gratia, quæ cor serenissimi atque clementissimi domini nostri & principis Reccesvinthi regis in manu tenet, & ubi vult illud vertet, suggerente sanctæ memoriæ sanctissimo [m] viro Orontio episcopo, animum ejus ad pietatem moverit, ut terminos hujus provinciæ Lusitaniæ cum suis episcopis, eorumque parochiis, juxta priorum canonum sententias, ad nomen provinciæ, & metropolitanam hanc sedem reduceret & restauraret. His ergo, juxta eamdem regulam, decreto synodico, judicii formula, & suæ clementiæ confirmatione ad hanc metropolim reductis; dum miserante domino, principis jussu in unum ad sanctum convenissemus concilium, unus de his Selva nomine, sanctæ ' Igeditanæ ecclesiæ episcopus, interpellavit sanctam synodum, eo quod Iustus Salmanticensis ecclesiæ episcopus debitam illi teneret diœcesim: hoc enim etiam adjiciens, ut de eo, id unde ad Gallœciæ metropolim diœcesis suæ fuerat possessum, ille reciperet, quamvis longa post tempora, quæ parochiæ suæ fuerant debita. Sed quia antiquorum canonum sunt instituta, ut si * una provincia ' quisquis episcopus de alterius diœcesi partem aliquam per triginta annos possederit, quietus teneat; justum perspeximus, ut quia nec ille triginta annos adhuc habet, quo ad hujus provinciæ metropolim reductus est; & ille quod perlongo tempore non possedit ', & triginta adhuc non sunt in hoc illi impleti anni; sicut ille ad debitam diœcesem rediit, ita & hic, qui pulsat diœcesim sibi debitam, ordinante metropolitano cum suis fratribus, per suum saionem recipiat: ita tamen ut de præsentia metropolitani inspectores dirigantur, qui per evidentia signa diœceses ipsas conspiciant, & unusquisque, quod illi debitum est accipiat & habeat. Pacta vero, quæ juxta canonicam regulam inter episcopos pacificam deliberationem justissime fuerint facta, in omnibus placet esse servanda. Omnibus vero episcopis id ' instituitur esse servandum, ut parochiam suam bene custodiant, nec a quolibet fratre eam usurpari permittant. Quibus si tricennalis numerus per voluntatem, aut negligentiam occurrerit, nullo modo reddenda erit.

* bene

' Edigitanæ

De tricennali possessione dictũ est supra Concil. Hisp. II. cap. 2.

* fort. in una

' quisque

' recepit

Inspectionis viri cõc. Hisp. II. cap. 2.

' institutum

IX.

Conveniens in omnibus nobis hæc manet sententia, quæ ' digne custodiatur in nostra provincia. Placuit ut quisquis ab episcopo sanctum in potestate, presbyteris ad distribuendum tempore opportuno, acceperit chrisma, nihil ab eis beneficii causa tollere aut petere præsumat. Similiter & presbyteri, qui sanctum Dei baptisma infantibus tradunt, nihil pro tali gratia a parentibus eorum auferre præsumant. Quod si quis aliquid offerat per bonam voluntatem, ' accipiat gra-

' deinde

Conc. Bracar II. c. 4. ubi idipsum ex patrum decretis

ANNO CHRISTI 666.

te: nihil tamen (ut diximus) auferatur quacumque occasione. Si quis sententiæ hujus ordinem non custodierit, cumque transgredi præsumpserit, tribus mensibus sub pœnitentia excommunicatus manebit.

ostẽdimus. Conc. Tol. XI. cap. 8. ' accipiatur

X.

Communi deliberatione sancimus, ut omnes nos episcopi, infra nostram provinciam constituti, in cathedralibus nostris ecclesiis, singuli nostrum ⁿ archipresbyterum, archidiaconum, & ' primiclerum habere debeamus. Sanctus quippe est ordo, & a nobis per omnia observandus; ideoque placuit huic magnæ synodo, ut quicumque ad hoc officium pervenerit, humilitatem pontifici suo & reverentiam præbeat; ne quolibet modo superbiæ fastum quilibet ex his incurrat; sed in ordine, quo quisque fuerit constitutus, benigne persistat, & sui dignitatem officii per omnia teneat. Si quis ex his sui gradus ordinem non custodierit, & quæ illi pro tali officio a suo episcopo imperata fuerint adimplere distulerit, prout causa patuerit, excommunicationis damno multandum se noverit.

' primicerium

XI.

Pervenit ad cœtum hujus sancti concilii, presbyteros, abbates & diaconos episcopo suo inobedientes esse '; atque intromissum est, ut dum quilibet ex presbyteris, aut abbatibus ecclesiarum suarum a decedentibus episcopis habeant absolutionem, episcopo suo dignam obedientiam justamque reverentiam non exhibeant, & quibus concessa est per canonicam sententiam visitandi * sua parochia, his potius infertur injuria, & movetur calumnia. Proinde placuit huic sancto concilio, ut tam a presbyteris, quam ab abbatibus, sive etiam a diaconibus, episcopo honor debitus impendatur: ut a nullo contumeliam pati videatur. & quandocumque contigerit eũ, juxta canonicam sententiam, visitare suam parochiam; & digne eum suscipiant, &, prout habuerint, aut ratio permiserit, illi præparent quæ fuerint necessaria. Id ergo per omnia servandum instituimus, ut nulli presbytero, vel diacono sine voluntate episcopi sui licentia sit ᵒ sæculares peragere causas, aut injunctiones expedire publicas. Si quis hujus ordinem capituli transcendere voluerit, excommunicationis sententia feriendum se noverit.

' ad id quod s. est, ut

Jus visitandi episcopis competit; de qua re diximus supra Conc. Tolet. IV. cap. 36.
* *fort.* suam parochiam.

XII.

Si priorum canonum sententia hunc recte tenet ordinem, ut episcopus ab alio episcopo, si indigentiam habuerit, clericum ad ordinandum petat, & accipiat; cur qui in diœcesi sua habet eos, quos pro Dei officio, & suo juvamine dignos repererit, ad suam principalem ecclesiam non perducat & habeat? Pro hujus rei causa hoc elegit unanimitas nostra, ut omnes episcopos provinciæ nostræ, si voluerint, de parochianis presbyteris, atque diaconibus, cathedralem sibi in principali ecclesia facere, maneat per omnia licentia. Hi tamen qui fuerint traducti, humilitatem dignam episcopo suo teneant; & eo honore & reverentia habeantur, & venerentur in cathedrali ecclesia, sicut hi quos constat fuisse ordinatos in ea. Et quamvis ab episcopo suo stipendii causa per bonam obedientiam aliquid accipiant, ab ecclesiis tamen, in quibus prius consecrati sunt, vel a rebus earum extranei non maneant; sed pontificali electione, presbyteri ipsius ordinatione, presbyter alius instituatur, qui sanctum officium peragat, & discretione prioris presbyteri victum & vestitum rationabiliter illi ' ministretur, ut non egeat: aut si quæsierit qui ordinatur, stipendium a suo presbytero accipiat, quantum dignitas officii eum habere expetat. Clericis vero, vel quos ad serviendum ei dederit, per discretionis modum quæ necessaria sunt ministret. Si quis sententiæ hujus ordinem implere distulerit, prout ratio permiserit, excommunicandum se esse noverit.

' minist

XIII.

In ecclesia Dei sancta congregatio clericorum fit non modica: & sunt aliqui, quorum intentio non pauca est, in sancto Dei officio, atque multi quos segnitudinis fastus minime perducit ad bonum profectum. Ob hoc ergo sancto huic placuit concilio, ut quemcumque episcopus ad bonum profectum viderit crescere, per bonam intentionem venerandi, amandi, & honorandi, atque de rebus ecclesiæ, quod voluerit, illi largiendi habeat potestatem: hæc enim causa & majoribus majorem præstat gratiam, & minores excitat, ut ad melius tendant. Quidquid ergo bonis largitur per gratiam, ita in jus habeant, ut & remedium ex hoc sentiant, & rem Deo dicatam ad augmentum perducant. Quod si id quod acceperint per suam tepiditatem ad profectum minime perduxerint, aut detrimentum patuerit; episcopus habeat licentiam, sine ullo præjudicio, in jure ecclesiæ revocare rem propriam.

XIV.

In sancta Dei ecclesia ᵖ diebus festis pro consuetudine & mercede communicationis tempore a fidelibus pecuniam

novimus

novimus poni: pro hoc placuit sancto concilio, hanc rectitudinis ponere regulam, ut quia omni clero communis labor manet in officio sancto, omnibus juxta meritum ex hoc rependatur vicissitudo. Statuimus in nostris ecclesiis vel civitatibus hoc esse servandum, ut quidquid pecuniæ a fidelibus in ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, & conservatum, & fideliter episcopo præsentetur; qualiter exinde tres partes fiant æquales, unam episcopus habeat, & alteram presbyteri, & diacones inibi deservientes consequantur, & inter se, ut dignitas & ordo poposcerit, dividant: tertia vero subdiaconibus & clericis tribuatur: ut a primiclero, juxta quod in officio eos præscit esse intentos, ita singulis dispensetur. Similis forma & de parochitanis presbyteris in ecclesiis illis a Deo creditis erit servanda.

XV.

Si regalis pietas pro salute omnium suarum legum dignata est ponere decreta, cur religio sancta per sancti concilii ordinem non habeat instituta, quæ omnino debent esse cavenda? Ideoque placuit huic sancto concilio, ut omnis potestas episcopalis modum suæ ponat iræ; nec pro quolibet excessu cuilibet ex familia ecclesiæ aliquod corporis membrorum sua ordinatione præsumat extirpare, aut auferre. Quod si talis emerserit culpa, advocato judice civitatis, ad examen ejus deducatur quod factum fuisse asseritur. Et quia omnino justum est, ut pontifex sævissimam non impendat vindictam; quidquid coram judice verius patuerit, per disciplinæ severitatem absque turpi decalvatione maneat emendatum, & ab episcopo suo, aut donatus fidelibus suis maneat, qui malum aliquid, quod leges graviter damnant, admisit; aut * abiendi " eum episcopus, si voluerit, licentiam habebit. Similiter & quia comperimus aliquos presbyteros ægritudine accedente familiæ ecclesiæ suæ crimen imponere, dicentes ex ea homines aliquos maleficium sibi fecisse, eosque sua potestate torquere, & per multam impietatem detrimentare, & hoc emendari placuit per rectitudinem hujus sententiæ. Instituentes igitur ' decernimus, ut si presbyter talia pati se dixerit, ad aures hoc sui perducat episcopi; ipse autem datis bonis hominibus ex latere suo, judicem hoc jubeat quærere; & si sceleris hujus causa fuerit inventa, ad cognitionem episcopi hoc reducant; & processa ex ore ejus sententia, ita malum extirpatum maneat, ne hoc quisquam alius facere præsumat. Si quis sententiæ hujus ordinem non observaverit, excommunicationis sententia feriendus erit, & a clero abjiciendus.

XVI.

Bene disposuit divina gratia, quidquid unaquæque ecclesia a fidelibus collatum est, habeat. Priscis quippe canonibus " erat decretum, ut episcopus de parochitanis ecclesiis tertiam sequeretur, cui sua plenissime q sufficere possunt. Placuit huic sancto concilio, ut nullus provinciæ Lusitaniæ episcopus sententiæ hujus terminum excedat, nec a qualibet parochitana ecclesia tertiam auferre præsumat: sed quidquid exinde consequi potuerat, totum in reparationem ipsarum basilicarum proficiat. Omnes vero supradicti presbyteri, qui virtutem habuerint, episcopo suo placitum faciant, ut reparare ecclesias sibi commissas intendant. Quod si facere distulerint, ab episcopo suo districti, ecclesias sibi creditas (ut ratio permittit) digne reparent, Ecclesiæ tamen, quæ mundiales res nullas habent, solicitudine, intentione, & dispositione episcopali (ut ratio permiserit) habeant reparationem.

XVII.

Quia per divinam gratiam in sancta Dei ecclesia episcopalis ordinatur potestas, dignum est, ut sicut honore & bonitate summus habetur in vita, ita post mortem detractio de eo sit nulla. Hujus rei causa hanc sententiam protulit, & per omnia jubet esse firmam congregatio nostra. Instituentes igitur decernimus, ut nullus subjectus decedentem detrahat episcopum, nullus de eo deroget, nec malum quidquam loquatur. Si quis talia deinceps facere præsumpserit; si presbyter fuerit, tribus mensibus ab episcopo suo sub pœnitentia ' religatus maneat; si diaconus, quinque; si subdiaconus, aut clericus, vel quilibet religiosus de majori gradu, (quia constat ex his jam aliquos per bonam actionem esse venerandos) novem; si minimi fuerint, qui levi corde sint, minimæque adhuc personæ, quinquagenis flagellis jussione feriantur episcopi: quod si laicus, quamvis ingenuus, in domo ecclesiæ tamen nutritus, & ab ecclesiæ rebus, dignitatis gratia præditus, juxta quod dignitas ejus exegerit, pro tali excessu excommunicationis sententia feriendus erit: si vero de familia ecclesiæ fuerit quisque, (quia & in his discretionis ' est gradus) si major fuerit, qui dignitate polleat, sex mensibus ab episcopo suo excommunicatus maneat: inferior tamen, aut minima persona, disciplinam mereatur, juxta quod episcopi sui processerit sententia.

Marginalia: * abi[...] / [...]i / [...]icien-; [...]revi-; " Grat. II. q. 2. Priscis quidem; q [...]; ' relegatus; ' adhibendus.

ANNO CHRISTI 666.

tia. Dignum est etenim, ut cui in vita honor fuit impensus, post mortem detractionis subtrahatur stimulus.

XVIII.

Quidquid unanimiter digne disponitur in sancta Dei ecclesia, necessarium est ut a parochitanis presbyteris custoditum maneat. Sunt enim nonnulli, qui ecclesiarum suarum res ad plenitudinem habent, & solicitudo illis nulla est habendi clericos, cum quibus omnipotenti Deo laudum debita persolvant officia. Proinde instituit hæc sancta synodus, ut omnes parochitani presbyteri, juxta ut in rebus sibi a Deo creditis sentiunt habere virtutem, de ecclesiæ suæ familia clericos sibi faciant: quos per bonam voluntatem ita nutriant, ut & officium sanctum digne peragant, & ad servitium suum aptos eos habeant. Hi etiam victum & vestitum dispensatione presbyteri merebuntur, & domino & presbytero suo, atque utilitati ecclesiæ fideles esse [e] debēt. Quod si inutiles apparuerint, ut culpa patuerit [f], correptione disciplinæ feriantur. Si quis presbyterorum hanc sententiam minime custodierit, & non adimpleverit, ab episcopo suo corrigatur: ut plenissime custodiat, quod digne jubetur.

Sic decretū Conc. Tol. IX. cap. 11.

[e] debebunt

[f] correctione

XIX.

Vide conc. Tol. XVI. cap. 5.

In parochiis multæ sunt ecclesiæ constitutæ, quæ a fidelibus factæ, aut paucum, aut nihil de rebus videntur habere. Sacerdotali ergo decreto presbytero uni plures extant commissæ, unde cavendum est, ne occurrente paupertate, ordo ibidem non impleatur Missæ. Proinde salubri deliberatione censemus, ut pro singulis quibusque ecclesiis, in quibus presbyter jussus fuerit per sui episcopi ordinationem præesse, [g] pro singulis diebus dominicis sacrificium Deo procuret offerre; & [r] eorum nomina a quibus eas ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis ecclesiis videntur aut visi sunt contulisse, si viventes in corpore sunt, ante altare recitentur tempore missæ, quod si ab hac decesserunt aut discesserint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur suo in ordine. Si quis hanc institutionem presbyter implere neglexerit, dum talis causā per quemlibet ad aures sui episcopi pervenerit, presbyter ille excommunicationis sententia feriendus erit.

[g] per singulos dies dominicos.

XX.

In priorum canonum ordine institutum manet qualiter episcopi de familia ecclesiæ [f] libertos debeant facere. Multi etenim sacerdotes, prout illis concessit divina gratia, habent unde canonicum ordinem impleant, & sic libertos faciant: & sunt multi, qui nihil habentes, ad hanc gratiam veniunt, & sic libertos facere præsumunt. Tales enim libertos regula canonica esse non jubet stabilitos. Contingere etenim solet, ut postquam manumissor eorum ab hac discesserit luce, talis occurrat successor, qui aut ecclesiæ familiam minime quærat, aut per bonam voluntatem, vel negligentiam, hi, a quo nihil ecclesiæ offerente liberi facti sunt, longo pro tempore libertos se esse defendant, atque eas libertates ita abscondunt, ut pro hoc quærenti episcopo laborem faciant. Talium si sit voluntas, licentia conceditur nulla: quia non potuerunt, neque a servitio ecclesiæ unquam discedunt, & pro his rebus in libertate permanere non potuerunt. Sanctorum canonum non abjicienda sunt instituta: atque his quæ implenda esse oportet addimus nova. Placuit huic sanctæ synodo, ut quisquis digne juxta canonicam regulam libertus fuerit factus, in libertate maneat, & a patrocinio ecclesiæ ipse aut posteritas ejus nunquam discedat. Quisquis vero non ut ordo canonicus poscit libertus fuerit factus, quāvis prolixitas temporis in scripturæ suæ textu inveniatur, qui a servitio ecclesiæ nunquam visus est abscessisse, & canonica sententia rescindi jubet talem libertatem, ut ille & posteritas ejus omnis in servitio maneant sanctæ ecclesiæ, cui debiti manent per veram originem. Illos vero per omnia stabilitos in libertate esse instituimus, qui ab his episcopis liberi sunt, vel fuerint facti, qui de suo bona plurima sanctæ ecclesiæ, in qua præsident, per suæ scripturæ textum cognoscuntur contulisse. Et hi quamlibet jubeantur esse stabiles, nullo modo rescindendi sunt a patrocinio sanctæ ecclesiæ. Quod si contigerit eos, eorumque filios personis ingenuis esse conjunctos, & quandoque eorum posteritas patrocinium ecclesiæ voluerit despicere, ex cujus familia per veram originem constat eos genitos esse; si ex his libertis trahunt originem, qui juxta canonicam sententiam jubentur esse stabiles, & dignitatis suæ nomen teneant, & ecclesiæ patrocinium nunquam amittant. Certe si ex his inventi fuerint originem trahere, quos canonicæ regulæ non jubent libertos esse, quamlibet post longa tempora, dummodo origine firmata, reducendi tamen sunt ad sanctæ ecclesiæ, cui pertinent, jura. Liberti tamen ex familia ecclesiæ facti, & posteritas quæ ex his est procreata; si libertatem suam, vel parentum suorum inventi fuerint celasse, aut abscondere,

dere, & tempore, quo ab episcopo fuerint admoniti, eam præsentare distulerint; dum eorum origo (ut jam diximus) fuerit manifestata per legalem testem ad servitium ecclesiæ reducantur: & ut episcopo fuerit placitum, ita eos habeat. Hęc forma & in presbyteris servanda erit, qui cum volũtate episcopi sui, juxta canonicã regulam de familia suæ ecclesiæ ' liberos facere voluerint.

' libertos

XXI.

Non putandum est contra regulam iri canonicam, quando ea instituimus quæ servari oportet de re ecclesiastica. Quamvis etenim canonicæ sententiæ ordinem habeant quid episcopus pro re ecclesiæ observare debeat; opportunum tamen est, ut ubi ab episcopo bonus impenditur profectus', a succedente institutus teneatur modus. Placuit huic sancto concilio, ut si episcopus ecclesiæ suæ, in qua præsidet, de rebus suis inventus fuerit plurima contulisse, quidquid amicis suis, servis, aut libertis, vel quibuslibet personis de ecclesiæ suæ rebus compertus fuerit aliquid donasse; si triplum, aut multo plus patuerit esse, quod conscripsit in nomine ecclesiæ suæ, firmum maneat, quod distribuit in personis, quæ ' prænotatæ sunt superiori ordine. Nec licebit succedenti episcopo prioris sui irrumpere voluntatem. His etiam si causæ ecclesiasticæ fuerint commissæ, & fideliter prosequentes in rebus ecclesiæ profectum visi fuerint facere, laboris sui consequantur mercedem; ita ut de eo quidquid acquisierint (quia constat eos non sine utilitate ecclesiæ negotia commissa peregisse) de eo, quidquid cum fide & bona intentione ad effectum perduxerint, & ad jus ecclesiæ per eos redactum patuerit; de mobili re decimum suum sequantur; pro immobili ab episcopo repensationem dignam accipiant. Et tamen, quæ meruerint ipsi, aut posteritas eorum, vel quibus largiri voluerint, perenniter possideant. Si quis episcoporum contra hujus sententiæ ordinem agens irrumpere voluerit quod prior ejus fecit, & vocem amittat, & scripturæ quæ facta est pœnã adimpleat: insuper & a cœtu fraterno excommunicatus maneat, ut excessus sui emendet causam.

' [...]catæ per [...]em

XXII.

Quia juvante nos divina gratia, ea in hoc sancto concilio peregimus, quæ ad rectitudinem ecclesiastici ordinis sunt debita, in aliquibus sententiis cavendi modum imposuimus: aliqua tamen; quia singulari ordine non manent constricta, per hujus sententiæ decretum instituimus, quod quisque episcoporum, vel presbyterorum, atque in inferiori gra-

A du constituti, debeant metuere. Quisquis hujus canonicæ regulæ instituta servare distulerit, quamlibet major esse videatur, mediocris vero, aut inferiori gradu constitutum se esse perspexerit, ut causa permiserit, a metropolitanó episcopo, cum suis confinitimis, qui supra notatum sententiarum ordinem custodierint, is qui servare distulerit excommunicatum se evidentissime noverit.

XXIII.

B Postquam fidei nostræ exposuimus credulitatem, & quæ necessaria extiterunt (ut potuimus) digessimus per ordinem, creatori nostro, & domino, quem credimus trinum in unitate, & veneramur unum in Trinitate, Patri & Filio & Spiritui sancto debitas persolvimus laudes: tantæ majestatis ' glorificantes nomen; qui dignatus est nobis rectitudinis viam ostendere. Ac deinde serenissimo, ac piissimo, & orthodoxo viro, clementissimo domino Reccesvintho regi gratiæ impendimus ' opem; cujus vigilan- C tia, & sæcularia regit cum pietate summa, & ecclesiastica plenius ' divinitus sibi sapientia concessa. Ipse enim dominus, cujus Trinitatem veneramur, & confitemur, & ecclesiæ suæ fidei conferat lucra, & sacerdotibus, ministris, atque omni clero, ut digne illi serviant, conferat remedia, quæ ipsi sunt placita: clementissimo principi Reccesvintho regi felicem vitam, felicioraque præsenti in sæculo, & futuro post in regno sempiterna concedat gaudia possidenda. Atque id omnibus in se credenti- D bus præstare dignetur; ut dum sui judicii manifestare voluerit tempus, omnibus tribuat perenne remedium ipse dominus & redemptor noster, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto in Trinitate Deus permanet unus, cui est honor, gloria, virtus & imperium, nunc & in omnia sæcula sæculorum.

' collaudantes

' nomen

' disponit

' SUBSCRIPTIONES.

Proficius Dei miseratione Lusitanæ provinciæ sanctæ Emeritensis ecclesiæ metropolitanæ sedis episcopus hæc gesta synodalia cum confini- E timis meis episc. instituta manu mea subscripsi.

Ego Selva Egiditanæ civitatis ecclesiæ episcopus pertinens ad metropolim Emeritensem hæc instituta cum archiepiscopo meo Proficio a nobis definita subscripsi.

Adeodatus in Christi nomine sanctæ Pacensis ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

Asphalius in Christi nomine sanctæ Abelensis ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

Theodericus in Christi nomine sanctæ Olysipponensis ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

Theodisclus Dei misericordia episcopus sanctæ ecclesiæ Lamecensis similiter subscripsi.

Iustus Dei miseratione sanctæ Salmanticensis ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

Anno Christi 666.

Cantaber Dei gratia episcopus sanctæ ecclesiæ Coimbriensis similiter subscripsi.

Donatus in Christi nomine episcopus sanctæ ecclesiæ Cauriensis similiter subscripsi.

Exarnus Dei misericordia episcopus sanctæ ecclesiæ Oxonobensis similiter subscripsi.

Petrus Dei misericordia Elborensis ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

Alvarius indignus sanctæ Calabriensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

Emerita urbs quæ? a *Vrbem Emeritensem.*] Emerita Lusitaniæ provinciæ urbs nobilis a Romanis dicta Augusta Emerita, colonia Romanorum. In nummo Augusti sic est; CÆSAR AVGVSTVS PONT. MAX. IMP. Ex altera parte; AVGVSTA EMERITA COL. Similiter ex inscriptione lapidis, qui est Tarracone;

IMP. CÆSAR VESPASIANVS AVG. PONT. MAX.
TRIB. POT. II. IMP. VII. COS. III. DES. IV.
P. P. VIAM A CAPARA AD EMERITAM AVG. VSQ.
IMPENSA SVA RESTITVIT.

Est etiam regis Reccesvinthi nummus eum hac inscriptione: RECCESVINTHVS REX: Ex altera parte: EMERITA. PIVS. Sunt qui dicant appellatum Pium ob hoc concilium Emeritæ coactum. De ea Plinius, Strabo, Mela, & ceteri recentiores. Hodie ruinæ docent fuisse nobilissimam coloniam; nulli episcopo subditur, sed ordini militiæ divi Iacobi, sub priore Legionensi.

Concilium Emerit. confirmatur ab Innocent. III. b *Anno* 18.] Convenit cum nostra chronologia Nam anno 687. Reccesvinthus regnum suscepit; deinde 18. concilium hoc est coactum; qui efficiunt 705. annos Quoniam multum hujus concilii robur & auctoritatem confirmat epistola Innocentii III. ad Petrum Compostellanum archiepiscopum, quæ invenitur in registro Romæ excuso, lib. 2. eam hic ad verbum exscribendā curavimus. Bracarensis episcopus dicebat, concilii Emeritense, neque constructionem, neque sensum, neque latinitatem habere.

PETRO COMPOSTELLANO ARCHIEPISCOPO.

Epistola Innocent. III.

Licet unum sit corpus ecclesiæ, in quo Christus est caput, & universi fideles sunt membra, ille tamen qui a Christo petra dictus est Petrus, & a Christo capite vocatus est caput, ipso testante, qui ait: *Tu vocaberis Cephas*: quod secundum unam interpretationem exponitur caput: quia sicut plenitudo sensuum abundat in capite, ad cetera vero membra pars aliqua plenitudinis derivatur, ita ceteri vocati sunt in partem solicitudinis, solus autem Petrus assumptus est in plenitudinem potestatis: ad quem velut ad caput majores ecclesiæ causæ non tam constitutione canonica, quam institutione divina merito referuntur. Inter quas illa non minima reputatur, quæ inter Compostellanam & Bracarensem ecclesias, super quatuor episcopatibus, videlicet Conimbriensi, Lamecensi, Visensi, & Egitaniensi, ex delegatione sedis apostolicæ longo fuit tempore sub diversis judicibus ventilata: quam nos, auctore domino, te, frater, archiepiscopo Compostellano, & venerabili fratre nostro Martino Bracarensi archiepiscopo, pro definitione hujus causæ præsentibus, exacta diligentia curavimus terminare. Petebas siquidem a dicto Bracarensi archiepiscopo quatuor præfatos episcopatus; asserens eos ad Compostellanam ecclesiam jure metropolitico pertinere. Tuam autem intentionem fundare multipliciter nitebaris, per privilegia, per concilia, per historias, per divisiones, per famam, & per sententiam. Volens enim apostolica sedes Compostellanam ecclesiam, pro reverentia B. Iacobi apostoli, cujus venerandum corpus in ea conditum requiescit, speciali privilegio decorare, dignitatem Emeritensis metropolis, quæ peccatis exigentibus a longis retro temporibus usque nunc barbarica tenetur feritate captiva, eidem ecclesiæ cum integritate Lusitaniæ provinciæ liberali concessione donavit: sicut privilegia felicis memoriæ Callisti papæ prædecessoris nostri liquido protestantur; tres de suffraganeis episcopatibus exprimens nominatim, videlicet Conimbriensem, Salamantinensem, & Abulensem, qui soli tunc in confessione Christiani nominis permanebant; ceteros autem generali donatione concludens. Hos autem episcopatus, de quibus quæstio vertebatur, ad Emeritensem pertinuisse metropolim, per Emeritense nitebaris concilium demonstrare, in quo duodecim episcopi, qui convenerant, se omnes esse de Lusitaniæ provincia profitentur, dicentes in primo capitulo: Convenientibus nobis omnibus Lusitaniæ provinciæ episcopis, &c. qui post universa statuta concilii, omnes cum suo metropolitano subscribunt, tam ex nomine sedium, quam etiam ex nomine personarum. Inter quos Conimbriensis, Egitaniensis, Lamecensis expresse subscribunt. In octavo quoque capitulo ejusdem concilii continetur, quod supplicante sanctæ memoriæ Orontio episcopo, rex Reccesvinthus inductus est, ut reduceret, atque restauraret episcopos hujus provinciæ Lusitaniæ, ad suæ provinciæ nomen, atque concilium: & sic demum secundū canonicas regulas, decreto synodico, judicii formula, & suæ clementiæ confirmatione, ad nomen provinciæ, suamque metropolim sunt reducti. Quibus verbis indubitanter exprimi asserebas, quod hi quatuor episcopatus, qui usque tūc fuerant sub nomine provinciæ Gallæciæ, per sententiam sunt reducti synodicam. Quorum unus, videlicet ex reductis, exprimitur fuisse Selva Egitaniensis episcopus, qui est unus de quatuor quos omnes eadem quæstio apprehendit. Et ad majorem expressionem in subscriptionibus post metropolitanum Selva primus cum tali adjectione subscribit: Ego Selva Egitaniensis episcopus pertinens ad metropolim Emeritensem una cum archiepiscopo meo Proficio subscribo. Et quisque sequentium dicit ita: Similiter subscribo; intelligens totum cum verbo; id est, pertinens ad Emeritensem metropolim. Isidorus autem in chronicis de Gothis, titulo de Suevis, testatur, quod Remismundus ad Lusitaniam transiit, Conimbriam pace deceptam diripit, Vlyxibona quoque ab eo occupatur. Per quod videtur ostendi, quod tam Conimbria quam Vlyxibona consistit in Lusitania. Plinius quoque narrat in libro secundo naturalis historiæ, circa finem, quod Durius e maximis Hispaniæ fluminibus juxta Numantiam lapsus, dein Lusitanos a Gallæcis disterminat. Per quod aperte monstratur, quod cum quatuor episcopatus prædicti sint ultra Durium, non in Gallæcia, sed in Lusitania sunt provincia constituti. Divisiones etiam multas produxisti de locis (ut asseris) non suspectis assumptas, & exhibitas sub testimoniis & sigillis authenticis: quæ connumerant hos quatuor episcopatus inter Emeritensis ecclesiæ suffraganeos, & eosdem ipsi metropoli evidenter assignant. Per testes etiam ab adversa parte productos ostendere voluisti, quod publica fama testatur hos episcopatus ad Emeritam spectavisse. Felicis quoque memoriæ Cælestinus papa prædecessor noster, cum in minori ordine constitutus legationis officio in Hispania fungeretur, de hac causa cogno-

Ioan. 1.

Anno Christi 666. Calixtus secundus Burgundus electus anno domini 1119.

Isidorus chronic. Goth.

Plinius.

Divisiones.

Fuit Cælestinus Romanus, anno domini 1191.

ANNO CHRISTI 666.

scens, pro Compostellana ecclesia contra Bracarensem sententiam promulgavit, sicut per multos testes tu ipse nixus es eo comprobare. Verum ex adverso dictus Bracarensis archiepiscopus rationes hujusmodi frivolas asseverans, nixus est eas multipliciter infirmare; proponens quod privilegia donationis per suppressionem veritatis, & falsitatis expressionem, a Callisto papa fuere subrepta. Suppressum est enim verum in illis de duobus præcedentibus privilegiis, quæ felicis recordationis Paschalis papa, super redintegratione ipsorum episcopatuum concesserat in perpetuum ecclesiæ Bracarensi: de possessione quoque, quam eo tempore in præfatis episcopatibus ecclesia Bracarensis habebat; quorum alterum per privilegia, reliquum vero per testes & instrumenta sufficienter ostendere satagebat. Expressum autem erat in illis falsum, in eo quod Conimbriensis episcopatus dicebatur ad Emeritam pertinere; cum idem Bracarensis multis rationibus astruere niteretur, tam Conimbricam, quam tres alios episcopatus ad metropolim respicere Bracarensem. Intantum enim Paschali papæ, qui privilegia super redintegratione prædictorum episcopatuum ecclesiæ Bracarensi concessit, constitisse videtur hos episcopatus ad eamdem Bracarensem ecclesiam pertinere, quod ipse in literis quas direxit Gunsalvo Conimbriensi episcopo, manifeste testatur, quod constat Conimbriensem ecclesiam in Bracarẽsis provinciæ catalogo contineri. Unde quia Toletanus archiepiscopus ad mandatum ipsius Conimbriensem episcopum non restituerat ecclesiæ Bracarensi, privavit ipsum legationis officio: ut Bracarensis archiepiscopus liberius in provincia sua justitiam exerceret. Emeritense vero concilium non esse authenticum multipliciter asserebat: tum quia non invenitur in aliquo authentico libro inter alia concilia contineri: tum quia nec constructionem, nec sensum, nec latinitatem in plerisque locis continere probatur: tum etiam, quia contra canonicas sanctiones, & apostolicæ sedis primatum, aliquid videtur in eo esse statutum contra episcopum qui non venerit ad concilium; ut videlicet a metropolitano debeat in cella retrudi. Per undecimum quoque Toletanum concilium, quod constat authenticum, nitebatur illud Emeritense concilium improbare ratione temporis, quod in utroque reperitur expressum, cum simul utrumque stare non possit: objiciens contra illud nonnullas alias rationes. Historias autem inductas sane, ac veraciter intellectas, nihil ad propositum valere dicebat: sicut & per quasdam alias historias ostendere nitebatur: cum & judex ecclesiasticus ad gentilium præsertim historias non debeat se convertere, quando per constitutiones canonicas, vel scripta Romanorum pontificum, aut sacras auctoritates doctorum ecclesiasticum potest negotium terminare. Divisiones etiam, quas pro se pars tua induxit, invalidas asserebat: tum quia longe plures, & evidentiores divisiones pro sua sunt parte productæ: tum etiam quod in eodem quaterno, quem contra sæpedictum Bracarensem archiepiscopum produxisti, Lucense concilium est inventum: in quo episcopatuum Gallœciæ fuit facta divisio, per quam episcopatus de quibus agitur ad Gallœciam provinciam pertinere monstrantur. Famam vero dicebat contra se nullatenus esse probatam: sed nec sententiam præfati legati alicujus fuisse momenti, cum in scriptis non inveniatur fuisse redacta, quamvis super tanto dicatur negotio fuisse prolata: unde nec nomen habere meretur. Nec obstat si forte dicatur, quod fuerit amissa: quia qui casum allegat, debet casum probare. Testes autem qui de ipsa loquuntur sententia, inter se omnino discordant, & in dicto, & in tempore, & in loco. Præterea cum talis sententia non intelligatur super proprietate fuisse prolata: quia præsumi non debet, ut apostolicæ sedis legatus tam arduum negotium, & difficile, velut indiscussum subito definierit: cum etiam pars tua postea literas apostolicas impetrarit, quibus districte præcipiebatur archiepiscopo Bracarensi, ut hos episcopatus Compostellano archiepiscopo restitueret, & facta restitutione, si super hoc agere vellet, ordine posset judiciario experiri, patet quod illa sententia super possessione dumtaxat causa contumaciæ fuit lata, quod ipsi testes magis dicere comprobantur. Unde cum Bracarensis ecclesia se postea judicio præsentaverit, & causa postmodum fuerit ab apostolica sede commissa, mora purgata, talis sententia expiravit. His aliisque rationibus intentionem tuæ partis multipliciter elidere nitebatur. Unde licet auctore non probante, is qui convenitur, etsi nihil præstiterit, absolvatur: ad ostendendam tamen evidentius suæ partis justitiam, hos episcopatus ad Bracarensem metropolim pertinere satagebat ostendere, per privilegia videlicet, & concilia, confessiones, & divisiones, præscriptiones, & instrumenta. Si enim privilegia privilegiis conferantur, sua dicebat privilegia debere præferri, cum & plura sint numero decem, videlicet Romanorum pontificum; inter quæ post tria privilegia Paschalis secundi, est & privilegium Callisti papæ, qui nominatim hos episcopatus redintegravit, & confirmavit ecclesiæ Bracarensi. Quorum videlicet privilegiorum septem sunt redintegrationes, & confirmationes, tria vero sequentia, videlicet Eugenii, Hadriani, & Alexandri sunt etiam concessiones perpetuæ, per quas totum videtur negotium definiri. In secundo vero Bracarensi concilio, de quo non dubitatur quin sit authenticum, continetur expressum, quod episcopi Gallœciæ cum suis metropolitanis ad illud concilium convenerunt, & in eorum numeratione isti quatuor continentur, qui post statuta concilii cum aliis coepiscopis, tam ex nomine personarum, quam ex nomine sedium expresse subscribunt. Unde liquido patere dicebat, quod & Gallœciæ sunt provinciæ, & ad metropolim pertinent Bracarensem. Confessus es etiam tu ipse frequenter in jure, quod omnes episcopi, qui primo Bracarensi concilio adfuerunt, indubitanter pertinent ad metropolim Bracarensem: sed per quoddam capitulum secundi concilii Bracarensis, aperte probatur, quod hi quatuor interfuerunt primo concilio Bracarensi, tum ad secundum concilium Bracarense convenisse dicantur episcopi, tam ex Lucensi synodo, quam etiam Bracarensi: & inter eos qui ex Bracarensi synodo convenisse dicuntur, isti quatuor nominantur. Porro secundum Bracarense concilium non præcessit Bracarensis synodus, nisi prima. Constat ergo quod isti quatuor fuerunt in prima synodo Bracarensi. Unde videtur colligi manifeste, quod isti quatuor, juxta præmissam confessio-

[Left margin notes:] Paschalis secundus, [...]scus, anno domini [...]. tenuit [...]dem. — [Co]ncilium [Em]eritẽse. — [Ca]non 7. [con]cilii. — [Co]ncilium [Tol]et. XI. [ha]bitum est [...] 713. ut [...] manu[scri]pto con[cilio] Emeri[ten]se æra [...]4. — [Lu]cense [con]cilium. [...] eo facta divisio [...]ium [Ga]llœciæ.

[Right margin notes:] Eugenius tertius Pisanus anno domini 1145. Hadrianus quartus Anglus anno domini 1154. Alexander tertius Senensis anno domini 1156. Concilium Bracarense II. habitum æra 610. anno 2. Mitonis regis Suevorum conc. Brac. I. habitum æra 599.

ANNO CHRISTI 666.

fessionem tuam, indubitanter pertinent ad ecclesiam Bracarensem. Scriptura quoque Lucensis concilii, quæ continetur in libro a tua parte producto, indicat hos quatuor episcopatus, secundum divisionem quam facis, ad Bracarensem metropolim pertinere: quam etiam divisionem tres Romani pontifices dicuntur in privilegiis Bracarensi ecclesiæ confirmasse. Pluralitatis quoque ratio, secundum quam dicitur, quia prævalet sententia plurimorum, divisiones suas, quæ longe plures sunt numero, præfert divisionibus partis tuæ. Sed & ratione temporum ei perpetuum silentium imponere nitebatur: cum a primo Bracarensi concilio usque ad Emeritense concilium, per spatium 107. annorum, hos quatuor episcopatus Bracarensis ecclesia deberet possedisse. A tempore quoque Paschalis secundi, qui hos episcopatus redintegravit ecclesiæ Bracarensi, usque ad tempora trium judicum, quibus hæc causa fuit primo commissa, præscriptionis tempus constat fuisse completum, per quod ecclesia Bracarensis hos episcopatus juxta suam assertionem inconcusse possedit. Rescripta quoque Paschalis transmissa Toletano archiepiscopo & episcopo Conimbriensi, de quibus est superius prælibatum, idipsum (ut asserit) evidenter ostendunt. Porro tu respondebas, quod post latam pro te ab apostolicæ sedis legato sententiam, jam non tenebaris ad has, aut alias rationes, quæ contra rei judicatæ auctoritatem inducebantur, aliquid respondere: nisi quod sine præjudicio tuo, licet ex abundanti satisfacere sustinebas, asserens possessionem Bracarensis ecclesiæ per testes non esse probatam, cum quidam testium ad probationem inveniantur inutiles, alii vero probentur mendaces. Literæ quoque Paschalis, quibus eamdem possessionem astruere satagebat, contrarium potius astruere videbantur. Sed & privilegia Paschalis ejusdem, quæ suæ concessionis privilegium præcesserunt, in multis reprehensibilia denotabas: primo secundum formam, & in bulla, & in scriptura: secundo juxta continentiam, & in enumeratione sedium, & in falsitate suggestionum. Persona quoque quæ illa privilegia, videlicet secundum & tertium, impetravit, merito suæ pravitatis reddidit illa suspecta. Mauricius scilicet, qui postea fuit hæresiarcha in apostolicam sedem intrusus, qui qualis extiterit, literæ Gelasii papæ missæ ad Viennensem archiepiscopum aperte depingunt. Præterea contra rei judicatæ auctoritatem impetrata sunt illa rescripta, sicut probatur per Emeritense concilium: in quo per decretum synodicum, & judicii formulam, secundum canonicas regulas, illi episcopi videntur fuisse reducti. Postremo dicti legati sententia lata est contra ipsa: quibus, si tunc fuerunt exhibita, derogatum est per sententiam: si autem exhibita non fuerunt, occasione instrumentorum noviter repertorum auctoritas rei judicatæ non potest ulterius attentari. Tua vero privilegia multipliciter asserebas omni suspicione carere, quorum veritas constat ex apostolicæ sedis archivis: in cujus regestis fideliter continentur, quæ adversæ partis privilegiis comparata, certa debent ratione præferri: quia tunc sunt privilegia donationis certa & absoluta: sua vero sunt privilegia confirmationis, seu redintegrationis conditionalia tantum & respectiva. Nec oportebat in tuis privilegiis fieri mentionem suorum

Brac. I coactum est æra 599. Emeritense æra 704. Unde recte connumerat, excludendo ultimos annos.

Mauricius Gallus Bracarensis episcopus.

præcedentium: quibus nihil juris acquirebatur quod istis posset obsistere; cum & alias nullius debeant reputari momenti. Nam inter scripturas quæ parilitatis aliquid habere videntur, scilicet in literis commissoriis, invenitur hoc observari. Secundum vero Bracarense concilium, quod in superficie tantum dicebas tibi posse aliquatenus obviare, fideliter intellectum asserebas tibi nequaquam obsistere: cum illa verba quibus episcopi Gallœciæ dicebantur ad aliud concilium convenisse, notarii, tantum seu compilatoris extiterint, quæ non habent auctoritatem concilii; cum in toto concilio nihil inveniatur statutum vel factum omnino, quod a recognitione pertineat, ut isti sint de Gallœcia, vel ad metropolitanum Gallœciæ quoquo modo pertineant. Respondebas etiam aliter, quod quia rex Gallœciæ, ut ex veteribus constare dicebas historiis, occupaverat de provincia Lusitaniæ has quatuor civitates, ad eas sui regni nomen extenderat: ut per quamdam æquivocationem totum etiam regnũ Gallœciæ diceretur: & ita non secundum limitationem provinciæ, sed secundum occupationẽ regni, dicti sunt illi episcopi de Gallœcia. Quod inde maxime comprobari dicebas, quia postquã illa regnorũ scissura, quæ huic nominationi causam præstiterat, est sublata, reductæ sunt hæ civitates ad suæ nomen provinciæ, ut jam non Gallœciæ, sed Lusitaniæ nominentur: sicut aperte probari dicebas ex sequenti postea Emeritensi concilio, in quo dicuntur ad provinciæ suæ nomen reducti. Nec ex eo probantur ad Bracarensem metropolim pertinere, quia interfuerunt concilio Bracarensi vel etiam subscripserũt: cum constet Narbonensem per multa tempora venisse ad concilia Toletana; nec tamen Toletana metropolis aliquid juris habuit in ecclesia Narbonensi, sed mandato regum illa fiebant: quod magis violentum quam justum præsumitur extitisse. Prædictam vero confessionem, qua recognovisti in jure omnes episcopos qui interfuerunt primo concilio Bracarensi indubitanter ad Bracarensem metropolim pertinere, in nullo tibi posse præjudicare dicebas: quia sive concilium intelligantur personæ, sive statuta, stare non potest quod ad secundum Bracarense concilium episcopi tam de Lucensi quam de Bracarẽsi concilio convenissent: sed per illam enormitatem, quæ statuta fuit in suo Lucensi concilio, mandaverat rex, propter dilationem provinciæ, ut sex episcopatuum sui regni pontifices facerent concilium apud Lucum, & sex alii apud Bracaram, & ideo dicebantur sex ad unum concilium, & sex ad aliud pertinere; & de utroque concilio apud Bracaram, quasi de utraque cõcilii assignatione venisse. Cujusmodi significationem nominis approbari dicebas ex epistola quam Martinus Bracarensis archiepiscopus ex certa scientia dirigit ad episcopos Lucensis concilii: non quod tunc celebraretur ibi id consiliũ, cum idem Martinus legatur illi concilio adfuisse: sed ad episcopos, qui tenebantur ex prædicto regis mandato, temporibus suis illuc ad concilium convenire. Emeritense vero concilium authenticum esse multis rationibus astruebas; tum quia cum aliis conciliis continetur in libro, qui corpus canonum appellatur, quem Alexander papa per interlocutionem authenticum approbavit: tum quia de ipso concilio sumptum est illud capitulum: Priscis quidem canonibus, quod continetur in corpore decretorum. Un-

Narbon[ensis ec]c[lesia] non su[bje]cta Tol[etanæ me]tropoli.

de respondens ad rationes præmissas, quæ contra hoc concilium sunt objectæ, omnes quasi frivolas ostendere nitebaris. Divisiones autem, quæ pro Bracarensi ecclesia sunt productæ, omnes de locis sibi subjectis, & ideo suspectis proponebas assumptas; in quorum armaria, propter hanc causam facile potuerunt corruptæ submitti. Tuæ vero divisiones omnes sunt secundum statum antiquum, vel de locis non tibi, sed sibi subjectis assumptæ. Vnde amplius illis contra se credi debet, vel de remotis provinciis, apud quas non extitit causa corruptionis, vel suspicionis prædicta: quas etiam protulisti sub testimoniis & sigillis authenticis, quibus & canones & veteres scripturas concordare dicebas. Præscriptiones autem, ex quibus etiam adversus verum dominum competit actio, ne dum, quod exceptio competat præsidentibus, multis rationibus annullabas, asserens quod Bracarensis ecclesia in prædictis episcopatibus nullam possessionem obtinuit, & ideo nihil in eis omnino præscripsit. Deinde si possessionem aliquam habuisset, sententia quæ super his lata probatur, ex Emeritensi concilio vim præcedentis præscriptionis penitus vacuasset. Sequentis vero præscriptionis effectum præfati legati sententia penitus interrupit. Ipse vero archiepiscopus Bracarensis contra reductionem episcoporum, quæ dicitur in Emeritensi concilio decreto synodico, & judicii formula facta fuisse, multipliciter allegabat. Primo quia synodus illa, cujus auctoritate dicitur facta fuisse reductio, nequaquam apparet, nec scitur a quibus, vel ubi, vel quando, vel quare fuerit celebrata; utrum generalis, an provincialis extiterit: & utrum auctoritate Romani pontificis, an alicujus tantum archiepiscopi fuerit ordinata. Deinde si mentio fiat in aliquo documento de alio, nihil ex secundo probabitur documento, nisi & primum, de quo mentio facta fuerat, proferatur. Præterea cum secundum concilium Bracarense præcesserit Emeritense concilium, & celebrius habeatur; ut de quo plura sunt assumpta capitula in corpore decretorum, patet profecto quod illud debet isti præferri: nec illi per istud potest in aliquo derogari, sicut cautum habetur in canone: quia quoties in gestis conciliorum discors sententia invenitur, illud est præferendum, cujus antiquior & potior extat auctoritas. Rursus non probantur ullatenus isti quatuor episcopi reducti, sed de solo Selva Egitaniensi episcopo dicitur, quod unus fuerit de reductis: & ipse solus in subscriptione profitetur expresse, se ad Emeritensem metropolim pertinere: quamvis & ipse Selva Egitaniensis episcopus non intelligatur unus de reductis ad Emeritanam metropolim, sed potius ad diœcesim propriam, sicut ex eodem capitulo Emeritensis concilii comprobari dicebat; in quo de illo dicitur, quod ad debitam diœcesim rediit. Cum igitur synodus illa minime proferatur, cujus judicio & decreto in Emeritensi concilio dicuntur reducti, patet quod illa reductio per Emeritense concilium non probatur. Ad hæc respondebas, quod major est auctoritas approbati concilii, quam unius solummodo documenti: & ideo dubitari non debet, quin verum sit quod asseritur ab episcopis in concilio congregatis: a quibus asseritur illa reductio facta fuisse decreto synodico, judicii formula, secundum canonicas regulas: sicut & dicitur in primo concilio Bracarensi quod Theoribius notarius a papa Leone ad synodum Gallœciæ missus fuit: nec tamen illa synodus invenitur. Et in primo concilio Toletano mentio fit de statutis Lusitanorum episcoporum, & tamen non invenitur synodus, in qua illa fuerint constituta. Moyses quoque in libro Numeri mentionem facit de libro bellorum domini, qui tamen nusquam apparet, & tamen creditur ita fuisse, sicut Moyses narrat in illo volumine contineri. Auctoritas autem alicujus concilii non ex eo solo major existit, quod extat antiquior, sed quod potior. Alioquin Bracarense concilium Lateranensi concilio præferretur: sed illorum duorum conciliorum par extat auctoritas: cum provinciale fuerit utrumque, & ambo dicantur pariter ab apostolica sede recepta. Cum autem inter episcopos Emeritensis concilii tantum hi quatuor inveniantur inter episcopos Gallœciæ nominati, sicut dicitur in secundo concilio Bracarensi, patet quod de his quatuor debet intelligi, quod ad nomen provinciæ sunt reducti: quia non possunt intelligi fuisse reducti, nisi qui fuerunt abducti. Vnde facta reductione in III. concilio Bracarensi quod secutum est Emeritense concilium, nullum istorum quatuor legitur extitisse. Postquam igitur hæc, & alia fuerunt utrimque prudenter ac subtiliter allegata, quorum multa propter prolixitatem superfluam in hac pagina prætermisimus annotare, partes ad amicabilem compositionem induximus diligenter: quæ tandem per Dei gratiam, nostra solicitudine mediante, ad hanc compositionis formam libera voluntate venerunt: ut de quatuor prædictis episcopatibus duo assignarentur Compostellanæ metropoli, & duo relinquerentur metropoli Bracarensi. Nos autem habito super hoc cum fratribus nostris diligenti tractatu, compositionem ipsam duximus approbandam, intelligentes eam æquitati canonicæ concordare. Cum enim Visensis episcopus cum episcopis Gallœciæ interfuerit secundo concilio Bracarensi, & Emeritensi concilio non adfuerit, in quo plenus suffraganeorum numerus Emeritensis metropolis legitur adfuisse: unde nec potest unus de reductis intelligi: cum etiam inter alios suffraganeos Bracarensis ecclesiæ in suis privilegiis numeretur, in privilegiis autem Compostellanæ ecclesiæ Visensis episcopus nullatenus habeatur, sæpe dictum archiepiscopum Bracarensem, nomine Bracarensis ecclesiæ, ab impetitione tua nomine Compostellanæ ecclesiæ super eodem episcopatu duximus absolvendum; tibi super hoc perpetuum silentium imponentes. Lamecensis autem, & Egitaniensis episcopatus, quos ad Emeritensem pertinuisse metropolim certis didicimus rationibus, & validis argumentis, de consilio fratrum nostrorum adjudicavimus Compostellanæ metropoli; ipsum Bracarensem archiepiscopum super illis nomine Bracarensis ecclesiæ condemnantes: episcopatum autem Conimbriensem, licet eisdem rationibus cognoverimus ad Emeritensem spectavisse, quia tamen Iriensis episcopatus auctoritate sedis apostolicæ subtractus est ecclesiæ Bracarensi, & sede mutata pro beati Iacobi reverentia, totus concessus est Compostellanæ, in recompensationem ipsi archiepiscopo, & ecclesiæ Bracarensi concessimus perpetuo retinendum. Intantum autem illa forma compositionis tibi complacuit, quod pro bono pacis liti cessisti,

III. conc. Bracarense, æra 71[illegible].

ANNO CHRISTI 666.

cessisti, & petitioni renuntiavisti omnino, super duabus ecclesiis, videlicet sancti Fructuosi, & sancti Victoris, & medietate Bracaræ cum pertinentiis suis omnibus, de quibus cum aliis fuit facta commissio; refutans quidquid juris in illis habuisti, vel potuisti habere: renuntians quoque sententiæ, quæ super eis pro Compostellana ecclesia contra Bracarensem fuerat promulgata; super qua coram nobis aliquamdiu fuerat litigatum. Nulli ergo, *&c.* definitionis, absolutionis, & concessionis, *&c.* Datum Lateran.

Cap. 2. Tempus vespertini officii.

c *Vespertino tempore.*] De vespertinis officiis, & lucernario (hoc est enim lumen oblatum) vide notam a nobis positam concil. Tolet. I. cap. 19. Offerebatur vero lumen his verbis, ut a Basilio traditur lib. de Spiritu sancto, cap. 29. *Laudemus Patrem, & Filium, & sanctum Spiritum.* De sono & vespertino officio in breviario Isidoriano Mixtarabum agitur. Fiebat vespertinum officium post lumen oblatum, ut hic dicitur: unde constat antiquitus vesperas post solis occasum ad finem diei decantari solitas. Id innuit Chrysost. hom. 19. ad populum Antioch. & hom. 14. in 1. ad Timoth. *Tertiam* (inquit) *Sextam, Nonam, & vespertinas orationes celebrant,* (loquitur de monachis) *& in quatuor partes diem dispartiti, dum singulæ partes implentur, & psalmodiis, & hymnis Deum venerantur.* Hæc Chrysostomus: quibus verbis vespertina oratio ultimæ diei parti tribuitur. Idem Augustinus in psal. 29. ad ea verba: *Ad vesperum demorabitur fletus:* affertque illuc Marci 1. *Vespere autem facto, cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes.* Idem Chrysologus sermone 74. & 75.

Cap. 2. Sonus quid.

d *Quam sonum.*] Isidorus in regula monachorum, quam apud me habeo manuscriptam, cap. 6. de officio sic habet: *In vespertinis officiis, primo lucernarium, deinde psalmi duo, responsorius unus, & laudes, hymnus, atque oratio dicenda est. Post vespertinum autem, congregatis fratribus, oportet vel aliquid meditari, vel de aliquibus divinæ lectionis quæstionibus disputare, conferendo pie & salubriter, tantumque meditando, disputandoque immorari, quoadusque completorii tempus possit occurrere.* Illud quod ab Isidoro vocatur laudes, est sonus. Id clare constat ex breviario Isidoriano, quod Mozarabum dicitur: ubi in regula de vespertino officio sic dicitur: *Dies sive sit festivalis, sive privata, semper hora incipiunt a vespertinis ante diem: & principium fit per invocationem Iesu Christi, oratione dominica præcedente, submissa voce dicendo: Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster. Et alta voce: In nomine domini nostri Iesu Christi, lumen cum pace, hoc est, lumen oblatum. Respondetur a circumstantibus: Deo gratias. Et presbyter dicit: dominus sit semper vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Et ordo vesperorum, sive sit festum, sive non, sequitur per hunc modum. Primo dicitur psalmus, sive vespertinum, quod idem est: quo finito, presbyter dicit, Dominus sit semper vobiscum. Respondetur: Et cum spiritu tuo. Statim dicitur sonus, si sit festum, eo quod dies ferialis caret sono; nisi in tempore resurrectionis propter solennitatem dicitur. Hæc regula. Sonus est; Venite exultemus domino, jubilemus Deo salutari nostro. Vers. Præoccupemus faciem Dei in confessione, & in psalmis jubilemus Deo.* Forte dictus, quia sonora voce decantabatur.

Cap. 3. In missa pro regibus est orandum.

e *Per bonam dispositionem.*] Sic statutum est conc. Tolet. XVI. cap. 8. ut missæ per totam Hispaniam pro rege ejusque filiis quotidie celebrentur, nisi in die passionis domini. Orare pro regibus antiquissimum ecclesiæ institutum est, ex illo Pauli 1. ad Timoth. cap. 2. *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt; ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.* Inde ecclesiæ mos est ab apostolis acceptus, in sacrificio corporis & sanguinis Christi, pro regibus indesinenter orare. Id tradit Clemens lib. 8. constit. cap. 12. Hunc morem probat Chrysost. in superiorem locum Pauli, & in liturgia Basilii dicitur: Memento, domine, piissimi & fidelissimi imperatoris. Idem Ambros. lib. 4. de sacram. cap. 4. & Arnobius lib. 4. adversus gentes. Bonifacius papa epist. ad Honorium: in concilio Rhemensi, can. 4. idem.

Cap. 4. Placitum quid.

f *Placitum.*] De placito superius diximus concilio Toletano II. cap. 10. ubi dicitur, *Quod unusquisque qui ad ecclesiasticos ordines est accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam placiti sui innodatione promittat, se in fide catholica sincera cordis devotione custodienda juste semper & pie victurum, & in nullis operibus suis canonicis regulis contradicturum, debitumque per omnia honorem, atque obsequii reverentiam præeminenti sibi impensurum.* Vide etiam concilium Tolet. IV. cap. 26. & concil. Trident. sess. 24. cap. 12. & sess. 25. cap. 2.

g *Per metropolitani voluntatem.*] Metropolitani munus est ad concilium episcopos vocare per epistolas: de quibus dicitur concil. Tarraconen. cap. 6. & 13. *Epistolæ tales per fratres a metropolitano sunt dirigendæ, ut non solum a cathedralibus ecclesiæ presbyteris, verum etiam de diœcesanis ad concilium trahant, & aliquos de filiis ecclesiæ sæcularibus secum adducere debeant.* Concil Milevit. cap. 9. & infra cap. 7. & in septima synodo cap. Quoniam. Habetur dist. 18. & concilio Agathensi can. 35. Si episcopus metropolitanus, &c. & in Martini excerptis, cap. 18.

Teneri ab infirmitate.] Infirmitas, aut regia jussio excusat episcopum, ut concilio provinciali non adsit. Tridentina synodus etiam eos excepit, quibus cum periculo imminenti transfretandum esset. Infirmitate episcopus excusatur concil. Laod. can. 40. & habetur dist. 18. cap. Non oportet, & concil. Calch. cap. 19. actionis decimæ quintæ. Concilio etiam Tarraconensi cap. 6. excusatur episcopus gravi necessitate implicatus. Propter ætatem etiam excusatur, ex concil. Carthaginensi V. cap. 10. *Placuit ut quotiescumque congregandum est concilium, episcopi qui neque ætate, neque ægritudine, neque alia graviori necessitate impediuntur, competenter occurrant.*

i *Diaconum ad suam personam dirigat.*] Eo quod concilio Nicæno can. 20. apud Rufinum lib. 10. hist. eccles. cap. 6. scriptum est: *Ne diaconi presbyteris præferantur, nec sedeant in consessu presbyterorum, aut illis præsentibus eucharistiam dividant.* Apud Gratianum can. Pervenit. dist. 93. concil. Arelat. II. can. 15. *In secretario diacono inter presbyteros sedere non liceat, vel corpus Christi præsente presbytero tradere non præsumat.* De hac re Thom. 3 p. quæst. 82. art. 3. Vnde hic cavetur ne vicarii episcoporum esse debeant: quia non possunt in concilio inter presbyteros a tergo episcoporum sedere. In conciliis tamen Toletanis diaconi vicem episcoporum gerentes pro iis subscribunt: ut quinto Petrus agens vicem episcopi sui Antonii, in sexto Vvamba diaconus, in septimo Clemens, Ambrosius, & Aquila diaconi: sicque in aliis alii.

k *Pro diebus festis.*] Sic constitutum est concil. Tolet. XIII. cap. 8. ut admonente metropolitano, pro festivitatibus summis, pascha scilicet, pentecoste, & nativitate domini celebrandis, sive pro causarum negotiis, seu pro pontificibus consecrandis, vel pro quibuslibet ordinationibus principis venire non contemnant; excepta inevitabili necessitate infirmitatis, quæ testibus possit comprobari.

l *Semel in anno fieri concilium.*] Concil. Nicæn. cap. 5. ex historia Rufini presbyteri, ut per singulos annos in quibuscumque provinciis concilia celebrentur, unum ante quadragesimam paschæ, secundum circa tempus autumni. Postea idem can. 38. apostol. Semel quarta septimana pentecostes: secundo vero 12. die mensis Hyperberetæi, id est, juxta Romanos, quarto Idus Octobris. Postea id temperatum est, ut semel in anno: demum ut unoquoque triennio concilia provincialia celebrentur, ex constitutione œcumenica Tridentini concilii.

m *Viro Orontio episcopo.*] Orontius fuit Emeritensis episcopus: interfuit VI. VII. & VIII. conciliis Toletanis, ab æra 676. usque ad VIII. Toletanum actum sub Recesvintho, æra 691. Ab Innocentio papa sanctæ memoriæ Orontius dicitur.

n *Archipresbyterum.*] De horum officio agitur lib. 1. decret. Archipresbyter & primicerius archidiacono subduntur, ut constat de officio archidiaconi cap. 1. Vt archipresbyteri. Et de officio primicerii, cap. 1. Vt primicerius. Diximus de archidiacono & primicerio supra. Nam licet archipresbyter ordine sit major quam archidiaconus, quia tamen inferior est dignitate, archidiaconus ei præfertur. Gloss. in cap. Deliberatione, de officio leg. lib. 6. Dominicus & Alexander in cap. fin. 17. dist.

o *Sæculares peragere causas.*] Ne presbyteri causas sæculares inter laicos peragant, cavetur toto titulo decretalium: Ne clerici vel monachi sæcularibus negotiis se immisceant. Sic etiam in canone apostolorum 80. *Dicimus non oportere episcopum aut presbyterum seipsum publicis administrationibus immittere; sed vacare & commodum se exhibere usibus ecclesiasticis. Animum igitur induito hoc non facere, aut deponitor; nemo enim potest duobus dominis servire, juxta præceptum domini.* Et cap. 82. infra dicitur. *Qui retinere voluerit officium Romanum, & functionem sacerdotalem, deponitor.* Idem decreto 22. Moguntiaci concilii sub Carolo Magno, ubi describitur qualis clericorum vita, forma, actus & studium esse debeat. Et concil. Calched. cap. 3. & 7. interdicitur clericis suscipere causas sæcularium negotiorum.

p *Diebus festis.*] Solebant fideles in martyrum vel defunctorum missis offerre & communicare. Concil. Bracar.

I.

I. cap. 9. & Tolet. IV. cap. 32. De divisione autem bonorum ecclesiasticorum diximus fuse supra. Sed adverte consuetudinem offertorii antiquam, quæ etiam nunc durat in ecclesia. & inde obtinuit usus offerendi in missis, post dictum offertorium, quod ante consecrationem fiebat. Concil. Bracar. II. cap. 2. de oblationibus dividendis. Archidiaconus collectam pecuniam de communione accipiebat, & episcopo deferebat, & clericis partes proprias idem distribuebat. Isidorus epistola ad Leudefredum episcopum Cordubensem, & canon apostolorum 3. Fabianus papa epistola 3. ad Hilarium, constituit omnibus diebus dominicis, ab omnibus viris & mulieribus oblationem tam panis, quam vini fieri. Idem in concil. Matisc. canone 4. synod. Gangr. can. 7. & 8. Carpophoriam vocat oblationem ecclesiasticam. Glossarium vocat προσφοράν. Meminit etiam oblationum Tertullianus in apologet. cap. 39. *Modicam* (inquit) *unusquisque stipem menstrua die, vel cum velit, etiam si modo velit, & si modo possit, apponit.* Ex quo loco constat oblationem populi esse ex sua natura voluntariam, ex D. Thom. 2. 2. quæst. 86. art. 1. Tempore Cypriani etiam oblatio erat in usu, ut constat ex lib. de opere & eleemosyna. Idem Hieronym. epist. ad Heliod. & August. epist. 187. apud Gratianum dist. 90. cap. Oblationes, & 10. quæst. 1. can. Antiquos. In offerendo servabatur ordo, ut primum mares, deinde feminæ offerrent, ut constat ex ordine Romano de officio missæ. Fiebat autem oblatio post dictum vel cantatum offertorium; unde offerenda vocabatur.

q *Sufficere possunt.*] Gratianus 10. quæst. 3. *sufficere non possunt*, legit: quam lectionem probavi ante excusum decretum Gregorianum, ductus testimonio concil. Tolet. XVI. cap. 5. & habetur 10. quæst. 3 *Tertia quas antiqui canones de parochiis suis habendas episcopis censuerunt; si eas exigendas crediderint, ab ipsis episcopis diruta ecclesiæ reparentur: si vero eas maluerint cedere, ab earumdem ecclesiarum cultoribus, sub cura & solicitudine sui pontificis reparatio eisdem basilicis adhibenda est. Quod si omnes ecclesiæ aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erant reparatæ extiterint, secundum antiquorum canonum instituta, tertias sibi debitas unusquisque episcopus assequi, si voluerit, facultas sibi omnimodo erit.* Et concilium Bracarense II. cap. 16. *Placuit ut de rebus ecclesiasticis tres æquæ fiant portiones, id est, episcopi una, alia clericorum, tertia in recuperatione vel luminariis ecclesiæ.* Et concil. Tolet. IV cap. 33. & IX. cap. 6. Unde tertia semper ecclesiarum reparationi cessit: episcopus vero, cui sua non sufficiebant, eam ad sui sustentationem & honorem episcopalis dignitatis exigebat.

r *Eorum nomina.*] Quod nomina vivorum & mortuorum citarentur in sacrificio corporis & sanguinis Christi, multis decretis patet. De qua re diximus Tolet. concil. XI. cap. 12. Id constat præsertim ex Innocentio I. epistola 1. ad Decentium episcopum, & Augustino epistola 137. & Gelasio papa epistola ad Anastasium Augustum, & Chrysostomo homil. 6. in cap. 2. epist. 1. ad Timotheum, & aliis. Fundatoribus ecclesiarum multa conceduntur concil. Tolet. XV cap. 2.

s *Libertos debeant facere.*] De libertorum servitute, manumissione, & aliis, multa traduntur concil. Tolet. XV. cap. 11. & sequentibus, & concil. Hispal. II. cap. 8. de Elisseo ex familia Egabrensis ecclesiæ, & concil. Hispal. I. cap. 2.

t *Subscriptiones.*] Subscribunt in hoc concilio aliqui episcopi qui in superioribus interfuerunt: ut Adeodatus Pacensis, qui in VIII. Tolet. & Selva Egiditanæ, qui in eodem VIII. Reliqui aliis successerunt episcopis: ut Asphalius Abelensis, qui successit Amanungo, in VIII. Toletan. Alvarius Caliabriensis Celedonio, in VIII. Tolet. Cantaber Conimbriensis successit Siseberto, in VIII. Donatus Cauriensis Ioanni, in VIII. Exarnus Oxonobensis Saturnino, in VIII. Iustus Salmanticensis Egeredo, in X. Tolet. Proficius Emeritensis Orontio, in VIII. Toletan. Petrus Elborensis Abientio, in VIII. Theodoricus Olysipponensis Cæsario, in X. Tolet. Theodisclus Lamecensis Filimiro, in VIII.

Advertendum etiam æra 704. in provincia Lusitaniæ unacum metropolitana esse duodecim sedes episcopales, nimirum:

Emeritam.	Salmanticam.
Egeditam.	Conimbriam.
Pacem.	Cauriam.
Abelam.	Oxonobam.
Olysipponem.	Elboram.
Lamecum.	Caliabriam.

NOTÆ [u] FRONTONIS DUCÆI S. I.

Et primiclerum in ecclesia.] *primicerium in ecclesia.* Primicerii, notariorum & aliorum, passim inter nomina magistratuum Romanorum, imperatoribus aut Gothis regibus rerum potientibus in Italia, occurrit: unde & ad ecclesiasticas dignitates vox illa traducta, quam etiamnum ecclesiæ quædam, inter quas Metensis, retinuerunt.

ANNO CHRISTI 667.

Cap. 10.

Archidiaconum & primiclerum.] *archidiaconum & primicerium*, ut in concil. Tolet VIII. post abbates & archipresbyterum subscripsit Silicolus primicerius, qui non a prima cera dictus videtur, quod primus in cera scriptus esset, ut neque dicitur testamentum quod testimonium sit mentis, neque vox est conjuncta sed simplex: sed, ut docet Suidas, est πριμικήριος ὁ πρῶτος τῆς τάξεως, qui primus est in ordine forte subdiaconorum, ut archipresbyter præest presbyteris, archidiaconus vero diaconis: vide can. 14. hujus concilii, ubi legendum *primicerius*.

CONCILIUM ROMANUM
IN CAUSA LAPPENSIS EPISCOPI anno Christi DCLXVII. celebratum.

Causa & acta concilii describuntur.

[a] *Concilium.*] Ioannes Lappensis episcopus in Creta, ab archiepiscopo suo injuriam passus, appellavit ad sedem apostolicam, & ne interpositam appellationem ipse prosequi posset, invitus detinebatur. Elapsus tandem venit Romam ad Vitalianum papam, ipsumque obnixe postulavit, atque conjuravit per terribilem adventum magni Dei salvatoris nostri Iesu Christi, ut secundum sacratissimos canones institutaque sanctorum patrum causæ meritum inquireretur, & sententia promulgaretur. Non despexit justam petitionem appellantis Vitalianus; verum deferens ipsius appellationi hanc synodum episcoporum collegit, in qua ejus causa cognosceretur. Post causæ diligentem inquisitionem cognitum fuit ipsum appellantem gravi injuria affectum fuisse; ideoque communi suffragio absolutionis sententiam patres hujus concilii eidem communicarunt. Hæc ex epistola Vitaliani ad Paulum Cretensem supra extante.

VITA, EPISTOLA ET DECRETA
ADEODATI PAPÆ.

[a] ADEODATUS, natione Romanus, ex monachis de patre * Iobiniano, [b] sedit annos * quatuor, menses duos, dies quinque. * Tantæ magnitudinis fuit mitissimus, ac benignissimus, ut omnem hominem a majori usque ad minimum libenter susciperet, peregrinis compassionem * exhibuit, ut etiam unusquisque quod postulavit sine dubio * impetravit. Sed & rogam omnibus ampliavit. Hujus temporibus * Mezzetius qui erat in Sicilia cum exercitu orientali, * intartizavit, & arripuit regnum. * Et perrexit exercitus Italiæ per partes Istriæ, alii per partes Campaniæ, nec non & alii per partes Sardiniæ, & Africæ. Pari modo venerunt * per Siciliam in civitatem Syracusanam, & Deo auxiliante interemptus est nec dicendus Mezzetius. Et multi ex judicibus ejus truncati, perducti sunt Constantinopolim, simul & caput ejusdem Intartæ. [c] Postmodum venientes Saraceni in Siciliam, obtinuerunt prædictam civitatem, & multam occisionem fecerunt * in populo, qui in castra, seu montana confugerant. Similiter & prædam nimiam fecerunt, & æs quod ibidem a civitate Romana delatum fuerat secum tollentes, Alexandriam reversi sunt. Hic ecclesiam beati Petri, quæ est via Portuensi juxta campum Meruli, ut decuit, restauravit, atque dedicavit. Sed in monasterio sancti Erasmi, situm in Cælio monte, in quo * concrevisse visus est prædictus san-

* Iovinia-no,
* 7. m. 2. d. 17.
* in tanta magnit.
* exhiberet.
* impetrare.
* Mezentius
* tyrannizavit,
* Tunc
* in
* in populo vix paucis evadentibus, qui per munitissima castra confugerant, & juga montiũ. Auferentes quoque prædam nimiam, & omnem illum ornatũ æris, ac diversarum specierum, quem Constantinus a Roma navigio detulerat, secũ asportãtes.
* convenisse

ctissimus

ctissimus vir, multa nova ædificia augmentavit, sed * & casalia conquisivit, & in vita sua abbatem, vel congregationem ibidem instituit. Post cujus transitum tantæ pluviæ & tonitrua fuerunt, quales nulla ætas hominum meminit esse, ut etiam homines & pecudes de fulgure interirent. Et nisi per litanias quæ quotidie fiebant dominus esset propitiatus, non potuissent homines triturare, vel in horreis frumenta recondere. Intantum enim crevere hæc mala, ut ex ipsis pluviis denuo legumina renascerentur, & ad maturitatem devenirent, pro quo capti homines mirabantur. Fecit autem o[r]dinationem unam per mensem Decembris, presbyteros 14. diaconos duos, episcopos per diversa loca * quadraginta sex. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die VI. Kalendas Iulias, & cessavit episcopatus menses quatuor, dies * quindecim.

* & multa ibi prædia cōquisivit.

* 43.

* sex.

Notæ Severini Binii.

Adeodatus quando papa factus. " immo an. 671.

a *Adeodatus.*] Anno 669." nona die mensis Aprilis in locum sancti Vitaliani subrogatus est Adeodatus natione Romanus, gratissimus omnibus. Hujus temporibus Constantinopolis per biennium a Saracenis obsessa, tandem per tutelam Dei genitricis obsidione liberata fuit. Theoph. in annalibus.

Tempus sedis.

b *Sedit annos quatuor, &c.*] Alia eaque verior lectio Anastasii, teste Baronio, habet annos septem, menses duos, dies decem & septem. Huic sententiæ subscribit Sigebertus in chronico, qui totidem annos Adeodato attribuit.

Clades Siciliæ quando facta.

c *Postmodum venientes Saraceni in Siciliam.*] Si epistola quæ sub nomine Vitaliani papæ ad monachos Siculos data extat supra vere esset Vitaliani, dicendum foret contra Anastasium hanc cladem Siciliæ insulæ factam esse potius sub Vitaliano quam sub Adeodato.

' Rescriptū *aliis dicitur*

' EPISTOLA ADEODATI PAPÆ AD UNIVERSOS EPISCOPOS GALLIÆ.

De privilegio" quod concessum est abbati monasterii sancti Martini Turonensis.

" ediderunt Massonus, Baronius, Sirmōdus, Binius, & nuper Mōsnyerius ex ipso, ut testatur, autographo, quod servatur in ejusdem ecclesiæ tabulario.

Dilectissimis fratribus universis episcopis in Galliæ partibus commorantibus Adeodatus.

Æquitatis nos admonet norma, quam apprime custodire ' præcipimur, ut canonica sanctorum patrum consulta, præsertim a beatissimis apostolicæ sedis præsulibus, prædecessoribus nostris, qui auctoritatem successione ac vice sacratissimi apostolorum principis Petri per diligentem solertiam nacti sunt, quemadmodum statuta reperimus, intemerata atque illibata custodia conservemus. Sed & quæque a fratribus nostris ecclesiarum episcopis pedisequa dumtaxat imitatione consulta & salubriter ' fuerunt ordinata, utpote ' sancti apostolorum principis licet impares ministerio, firmanda simili ratione decernimus.

' præcipimus

' fuerint

' functi apostolica primatia

Qua ex re dum ' Ægiricus religiosus presbyter & abbas monasterii S. Martini, in quo & venerabile corpus ejus est situm, visendas ex desiderio veniens apostolicas confessiones & atria, nostris se repræsentaret obtutibus, commendationemque fratris nostri ' Crotberti Turonicæ ecclesiæ præsulis obtulisset; supplici voce precatus est, ut ' privilegium apostolica auctoritate ' subnixum ob munitionē venerabilis monasterii quod beatæ recordationis cōfessor Christi Martinus Turonensis ecclesiæ ' episcopus in Gallicanis partibus ad conversorum salutem sui sacratissimi corporis consecratione decoravit, cui nunc præesse se perhibens scriptis ostenderat, ei concedere deberemus.

' Agiricus

' Crotoperti seu Crothperti

' privilegia

' subnixa

' præsul

Parumper autem ambigimus, idcirco quod mos atque traditio sanctæ nostræ ecclesiæ plus non suppetat, a regimine episcopalis providentię religiosa loca secernere. Verum ubi & prædicti fratris nostri Crotberti Turonensis ecclesiæ præsulis ' monasticam libertatem, hoc est liberam dispensandi licentiam scripto concessam religiositate ejus exemplaria proferente comperimus, in cujus volumine & aliorum per Gallicanam videlicet provinciam constitutorum antistitum ad id consensum præbentium subscriptiones subter annexas inspeximus; nullatenus jam exortem rationis ac canonicæ regulæ tantorum episcoporum consonam sententiam fore perpendimus. Propterea & nos erga quod ' iidem fratres nostri reverendissimi ' præsentes conferre providerunt, simili censura ex auctoritate profecto apostolorum principis, cui claves ligandi atque solvendi conditor atque redemptor ' omnibus tribuit, identidem firmari concessimus: ut apostolica fulti auctoritate per privilegii seriem nullas gravedines a quolibet episcoporum sub prætextu discussionis religiosus abbas vel monachi ibidem degentes sustineant: neque rursus hospitandi sibi apud eos licentiam vendicantes, dispendia his atque insolentias angariarum imponant: neque per occasionem regularis disciplinæ rimandæ atque servandæ quaslibet ' importent injurias, sed liberam licentiam habere statuimus, salva profecto monachicarum regularum custodia, religioso abbate, quicumque pro tempore præerit, præfato venerabili monasterio, id procurante, ut erga quod priscæ traditionis ejus articulus continet, & ipse conservare nitatur, & quicumque sub ejus reguntur dispensatione solerter custodire commoneat, districteque compellat.

' mon[asti]cam

' præs[entes]

' omn[ibus]

' cis.

Reverendissimo vero episcopo, in cujus ' parœcia memoratum venerabile monasterium, vel res ejus ac possessiones constiterint, faciendæ tantum ordinationis ac promotionis sacerdotum atque Levitarum, vel conficiendi chrismatis sit tantum concessa licentia. Dispositionem autem venerabilis loci gerere, ac conversationem monachicam exquirere, religioso abbati, ejusque præposito, vel qui probatissimi in eodem monasterio fuerint (quod etiam præsules consona sententia definierunt) decernimus.

' paroch[ia]

Quisquis igitur quolibet tempore (quod nullatenus credimus) hujus decretum privilegii, quod auctoritate apostolica subnixi consentiendo firmavimus, in totum vel in partem temerare tentaverit, suæque præsumptionis audaciam digna emendatione minus correxerit, in perpetuum percellendum vel anathematizandum se noverit, non solum tantorum sententia sacerdotum, sed etiam æquissimo ' condemnationis aculeo: quoniam violare pertinaciter ' visus est, quod salubriter conservare ' debebat. Et ita quoque hujus privilegii sanctio firma & rata indiminute persistat atque permaneat. Erga quod & præcellentissimi totius Galliæ reges (ut scripto comperimus) ad reprimendas laicorum infestationes, edicto præmunire idem venerabile monasterium regali pietate dignati sunt. Bene valete, dilectissimi fratres.

' apo[stoli]cæ

' nisi

' deb[uit]

Nota

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Epistola.*] Collata fuit cum schedis Pithœanis, in quibus extat etiam Chrodoberti ejusdem episcopi Turonensis epistola de judicio mulieris, quæ, postquam consecrata & professa castitatem Deo fuerat conservare, adulterium perpetravit.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Privilegio San-Dionysiano ac præcepto Clodovei II. regis subjecerat Sirmondus monasterii Corbeiensis ad Somonam fundationem & immunitatem, & ad Vitaliani papæ tempora atque in annum Christi 662. Glotarii regis III.2. revocarat. Collector regius, quo consilio ductus? omnia ista posthabuit. Nos ne quid Sirmondianæ editionis desiderari queat, quæ temere sublata fuerant, restituimus, & in Vitaliani papæ pontificatum atque annum natalis domini præter propter 669. conjecimus, cum in iis mentio fiat anni septimi regnante Clotario rege, cujus initia ab anno 662. emergere eruditis chronologis videntur.

MONASTERII CORBEIENSIS

FUNDATIO ET IMMUNITAS.

Clotarii II. regis præceptum de fundatione monasterii Corbeiensis.

CHLOTARIUS rex Francorum, vir illuster. Ad mercedem nostram in Dei nomine credimus pertinere, quidquid pro animæ salute locis sanctorum conferimus, ut ibidem perenniter proficiat, & gloriam Deo auxiliante habere mereamur. Igitur dum nos & præcelsa genitrix nostra, domna Baldechildis regina, monasterium in honore sanctorum Petri & Pauli apostolorum, & sancti Stephani protomartyris, super fluvium Somna, in loco qui dicitur Corbeia, quem Guntlandus quondam possederat, & ad fiscum nostrum pervenerat, ubi præest venerabilis vir Theodefridus abba, pro æterni numinis intuitu ædificari præcepimus, ut monachi sub sancta regula ibidem debeant conversari. Cognoscat strenuitas vestra, quod nos ipsam villam Corbeiam ad ipsum monasterium, cum adjacentiis suis in integrum; seu & alias villas nuncupantes Folieto, Gentilla, Cipiliaco, Fortiaca villa, vel reliquas adjacentias earum ad integrum, Albiniaco cum adjacentiis vel appenditiis suis, quantum ibidem fiscus noster tenuit, ad integrum, in pago Ambianense, seu & Monciaco, Vvalliaco, Bellirino, cum adjacentiis earum, in pago Atravatense: immoque & villam, quæ vocatur templum Martis, sitam in pago Ambianense, ad integrum, cum pagena de Silva de foreste nostra Vvindegonia, hoc est per loca denominata, a fine Cartainse usque in dominico Lacco, per Siccasi derude, per cervorum Marcasio, per Bagusta, pervia publica usque Fraudehario exsarto. Similiter & portionem in loco qui vocatur Taceaco, quem Frodinus de Vrsino dato pretio comparavit, & ad fiscum nostrum ipse Frodinus in compensationem pro alia re dedit, in ipso pago Ambianense, a die præsenti sub integra immunitate, absque introitu judicum, visi fuimus concessisse. Proinde per hanc præceptionem specialius decernimus esse mansurum, ut tam ipsum locum Corbeiam, quam & suprascriptas villas, una cum terris, domibus, mancipiis, ædificiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, farinariis, & cunctis appenditiis vel quod ibidem videtur adspicere, pars ipsius monasterii, vel omnis congregatio de ipso monasterio valeat possidere vel dominari. Et nullus quilibet de judicibus, nec ad ipsum monasterium, nec ad homines suos, nec in curtes suas, quicquid a die præsenti ibidem contulimus, & quod a nobis, vel a succedentibus domnis regibus, vel a Deum timentibus hominibus inibi fuerit collatum, nec ad causas audiendum, nec freda exigendum, nec mansiones faciendum, nec paratas requirendum, nec ullas redhibitiones in villis superius nominatis; quidquid tempore præsenti videtur possidere, aut adhuc, ut diximus, a nobis vel a succedentibus regibus, vel a Deum timentibus hominibus inibi additum vel delegatum fuerit, ipsa judiciaria potestas non præsumat ingredi: sed pars ipsius monasterii, vel omnis congregatio ibidem consistens, absque introitu judicum, ut diximus, sub integra immunitate possidere valeat vel dominari. Et ut hæc præceptio nostra perenni tempore firmiorem obtineat vigorem, nos & præcelsa genitrix nostra domna Baldechildis regina signaculis manus nostræ subter decrevimus affirmare.

CLOTARII EIUSDEM REGIS præceptum alterum, quo a teloneis omnibus immune facit monasterium Corbeiense.

CHLOTHARIUS rex Francorum, vir illuster, omnibus agentibus tam præsentibus quam futuris. Cognoscat magnitudo seu industria vestra, pro mercedis nostræ augmento, & divino intuitu, tale nos actoribus, seu discursoribus monasterii virorum Corbeia, quod domna & genitrix nostra Baldechildis regina suo opere construxit, præstitisse beneficium, ut quotiescumque monachi, missi, vel discursores ipsius monasterii, partibus provinciæ, vel per reliqua loca, ad cappas comparandas, aut reliquas opportunitates ipsius monasterii exercendum, seu cellarium fuerint egressi mercandum, in quibuslibet locis, vel territoriis, seu partibus, ubicumque teloneum, pontaticum, rotaticum, ceterasque redhibitiones fiscus noster a discursoribus, seu iter agentibus exigere consuevit: habeant hoc monachi in jam dicto monasterio Corbeia consistentes, tam præsentes quam in futurum inibi advenientes, in omnibus indultum simulque concessum. Ea scilicet ratione, ut neque nos neque juniores, aut successores nostri, ullo unquam tempore de eo quod superius continetur, a monachis, aut missis vel discursoribus ipsius monasterii, exigere, nec requirere, ullis locis, ullisque ordinibus infra terminos regni nostri præsumatis. Sed ut super habetur insertum, habeant ipsum beneficium jam dicti monachi sanctæ congregationis Corbeia monasterio, & actores eorum, ex nostræ largitatis munificentia concessum, simulque indultum: quo potius delectet ipsam sanctam congregationem ex ipso beneficio pro stabilitate regni nostri domini misericordiam exorare. Et ut hæc præceptio firmior habeatur, & per tempora conservetur, nos & præcelsa genitrix nostra domna Baldechildis regina maxima nostris signaculis subter eam decernimus adfirmare.

Vidrehadus jussus.

Signum gloriosi domni Chlotharii regis.

Signum præcelsæ Baldechildis reginæ.

Data sub die XIII. mensis Decembris anno V. regni nostri. Stirpianico. In Dei nomine feliciter.

PRIVILEGIVM LIBERTATIS MOnasterio Corbeiensi concessum a Bertefrido episcopo Ambianensi.

DOMINIS sanctis & summi culminis apice pontificalis cathedræ specula præsidentibus in Christo fratribus, Nivoni, Genesio, Ethoaldo, Emmoni, Audoni, Audomaro, Audoino, Audeberto, Burgundo Faroni, item Audeberto, Drauscioni, Bertefridus munere superni largitoris Ambianensis ecclesiæ episcopus. Licet nos antiquæ regulæ constituta salubri observatione custodire conveniat, tamen utili provisione tractantes constituimus, ut quod sacris deliberationibus non derogat, intrepida observatione conservetur. Et quia gloriosissimus domnus Chlotharius rex, nec non & præcelsa domna Balthildis regina, divino illuminati auxilio, monasterium suo opere, Christo præsule, in loco nuncupante Corbeia construxerunt, religiosam petitionem nostris auribus patefecerunt, quæ viscerali pietatis affectu ita cor intrinsecus mollivit, ut petita non concedere, aut certe libentissime non implesse, noster animus irreligiosum fore putaret. Sancto igitur amore succensi nostræ vilitatis extremitatem petierunt, ut & nos & vestra fraternitas consentientes pro reverentia sanctorum Petri & Pauli apostolorum, & sancti Stephani proto martyris, qui ob gloriosum ac triũphale votum pro amore Christi coronam martyrii consequuti sunt, ad prædictum monasterium in eorum honore constructum, privilegium concedere deberemus: licet sancta Carthaginensis synodus, a bonæ memoriæ Bonifacio, ejusque coepiscopis facta, vel ipsius sacerdotis epistolæ ad Liberium" porrectæ, non prohibeant monachos sub privilegio proprio residere; vel sancti Augustini præclari doctoris libri de gradibus ecclesiasticis doceant monachos sub quiete regulariter viventes, absque inquietudine clericorum vel episcoporum residere. Quod nos considerantes, dum & canonica institutio de hac re nos non præjudicat, vel supradictus domnus, & prædicta domna dum se patrocinio tam & in præsenti vita, quam & in futurum, præfatorum sanctorum plenissima devotione tradiderunt, ut eis ubique apud clementissimum & omnipotentem dominum eorum intercessio præbere dignetur adminiculum, vel pro reverentia tantorum martyrum, seu provt monachi ibidem degentes sub regula sanctorum patrum quieti conservari possint: hoc privilegium plena voluntate, una cum consensu fratrum meorum, concessisse vel indulsisse visus sum: per quod decerno, atque ob testificationem divini nominis interdico, ut nec ego, nec ullus episcoporum successorum meorum hoc irrumpere præsumat. Nec nos hoc propriæ deliberationis instituto posteritas æstimet decrevisse; cum etiam antiquiora, vel in novo tempore monasteria propria privilegia sint consecuta. Nam & Agaunensium, quod velut istud regio est munere ditatum, & Lirinensium, vel Basilica domni Marcelli, immoque & monasterium Luxoviense, hoc videntur habere concessum: & ita a succedentibus custoditur, ut quidquid ibidem offertur, ipsi abbates vel monachi ibidem deservientes, absque contrarietate vel repetitione episcoporum, libere cum Dei adjutorio, hoc possideant. Ergo omnes unius conspiratione cõsensus antedictis principibus postulatione socia libentissime annuentes, sic decrevimus, ut quæcumque prædicto monasterio vel monachis regio munere, seu a quibuslibet Christianis, in agris, mancipiis, vineis, silvis, auro, argento vel vestibus, vel quibuslibet speciebus collata, aut deinceps conferenda sunt, vitæ nostræ temporibus, seu successorum nostrorum, nec ego nec ullus sibi pontifex, aut aliquis ex ordine clericorum Ambianensis ecclesiæ, suis usibus usurpare, aut minorare, aut ad civitatem aliquas species deferre præsumat: sed sub omni libertate vel emunitate sæpedictum monasterium vel monachi ibidem consistentes possideant. Altaria ad sæpedictum monasterium, vel tabulæ si defuerint, episcopus Ambianensis ecclesiæ in Dei nomine benedicat & chrisma sanctum conficiat sine pretio; & annis singulis pro reverentia sanctorum sine ullo præmio muneris causa concedat. Et quod ad ipsum monasterium in Dei nomine fuerit oblatum, vel a quocumque Deo inspirante transmissum, nihil sibi exinde pontifex, aut ejus archidiaconus, aut quislibet ordinator ecclesiæ audeat vindicare: nec ad præfatum monasterium accedere, nec in agris ipsius convivia ego, vel pontifices successores nostri, vel archidiaconus, aut quislibet ordinator ecclesiæ Ambianensis præparare præsumat, nisi ab abbate sæpe dicti monasterii spontanea voluntate fuerit rogatus. Et cum abbas fuerit de sæculo isto evocatus, quem unanimiter congregatio ipsius monasterii ex semetipsis dignum & bonum elegerint, data auctoritate a præfato principe, vel ejus successoribus, a nobis vel successoribus nostris, absque ullo commodo secundum sanctos canones ordinetur. Similiter & reliquos gradus clericorum minores ac majores, quos abbas jamdicti monasterii elegerit, sive intra aut extra monasterium, sine aliqua præmii acceptione, juxta quod lectio docet, constituimus consecrare. Neque ulla alia potestate in ipso monasterio utatur, ut diximus, neque in monasterio, seu in rebus aut ornamentis ipsius, neque in personis; dum tanti gloriosissimi principis petitio intercessit, vel quia ipsi monasterium ipsum construxerunt, & ditaverunt, vel pro reverentia sanctorum apostolorum & martyrum, seu pro eo ut quieti sub regula sancta ipsi monachi vivere debeant ad ipsum monasterium deservientes. Nec episcopus, nec archidiaconus, aut qualibet alia persona, ordinator ecclesiæ Ambianensis, quodcumque de eodem monasterio, sicut de reliquis parochiis, usurpare, aut commutare, aut aliquas res auferre, vel species, quæ ad ipsum monasterium sunt collatæ, deferre ad civitatem audeat; ut de perfecta quiete valeant ipsi monachi, qui ad præfatum monasterium deserviunt, duce domino per tempora exultare, & sicut antedicta monasteria sub libertate vivant, ut pro statu ecclesiæ, & salute regum, vel stabilitate regni, & tranquillitate patriæ valeant plenius pium dominum exorare. Et si aliquis de ipsis monachis contumax fuerit ab abbate prædicti monasterii secundum canonicam institutionem emendetur. Vt hoc privilegium sub ea, ut diximus, libertate qua antedicta monasteria & monachi vivunt, debeat in perpetuum permanere firmissimum, ut jamdicti monachi sæpedicto monasterio deservientes nostris & futuris temporibus, sub libertate consistant, quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quidquid domesticis fidei pro tranquillitate pacis, vel pro reverentia sanctorum tribuitur. Illud etiam placuit, ut ipsi

" Liberatũ qui erat primæ sedis episcopus provinciæ Byzacenæ

ipsi monachi sub regula sancti Benedicti, vel sancti Columbani, conversari & vivere debeant. Quod si aliquis calliditate, aut cupiditate præventus episcopus, ea quæ sunt superius comprehensa temerario spiritu violare præsumpserit, tribus annis pœnitentiam districtissime agat, a communione fratrum sequestratus; & nihilominus hoc privilegium Christo protegente, qui & adjuvet illud conservantes, & dissipet illud destruere cupientes, perpetim maneat incorruptum. Quam definitionem constitutionis nostræ, ut nostris & futuris temporibus valitura sit, manus nostræ subscriptionibus roboravimus, & coepiscopos domnos, & fratres nostros rogamus, ut ipsum in omnibus confirmare debeant.

BERTHEFRIDUS peccator Ambianensium urbis episcopus hoc privilegium a me factum relegi, consensi & subscripsi.

Genesius ac si peccator episcopus hoc privilegium consensi.

Chaoaldus episcopus hoc privilegium consensi & subscripsi.

Gautiobertus ac si peccator episcopus hoc privilegium subscripsi.

Boso in Dei nomine episcopus hoc privilegium consensi & subscripsi.

Ragnobertus ac si indignus episcopus hoc privilegium consentiens subscripsi.

Nummolenus ac si peccator episcopus hoc privilegium consensi & subscripsi.

Audobertus ac si peccator episcopus hoc privilegium consensi & subscripsi.

Audoënus episcopus hoc privilegium consensi & subscripsi.

Dado peccator hoc privilegium consensi ac subscripsi.

Emmo episcopus subscripsi.

Leodeboldus peccator episcopus hoc privilegium subscripsi.

Chrodobertus peccator hoc privilegium subscripsi.

Paternus peccator Egloensis ecclesiæ, ac si indignus episcopus hoc privilegium consensi & subscripsi.

Drauscio ac si peccator hoc privilegium consensi & subscripsi.

Ego Audebertus ac si peccator episcopus hoc privilegium consensi & subscripsi.

Factum hoc privilegium sub die octavo Idus Septembris, anno VII. regnante Clotario rege, Captonnaco in palatio publico. Sigo in Dei nomine diaconus hoc privilegium scripsi & subscripsi.

THEODERICI REGIS PRÆCEPTUM, quo confirmat electionem Eremberti Abbatis Corbejensis.

THEODERICUS rex Francorum episcopis, & viris illustribus. Decet regalem clementiam, ut non solum gubernacula regalis culminis provideat, sed & regimina ecclesiarum & monasteriorum, pro Dei intuitu, & mercedis nostræ augmento, solerti cura providere, ut pax ecclesiarum & secura libertas monachorum domino omnipotenti militantium per omnia conservetur. Et de sacrosancto monasterio nuncupato Corbeia, in pago Ambianense constructo, ad regalem nostram præsentiam monachi & viri Dei venientes, serenitatis nostræ clementiæ auribus suggesserunt, ut dum & venerabilis vir Chrodegarius abbas, secundum consuetudinem humanæ fragilitatis, de hac luce ad dominum migrasse dignoscitur; quem apostolicus vir domnus & pater noster Theodefredus episcopus, dum & ille onus pontificale meruit accipere, per nostram voluntatem, & præceptionem, ad regendum ac dominandum monasterio suprascripto constituit; cum relatione & consensu totius congregationis ipsius monasterii petierunt, ut liceret eis secundum eorum electionem, & secundum sanctum privilegium, quod supra loco sancto ex regali munificentia & sacerdotum concessione indultum est, de semetipsis eligere rectorem. Et dum earum petitio nostræ serenitati congrua esse, & rationabilis in omnibus videretur, venerabilem virum Erembertum, qui in ipso monasterio fuit nutritus, ipsi homines cum voluntate suprascripti pontificis domni Theodefredi episcopi elegerunt: nostra clementia ipsis monachis concessisse comperitur, sicut suggesserunt. Præcipientes ergo per hanc præceptionem serenitatis nostræ, & auctoritatis regalis concessimus, & omnino jubemus, ut suprascriptus venerabilis vir Erembertus abbas & rector monasterii Corbeiensis in omnibus sit constitutus; & sicut bonus pastor ea quæ utilia sunt ad opus monasterii, & ad regimina monachorum prævideat, & regat & erudiat, & mereatur audire vocem domini dicentis: *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.* (Matth. 25. 21. Luc. 19 17.) Et ut taliter agat, ideo nostra clementia ei indulsit, ut habeat potestatem de tota congregatione ipsius monasterii, vel de eorum hominibus in eorum terris commanentibus, vel de eorum rebus & possessionibus, mobilibus & immobilibus, sicut sancta regula docet, & sanctus ordo monachorum dignoscitur esse conservandus. Ita ut de die præsenti, omnibus temporibus vitæ suæ, secundum Dei voluntatem, & secundum sanctum ordinem dominatum accipiat; & ipsa sancta congregatio sub illo constituta preces assiduas ad aures reverentissimas majestatis domini pro nobis, & pro stabilitate regni nostri jugiter fundat. Et ut hoc præceptum firmius habeatur, quod pro Dei timore indulsimus, auctoritate præcelsa manus nostræ subscriptionibus subter decrevimus roborare.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Corbejensis monasterii immunitati gemina ac propemodum eadem est, illa immunitatis formula, sive privilegium libertatis atque exemptionis, quod Marculfus monachus libris duobus formularum suarum præfixit. Ne vero tibi sit prorsus incognitus auctor ille Landerico Parisiorum episcopo σύγχρονος hanc dissertatiunculam alias a nobis Bituricensis urbis elogio subjunctam adscribere placuit.

Quis fuerit Marculfus formularum editor, an abbas sancti Austregisili de Castro ad muros Avarici Biturigum?

VIR clarissimus Hieronymus Bignonius Galliæ nostræ singulare ornamentum anno Christi M. DC. XIII. ex Bibliotheca Regia, in lucem emisit MARCULFI monachi Formularum libros duos auctiores editis, meliorique ordine digestos, quibus hanc ad lectorem præfationem præmisit.

MARCULFI, quem nunc damus, erudite Lector, plures docti viri meminerunt, sed quis fuerit, & quo tempore vixerit nihil certi ab illis proditum est. Quidam vero in universum circa primam regum nostrorum familiam illius tempora conjecerunt. Adhuc tamen dubium remanebat ex librorum varietate, quibus permulta posterioris ætatis scriptores infarcierant. Verum exemplar quod nacti sumus omnium facile optimum nos amplius dubitare non finit. Præfixa siquidem

quidem ab auctore ipso epistola docet professione monachum & septuaginta annos natum, cum hæc scriberet, fuisse. Deinde cum Landerico papæ opus inscribat facile apparet Landericum illum Parisiorum episcopum fuisse, qui Clodoveo Dagoberti filio rege claruit circa annum æræ Christianæ DCLX. *Nulli quippe alii Galliarum episcopi hoc nomine reperiuntur Landerici Parisiensis tempore, neque multis post annis. Tum papæ nomen omnibus episcopis passim tribus solitum sub prima regum Francorum dynastia notum est: quod licet sub secunda aliquatenus sit, rarius certe usitatum reperitur. Accedunt & alia certissimæ conjecturæ ex totius libri lectione, quibus permulta occurrunt, quæ vix possint ad aliud tempus referri, & plane Merovingorum sæculum redolent. Quis enim cum majorum domus non semel repetitam mentionem adverterit, non continuo deprehendat eo tempore Marculfum scripsisse, quo majores domus vice regia omnia regni negotia pertractabant, imo vero sub alieni nominis specie imperabant? quod a Dagoberto cœpisse scriptores notant. Omitto Patricios sæpius nominatos, quos sub Carolinis raro aut nusquam reperiri a doctis observatum est. Alia sunt infinita indicia, quæ cordatus lector facile animadvertet. In qua autem civitate MARCULFUS vixerit, ex qua sit oriundus, aut cujus cœnobii monachus extiterit, nobis plane incompertum est. Quod si divinare liceret, suspicarer eum in aliquo Parisiensis diœcesis monasterio regulariter vixisse, cum Landerico Parisiorum antistiti librum suum inscribat. Quidquid sit, utilissimus certe auctor est. &c. quæ compte atque erudite de eodem persequitur. V. C.*

Quibus veluti jactis fundamentis probabili admodum conjectura ductus, certe citra meram divinationem, contendo MARCULFUM illum formularum editorem doctissimum eumdem esse cum eo, qui olim abbatiæ sancti Austregisili de Castro in suburbiis Bituricæ civitatis (quæ a pluribus sæculis ablegatis monachis in collegiatam, ut vocant, ecclesiam primum sub decanis, tum sub prioribus transiit) Præfectus ac moderator extitit, cujusque meminit auctor vitæ ejusdem sanctissimi præsulis Austregisili in hæc verba: *Cum esset memoratus Dei homo cum sancto Ætherio episcopo in quadam villa in Ianavense territorio super* * *lacum, erat haud procul, &c. Austregisilus voluit missas in illa basilica celebrare, & quia deerat aqua, qua & manus lavaret, & in sacrificium misceret, dixit adminiculo suo MARCULFO eo tempore LECTORI postea etiam ABBATI in basilica ubi corpus ipsius BEATI conditum est. Require pauxillum aquæ ut hic celebremus missas. Qui cum quæsisset non invenit, &c.* quæ ex edita apud Surium sancti illius vita ad diem Maii vigesimum quivis haud ægre repetere poterit.

* *Lemanum* intelligit.

Hæc vero omnia quam recte se habeant, cohæreantque cum asserta a nobis veritate, ex iis quæ modo subjicientur, in proclivi erit intelligere. Contigerit certe hoc insigne miraculum paulo ante annum Christi DC. aut ipsomet anno DCI. postquam a sancto Echonio Mauriennate episcopo in ipsa Genavensi urbe repertum fuisset Victoris martyris purpurati corpus miris virtutibus coruscans, idque paulo ante obitum sancti Ætherii Lugdunensis Antistitis, quo adhuc superstite hæc peracta fuisse noscuntur: obiisse vero anno sexto vel septimo Theodorici Francorum regis hoc est anno DCI. aut sequenti, eique successisse Secundinum testantur Fredegarius Scholasticus in chronico & ex eo Aimoinus libri tertii capite XC MARCULFUS porro hic noster sancti Austresigili sacerdotis adminiculus ac lector annos tum natus fuerit quindecim aut viginti. Post administratum deinde temporibus sanctorum Austresigili atque Sulpitii, necnon Vulfoleni prædictum Bituricensis Castri monasterium, ingruentibus morbis, ac suadente senio, aliisve de causis privatam deposito magistratu vitam amplexus (quamquam nihil est quod hoc cogat profiteri, cum abbates ex animi demissione Christiana nonnunquam se familiari monachi appellent nomine) has collegerit scripseritve proprio Marte formulas, jam septuagenario major, circa annum Christi DCLV. aut DCLX. easque, sibi forte alias familiarius cognito, certe per ea tempora celeberrimo in Galliis LANDERICO Parisiorum episcopo dedicarit.

Lumen huic nostræ conjecturæ fidemque non omni ex parte sublestam conciliabit, opinor ipsius quoque MARCULFI ad Landericum epistola, cujus ἀποσπασμάτιον quoddam huic dissertationi intexere haud erit ingratum lectoribus veritatis studiosis.

Domino sancto meritis beatissimo & apostolico semper honore suscipiendo, omnique præconio laudis celebrando domino ac reverendissimo papæ LANDERICO MARCULFUS ultimus ac vilissimus omnium monachorum. Utinam sancte pater jussioni vestræ tam efficaciter quam spontanee obtemperare valuissem, quia jam supra vires meæ possibilitatis conatus sum injunctum a vobis subire negotium, cum fere septuaginta aut amplius annos expleam vivendi: nec jam tremula ad scribendum manus est apta, nec ad videndum mihi oculi sufficiunt caligantes, nec ad cogitandum sufficit hebetudo. Tum pluribus interjectis sic concludit. *Ego vero hæc quæ apud majores meos juxta consuetudinem loci quo degimus didici, vel ex sensu proprio cogitavi, ut potui, coacervare in unum curavi & capitula prænotavi, ut facilius quod voluerit & quærenti in antea scripto reperiantur.*

In qua ergo civitate vixerit jam adultus noster ille Marculfus, habes erudite lector, cujusve fuerit monasterii abbas; eumdem quoque ex Bituricensi urbe aut regione oriundum, ac forte etiam sancti Austregisili consanguineum docere videtur ejus ex Lugdunensi urbe in Bituricensem cum eodem sanctissimo præsule suscepta profectio. Atque huic non levi ni fallor conjecturæ indulsisse jam satis, ne si plura addam, asseveranter citraque dubium omne edicere videar, quod mihi aliud agenti veluti fortuito objectum solertissimis antiquarum rerum indagatoribus pensiculatius examinandum proponere dumtaxat institui.

MARCULFI FORMULA I.

DE PRIVILEGIO.

DOMINO sancto & in Christo venerabili fratri illi abbati, vel cunctæ congregationi monasterii illius in honore beatorum illorum in pago illo constructi, ille episcopus. Compellit nos affectio caritatis vestræ radio inflammante divino, illa pro vestro quieti providere, quæ nobis maneant ad mercedem; & ea recto tramite, inconvulso limite terminari, quæ perennem deinceps propitiante domino obtineant firmitatem: quia non minor a domino retributio speratur futura pro succiduis contemplante temporibus, quam ad præsens munera pauperibus offerente. Et ne nobis aliquis detrahendo æstimet in id nova decernere carmina, dum ab antiquitus juxta constitutionem pontificum, per regalem sanctionem monasteria sanctorum Lirinensis, Agaunensis, Luxoviensis, vel modo innumerabilia per omne regnum Francorum sub libertatis privilegium videntur consistere, sed pro reverentia sanctorum, beatorumque omnium fratrum implendo jussa, custodiendo præcepta, obedientiam propalabo. Quid vero vos, vel successores vestri, sancto suadente Spiritu deinceps custodiatis, immo sanctæ illius ecclesiæ episcopus debeat adimplere, huic paginæ credidimus inserendum. Hoc est, ut de vestra congregatione qui in vestro monasterio sancta debeant bajulare officia, quum Abbas cum omni congregatione poposcerit, a nobis vel a successoribus nostris sacros percipiat gradus. Nullum pro ipsorum honore præmium percepturus, altare in ipso monasterio prædictus episcopus benedicat, & sanctum chrisma annis singulis, si voluerint postulare, pro reverentia loci sine pretio concedat, & juxta dispensationem divinam cum abbas de ipso monasterio a domino migraverit, quem unanimiter omnis congregatio illa monachorum ex semetipsis, optimæ regulæ comparatum, & vitæ meritis congruentem, similiter sine præmio memoratæ urbis episcopus ipse promoveat abbatem. Nullam penitus aliam potestatem in monasterio, neque in rebus, neque in ordinandis personis, neque in villabus, ibidem jam conlatis, aut deinceps regio munere, aut privatorum conlaturis, vel in reliqua substantia monasterii, nos successoresque nostri episcopi, aut archidiaconi seu ceteri ordinatores, aut quælibet alia persona prædictæ civitatis habere non præsumat: aut quodcumque de eodem monasterio, sicut de parochiis aut ceteris monasteriis, muneris causa audeat sperare, aut ferre. Nec de hoc quod a dominum timentibus hominibus transmissum, aut in altario offertum fuerit, aut in

in sacris voluminibus vel quibuscumque speciebus ad ornatum divini cultus pertinet, aut præsens conlata vel deinceps conlatura fuerint, auferre præsumat. Et nisi rogatus a congregatione illa, vel abbate, pro oratione lucranda, nulli nostrum liceat monasterii adire secreta, aut finium ingredi septa: & si ab eis illuc pontifex postulatus, pro lucranda oratione vel eorum utilitate, accesserit, celebrato ac peracto divino mysterio, simplici ac sobria benedictione percepta, absque ullo requisitu domo studeat habere regressum. Ut quatenus monachi, qui solitarii nuncupantur, de perfecta quiete valeant duce domino per tempora exultare, & sub sancta regula viventes, & beatorum patrum vitam sectantes, pro statu ecclesiæ, & salute regis, vel patriæ, valeant plenius dominum exorare. Etsi aliquid ipsi monachi, de eorum religione tepidi, aut secus egerint, secundum eorum regulam ab eorum abbate, si prævalet corrigantur. Sin autem pontifex de ipsa civitate coercere debet, quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quicquid domesticis fidei pro quietis tranquillitate tribuitur. Si quis autem ex nobis, quod Deus avertat, calliditate commotus, aut cupiditate præventus, ea quæ sunt superius comprehensa, temerario spiritu violare præsumpserit, a divina ultione prostratus, reatu anathematis subjaceat, & tribus annis a communione omnium fratrum se noverit alienum. Et nihilominus hoc privilegium perpetim maneat incorruptum. Quam constitutionem nostram, ut firmis subsistat vigoribus, & nos & fratres nostri domini episcopi subscriptione & manibus nostris decrevimus roborari. Actum ibi, sub die illo, anno illo.

II. CONCESSIO REGIS AD HOC PRIVILEGIUM.

ILLE rex, viris apostolicis, patribus nostris, necnon & inlustribus viris, illi comiti, vel omnibus agentibus, præsentibus & futuris. Oportet enim clementiam principalem, ut inter ceterorum petitiones sacerdotibus debeat benignum accommodare auditum, & quod pro timore divini nominis postulatur, ponatur proculdubio ad effectum, ut fiat in mercedem conjunctio, dum pro quiete servorum Dei congrua impertitur portio, quia fides perfecta non dubitat ad altissimi gratiam pertinere, quod secundum sacra elogia præcipue domesticis fidei devota mente impenditur, quia scriptum est. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Ergo dum & ille episcopus, aut abbas, aut inluster vir, monasterium in honore illius, in pago illo, aut super proprietate, aut super fisco, noscitur ædificasse, ubi ad præsens ille abbas, vel turba plurima monachorum adunata esse noscuntur: ad petitionem illius clementia nostra, pro quiete ipsorum servorum Dei, præceptionem vigoris nostri placuit propalare, sub quo tranquillitatis ordine, domino protegente ipsi monachi juxta religionis normam perpetim valeant residere, elegimus, ut & hac serie debeat plenius declarari, quia nihil de canonica institutione convellitur, quicquid domesticis fidei, per tranquillitatis pacem conceditur. Nec nobis aliquis detrahendo æstimet id nova decernere carmina, dum ab antiquis juxta constitutionem pontificum per regalem sanctionem monasteria sanctorum illorum, vel cetera in regno nostro sub libertatis privilegium videntur consistere, ita & præsens valeat Deo adjutore constare. Ergo, si quid in villabus, mancipiis, vel reliquis quibuscumque rebus, atque corporibus, aut regio munere, aut supra scripti illius, vel a quibuslibet est delegatum, aut deinceps fuerit additum, juxta quod ab illo pontifice vel ceteris domnis episcopis ad præfatum monasterium juxta quod eorum continet privilegium, quod nobis præfatus ille protulit recensendum, sancitum esse cognovimus, nullus episcoporum ut diximus, nec præsens, neque si fuerint successores seu archidiaconi, vel eorum ordinatores, vel qualibet persona, possit quocumque ordine de loco ipso auferre, aut aliquam potestatem sibi in ipso monasterio, præter id quod scriptum est, adaptare, vel aliquid per commutationis titulum minuere, aut de ministerii ornamentis, vel de altari, vel de offertione in altario inlata abstollere, nec ad ipsum monasterium vel cellulas ejus, nisi tantum pro lucranda oratione (illud ipsum, si fuerit, cum voluntate abbatis, vel ejus congregationis) absque dispendio eorum aliter accedere penitus non præsumat. Quo facilius secundum delegationis votum, vel hujus seriei auctoritatem, ad ipsum monasterium absque ullius inquietudine, ibidem cuncta proficiant in augmentis. Adjicientes, ut nulli penitus judicum, vel cuilibet hominum licentia sit, de rebus præfati monasterii, absque voluntate eorum servorum Dei, in aliquo iniquiter defraudari, aut temerario spiritu suis usibus usurpare. Ne, quod primitus est, & Dei iram incurrat, & nostram offensam, vel a fisco grave damnum sustineat. Illud nobis pro integra mercede nostra placuit addendum, ut tam quod ex nostra largitate, quam delegatione ipsius, vel ceterorum, aut cujuslibet, ibidem est aut fuerit devoluta possessio, quoque tempore, nulla judiciaria potestas, nec præsens, nec succidia, aut ad causas audiendum, aut aliquid exactandum, ibidem non præsumat ingredi, sed sub omni emunitate hoc ipsum monasterium vel congregatio sua, sibimet omnia freda concessa debeant possidere: Et quicquid exinde fiscus noster, forsitan de eorum hominibus, aut de ingenuis, aut de servientibus in eorum agris commanentibus, vel undecumque poterat sperare, ex indulgentia nostra, in luminaribus ipsius sancti loci, vel stipendiis sanctorum Dei, tam nobis in Dei nomine viventibus, quam per tempora succidentibus regibus, & pro mercedis compendio, debeant cuncta proficere, ut pro æterna salute, vel fœlicitate patriæ seu regis, constanter delectet ipsis monachis, immensam domini pietatem jugiter implorare. Quod præceptum decreti nostri, Christo in omnibus suffraganti, ut firmior habeatur, & perenniter confirmetur, subscriptione manus nostræ, infra studuimus confirmari.

** SYNODUS SYNONENSIS XXX. EPISCOPORUM.

Tempore Clotarii III. regis Francorum Christianissimi.

In qua subscriptum fuit privilegium immunitatis monasterio S. Petri Vivi.

CLARIUS monachus, auctor chronici abbatiæ S. Petri Vivi Senonensis, hujus rei testis

ANNO CHRISTI circ. 670.

testis est pag. 706. Tomi II. Spicilegii R. P. Lucæ Dacherii Benedictini hisce verbis : *Anno* DCLXXV. *transiit ad Christum Emmo Senonum archiepiscopus, sepultusque est in basilica beati Petri Vivi. Hic privilegium libertatis una cum comprovincialibus episcopis, monachis sancti Petri synodaliter fecit, temporibus Clotharii regis & Baltechildis matris ejus. In quo conventu fuerunt antistites gloriosi S. Audoenus archiepiscopus Rotomagensis, & S. Faro episcopus Meldensis, sanctusque Eligius Noviomensis episcopus, & S. Amandus Tregetensium* [Trajectensium] *episcopus cum aliis triginta episcopis.* Hæc ille paucis: qui rem admodum gratam fecisset, haud dubie lectoribus, si privilegium illud integrum una cum subscriptionibus præsulum qui interfuerant, posteritatis memoriæ commendasset.

CONCILIVM AVGVSTODVNENSE

SANCTI LEODEGARII AVGVSTODVNÆ civitatis episcopi, circa annum Christi DCLXX. Adeodati papæ II. Theodorici regis IV.

In antiquissima collectione canonum, e bibliotheca ecclesiæ Andegavensis, producuntur titulo XLIV. qui est de monachis & monasteriis, canones aliquot ex hac synodo, qui omnes ad disciplinam monasticam spectant, inscribunturque canones Augustodunenses S. Leodegarii episcopi. Neque tamen universi eo loco describuntur, sed quibusdam prætermissis, hi dumtaxat qui sequuntur.

CANONES AVGVSTODVNENSES S. LEODEGARII EPISCOPI.

I.

Primus titulus hic est monasticæ disciplinæ, ut abbates vel monachi peculiare non habeant; & monachi ab abbate victum & vestitum consuetum accipiant.

V.

Vt compatres nullus eorum audeat habere. [Ivo part 7. cap. 100.]

VI.

Vt in civitatibus non inveniantur. Quod si causa utilitatis monasterii, cum literis abbatis sui ad archidiaconum civitatis scriptis dirigantur.

VIII.

Vt abbati suo ac præposito sint obedientes.

X.

Vt nullus familiaritates extranearum mulierum præsumat habere; & qui inventus fuerit, severius corrigatur. Vt mulieribus in monasterium monachorum nullatenus ingredi liceat.

Statuimus atque decernimus, ut nullus monachum alterius, absque permissu sui abbatis præsumat retinere: sed cum inventus fuerit vagans, ad cellam propriam revocetur, ibi juxta culparum merita coercendus.

XV.

De abbatibus vero vel monachis ita observare convenit, ut quidquid canonicus ordo vel regula S. Benedicti edocet, & implere & custodire in omnibus debeant. Si enim hæc omnia fuerint legitime apud abbates vel monasteria conservata, & numerus monachorum Deo propitio augebitur, & mundus omnis per eorum orationes assiduas "malis carebit contagiis. [" omn]

Sint monachi omnes omnino obedientes, sint frugalitatis decore pollentes, in opere Dei ferventes, orationi instantes, in caritate perseverantes: ne propter negligentiam, aut inobedientiam, hoste circumeunte ac rugiente & quærente quem devoret, cibus efficiantur. Sit eis cor unum, & anima una. Nemo suum aliquid esse dicat, sed sint eis omnia communia. In commune laborent, hospitalitatis omnino sint receptores.

Quisquis autem hæc a nobis Deo præcipiente dictata in confirmationem regularem monachorum tentaverit aliqua transgressione cassare, si abbas est, anno uno ei communionis potestas suspendatur; si præpositus, annos duos; si monachus, aut fustibus verberetur, aut a communione, & missa, & caritate, annos tres suspendatur. Iustum enim est, ut subripienda "vitiorum semina falce justitiæ resecentur; ne dum simulatione "continentiæ nutriuntur, ita silvescant, ut nec securibus excidantur. [" subre... pentia " conhi... bentiæ]

Ad Augustodunensem præterea sancti Leodegarii synodum referendus videtur Canon, qui in altera collectione canonum e bibliotheca sancti Benigni Divionensis, atque in aliis citatur, appellaturque primus canon Augustodunensis, his verbis:

CANON.

Si quis presbyter, diaconus, subdiaconus, vel clericus, symbolum, quod inspirante sancto Spiritu apostoli tradiderunt, & fidem sancti Athanasii præsulis irreprehensibiliter non recensuerit, ab episcopo condemnetur.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Concilium Augustodonense.*] In codice Bonævallis, itemque in Andegavensi, Divionensi & aliis, qui elenchos exhibent episcoporum, quot numero in singulis synodis fuerint, & canones ediderint, postremo loco hæc leguntur: *Consensus domni Leodegarii episcopi Augustodunensis. Ego Leodegarius, ac si peccator episcopus, cum consensu fratrum meorum polliciti sumus, & perpetualiter placuit observandum.* Quæ subscriptio videri potest ad concilium hoc nostrum pertinere.

CONCILIVM HERVDFORDIÆ,

CELEBRATVM XXIV. DIE MENSIS SEPTEMBR. anno Christi DCLXXIII. indictione prima, & & sub initio primi anni Lotharii regis Cantii, præsidente Theodoro Cantuariæ, alias Doroberniæ archiepiscopo.

In quo ea quæ a patribus transmarinis canonice sunt antiquitus decreta, custodienda hic ab Anglis decernuntur: decem vero præcipue.

lib.4. 3.

ANNO tertio regis Egfridi Theodorus coegit concilium episcoporum, una cum eis qui canonica patrum statuta diligerent & nossent, magistris ecclesiæ pluribus. Quibus pariter congregatis, diligenter ea quæ unitati pacis ecclesiasticæ congruerent, eo quo pontificem decebat animo, cœpit observanda docere. Cujus synodicæ actionis hujusmodi textus est.

In nomine domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, regnante in perpetuum ac gubernante ecclesiam suam eodem domino nostro Iesu Christo, placuit convenire nos, juxta morem canonum venerabilium, tractaturos de necessariis ecclesiæ negotiis. Convenimus autem die XXIV. mensis Septembris, indictione prima, in loco qui dicitur Herudford. Ego quidem Theodorus, quamvis indignus, ab apostolica sede destinatus Dorovernensis ecclesiæ episcopus, & consacerdos ac frater noster reverendissimus Bisi orientalium Anglorum episcopus, quibus etiam frater & consacerdos noster Vvilfridus Nordanhumbrorum gentis episcopus per proprios legatarios adfuit. Adfuerunt & fratres & consacerdotes nostri Putta episcopus castelli Cantuariorum, quod dicitur Rothschester, Lutherius episcopus occidentalium Saxonum, Vinfridus episcopus provinciæ Merciorum. Cumque in unum convenientes juxta ordinem quique suum resedissemus:

[...]eta & [...]nes [...]orum [...]m ab [...]bus [...]a suf[...]atur.

Rogo, inquam, dilectissimi fratres, propter timorem & amorem Redemptoris nostri, ut in commune omnes pro nostra fide tractemus, ut quæque decreta ac diffinita sunt a sanctis ac probabilibus patribus, incorrupte ab omnibus nobis serventur. Hæc & alia quamplura, quæ ad caritatem pertinebant, unitatemque ecclesiæ conservandam prosecutus sum. Cumque explessem prolocutionem, interrogavi unumquemque eorum per ordinem, si consentirent ea quæ a patribus canonice sunt antiquitus decreta custodire. Ad quod omnes consacerdotes nostri respondentes dixerunt: Optime omnibus placet, quæque definierunt sanctorum canones patrum, nos quoque omnes alacri animo libentissime servare. Quibus statim protuli eumdem librum canonum, & ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaveram: quia maxime nobis necessaria sciebam, illis coram ostendi, & ut hæc diligentius ab omnibus susciperentur rogavi.

CAPITULA.

I.

[...]ascha.

Ut sanctum diem paschæ in commune omnes servemus dominica post decimam quartam lunam primi mensis.

II.

[...]episco.

Ut nullus episcoporum parochiam alterius invadat, sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis.

III.

[...]mona[...]is.

Ut quæque monasteria Deo consecrata nulli episcoporum liceat ea in aliquo inquietare, nec quidquam de eorum rebus violenter abstrahere.

IV.

De monachis episcopis.

Ut episcopi monachi non migrent de loco ad locum, hoc est, de monasterio ad monasterium, nisi per dimissionem proprii abbatis, sed in ea permaneant obedientia, quam tempore suæ conversionis promiserunt.

V.

De clericis.

Ut nullus clericorum relinquens proprium episcopum, passim quolibet discurrat, neque alicubi veniens absque commendatitiis literis sui præsulis suscipiatur. Quod si semel susceptus est, & noluit invitatus redire, & susceptor, & is qui susceptus est excommunicationi subjacebat.

VI.

De episcopis & clericis peregrinis.

Ut episcopi atque clerici peregrini contenti sint hospitalitatis munere oblato, nullique eorum liceat ullum officium sacerdotale absque permissu episcopi, in cujus parochia esse cognoscitur, agere.

VII.

Synodi bis in anno.

Ut bis in anno synodus congregetur: sed quia diversæ causæ impediunt, placuit omnibus in commune, ut Kalendis Augusti in loco qui appellatur Clofeshooh semel in anno congregetur.

VIII

Episcoporum locus.

Ut nullus episcoporum se præferat alteri per ambitionem, sed omnes agnoscant tempus & ordinem consecrationis suæ.

IX.

Episcoporum numerus.

In commune tractatum est, ut plures episcopi crescente numero fidelium augerentur, sed de hac re ad præsens silemus.

X.

De conjugio.

Pro conjugiis, ut nulli liceat nisi legitimum habere connubium. Nullus incestum faciat, nullus conjugem propriam, nisi ut sanctum euangelium docet, fornicationis causa relinquat. Quod si quisquam propriam expulerit conjugem legitimo sibi matrimonio conjunctam, si Christianus esse recte voluerit, nulli alteri copuletur; sed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur conjugi.

Subscriptiones, & datum.

His itaque capitulis in commune tractatis ac diffinitis, ut nullum deinceps ab aliquo nostrum oriatur contentionis scandalum, aut alia præ aliis divulgarentur, placuit ut quæque diffinita sunt, unusquisque nostrum manus propriæ subscriptione confirmaret. Quam sententiam diffinitionis nostræ Titillo notario scribendam dictavi, actum in mense & indictione supra scriptis. Quisquis igitur contra hanc sententiam juxta decreta canonum, nostra etiam consensione ac subscriptione manus nostræ

Pœna in violatores.

ANNO CHRISTI 675.

confirmatam, quoquo modo venire, eamque infringere tentaverit, noverit se ab omni officio sacerdotali & nostra societate separatum. Divina vos gratia in unitate sanctæ ecclesiæ suæ viventes custodiat incolumes.

Innocentius papa in epistola ad Petrum Compostellanum vocat undecimum Toletanum concil. authenticum.

* CONCILIUM TOLETANUM XI.

NOVEM ET DECEM EPISCOPORUM,

In quo sedium episcopalium divisio facta est, anno quarto * Vvambari regis, VII. Idus Novembris, anno redemptoris nostri DCLXXV. tempore Adeodati papæ. Est provinciale.

* Bambæ

TITULI CAPITULORUM.

* quis episcopus
* pecuniam

PRÆFATIO.

Æra 713. habet chronicon generale æra 717. Vasæus & Morales anno domini 675.

In nomine sanctæ Trinitatis, collectis in unu Carthaginis provinciæ sacerdotibus in Toletana urbe, in beatæ matris domini Mariæ virginis sede, anno IV. excellentissimi & religiosi Vvambani principis, sub die VII. Idus Novembris, res votiva gaudii, & dies nimium optatæ gratulationis occurrit, in quo nobis datum est conspicere pariter & deflere, quid lacrymarum de preteritis domino deberemus. Eramus enim hucusque prolabentis sæculi colluvione instabiles, quia annosa series temporum, subtracta luce conciliorum, non tam vitia auxerat, quam matrem omnium errorum ignorantiam otiosis mentibus ingerebat. * Cernebamus enim, quomodo Babylonicæ confusionis olla succensa, nunc tempora conciliorum averteret, nunc sacerdotes domini * de resolutis moribus irretiret. Purpuratæ enim meretricis sequebantur * invitamenta, quia ecclesiastici conventus non aderat disciplina; nec erat qui errantium corrigeret partes, cum sermo divinus haberetur * extorris. Et quia non erat adunandorū pontificum ulla præceptio, crescebat in majus vita deterior. b Cum tandem divina nos clementia ex alto respiciens, & tempori ætatis nostræ se occursuram præbuit & saluti; præparans nostris sæculis religiosi principis mentem, devotam pariter, & instructam: cujus fervidæ solicitudinis voto, & lux conciliorum * revocata resplenduit, & alterna caritas se mutuo in corrigendis vel instruendis moribus excitavit; dum & aggregandi nobis, hortatu principis religiosi, facultas est data, & opportuna corrigendis præparata est disciplina: ut qui decursis longe ante temporibus post decem & octo scilicet labentium annorum excursum in unum meruimus aggregari conventum, * mederi possemus spirituali gratia sanitatum. Nec enim numerus iste alienus est a salute: sic quippe mulier illa in euangelio ter senis annorum excursibus curva, quæ figuram totius generis humani gestabat, sub sacramento hujus numeri saluti pristinæ a salvatore donatur. Nos igitur per tot annos curvi nostri ordinis persistente statu, in eo quod nulla nos conciliorum definitio jungeret, nullus etiam conventus ecclesiastici ordinis adunaret, tandem divinæ voluntatis imperio, & religiosi principis jussu evocati, in Toletanam urbem convenimus. Qui cum in ecclesia beatæ virginis Mariæ debitis in sedibus locaremur, inter cetera, quæ subterius discreto capitulorum ordine sunt digesta, non aliunde primum cœpimus habere sermonem, quam de sancta fidei puritate: ut quia initiandis ad beatam vitam hominibus hæc prima est via salutis, prævia quoque nostris fieret & institutis pariter & præceptis. Unde sacro hujus instructionis arcano sanctorum patrum, Nicæni scilicet, Constantinopolitani, Ephesini, atque Calchedonensis conciliorum monita amplectentes, per quæ & radicitus hæreticorum falsa * concinnabula destruuntur, & fidei catholicæ * limpor evidens declaratur, hoc communi alternoque animorum judicio definimus, ut hanc ipsam nostræ fidei regulam verbis simplicibus niteremur alternatim nobis singulariterque referre: ita ut quidquid per triduum de hujusmodi quæstionibus unicuique nostrorum lectionis memoria ministrasset, prout animis vel memoriæ occurrisset, * omnis sub brevitatis compendio simplici notaretur stylo: relatio tamen ipsius sacramenti pura & evidens a capite primum inciperet, & sic ad membra reliqua perveniret; nullas obscuritas lineas in se habens, nullas etiam inusitatæ locutionis regulas continens; sed puritas sola esset clara sermonum, quæ posset * evidentem exprimere sensum: quo exercitatiores nos ad intelligendum redderet verborum simplex collatio, quam relata condensæ lectionis instructio. Quia & re vera tantæ * fidei mysterium ita sacerdotes Dei convenit nosse, ut non superficie verborum efferantur incogniti, sed sensibus sane intelligentiæ reperiantur instructi: ut in * differendo præcipue hujus sanctæ Trinitatis arcano plus evidentia quam eloquentia eos efficiat saporatos: sic enim & divini muneris dono est actum, ut

* Cernimus
Jerem. 2.
Apoc. 17.

* dissolutis
* incitamenta
* exortis
* renovata
Unde Toletum coactum æra 6.. cui summæ adde numerum sufficies... unum ultra, (inquit) decem & octo) cies 7 Luc. 13.
* mereremur possimus spiritali gratia sanitatem.
* conciliabula
* norma
* omnis sobrietas comp.
* evidentiam exprimere
* rei
* disserendo

ANNO CHRISTI 675.

ut juxta votum definitionis alternæ, promissio monstraretur in opere. Unde quod primo die præsidentis metropolitani lingua profudit, die tertia omnium nostrorum vox singulatim collative repetiit. Iste ergo est tenor fidei nostræ, qui & a capite copiose profluxit, & a membris * prolatus gloriose emicuit.

[c] Confitemur, & credimus sanctam atque ineffabilem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unum Deum naturaliter esse unius substantiæ, unius naturę, unius quoque majestatis atque virtutis. Et Patrem quidem, non genitum, non creatum, sed ingenitum profitemur: ipse enim a nullo originem ducit, ex quo & Filius nativitatem, & Spiritus sanctus processionem accepit: fons ergo ipse, & origo est totius divinitatis. Ipse quoque * Pater est essentiæ suæ, qui de ineffabili substantia Filium ineffabiliter genuit; Deus Deum, lux lucem: ab ipso est ergo omnis paternitas in cælo & in terra. Filium quoque de substantia Patris sine initio ante sæcula natum, nec tamen factum esse fatemur: quia nec Pater sine Filio, nec Filius aliquando extitit sine Patre: & tamen non sicut Filius de Patre, ita Pater de Filio; quia non Pater a Filio, sed Filius a Patre generationem accepit. Filius ergo Deus de Patre, Pater autem Deus, sed non de Filio: Pater quidem Filii, non Deus de Filio: ille autem Filius Patris, & Deus de Patre; * æqualis tamen per omnia Filius Deo Patri: quia nec nasci cœpit aliquando, nec desiit. Hic etiam unius cum Patre substantiæ creditur; propter quod & homousios patri dicitur, hoc est, ejusdem cum patre substantiæ creditur: ὁμὸς enim Græce unum, οὐσία vero substantia dicitur, quod utrumque conjunctum sonat, una substantia. Nec enim de nihilo, neque de aliqua alia substantia, sed de Patris utero, id est, de substantia ejus, idem Filius genitus vel natus esse credendus est. * Sempiternus ergo Pater, sempiternus & Filius. Quod si semper Pater fuit, semper habuit Filium, cui Pater esset: & ob hoc Filium de Patre natum sine initio confitemur. Nec enim eumdẽ Filium Dei, pro eo quod de Patre sit genitus, defectæ naturæ portiunculã nominamus; sed perfectum Patrem perfectum Filiũ sine diminutione, sine defectione genuisse asserimus, quia solius divinitatis est inæqualem Filium non habere. Hic etiam Filius Dei natura est Filius non adoptione, quẽ Deus Pater nec voluntate, nec necessitate genuisse credendus est: quia nec ulla in Deo necessitas cadit, nec voluntas sapientiam prævenit. Spiritum quoque sanctũ, qui est tertia in Trinitate persona, unum atque æqualem cum Deo Patre & Filio credimus esse Deum, unius substãtiæ, unius quoque esse naturæ: non tamen genitum vel creatum sed ab utrisque procedentem, amborum esse Spiritum. Hic etiam Spiritus sanctus, nec ingenitus, nec genitus creditur; ne aut si ingenitum dixerimus, duos Patres dicamus; aut si genitum, duos Filios prædicare monstremur: qui tamen nec Patris tantum, sed simul Patris & Filii Spiritus dicitur. Nec enim de Patre procedit in Filium, vel de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul ab utrisque processisse monstratur; * quia caritas, sive sanctitas amborum agnoscitur. Hic igitur Spiritus sanctus missus ab * utrisque creditur; sed minor a Patre & Filio non habetur: sicut Filius propter assumptam carnem minorem se Patre & Spiri-

[Margin, partly cut off: ...obatus ...fessio; ...er es... ...qui... ...nef... ...s sub... ...æ suæ ...n ...3.; ...alis per ...a Deo; ...piter... ...oque Fi... ...que... ...si Pa...; ...od ...um ver... ...ipan... ...icon... ...anco...; ...que ...ilius ...r;]

A tu sancto esse testatur. Hæc est sanctæ Trinitatis relata narratio: quæ non triplex, sed Trinitas & dici & credi debet. Nec recte dici potest, ut in uno Deo sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas. In relativis vero personarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, S. Spiritus ad utrosque refertur: quæ cum relative tres personæ dicantur, una tamen natura per substantiam creditur. Nec sicut tres personas, ita tres substantias prædicamus, sed unam substantiam, tres autem personas. Quod enim Pater est, non ad se, sed ad Filium est: & quod Filius est, non ad se, sed ad Patrem est: similiter & Spiritus sanctus, non ad se, sed ad Patrem & Filium relative refertur; in eo quod Spiritus Patris & Filii prædicatur. Item cum dicimus Deus, non ad aliquid dicitur, sicut Pater ad Filium, vel Filius ad Patrem, vel Spiritus sanctus ad Patrem & Filium, sed ad se specialiter dicitur Deus. Nam & si de singulis personis interrogemur, Deum necesse est fateamur. Deus ergo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus singulariter dicitur: nec tamen tres dii, sed unus est Deus. Item & Pater omnipotens, & Filius omnipotens, & Spiritus sanctus omnipotens singulariter dicitur; nec tamen tres omnipotentes, sed unus omnipotens; sicut & unum lumen, unumque principium prædicatur. Singulariter ergo, ut unaquæque persona plenus Deus & totæ tres personæ, unus Deus confitetur & creditur: una illis vel indivisa, atque æqualis Deitas, majestas, sive potestas, nec minoratur in singulis, nec augetur in tribus: quia nec minus aliquid habet, cum unaquæque persona Deus singulariter dicitur, nec amplius, cum totæ tres personæ unus Deus * enuntiatur. Hæc ergo sancta Trinitas, quæ unus & verus est Deus, nec recedit a numero, nec capitur numero. In relatione enim personarum numerus cernitur; in divinitatis vero substantia quid numeratum sit non comprehenditur. Ergo hoc solum numerum insinuant, quod ad invicem sunt; & in hoc numero carent, quod ad se sunt. Nam ita huic sanctæ Trinitati unum naturale convenit nomen, ut in tribus personis non possit esse plurale. Ob hoc ergo credimus illud in sacris literis dictum: *Magnus dominus noster, & magna virtus ejus, & sapientiæ non est numerus.* Nec quia tres has personas esse diximus unum Deum, eumdem esse Patrem, quem Filium, vel eum esse Filium, qui est Pater, aut eum, qui Spiritus sanctus est, vel Patrem, vel Filium dicere poterimus. Non enim ipse est Pater, qui Filius; nec ipse * Filius qui Pater; nec Spiritus sanctus ipse, qui est vel Pater, vel Filius: cum tamen ipsum sit Pater quod Filius; ipsum Filius, quod Pater; ipsum Pater & Filius quod Spiritus sanctus: id est, natura unus Deus. Cum enim dicimus non ipsum esse Patrem, quod Filium; ipsum Filium, quod Patrem; ipsum Spiritum sanctum, quod Patrem & Filium, ad naturam, qua Deus est, vel substantiam pertinere monstratur, quia substantia unum sunt: personas enim distinguimus, non deitatem separamus. Trinitatem igitur in personarum distinctione agnoscimus; unitatem propter naturam, vel substantiam profitemur. Tria ergo ista unum sunt; natura scilicet, non persona: nec tamen tres istæ personæ separabiles æstimandæ sunt; cum nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia, vel extitisse, vel quidpiam operasse

Mm aliquan-

[Margin notes: Locus videtur ex Aug. sup. Psalm. 68. serm. 1. — *enuntiantur. — Psal. 146. — * Filius qui Spiritus sanctus, nec Spiritus sanctus qui Pater:]

ANNO CHRISTI 675.

aliquando credatur: inseparabiles enim inveniuntur, & in eo quod sunt, & in eo quod faciunt: quia inter generantem Patrem, & generatum Filium, vel procedentem Spiritum sanctum, nullum fuisse credimus temporis intervallum, quo aut Genitor Genitum aliquando præcederet, aut Genitus Genitori deesset, aut procedens Spiritus Patre, vel Filio posterior appareret. Ob hoc ergo inseparabilis & inconfusa hæc Trinitas a nobis & prædicatur & creditur. Tres igitur personæ istæ dicuntur, juxta quod majores definierunt, ut agnoscantur, non ut separentur. Nam si attendamus illud quod scriptura sancta dicit de sapientia: *Splendor est lucis æternæ*: sicut splendorem luci videmus inseparabiliter inhærere, sic confitemur Filium a Patre separari non posse. Tres ergo illas unius ac inseparabilis naturæ personas sicut non confundimus, ita inseparabiles nullatenus prædicamus. Ita nobis hoc dignata est ipsa Trinitas evidenter ostendere, ut etiam* in his nominibus quibus voluit sigillatim personas agnosci, unam sine altera non permittat intelligi: nec enim Pater absque Filio cognoscitur, nec sine Patre Filius invenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli personalis personas separari vetat: *quas etiam, dum non simul nominat, simul insinuat. Nemo *autem audire potest unumquodque istorum nominum, in quo non intelligere cogatur & alterum. Cum enim igitur hæc tria sint unum, & unum tria, est tamen unicuique personæ manens sua proprietas. Pater enim æternitatem habet sine nativitate, Filius æternitatem cum nativitate, Spiritus vero sanctus processionem sine nativitate. De his tribus personis solam Filii personam pro liberatione humani generis hominem verum sine peccato de sancta & immaculata Maria virgine credimus assumpsisse: de qua novo ordine novaque nativitate est genitus: novo ordine, quia invisibilis divinitate, visibilis monstratur in carne: nova autem nativitate est genitus, quia intacta virginitas & virilem coitum nescivit, & fecundata per Spiritum sanctum carnis materiam ministravit. Qui partus virginis, nec ratione colligitur, nec exemplo monstratur: quod si ratione colligitur, *non potest esse mirabile; si exemplo, non erit singulare. Nec tamen Spiritus sanctus Pater esse credendus est Filii; pro eo quod Maria eodem sancto Spiritu obumbrante concepit: ne duos patres Filii videamur asserere, quod utique nefas est dici. In quo mirabili conceptu, ædificante sibi sapientia domum, *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Nec tamen verbum ipsum ita in carne conversum atque mutatum est, ut desisteret Deus esse, qui homo esse voluisset; sed ita *Verbum caro factum est*, ut non tantum ibi sit verbum Dei, & hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima; atque hoc totum & Deus dicatur propter Deum, & homo propter hominem. In quo Dei Filio duas credimus esse naturas; unam divinitatis, alteram humanitatis: quas ita in se una Christi persona univit, ut nec divinitas ab humanitate, nec humanitas a divinitate possit aliquando sejungi. Unde perfectus Deus, perfectus & homo in unitate personæ unius, est Christus. Nec tamé quia duas diximus in Filio esse naturas, duas *causabimus in eo esse personas; ne Trinitati quod absit, *accedere videatur quaternitas. Deus enim verbum non accepit personam hominis, sed naturam, &

Ex Aug. lib. de cognitione veræ vitæ, cap. 20. tit. 9.
Sap. 7.

* in omnibus quibus

* quæ etiã non simul nominat, simul insinuat.

De hac phrasi supra diximus.

* non est mirabile;

Ioan. 1.

Ibid.

* causabimur
* accidere

A

B

C

D

E

in *æternam personam divinitatis temporalem accepit substantiam carnis. Ita cum unius substantiæ credamus esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum; non tamen dicimus, ut hujus Trinitatis unitatem Maria virgo genuerit, sed tantummodo Filium, qui solus naturam nostram in unitate personæ suæ assumpsit. Incarnationem quoque hujus Filii Dei tota Trinitas operasse credenda est, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. Solus tamen Filius formam servi accepit in singularitate personæ, non in unitate divinæ naturæ, in id quod est proprium Filii, non quod commune Trinitati: quæ forma illi ad unitatem personæ coaptata est (id est) ut Filius Dei, & filius hominis unus sit Christus. Item idem Christus in duabus naturis, tribus extat substantiis; verbi, quod ad solius Dei essentiam referendum est; corporis & animæ, quod ad verum hominem pertinet. Habet igitur in se geminam substanriam divinitatis suæ, & humanitatis nostræ. Hic tamen pro eo quod de Deo Patre sine initio prodiit, natus tantum, (nam neque factus, neque prædestinatus accipitur) per hoc tamen quod de Maria virgine natus est, & natus, & factus [c] & prædestinatus esse credendus est. Ambæ tamen in illo generationes mirabiles: quia & de Patre sine matre ante sæcula est genitus, & in fine sæculorum de matre sine patre est generatus: qui tamen secundum quod Deus est creavit Mariam, secundum quod homo creatus est a Maria: ipse & pater matris & filius. Item & per hoc quod Deus, est æqualis Patri; per hoc quod homo, minor est Patre. Item & major & minor seipso esse credendus est: in forma enim Dei etiam ipse Filius seipso major est, propter humanitatem assumptam, *qua divinitas major est: in forma autem servi seipso minor est, id est, humanitate, quæ minor divinitate accipitur. Nam sicut per assumptam carnem non tantum a Patre, sed a seipso minor accipitur; ita secundum divinitatem *coæqualis est Patri: & ipse & Pater major est homine, quem sola Filii persona assumpsit. Item in eo quod quæritur, utrum possit Filius sic æqualis, & minor esse Spiritu sancto, sicut Patri nunc æqualis, nunc minor Patre creditur esse, respondemus: Secundum formam Dei æqualis est Patri & Spiritui sancto, secundum formam servi minor est & Patre & Spiritu sancto: quia nec Spiritus sanctus, nec Deus Pater, sed sola Filii persona suscepit carnem, per quam minor esse creditur illis personis duabus. Item hic Filius a Deo Patre & Spiritu sancto inseparabiliter discretus creditur esse persona; ab homine autem *assumpta natura. Item cum homine unus extat persona; cum Patre vero, & Spiritu sancto, natura divinitatis sive substantia. Missus tamen Filius non solum a Patre, sed ab Spiritu sancto missus credendus est; in eo quod ipse per prophetam dicit: *Et nunc dominus misit me, & Spiritus *sanctus.* A seipso quoque missus accipitur; pro eo quod inseparabilis non solum voluntas, sed operatio totius Trinitatis agnoscitur. Hic enim qui ante sæcula unigenitus est vocatus, temporaliter primogenitus factus est: unigenitus propter deitatis substantiam, primogenitus propter assumptæ carnis naturam, in qua *suscepti hominis forma, juxta euangelicam veritatem, sine peccato *conceptus, sine peccato mortuus creditur, qui solus pro nobis peccatum est factus, id est, sacrificium

AN CHRI 675.
* æter person
* quia
* qua qualis
* assu
Isa. 4 ejus.
* susc
* nat
1. C

ficium pro peccatis nostris. Et tamen passionem ipsam, salva divinitate sua, pro delictis nostris sustinuit, mortique adjudicatus & cruci veram carnis mortem excepit: tertio quoque die virtute propria sua suscitatus, e sepulcro surrexit. Hoc ergo exemplo capitis nostri confitemur * veram fieri resurrectionem carnis omnium mortuorum. Nec in aerea, vel qualibet alia carne (ut quidam delirant) surrecturos nos credimus, sed in ista qua vivimus, consistimus, & movemur. Peracto hujus sanctæ resurrectionis exemplo idem dominus noster atque salvator paternam ascendendo sedem repetiit, de qua nunquam per divinitatem discessit. Illic ad dexteram Patris sedens, expectatur in finem sæculorum judex omnium vivorum & mortuorum. Inde cum sanctis omnibus veniet ad faciendum judicium reddere unicuique mercedis propriæ debitum; prout quisque gesserit in corpore positus, sive bonum, sive malum. Ecclesiam sane catholicam precio sui sanguinis comparatam cum eo credimus in perpetuum regnaturam. Intra cujus gremium constituti unum baptisma credimus & confitemur, in remissionem omnium peccatorum. Sub qua fide & resurrectionem mortuorum veraciter & credimus, & futuri sæculi gaudia expectamus. Hoc tantum orandum nobis est & petendum, ut cum peracto finitoque judicio tradiderit Filius regnum Deo Patri, participes nos efficiat regni sui; ut per hanc fidem qua illi inhæsimus, cum illo sine fine regnemus. Hæc est confessionis nostræ fides exposita, per quam omnium hæreticorum dogma perimitur, fidelium corda mundantur; per quam etiam ad Deum gloriose acceditur, cujus * sacrosanctum saporem, sub triduano dierum jejunio, continua relationum collatione * ructantes, ad ea quæ subnexa sunt sequenti die discernenda transivimus.

CAPITULA.

I.

[e] In loco benedictionis confidentes domini sacerdotes * nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus * perturbari; * nullis etiã vanis fabulis, vel risibus agi, &c, quod est deterius, obstinatis * concertationibus tumultuosas voces effundere. *Si quis enim* (ut apostolus ait) *putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.* Cultum enim sua justitia perdit, quando silentia judicii obstrepentium turba confundit, dicente propheta: *Erit cultus justitiæ silentium.* Debet ergo quidquid aut * contendentium collationibus agitur, aut accusantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus * audientiam turbent, nec * judicantiũ vigorem de tumultu enervent. Quicũque ergo in convẽtu concilii hæc quæ promissa sunt violanda crediderit, & contra hæc interdicta, aut tumultu, aut contumeliis, vel risibus concilium perturbaverit, juxta divinæ legis edictum, quo præcipitur: *Ejice derisorem, & exibit cum eo jurgium,* & cum omni * confusionis dedecore abstractus a communi cœtu secedat, & trium dierum excommunicationis sententiam perferat.

[Margin: a fide * ... fis fuit ... Christi ... Constanti-nopolitani ... Greg. ... cap. ... Cto sa- ... rantes, ... In loco par- ... psalm. ... principio. ... nullus de- ... perturba- ... nullus ... concepta- ... bus. ... confiden- ... con- ... tioni- ... sus au- ... tium ... ent, ... dicii]

[Margin: ANNO CHRISTI 675. Proverb. 22. * dedecore de confessione]

II.

[f] Quantum quis præcelsi culminis obtinet locum, tanto necesse est præcedat ceteros gratia meritorum; ut in eo quod præsidet singulis, singulariter ornetur eminentia sanctitatis, habens semper in ore gladium veritatis, & in opere efficientiam luminis: *ut*, juxta Paulum, *potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes revincere.* Nos proinde nostri ordinis gradum, vel suscepti regiminis modum magnopere cogitare debemus: ut qui officium prædicationis suscepimus, nullis curis a divina lectione privemur. Nam quorumdam mentes pontificum ita * corporis otio a lectionis gratia secluduntur, ut quid doctrinæ subditis exhibeat gregibus, non inveniat præco mutus. Insistendum ergo semper erit majoribus, ut quos sub regiminis sui cura tuentur, fame verbi Dei perire non sinant. Sic metropolitanis in confinitimos, ceterosque ecclesiasticis ordinibus deditos; sic confinitimis in commisso sibi religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium divinæ legis traditionibus imbuatur: ita ut indesinenti solicitudine prælatus quisque subditos quærens, aut profectum eorum lætabundus agnoscat, aut nescientiam sine arrogantia instruat. Placuit ergo de talibus, juxta instituta Toletani concilii hoc specialiter definire, ut aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur inviti.

[Margin: Tit. 1. * corporis. Octavi c. 8.]

III.

De his qui contra apostoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto concilio, ut metropolitanæ sedis auctoritate coacti uniuscujusque provinciæ * pontifices, rectoresque ecclesiarum, unum eumdemque in psallendo teneant modum; quem in metropolitana sede cognoverint institutum; nec aliqua diversitate cujusque ordinis, vel officii a metropolitana se patiantur sede disjungi. Sic enim justum est, ut inde unusquisque sumat regulas magisterii, unde honoris consecrationem accepit: ut, juxta majorum decreta, sedes, quæ unicuique sacerdotalis mater est dignitatis, sit & ecclesiasticæ magistra rationis. Abbatibus sane indultis officiis, quę juxta voluntatem sui episcopi regulariter illis implẽda sunt, cetera officia publica, id est, * vesperam, matutinum, sive missam aliter

[Margin: Ephes. 4. Distinct. 12. De his qui. De hac etiã re est in conc. Tol. IV. cap. 2. dictum ejus, * vesperas,]

ANNO CHRISTI 675.

ter quam in principali ecclesia celebrare non liceat. Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione privatus, apud metropolitanum sub pœnitētię censura permaneat corrigendus: qualiter apud illum, & præteritæ transgressionis culpam lacrymis diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. Sub ista ergo regula disciplinæ, non solum metropolitanus totius suæ provinciæ pontifices vel sacerdotes astringat; sed etiam ceteri episcopi subjectos sibi ecclesiarum rectores his obtemperare institutionibus cogant.

IV.

g Sicut omnis qui diligit fratrem suum * ex Deo, ita omnis qui odit proximum ex diabolo est: dilectione enim sola discernitur, quis ex quo genitus approbetur, dicente Ioanne: *In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli: omnis qui non facit justitiam, non est de Deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annuntiatio quam audistis ab initio, ut diligamus alterutrum.* Et post paululum: *Omnis qui odit fratrem suum homicida est: & scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* Ecce homicida esse probabiliter declaratur, qui a fraterna societate dividitur: nam etsi manus non moveat ad occidendum, pro eo tamen * quia immitis est ad ignoscendum, jam a Deo homicida tenetur. Vivit ille, & iste jam interfector esse convincitur. Cum igitur his præceptis beatus apostolus consona prædicatione concordet dicens: *Non occidat sol super iracundiam vestram, & nolite locum dare diabolo;* relatæ sunt nobis quorumdam sacerdotum personæ in tantam obstinationis efferbuisse discordiam, ut non solum illos ab ira occasus solis non revocet, sed nec annosa quidem transactio temporum ad bonum caritatis reclinet: quippe in quorum cordibus ita sol justitiæ Christus occubuit, ut ad lumen caritatis redire vix possint. Horum igitur, & similium discordantium fratrum oblationes, h juxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipiendas esse censemus. De personis tamen * discordantium id specialiter definitione præcipimus, * ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat: sed, geminato tempore, per pœnitentiam compensabunt quod discordiæ servierunt. Quod si unus, eorum, alio contemnente, ad satisfactionem caritatis cucurrerit; ex eo tempore, ut pacificus intra ecclesiam recepterur, ex quo ad concordiam festinasse convincitur; sententia tamen superiori servata, ut tempus, quod quisque in ira expendit, geminatum in pœnitentiæ satisfactione persolvat.

* ex Deo natus est;

1. Ioan. 3.

Ibid.

* quia nititur ad nocendum,

Ephes. 4.

Conc. Carthag. IV. cap. 93

* discordantibus

* ut eos ante reconciliatio mera innectat, quam ullus

V.

Nullis vita præsulum perturbari debet excessibus motionum: quia valde indignum est, ut qui throni Dei vocantur, levi motione turbentur: & qui debent esse arca justitiæ, ipsi efficiantur seminarium litis atque rapinæ. * *Quando ergo hujusmodi*, juxta apostolum, *irreprehensibiles erunt*, qui non solum reprehensibilia faciunt, sed mortifera potius & execranda committunt? Relati enim nobis sunt quidam ex sacerdotibus, quod omni gravitate sacerdotalis ordinis prætermissa, audientiam judicii furore præveniant, & excessu solius inhonestæ * motionis audire, pro quibus eos oportuerat æquitatis judicia sustinere. Dum enim de honoris sui culmine blandiuntur, patientiam habere refugiunt: & qui inconcusse debuerant veritatis conservare statum, subito religionis mutant propositum, & præcipiti furore judicium antecedunt: sicque in quo decuerat eos judicii sustinere conventum, * prævasione agunt, unde de præsumptionibus confundantur. Qui tamen aut damno pariter, & excommunicatione plectendi sunt, aut omissis compositionibus rerum, sola satisfactione pœnitentiæ curabuntur. Illi enim qui rei propriæ facultate suffulti sunt, aut qui rem suam jam antea in nomine ecclesiæ, cui præsunt, * transtulisse noscuntur, * aut per se, aut per subditos, seu per quemlibet aliena diripiunt, vel præsumptionis, seu cædis quidpiam agunt, tam in rebus fiscalibus, quam etiam in quorumlibet dominio constitutis, & * prævasa, vel præsumpta de rebus propriis, juxta leges excellentissimi principis, sarciant, & pro excessu religioni contrario, * quo inhonesti ante judicium * paruerunt, duarum hebdomadarum excommunicatione plectendi sunt. Illi autem qui hujusmodi excessibus serviunt, & nihil proprietatis habere videntur, magna discretionis arte medendi sunt; quo nec ausus illicitos ecclesiarum facultatibus redimant, nec ipsi penitus extorres a pœna persistant. Neque enim justum est, ut pro pravis actibus sacerdotum ecclesiæ quibus præeminent sustineant damnum: ut pro excessibus talium satisfactio ab ecclesiis exigatur: cū ecclesia * rectores suos non ad litem sed ad honestatem informet. De talibus ergo placuit definire, qui nullis habitis rebus propriis, aut in quocumque pervasores extiterint, aut quibuslibet personis cædes, vel quod-

1. Tim. * Qu[illegible]

* mo[illegible] judici[illegible] dire [illegible] giant adire,

* perv[illegible] ne

* trans[illegible] disse * si au[illegible] * perv[illegible]

* quo [illegible] honest[illegible] * perp[illegible] runt,

* cultu[illegible]

quodcumque præsumptionis intulerint, nulla eos incurvatione status sui, servituti hominum debere addici: sed juxta quod præsumptuosus quisquis ille extiterit, ita & pœnitentiæ legibus subjacebit: id est, ut si in decem solidorum summam præsumptor esse convincitur, viginti dierum pœnitentiæ satisfactione purgetur: ita ut sive majoris, sive minoris summæ excessum peregerit, similiter geminata hoc semper satisfactione pœnitentiæ recompenset. Servos tamen ecclesiarum, qui hujusmodi excessus operasse noscuntur, ad leges sæculares audiendos remittimus. Et hæc quidem de generali excessu dicta sufficiant. Ceterum specialitatis ordinem * persequentes, si quis episcoporum magnati cujusque uxorem, filiam, neptem, seu quolibet illi gradu altero pertinentem, quacumque fraude vel subtilitate adulterina pollutione fœdaverit, & honoris proprii gradum amittat, & sub exilii relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferat: qui tamen circa finem vitæ communionis remedio adjuvandus est. Hanc sane & illi sententiam merebuntur, qui aut volentes homicidium fecerint, aut primatibus palatii, generosisque personis, seu nobilioribus quibusque mulieribus, vel puellis aliquid, aut per cædem, aut per quamcumque irrogatam injuriam, visi fuerint intulisse, unde eos juxta legum sæcularium instituta, aut talionem recipere, aut traditionem de his fieri, vel proscriptionem oporteat.

VI.

His a quibus domini sacramenta * tractanda sunt, judicium sanguinis agitare non licet: & ideo magnopere talium * excessibus prohibendum est; ne indiscretæ præsumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est sententia propria judicare præsumant, aut truncationes quaslibet membrorum quibuslibet personis aut per se inferant, aut inferendas præcipiant. Quod si quisquam horum immemor præceptorum, aut ecclesiæ suæ * familiis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, & concessi ordinis honore privatus, & loco suo, perpetuo damnationis teneatur religatus ergastulo: cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda est; propter domini misericordiam, *qui non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur, & vivat.*

VII.

Cum juxta antiquæ institutionis edictum plus erga corrigendos agere debeat benevolentia quam severitas, plus cohortatio quam commotio, plus caritas quam potestas, relatum est nobis, quod quidam ex fratribus plus livore odii, quam correctionis studio subditos insequentes, dum se simulant spiritualem eis adhibere correctionem, indiscretam subito afferunt mortem, cum inauditos a se projiciunt, & * occultis eos judiciis sub pœnitentia puniunt. Non ergo de cetero perversis voluntatibus sit liberum simulare quod fingunt; sed quotiescumque quilibet ex subditis corrigendus est, aut publica debet a sacerdote disciplina curari: aut, si aliter rectoribus placet, duorum vel trium fratrum spiritualium testimonio peculiariter adhibito, & modus criminis agnoscatur, & modus pœnitentiæ irrogetur: ita tamen ut si exilio, vel retrusione dignum eum esse * qui deliquit, judicium peculiare decreverit, modus pœnitentiæ * quam coram tribus fratribus sacerdos transgressori indixerit, speciali debeat ejus qui sententiam protulit manus propriæ subscriptione notari: sicque fiet ut nec transgressores sine testimonio excidia vitæ suæ incurrant, nec rectores accusatos se de quorumlibet interemptionibus erubescant.

VIII.

Quidquid invisibilis gratiæ † collatione tribuitur, nummorum quæstu, vel quibuslibet præmiis venumdari penitus non debet, dicente domino. *Quod gratis accepistis, gratis date.* Et ideo quicumque deinceps in ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis [k] consignandisque fidelibus, aut pro collatione chrismatis, vel promotionibus graduum precia quælibet, vel * præmia voluntarie oblata pro hujusmodi ambitione susceperit; equidem, si sciente loci episcopo tale quidquam a subditis perpetratur, idem episcopus duobus mensibus excommunicationi subjaceat; pro eo quia & sciens mala contexit, & correctionem necessariam non * adhibuit. Sin autem suorum quispiam, eodem nesciente, quodcumque pro supradictis capitulis accipiendum esse sibi crediderit; si presbyter est, * trium mensium excommunicatione plectatur; si diaconus, * quatuor; subdiaconus vero, vel clericus his cupiditatibus serviens, * & competenti verbere, & debita excommunicatione plectendus est.

IX.

Multæ super hoc capitulo [l] patrum sententiæ manaverunt; scilicet ne inappreciabilem sancti Spiritus gratiam donis vel muneribus quis existimet comparandam. Sed (quod non sine gravi dolore dicendum est) quanto hæc res frequenti decretorum est præceptione prohibita,

ANNO CHRISTI 675.

* illicitis

* aut quid aliud deliquit

* quem

1. q. 1. Quidquid invisibilis. Ivo part. 5. cap. 126. & par. 1. cap. 73.

Matth. 10.

† Gratianus & gl. legunt pro collatione, consolatione. Verum in notis Gregorianis posterior lectio probatur.

* præmia nisi voluntarie

* acquisivit.

* quatuor

* trium

* pro competenti pœna & debita.

Ivo part. 5. cap. 127.

ANNO CHRISTI 675

hibita, tanto nobis fraudibus cognosci-tur iterata: dum hi qui tali precio mercari nituntur gratiam Spiritus sancti, aut ordinationis, *seu tempora præveniunt munere, aut post acceptum honorem *promissam suis conferunt[m] *apparitoribus turpis lucri mercedem. Et ideo ut horum & similium argumentorum deinceps amputetur occasio, hoc sancta synodus definivit: ut cum quisque pontificale culmen ante domini altare percepturus accesserit, sacramenti *se taxatione astringat, quod pro conferenda sibi consecratione honoris, nulli personæ cujuslibet præmii collationem, vel *jam dedisse, vel aliquando ad futurum dare procuret; sicque aut mundus ab hoc contagio, prælationis consecrationem accipiat, *aut implicitus huic sceleri, manifeste denotatus coram ecclesia, ad honorem quem mercari voluit non accedat. Illos autem quos deinceps post *relationem per præmium ordinatos fuisse patuerit, sub definitis pœnitentiæ legibus, ut vere simoniacos ab ecclesia separandos esse censemus: id est, ut duorum annorum spatio exilio relegati, & digna satisfactionis vel excommunicationis sententia coerciti, honoris gradum, quem præmiis emerant, lacrymis conquirere & reparare intendant. Vnde si digna eos satisfactio pœnitentiæ commendaverit, peracto pœnitentiæ indictæ tempore, non tantum communioni, sed & loco, & totius ordinis officiis, a quibus separati fuerunt, restaurandi sunt.

*suæ
*promissis
*apparentibus
*exactione astringantur,
*aliquando dedisset,
*aut publicato hoc scelere, manifeste denudatus coram ecclesia, & ad al. aut per illicitum usum implicatus, &c.
*prælationem

X.

Dist. 23. c. Quamquã omnes. Ansel. lib. 7. cap. 88.

Quamquam omnes qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adstricti, expedibile tamen est, ut promissionis suæ vota sub cautione spondeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica *provehit disciplina: solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur, quam quod generali *innexione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, ut unusquisque qui ad ecclesiasticos gradus est *accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam *[n] placiti sui innodatione promittat, ut fidem catholicam sincera cordis devotione custodiens, juste & pie vivere debeat, & ut in nullis operibus suis, canonicis regulis contradicat; atque ut debitum per omnia honorem, atque obsequii reverentiam præeminenti sibi unusquisque dependat, juxta illud beati papæ Leonis edictum: Qui scit se quibusdam esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat. Pœna tamen juxta ecclesiasticæ

*probat
*sponsione
*ascensurus,
*placita sibi annotatione,
Epist. 84.

A consuetudinis morem, & placitis talium *inserenda, & ab his qui transgressores fuerint persolvenda est.

XI.

Cum nihil in divino canone debeat esse confusum, nihil dubium, nihil etiam indiscretum, in collatione nostri cœtus *relatus est canon Toletani concilii primi, in quo præceptum est, ut si quis acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur: nec adjecta est ibi discretio voluntatum; cum & infidelis hæc & talia infideliter B agat; & fidelis *fidenter accipiat, quod naturalis illum necessitas deglutire non sinat. Solet enim humanæ naturæ infirmitas in ipso mortis exitu prægravata, tanto siccitatis pondere deprimi, ut nullis ciborum illationibus refici; sed vix tantumdem illati delectetur poculi gratia sustentari. Quod etiam in multorum exitu vidimus, qui optatum suis votis sacræ communionis expetentes viaticum, collatam sibi a sacerdote eucharistiam rejecerunt; non quod infidelitate C hoc agerent, sed quod præter dominici calicis haustum, traditam sibi non possent eucharistiam deglutire. Non ergo hujusmodi a corpore ecclesiæ separandi sunt, qui talia non infidelitate, sed necessitate fecerunt; præsertim hi de quibus nihil fidei sinistræ sentitur. Placuit ergo definire, quod nec fideli officiat, nec infideli inultum existat. Quicumque ergo fidelis inevitabili qualibet infirmitate coactus, eucharistiam perceptam rejecerit, in nullo ecclesiasticæ damnationi subjaceat. Similiter nec illos cujusquam punitionis censura redarguet, qui D talia [o] tempore infantiæ faciunt, aut in qualibet mentis alienatione positi, quid fecerint ignorare videntur. Iam vero quicumque aut de fidelium aut infidelium numero corpus domini absque inevitabili (ut dictum est) infirmitate projecerit, si fidelis est, perpetua communione privetur; si infidelis, & verberibus subdatur, & perpetuo exilio relegetur. Quod si horum quilibet hujusmodi E excessus digna pœnitentiæ satisfactione defleverit, post quinquennium licitum erit, illum communioni pristinæ reformari.

XII.

Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutine a reconciliationis gratia *referendus est: sed si *præceptum mortis urget periculum, pœnitentia per manus impositionem accepta, statim ei [p] reconciliatio adhibenda est: ne prius ab humanis rebus æger abscedat, quam donum reconciliationis percipiat; sicque

que superstitibus quodammodo doloris videatur esse perpetui, si præcisum ab ecclesiæ membris eum, qui utique reconciliari non meruit, raptim a præsenti vita mors maturata subduxerit: juxta papæ Leonis edictum: His qui in tempore necessitatis, & in periculi urgentis instantia, præsidium pœnitentiæ, * & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. ¶ De his autem qui accepta pœnitentia, antequam reconcilientur, ab hac vita recesserint; quamquam diversitas præceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum tamen [r] nos sententias placuit sequi, qui multiplices numero de hujusmodi humanius decreverunt; ut [s] & memoria talium in ecclesiis commendetur, & oblatio pro eorum dedicata spiritibus accipiatur.

XIII

Bene quidem [t] majorum regulis definitum est, ut dæmoniis aliisque similibus passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat: cui præcepto consensurationis adhibito, id communiter definivimus, ut nulli de his, qui aut in terram arrepti [u] a dæmonibus illiduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscussos se divinis ingerant sacramentis: exceptis illis qui variis corporum incommoditatibus dediti, * sine hujusmodi passionibus in terram approbantur elisi. Qui tamen & ipsi tamdiu erunt officii sui ordine & loco suspensi, quousque unius anni spatio per discretionem episcopi inveniantur ab incursu dæmonum alieni.

XIV.

* Et illud divini oraculi * momentis singulis præcaventes, quo scribitur: *Væ soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem:* summopere curandum nobis est, & cavendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus domino psallitur, vel sacrificatur, unicuique divinis singulariter officiis insistenti perniciosa passio, vel corporis quælibet * valetudo occurrat, quæ aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro hujusmodi ergo casibus * præcavendis, necessarium duximus instituere, ut ubi temporis, vel loci, sive cleri copia suffragatur, habeat semper quisquis ille canens Deo, atque sacrificans, post se vicini solaminis adjutorem: ut si aliquo casu ille qui officia impleturus accedit turbatus fuerit, vel ad terram elisus, a tergo semper habeat [x] qui ejus vicem exequatur intrepidus.

In decreto Gratiani aliis characteribus additur:

Sed si hoc sacrificanti frequenter acciderit, tunc omnino ab oblatione prohibeatur.

XV.

Peractis omnibus quæ ad correctionem nostri ordinis in hoc concilio promulgata sunt, placuit definire, ut paternis institutionibus obsequentes, omni anno ad peragendam celebritatem concilii in metropolitana sede, tempore quo principis, vel [y] metropolitani electio definierit, devotis semper animorum studiis * confluamus: nec quibuslibet requisitis occasionibus absentemur; sed * in præfato die, quo indictum fuerit, adunatis in metropolitana sede omnibus * pontificibus, concilium Deo præsule celebretur. Quisquis autem episcoporum, excepta inevitabili causa, vel necessitate, de peragendo se concilio absentaverit, unius anni excommunicatione plectendus est. Quod si deinceps absque celebratione concilii anni unius meta transierit, omnes in commune pontifices Carthaginensis provinciæ superioris censuræ sententia obnoxios retinebit: id est, si nulla sibi impediente principis * potestate, solius propriæ voluntatis * libido, se ad celebrandum concilium non collegerint.

XVI.

His igitur constitutionibus nostris, quæ necessario decernenda credimus, finalem manus nostræ subscriptionem adjecimus; immortali Deo nostro & domino gloriam & honorem reddentes, qui nos de conventu alternæ visionis lætos effecit; qui os nostrum in confessione laudis suæ aperuit; qui etiam decreta hujus nostri concilii honesto fine complevit. Post hæc religioso domino, & amabili principi nostro * Vvambano regi gratiarum actiones persolvimus; cujus ordinatione collecti, cujus etiam studio aggregati sumus; qui ecclesiasticæ disciplinæ his nostris sæculis novus reparator occurrens, omissos conciliorum ordines non solum restaurare intendit, sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit; ut ad alternam morum correctionem annuo tempore alacriter concurrentes, juxta prophetæ vaticinium, quod in nobis defractum est alligetur, & quod abjectum est reducatur. Det ergo eidem principi dominus pro hujus sacræ solicitudinis voto, & cursum præsentis vitæ in pace transigere, & post diutina tempora ad se in pace remissis iniquitatibus

Marginal notes (left, partly cut off): ...uæst. 6. ... qui. ... ep. 91. ... more — ...ncil. ...th. IV. ... 79. & ... 6. per ...im. — ...nc. Eli... ...itanum ... 29. & ... papa ... 33. ...ommu... ...er. — indiscus... — ...quæst. 1. ...d divi... oraculi. ... pag. 2. ...26. ...c. lib. 3. ... & de ...d. 1. illud. ...f. 4. — ...momen... singulis. ...valitu... — ...æcavẽ...

Marginal notes (right): Hanc additionem nota Gregoriana non probat. De hac re diximus concil. Tol. IV. c. 3. — * conferamur. — * præparato — * provinciæ pontificibus — * potestate, vel infirmitate, aut inevitabili causa. — * libitu. — * Vvambani — Ezech. 34.

ANNO CHRISTI 675.

tibus pervenire, qualiter & hic felicia tempora ducat, & felix cum omnibus, quibus principatur, ad Christum sine confusione perveniat: ut quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur, coronam futuri regni capiat; ex hoc in regione vivorum regnans, cum Christo in sæcula sæculorum. Amen.

[z] SUBSCRIPTIONES.

Episcopi.

Ego Quiricus urbis regiæ metropolitanus episcopus hæc gesta synodalia a nobis definita subscripsi.

Athanasius Setabitanæ ecclesiæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Ego Argemundus Oretanæ ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

Ego Ioannes * Bigastrensis ecclesiæ episcopus similiter subscripsi. (* Bigertensis)

Ego Godiscalcus Oxomensis ecclesiæ episcopus similiter subscripsi.

Ego Leander ecclesiæ Illicitanæ, qui & Elotanæ, episcopus similiter subscripsi.

Ego Felix ecclesiæ Dianiensis episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Suinterius ecclesiæ Valentinæ episcopus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Palmatius ecclesiæ Vrcitanæ episcopus similiter subscripsi.

Ricilla ecclesiæ Accitanæ episcopus similiter subscripsi.

Rogatus ecclesiæ * Beatiensis episcopus subscripsi. (* Viatiensis)

Etherius ecclesiæ * Bastitanæ episcopus subscripsi. (* Bastianæ)

Concordius ecclesiæ Palentinæ episcopus subscripsi.

Acisclus ecclesiæ Complutensis episcopus subscripsi.

Memorius ecclesiæ * Segobriensis episcopus subscripsi. (* Secobricensis)

Egica ecclesiæ Seguntiensis episcopus subscripsi.

Gaudentius ecclesiæ Valeriensis episcopus subscripsi.

Vicarii episcoporum.

Libertus diaconus, agens vicem domini mei Sinduiti, ecclesiæ Segobiensis episcopi, hæc gesta consentiens subscripsi.

Egila diaconus, agens vicem domini mei Mumuli, ecclesiæ Arcavicensis episcopi, hæc gesta consentiens subscripsi.

Abbates.

Iulianus ecclesiæ monasterii sancti Michaelis abbas hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Valderedus ecclesiæ monasterii sanctæ Leocadiæ abbas hæc gesta synodica a nobis edita consentiens subscripsi.

Gratindus ecclesiæ monasterii sanctorum Cosmæ & Damiani abbas hæc gesta synodica a nobis edita consentiens subscripsi.

Absalio ecclesiæ monasterii sanctæ Crucis abbas hæc gesta synodica a nobis definita consentiens subscripsi.

Florentinus ecclesiæ monasterii sanctæ Eulaliæ abbas hæc gesta synodica a nobis definita consentiens subscripsi.

Avila ecclesiæ monasterii sancti Iuliani Agaliensis abbas hæc gesta synodica a nobis definita consentiens subscripsi.

Gudila ecclesiæ sanctæ Mariæ regiæ sedis archidiaconus hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *In nomine domini.*] Toletanum concilium undecimum, habitum anno 4. Vvambani regis, septimo Idus Novemb. est provinciale, coactum sub * Agathone pontifice maximo, in quo factam esse legitimam sedium episcopalium divisionem omnes Hispani historici tradunt, Rodericus, chron. generale, Tudensis, Vasæus, & alii. *Hæc Garsias.*

Adde Baron. ann. 675. num. 4. & 5. fretus auctoritate Tudensis asserit, divisionem sedium episcopalium in Hispania factam esse, non in hoc concilio, cui 18. tantum episcopi interfuerunt, sed in alio quodam Toletano generali concilio, cui omnes episcopi Hispaniæ sub rege Vvamba interfuerunt. In re gravissima judicium meum suspendo.

b *Cum tandem nos.*] Ioverius in collectione conciliorum amplius habet: *Cum tandem divina clementia operis manuum suarum perditioni condolens, prava in directa reducens, suum sanctum Sabaoth novis propaginibus ac plantis novellis fecundare volens, negligentia subrogans diligentiam, pro ignorantia disciplinam immittens, pro socordia solertiam, pro schismate unitatem inducens, pro zizania veræ pacis vinculum largiens, pro caducis cælestium desideria infundens, pro turpibus honesta sectari stimulans, a terrenis & infimis ad sublimia erigens nos, in hac lacrymarum valle potius morientes, quam viventes; in hoc vasto periculorum mari vagantes sine remige, sine clavo, huc illucque tempestatum fluctibus per abrupta collisos, in continua malorum acie, ubi nos circumstant mille discrimina, ubi versutissimus insidiatur hostis, mille nocendi artibus instructus, ex alto cæli domicilio respiciens,* &c.

c *Confitemur.*] Fidei confessio in conciliis præponitur, statimque initio fieri solenne fuit, veluti totius Christianæ structuræ basis & fundamentum, a quo omnis ædificatio crescit in templum Dei.

d *Et prædestinatus esse credendus est.*] In eo sensu quo dicitur a D. Paulo: *Qui prædestinatus est Filius Dei, in virtute secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.*

e *In loco benedictionis.*] De forma servanda in conciliis celebrandis, statuunt concilium Toletanum IV. cap. 3. & Agathense cap. 40. Calchedonense etiam, ut habetur dist. 18. cap. Pervenit ad nostras. Ordinemque celebrandi concilia principio hujus collectionis posui.

f *Quantum quis.*] De scientia, quam debet habere episcopus, vide Innocentium in cap. Cum in cunctis, in princip. de electione, & Ioannem Andream, & Host. & Abbat. Verum cardinalis Turrecremata Hispanus, & Præpositus, & Alexander, parcius loquuntur de scientia, & peritia episcopi, in cap. Omnes psallentes. 38. distinct. Episcopi munus esse primum, ac præcipuum, prædicare sanctum Iesu Christi euangelium, habere in ore gladium veritatis, & divinæ scripturæ intelligentia eminere, multis exemplis pariter ac doctrinis ostendit dominus noster Iesus Christus, supremum ecclesiæ caput, summusque sacerdos, cujus sacrata membra episcopi sunt, qui typum supremi in veteri lege episcopi Aaronis referunt. Nam sicut ille os fuit Moysi, ita episcopus per verbi ministerium os est Christi. Atque hoc est quod apostolis promisit: *Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere adversarii vestri.* Et ipse primum docuit facere, & postea docere. Imo duodecimum nondum annum compleverat, & in medio doctorum in templo disputare inventus, solicitæ mœstæque matri respondit: *Nonne in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Et alibi: *Oportet me operari opera ejus qui misit me.* Et illud: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me Patris.* Quænam esset Patris voluntas docuit, cum Samaritanam prædicatione ad fidem traxit; cum parabolis & cælestibus doctrinis populum instruxit. *Circuibat enim Iesus omnes civitates & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans omnem languorum, & omnem infirmitatem. Et cum in synagogam Nazareth, ubi erat nutritus, intrasset, traditus est illi liber Isaiæ prophetæ: & ut revoluit, incidit in* locum,

(Margin: Tem[pus] acta[...] lii. * A[...] to. [...] nius. — Conf[essio] fidei. — Rom. — Cap. Form[a con]cilii [cele]brand[i]. — Cap. Quæ qualis [scien]tia re[qui]ratur [in] episc[opo]. — Luc. — Luc. — Ioan. — Ioan. — Luc.)

locum, ubi ſcriptum erat: *Spiritus domini ſuper me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum.* Miſit etiam diſcipulos binos prædicare, & dixit illis: *Meſſis quidem multa, operarii autem pauci.* Et: *Dicite: Pax huic domui:* &: *appropinquavit in vos regnum Dei.* Et poſt mortem corporis, gloria immortalitalis coopertus, dixit apoſtolis: *Ite, prædicate euangelium omni creaturæ.* Et rurſus: *Poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis.* Et alibi: *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & univerſa Iudæa, & Samaria, uſque ad ultimum terræ.* Idem etiam apoſtolorum comprobatur doctrina; qui aliis ita de ſeipſis dixerunt: *Non eſt æquum miniſtrare menſis, & relinquere verbum Dei.* Et Paulus, *Væ mihi*, inquit, *ſi non euangelizavero.* De quo dictum eſt: *Vas electionis eſt mihi, ut portet nomen meum.* Vnde ipſe de ſe dicebat: *Miſit me dominus non baptizare, ſed euangelizare.* Et epiſcopo Timotheo regulam epiſcopalis muneris ita præſcribit: *Oportet*, inquit, *epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, nec turpis lucri cupidum; ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, juſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem; ut potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere.* Et alio loco: *Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem.* Et paulo poſt: *Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ.* Hæc igitur norma eſt, veraque imago epiſcopalis curæ, quam Paulus deſignat, & certis coloribus depingit: quam etiam omnes ſancti patres ſunt ſecuti. Zoſimi pontificis maximi fragmentum apponam: *Qui eccleſiaſticis*, inquit, *diſciplinis per ordinem non eſt imbutus, & temporum approbatione divinis ſtipendiis non eſt eruditus, nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumat: & non ſolum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatores ejus careant eo ordine quem contra præcepta patrum crediderunt præſumendum.* Inde eſt quod ſacrarum literarum neceſſario oportet epiſcopum habere peritiam. Et in ſua ordinatione, cum formatur, interrogatus, an utrumque ſciat teſtamentum, publice fatetur ſe ſcire. Idque in veteri teſtamento præfiguratum erat. Nam inter cetera ornamenta pontifex rationale judicii ferebat in pectore, in quo inciſum erat: *Doctrina & veritas*: quia in pectore pontificis manifeſta & cognita omnibus debet eſſe ſapientia veritatis. Hinc etiam veſtes, quibus arca a Levitis in via portabatur, jugiter annulis erant inſertæ: ut cum illa eſſet portanda, nulla fieret mora intromittendis vectibus. Quia epiſcopi, per quos verbum Dei in eccleſia publice in orbem circumfertur, ſacrarum literarum lectioni perpetuo debent ſedulam navare operam; ne tunc quærant diſcere, cum ex officio alios teneantur docere. David rex, cui munus regendi populos datum eſt, prius ex gratia Spiritus ſancti donum ſcientiæ percepit, quam adminiſtrationem regni aſſequeretur. Salomon quoque cum primum regnum inchoaſſet, non divitias, non longum vitæ tempus, ſed divinam ſapientiam a Deo poſtulat, & impetrat, ſine qua nihil eſſe præſtans ad regimen aptum regni intelligebat. Et prius dominus poſuit verba in ore prophetæ, quam conſtitueret eum ſuper gentes & regna; dicens ad Ieremiam; *Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce conſtitui te ſuper gentes & regna.* Hinc etiam Malachias; *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt de ore ejus: quia angelus domini exercituum eſt.* Quia ſancti & optimi viri eſt, prius diſcere, poſtea vero prædicationis officio fungi. Salomon ante tacendi tempus expreſſit, loquendi poſtea, quia veritas taciturnitate & ſilentio meditationeque animi diſcitur & comparatur, jam vero concepta partaque verbo populis datur & annuntiatur, ut domini ſermo ait; Qui audit, dicat veni. Id enim in apoſtolis formandis obſervavit, erudiens eos doctrinæ cæleſtis intelligentia, parabolarum apertione, miraculorum operatione, vitæ conſuetudine & familiaritate; ut ita edocti prædicationis officio fungi poſſent; poſtea miſit in univerſum orbem, unde poſt corporis ſui admirabilem reſurrectionem, illis divinæ ſcripturæ abditum reconditumque ſenſum aperuit; poſtea vero dixit; *Euntes in mundum univerſum prædicate euangelium omni creaturæ.* Petrus vero apoſtolorum princeps, Chriſtique vicarius, cui ovilis dominici cura demandata eſt, cum rectoribus & præpoſitis eccleſiæ ſcriberet, ait; *Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti vos ſatisfactionem de ea fide, & ſpe, quæ in vobis eſt.* Quibus teſtimoniis aperte monſtratur non ſatis eſſe presbytero bona morum puritas, & vitæ honeſtas, ut muneri epiſcopali præficiatur, niſi ſcientia doctrinæ cæleſtis polleat. Expendamus poſt Zoſimum Origenis verba hom. 6. ad cap. 8. Levitici; *Si quis vult pontifex non tam vocabulo eſſe, quam merito, imitetur Moyſen, imitetur Aaron: quid enim dicitur de eis? quia non diſcedunt de tabernaculo domini. Erat ergo Moyſes indeſinenter in tabernaculo domini. Quod autem opus ejus erat? ut aut a Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt pontificis opera, ut aut a Deo diſcat, legendo ſcripturas divinas & ſæpius meditando, aut populum doceat; ſed illa doceat, quæ ipſe a Deo didicerit; non ex proprio corde, vel ex humano ſenſu, ſed quæ Spiritus ſanctus docet.* Hæc Orig. Concil. etiam Toletan. XVI. in decreto 12. judicii & electione Felicis epiſcopi in Toletanam ſedem, & Fauſtini in Hiſpalenſem, & alterius Felicis in Bracarenſem, ſic epiſcopale officium deſignatur: *Quatenus uterque eaſdem quas ſuſcipiunt eccleſias pia prædicatione inſtruant, moribus ſanctis exornent, ac beatæ vitæ exemplis ædificent.* At dicet quis concilio Tridentino ſtatutum eſſe, poſſe epiſcopos per alios, ſi legitime impediti fuerint, verbum Dei annuntiare; id autem quis negabit? quis inficiabitur? verum ignorantiæ, & inſcientiæ, & imperitiæ impedimentum, nullus ſanus, neque in ſacris literis verſatus, ut per alios populum erudiat dicet eſſe legitimum atque ſufficiens. Quod nec Paulus admittit, cum ait; *Vt potens ſit exhortari in doctrina, & eos qui contradicunt arguere. Potens ſit* (inquit) *in doctrina*, id eſt, in ſacrorum librorum intelligentia, in divinorum myſteriorum peritia, in quæſtionum ſacrarum enodatione, in conciliorum, & decretorum eccleſiæ doctrina & ſapientia, in hæreticorum calliditatibus & verſutiis arguendis ac ſubvertendis. Et 2. ad Timoth. cum in epiſcopali cura inſtruens, ſic ait; *Tu vero permane in his, quæ didiciſti, & credita ſunt tibi: ſciens a quo didiceris, & quia ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis enim ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Neque prætermittendum eſt Timotheum ab infantia ſacras literas didiciſſe, ut in curam epiſcopalem incumberet. Sacra Trident. ſynod. ſeſſ. 6. c. 1. in epiſcopis requirit, ut eorum prior vita, ac omnis ætas, a puerilibus exordiis uſque ad perfectiores annos, per diſciplinæ ſtipendia laudabiliter acta teſtimonium præbeat. Hæc de epiſcoporum munere & doctrina diximus, fuſius forte quam oportuit.

Tit. 1.

2. Timot. 3.

g *Sicut omnis.*] Totum hoc caput a Surio, Ioverio, atque aliis collectoribus, Bonifacio tribuitur; quam bene, lector viderit; in manuſcriptis codicibus nulli adſcribitur. Cap. 4.

h *Iuxta antiqui canonis.*] IV. Concil. Carthag. c. 9. Oblationes (inquit) diſſidentium fratrum, neque in ſacrario, neque in gazophylacio recipiantur. Cap. 4.

i *Voluntarie oblata.*] Sic in concilio Trident. ſeſſ. 21. cap. 1. de reformatione; *Nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonſuræ, nec pro literis dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, nec alia quacumque de cauſa, etiam ſponte oblatum epiſcopi, & alii ordinum collatores, aut eorum miniſtri, quovis prætextu accipiant.* Habes idipſum concil. Tolet. VIII. cap. 3. Concilio tamen Bracar. II. permittitur, ut ſi quid ab iis qui infantes ad baptiſmum offerunt ſponte oblatum ſit accipi poſſit; ſic enim habetur; *Placuit, ut unuſquiſque epiſcopus per eccleſias ſuas hoc præcipiat, ut hi qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid voluntarie pro ſuo offerunt voto, ſuſcipiatur ab eis.* In excuſis & Gratiano legitur; *Non niſi voluntarie oblata.* Concilio Emeritenſi cap. 9. *Quod ſi quis aliquid offerat per bonam voluntatem, accipiatur grate.* Cap. 8. Munus pro collatis ordinibus ſponte oblatum accipi poteſt.

k *Conſignandis.*] Conſignatio eſt confirmatio; munus ſolius epiſcopi. Act. 8. *Miſerunt ad eos Petrum & Ioannem*, &c. Apoſtoli initiatis baptiſmo manus imponebant, non presbyteri; epiſcopi vero apoſtolis ſucceſſerunt, non presbyteri, ut ait Auguſt. ad pſalm. 44. S. Clemens lib. 3. conſt. apoſt. c. 16. *Poſtea epiſcopus* (ait) *ungat baptizatos chriſmate.* Idem Clemens epiſt. 4. Et Vrbanus papa I. epiſt. ad omnes Chriſtianos, can. Omnes fideles, de conſecr. diſt. 5. Melchiades papa epiſtola ad epiſcopos Hiſpaniæ quærit, utrum majus eſſet ſacramentum manus impoſitionis epiſcoporum, aut baptiſmus. Idem Damaſus papa epiſt. 4. ad chorepiſcopos. Leo magnus epiſt. 88. ad epiſcopos Germaniæ, & Galliæ. Euſebius martyr epiſt. 3. ad epiſcopos Tuſciæ. Innocent. I. epiſt. ad Decentium, cap. 3. *De conſignandis vero infantibus manifeſtum eſt* (inquit) *non ab alio quam epiſcopo fieri licere.* Tolet. I. c. 20. Idem in concil. Hiſpal. cap. 7. S. Thomas 3. p. quæſt. 72. art. 11. Cap. 8. Conſignatio quid?

l *Patrum ſententia.*] Neminem precio ordinandum decrevit Gelaſius papa epiſt. ad epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam, cap. 26. & concil. Calched. C. 2. haheturque 1. q. 1. Si quis epiſcopus. Idem Hormiſda papa epiſtola ad epiſcopos per Hiſpan. cap. 2. Symmachus epiſtola ad Cæſarium, c. 2. & 5. Cap. 9.

Cap. 9. Apparitores quid?

m *Apparitoribus.*] Erant appáritores magiſtratuum miniſtri, qui & viatores dicebantur; homines qui reos in jus ſiſtebant; unde & ſtatorum nomen illis inditum Hic accipi videntur pro iis qui ordinibus initiandos epiſcopos ſiſtebant, & ex ea re lucrum captabant.

Cap. 10. Placitum quid.

n *Placiti ſui innodatione.*] Placitum, profeſſio, conventio, & pactum. Sic in legibus Vviſegoth. lib & tit 4. leg. 10. & lib. 12. de Iudæorum placito. Et apud Caſſianum collatione 9. cap. 1. Et apud juriſconſultos, ibi ſæpe, tum præſertim lib. 40. dig. tit. 14. de pactis.

Cap. 11. Infantibus baptizatis olim euchariſtia dari ſolita.

o *Tempore infantiæ faciunt.*] Infantibus poſt baptiſmum euchariſtiæ ſacramentum dari ſolitum teſtatur Ambroſ. lib. de his qui myſteriis initiantur, cap. 7. & 8 & lib. 3. de ſacramentis cap. 1. Et concil. Laod cap. 28. ita habetur: *Oportet baptizatos poſt baptiſmum ſacratiſſimum chriſma percipere, & cæleſtis regni participes fieri.* Idem Tertul. lib. 4. adverſus Marcionem, & Hieronymus adverſus Luciferianos: Auguſt. epiſt 23. & lib. 5. " hypognoſt. In parvulis etiam eadem ſervabatur inſtitutio; ut conſtat ex ordine Romano, & Alcuino lib. de divin. offic. cap. de ſabbato ſancto: verum hæc conſuetudo in eccleſia Latina antiquata eſt, quamvis in Græca ſint qui dicant adhuc permanere.

" non eſt Aug.

Cap. 12.

p *Reconciliatio adhibenda eſt, ne prius ab humanis rebus æger abſcedat, quam donum reconciliationis percipiat.*] Tria ſunt hoc loco conſideranda; pœnitentia, manus impoſitio, & reconciliatio. Accipere pœnitentiam nihil aliud erat, quam pœnitentium ſubdi legibus per animi contritionem, & oris confeſſionem. Manus impoſitio, erat abſolutio ſacerdotis, poſt peractam peccatorum confeſſionem: reconciliatio vero, erat euchariſtiæ ſumptio; ad quam perceptionem in mortis extremo periculo maxime feſtinandum eſt. Id conſtat ex concil. Carthag. IV. cap. 76. quod de infirmis in phreneſim verſis, ſic decernit: *Accipiat pœnitentiam, & ſi continuo creditur moriturus reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus euchariſtia.* Idipſum explicatur concil. Arauſic. I. can. 3. *Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione eis communicari*: quod morientis ſufficit reconciliationi, ſecundum definitiones patrum, qui hujuſmodi communionem congruenter viaticum nominarunt. In fine vitæ, pabulo corporis & ſanguinis Chriſti domini noſtri digne refici, æternæ vitæ argumentum eſt, donumque cæleſte profecturis ad regnum æternum conceſſum: unde viaticum a Latinis, a Græcis vero ἐφόδιον nominatum. Nicæna ſynodus can. 13. Habetur 26. q. 6. cap. De his vero Merito in hoc uno ſacramento poſitum eſt viaticum: eſt enim cibus itinerarius animæ & corporis, ſicuti manna fuit corporis in deſerto iter agentibus. Ejus uſu & ſumptione virtutes officiaque pietatis Chriſtianæ augentur, appetitioneſque humanæ terreſtres debilitantur & diſſipantur; præſertim cum & vinculis corporis, tamquam e carcere animus eductus, viam pertimeſcendam alterius ſæculi calcat. Quo tempore præcipue iſte cibus ſtudioſe & pie adhibendus eſt: idque viri ſancti maximo ſtudio curarunt Chryſoſt. lib. 6. de ſacramentis, commemorat ſe audiviſſe a ſancto viro, qui divino beneficio ipſe viderat, quod qui ex hac vita migraturi ſunt, ſi pure & ſancte hujus ſacramenti participes fuerint, ab angelis eorum animas ſatellitum more ſtipantibus, propter hujuſmodi ſacramentum ſumptum, hinc recta in cælum abducuntur: quam ſententiam libentiſſime poſui propter conſolationem fidelium, in hac lacrymarum valle degentium. Paulinus etiam in vita Ambroſii narrat Honoratum ſacerdotem Vercellenſis eccleſiæ terro fuiſſe divina voce vocatum ſic: Surge, & feſtina, quia modo es receſſurus; qui veniens obtulit Ambroſio dominicum corpus, quo accepto, emiſit ſpiritum. Niceph. etiam lib. 13. cap. 37. de morte Chryſoſtomi tradit eum fuiſſe a Petro & Ioanne apoſtolis cæleſti eſca refectum. Vide quid dicat Gregorius hom. 40. & lib. 4. dialog. cap. 15. de S. Romula, & Euſeb. lib 6. hiſt. eccleſ. cap. 36. de Serapione. Et hoc eſt apud Cyprianum lapſis pacem dari, hoc eſt, ad communionem ſanguinis & corporis domini admitti.

Cap. 12.

q *De his autem qui.*] Vide de hac re magiſtrum ſententiarum lib. 4 diſt 20 de his qui in fine pœnitent.

r *Nos ſententias ſequi placuit.*] Sic in concil. Epaon. & ex eo apud Gratian. 26. q. 6. cap. Si aliquis *Si quis fuerit mortuus, qui jam ſit confeſſus, & teſtimonium habet bonum, & non poterat venire ad ſacerdotem, ſed præoccupavit eum mors in domo, vel in via, faciant parentes ejus pro eo oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captivis.* Idem per totam quæſtionem hujus cauſæ.

Quorum nomina in miſſa recitari ſolita.

ſ *Memoria talium in eccleſiis commendetur.*] Veteris eccleſiæ mos fuit, pro quibus offerebatur, nomina in miſſæ ſacrificio recitari, tam vivorum, quam defunctorum. Id cõſtat ex concilio Emerit. c. 19. *Proinde ſalubri deliberatione cenſemus, ut pro ſingulis quibuſque eccleſiis, in quibus presbyter juſſus fuerit, per ſui epiſcopi ordinationem, præeſſe, pro ſingulis diebus dominicis ſacrificium Deo procuret offerre; & eorum nomina, a quibus eas eccleſias conſtat eſſe conſtructas, vel qui aliquid his ſanctis eccleſiis videntur, aut viſi ſunt contuliſſe; ſi viventes in corpore ſunt, ante altare recitentur tempore miſſæ; quod ſi ab hac diceſſerunt, aut diſceſſerint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur ſuo in ordine.* Erant enim tabulæ duæ, quarum uni vivorum, alteri defunctorum nomina inſcribebantur, ut patet ex Innocentio in epiſt. 1. ad Decentium, & ex Dionyſ. Areopag. cap. 3. eccleſiaſt. hierarch. In concil. Eliberit. c. 29. de energumenis dicitur: *Ut nomen eorum non recitetur ad altare.* Defunctorum in miſſa memoria ab apoſtolis eſt inſtituta, ut tradit Iſidorus l. 1. de officiis, cap. 18. *Sacrificium* (inquit) *pro defunctorum fidelium requie offerre, vel orare pro eis, quia per totum hunc orbem cuſtoditur, credimus quod ab ipſis apoſtolis traditum ſit. Hoc enim ubique catholica tenet eccleſia: quæ niſi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum ſpiritibus, vel eleemoſynam faceret, vel ſacrificium Deo offerret* Hæc Iſidorus. Cyprianus pro mortuis ſemper offerebat ſacrificium, ut in epiſtola ad clerum dicit de Celerino confeſſore. Et Gregor. lib. 7. regiſt. epiſtola quæ incipit: Utilis ſemper. Ultimo apponam fragmentum Auguſt. lib. 9. confeſſ. cap. 13. Sic enim ait de morte Monicæ matris ſuæ: *Namque illa, imminente die reſolutionis ſuæ, non cogitavit corpus ſuum ſumptuoſe, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupivit, aut curavit ſepulcrum patrum: non illa mandavit nobis, ſed tantum memoriam ſui ad altare tuum fieri deſideravit, cui nullius diei prætermiſſione ſervierat. Unde ſciret diſpenſari victimam ſanctam, qua deletum eſt chirographum, quod erat contrarium nobis; qua triumphatus eſt hoſtis, computans delicta noſtra.* Et infra: *Inſpira, domine Deus meus, inſpira ſervis tuis fratribus meis, filiis tuis, dominis meis, quibus voce, & corde, & literis ſervio; ut quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ, cum Patricio quondam ejus conjuge, per quorum carnem introduxiſti me in hanc vitam, quemadmodum neſcio. Meminerint cum affectu primum parentum meorum, in hac luce tranſitoria, & fratrum meorum ſub te patre, in matre catholica, & civium meorum in æterna Ieruſalem, cui ſuſpirat peregrinatio populi tui, ab exitu uſque ad reditum; ut quod a me illa popoſcit extremum, uberius ei præſtetur in multorum orationibus, tam per confeſſiones, quam per orationes meas.* Hæc Auguſtinus de matre ſua.

Defunctorum commemoratio in miſſa ab apoſtolis eſt inſtituta.

Cap. 13.

t *Majorum regulis.*] Concilium Eliberit. cap. 29. & I. Arauſic. can. 16. & Pius papa I. diſt. 33. cap. Communiter.

Cap. 13. Arrepti qui.

u *Arrepti a dæmonibus.*] Hi Græco nomine dicuntur energumeni ἀπὸ τῆς ἐνεργείας, id eſt, ab operationibus dæmonum, quas in ipſis præcipue videmus. Concil. Ancyr. can. 16 *Energumenus eſt, qui tempeſtate jactatur, ſeu ſpiritu immundo divexatur*: ἐνέργεια enim pro vi, ſeu efficacia, & vexatione dæmonum accipitur, apud Tertullianum lib. de præſcript. adverſus hæreticos. Sanctus Ambroſius ſerm. 25. dicit, a diabolo energumenum non niſi jejuniis poſſe purgari. Arreptorum nomen etiam apud Caſſianum eſt collat. 7. cap. 12. dicti ita videntur ἀπὸ τῆς ἐνεργείας, id eſt, ab operationibus dæmonum, quas in eos exercent.

Cap. 14

x *Qui ejus vicem.*] Idem eſt in concil. VII. Tolet. can. 2. Quod nullus ſolus miſſam dicat, decretum eſt a Sotere papa, habeturque de conſecr. diſt. 1. cap. Hoc quoque, & concilio Mogunt. cap. 43.

Cap. 15

y *Metropolitani electio.*] Sic cavetur concil. Calched. cap. 29. ut celebretur ſynodus bis in anno, eo in loco quem epiſc. metropalitanus deſignaverit. Supra de hac re diximus.

Cur Athanaſius Setabitanus ſecundo loco ſubſcripſerit.

z *Subſcriptiones.*] In his omnibus ſubſcriptionibus ſolus Athanaſius Setabitanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcribit, qui aliis interfuit conciliis: is enim, in VIII. æra 691. & IX. & X. ſubſcribit: unde hic, ut antiquior omnibus, poſt metropolitam Quiricum ſecundo loco confirmat. Ceteri omnes epiſcopis aliis ſuffecti huic ſynodo interfuerunt; ut Argemundus eccleſiæ Oretanæ, qui ſucceſſit Mauricio, in X. Aciſclus Complutenſis, Davilæ, in X. Concordius Palentinæ, Aſcario in VIII. Etherius Baſtitanæ, Servodei, in VIII. Egica Seguntienſis, Vviderico, in X. Felix Dianienſis, Marcello, in VIII. Gaudentius Valerienſis, Stephano, in X. Godiſcalcus Oxomenſis, Egilano, in X. Ioannes Bigaſtrenſis, Giberio, in X. Leander Illicitanæ, Vvinibali, in X. Memorius Segobrienſis, Euſicio, in X. Mumulus Arcavicenſis per procuratorem, Balduigio, in X. Palmatius Urcitanæ, Marcello, in X. Quiricus urbis regiæ, Eugenio, in X. Ricilla Accitanæ, Magnario, in X. Suinterius Valentinæ, qui Felici in VIII. Sinduitus per procuratorem, Segobienſis, Anſerico. Subſcribit etiam Rogatus Beatienſis. Hujus epiſcopatus mentio in aliis ſubſcriptionibus non habetur. Omnes fere epiſcopi ſunt ex metropoli Toletana; nam in X. concilio Toletano omnes ſubſcribunt, præterquam Palentinæ, Baſtitanæ, Valentinæ, Segobrienſis, qui etiam ad Carthaginenſem provinciam pertinent.

ANNO CHRISTI 675.

CONCILIUM BRACARENSE IV. HABITUM ANNO QUARTO VUAMBANI REGIS, tempore Adeodati papæ, anno domini DCLXXV. Est provinciale.

TITULI CAPITULORUM.

Honestate oratorũ discip. *l.*
Rectores

CAPITULA.

I.

DECENTER satis per divinum Spiritum in Bracarensi urbe collecti de his quæ intra Dei ecclesiam perversa actione geruntur tractaturi convenimus; ut adjuvante nos illo, qui dicit: *Ubicumque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ibi ero in medio eorum*, pari animo, parique devotionis studio exurgentes male habitos extirpemus errores. Etenim dum nos in unum synodalis actio aggregasset, debitis in sedibus collocati, primum de sanctæ fidei sacramento cœpimus habere sermonem: scilicet ne aut vanitate disputantium, aut nescientia simplicium, erroris quidpiam in hoc sacrosancto sacramento fidei teneretur. Unde cum omnes nos in vera fide, ut speculum perlustraremus illæsos; in eo quia nullum nostrorum schismatici erroris * fœdaverat turbo, sed vera nos & simplex in hoc sacramento apostolica ostendit idoneos prædicatio, grates omnipotenti peregimus Deo. Quam tamen nostræ fidei regulam ipsis verbis atque sententiis commemorando reteximus, quibus eam declaratam esse scimus in conventu Nicæni concilii. Et ideo: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium conditorem: & in unum dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum: ex Patre natum ante omnia sæcula: Deum ex Deo, lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero: natum, non factum; homousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ: per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto * & Maria virgine homo factus: passus sub Pontio Pilato: sepultus, tertia die resurrexit: ascendit in cælos, sedet ad dexteram Patris: inde * venturus judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum dominum & vivificatorem, ex Patre & Filio procedentem: cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum: qui locutus est per prophetas: in unam catholicã atque apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma, in remissionem peccatorum: *carnis resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi. Amen.

Matth. 18.
fatigaverat, al. caverat
Item conc. Tolet. VIII.
& natus ex Maria virgine
venturus in gloria judicare
expectamus resurrectionem mortuorum,

Post hujus sanctæ fidei sacramentum, relatus est in * concione nostrorũ omniũ, error manifestus pariter & diversus, qui tanta debet disciplinæ arte retundi, quãta & perversitate comprobatur * admitti. Quidam enim in sacrificiis domini relati sunt lac pro vino, pro vino botrum offerre: eucharistiam quoque vino madidam pro complemento communionis credunt populis porrigendam: &, quod pejus his omnibus est, quidam sacerdotum in vasis domini epulas sibi apponunt, & manducare in eis præsumunt. Quidam etiam ex sacerdotibus relati sunt, quod ecclesiasticæ consuetudinis ordine prætermisso, missam sine orariis audeãt dicere, & quod in solennitatibus martyrum reliquias suo collo imponant, & in sellulis non ab aliis se portandos, nisi ab albatis diaconibus credant. Illud quoque, quod plerique sacerdotum absque testimonio cum feminis commorentur, & quod quidam illorum honoratos fratres suos verberibus indiscretis subjiciant: nec non & illud, quod quidam * simoniæ cupiditate arrepti, quos ordinaturi sunt, sub cautione dimittant; qualiter postquam ordinati fuerint, pecuniam ab ipsis promissam accipiant. Illud quoque quod familiam ecclesiæ in propriis laboribus quassant, damnum rebus dominicis facientes. Quæ omnia, ne confuse viderentur esse prolata, discretis titulorum ordinibus credimus subnectenda.

cognitione
infundi.
Simoniæ

II.

Cum omne crimen atque peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur, quid de cetero pro delictorum expiatione domino dabitur, quando in ipsa oblatione sacrificii erratur? Audivimus enim quosdam schismatica ambitione detentos, contra divinos ordines, & apostolicas institutiones, lac pro vino in divinis sacrificiis

De consec. dist. 2. Cum omne crimen.

Id prohibitum est canone apostolorum 3. ne mel aut lac offeratur præter ordinationem domini. *expressum vinum

sacrificiis dedicare: alios quoque intinctam eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere: quosdam etiam * non expressum vinum in sacramento dominici calicis offerre, sed oblatis uvis populos cõmunicare. Quod quam sit euangelicæ atque apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini ecclesiasticæ adversum, non difficile ab ipso fonte veritatis probabitur, a quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Cum enim magister veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis cõmendaret discipulis, non illis lac, sed panem tantum & calicem sub hoc sacramento * benedixisse cognoscimus. Ait enim euangelica veritas. *Accepit Iesus panem & calicem, & benedicens dedit discipulis suis.* Cesset ergo lac in * sacrificando offerri, quia manifestum & evidens exemplum euangelicæ veritatis illuxit, quod præter panem & vinum aliud offerri non sinit. Illud vero quod pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex euangelio testimonium recipit, ubi apostolis corpus suum & sanguinem commendavit: seorsum enim panis, & seorsum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Christum præbuisse non legimus, excepto illi tantum discipulo, quem intincta buccella magistri proditorem ostenderet; non quæ sacramenti hujus institutionem signaret. Nam quod de inexpresso botro, id est, de uvæ granis, populus communicatur; valde est omnino confusum. Calix enim dominicus, juxta quod quidam doctor edisserit, vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostẽdi sanguinem Christi. Ergo quando in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, credentium plebs ei, in quem credit, copulatur & jungitur: quæ copulatio & junctio aquæ & vini sic miscetur in calice domini, ut commixtio illa non possit separari: nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis; si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergo quando botrũ solum offertur, in quo vini tantũ efficientia demonstratur, salutis nostræ sacramentũ negligitur, quod per aquam significatur: non enim potest calix domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque sibi misceatur. Et ideo quia jam ex hoc plurima & multiplex majorum emanavit sententia, quorum pietas in Deum religiosa, horum sacramentorum & efficientias copiose disseruit, & institutiones verissime declaravit, omnis talis error atque præsumptio cessare jam de cetero debet: ne perversorum ordinata compago, * fenatum veritatis enervet. Et ideo nulli deinceps licitum erit, aliud in sacrificiis divinis offerre, nisi juxta antiquorum sententias conciliorum, panem tantum & calicem [b] vino & aqua permixtum: de cetero aliter quam præceptum est faciens, tamdiu a sacrificando cessabit, quamdiu legitima pœnitentiæ satisfactione correctus, ad gradus sui officium redeat, * quem amisit.

*cognoscimus commendata, Matth. 26.

* sacrificio

Iulius papa ad episcopos per Ægyptum, tit. de consec. d. 2. c. Non debes. Omnia hæc ex epist. Iulii papæ ad episcopos Ægypti. " aut potius e contra

* statuta

* quod

III.

Omni cura omnique studio providendum est, ne hi qui locum videntur regiminis obtinere, contumeliam videantur inferre cælestibus sacramentis. Etenim, quod & auditui * horribile, & visui execrabile judicatur, relatum est nobis quod quidam sacerdotum sacrilega temeritate præcipites, vasa domini in proprios usus assumant, epulasque sibi in eis * comesuras apponunt. Quod malum & obstupentes deflemus, & deflentes obstupescimus; ut illic humana temeritas sibi epulum præparet, ubi sanctum Spiritum cognoscitur advocasse: & ibi esum carnium crapulatus assumat, ubi divina visus est celebrasse mysteria; & in quibus * tantæ rei sacramentum pro expiatione delictorum * percepit, in his expleat voluntatem ludibrii sui. Et ideo hujus de cetero præsumptionis persona, quæ sciendo divina vasa, vel ministeria, aut in usus suos transtulerit, aut comedere in his, vel poculum sibi sumendum elegerit, gradus sui vel officii periculum sustinebit: ita tamen ut, si de sæcularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur, si vero religiosus, ab officio deponatur. Sub hac quoque damnationis sententia & illi obnoxii tenebuntur, qui ecclesiastica ornamenta, vela, vel quælibet alia indumenta, atque etiam utensilia sciendo in usus suos transtulerint, vel aliis vendenda, vel donanda crediderint.

* terrib[ile]

* come[dendas]

* tantu[m si]bi offer[re] sacram[entum] pro

* præce[pit]

IV.

Cum antiqua ecclesiastica noverimus institutione præfixum, ut omnis sacerdos, cum ordinatur, orario utroque humero ambiatur; scilicet ut qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera & adversa, virtutum semper ornamento * utrobique circumseptus * appareat: qua ratione tempore sacrificii non assumat, quod se in sacramento accepisse non * dubitatur? Proinde modis omnibus convenit, ut quod quisque percepit in * consecratione, hoc & retentet in oblatione, vel perceptione suæ salutis; scilicet, ut cum sacerdos ad solennia missarum accedit, aut * pro se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis

23. dis[t.] eccl. i[n] De or[at.] nobis dictur[um] concil. IV. ca[p.]

* utro[bique] al. ut[ro]que

* app[areat] hume[ro]

* dub[itat]

* con[secra]tione [ordi]noris retin[eat] in ob[latione]

* pe[r]

ris & sanguinis domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam orario utroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus: ita ut de uno eodemque orario cervicem pariter & utrumque humerum premens, signum in suo pectore * præferat crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ subjacebit.

V.

Quamquam[c] antiqua canonum institutio de hujusmodi præsumptione absolutas & multiplices disciplinas atque institutiones ediderit, nos tamen brevitatis causa, omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda sancimus auctoritate tenendum, ut nullus sacerdotum, sive quisquis ille de clero, absque honesto & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet feminis secrete se præsumat adjungere; non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis[d] etiam sororibus, vel propinquis; ne licentia sororum, vel propinquarum mulierum, * quisquis ille solutus, familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Hujus ergo præceptionis transgressor, sex mensibus se noverit pœnitentiæ legibus subjacere.

VI.

Bona quidem res est, divina sacerdotibus contrectare mysteria: sed cavendum valde est, ne hoc quisque ad usum pravitatis suæ intorqueat, unde soli Deo de bono conscientiæ placere debuerat: scriptum est enim: *Væ his qui faciunt opus domini fraudulenter & desidiose.* Ut enim quorumdam episcoporum detestanda præsumptio nostro se cœtui intulit dirimenda, agnovimus quosdam de episcopis, quod in solennitatibus martyrum ad ecclesiam progressuri,[e] reliquias collo suo imponant, & ut majoris fastus apud homines gloria intumescat, (quasi ipsi sint reliquiarum arca) Levitæ albis induti in sellulis eos deportant. Quæ detestanda præsumptio abrogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie simulata vanitas sola prævaleat, si modum suum uniuscujusque ordinis reverentia non agnoscat. Et ideo antiqua in hac parte & solennis consuetudo servabitur, ut in festis quibusque arcam Dei cum reliquiis, non episcopi, sed Levitæ gestent in humeris, quibus & in veteri lege onus id & impositum novimus & præceptum. Quod si etiam episcopus reliquias per se deportare elegerit, non ipse a diaconibus in sellulis vectabitur, sed potius pedisequa eo, una cum populis progressione procedente, ad conventicula sanctarum ecclesiarum sanctæ Dei reliquiæ per eumdem episcopum portabuntur. Iam vero qui hæc instituta sciendo adimplere distulerit, quamdiu in hoc vitio fuerit, a sacrificando cessabit.

VII.

Cum beatus apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia * præcipiat & doctrina, novimus quosdam "a fratribus tantis cædibus in honoratos subditos effervescere, quantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et ideo qui gradus jam ecclesiasticos meruerunt, id est, presbyteri, abbates, sive Levitæ, excepto gravioribus & mortalibus culpis, nullis debeant verberibus subjacere. Non est dignum ut passim unusquisque prælatus honorabilia membra sua, prout voluerit, & complacuerit, verberibus subjiciat & dolori, ne, dum incaute subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reverentiam subtrahat: juxta illud quod quidem sapiens dicit: Leviter castigatus, reverentiam exhibet castiganti: * asperitatis nimiæ increpatio, nec increpationem recipit, nec salutem. Et ideo si quis aliter, quam dictum est, prædictos honorabiles subditos, licentia perceptæ potestatis elatus, malitia tantum crediderit verberandos, juxta modum verberum quem intulerit, excommunicationis pariter & exilii sententiam sustinebit.

VIII.

Quia non expedit ut donum sancti Spiritus pecuniis comparetur, quamquam ex hoc antiquorum canonum disciplinæ, & multiplices maneant, & diversæ tamen, quia necesse est ut frequentius retundatur quod sine intermissione præsumitur, ideo novellæ hujus institutionis formam instituentes decernimus, ut quicumque pro conferendo cuiquam sacerdotii gradu, aut munus quodcumque, aut promissionem muneris, antequam ordinetur, acceperit; vel etiam, postquam ordinatus fuerit, in aliquo se pro hoc ipso præsumpserit munerari; sive ille qui dederit, sive qui acceperit, juxta sententiam Calchedonensis concilii gradus sui periculum sustinebit.

IX.

Non decet rectores ecclesiæ in suis strenuos, & in ecclesiasticis rebus esse remissos. Nam quorumdam fertur opinio, quod quidam sacerdotum familias ecclesiæ in suis propriis laboribus quassent, rei propriæ profectum augentes; dominicis vero dispendium nutrientes,

Marginal notes: ANNO CHRISTI 675. — [left] IN CHRISTI ...5. — *apparet — *quisquis ... is — ...28. — ...Par. 15. — Dist. 25. Cum B. apost. 2. Tim. 4. — * præcipiat, extra hanc doctrinam, novimus — " e — D. ad leg. Aquiliam Præceptoris. — * asperitas autem nimiæ increpationis, — Vide Brac. I. c. 3 ubi de hac re scripsimus. — Ivo p. 5. cap. 85. — Can. 2.

ANNO CHRISTI 675

tes. Vnde quicumque sub hoc neglectu res divinas laborare distulerit, speciali placito distringendus est: qualiter, si de rebus, seu augmentis ecclesiæ quæstum, * vel labores rei propriæ auxit, ut ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit; quidquid in rebus ecclesiæ * minorationis exhibuit, tantum de rebus propriis ecclesiæ illi restituat, ex cujus rebus atque suffragiis suos convictus fuerit ampliasse labores. Quod si aliquid pro utilitatibus ecclesiæ aut substantiæ expendit, aut dispendii, vel perditionis quidpiam pertulerit; si hoc comprobare potuerit, totum illi a rebus ejusdem ecclesiæ reformabitur, pro cujus utilitatibus id expendisse comprobatur. Gratias itaque peragimus omnipotenti Deo. Post hæc, sit pax, salus, & diuturnitas piissimo & amatori Christi domino nostro Vuambano regi, cujus devotio nos ad hoc decretum salutiferum convocavit: divinam postulantes clementiam, ut gloria Christi regnum ejus corroboret, usque ad ultimam senectutem: præstante ipso qui cum Patre & Spiritu sancto unus vivit, & gloriatur in trinitate Deus, in sæcula sæculorum. Amen.

12. quæst. 4. Quicumque sub hoc.

* laboribus suis proprie auxit, & ex hoc.

* minuit, illi restituat, ex cujus rebus

f SUBSCRIPTIONES.

* Leodecisius in Christi nomine episcopus, cognomento Iulianus, has constitutiones, secundum quod nobis cum sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, Deo inspirante, complacuit, & relegi & subscripsi.

* Genetivus in Christi nomine ecclesiæ Tudensis episcopus similiter.

* Froaricus Deo jubente Portucalensis ecclesiæ episcopus similiter.

Bela in Christi nomine * Britaniensis ecclesiæ episcopus similiter.

Isidorus Asturicensis ecclesiæ episcopus similiter.

* Alarius Deo jubente Aurisinæ ecclesiæ episcopus similiter.

Rectogenis in Christi nomine Lucensis ecclesiæ episcopus similiter.

Ildulfus, qui cognominor Felix, Iriensis ecclesiæ episcopus similiter.

* Leodigius

* Gentinus, *al.* Genitinus

* Eroaticus

* Britoliensis

* Hilarius

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *Concilium Bracarense.*] Bracara, hodie Braga, in provincia Lusitaniæ, caput totius regni in spiritualibus. Dicitur Augusta Bracarium Plinio, Βράκαρ Ptolemæo. In veteri nummo sic scriptum est:

RECCESVINTHVS REX.
BRACARA PIVS.

Vocatur Bracaraugusta; inde Bracaraugustani, ut docet vetus inscriptio marmori insculpta, quam exscripsit Lipsius in libro inscriptionum antiquarum.

ISIDI AVG. SACRVM
LVCRETIA FIDA SACERDOS PERP.
ROM. ET AVG.
CONVENTVS BRACARAVG. V. D.

b *Vino & aqua*] De consecrat. dist. 2. Cum omne: & Cyprianus epist. 3. lib. 2. exponens illud: *Bibite vinum quod miscui vobis*, in tota hac epistola id intendit, ut probet, nec calicem cum aqua sine vino recte offerri, neque vinum absque aqua, juxta Christi traditionem consecrari. Hujus epistolæ meminit D Augustinus lib. 4. de doct. Christiana, cap. 21. & concil. Carthag. III. cap. 24. cui D. Augustinus interfuit, sic enim habet: *Vt in sacramentis corporis & sanguinis nihil amplius offeratur quam ipse dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aqua mixtum.* Et habetur de consecrat. dist. 2, cap. In sacramento. Et Innocentius III errorem eorum correxit, qui dicebant aquam converti in phlegma: habeturque libro tertio decretalium titulo de celebratione missæ, cap. In quadam nostra. Idem Alexander papa & martyr V. a beato Petro in epistola ad omnes orthodoxos: *Non debet* (inquit) *in calice domini aut vinum solum aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere ejus in passione sua profluxisse legitur.* Qua de causa sanctus Irenæus calicem vocat temperamentum, libro quarto cap. 47. & calicem mixtum. Et Iulius papa in epistola ad episcopos Ægypti. Ambrosius libro 5. de sacramentis, cap. 1. Sanctus Hieronymus in Marcum, cap. 14. Damascenus libro 4. de orthodoxa fide, cap. 14. Duas hæreses evertit concilium Trullanum, can. 32. alteram Hydroparastatarum, qui aqua sola in sancti calicis sacrificio utebantur, (Epiphanius hæresi 30 & 42. de Aquariis, & Augustinus hæresi 44. ad Quodvultdeum, & de ecclesiasticis dogmatibus, cap. 75. *Non debet* (inquit) *pura aqua inferri, ut quidam sobrietatis falluntur imagine, sed vinum cum aqua mixtum,*) alteram Armeniorum, qui non nisi vinum purum offerunt. Cujus erroris meminit Theophylactus ad cap. 19. Ioannis. Nicephorus lib. 18. cap. 53. Denium synodus magna Tridentina sess. 22. can. 9. *Si quis dixerit aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem, anathema sit.* Trullana synodus, quæ sub nomine VI synodi circumfertur, canone 57. vetat ad altare mel & lac offerre: & canon apostolorum 3. Si quis episcopus.

c *Antiqua canonum*] Vt patet libro 3. decret. tit. de cohabitatione clericorum & mulierum. Concilium Constantinop. VI. cap. 5. & 27. qu. 1. Si quis. Bene ait Augustinus psal. 50. & lib. 50. hom. 21. Mulier longe, libido prope.

d *Etiam sororibus.*] Concilio I. Nicæno cap. 3. contrarium cavetur, videlicet, ut liceat episcopo & presbytero matrem, sororem, amitam, & eas etiam personas habere, quæ suspicionem omnem effugiant. Concilium Carthagin. III. c. 17. hanc ulterius indulgentiam extendit, videlicet, *Vt cum clericis sola matres, avia, matertera, amita, sorores, & filia fratrum aut sororum, & quæcumque ex familia, domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant; vel si filii eorum, jam ordinatis parentibus, uxores acceperint, aut servis non habentibus in domo, quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.* Atque huic concilio D. Augustinus ipse subscripsit, sed quod aliis concessit sibiipsi interdixit; nam feminarum, & in eis sororis & fratris filiæ contubernium & familiaritatem vitavit; quippe qui sibi dicere solebat; Etsi propinquæ mulieres suspectæ non essent, tamen quæ ad eas venirent posse suspicionem efficere. De pœna quam incurrunt eæ mulieres quæ contra interdictum clericis cohabitant, habes concil. Hispalensi I. cap. 3. conc. Matisconensi can. 2. cavetur ut nulla mulier in cubiculo episcopi, absque duobus presbyteris, aut certe diaconis, ingredi permittatur. Et conc. Carth. I. cap. 3. ex sententia Grati episcopi decernitur, ut in una domo nullus clericus cum extranea femina commoretur, & cap. 4. neque cum viduis, nisi fuerint germanitate conjuncti. Idem concilium Carthag IV. can. 102. Idem Lucius papa XXI a Petro, in epistola ad episcopos Galliæ & Hispaniæ; *Clericus solus* (inquit) *ad femina tabernaculum non accedat, neque frequenter properet, sine majoris natu sacerdotis jussione: & ne solus presbyter cum sola femina fabulas misceat: &, si quid agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa a liminibus ecclesiæ arceatur.* Et ut nullus clericus cum extranea habitet femina, nisi soror, aut proxima fuerit, habetur dist. 81. cap. Clericus solus. Gregorius magnus Ianuario episcopo Calaritano, epist. 26. & per totam dist. 81. idem multis sanctorum patrum testimoniis decernitur.

e *Reliquias collo suo.*] Reliquias sanctorum debito honore esse venerandas decretum est concilio Nicæn. II. act. 1. in confess. catholica act. 3. *Servator* (inquit) *noster Christus fontes salutares sanctorum reliquias nobis reliquit multis modis beneficia in debiles fundentes, unguentum redolentis suavitatis scaturientes;* &, *ut inquit magnus doctor, cui ab immortalitate nomen est: Martyrum ossa morbos fugant, infirmis medicantur, cæcis visum impartiunt, lepras mundant, tentationes & mærores solvunt; atque id* per

[A]NNO [CH]RISTI [6]75.

per Christum, qui in ipsis habitat. Hæc Nicæna synodus adversus Iconoclastas. Concilio Trident. sess. 25. sic dicitur: *Sanctorum quoque martyrum, & aliorum cum Christo viventium sancta corpora, quæ viva membra fuerunt Christi, & templum Spiritus sancti, ab ipso ad æternam vitam suscitanda, & glorificanda, a fidelibus veneranda esse, per quæ multa beneficia a Deo hominibus præstantur* Et alia multa de hac re scripta sunt a viris piis & doctis, adversus impiam hæreticorum audaciam, sanctorum corpora, quæ fuerunt Spiritus sancti organa, & viva membra, odio & armis oppugnantium. Præsertim probat reliquiarum antiquissimum cultum sanctus Clemens lib. 6 const. apost. cap. 29. ex contactu cadaveris Elisæi prophetæ mortuum suscitantis 4. Reg. 23. Idem Cyril. Hierosol. catech. 18. Et Iosephi ossa jam vita functi prophetantia Eccle. cap. 49. August. serm. 29. de sanctis sic inquit: *Si opem ferre poterat umbra corporis Petri, quanto magis nunc plenitudo virtutis: si tunc supplicantibus proderat aura quadam pertranseuntis, quanto magis nunc gratia permanentis. Merito per omnes Christi ecclesias, auro preciosius habetur ferrum illud pœnalium vinculorum. Si tam medicabilis obumbratio visitantis, quanto magis catena vincentis.* Hæc August. Idem probat Basilius homil. 40. ad martyres. Rufin. lib. 1. cap. 35. Sozom. lib. 3. cap. 18. Theod. lib 3. cap. 10. Verum D Ambrosius de cultu reliquiarum sic inquit serm. 92. *Honoremus beatos martyres, principes fidei, intercessores mundi, præcones regni, cohæredes Dei. Quod si dicas mihi: Quid honoras in carne jam resoluta atque consummata, de qua jam Deo nulla cura est? Et ubi est illud, carissimi, quod ipsa veritas loquitur per Prophetam: Preciosa (inquit) est in conspectu domini mors sanctorum ejus.* Et paulo post: *Honoro ergo in carne martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices; honoro viventis memoriam, perennitatem virtutis; honoro per confessionem domini sacros cineres.* Rursus: *Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reverentur dæmones, quod afflixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulcro: Honoro itaque corpus quod Christus honoravit in gladio, quod cum Christo regnabit in cælo.* Vltimo apponam sancti Hieronymi fragmentum, ex libello adversus Vigilantium Barcinonensem presbyterum, vel potius adversus dormientes hujus temporis hæreticos scriptum: *Ergo sacrilegi sumus* (invehitur in Vigilantium) *quando apostolorum basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus imperator, qui sanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantii se sentire præsentiam confitentur? Sacrilegus dicendus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudæa transtulit in Thraciam? Omnes episcopi non solum sacrilegi, sed & fatui judicandi, qui rem vilissimam, & cineres dissolutos in serico & vase aureo portaverunt? Stulti omnes ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquiis, & tanta lætitia, quasi præsentem viventemque prophetam cernerent, susceperunt, ut de Palæstina usque Calchedonem jungerentur populorum examina, & in Christi laudem una voce resonarent? Videlicet adorabant Samuelem, & non Christum, cujus Samuel & Levita, & propheta fuit.* Hæc Hieronymus. Possumus nos, quod ille de Arcadio sui temporis imperatore dixit, de Philippo Hispaniæ rege catholico & piissimo dicere, adversus hæreticos hujus sæculi. Sacrilegus & nunc dicendus est Philippus, qui reliquias beati Eugenii, & Leocadiæ humeris impositas pie & religiose in ecclesiam Toletanam, Philippo filio, & aliis principibus sociatus, immisit? & in cœnobio D. Laurentii, ab ipso mira structura exædificato, conquisitas ex omni Christiano orbe magno studio sanctorum beatas reliquias vasis auro & gemmis clarissimis, & fulgentibus, & cælatis, distinctis, magno cultu & religione colit & veneratur? ita ut Philippus princeps natu maximus, adolescens summæ spei, soleat, detecto capite, genibus flexis, eisque innixus, pulverem vasorum abstergere.

f *Subscriptiones.*] Bracarense II. actum fuit æra 610. 2. Mironis regis. Tertium vero post elapsos centum & tres annos, æra 713. Verum ex eadem provincia in aliis conciliis interfuerunt episcopi, ut Alarius, sive Hilarius, Auresinæ ecclesiæ, qui successit Sonæ, qui in VIII. Toletan. subscribit. Bela Britaniensis, vel Britoniensis, ut est in Bracarensi II. qui successit Servodei, in VIII. Froaricus Portucalensis, qui Flavio, in X. Tolet. Genetivus Tudensis, qui Beato in VIII. Isidorus Asturicensis, qui Elpidio, in X. Tolet. Ildulfus Felix Iriensis qui Vincibili in VIII. Tolet. Leodecisius Iulianus Bracarensis, qui Fructuoso, in X. Tolet. Rectogenis Lucensis, qui Hermenfredo, in X. Tolet.

EPISCOPATVS METROPOLIS BRACARENSIS.

ANNO CHRISTI 675.

In III. Bracarensi.	*In II. Bracarensi.*	*In Conc. apud Lucum.*
Bracara.	Bracara.	Luco.
Auresina.	Egitania.	Astorica.
Tude.	Conimbrica.	Auria.
Astorica.	Viseo.	Britonia.
Iria.	Lameco.	Tude.
Portucale	Magneto.	Iria.
Britania.		
Luco.		

In codicibus manuscriptis sunt subscriptiones, ut posuimus: unde corrupte in aliis ponitur Iulianus Hispalensis. Bela Britaniensis est in manuscripto. Est Bela nomen Gothicum, nunc generosæ familiæ Ayale gentile.

VITA DONI PAPÆ.

ANNO CHRISTI 676.

[a] DONVS, natione Romanus, ex patre Mauricio, [b] sedit annum unum, menses quinque, dies decem. Hic atrium beati Petri apostoli superius, * quod est ante ecclesiam in quadriporticum magnis marmoribus stravit, sed & ecclesiam apostolorum sitam via Ostiensi, ut decuit, restauravit, atque dedicavit. Itemque ecclesiam sanctæ Euphemiæ positam via Appia similiter dedicavit. Clerum quoque diversis ordinibus & honoribus ampliavit. Hic reperit in urbe Roma, in monasterio quod appellatur Boetianũ, Nestorianitas, monachos Syros, quos per diversa monasteria divisit. In quo prædicto monasterio monachos Romanos instituit. Hujus temporibus ecclesia Ravennatum, quæ se ab ecclesia Romana segregaverat causa autocephaliæ, denuo se pristinæ sedi apostolicæ subjugavit. Cujus ecclesiæ præsul nomine Reparatus e vestigio, ut Deo placuit, vitam finivit. Hic dum esset electus per Augusti mensem, [c] apparuit stella a parte orientis a galli cantu usque mane per menses tres: cujus radii cælum penetrabant. In cujus visione surgentis omnes provinciæ & gentes mirabantur, * quæ post in semetipsam reversa disparuit. * Pro quo capitulo & maximo mors a parte orientis subsecuta est. Fecit autem ordinationem unam, presbyteros decem, diaconos 5. episcopos per diversa loca numero sex. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die III. Idus Aprilis, & cessavit episcopatus menses duos, dies 15.

* quod paradisus dicitur,

* quidnam esse possit,

* Post ea apparitionẽ maxima mors a parte orientis subsecuta est.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Donus.*] Donus, quem alii Domnum, alii Domnionem, alii Conum sive Cunonem appellant, anno 676. ipsis Kalendis Novembris creatus est pontifex Romanus: quod cum Theodoro Constantinopolitano sedis episcopo Monothelitæ innotuisset, intermissis quas de sui ordinatione ad eum scripsisse debebat literis synodalibus, misit dumtaxat epistolam hortatoriam, qua petebatur, ut tandem aliquando concordia inter orientalem & occidentalem ecclesiam sanciretur. Constat ex epistola Constantini imperatoris, quam ipse ad Donum transmisit. Quid ad eas pontifex rescripserit, ignoratur.

Donus quãdo pontifex creatus sit.

Hoc tempore Constantinus imperator bellicis curis solutus, pace cum Sarracenis composita, ad pacem ecclesiæ restituendam totum animum adjecit: restiterunt Monothelitarum signiferi Theodorus Constantinopolitanus & Macarius Antiochenus episcopi, qui cum Romanorum pontificum acerrimi hostes & adversarii essent, invito imperatore, retento solius Honorii nomine, quasi is cum Monothelitis senserit, Vitaliani aliorumque pontificum Romanorum nomina, (ut videre est act. 8 sextæ synodi) e sacris diptychis abstulerunt. Quo facto imperator vehementer exagitatus, Theodorum episcopatu deposuit, eique Georgium quemdam subrogavit: atque ad reconciliandam utramque ecclesiam orientalem & occidentalem, ad Donum papam, sacram, quæ extat initio actionis sextæ synodi, imperialem ille quidem direxit; sed cum vita functus esset, antequam Romam afferretur, Agathoni reddita fuit.

Monothelitæ Vitalianum e sacris diptychis expungunt.

ANNO CHRIST 678.

Quamdiu federit.

b *Sedit annum unum, menses 5. dies 10.*] Ex epiſtola Conſtantini imperatoris ad Donum ſcripta colligitur, ipſum ad aliquot menſes amplius ſedem propagaſſe: cum reperiatur data pridie Idus Auguſti anni 678. Quæ enim ratio patitur, ut poſt menſes quatuor, obitus Romani pontificis imperatorem adhuc latuerit?

c *Apparuit ſtella.*] De hac ſtella vide Bedam libro quarto, cap. 12.

VITA,
EPISTOLÆ ET DECRETA
AGATHONIS PAPÆ.

AGATHO, [a] natione Siculus, *ex monachis, [b] ſedit annos* duos menſes ſex, dies tres. Tantum benignus & manſuetus fuit, ut etiam omnibus hilaris & jocundus comprobaretur. [c] Hujus temporibus Theodorus archiepiſcopus Ravennæ ſemetipſum ſedi apoſtolicæ poſt multorum annorum curricula præſentavit. [d] Hic ſuſcepit divalem juſſionem piiſſimorum principum Conſtantini, Heraclii & Tiberii Auguſtorum, per Epiphanium Glorioſum a ſecretis, miſſam præceſſori ſuo Dono papæ, invitantem atque adhortantem, ut debeat ſacerdotes, vel miſſos ſuos dirigere in regiam urbem pro adunatione facienda ſanctarum Dei eccleſiarum, quod & ordinare non diſtulit. *[e] Et direxit Abundantium Paternenſem, Ioannem *Rhegitanum, & Ioannem Portuenſem* epiſcopum, Theodorum, & Georgium preſbyteros, Ioannem* diaconum, & Conſtantinum, Theodorum preſbyterum Ravennatem, atque religioſos ſervos Dei monachos. Clerum videlicet diverſis ordinibus, & ſuper quod competebat, eos honoribus ampliavit. Hic ultra conſuetudinem arcarius eccleſiæ Romanæ* efficitur, & per ſemetipſum cauſam arcariæ diſpoſuit, emittens videlicet de ſuſcepta per nomenclatorem manu ſua obumbratas; qui infirmitate detentus, arcarium juxta conſuetudinem inſtituit. Hujus temporibus indictione 8. luna eclipſim pertulit menſis Iunii die 28. Similiter & mortalitas major atque graviſſima ſubſecuta eſt menſe ſupraſcripto, Iulio, Auguſto, & Septembri in urbe Roma, qualis nec temporibus aliorum pontificum* eſſe memoratur. Vt etiam parentes cum filiis atque fratres ſeu ſorores* binatim per lectos ad ſepulcra deducerentur. * Poſtmodum vero foras circumquaque ſuburbana, & caſtra devaſtare non ceſſavit. Qui ſupraſcripti miſſi ſedis apoſtolicæ, qui directi fuerant in regiam urbem, [f] ingredientes die decima menſis Novembris, nona indictione, domino * ſolante, atque principe apoſtolorum comitante, ſuſcepti ſunt a principe in oraculo beati Petri apoſtoli intra palatium, porrigentes ei ſcripta pontificis. Quæ dum ſuſcepiſſet, commonuit eos, atque adhortatus eſt, ut non per ſchiſma, aut furorem, ſed pacifica diſpoſitione remittentes philoſophicas aſſertiones puram ſanctarum ſcripturarum, patrumque, & probatam fidem per ſynodalia decreta ſatisfacerent Et dans inducias ad retractanda ſcripta, tribuit eis omnia quæ ad ſuſtentationem ſufficiebant in eorum expenſas in domo quæ appellatur Placidia, die 18. menſis ſupraſcripti. Die dominico advocati ſunt in proceſſione ad ſanctam Dei genitricem in Blachernas in tanta honorificentia, ut etiam de palatio caballos ſtratos dirigeret cum obſequio pietas imperialis, & ſic eos ſuſciperet; ea ipſa commonens, ut pacifica aſſertione teſtimonia venerabilium patrum proponerent. [g] Die vigeſima ſecunda menſis Novembris in baſilica quæ Trullus appellatur, intra palatium ſub regali cultu, reſidente cum Conſtantino Auguſto Georgio patriarcha Conſtantinopolitano ac Macario Antiocheno ſuſcepti ſunt miſſi ſedis apoſtolicæ, deinde metropolitæ, vel epiſcopi orientalium partium numero centum quinquaginta. Qui proni adorantes, reſidere eos præcepit una cum noſtris. Poſt hæc * patricii, hypati, omneſque inclyti introierunt, & habita inquiſitione ab ejus * pietate, cujus partis deberet oſtenſio approbari. Legati ſedis apoſtolicæ dixerunt: Opportuna veritas, & ratio exigit, ut *a parte eorum qui unam voluntatem & operationem in domino Ieſu Chriſto aſſerunt apoſtolicæ ſedis * exponere. Qui audientes, læti effecti, paratos ſe eſſe dixerunt. Et accepta licentia ea hora ſuos intromiſerunt libros, & tomos diverſos, & ſynodos, quas falſaverant. Nam non per veritatem ſe ſuperare * nitebantur, * ſed per mendacia, & diverſa commenta, quæ in* libris ſuis ipſi addiderant, & relegentes per ſingula, reperti ſunt mendaces unam operationem & voluntatem,* dicentes: & in quinta ſynodo epiſtolam Vigilii papæ ad Mennam patriarcham, atque libellum ejuſdem Mennæ in quaternionibus noviter additis, falſaverunt, unam voluntatem, & operationem dicentes, quod coram principe & ſynodo claruit. Alia die catholicæ fidei defenſor pius princeps in ſecretario* reſidens, inquiſitione de ipſis codicibus facta, ita reperit falſa noviter addita fuiſſe.

Die duodecima menſis* Decembris, reſidente ſynodo cum ejus pietate, ſuſcepti ſunt miſſi ſedis apoſtolicæ, & præcepit eos* in ſynodo reſidere; præſentantes locum ſanctiſſimi ac beatiſſimi Agathonis papæ. Quibus dictum eſt, ut omnes libros, quos ſcirent ad cauſam fidei pertinere, coram ſynodo adducerent: quod & factum eſt. Et vocato Georgio diacono & chartophylace eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, præceptum eſt ei, ut juxta eorum notitiam codices ex bibliotheca eccleſiæ ad medium deduceret, & dum adducti eſſent, & relegerentur, utrique * ſimiles reperti ſunt, duas naturas, duaſque voluntates, & operationes in domino Ieſu Chriſto habentes. Et confuſus Macarius coram ſynodo inventus eſt mendax. Tunc interdixit pietas Auguſtalis Georgio patriarchæ, ut minime in eccleſia ſua ſuſciperet Macarium, vel ejus homines, interdicens ei proceſſum. Hæc prima ejus ruina fuit, die* 13. menſis Februarii auxiliante beato Petro apoſtolo, ut veritatis lumen appareret, intromiſſa ſunt coram ſynodo venerabilium patrum dicta Ioannis Conſtantinopolitani, Cyrilli, Athanaſii, Baſilii, Gregorii, Dionyſii, Hilarii, Ambroſii, Auguſtini, & Leonis* duas naturales voluntates, & operationes in Chriſto dicentium ad ſatisfactionem principis, vel ſynodi.

[h] Sequenti die in eodem ſecretario reſidente ſynodo una cum principe, ſynodica ſanctiſſimi Agathonis papæ relecta eſt, & ad ſingula comprobata patrum* dicta inſerta, in qua ſynodica epiſcopi occidentalis partis ſubſcripſerunt numero * centum viginti quinque. Cumque poſt hęc adhortatus eſt nec dicendus Macarius a ſancta ſynodo, vel a pio principe, omnique ſenatu

Marginal notes: * *fort.* ex-monachus. * tres, menſes 8. dies 15. * Direxit itaque * Regianum, * epiſcopos, * ſubdiaconum, * effectus eſt, * fuiſſe * bini * Pari etiã modo foras circa quæque ſuburbana & caſtra eadẽ mortalitas diffuſa eſt * ſolatiante, * patr[icii] * quinq[ue] omne[s] inclyt[i] omni[s] tico * part[e] * aper[ire] * auct[ori]tas ex[...] natur. * exti[...] verun[...] * niſi * libr[is] ipſis * in d[omi]no Ie[ſu] Chriſt[o] eſſe * præ[...] * No[vem]bris, * ſyno[do] * veri[...] reperti * 14. * du[as] turas, volun[ta]tes, * dict[is] ſertis * 126.

ſenatu ut profiteretur unam aut duas confiteri voluntates, vel operationes, qui nullatenus audivit, ſed potius neque unam, neque duas in ſalvatore dicere voluit. Deinde protulit piiſſimus & ſereniſſimus princeps tomum ad relegendum, * in quem vanum hæreticum dogma Macarii erat conſcriptum, & ejus manu ſubſcriptum, apertiſſime unam voluntatem in domino affirmantis. Sub ipſius ſcriptione, & Theodori expatriarchæ, utique juxta eum tenorem ibi ſubſcriptio erat. Et interrogatus Georgius patriarcha, ſi eam fidem, quam docet ſedes apoſtolica, * amplectitur juxta ſcripturam venerandi Agathonis papæ, ſeu ſanctorum ac venerabilium patrum. Qui reſpondit, B quod accepta licentia * in ſcriptione, quæ opportuna erant reſponderet. Et in his recedentes die 17. menſis Februarii, die dominico intra oraculum ſancti Petri intra palatium * aſtante * ſincleto, ſimulque & patriarcha, legatos ſedis apoſtolicæ * ſuſcepit, * relegens ſuggeſtionem aliam pro eorum * commendatione a ſanctiſſimo papa directam. Qui Georgius ſanctiſſimus patriarcha profeſſus eſt eo die in ſcriptis duas naturas, duaſque voluntates, & operationes in domino Ieſu Chriſto ſe credere & prædicare, ſicut ſedes apoſtolica credit: anathematizans eos qui unam naturam, voluntatem, & operationem in do- C mino Ieſu Chriſto dicunt.

Die vigeſima quinta menſis Februarii reſidente ſynodo una cum pio principe, ſimulque & legatis ſedis apoſtolicæ, Macarium adeſſe juſſerunt. Et data a principe licentia ut ſe * partes quis in quas vellet divideret; Georgius patriarcha regiæ civitatis cum ſuis in partes orthodoxorum ſtetit: Macarius vero cum ſuis in parte alia hæreticorum. Et deducentes ad medium profeſſionem Georgii patriarchæ, quam fecerat, * porrecta eſt principi, & relecta eſt. Et commonitus ſupraſcriptus Macarius, quid ſentiret, vel crederet; reſpondit ſe * in ea perfidia, quam ante propoſuerat, perdurare, & nullatenus orthodoxæ fidei acquieſcere. [i] Ea hora ſancta ſynodus una cum principe ejus ora- D rium auferri juſſerunt a collo ejus, & exiliens Baſilius epiſcopus Cretenſis eccleſiæ, ejus orarium abſtulit; & anathematizantes projecerunt eum foris ſynodum, ſimulque & thronum ejus. Stephanum autem diſcipulum ejus cervicibus a ſancta ſynodo clerici Romani ejicientes expulerunt. Ea hora tantæ telæ aranearum nigerrimæ in medio populi ceciderunt, ut omnes mirarentur, ac dicerent, quod ſordes hæreſum expulſæ ſunt. Et Deo auxiliante unitæ ſunt ſanctæ Dei eccleſiæ. In loco vero Macarii ordinatus eſt * Stephanus abbas monaſterii quod appellatur Baias inſulæ Sicilienſis, patriarcha eccleſiæ Antiochenæ. Macarius vero cum ſuis E amatoribus, id eſt, Stephano, Anaſtaſio expreſbyteris, & Leontio exdiacono, Polychronio, Epiphanio expreſbyteris, & incluſis [k] * in exilio in Romanam directi ſunt civitatem. [l] Deinde abſtulerunt de diptychis eccleſiarum nomina patriarcharum, vel de picturis eccleſiæ figuras eorum, aut in foribus, ubi ubi eſſe poterant auferentes, id eſt, Cyri, Sergii, Pauli, Pyrrhi, Petri, per quos error orthodoxæ fidei uſque nunc * pullulavit. Tanta autem gratia divina omnipotentis conceſſa eſt miſſis ſedis apoſtolicæ, ut ad lætitiam[r] populi, vel ſancti concilii, qui in regia urbe erant Ioannes epiſcopus Portuenſis * dominicorum die octavarum A paſchæ in eccleſia B. Sophiæ miſſas publicas Latine celebraret coram principe & patriarcha, ut omnes unanimiter in laudes & victorias piiſſimorum imperatorum eo die Latinis vocibus acclamarent. Hic ſuſcepit divalem juſſionem ſecundum ſuam poſtulationem, ut ſuggeſſit, [m] per quam [n] revelata eſt quantitas, quæ ſolita erat dari pro ordinatione pontificis facienda. Sic tamen, ut ſi contigerit poſt ejus tranſitum electionem fieri, non debeat ordinari qui electus fuerit, niſi prius decretum generale introducatur in regiam urbem ſecundum antiquam conſuetudinem, & cum * eorum conſcientia, & juſſione debeat ordinatio provenire. Hic * dimiſit omni clero rogam unam, & ad luminaria apoſtolorum, & S. Mariæ ad præſepe, ſolidos duo mille centum, & * quadraginta. Fecit autem ordinationem unam, preſbyteros decem, diaconos tres, epiſcopos per diverſa loca numero decem & octo. Qui etiam ſepultus eſt apud B. Petrum apoſtolum ſub die IV. Idus Ianuarii, & [n] ceſſavit epiſcopatus annum unum, menſes 7. dies 5.

*dominico die paſchæ in eccleſia

* relevata

* ejus imperatoris

* diviſit.

* 60.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Agatho.*] Conſtat ex epiſtola Conſtantini imperatoris, quam pridie Auguſti, indictione ſexta, anno domini 678. ad Donum pontificem deſtinarat, Agathonem circa eadem tempora, poſt obitum Doni, thronum apoſtolicum conſcendiſſe, juſſuque occidentalium epiſcoporum in Italia, Gallia & Anglia diverſa concilia celebrata fuiſſe, cum intellexiſſent quæ de œcumenico concilio in cauſa Monothelitarum congregando imperator ad Donum perſcripſerat. Hujus temporibus prædicatio euangelii apud Friſones & Saxones Auſtrales, per Vuilfridum Eboracenſem epiſcopum inchoata, opera Vuillebrordi conſummata fuit.

Agatho quando pontifex factus?

Res geſtæ ſub Agathone.

b *Sedit annos duos, menſes ſex, dies tres.*] Tribus annis & menſibus plus minus quinque Agathonem in ſede pontificia ſediſſe, verius eſſe conſtat ex iis quæ ſupra notavi ad vitam Doni pontificis, & ex tabulis eccleſiaſticis, quæ eumdem indictione decima IV. Idus Ianuarii, anno 682. defunctum fuiſſe anniverſaria memoria colunt & repræſentant. Eumdem menſe Decembri indictione decima adhuc ſuperſtitem fuiſſe patet ex epiſtola Conſtantini allegato tempore ad Agathonem deſtinata. Extat infra in fine actionis 18. ſexti concilii œcumenici.

Quamdiu ſederit?

c *Hujus temporibus Theodorus archiepiſcopus Ravennæ.*] Poſt multorum annorum ſchiſma Ravennatem eccleſiam catholicæ eccleſiæ reconciliatam fuiſſe ſub Agathone in concilio Romano infra in notis concilii Romani ſub Agathone pluribus annotavi.

d *Hic ſuſcepit divalem juſſionem, &c.*] Extat ipſa ſacra imperatoris infra inter præambulares concilii VI.

e *Et direxit Abundantium, &c.*] Ad concilium œcumenicum duplicem legationem deſignatam & ablegatam fuiſſe, conſtat ex ſacra imperatoris ad Georgium Conſtantinopolitanum, quæ extat inter præambulares. Nomine ſedis apoſtolicæ legabantur Theodorus & Georgius preſbyteri, & Ioannes diaconus: qui tres munere legationis apoſtolicæ fungentes, ſingulis actionibus concilii œcumenici præſederunt, ut infra apud acta concilii œcumenici aperte conſtat. Reliqui, quos cum legatis ſedis apoſtolicæ confuſe nominat Anaſtaſius, a Romano concilio deputati fuerunt: eo nimirum fine, ut acceptam ſynodicam imperatori offerrent, quæve occidentalium epiſcoporum de voluntatibus & operationibus Chriſti ſententia eſſet, ipſi coram etiam edicerent. Vide notas concilii Romani infra ſub Agathone.

Duplex legatio ad concilium œcumenicum deſtinata.

f *Ingredientes die 10. menſis Novembris.*] Circa ingreſſum legatorum in urbem Conſtantinopolitanam, in tempore Anaſtaſius aberrat. Cum enim Conſtantinus imperator poſt adventum legatorum in urbem, ſacram illam (de qua ſupra dixi) ad Georgium Conſtantinopolitanum ſcripſerit IV. Idus Septembris, neceſſum eſt affirmare, quod vel circa finem Auguſti, vel ſub initium Septembris utraque legatio in urbem venerit. Adde quod œcumenicum ipſum concilium ſub præſidio legatorum ſedis apoſtolicæ jam præſentium, ſeptima Novembris inchoatum fuiſſe legatur. Quamobrem verum eſſe non poteſt quod de tempore adventus eorumdem legatorum legitur

Anaſtaſii error.

tur apud depravatum codicem Anastasii; emendari potest: si pro 10. Novembris legatur 10. Septembris.

Anastasius VI. synodum compendiose descripsit.

g *Die vigesima secunda mensis Novembris in basilica quæ Trullus appellatur.*] Ab hoc loco usque ad finem vitæ Agathonis Anastasius describit actorum synodalium breve compendium, in quo plura inveniuntur, quæ in ipsa sexta synodo desiderantur: contra vero desunt complura, quæ in extantibus actis synodalibus scripta reperiuntur. Sex tantum actiones habitas esse refert Anastasius, decem & octo apud acta inveniuntur. Ille synodum ante paschale tempus absolutam fuisse scribit: actiones vero illæ, in quibus Honorius dicitur esse condemnatus, ceteræque sequentes mense Augusto & Septembri celebratæ reperiuntur. Vide nostram compendiosam descriptionem synodicarum actionum infra in notis sexti concilii.

Hæc apud acta concilii desiderantur.

h *Sequente die in eodem secretario residente synodo*, &c.] Hæc quæ sequuntur usque ad illum locum, *Macarius vero cum suis*, &c. apud acta synodalia desiderantur, sicut annotavi in notis actionis VII.

i *Ea hora sancta synodus una cum principe ejus oraria auferri jussit*, &c.] Vide notas actionis VIII. infra in concilio VI.

Error Anastasii corrigitur.

k *In exilio in Romanam directi sunt civitatem.*] Errat Anastasius: non enim ad exulandum, sed ad prosequendum quam interposuerant appellationem, ab imperatore Romam ablegati fuerunt, ut constat ex epistola Constantini imperatoris ad Leonem papam, quæ extat in fine actionis XVIII. actorum concilii VI. Accedit quod nullum extet exemplum quo relegandis hæreticis pro loco exilii urbs Roma unquam decreta fuit.

l *Deinde abstulerunt in diptychis*, &c.] Hæc post latam sententiam damnationis in Monothelitas contigisse videntur actione XVII. vel XVIII. ut infra in allegata actione annotavi

Quo jure imperatores confirmationem electionis pontificiæ usurparint?

m *Per quam relevata est quantitas, quæ solita erat dari.*] Gothorum reges Ariani & impii per tyrannidem constituerant primum, ne quis ordinaretur Romanus episcopus, qui non ante habito consensu regis certam pecuniæ summam & quantitatem solvisset. Eamdem pensionem imperatores orientis post exactos Gothorum reges solvi petiverunt; ut constat ex querela sancti Gregorii, hac de re gravissime in commentariis 4. psalmi pœnit. conquerentis, quod nimirum sibi legitime ad pontificatum vocato & electo, muneris sui functionem non prius exequi licuerit, quam data pecunia illam ab imperatoribus redemisset. Constantinus vero imperator IV. retento adhuc jure confirmationis antiquitus per tyrannidem usurpato, iniquissimam pecuniæ exactionem abolevit. Quando autem ab altera tyrannica servitute, qua electos pontifices ab imperatoribus confirmari oportebat, ecclesia liberata fuerit, infra dicemus in vita Benedicti papæ II.

Interregnũ põtificium quamdiu fuerit?

n *Cessavit episcopatus ejus annum unum, menses septem, dies 5.*] Sententiam Anastasii de interregno sedis pontificiæ confirmat canon secundus concilii Toletani XIV. ex quo patet Leonem II. successorem Agathonis anno quo celebratum est allegatum concilium Toletanum 684. adhuc superstitem fuisse. Quare cum omnium sententia, Leo non nisi 10. mensibus & septemdecim diebus pontificatum obtinuerit, necessum est affirmare ab obitu Agathonis usque ad initium ejusdem Leonis tanti temporis interregnum intercurrisse. Interim defuncto Georgio Constantinopolitano, Theodorus syncellus, fide orthodoxa per fraudem simulata, subrogatus est in sede Constantinopolitana, a qua antea dejectus fuerat, ut supra dixi De hoc firmissimis conjecturis asserit Baronius anno 682. quod persuaserit imperatori catholico, ut legatos sedis apostolicæ non prius dimitteret, quam Romæ novus pontifex electus esset: quodque ille interea dolose procuraverit interregni prorogationem, donec acta synodalia consecutus, ea antequam ederentur pro libidine intervertisset & corrupisset, atque ex illis se e numero damnatorum hæreticorum exemisset, nomenque Honorii suo substituisset. Vide quæ dicturi sumus infra in notis ad vitam & epistolam primam Leonis papæ.

Res sub interregno gestæ quæ?

Theodorus syncellus acta synodalia corrupit.

EPISTOLA I. AGATHONIS PAPÆ AD AUGUSTOS IMPERATORES.

CONSIDERANTI mihi humanæ vitæ diversos angores, & ante Deum, *&c. Habetur actione IV. sextæ synodi œcumenicæ infra. Notas ad hanc epistolam concernentes vide infra in concilii Romani annotationibus.*

II. AD ÆTHELREDUM REGEM MERCIORUM, &c.

Abbatem Medamstedæ legatum Romanum constituit super omnem Angliam, ejusdemque monasterium (instar liminum apostolorum) fore pro absolvendis votis quæ de peregrinando Romam concepta fuerint.

Agatho papa Romanus Æthelredo glorioso Merciorum regi, & Theodoro archiepiscopo Cantuariæ, & Sexulfo abbati nuper, modo episcopo, omnibusque abbatibus Angliæ salutem a Deo & benedictionem nostram.

PERVENIT ad aures nostras solicitudo regis Æthelredi, Theodorique archiepiscopi, & Sexulfi episcopi, nec non Cuthbaldi abbatis, & quod ab illis edictum est nos similiter sanctum volumus. Ex parte etiam Dei & sancti Petri, omniumque sanctorum, & sacrorum ordinum prohibemus, ut nec rex aliquis, aut episcopus, aut comes, aut hominum quispiam alius hospitationes, aut reditus, aut tributum, aut quadrantem aliquam, aut servitii genus aliquod, aut hominem aliquem e dicta abbatia de † *Medeshamsted*.

Præcipio etiam ut diœcesanus episcopus ne vel audeat intra dictæ abbatiæ territorium, aut ordinationem, aut consecrationem aut quid aliud exequi, nisi ab abbate ipso exoratus fuerit; nec episcopales aliquas animadversiones, aut synodum, aut quid aliud illic habere, vel *onyring*.

Volo etiam ut hic abbas habeatur Romanæ sedis legatus per totam Angliam, & ut ibidem eligatur abbas a monachis ejusdem monasterii, & ab archiepiscopo Cantuariæ consecratus.

Volo utique & præcipio ut quicumque Romam peregrinationem voverit, & præstare hoc non poterit, aut ex causa ægritudinis, aut servitio domino præstandi, aliusve impedimenti, aut necessitatis cujuscumque, sive Anglus fuerit, sive ex quavis alia insula, si ad ecclesiam *Medeshamsted* pervenerit, eadem a Christo & sancto Petro, nec non ab abbate & monachis ibidem remissione gaudeat, quam perveniens Romam obtinuisset.

Propterea te volo (frater Theodore) per totam Angliam synodum congregare, congregatamque breve hoc nostrum cognoscere & perimplere. Tibi etiam (Saxulfe episcope) præcipio ut diligenter cures monasterium istud liberum fore; quin & tibi insuper & omnibus aliis episcopis successoribus tuis, ex parte Christi & omnium sanctorum suorum, ut nullum *onyring* ex eodem habeatis monasterio, nisi pro tali quantitate quam abbas ipse approbaverit.

Nunc (ut verbo rem expediam) quicumque breve istud & præceptum perimpleverit, & hoc ipso apud Deum omnipotentem in regno cælorum perpetuo versabitur. Qui vero hoc infregerit, ex eo ipso cum Iuda traditore & caterva dæmonum apud inferos (nisi resipiscat) decoquetur. Amen.

CONCILIUM MEDIOLANENSE AUCTORITATE MANSUETI

In causa Monothelitarum anno domini DCLXXIX. tempore Agathonis papæ congregatum.

ANNO CHRISTI 680.

EPISTOLA SYNODALIS.

Domino sereniſſimo atque tranquilliſſimo, & a Deo coronato, religioſiſſimo Conſtantino imperatori, Manſuetus Mediolanenſis metropolitanæ eccleſiæ indignus epiſcopus, vel univerſa ſancta epiſcoporum fraternitas, quæ in hac magna regia urbe convenit, æternam in domino ſalutem.

SI apicem imperialis faſtigii, & infulas ſacratiſſimæ poteſtatis avis & proavis veſtris cælitus attributum cognovimus, & pro meritorum actibus ad vos propagatum ſcimus, dignum eſt his vos æquiparare veſtigiis, quorum & celſitudinem obtinetis, *&c. ut infra inter præambulares VI. ſynodi Conſtantinopolitanæ.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Mediolanenſe.*] Dixerat Agatho pontifex futurum, ut anno ſequente in cauſa Monothelitarum cum conſenſu imperatoris Conſtantini Pogonati univerſale concilium indiceretur, adeoque neceſſarium videri ut epiſcopi omnes Italiæ habitis ſynodis eamdem cauſam inquirant ac decidant, factamque deciſionem, vel ipſi coram, ſi poſſent, vel ſaltem per literas in conſeſſu œcumenici concilii manifeſtent. Paruerunt pontifici Inſubres epiſcopi, atque Mediolani hanc ſynodum coegerunt, qua Monothelitarum hæreſin condemnarunt, orthodoxæque fidei profeſſionem ediderunt. Cum autem plerique eorum, partim ob difficultates itineris, partim per ætatem & morbos ad concilium œcumenicum Conſtantinopolim proficiſci non poſſent, ſynodalem epiſtolam ad Conſtantinum imperatorem mittendam eſſe cenſuerunt, ut ſaltem ſcripto ſuo ſuffragio condemnarent perincioſam hæreſim, quam præſentes impugnare & anathematizare non poſſent. Epiſtolam hanc ſynodalem non a Manſueto Mediolanenſi epiſcopo, ſed a Damiano Ticinenſi epiſcopo ſub nomine Manſueti ſcriptam eſſe teſtatur Paulus diaconus lib. 6. cap. 4. his verbis: *Eo tempore Damianus Ticinenſis epiſcopus ſub nomine Manſueti Mediolan. archiepiſcopi, hac de cauſa ſatis utilem, rectaque fidei epiſtolam compoſuit, quæ in præfata ſynodo (œcumenica VI.) non mediocre ſuffragium tulit.* Hæc Paulus diaconus.

a CONCILIVM GENERALE ANGLICVM HEDTFELDÆ CELEBRATVM

xv. Kalendas Octobris, anno gratiæ DCLXXX. præſidente in eodem Theodoro archiepiſcopo Britanniæ inſulæ & civitatis Dorovernis, conſidentibus vero ceteris ejuſdem inſulæ epiſcopis:

In qua, ad declarandam Britannicarum eccleſiarum fidem contra Eutychetis & Monothelitarum hæreſim, ſanctæ univerſales quinque ſynodi, & orthodoxæ aliæ patrum conſtitutiones ſuſcipiuntur: Agathone papa (ut e ſuperioribus patet) coactionem ejuſdem præcipiente.

HIS temporibus audiens Theodorus fidem eccleſiæ Conſtantinopoli per hæreſim Eutychetis multum eſſe turbatam, & eccleſias Anglorum, quibus præerat, ab hujuſmodi labe immunes perdurare deſiderans, collecto venerabilium ſacerdotum doctorumque plurimorum cœtu, cujus eſſent fidei ſinguli ſedulus inquirebat, omniumque unanimem in fide catholica reperit conſenſum. Et hunc ſynodalibus literis ad inſtructionem memoriamque ſequentium commendare curavit, quarum literarum iſtud eſt exordium:

IN nomine domini noſtri Ieſu Chriſti ſalvatoris, imperantibus dominis piiſſimis noſtris Ecgfrido rege Humbronenſium, anno decimo regni ejus, ſub die quinta decima Kalendarum Octobris, indictione octava, & Edilredo rege Mercinenſium, anno ſexto regni ejus, & Aldvulfo rege Eſtranglorum, anno decimo ſeptimo regni ejus, & Lodthario rege Cantuariorum, regni ejus anno ſeptimo, præſidente ipſo Theodoro gratia Dei archiepiſcopo Britanniæ inſulę, & civitatis Dovernis, una cum eo ſedentibus ceteris epiſcopis Britanniæ inſulæ, viris venerabilibus, præpoſitis ſacroſanctis euangeliis in loco quem Saxonico vocabulo *Hedtfeld* nominant, pariter tractantes fidem rectam & orthodoxam expoſuimus, ſicut dominus noſter Ieſus incarnatus tradidit diſcipulis ſuis, quod præſentialiter viderunt & audierunt ſermones ejus, atque ſanctorum patrum tradidit ſymbolum, & generaliter omnes ſancti, & univerſales ſynodi, & omnis probabilium catholicæ eccleſiæ doctorum chorus.

Dei confitentur trinitatem & unitatem.

Hos itaque ſequentes nos pie atque orthodoxe, juxta divinitus inſpiratam doctrinam eorum, profeſſi credimus, conſtanter & confitemur ſecundum ſanctos patres, proprie & veraciter Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, trinitatem in unitate conſubſtantialem, & unitatem in trinitate, hoc eſt, unum Deum in tribus ſubſiſtentiis vel perſonis conſubſtantialibus æqualis gloriæ & honoris. Et poſt multa hujuſmodi quæ ad rectæ fidei confeſſionem pertinebant, hæc quoque ſancta ſynodus ſuis literis addidit.

Suſcipiunt univerſales ſynodos, I. Nicænã. II. Conſtantinopolitanam. III. Epheſinam. IV. Calchedonenſem. V. Conſtantinopolitanam alteram. Ibæ epiſtolas. Synodum Romanam ſub Martino papa. Apoſtolorum & patrum dogmata de Patre, Filio, & Spiritu ſancto.

Suſcepimus ſanctas & univerſales quinque ſynodos beatorum & Deo acceptabilium patrum, id eſt, qui in Nicæna congregati fuerunt trecentorum decem & octo, contra Arium impiiſſimum & eorum dogmata. Et in Conſtantinopoli centum quinquaginta, contra veſaniam Macedonii & Eudoxii & eorum dogmata. Et in Epheſo primo ducentorum, contra nequiſſimum Neſtorium & ejuſdem dogmata. Et in Calchedone ducentorum & triginta, contra Eutychem & Neſtorium & eorum dogmata. Et iterum in Conſtantinopoli quinto congregati ſunt concilio, in tempore Iuſtiniani minoris, contra Theodorum & Theodoretum, & Ibæ epiſtolas, & eorum dogmata contra Cyrillum. *Paulo poſt.* Et ſynodum quæ facta eſt in urbe Roma tempore Martini papæ beatiſſimi, indictione octava, imperante Conſtantino piiſſimo anno nono. Suſcipimus & glorificamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſicut iſti glorificaverunt, nihil addentes vel ſubtrahentes, & anathematizamus corde & ore quos anathematizaverunt, & quos ſuſceperunt ſuſcipimus, glorificantes Deum Patrem ſine initio, & Filium ejus unigenitum ex Patre generatum ante ſæcula, & Spiritum ſanctum procedentem ex Patre & Filio inenarrabiliter, ſicut prædicaverunt hi quos memoravimus ſupra, ſancti apoſtoli, & prophetæ, & doctores: & nos omnes ſubſcribimus qui cum Theodoro archiepiſcopo fidem catholicam expoſuimus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Cauſa & acta concilii quæ?

a *Concilium Hedtfeldenſe.*] Theodorus Dorovernenſis epiſcopus natione Græcus, vir hujus rudioris ſęculi doctiſſimus, peritiaque ſacrarum ſcientiarum celeberrimus, a pontifice per Ioannem abbatem monaſterii ſancti Martini vocatus erat, & expectatus, qui concilio Romano Romæ celebrando intereſſet. Sed cum non liceret ipſi coaleſcentem eccleſiam, atque lacte adhuc opus habentem relinquere, placuit fidem catholicam hoc conventu publico cognitam & confirmatam conſcribere. Cumque Theodorus reſciviſſet ſanctum Vvilfridum Romam abiiſſe,

ANNO CHRISTI 680.

abiisse, cumque hoc anno ab Agathone pontifice auditum & absolutum esse, eidem legationem credidit, ut nomine totius ecclesiæ Anglicanæ synodo interesset. Vide Bedam prædicto loco, & epistolam synodalem concilii Romani sub Agathone infra.

CONCILIUM ROMÆ

SUB AGATHONE HABITUM DE REBUS Britannicæ ecclesiæ, in basilica salvatoris nostri Constantinianæ nuncupatæ, anno Christi DCLXXX. vel (ut alii volunt) anno præcedenti (hoc est, mense Octobri indictione VII.) præsidente in eodem ipso papa Agathone, & considentibus L. episcopis, abbatibus, presbyteris: adstantibus etiam diaconibus, & cuncto clero, In quo cognoscitur de statu Britannicæ ecclesiæ, & de modo eumdem redintegrandi.

Exemplar hujus concilii juxta manuscriptum codicem.

IN nomine domini salvatoris nostri Iesu Christi, imperantibus dominis nostris piissimis Augustis, Constantino majore imperatore anno vicesimo sexto, post consulatum ejus anno decimo, sed & Heraclio atque Tiberio, * nonis Augustis ejus fratribus vicesimo secundo, indictione septima, mense Octobri, præsidente Agathone sanctissimo atque ter beatissimo apostolico universali papa sanctæ Dei catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ urbis Romæ, præpositis sacrosanctis euangeliis, in basilica salvatoris domini nostri Jesu Christi quæ appellatur Constantiniana, consedentibus una cum eo gloriosis atque cognoscentibus sanctissimis episcopis Crescente ecclesiæ Vinonensis, Phoberio Andrea Ostiense, Iuvenali Albanensi, Mauricio Tiburtino, Ioanne Falaritano, Benedicto Mesanense, Theodotio Syracusano, Deusdedit Narniense, Paulo cognomento Ioanne Turtuense, Theodato Neperi, Novita Silva candida, Gaudioso Signias, Georgio Agrigentino, Placitio Veliternensi, Georgio Catinensi, Deodato Tullense, & venerabilibus presbyteris, Bonifacio, Petro, Iuvenale, Theodosio, Georgio, Theodorio, Sergio, Theodorio, Sisinnio, Theodoro, Augusto, Benedicto, Paulo, Tribuno, Corono, Petro, Ioanne, Sisinnio, Epiphanio, Sisinnio, Decoro, Soleuncio, Theopicto, Martino, Sisinnio, Georgio, Sisinnio, Ioanne, Habito, Probino, Ioanne, Martino, Petro, Euticio & Georgio, adstantibus quoque Deo amabilibus diaconibus cunctoque clero:

* vel novis

Nomina considentium.

Agatho sanctissimus atque ter beatissimus episcopus sanctæ catholicæ ecclesiæ atque apostolicæ urbis Romæ consedentibus dixit: Non credo latere vestram fraternitatem, quamobrem ad hunc venerabilem conventum eam arcisciveram; cognoscere cupio vestram quippe sinceritatem, mecumque tractare, qualis sit ecclesiasticus status in Britannia insula, in qua per Dei gratiam fidelium multitudo concrebuit. Nuper exorta est dissensio, cum una sit consonantia fidei, quam ex prædicatione atque doctrina hujus sacrosanctæ atque apostolicæ sedis a beata memoria prædecessoris nostri sancti Gregorii exorta ac directa, atque per sanctum Augustinum & ejus socios perceperunt.

Malmesb. gest. pont. libro 3. pa. 263. Agatho quærit quisnam sit status ecclesiæ Britannicæ.

Andreas & Ioannes reverendissimi episcopi coram omnibus responsum dederunt, dicentes: Clarum constat universis, quod multo pontificialis successu, ecclesiæ in Britannia insula positæ indigent, primum quidem quod dissensio ibidem inter sanctissimum Theodorum archiepiscopum, & ceteros ejusdem provinciæ præsules, quam cum Dei præsidio sola possit apostolica auctoritas mitigare, & dissensionis fomitem subtrahere, dum origines scandalorum abscidit, atque superflua & Christianæ conversationi noxia ibidem geri considerata demat, & spirituali medela curet.

Respondetur, convulsam esse dissensione Theodori archiepiscopi.

Agatho sanctissimus atque ter beatissimus episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ atque apostolicę urbis Romæ dixit: Constat itaque quod vestra consideravit reverenda fraternitas, æquitati competere finienda, quia jam sunt quæ dudum concordi consideratione præviderunt, & statuerunt prædecessores nostri, verbi gratia, primus beatus Gregorius hujus apostolicæ sedis pontifex, & totius Saxoniæ apostolicus apex, ejusque successores sancti pontifices usque ad nostra tempora. Et nos prævidimus & constituimus, ut statuta illa quę synodalibus decretis jamdudum solidata per beatum Petrum principem apostolorum fuerunt, ut in perpetuum ab omnibus ecclesiarum Christi præsulibus ibidem constitutis inconvulse atque illibate serventur.

Papa [...] da [...] tutis [...] siæ.

Crescens episcopus ecclesiæ Vinonensis, & Iuvenalis sanctæ Albanensis ecclesiæ episcopus dixerunt: Vniversa itaque synodus, hæc quæ una cum sanctissimo atque ter beatissimo Agathone papa convenit regulariter definiens, & si humani generis inimicus qui bonis seminibus interserere semper conatur zizania, & præcavendis, & hoc est fidelibus Britanniæ insulæ ecclesias ecclesiarumque præsules adversus invicem excitare molitus est, verum superna clementia non permittit suos fideles usquequaque tentari, sed dat consilium ut hi qui consulunt & consulantur, cum fide suscipiunt pariter utrique salventur. Ideoque consideratis omnibus atque tractatis, quæque ex diversorum venientium relatione cognovimus, quæque ex scriptorum diversis vocibus huc ad apostolicam sedem directorum colligi potuerunt, solicitius flagitantes prævidimus, communi consensu hanc definitionis sententiam promulgare.

Resp[...] diabo[...] zizan[...] rere, Deum [...] curre[...]

Vnde ex auctoritate beati Petri apostolorum principis, cui claves ligandi atque solvendi in cælo & in terra conditor & salvator generis humani dominus noster Iesus Christus filius Dei concessit, definimus atque statuimus, ut unumquodque regnum in Britannica insula constitutum habeat secundum moderaminis mensuram provinciarum episcopos ita statutos, ut simul omnes cum archiepiscopo duodecim ecclesiarum præsules numerentur; quos archiepiscopus, qui pro tempore ab hac apostolica sede pallii honore decoratur, provehat, atque sacerdotali gradu eos canonice ordinet, ipsiusque tantum sint ordinationi subjecti, hac dispositione interposita, ut nullus audeat de episcopis in alterius præsulis jura semetipsum immergere, sed illibata sua jura unumquemque servare, & in admonendos & convertendos populos studere.

Statue[...] dum u[...] singul[...] provin[...] duode[...] sint ep[...] pi, n[...] acturi [...] alia p[...] chia, [...] suæ st[...] tes.

Statuimus etiam atque decernimus ut episcopi vel quicumque ecclesiastici ordinis religiosam vitam professi sunt, armis non utantur, nec citharœdas habeant, vel quæcumque symphonia, nec quoscumque jocos vel ludos ante se permittant; quia omnia hæc disciplina sanctæ ecclesię sacerdotes

Vt ecc[...] stici a[...] cithar[...] das, [...] vitent [...] officii[...] tendar[...]

ANNO CHRISTI 680.

sacerdotes fideles suos habere non finit, sed præcipit divinis officiis & providentiæ pauperum ecclesiasticis utilitatibus occupari, magisque divinorum eloquiorum lectio ad ædificationem ecclesiarum semper legatur, quatenus cum nutrimentis corporeis pariter & animæ audientium divinis eloquiis nutriantur.

Agatho sanctissimus atque ter beatissimus episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ dixit: Si & vestri fraternæ caritati providum esse censeretur opportunum, itaque ac saluberrimum plebibus ibidem constitutis esse censendum est; ut de ecclesiasticis statutis, atque de serie episcoporum, seu etiam de probatione catholicæ fidei, qualiter & quam orthodoxe in provinciis Saxoniæ gerere & habere ab universis examinetur.

Andreas reverendissimus episcopus ecclesiæ Ostiensis, & Ioannes reverendissimus episcopus Portuensis dixerunt: Verum est enim quod vestræ sanctitati injunctum est, ut apostolica censura ex hinc illic hæc decretalis dispositio per epistolas ac virum prudentem, & idoneum, & bene imbutum dirigatur ad Theodorum reverendissimum atque sanctissimum archiepiscopum Cantuariorum, sanctæ Dei nostri salvatoris ecclesiæ, in qua illis in partibus summi sacerdotii principatum fundavit, qui suo sanguine sanctam suam redemit ecclesiam, omnipotens Christus dominus, & beati Petri principis apostolorum auctoritate, per nostrum prædecessorem beatæ memoriæ Gregorium, & per beatum Augustinum, ejus sincellitum, construendo, collocando fundavit, ut ipse prædictus Theodorus illis in partibus ex tua sacrosancta auctoritate & nostra synodali unitate universale concilium congreget, & cum universis præsulibus, regibus, principibus, & universis fidelibus, senioribus, majoribusque natu totius Saxoniæ, publicam œcumenicamque faciant synodum: & hæ dispositiones prædictæ non solum, verum etiam quæ tuæ sanctitatis gerulis seu apicibus injunxeris, diligenti investigatione tui apostolatus auctoritate coram omnibus examinare, & universos observare præcipias. Quod enim multorum consilio geritur, nulli consentientium ingerat scandalum.

Placuitque enim hæc relatio universæ synodo, cum sanctissimo atque ter beatissimo Agathone apostolico papa; cœperuntque simul omnes unanimiter quærere, & invenerunt, Christo auspice, virum venerabilem Ioannem archicantatorem ecclesiæ sancti apostoli Petri, & abbatem monasterii beati Martini, qui a Roma per jussionem papæ Agathonis in Britanniam est directus.

Hæc provida ac celeberrima doctrina sacrorum canonum & pontificalium decretorum statuimus atque decernimus, sicut prodesse dispensatoribus ecclesiæ, & populis eis commissis, quos ad sui cognitionem divina adscivit clementia, salubreque eis prævidimus quidem, quatenus frequentia vicinorum antistitum studentium suam parochiam ad studium perfectæ religionis adducere, hæreticæ pravitatis satellites decipiendi simplices locum non inveniant, nec disseminent sua schismata vel errores, dum falce piæ doctrinæ præsule prædicante quotidie succidantur & defluant, & in multorum præsulum cum suo archiepiscopo convenientium cum consilio quæque salubriter perpenduntur ac dis- ponuntur firmiter obtineant; quia ibi salus ubi plurima consilia: & sic, *ubi duo vel tres congregati in nomine domini, ibi ipse est in medio eorum*: multo magis ubi plures unanimiter ad confitendum nomini ejus, ad gloriandum in laude ejus fuerint congregati.

ANNO CHRISTI 680. Matth, 18.

Insuper quoque Agatho sanctissimus atque ter beatissimus episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ, synodum beati Martini papæ conscriptam centumquinque episcoporum cōsensu non multo ante " Rhemis celebratum præfato religioso abbati Ioanni tribuens, ut secum in Britanniam veniens beato Theodoro archiepiscopo afferret, non solum ad suæ legationis testimonium atque confirmationem, sed etiam quidquid sanctus Theodorus archiepiscopus cum sapientibus & fidelibus, & viris religiosis in Anglorum provinciis, Christi ecclesiis, & universo populo Dei ibidem positis, profuturum melius ac religiosius in Christo invenire potuissent, cum prædicta auctoritate roborare atque transcribere commendaverat.

Papa in Britanniam mittit synodum beati Martini observandam.
" Romæ celebratam

ALIVD EXEMPLAR EIVSD. CONCILII IVXTA MALMESBVRIVM.

vel saltem alia ejusdem actio,

In qua Vvilfridi causa cognoscitur, & ipse restituendus ad archiepiscopatum Eboracensem decernitur.

AGATHO sanctissimus papa (*inquit Malmesburius*) concilium quinquaginta tam episcoporum quam abbatum, in basilica salvatoris, quæ appellatur Constantiana, coegit. Cujus concilii hæc est forma:

Malmesb. pag. 263. de gest. pont. libro 3.

Agatho sanctissimus ac beatissimus episcopus ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ considentibus secum dixit: Non credo latere vestram sanctam fraternitatem, quamobrem ad hunc venerabilem conventum eam asciverim. Cognoscere quippe cupio vestram reverentiam mecumque tractare, qualis in ecclesia insulæ Britanniæ, ubi per Dei gratiam fidelium multitudo concrevit, nuper est exorta dissensio, quæ ad nos, tam per relationem huc advenientium, quam per scriptorum seriem delata est.

Dissensio in Britannia, causa synodi.

Andreas reverendissimus Ostiensis episcopus, & Ioannes Portuensis episcopus dixerunt: Omnium quippe ecclesiarum ordinatio in vestræ apostolicæ auctoritatis pendet arbitrio, qui vicem beati Petri apostoli geritis; verum & nos, nuper considentibus episcopis, & confamulis nostris, jussu vero relegimus singula scripta, quæ de Britannia insula directi apostolico vestro conspectui detulerunt, tam ea quæ ex persona reverendissimi archiepiscopi olim hinc illuc ab apostolica sede directi missa sunt, aliorumve relationes adversus quemdam episcopum subterfugientē, (ut aiunt) quam ea quæ a Vvilfrido Deo amabili sanctæ Eboracæ ecclesiæ episcopo oblatæ sunt: qui de sua sede ejectus a prænominato sanctissimo huc usque pervenit: in quibus cum multas quæstiones inferent, neque sanctorum canonum subtilitate convictum eum aliquibus facinoribus, & ideo non catholice dejectum reperimus, neque cum aliqua facinora perpetrasse accusatores ejus verbis propriis ostenderunt, pro quibus degradari debuisset: potius autem & modestiam hunc tenuisse cognovimus, quod non seditiosis quibusdam decer-

Vvilfridum immerito pulsum ab archiepiscopatu.

ANNO CHRISTI 680.

decertationibus se immiscuit, sed de sua sede repulsus, coepiscopis suis facti meritum innotescens memoratus Deo amabilis Vvilfridus episcopus huc ad sedem apostolicam accurrit.

Admittitur in concilio.

Agatho sanctissimus ac ter beatissimus episcopus ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ considentibus dixit: Vvilfridus Deo amabilis sanctæ Eboracæ ecclesiæ episcopus, quem præ foribus venerabilis secretarii nostri esse narratum est, ad nostrum secretarium juxta suam postulationem cum petitione, quam secum afferre dicitur, admittatur.

Vvilfridus Deo amabilis episcopus dum venerabile secretarium ingrederetur dixit: Deprecor vestram pontificalem beatitudinem, ut meæ humilitatis petitionem excipi, coramque relegi præcipiatis.

Agatho sanctissimus episcopus dixit: Vvilfridi Deo amabilis episcopi petitio suscepta coram omnibus relegatur: & accipiens Ioannes notarius, relegit sancto & apostolico concilio.

Petitio ejus ad papam.

Vvilfridus humilis & indignus episcopus Saxoniæ ad hoc apostolicum fastigium, tamquam ad locum munitum turréque fortitudinis gressus, Deo præviante, perduxi; quod inibi normam sacrorum canonum in omnes Christi ecclesias emanare cognosco: ex eo meæ humilitati justitiam fieri confidenter expeto: cognovisse quippe non ambigo vestrum pontificale fastigium, tam ex humilitatis meæ suggestione quam quæ viva voce præsentialiter obtuli vestris apostolicis obtutibus, in ipsomet adventus exordio præsentatus, quod quidam mei episcopatus invasores, nulla in me convicta culpa, contra sanctorum scita canonum in conventu sanctissimi Theodori Cantuariorum archiepiscopi, & aliorum convenientium antistitum, sedem meam, quam per decem, & eo amplius annos tenueram, usurpare moliti sunt: & in meo episcopatu tres episcopi promoti sunt, licet canonica non sit eorum promotio. Quid autem acciderit, ut Theodorus sanctissimus archiepiscopus me superstite in sedem, quam licet indignus dispensabam, absque consensu cujuslibet episcopi tres sua auctoritate, mea humilitate non acquiescente ordinaret episcopos, omittere magis quam flagitare pro ejusdem viri reverentia condecet: quem quidem, eo quod ab hac apostolicæ summitatis sede directus est, accusare non audeo. Verumtamen si claruerit, quod contra jus regularium sanctionum, citra ullius delicti piaculum, quod canonica percellit severitas, de pristina pulsus sede tumultuosus nulli apparui, sed tantum confamulos & consacerdotes meos illius provinciæ episcopos contestatus abscessi; siquidem prævidit vestra apostolica summitas privatum me esse humili devotione, quæ censentur libenter amplector. Si autem & pristinum episcopatum suscipere, sequor totisque viribus veneror ab apostolica sede prolatam sententiam, tantum ut invasores de pristinis parochiis ecclesiæ, cui ego indignus famulus vester præfui, pellantur. Et si rursus in eadem parochia, cui præfui, præsules adhiberi præviderit, saltem tales jubeat promovendos, cum quibus pacifica & tranquilla possim concordia obtinente Deo unanimiter deservire, *&c.*

Papa Vvilfridi cau-

Agatho sanctissimus ac ter beatissimus episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit: Non mediocriter satisfacit audientibus petitionis series, quam Vvilfridus Deo amabilis episcopus obtulit, in hoc, quod cum se indigne de episcopali sede dejectum agnovit, non contumaciter per vim sæcularem obstitit, sed humiliter sentiens auctoris nostri beati Petri apostolorum principis canonicum expetivit subsidium, & supplici præstolatione, quæ super eo censenda sunt se suscepturum perhibens, quod ex ore nostro beatus Petrus apostolus auctor noster, cujus ministerio fungimur, præviderit statuendum; universa sancta synodus, quæ residebat, inter cetera definiens ait: Statuimus atque decrevimus, ut Deo amabilis Vvilfridus episcopus episcopatum quem nuper habuerat suscipiat, & quos cum consensu concilii ibidem congregandi elegerit sibi adjutores, a sanctissimo archiepiscopo ordinati promoveantur episcopi, expulsis procul eis qui in ejus absentia in episcopatum enormiter missi sunt, & cetera, quibus interdicunt hæc non suscipientes decreta.

ANNO CHRISTI 680. sam p[...] bat.

Decret[...] synod[...] Vvilfri[...]

His decretis gloriabundus episcopus etiam jussu papæ jussus est residere in numero sanctorum episcoporum 150. qui agitabant concilium contra illos qui unam operationem prædicant in duabus naturis domini nostri Iesu Christi.

Hinc reditum aggressus, omnium periculorum, Deo protegente, immunis patriam venit, ægreque licet ad regem aditu impetrato, scita apostolica sigillata prætendit. Ille cum ea episcopis contubernalibus suæ factionis legi fecisset, tantum a reverentia Romanæ sedis abfuit, ut spoliatum suis omnibus, comitibusque in diversa deductis, beatum pontificem cuidam præfecto notabilis sævitiæ viro in ergastulum trudendum committeret, *&c.*

CONCILIVM ROMANVM,

QVO CXXV. EPISCOPI ORTHODOXAM fidem confirmarunt, Monothelitarum hæresim condemnarunt, atque legationem Constantinopolim ad synodum œcumenicam decreverunt, anno domini DCLXXX. sub Agathone papa.

De rebus in hac synodo gestis nihil reperitur, nisi duæ epistolæ extantes actione IV. sextæ synodi; quarum prior est Agathonis ad Constantinum imperatorem & fratres ejus de fide catholica contra Monothelitas, quæ incipit: *Consideranti mihi humanæ vitæ diversos angores*, &c. posterior est synodica, nomine totius synodi ad eosdem imperatores scripta ab Agathone, incipitque sic: *Omnium bonorum spes inesse prænoscitur*, &c.

[a] *Concilium.*] Accepta ab imperatore, quam de cogenda universali synodo ad Donum scripserat epistola, Agatho papa Romanus id Romæ implevit, quod ejusdem jussu præstiterant Mediolani episcopi Insubres, nimirum, ut episcopi occidentales, qui vel per ætatem, vel corporis morbum, vel itineris difficultates ipsi synodo œcumenicæ præsentes esse non possent, per legationem suo nomine deputatam profiterentur, quid pro fide catholica adversus Monothelitas decernendum esse sentiant. Cum itaque episcopi 125. (quorum nomina in fine synodalis epistolæ subscripta habentur actione IV. sextæ synodi.) auctoritate Agathonis papæ convenissent, damnataque

Occasi[...] biti] c[...] lii qua[...]

[ANNO CHRISTI] 680. [...]i conci-

nataque Monothelitarum hæresi orthodoxam fidem egregie corroboraſſent, tres legatos hoſce Ioannem Portuenſem, Abundantium Paternenſem, & Ioannem Regienſem ſive Regitanum epiſcopos delegerunt, dato illis commonitorio tali, ut de incertis & dubiis nihil contendant, eaque dumtaxat, quæ Romano hoc concilio de fide conſtituta fuerant, in univerſali patrum conſeſſu proponant. Hoc commonitorio inſtructi, ſtatim Conſtantinopolim ad concilium univerſale profecti ſunt, editaque ibidem ſynodali epiſtola, quam ſecum attulerant, injunctum munus legationis fideliter executi fuerunt. Huic publicæ legationi ſuam Agatho papa adjunxit, munuſque legationis apoſtolicæ Theodoro & Georgio preſbyteris, Ioanni diacono, & (ut ſcribit Anaſtaſius in Agathone) Conſtantino ſubdiacono commiſit. Epiſtolam quamdam privatam ſuo ſolius nomine ad imperatorem conſcriptam iiſdem communicavit: atque ita duplex legatio, duplici epiſtola ab Agathone accepta, ad concilium univerſale ſimul profecta fuit: dumque circa initium Septembris anni 680. Conſtantinopolim perveniſſet, eo honore, quem Anaſtaſius in vita Agathonis ſupra deſcribit, excepti, œcumenicum concilium inchoari procurarunt. Teſtatur Anaſtaſius in vita Agathonis ſupra, Theodorum Ravennatis eccleſiæ epiſcopum ſchiſmaticum hoc tempore Romam veniſſe, Romanoque pontifici ſe iterum ſubmiſiſſe. Non dubito quin illud hac ſynodo, cui ipſe præſens interfuit & ſubſcripſit, factum fuerit; cum ejus hic tantum, alibi vero nulla memoria reperiatur. Tanta enim Ravennatis eccleſiæ epiſcoporum a Mauro uſque ad hunc Theodorum contumacia fuerat, ut eam nullo modo diſſimulare poſſent Romani pontifices, qui ne quidem faſtum & uſurpatam prærogativam Conſtantinopolitanorum præſulum hactenus ſufferre potuerunt. In priore epiſtola, quam Agatho privatim per ſuam legationem ad imperatorem tranſmitti curavit, dignum eſt notatu; quod ad defenſionem Honorii ait pontifex apoſtolicam ſedem ejuſque pontifices nunquam in fide aberraſſe, ſed potius, juxta promiſſionem Petro factam, devios quoſque a veritatis tramite reduxiſſe, atque in vera & orthodoxa fide confidenter confirmaſſe. Quod ſane non tam libere aſſeruiſſet Agatho pontifex, ſi eamdem hæreſim, quam ipſe Agatho hac ſua epiſtola adeo valide inſectatur, Honorius foviſſet, ſuoque ſcripto confirmaſſet. In epiſtola ſynodica hoc pro ejuſdem Honorii expurgatione diligenter eſt obſervandum quod legati limitatum dumtaxat acceperunt mandatum, ea tantum proponendi, quæ in ſynodo Romana pro fide catholica adverſus Monothelitas acta fuerant. Cum itaque allegata ſynodo Romana nihil in cauſa Honorii propoſitum vel actum fuerit, nullam fidem mereretur id quod depravata acta ſextæ ſynodi atteſtantur, Honorium auctoritate legatorum ſedis apoſtolicæ & totius concilii non conſulto Agathone pontifice, cum Sergio, Cyro, Pyrrho, aliiſve Monothelitis hæreticis condemnatum & excommunicatum fuiſſe. Secundo circa eamdem epiſtolam eſt annotandum, quod (ut in concilio Florentino Iulianus ſacræ Romanæ eccleſiæ cardinalis in diſputatione quam habuit contra Græcos poſt Emmanuelem Calecam advertit) Græci impoſtores eam corruperunt, eoque loco, quo legebatur olim: *Credimus in Spiritum ſanctum dominum & vivificatorem ex Patre Filioque procedentem,* illi nomen *Filioque* expunxerunt. Hæc lectori veritatis amanti ingerimus, atque conſideranda proponimus, ne mireris, cum infra dicemus, acta ſynodalia ſexti concilii, in iis præſertim quæ de Honorio Romano pontifice atteſtantur, Græcorum impoſtura ubique depravata fuiſſe.

[...]lex le-[...]o Con-[...]tinopo-[...]miſſa

[E]piſtola [Aga]thonis [defen]ditur [Hon]orius

ANNO CHRISTI 680.

Ex epiſtola ſynodali defenditur Honorius.

Epiſtola ſynodalis a Græcis corrupta eſt.

ROMANA AGATHONIS SYNODVS
Ex libello ſynodico.

ΑΓΑΘΩΝ δὲ ὁ πανόλβιος πάπας Ῥώμης τὸν θρόνον Μαρτίνου διαδεξάμενος, ἁγίαν συνήθροισε σύνοδον· καὶ Σέργιον, Κῦρον, καὶ Πέτρον, Παῦλον καὶ Πύῤῥον ἀνεθεμάτισε· καὶ τρανώσας τὰς δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ὅρον πρὸς Λέοντα τὸν βασιλέα υἱὸν τοῦ Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου πατέρα δὲ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου ἐξέπεμψε.

AGATHON vero beatiſſimus papa Romanus, qui Martino in ſolio " ſucceſſerat ſanctam congregavit ſynodum: & Sergium, Cyrum, Petrum, Paulum & Pyrrhum anathemate notavit: A duabus in Chriſto Ieſu Deo noſtro declaratis voluntatibus & operationibus definitionem fidei ad Leonem " imperatorem Conſtantini Pogonati filium & Iuſtiniani Rhinotmeti patrem emiſit.

" Poſt Eugeniū, Vitalianum, Adeodatū & Donum.

" Errat hic author graviſſime.

H ΑΓΙΑ

Η ΑΓΙΑ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ

ΕΚΤΗ ΣΥΝΟΔΟΣ,

ΤΡΙΤΗ

ΤΩΝ ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ.

SANCTA SYNODVS SEXTA GENERALIS

CONSTANTINOPOLITANA TERTIA.

HISTORIA SEXTÆ SYNODI.

DAMNATA jam Eutychiana & Acephalorum hæresi, qui Calchedonensem synodum oppugnabant, varia ex eadem Eutychetis impietate Monothelitarum scelera nascuntur: qui cum palam duas in Christo naturas negare non auderent, duas in eo voluntates & operationes negabant, ut quod aperte non poterant, occulte certe animas hominum ad priores Eutychetis errores traducerent. B Fuit eorum dux & auctor Theodorus Pharanita episcopus, in sermone ad Sergium Arsenoitarum episcopum, ut affirmat [a] Sergius Tempsanensis episcopus testimonio Stephani Dorensis episcopi in Lateranensi synodo sub Martino primo. Hoc igitur malum, cujus architectus, ut dictum est, & machinator fuit Theodorus Pharanita, ab eo manavit ad Sergium Constantinopolitanum episcopum, Syrum hominem, & in Iacobitarum consortio ac disciplina educatum: manavit quoque ad Cyrum [b] Phasidis episcopum, nec non ad alios, atque in primis ad Athanasium Iacobitarum patriarcham, Syrum itidem genere, ingenio vaferrimum, animo a Calche- C donensibus decretis alienissimo. Is vero Heraclium Persarum tunc spoliis ac victoriis exultantem, Hierapoli convenit: quem dum imperator e cœno studet extrahere, in cœnum ipse præceps actus est. Ad Calchedonensem fidem hortatur Athanasium. [a] Spondet resipiscenti Antiochenum patriarchatum. Simulat Athanasius esse se eum, quem cupiebat Heraclius; duasque Christi naturas professus, vicissim rogat imperatorem, unam ne, an duas esse Christi voluntates & actiones existimet? Ea de re nihil

[a] V Lateranensium synodum secr. 1. & 2.

[b] Epistola Cyri 6. synodo act. 13. Later. secr 3. & epist Serg eod. secret.

[a] Auctor hist. miscel. lib. 18 Cedren. & Zonar. in Heracl.

A tum statuendum putavit Heraclius, sed Sergium episcopum Constantinopolitanum absentem, postea vero Cyrum Phasidis tunc antistitem, de proposita quæstione consuluit. Persuaserunt ii unam voluntatem, unamque actionem Heraclio; qui eam sententiam publico etiam pervulgavit edicto, quam ecthesin [b] nominarunt. Cyrus deinde tamquam in precium sceleris, in Georgii demortui Alexandrini episcopi locum suffectus, [c] communicatis cum Theodoro Pharanita consiliis, novem capita cum anathemate promulgavit: in quorum septimo hæresin hanc acerrime tuetur; severissimum iis, qui dissentirent, anathema comminatus. Neque segnior Constantinopoli Sergius, [d] coacta synodo suorum episcoporum, quibus idem venenum malis artibus instillarat, ecthesim & imperatoris auctoritate & episcoporum subscriptionibus communitam, toto inspectante populo, primarii templi foribus affixit. Quocirca per omnem Ægyptum & Constantinopolitanam ditionem id malum est latissime disseminatum.

Horum sacrilegos motus, & conatus non parum repressit Sophronius [e] spectatissimæ religionis monachus, scriptis primum ad Cyrum & Sergium epistolis: deinde cum ad Hierosolymitanam sedem esset evectus, suorum habuit episcoporum concilium; quo Monothelitarum nova studia & fraudes, quibus perniciem orthodoxis populis moliebantur, enuntiavit, & enuntiata damnavit. Id vero moleste ferens Sergius [f] ad Honorium Romanum pontificem nomen Sophronii detulit, quod novis duarum voluntatum actionumque nominibus totum misceret orientem, nec parum offenderet Acephalos, qui meliora per id tempus, quam unquam antea, consilia & saniorem mentem præ se ferebant. Sergio, Cyro, & Sophronio ita rescripsit Honorius,[g] ut nihil aliud tūc spectasse videretur, quam

[b] Lat... syn s...

[c] Auct... miscel... Cedre... cit. La... secret... Sex. sy... act. 1...

[d] Lat... nens.

[e] Hist... miscel... Cedre... Zonar... cit. S... gest. ... phan. ... Later. ... cret. 2...

[f] Epist... Serg. ... Hono... Sex. sy... epist.

quam ut novas quæstiones discordiæ ac seditionis plenas resecaret. Quam pontificis providentiam sui erroris approbationem esse interpretati Monothelitæ, in suarum partium patrocinium Romani pontificis nomine abutebantur.

[E]pist.Ho[n]. ad [sy]n. sext. [c]od. act.

Sed cum Honorio Severinus, Severino Ioannes quartus [a] successissent, hic per literas ab Heraclio de Monothelitarum secta certior factus, indicta Romana synodo illorum decreta rescidit, atque ut imperatorem ab eorum communione deduceret sedulo laboravit. His permotus Heraclius (ut sanctus Maximus affirmat) [b] edicto se liberavit omni ecclesiastica reprehensione, atque hæc scripsit: Ecthesis mea non est, nec ego dictavi, aut fieri jussi. Verum cum Sergius patriarcha quinque ante annis quam ab oriente redirem eam condidisset, oravit me, postquam ad hanc felicem urbem adveni, ut nomine meo promulgaretur cum subscriptione: ejus hortatu id feci. Nunc vero cum cognoverim eam a nonnullis oppugnari, declaro ad omnes non esse meam.

[a] [A]uct.hist. [mis]cell. & [Bae]dren.ubi

[b] [E]x gestis Maximi, [qu]æ extant [...]od. [La]tican.

Post hæc Heraclio quidem [c] Constantinus filius, Sergio autem Constantinopolitano episcopo Pyrrhus successit ejusdem contagionis & amentiæ societate notissimus: qui propterea quod veneno Constantinum Martinæ novercæ gratia sustulisset, in Africam relegatus, & inibi Maximi [d] sanctissimi monachi opera ac disputatione catholicam edoctus disciplinam, ad Theodorum Romanum pontificem, qui Ioanni quarto successerat, est adductus. Romæ vero quum Theodoro libellum, quo omnem detestabatur hæresin, obtulisset; [e] in communionem a pontifice receptus est. Verum idem Pyrrhus vix ab urbe digressus, virus, quod Romæ vomuerat, Ravennæ iterum hausit. Quamobrem desertorem illum, ac transfugam Theodorus pontifex toto conclamante clero, ad sepulcrum principis apostolorum condemnat, & honore abdicat sacerdotali. [f] Stephanum quoque Dorensem episcopum jubet orientem perlustrare, atque apostolica auctoritate Monothelitarum impetus coercere.

[c] [A]uctor [hist]. misc. l. li. 18. [Ce]dr. & [Zon]. in [Co]nstan.

[d] Auct. [his]t. misc. l. ubi

[e] [L]ater. [in] secr. 1. [Hi]st. misc. l. ubi [Vi]t. Anast. Theo[d]oro.

[f] [...] fug[a] [...]t Steph. [Do]rens. Lateran. [se]cr. 2.

Per id tempus Constans Constantini filius, & Heraclii nepos nihilo minus impietatis quam imperii heres, [g] Paulum Monothelitam in Constantinopolitana sede collocat. Is vero fretus imperatoris præsidio, tamquam singularis ferus vineam domini depastus est, diffuso in Africam usque malorum incendio, quod tamen confestim est oppressum, ac prope restinctum [h] vigilantia pastorum Numidiæ, Mauritaniæ & Byzacenæ provinciæ. Qui & multis locis synodos habere, & plebem in patrum traditionibus confirmare, & Monothelitarum errores explodere studiis omnibus instituere. Sed & frequentibus, & gravissimis epistolis tum Constantem imperatorem, & Paulum episcopum sui muneris admonuere, tum Theodorum pontificem Romanum etiam atque etiam rogarunt, ut severissimis decretis & animadversionibus hæreticorum frangeret audaciam. Theodorus igitur Paulum in dies magis insanientem, & contra orthodoxorum antistitum monita calcitrantem, & severo notat anathemate, & Constantinopolitano [i] privat episcopatu. Ille vero vehementius ea re furere ac debacchari. Nam & Romanos apocrisiarios, qui jure etiam gentium sacrosancti sunt & inviolabiles, virgis

[g] [Z]onar. in [Co]nstante. [Hi]stor. mi[sc]. [...]ll ubi

[h] Epist. [Sy]n. Afric. [La]ter. 2.

[i] [L]ater. [sec]r. 1. A[na]stasius in [Th]eodoro. [Au]ctor vi-

A cæsos in exilium ejicit: & altare, quod Constantinopoli dicatum erat sacrificiis Romano ritu obeundis, funditus evertit.

Ea scelerum atrocitate commotus Martinus primus, Theodori successor religiosissimus, concilium in Laterano coegit, [a] tum ad audiendas Stephani Dorensis episcopi querelas, nomine Sophronii Hierosolymitani episcopi jam vita functi, tum ad universam Monothelitarum causam cognoscendam. Considentibus igitur quinque supra centum episcopis, qui ad eam synodum convenerant; publice recitati sunt complures libelli adversus hæreticos oblati: recitatæ Monothelitarum homiliæ, B epistolæ, sermones, & opuscula: recitatæ sanctorum patrum sententiæ, novo ac sacrilego dogmati verbis disertissimis repugnantes. His omnibus diligenter expensis, celebratisque secretariis, seu consultationibus quinque; duæ Christi domini voluntates, duæ item actiones, frequentissimo consensu sancitæ sunt, [b] ac per viginti canones explicatæ: rejecti quoque in hæreticorum numerum Theodorus Pharanita, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, & Paulus Constantinopolitani episcopi. Damnata item Heraclii ecthesis, ac typus [c], qui ut veluti fidei forma ad ecclesiæ valvas penderet, Paulus auctor fuerat.

[...]tæ S. Martini papæ apud Surium, tomo 6.

a Later. secr. 1. & seqq.

b Lateran. secret. 5.

c Martini epist. ad Amandum. Syn. Lateranen. secr. 1. 4. & 5.

Tantum ac tam excelsum pontificis animum, C tam singulare studium restituendæ religionis ferre non potuit Constans nequissimus imperator. [d] Itaque non modo Maximum religiosissimum, doctissimumque monachum, & fortissimum Martini in eo certamine adjutorem ac socium, duosque Anastasios Maximi auditores crudelissimo affecit supplicio: sed etiam Martinum pontificem, primo per Olympium exarchum, deinde per Theodorum Calliopam capi jussit, captum Constantinopolim perduci: inde in Chersonesum relegat, ubi variis incommodis, ærumnisque confectus, diuturno quodam martyrii genere pontificatum suum illustravit & clausit, quamplurimis etiam mi- D raculis clarus. Nec ita multo post, cum omnibus invisus imperator in Siciliam profectus esset, Andreas Troili filius, ei situla graviter impacta, caput elisit in balneo. [e] Atque hoc vitæ exitu calamitoso Constans sempiternas apud inferos pœnas miserabiliter inchoavit.

d Hist. misc. lib. 19. Martini papæ epist. 14. & seqq. Auctor vitæ S. Martini. Anast. in S. Martino. Cedr. & Zonar. in Constante.

e Cedren. Zonar. & auctor hist. miscell. loco cit.

Constanti successit Constantinus filius, cognomento Pogonatus, orthodoxæ religionis amantissimus, qui ut domesticam, ac veluti hereditariam maculam deleret, egit primum cum Dono [f] summo pontifice, deinde cum Agathone ejus successore, de œcumenico concilio Constantinopoli cogendo, præsidentibus apostolicis legatis. Annuit Agatho [c] suamque adhibuit auctoritatem: habita igitur Ro- E mæ synodo centum & viginti episcoporum legatos, qui ejus nomine concilio præessent, Constantinopolim quatuor misit, Theodorum & Georgium presbyteros, Ioannem diaconum, & Constantium hypodiaconum, datis & ad imperatorem, & ad synodum egregiis eruditissimisque literis: quibus orthodoxam fidem, clarissimis sacrorum voluminum, patrumque sententiis, ac traditionibus explicabat [g]. Convenerunt in eam synodum Constantinopolitanam Ioannes Portuensis, Abundantius Paternensis, & Ioannes Rhegiensis

f Constantini epist. ad Donum papam.

c Anast. in Agathone & VI. syn. act. 4.

g VI. synod. act. 1. & seqq. Hi[st].

PP episcopi,

ANNO CHRISTI 680.

stor. miscell. lib. 19. Anast. Cedr. & Zonar. loc. cit.

episcopi, nomine Romanæ synodi sub Agathone, & cum iis Theodorus presbyter, loco Theodori Ravennatis episcopi. Adfuerunt itidem tres orientis patriarchæ; Georgius Constantinopolitanus, Macarius Antiochenus, Petrus Alexandrinus: Georgius item presbyter Hierosolymitanæ ecclesiæ nomine; & cum his episcopi quamplurimi, de quorum numero non satis convenit inter scriptores. Nam aliqui episcopos tantum qui synodo interfuere recensere videntur, qui centum ac septuaginta circiter fuere; alii vero multo plures, nimirum usque ad ducentos & septuaginta novem fuisse affirmant, eos fortasse addentes qui Romanæ synodi epistolæ subscripserunt; qui per legatos tamquam in hac synodo præsentes habebantur.

Igitur anno vigesimoseptimo imperii Flavii Constantini Augusti post ejus consulatum XIII. septimo Idus Novembris in palatii secretario, cui Trullo nomen erat, imperatore, & sacri palatii magistratibus præsentibus, omnes episcopi ad fidei normam firmiter sanciendam incensissimis studiis consedere [a]. Ac primum [b] Monothelitæ multa pro suo dogmate proferre in medium: quædam perperam interpretari, alia depravare, affingere nonnulla, absurdissima pleraque veris quibusdam permistis honestare: quibus imposturis ac dolis facile agnitis ac rejectis, a synodo apostolicisque legatis prolatæ sunt Agathonis primum, deinde Romanæ synodi [c] literæ, quibus, quod sincerum germanumque euangelicæ pietatis odorem afflare viderentur, ab universa synodo [d] acclamatum est, tamquam beati Petri apostolorum principis ore pronuntiatis, & Agathonis manu styloque exceptis. [e] Hic Theodorus Melitenæ urbis episcopus, imperitus ne magis an impudens? suppliciter postulat, ut ne quid de duabus voluntatibus statuatur: urgent vicissim patres, ut is magistros prodat, a quibus blasphemare didicisset: urgentibus prodit quorumdam crimen ac fraudem. Tunc etiam Macarii antistitis Antiocheni detecta hæresis, quem conjectis protinus in eum omnium oculis, rogat imperator, ut quid ea de re sentiat, expromat. Is vero malis videlicet artibus instructus, Christi voluntatem, atque actionem θεανδρικὴν, hoc est, deivirilem esse affirmat, duas vero nequaquam: conati sunt legati & patres plerisque sanctissimorum doctorum prolatis testimoniis, hominem ab errore amentiaque deducere. Cum nihil [d] proficerent, opponente illo testimonia fucata veris, corrupta sinceris, anathemate perculsum, ab Antiochena sede deturbant, suffecto in ejus locum [a] Theophane Siculo, viro spectatæ probitatis ac fidei.

[b] Tum concors ac dirum conclamant anathema Monothelitis omnibus, eorumque auctoribus, & in his [c] Polychronio perditissimo homini, qui ad confirmandam, amplificandamque Monothelitarum sectam, hominem magicis cantionibus ac veneficiis mortuum vitæ resteituer conatus fuerat. Condunt deinde [d] patres catholicam fidei formulam; qua duas Christi voluntates, duas actiones, humanam ac divinam, indivise atque inconfuse prædicant: humanam vero voluntatem non modo divinæ nihil obluctantem, sed obsequentem atque omnino subjectam: adhæc, ea decreta suis quisque subscriptionibus roborant: [e] quæ fidei formula coram imperatore iterum lecta est. Hic etiam imperator patribus, & vicissim imperatori patres egere gratias, precantibus universis securitatem, & secundos in rebus gerendis exitus tam pio ac religioso principi. Denique in urbem mittunt [f] Macarium, aliosque publice exauctoratos, ut eorum causa ab Agathone recognoscatur: & unanimi in primis consensu ab eo precantur, [g] ut synodum ejusque canonicas sanctiones apostolica auctoritate confirmet. Accedit his omnibus præclarum imperatoris edictum, [h] quo gravissimis verbis imperat, ut sacrosanctam sextam synodum caste pieque amplectantur universi: & in eos qui secus egerint, pœnas constituit. Ceterum priusquam sive imperatoris & synodi epistolæ, sive ipsa synodus ad urbem perferrentur, suum jam diem. Agatho pontifex obierat. Ejus tamen successor [i] Leo secundus hujus synodi acta ac decreta omnia beati Petri auctoritate confirmavit. Eamdem synodum venerata est itidem Toletana quartadecima synodus sub eodem pontifice celebrata: eamdem confirmarunt & œcumenicæ synodi septima, [k] & octava; [l] confirmavit & Leo nonus in epistola ad Petrum Antiochenum. Circumferuntur autem nonnulli canones nomine sextæ synodi in Trullo, verumtamen editi sine legatis apostolicæ sedis, neque ab ea comprobati: in quibus & nonnulla sunt, quæ minus apostolicam sapiunt traditionem: de quibus in fine concilii plura dicentur.

a Act. 1.
b Act. 2. & seqq.
c Act. 4.
d Act. 8. & ep. syn ad Agathon.
e Act. 8.

ANN. CHRI. 680. a Epist. Consta. imper. Leonem papam secundum. b Zona. Cedren. Constan. c VI. syn. act. d Act. e Act. f Act. g Epist. Constan. ad Leon. h Epistol. synod. Agatho. i VI. syn. act. 18. k Anast. Leone. l Act. 7. definitor. m Act.

PART. I. CAP. I. CONSTAN. IMP. EP. AD DONVM PAPAM.

ΘΕΙΑ ΣΑΚΡΑ

ΚΑΤΑΠΕΜΦΘΕΙΣΑ ΠΡΟΣ Δόμνον τὸν ἁγιώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, ἀποδοθεῖσα δὲ Ἀγάθωνι τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ πάπα τῆς αὐτῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, διὰ τὸ τὸν αὐτὸν Δόμνον τοῦ παρόντος μεταστῆναι βίου.

Η ΕΠΙΓΡΑΦΗ ΤΗΣ ΣΑΚΡΑΣ.

Ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου καὶ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, αὐτοκράτωρ Φλάβιος Κωνσταντῖνος, πιστὸς, μέγας βασιλεύς. Σάκρα Δόμνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, καὶ οἰκουμενικῷ πάπᾳ.

ΠΑΝΤΩΣ ἐπίσταται καὶ ἡ ὑμετέρα πατρικὴ μακαριότης, καὶ πλεῖστοι τῶν τῆς καθ' ὑμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῆς πρεσβυτέρας ἡμῶν Ρώμης, ὡς ἀφ' οὗπερ ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς αὐτοκρατορικῶς βασιλεύειν ἡμᾶς, πολλάκις ἐθελησάντων τινῶν κίνησιν ποιήσασθαι περὶ τῶν φιλονεικουμένων ῥημάτων ὑπὲρ τοῦ τῆς εὐσεβείας δόγματος, μεταξὺ τοῦ μέρους τῆς τε καθ' ὑμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, καὶ τοῦ τῆς ἐνταῦθα ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ ἀμφισβητῆσαι, διεκωλύσαμεν τοῦτο γενέσθαι, τοῦ καιροῦ μὴ ἐπιδεχομένου· γινώσκοντες, ὡς ἀπὸ μερικῆς ἀμφισβητήσεως, πρὸς οἷς ἕνωσιν γενέσθαι οὐκ ἐνεδέχετο, ἀλλὰ καὶ τὸ κακὸν ηὔξανε. καὶ κἂν εἰ τὴν ψυχὴν ὠδυνώμεθα ὑπὲρ πᾶσαν ὀδύνην, διά τε τὸν γινόμενον περὶ τούτου ὀνειδισμὸν ἐκ τῶν ἐχθρῶν, καὶ δι' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν, τῷ τοὺς καθ' ὑμᾶς ἀρχιερεῖς, καὶ τὸν ὀρθόδοξον ἡμῶν λαὸν διά τινας καινοφωνίας σχίσματι περιπεσεῖν, καὶ τοῦτο ἐπίχαρμα γενέσθαι τοῖς τε ἀσεβέσι καὶ αἱρετικοῖς· ἀλλ' οὖν ἀποδεδώκαμεν τῷ Θεῷ ἡμῶν, αὐτοῦ τὰ κρείττονα περὶ ἡμῶν προνοουμένου, καὶ καθ' ὃν κελεύσῃ ἡ αὐτοῦ ἀγαθότης καιρὸν τὰ τοῦ κεφαλαίου κατορθωθῆναι, τηνικαῦτα παρασχεῖν ἡμῖν ἐπιτηδειότητα χρόνου πρὸς καθολικὴν συνάθροισιν τῶν ἀμφοτέρων θρόνων, πρὸς τὸ κανονίζοντας αὐτοὺς τοὺς ὁρισμοὺς τῶν ἁγίων πέντε συνόδων, καὶ τὰς ἐκθέσεις τῶν ἁγίων ἐκκρίτων πατέρων, πληροφορίαν ἐμποιῆσαι αὐτοῖς, καὶ συνελθεῖν ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ δοξάζειν τὸ πάντιμον ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. ἀλλ' ἐπεὶ ὡς ἄνθρωποι βουλευόμεθα, ὡς δὲ κελεύει ὁ Θεὸς πάντα ἀποτελεῖ· αὐτὸς γὰρ ἐπίσταται τὰ μέλλοντα, καὶ τὰ συμφέροντα ἡμῖν, οὕτως εὐδοκεῖ ἀποτελεῖν· ἐν εἰδήσει ποιούμεθα τὴν ὑμετέραν πατρικὴν μακαριότητα, ὡς προχειρισθεὶς Θεόδωρος ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πατριάρχης τῆς θεοφυλάκτου ἡμῶν ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως ἀνήγαγε τῇ ἡμετέρᾳ γαληνότητι, καὶ ὑφορᾶσθαι αὐτὸν στεῖλαι τὰ πρὸς συνήθειαν συνοδικὰ πρὸς τὴν ὑμετέραν πατρικὴν μακαριότητα, μήπως ἀπρόσδεκτα γένωνται, καθὼς καὶ τὰ ἐπὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ πατριαρχῶν γεγόνασιν· ἀλλ' ὅτι μᾶλλον συνεῖδε προτρεπτικῇ ἐπιστολῇ χρήσασθαι πρὸς τὴν ὑμετέραν πατρικὴν μακαριότητα, ἣν τινα καὶ ἔστειλε, καὶ ταύτης ἐν εἰδήσει πάντως γέγονεν ἡ ὑμετέρα πατρικὴ μακαριότης· καὶ οὐ συνείδομεν διὰ τῆς παρούσης ἡμῶν εὐσεβοῦς

DIVALIS SACRA

DIRECTA AD DONVM sanctissimum papam senioris Romæ, contradita vero Agathoni sanctissimo ac beatissimo papæ ejusdem antiquæ Romæ, eo quod idem Donus de præsenti vita decessisset.

SVPERSCRIPTIO SACRÆ.

In nomine domini & salvatoris nostri Iesu Christi, imperator Flavius Constantinus, fidelis, magnus imperator. Sacra Dono sanctissimo archiepiscopo antiquæ nostræ Romæ & universali papæ [data pridie Idus Augusti Constantinopoli, indictione sexta.]

PER omnia novit vestra paterna beatitudo, & plures vestræ sanctæ ecclesiæ antiquæ Romæ, quia ex quo jussit Deus principaliter nos imperare, dum voluissent multoties quidam motionem facere de verbis, de quibus est contentio pro dogmate pietatis, inter partes tam sanctæ vestræ ecclesiæ, quamque hujus sanctæ magnæ Dei ecclesiæ, ut ambigerent, & hoc prohibuimus fieri tempore non admittente, cognoscentes quod ex particulari contentione non solum unitas fieri non posset, sed magis malum accresceret. Et licet animo doleremus, ultra omnem dolorem tam pro exprobratione, quæ nobis ob hoc ab inimicis inferebatur, & propter ipsam veritatem, quod pontifices secundum vos, & orthodoxus noster populus propter quasdam novitates vocum in schisma incidisset, exultatioque ex hoc fieret impiis & hæreticis: attamen Deo nostro commisimus ipso pro nobis potiora providente, & dum ejus benignitas jusserit correctionem hujus rei fieri, tunc nobis condonare opportunitatem temporis ad generalem collectionem faciendam utrarumque sedium, quatenus considerantibus eis definitiones sanctarum quinque synodorum & editiones sanctorum probabilium patrum, satisfacerent sibimetipsis, & convenirent in uno ore, unoque corde, ad glorificandum honorificum nomen Dei nostri. Sed quoniam sicut homines cogitamus, sicut autem jubet Deus, omnia perficit; ipse enim novit futura & quæque nobis expediunt, sic ei placitum est, ut ad effectum perducantur: cognoscere facimus vestram paternam beatitudinem, quod dum ordinatus esset Theodorus sanctissimus & beatissimus patriarcha a Deo conservandæ hujus nostræ regiæ urbis, suggessit nostræ serenitati suspectum se esse, dirigere consueta synodica ad vestram paternam beatitudinem, ne forsan non recipiantur, sicut & sub prædecessoribus ejus patriarchis factum est: sed quia magis prævidit adhortatoriam epistolam facere ad vestram paternam beatitudinem, quam & direxit: ejus per omnia scientiam habet vestra paterna beatitudo, & non prævidimus, per præsentem nostram piam

PART. I. CAP. I. CONSTAN. IMP. EP. AD DONUM PAPAM.

sacram, de hujusmodi epistola uti multiloquio: sed posteaquam directa est eadem epistola ad vestram paternam beatitudinem, interrogavimus eumdem sanctissimum & beatissimum patriarcham, & Macarium sanctissimum & beatissimum patriarcham civitatis Theopolitanæ, quænam esset difficultas, quæ pervenerat inter vestram paternam beatitudinem seu vestram apostolicam sedem, & ipsos, olim omnibus expletis, quæcumque sunt de immaculata nostra & incommutabili Christianorum fide, tam per doctrinam sanctorum apostolorum, quamque per diffinitiones sanctorum quinque synodorum, & doctrinam sanctorum ac probabilium patrum, & omnibus hæresibus jam manifestatis atque condemnatis, & nullo deinceps remanente modo, quo possit divisio aut schisma sanctæ & immaculatæ nostræ fidei inferri: satisfecerunt nobis iidem ipsi sanctissimi patriarchæ, quod verba quædam novitatis intromissa sunt, aliquibus quidem ex imperitia hæc introducentibus, aliquibus vero incongrue scrutantibus incomprehensibilia opera Dei: & quia, ex quo hæc verba moveri cœperunt & usque hactenus utraque sedes inter se minime convenerunt, ut inquirentes sibimet satisfacerent pro veritate. Propter viles igitur inquisitiones non fit infinita contentio, ne nobis insultent Pagani & hæretici, neque in nobis usquequaque locum accipiant semina adversarii. Cadens namque ab humano genere, quod ei serviebat, & confusus per apparitionem domini nostri, propterea non quiescit hæc ad suam consolationem facere. Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi, veri Dei nostri, etiam in his confundatur per studium vestræ paternæ beatitudinis, & secundum quod scriptum est deponentibus nobis omnem zelum & omnem contentionem omnemque invidiam, veritati concurramus. Veritas enim Deo cara est; & secundum domini vocem, quicumque voluerit omnium primus esse, sit omnium minister. Et iterum dictum est: *In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinvicem* Postquam igitur tempus non recipit perfectam congregationem fieri, adhortamur vestram paternam beatitudinem per præsentem nostram piam sacram, dirigere viros utiles ac modestos, notitiam habentes totius a Deo inspiratæ doctrinæ, & peritiam irreprehensibilem habentes dogmatum, indutos personam vestræ apostolicæ sedis, ejusque concilii deferentes & libros qui oportent proferri: & omnem auctoritatem habentes, quatenus convenientes cum hic posito sanctissimo ac beatissimo patriarcha, & Macario sanctissimo patriarcha Theopolitanæ civitatis, perscrutentur cum omni mansuetudine & modestia, & per gratiam sancti Spiritus veritati insistere & consentire, munitionem habentibus eis, qui huc advenerint ex parte sedis vestræ, per præsentem nostram piam sacram. Per Deum enim omnipotentem, non est apud nos partis cujuslibet favor, sed æqualitatem utrisque partibus conservabimus, nullatenus necessitatem facientes in quocumque capitulo eis, qui a vobis diri-

Matth. 23.

Ioan. 13.

A σάκρας περὶ τῆς τοιαύτης ἐπιστολῆς πολυλογίᾳ χρήσασθαι. μετὰ οὖν τὸ τὴν τοιαύτην ἐπιστολὴν σταλῆναι πρὸς τὴν ὑμετέραν πατρικὴν μακαριότητα, ἠρωτήσαμεν τόν τε αὐτὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον πατριάρχην, καὶ Μακάριον τῆς Θεουπολιτῶν πόλεως, τίς ἡ δυσχέρεια ἡ προβαίνουσα μεταξὺ τῆς ὑμετέρας πατρικῆς μακαριότητος, ἤγουν τοῦ καθ᾽ ὑμᾶς ἀποστολικοῦ θρόνου, καὶ αὐτῶν· ἤδη τετελεσμένων πάντων ὄντων περὶ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν καὶ ἀπαρασαλεύτου τῶν Χριστιανῶν πίστεως διὰ τῆς διδασκαλίας τῶν ἁγίων ἀποστόλων, διά τε τῶν ἐκθέσεων τῶν ἁγίων πέντε συνόδων, καὶ τῆς διδασκαλίας τῶν ἁγίων ἐγκρίτων πατέρων, καὶ πασῶν τῶν αἱρέσεων ἤδη καὶ τηλαυγηθεισῶν B καὶ καταργηθεισῶν, καὶ μηκέτι ὑπεῖναι τρόπον δυνάμενον παρασπασμὸν ἢ σχίσμα τῇ ἁγίᾳ καὶ ἀμωμήτῳ ἡμῶν περιποιῆσαι πίστει. καὶ ἀπελογήσαντο ἡμῖν οἱ αὐτοὶ ἁγιώτατοι πατριάρχαι, ὡς ῥήματά τινα καινοφωνιῶν εἰσήχθησαν, τινῶν μὲν ἐξ ἀιδησίας ταῦτα εἰσαγαγόντων, ἑτέρων δὲ παρὰ τὸ προσῆκον ἐπεξεργαζομένων τὰ ἀκατάληπτα ἔργα τοῦ Θεοῦ· καὶ ὅτι ἀφ᾽ οὗ ταῦτα ἤρξαντο κινεῖσθαι τὰ ῥήματα καὶ μέχρι τοῦ παρόντος συνέλευσις μεταξὺ τῶν δύο θρόνων οὐ γέγονεν, ἵνα ἐκζητοῦντες, πληροφορίαν ἑαυτοῖς εἰσαγάγωσι τῆς ἀληθείας. διὰ οὖν οἰκτρὰ ζητήματα, μὴ γενέσθω ἀτέλεστος ἡ ἐρεσχελία, μὴ ἐπιχαίρωσιν ἡμῖν οἱ C Ἕλληνες καὶ οἱ αἱρετικοὶ· μὴ λάβωσι χώραν ἕως τοῦ παντὸς τὰ σπέρματα τοῦ ἐναντίου εἰς ἡμᾶς. ἐκπεσὼν γὰρ ἐκ τῆς ἀνθρωπότητος τῆς λατρευούσης αὐτῷ, καὶ καταισχυνθεὶς τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐν τούτῳ ἄρτι οὐ παύεται ταῦτα πρὸς παραμυθίαν ἑαυτοῦ ποιῶν. ἀλλὰ τῇ χάριτι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ ἐν τούτοις κατησχυνθῇ διὰ τῆς σπουδῆς τῆς ὑμετέρας πατρικῆς μακαριότητος· καὶ κατὰ τὸ εἰρημένον, ἀποτιθεμένων ἡμῶν πάντα ζῆλον καὶ πᾶσαν ἔριδα καὶ πάντα φθόνον τῇ ἀληθείᾳ συνδράμωμεν· ἡ γὰρ ἀλήθεια ἠγαπημένη ἐστὶ τῷ Θεῷ· καὶ κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνὴν, ὅστις θέλει πάντων πρῶτος εἶναι, ἔστω πάντων διάκονος· καὶ πάλιν εἴρηται· ὅτι ἐν τούτῳ γνώσονται, ὅτι ἐμοὶ μαθηD ταί ἐστε, ἐν τῷ ἀγαπᾷν ὑμᾶς ἀλλήλους. ἐπὰν οὖν ὁ χρόνος οὐκ ἐπιδέχεται τελείαν συνάθροισιν γενέσθαι, προτρεπόμεθα τὴν ὑμετέραν πατρικὴν μακαριότητα διὰ τῆς παρούσης ἡμῶν εὐσεβοῦς σάκρας στεῖλαι ἄνδρας χρησίμους τε καὶ ἐπιεικεῖς, εἴδησιν ἔχοντας πάσης θεοπνεύστου γραφῆς, καὶ πεῖραν ἀνεπίληπτον κεκτημένους δογμάτων, ἐνδεδυμένους τὸ πρόσωπον τοῦ καθ᾽ ὑμᾶς ἀποστολικοῦ θρόνου καὶ τῆς συνόδου αὐτοῦ, ἐπιφερομένους καὶ τὰς βίβλους ἃς δέον ἐστὶ προαχθῆναι, καὶ πᾶσαν αὐθεντίαν ἔχοντας, πρὸς τὸ διερχομένους μετὰ τῶν ἐνταῦθα, τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου πατριάρχου, καὶ Μακαρίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Θεουπόλεως, ἀνερευνῆσαι μετὰ πάσης πρᾳότητος καὶ ἐπιεικείας, καὶ E τῇ χάριτι τοῦ ἁγίου πνεύματος τῇ ἀληθείᾳ ἐπιστῆναί τε καὶ πεισθῆναι, τὸ ἀσφαλὲς ἐχόντων τῶν καταλαμβανόντων ἐκ μέρους τοῦ καθ᾽ ὑμᾶς ἀποστολικοῦ θρόνου διὰ τῆς παρούσης ἡμῶν εὐσεβοῦς σάκρας. μὰ τὸν γὰρ Θεὸν παντοκράτορα, οὐκ ἔστι παρ᾽ ἡμῖν ἑτερομέρησις οἱαδήποτε, ἀλλ᾽ ἰσότητα τοῖς ἀμφοτέροις φυλάξομεν, μηδόλως ὑπαναγκάζοντες, ἐν οἱῳδήποτε κεφαλαίῳ τοὺς στελλομένους παρ᾽ ὑμῶν ἔν τινι, ἀλλὰ

πάσης

πάσης τιμῆς μετὰ καὶ τῆς δεούσης * δορυφορείας καὶ ἀποδοχῆς ἀξιώσομεν αὐτούς. καὶ εἰ μὲν συμβιβασθῶσιν ἀμφότερα τὰ μέρη, ἰδοὺ καὶ καλῶς· εἰ δὲ μὴ συμβιβασθῶσι, πάλιν μετὰ πάσης εὐλαβείας ἀποστέλλομεν αὐτοὺς πρὸς ὑμᾶς· μετὰ ταῦτα ὑπεξερχομένων ἡμῶν τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπικείμενον ἡμῖν, πρὸς ὃ ὠφείλημεν φυλάττειν ἣν παρελάβομεν ἁγίαν καὶ ἀμώμητον πίστιν, ἑκάστου τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορουμένου, καὶ μέλλοντος ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ τοῦ ἁγίου καὶ φοβεροῦ βήματος τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. προτρέπεσθαι γὰρ καὶ παρακαλεῖν δυνάμεθα ἐπὶ πάσῃ κατορθώσει τε καὶ ἑνώσει πάντων τῶν Χριστιανῶν, καταναγκάζειν δὲ οὐδαμῶς βουλόμεθα. τὰ δὲ στελλόμενα παρὰ τῆς ὑμετέρας πατρικῆς μακαριότητος πρόσωπα οὕτως ὁρίσει· ἐκ μὲν τῆς καθ' ὑμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, εἰ μὲν ἀρέσκει αὐτῇ, ἐν τρισὶ προσώποις ἀρκεσθῆναι. ἐπεὶ καὶ πλείονας ὅσους ἀρέσκει αὐτῇ, ἐκπέμψει. ἐκ δὲ τῆς συνόδου ἕως δεκαδύο μητροπολιτῶν τε καὶ ἐπισκόπων· ἐκ δὲ τῶν τεσσάρων Βυζαντίων μοναστηρίων ἐξ ἑκάστου μοναστηρίου ἀββάδας τέσσαρας. εἰ γὰρ ἐπεδέχετο ὁ χρόνος, ὡς προείρηται, καὶ τελείαν συνάθροισιν εἴχομεν παρασκευάσαι γενέσθαι· ἀλλ' ἐπειδὰν ὁ χρόνος οὐκ ἐπιδέχεται, ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν τῇ ἰδίᾳ βουλήσει προήγαγεν, ὅπερ ἡμεῖς ὑπερετιθέμεθα, ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πάντως κελεύομεν τὴν ὑμετέραν πατρικὴν μακαριότητα μὴ γενέσθαι παρέμποδον τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τούτους ἀποστεῖλαι· οὕτως γὰρ ἐλπίζομεν εἰς τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, ὅτι ὁ εὐδοκήσας κινηθῆναι τὰ τοῦ κεφαλαίου ἐπὶ τοῦ παρόντος, διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος εὐδοκῆσαι ἔχει, τούτου φανερωθῆναι τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐπιστῆναι πάντας χωρὶς σχίσματος καὶ [illegible]ιδος τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ ὑμνεῖν πάντας ἡμᾶς τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα. παρασιωπῆσαι γὰρ αὐτὸ φοβερὸν ἡγησάμεθα, πρὸς τὸ μὴ τὸν λαὸν τὸν προσερχόμενον ἁγιασθῆναι ἐν ταῖς ἁγιωτάταις τοῦ Θεοῦ καθολικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς ἐκκλησίαις, ἐναντίαις ἐμφιλοχωρεῖν ἐννοίαις, θεωροῦντας τὴν πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀρχιερέων διάστασιν. πολλὴν γὰρ ἔνστασιν ἡμῖν ἐποίησαν ὅ, τε ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος τῆς ἐνταῦθα πατριάρχης, καὶ Μακάριος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Θεουπόλεως ἐκβαλεῖν Βιταλιανὸν τὸν μακαριώτατον ἐκ τῶν διπτύχων, φάσκοντες Ὁνώριον μνημονεύεσθαι ἐν τοῖς διπτύχοις διὰ τὴν τιμὴν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης· ἐπεὶ μὴ καταδέχεσθαι τοὺς μετὰ ταῦτα πατριάρχας τῆς εἰρημένης ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Ῥώμης μνημονεύειν, μέχρις ἂν ἡ συζήτησις καὶ πληροφορία γένηται τῶν ῥημάτων τῶν ἀμφισβητουμένων μεταξὺ τῶν ἑκατέρων θρόνων· καὶ εἶθ' οὕτως ἡ ὑμετέρα πατρικὴ μακαριότης ἀκολούθως μνημονευθῇ. ἀλλ' ἡμεῖς τοῦτο οὐ κατεδεξάμεθα, τουτέστι τὸ ἐκβληθῆναι τὸν αὐτὸν Βιταλιανὸν ἐκ τῶν διπτύχων· τοῦτο μὲν, ὡς πᾶσαν ἰσότητα τηροῦντες, καὶ τοὺς ἀμφοτέρους ὀρθοδόξους ἔχοντες· τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὴν προσαχθεῖσαν ἡμῖν ἀγάπην παρὰ τοῦ αὐτοῦ Βιταλιανοῦ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κινήσεως τῶν ἡμετέρων τυράννων. ἀλλ' οὕτως ὑπεσχόμεθα τοῖς εἰρημένοις ἁγιωτάτοις πατριάρχαις, ὡς πάντως ἀποστελεῖ ἡ ὑμετέρα πατρικὴ μακαριότης ἀνθρώπους, τοὺς ὀφείλοντας συζητῆσαι μετ' αὐτῶν, καὶ ὅτι τηνικαῦτα τὸ φανερούμενον ἡ τελεία διοίκησις γίνεται. ἐπεὶ περὶ τούτου μὴ καταδέχεσθαι ἡμᾶς τὸν αὐτὸν μακαριώτατον Βιταλιανὸν ἐκβληθῆναι. ταῦτα γινώσκουσα ἡ ὑ-

A guntur quoquomodo: sed & omni honore, cum competenti munificentia & susceptione dignos eos habebimus. Et si quidem utrique convenerint, ecce & bene: sin autem minime convenerint, iterum cum omni humanitate eos ad vos dirigemus. de cetero nos * excusantes in judicio Dei imminente nobis, juxta quod constituti sumus servare fidem sanctam & immaculatam, quam percepimus, unoquoque proprio sensu abundante, & rationem redditurо ante sanctum & terribile tribunal Dei nostri. Invitare enim & rogare possumus ad omnem * commendationem & unitatem omnium Christianorum, B necessitatem vero inferre nullatenus volumus. Personas vero, quæ dirigentur a paterna vestra beatitudine ita decernet: ex vestra quidem sancta ecclesia (si utique videtur ei) tres personæ sufficiant: quod si & plures, quantæ ei placuerunt, dirigat. De concilio vero usque ad duodecim metropolitas & episcopos. De quatuor vero monasteriis * Byzanzenis, ab unoquoque monasterio monachos quatuor. Nam si reciperet tempus, ut dictum est, & perfectam congregationem studuissemus facere: sed quoniam tempus non admittit, Deus autem noster proprio consilio protulit, quod nos differe- C bamus, in hoc tempore per omnia volumus vestram paternam beatitudinem minime effici impedimentum voluntati Dei, sed eos dirigere. Sic enim speramus in ejus benignitate, quoniam qui voluit hujusmodi capitulum moveri in præsenti, per Spiritum sanctum concedere habet, ut veritas clareat, & instruantur omnes sine schismate atque contentione veritatem profiteri, & uno ore, unoque corde glorificare nos omnes ejus * bonitatem. Tacere quippe hoc, terribi- D le æstimavimus, ut ne plebs, quæ ut sanctificetur accedit ad sanctas Dei catholicas & apostolicas ecclesias, contrariis cogitationibus occupetur, considerans antistitum adinvicem dissonantiam. Multam enim nobis instantiam fecerunt tam hic sanctissimus ac beatissimus patriarcha, quamque Macarius sanctissimus patriarcha Theopoleos, ut ejiceretur Vitalianus beatissimus de diptychis, asserentes Honorium memorari in diptychis, propter honorem apostolicæ sedis antiquæ nostræ Romæ. Nam non acquiescere, ut memorentur patriarchæ, qui postmodum fuerunt in prædicta sancta Romana ecclesia, donec conquisitio & satisfactio proveniat verborum, de quibus contenditur inter utrasque sedes, & ita vestra pater- E na beatitudo consequenter memoretur: sed hoc nos non acquievimus, id est, ut ejiceretur idem Vitalianus de diptychis; hoc quidem, utpote omnem æqualitatem servantes, & utrosque orthodoxos habentes: hoc autem, & propter collatam nobis caritatem ab eodem Vitaliano, dum superesset, in motione tyrannorum nostrorum. Sed sic polliciti sumus prædictis sanctissimis patriarchis, quod per omnia dirigit vestra beatitudo homines, qui debeant conquirere cum ipsis; & tunc secundum quod claruerit, perfecta dispositio fiet. Nam ante hoc nullo modo nos acquiescere, ut idem beatissimus Vitalianus ejiciatur. Hæc cognoscens vestra paterna

Interpr. * δορυφορίας.

* exuentes

* emendationem

* Byzantinis,

* benignitatem.

PART. I. CAP. I. CONSTAN. IMP. EP. AD DONVM PAPAM.

PARTIS I. CAP. II. CONSTAN. EPIST. AD GEORGIUM P. CP.

terna beatitudo, studeat sequi voluntatem Dei. Sicut enim prædictum est, spem habemus in coronatore nostro Deo, quia dum præviderit super hoc ferventem nostrum affectum, ejus benignitas etiam ingruentes nobis perturbationes gentium sedabit. Omnem vero concursum venientibus jussimus præbere Theodorum gloriosum patricium & exarchum Christo amabilis nostræ Italię provinciæ, tam in naui, quamque in expensis & omni utilitate eorum: & si necessitas exegerit, etiam castellatos dromones præbere ad eorum munimen, ut ex omnibus illęsi, & sine periculo (Deo cooperante) iidem ad nos perducantur. Subscriptio. Divinitas te servet per multos annos sanctissime ac beatissime pater.

μητέρα πατρικὴ μακαριότης, σπουδάσῃ ἐξακολουθῆσαι τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. ὡς γὰρ προείρηται, ἐλπίδα ἔχομεν εἰς τὸν στέψαντα ἡμᾶς Θεὸν, ὅτι ἡνίκα θεωρήσῃ θερμὴν περὶ τοῦτο ἐξ ἡμῶν πρόθεσιν ἡ αὐτοῦ ἀγαθότης, καὶ τοὺς ταράχους τοὺς ἐπερχομένους ἡμῖν τῶν ἐθνῶν ἀποπαύσῃ. πᾶσαν δὲ συνδρομὴν ἐκελεύσαμεν τοῖς ἐρχομένοις παρασχεῖν Θεόδωρον τὸν ἐνδοξότατον πατρίκιον καὶ ἔξαρχον τῶν Ιταλῶν ἡμῶν φιλοχρίστου χώρας, εἴς τε πλοῖον καὶ δαπάνας καὶ πᾶσαν χρείαν αὐτῶν· καὶ εἰ ἡ χρεία καλέσοι, καὶ καστελλάτους καράβους παρασχεθῆναι εἰς διάσωσιν αὐτῶν, πρὸς τὸ πάντῃ ἀβλαβεῖς καὶ ἀκινδύνους τῇ τοῦ Θεοῦ συνεργίᾳ ἀποκαταστῆναι πρὸς ἡμᾶς. Η ὑπογραφή. Τὸ θεῖον φυλάξοι σε ἐπὶ πολλοὺς χρόνους, ἁγιώτατε καὶ μακαριώτατε πάτερ.

CAP. II.

Divalis sacra directa ad Georgium sanctissimum archiepiscopum hujus magnæ Constantinopolitanæ urbis novæ Romæ.

Θεία σάκρα καταπεμφθεῖσα πρὸς Γεώργιον τὸν ἁγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον ταύτης τῆς μεγαλωνύμου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης.

SUPERSCRIPTIO.

In nomine domini & salvatoris nostri Iesu Christi, imperator pius, pacificus, Flavius Constantinus, fidelis in Iesu Christo Deo, Georgio sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo Constantinopoleos & universali patriarchæ [data quarto Idus Septembris Constantinopoli, imperante domino piissimo perpetuo Augusto Constantino imperatore, anno vigesimo octavo, & post consulatum ejus anno 12.]

Η ΕΠΙΓΡΑΦΗ.

Εν ὀνόματι τοῦ κυρίου καὶ δεσπότου Ιησοῦ Χριστοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, αὐτοκράτωρ εὐσεβέστατος, εἰρηνικὸς, Φλάβιος Κωνσταντῖνος, πιστὸς ἐν Ιησοῦ Χριστῷ τῷ Θεῷ βασιλεύς. Σάκρα. Γεωργίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

QUAMQUAM solicitudinibus tam militaribus, quamque civilibus indesinenter nostra serenitas coarctetur, attamen omnes Christo amabilis nostrę reipublicæ causas in secundo ob Christianam nostram fidem ponentes, quam in bellis propugnatricem tam nostri, quamque Christo dilectorum nostrorum exercituum habemus; necessarium judicavimus, præsenti nostra pia sacra ad vestram paternam beatitudinem uti, per quam adhortantes eam, sancimus congregare vestram paternam beatitudinem omnes, qui ad ejus sanctissimam sedem pertinent sanctissimos metropolitas & episcopos in hanc a Deo conservandam nostram regiam urbem, quatenus cooperante omnipotente & misericorde Deo nostro, diligentissima inquisitio dogmatis fiat, quod olim ante multum tempus exortum est, de voluntate & operatione in dispensatione incarnationis unius de sancta Trinitate domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri; quod & dissidium non minimum per quasdam personas sanctæ Dei ecclesiæ intulit: innotescere quoque super hoc & Macario venerabili archiepiscopo Antiochenæ magnę civitatis, quatenus & ipse de propria synodo Deo amabiles metropolitanos & episcopos præparatos faciat pro hoc ipso huc congregari. Iam enim super hoc adhortati sumus per pios nostros apices adhuc inter vivos existentem & Donum sanctissimum apostolicæ sedis antiquæ Romæ præsulem: & illo de hoc sæculo migrante, Agatho sanctus nuper ordinatus papa in apostolica sede prædictæ antiquæ Romę, hujusmodi nostros pios suscipiens apices, destinavit in præsenti propriam ejus indutos personam, Theodorum & Georgium Deo amabiles presbyteros, & Ioannem Deo amabi-

Εἰ καὶ μυρίαις στρατιωτικαῖς τε καὶ πολιτικαῖς ἀνενδότως ἡ ἡμετέρα συνέχεται γαλήνη, ἀλλ' οὖν ἅπαντα τῆς φιλοχρίστου ἡμῶν πολιτείας τὰ πράγματα δεύτερα τῆς χριστιανικωτάτης ἡμῶν πίστεως τιθέμενοι, ἣν καὶ ἐν πολέμοις σύμμαχον ἡμῶν τε καὶ τῶν ἡμετέρων φιλοχρίστων ἐκστρατευμάτων κεκτήμεθα, ἀναγκαῖον ἐκρίναμεν τῇ παρούσῃ ἡμῶν πρὸς τὴν ὑμετέραν πατρικὴν ἁγιωσύνην εὐσεβεῖ ἡμῶν χρήσασθαι σάκρα, δι' ἧς προτρέποντες αὐτὴν, sancimus συναχθῆναι τὴν πατρικὴν ὑμῶν μακαριότητα πάντας τοὺς ὑπὸ τὸν ἁγιώτατον αὐτῆς θρόνον τυγχάνοντας ὁσιωτάτους μητροπολίτας τε καὶ ἐπισκόπους κατὰ ταύτην τὴν θεοφύλακτον ἡμῶν καὶ βασιλίδα πόλιν, ἐφ' ᾧ συνεργίᾳ τοῦ παντοδυνάμου καὶ πολυελέου ἡμῶν Θεοῦ τὴν ἀκριβῆ ζήτησιν γενέσθαι, τοῦ ἤδη ἀπὸ πολλοῦ χρόνου ἀναφυέντος δόγματος, περί τε θελήματος καὶ ἐνεργείας ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ καὶ διάστασιν οὐ μικρὰν ἔκ τινων προσώπων τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐμποιήσαντος ἐκκλησίᾳ· μεταδοῦναί τε τὴν περὶ τούτου εἴδησιν καὶ Μακαρίῳ τῷ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς Αντιοχέων μεγαλοπόλεως, πρὸς τὸ καὶ αὐτὸν τοὺς τῆς οἰκείας συνόδου θεοφιλεῖς μητροπολίτας τε καὶ ἐπισκόπους παρασκευάσαι ἐπὶ τούτῳ ἐνταῦθα συνελθεῖν. ἤδη γὰρ περὶ τούτου προετρεψάμεθα δι' εὐσεβῶν ἡμῶν κεραίων ἔτι ἐν ζῶσι τυγχάνοντα καὶ Δόμνον τὸν ἁγιώτατον πάπαν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης· κἀκείνου τοῦ ἐνταῦθα μεταστάντος βίου, Αγάθων ὁ ἁγιώτατος ἀρτίως προχειρισθεὶς πάπας εἰς τὸν τῆς λεχθείσης πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀποστολικὸν θρόνον, ἀπέστειλεν ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ ἐπέχοντας πρόσωπον, Θεόδωρον καὶ Γεώργιον, τοὺς θεοφιλεστάτους πρεσβυτέρους, καὶ Ιωάννην τὸν θεοφιλέστατον

τὸν διάκονον· ἐκ προσώπου δὲ τῆς κατ' αὐτὸν ἁπάσης συνόδου, Ἰωάννην, Ἀβουνδάντιον, καὶ Ἰωάννην τοὺς ὁσιωτάτους ἐπισκόπους, μετὰ καὶ ἑτέρων κληρικῶν τε καὶ μοναχῶν, ὀφείλοντας εὑρεθῆναι εἰς τὴν τοῦ προλεχθέντος κεφαλαίου ζήτησιν· οἳ καὶ τανῦν πρὸς τὰ ἡμέτερα κατέλαβον ἴχνη, ἀποδεδωκότες ἡμῖν καὶ δύο ἀναφοράς· μίαν μὲν τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Ἀγάθωνος, ἑτέραν δὲ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου. γινώσκουσα τοίνυν ἡ πατρικὴ ὑμῶν μακαριότης, ὡς πρῶτον ἡμῖν καὶ ἐξαίρετον, ὡς προείρηται, τὸ τῆς ὀρθοδοξίας καθέστηκε κεφάλαιον, σπουδασάτω τοὺς εἰρημένους ὁσιωτάτους μητροπολίτας καὶ ἐπισκόπους ἐν συντόμῳ καταλαβεῖν τὴν θεοφύλακτον ταύτην καὶ βασιλίδα πόλιν πρὸς τὸ λεχθὲν κινηθῆναι κεφάλαιον, καὶ τῇ τοῦ στέψαντος ἡμᾶς μεγαλοδώρου Θεοῦ συνεργίᾳ ἀσφαλέστατον καὶ ὀρθόδοξον ὅρον τῷ τοιούτῳ ἐπιτεθῆναι δόγματι.

Τὸ θεῖόν σε φυλάξοι ἐπὶ πολλοὺς χρόνους, ἁγιώτατε καὶ μακαριώτατε πάτερ.

A lem diaconum : ex persona vero totius ejus concilii, Ioannem & Abundantium, & Ioannem venerabiles episcopos, cùm ceteris clericis & monachis, qui debeant inveniri in prædicti capituli quæstionem : qui & nunc ad nostra convenerunt vestigia, porrigentes nobis etiam duas suggestiones, unam quidem ejusdem sanctissimi Agathonis papæ, aliam vero concilii eius. Sciens igitur vestra paterna beatitudo, quia primum * & præcipuum (ut prædiximus) hoc orthodoxiæ existit capitulum, festinet prædictos venerabiles metropolitanos & episcopos celeriter advenire in hanc a Deo conservandam nostram regiam urbem, quatenus prædictum tractetur capitulum; & magnorum donorum datore atque coronatore nostro Deo cooperante, cauta atque orthodoxa definitio hu- B jusmodi dogmati imponatur. [Subscriptio.] Divinitas te servet per multos annos, sanctissime ac beatissime pater.

PART. II. CAP. III. EPISTOLA MANSVETI MEDIOL. EPISCOPI.

EPISTOLA MANSVETI
EPISCOPI MEDIOLANENSIS ad Constantinum imperatorem.[u]

Domino serenissimo atque tranquillissimo, & a Deo coronato, religiosissimo Constantino imperatori Mansuetus Mediolanensis, metropolitanæ ecclesiæ indignus episcopus, vel universa sancta episcoporum ' fraternitas, quæ in hac magna regia urbe convenit, æternam in domino salutem.

SI apicem imperialis fastigii, & infulas sacratissimæ potestatis avis & proavis vestris cælitus attributum cognovimus, & pro meritorum actibus ad vos propagatum scimus, dignum est his vos ' æquiparare vestigiis, quorum & celsitudinem obtinetis; nec disparilia debent esse instrumenta cælestia, ubi paria possidentur sceptra regalia. Æmulari ergo ' oportet eorum magisterium, quorum documenta permanent salutaria. Ab ipsis enim rudimentis vita incolitur, cum paternis traditionibus tenaci memoria animus delectatur. Et dum præcedentium antiquorum mens callem triverit, a norma æquitatis & justitiæ tramite non recedet. Fixis namque " gradibus in cunctis vestigiis *, qui non per devia aut abrupta aberrat. Habes quip- D pe probatissime imperator specula, in quibus tuas actiones imaginari debeas. Nam si excellentissimi ingenii Constantini imperatoris, qui ortus sui primordia Christi amori ' dedicavit, acta recenseamus, qui & auctor Christianæ religionis extitit, magno sunt præconio ejus opera ponderanda. Cujus tempore dum pestifer morbus & omni ' calliditate grassantior, intolerabilis Arii tyrannidis in Dei ecclesia serpere cœpisset, qui tres naturas in sancta Trinitate, hoc est, tres deos ausus est prædicare, amplissimus princeps zelo orthodoxæ fidei animatus, E congregavit sanctum concilium trecentorum decem & octo sanctorum patrum in Nicæa urbe Bithyniæ: in qua sancta synodo nefandæ sectæ serpentinam malitiam, una cum auctore suo Ario in perpetuo ' fecit damnari, & æterna animadversione percelli. Post cujus damnationem sancti patres regulæ formulam de fidei orthodoxæ unitate statuerunt, & capitula canonum promulgaverunt : quæ nos cum omni veneratione suscipimus. Post hæc vero mansuetissimus & tranquillissimus Theodosius imperator * Macedonium quemdam, artis diabolicæ versutia deceptum, qui Spiritum sanctum non consubstantialem Deo Patri, sed magis creaturam, impulsu satanæ ausus est prædicare. Tunc " vero a prædicto serenissimo Christiano Theodosio principe in regia urbe Constantinopoli centum quinquaginta patrum concilio congregato, perditæ audaciæ auctorem una cum venenatis suis præsumptionibus anathematis vinculo ' subdiderunt. His sopitis, clandestinus C hostis suis nefariis machinationibus non sinens pacatam Dei ecclesiam manere, qui semper consociata divellere, & consolidata disperdere consuevit, excitatus est homo peccati, filius perditionis, humanam quidem habens speciem, sed diabolicam gestans imaginem, Nestorius quidam Constantinopolitanæ ecclesiæ magis prædo, quam pastor, qui posuit in cælum os suum, & lingua ejus transiit super terram, in tantæ perditionis foveam demersus, ut fastu superbissimo & fretus temeritatis audacia, ausus sit dicere beatam Mariam non Dei genitricem, sed tantummodo hominis fuisse matrem, & propter duarum veritatem naturarum tergiversationem faciens, duas in Christo asserebat esse personas, unam passibilem, & aliam impassibilem. Quod infandum dogma piorum ' aures non ferentes, congregata est sancta synodus in Ephesina civitate, ducentorum sanctorum patrum numerus : ubi sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinæ ecclesiæ præsul, auctoritate sanctæ sedis apostolicæ præditus, caput extitit, qui ferventissimo zelo Dei, scuto fidei, & lorica protectus catholicæ auctoritatis, hæreticæ pravitatis inventorem, & assertorem iniquitatis præfatum Nestorium cum ' vipereis commentis perpetuo anathemate condemnavit. Dehinc vero dua vasa iniquitatis bellantia, Dioscorus scilicet Alexandrinus præsul, & Eutyches Constantinopolitanus archimandrita, intra venerandos ecclesiæ aditus, ut ' sævus cancer omnia serpere cupientes, simpliciores quosque peste nefariæ persuasionis inficere volentes, qui asserebant in domino nostro Iesu Christo ante adunationem, duas naturas, post vero adunationem, unam. Tunc a præstantissimo & Christianæ religionis amatore Marciano imperatore collecta

* Deest invenit, aut aliquid ejusmodi.
" S. damnari fecit, ὑπὸ τῷ κοινῷ.
' subdi decrevit.
' auribus non ferentibus
' suis
' sæva canceromata serpere cupierunt.

PART. I. CAP. III. EPISTOLA MANSVETI MEDIOL. EPISCOPI.

lecta est sancta synodus in civitate Calchedone, A sexcentorum triginta patrum veneranda cohors, quibus mediatores fuerunt beatissimi presulis Leonis urbis Romę missi, quorum auctoritate prædicti Dioscorus & Eutyches hæretici anathematis sententia perculsi, extra gremium matris ecclesię catholicæ sunt ejecti. Qui sancti patres in concilio constituti, omni cavillatione hæreticæ pravitatis abrasa, fidei fundamina statuentes, splendidissimo sermone & elegantia urbanę scientiæ symbolum orthodoxę fidei confecerunt, retro patrum vestigia sequentes, tam sancti Nicæni concilii, quam Constantinopolitani, seu Ephesini primi, quorum sanctionibus Dei ecclesia in toto orbe decoratur. B In quibus promulgationibus statuentes, ut si quis supra id, quod ibidem in causa fidei statutum est, addere aut minuerę præsumpserit, anathematis vinculo subjaceret.

Demptis his omnibus, deinceps Christianissimo Iustiniano imperatore, cujus cum nomine & opera micuerunt, * existentibus quibusdam qui sanctam Calchedonensem synodum ' sub nævo offensionis rejicere inconsideratis vocibus jactitabant: tunc a prefato principe iterato in regia urbe Constantinopoli ' concilio, congregati sunt CLX. venerandi patres; capitula illa, de quibus infamari ' gestiebant, obloquentes; predictam Calchedonensem synodum ab omni C suspicione pravi erroris ' absolventes; tria capitula, pro quibus accusabatur, aperta damnatione fecit ulcisci; ubi & decessorum patrum regulas & formulas sacræ institutionis sequentes, sanctam & immaculatam orthodoxam fidem vivacibus sententiis roborantes, ' firmissimam assertionem confirmaverunt.

* *In scripto erat*, existétes quosdam, ' *in nostris membranis*, extiterunt quidam. ' sub nævů of. rejici oportere ' concilium congregatů est 160. venerandorum patrů ' infamare ' absolvẽs ' firmissima assertione.

Ecce præstantissime princeps, antiquorum patrum statuta, una cum consensu piissimorum imperatorum definita, quæ convelli vel infirmari nulla ratione pietas vestra permittat. Nam si sunt, qui audacia dialecticæ artis inflati, cothurnata cervice, buccis tumescentibus, sinuosis circumitionibus & flexuosis ambagibus, phaleris verborum pompisque sermonum, sua D ferali calliditate simplicem fidei rationem convellere, & delegatas a patribus regulas conculcare vel temerare voluerint, eorum inflationibus tranquillitas vestra non acquiescat: sed recordamini, qualiter propheta dicit: *Verbum breviatum faciet dominus super terram*: quod per sanctos apostolos vidimus impletum. Quid enim brevius, quam simplex fidei symbolum ab apostolis institutum, in quo mysticum sacramenti continetur arcanum? Nam si ' relegas, insignissime imperator, non cum dialecticis, non cum rhetoricis, non cum grammaticis, sed cum ruricolis & piscatoribus dominus posuit ' rationem, & his tradidit sui secreta consilii, quos & principes ordinavit, quibus ligandi E solvendique tribuit potestatem; nonne vobis videtur, optime imperator, dementissimæ mentis esse, qui apostolicas traditiones, & venerabilium patrum instituta depravare festinant? Nos autem omnes, qui sub ' felicissimos & Christianissimos a Deo custodiendos principes, dominos nostros, per excellentissimos reges Christianæ religionis amatores, una cum eorum sancta devotione pari tenore & reverentia traditiones sanctorum apostolorum, seu reverendissimorum patrum, qui in supradictis conciliis adfuerunt, omni cum veneratione suscipere, amplecti, defendere, prædicare, præcipue sanctæ memoriæ Leonis apostolicæ sedis præsulis dicta, sed etiam orthodoxos patres, qui per diversa loca zelo Dei ferventes dogmata salutaria nobis reliquerunt; ut venerandæ memoriæ Gregorius Nazianzenæ civitatis episcopus, & Basilius Cappadociæ episcopus, & Cyrillus Alexandrinus præsul, & Athanasius ejusdem Alexandrinæ ecclesiæ pontifex, nec non & Ioannes Constantinopolitanus antistes, & Hilarius Pictaviensis episcopus, & omni sapientia clarus Augustinus Hipponiregiensis episcopus, & veneranda corona Christi confessor Ambrosius Mediolanensis ecclesiæ præsul, simul & eruditissimus & omni luce conspicuus Hieronymus presbyter, quidquid hi docuerunt, sapuerunt, prædicaverunt, vel defensores extiterunt, nos eorum acta vel statuta omni devotione suscipimus. His delegatis operæ precium duximus ', quid nostra fides contineat annectere.

Isa. 10.

' regulas fidei,

' Vox ista non est in MS.

' Felicissimis & Christianissimis & a Deo custodiendis principibus nostris dominis Percharit &

Incipit expositio fidei patrum Mediolanensis synodus.

PROFITEMUR nos credere indivisibilem sanctam Trinitatem, hoc est, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum Deum, ita unum, ut trinum, & ita trinum, ut unum: Trinitatem in distinctis atque discretis personis, hoc est, patrem, ex quo omnia; filium, per quem omnia; Spiritum sanctum, in quo omnia, unius tamen divinitatis, unius essentiæ, uniusque substantię: in tribus quidem subsistentiis seu personis, ut pater, pater sit: filius, filius sit: Spiritus sanctus, Spiritus sanctus sit: in una natura unaque substantia, ut Deus unus, & solus, & summus credatur: non tres introducentes, ut Arius blasphemat, qui tres deos prædicavit, excellentiorem, minorem, & inferiorem. Nos vero sanctam Trinitatem in unitate, & unitatem in sancta Trinitate confitemur. Nam cum dicimus omnipotentem patrem, appellatio hujus paterni nominis ad filii personam intenditur: & cum dicimus æternum filium, ad æterni patris personam refertur: & cum nominamus Spiritum sanctum, ab æterni patris persona eum procedere monstramus.

Cum autem dicimus Deum patrem omnipotentem, non potest hujus nominis evacuari sacramentum. Quia cum dicimus patrem, filium demonstramus: & cum dicimus filium, patrem declaramus; & cum dicimus æternum patrem, æternum filium demonstramus. Nam si non invenimus initium vocabuli hujus paterni nominis, quando pater fit dictus, consequenter ostenditur, quia nec initium geniti reperimus. Obsecramus, ut detur nobis ratio, quando pater hoc vocabulum, ut pater vocitaretur, sortitus est: si in tempore, si extra tempus, dicat nobis aliquis, quando primitus cœperit appellari: & si potuerit hoc approbare, nulla erit dubietas, ex illo initio paterni nominis filium initium accepisse, quo pater nominatus est. Et si defecerit, imo quia deficit, nec poterit approbare, nec dare initium paterni nominis, quando pater esse cœperit; Profiteatur ergo nobiscum sanctam Trinitatem coessentialem atque consubstantialem, nec patrem ante filium, nec filium post patrem, nec Spiritum sanctum inferiorem fuisse, quia dum initium paterni nominis non invenitur, nescimus qua ratione

ratione filio initium adscribatur. Quia cum dicimus sempiternum Deum patrem, sempiternum Deum filium ostendimus. Ideo sanctam Trinitatem in una natura unaque essentia atque substantia, & tribus subsistentiis sive personis profitemur.

Credimus autem ipsum Dei verbum, hoc est, filium patris sine initio genitum: eumdem unum ex tribus subsistentiis de sancta Trinitate æternum filium, pro dispensatione facta pro nobis & nostra salute descendisse de cælis, incarnatum verbum Dei & hominem factum intra Virginis uterum, uniens sibi nostræ naturæ veritatem ex sancta & gloriosa Dei genitrice Maria virgine, perfectus Deus & perfectus homo in duabus naturis, divinitatis scilicet atque humanitatis: consubstantialis Deo patri secundum divinitatem, & consubstantialis idem ipse nobis, secundum humanitatem: non in ' duobus filiis divisus, sed unus & idem Dei & hominis filius, in veritate duarum naturarum: in una subsistentia sive persona, divinitatis videlicet & humanitatis unitione facta, ut ex duabus perfectis naturis non duo filii, sed unus idem Dei & hominis filius, permanens quod erat, cœpit esse quod non erat, dum sine initio æterni patris filius, factus est hominis filius. Ideo & unus est dominus noster Iesus Christus habens in semetipso perfectionem divinæ naturæ, & perfectionem humanæ naturæ: & est unigenitus quidem ' ex verbo, utpote ex Deo patre natus, & primogenitus in multis fratribus; filius enim Dei, filius hominis factus est. Unde & duas nativitates ejusmodi ipsius unigeniti Dei verbi confitemur: ante sæcula quidem ex patre incomparabiliter ' natum: in ultimis autem diebus ejusdem ipsius ' incarnationem de sancta gloriosa Dei genitrice & semper virgine Maria; qui de patre splenduit supra intellectum, de matre ortus est supra rationem, & cum Deus vere esset, factus ' vere homo. Ideo proprie & vere Dei genitricem sanctam & gloriosam & semper virginem Mariam confitemur: non quia Deus Verbum initium ex ipsa accepit, sed quod in ultimis diebus unigenitus Deus Verbum, qui ante sæcula erat, incarnatus ex ipsa ' immutabiliter homo factus est, & cum invisibilis in suis esset, visibilis factus est in nostris: & cum impassibilis Deus esset, non dedignatus est passibilis homo esse: & immortalis, mortis legibus subjacere. Ipsum autem Deum & dominum, qui in Bethlehem secundum carnem natus est, & similis factus est hominibus absque peccato, & crucifixus est pro hominibus sub Pontio Pilato, ipsum confitemur Deum, ipsum hominem, ipsum filium Dei, ipsum filium hominis, ipsum de cælo, ipsum de terra: ipsum impassibilem, ipsum passibilem. 'Deum enim verum, qui natus est ex Deo patre ineffabiliter, inenarrabiliter, incomprehensibiliter, ipse in tempore natus est de sancta virgine Maria, idem ipse dominus noster Iesus Christus, unus ' in sancta Trinitate, ' conglorificatus Patri & sancto Spiritui. Nec enim ' quartam personæ adjectionem suscepit sancta Trinitas: duas autem naturas in una ' subsistentia divinitatis & humanitatis inconfuse, incommutabiliter dominum nostrum Iesum Christum habere veraciter confitemur. Ita quoque & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes habere, utpote perfectum Deũ & perfectũ hominem, unum eumdemque ipsum dominũ nostrum Iesum Christum, pietatis nos regula perstruit, ipsum natum, ipsum passum, ipsum crucifixum, ipsum sepultum, eumdem ipsum resurgentem, & in cælos ascendentem, ad dextram patris sedentem, & ad vivos & mortuos judicandos venturum, cujus regni non erit finis.

Part. I. cap. III. Epistola Mansueti Mediol. episcopi.

' Deus enim verus, ' de ' conglorificandus est Patre & Spiritu sancto ' quartæ persona

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Atque hinc, Lector, animadvertat velim, quantum rem litterariam omnem sive sacram, sive profanam adjuvent veteres membranæ in obscuris plerumque bibliothecarum angulis delitescentes, quidve conferant ad eruditionem, aut qui eas magno studio conquisitas & magno nonnumquam ære sibi comparatas viris diligentibus communicant, ut iis utantur, aut qui eas sua aliorumve opera nacti cum excusis codicibus Herculeo labore conferre non abnuunt. Ecce quam varia quamque eximia in collatione præcedentis epistolæ suggesserunt nobis duo triave foliola in nostram Bibliothecam, unde unde comportata, atque illud imprimis quod nemo hactenus divinare potuerat aut explicare: *Nos autem omnes, qui sub felicissimos & Christianissimos a Deo custodiendos principes dominos nostros per excellentissimos reges Christianæ religionis amatores una cum,* &c Quod veteres illæ mẽbranæ omnibus deinceps manifestissimum efficient hisce verbis, quæ ad marginem adscripsimus supra pag. 603. E. &c. *Nos autem omnes, qui sub felicissimis & Christianissimis, & a Deo custodiendis principibus nostris dominis Peretharit & Cunibert, praexcellentissimis regibus Christianæ religionis amatoribus sumus, unà cum,* &c. Qui vero fuerint Pertharitus & Cunibertus ejus filius a patre in consortionem regni Longobardici adscitus, si nescias, consule sis Pauli diaconi Aquilegiensis Historiam Longobardorum.

Πεπραγμένα τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης ἕκτης ἁγίας συνόδου κατὰ τῶν δυσσεβῶς διδαξάντων ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος.

Acta sanctæ sextæ synodi apud Constantinopolim factæ adversum eos, qui impie docuerunt unam voluntatem, & unam operationem in incarnationis dispensatione domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri, unius de sancta & consubstantiali Trinitate.

ACTIO I.

ΠΡΑΞΙΣ ΠΡΩΤΗ.

ACTIO PRIMA
[*sub Agathone papa.*]

ΕΝ ὀνόματι τοῦ κυρίου καὶ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, βασιλείας τῶν θεοστέπτων καὶ γαληνοτάτων ἡμῶν δεσποτῶν Φλαβίων, Κωνσταντίνου μὲν τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ θεοψηφίστου μεγάλου βασιλέως, αἰωνίου Αὐγούστου καὶ αὐτοκράτορος ἔτους εἰκοστοεβδόμου, καὶ μετὰ τὴν ὑπατείαν τῆς αὐτοῦ θεοσόφου πραότητος ἔτους τρισκαι-

In nomine domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, imperantibus a Deo coronatis, & serenissimis nostris dominis Flaviis, Constantino quidem piissimo, & a Deo decreto magno principe, perpetuo Augusto & imperatore, anno vigesimoseptimo, & post consulatum ejus a Deo instructæ mansuetudinis, anno decimotertio,

ACTIO I.

motertio, Heraclio vero atque Tiberio a Deo conservandis ejus fratribus, anno vigesimosecundo, die septima mensis Novembris indictione nona: præsidente eodem piissimo & Christo dilecto magno imperatore Constantino in secretario sacri palatii, quod cognominatur Trullus, & ex jussione ejus a Deo instructæ serenitatis, præsentibus & audientibus Niceta glorioso exconsule patricio, & magistro imperialium officiorum, Theodoro glorioso exconsule patricio, & comite imperialis obsequii, & substratego Thraciæ, Sergio glorioso exconsule patricio, Paulo glorioso exconsule patricio, Iuliano glorioso exconsule patricio & militari logotheta, Constantino glorioso exconsule patricio, & curatore imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso exconsule patricio, & locum agente imperialis comitis excubiti, Ioanne glorioso exconsule patricio & quæstore, Polyeucto glorioso exconsule, Thoma glorioso exconsule, Paulo glorioso exconsule & dispositore orientalium provinciarum, Petro glorioso exconsule, Leontio glorioso exconsule & domestico imperialis mensæ.

Conveniente quoque sancta & universali synodo, quæ secundum imperialem sanctionem congregata est in hac a Deo conservanda regia urbe, id est, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Ioanne venerabili diacono, vicem agentibus Agathonis sanctissimi & beatissimi archiepiscopi antiquæ Romæ, & Georgio venerabili ac sanctissimo archiepiscopo magnæ Constantinopoleos novæ Romæ, & Petro Deo amabili presbytero & monacho, & locum servante sedis magnæ civitatis Alexandriæ, & Macario venerabili archiepiscopo Theopoleos Antiochiæ, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocrisiario Theodori venerabilis vicarii sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo Portuensi, Abundantio episcopo civitatis Paternensis, Ioanne episcopo civitatis Rhegitanæ, locum præsentantibus centum vigintiquinque venerabilium episcoporum sancti concilii antiquæ Romæ, qui & per proprias subscriptiones demonstrantur in suggestione ab eis facta ad piissimum imperatorem Constantinum, & Theodoro religioso presbytero, & locum agente Theodori Deo amabilis archiepiscopi Ravennæ, Basilio episcopo Gortynæ insulæ Cretæ, Theodoro episcopo Ephesi, Sisinnio episcopo Heracleæ Thraciæ, Georgio episcopo Cyzici, Petro episcopo Nicomediæ, Photio episcopo Nicææ, Ioanne episcopo Calchedonensi, Theodoro episcopo Melitenensi, Sisinnio episcopo Hierapoleos Phrygiæ, Macrobio episcopo Seleuciæ Isauriæ, Georgio episcopo Byziæ Thraciæ, * Georgio episcopo Mitylenæ, Sergio episcopo Selymbriæ, Andrea episcopo Methymnæ, Theognio episcopo * Cii, Georgio episcopo Camuliani, Antonio episcopo Hypæpæ, Genesio episcopo

* Gregorio

* Tiensi

δεκάτου. Ἡρακλείου δὲ καὶ Τιβερίου τῶν θεοφυλάκτων αὐτοῦ ἀδελφῶν ἔτους εἰκοστοδευτέρου, τῇ ἑβδόμῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, ἰνδικτιῶνος ἐννάτης. προκαθημένου τοῦ αὐτοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου μεγάλου βασιλέως Κωνσταντίνου ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ θείου παλατίου, τῷ οὕτω λεγομένῳ Τρούλλῳ. καὶ κατὰ κέλευσιν τῆς αὐτοῦ θεοσόφου γαληνότητος, παρόντων καὶ ἀκροωμένων, Νικήτα τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, καὶ μαγίστρου τῶν βασιλικῶν ὀφφικίων· Θεοδώρου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, κόμητος τοῦ βασιλικοῦ ὀψικίου, καὶ ὑποστρατήγου Θρᾴκης· Σεργίου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου· Παύλου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου· Ἰουλιανοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, καὶ στρατιωτικοῦ λογοθέτου· Κωνσταντίνου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, καὶ κουράτωρος τοῦ βασιλικοῦ τοῦ Ὁρμίσδου οἴκου· Ἀναστασίου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, καὶ τοποτηρητοῦ τοῦ κόμητος τοῦ βασιλικοῦ ἐξκουβίτου· Ἰωάννου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου καὶ κοιαίστωρος· Πολυεύκτου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων· Θωμᾶ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων· Παύλου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων, καὶ διοικητοῦ τῶν ἀνατολικῶν ἐπαρχιῶν· Πέτρου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων· Λεοντίου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων, καὶ δομεστίκου τῆς βασιλικῆς τραπέζης.

Συνελθούσης τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, τῆς κατὰ βασιλικὸν θέσπισμα συναθροισθείσης ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει· τουτέστι Θεοδώρου, καὶ Γεωργίου τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων, καὶ Ἰωάννου τοῦ εὐλαβεστάτου διακόνου, ἐπεχόντων τὸν τόπον τοῦ ὁσιωτάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ἀγάθωνος· καὶ Γεωργίου τοῦ ὁσιωτάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου ταύτης τῆς μεγαλωνύμου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης· καὶ Πέτρου τοῦ θεοφιλοῦς πρεσβυτέρου, μοναχοῦ, καὶ τοποτηρητοῦ τοῦ θρόνου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως· καὶ Μακαρίου τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Θεουπόλεως Ἀντιοχείας, καὶ Γεωργίου τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου μοναχοῦ, καὶ ἀποκρισιαρίου Θεοδώρου τοῦ ὁσιωτάτου τοποτηρητοῦ τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων· Ἰωάννου ἐπισκόπου πόλεως Πόρτου· Ἀβουνδαντίου ἐπισκόπου πόλεως Πατέρνου· Ἰωάννου ἐπισκόπου πόλεως Ῥηγίου, ἐπεχόντων τὸν τόπον τῆς κατὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ὁσίας τῶν ἑκατὸν εἴκοσι πέντε εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων συνόδου, τῶν καὶ δι' οἰκείων ὑπογραφῶν δηλουμένων ἐν τῇ γενομένῃ πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα Κωνσταντῖνον παρ' αὐτῶν ἀναφορᾷ· καὶ Θεοδώρου τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ τοποτηρητοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥαβέννης Θεοδώρου· Βασιλείου ἐπισκόπου πόλεως Γορτύνης τῆς Κρητῶν νήσου· Θεοδώρου ἐπισκόπου Ἐφέσου· Σισιννίου ἐπισκόπου Ἡρακλείας Θρᾴκης· Γεωργίου ἐπισκόπου Κυζίκου· Πέτρου ἐπισκόπου Νικομηδείας· Φωτίου ἐπισκόπου Νικαίας· Ἰωάννου ἐπισκόπου Καλχηδόνος· Θεοδώρου ἐπισκόπου Μελιτηνῆς· Σισιννίου ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως Φρυγίας· Μακροβίου ἐπισκόπου Σελευκείας Ἰσαυρίας· Γεωργίου ἐπισκόπου Βύζης Θρᾴκης· Γρηγορίου ἐπισκόπου Μιτυλήνης· Σεργίου ἐπισκόπου Σηλυβρίας· Ἀνδρέου ἐπισκόπου Μηθύμνης· Θεογνίου ἐπισκόπου Κίου· Γεωργίου ἐπισκόπου Καμουλιανῶν· Ἀντωνίου ἐπισκόπου Ὑπαίπων· Γενεσίου ἐπισκόπου

'Πατέρ

Ἀνα-

Ἀναστασιουπόλεως· Πλάτωνος ἐπισκόπου Κίννης· Ἰωάννου ἐπισκόπου τῆς Δασκυλίου· Θεοδώρου ἐπισκόπου Ἰουστινιανουπόλεως Γόρδου· Θεοδώρου ἐπισκόπου Βερίσης· Στεφάνου ἐπισκόπου Ἡρακλείας Πόντου· Λογγίνου ἐπισκόπου Τίου· Δομετίου ἐπισκόπου Προυσιάδος· Σολομῶνος ἐπισκόπου Κλανέου· Γεωργίου ἐπισκόπου Κῴου· Ἰωάννου ἐπισκόπου Μίνδου· Γρηγορίου ἐπισκόπου Καντα[..]ου· Ἰωάννου ἐπισκόπου Λάππης· Εὐλαλίου ἐπισκόπου Ζηνωνοπόλεως· Κωνσταντίνου ἐπισκόπου Δαλισανδοῦ· Θεοδώρου ἐπισκόπου Ὄλβης· Θεοφάνους πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου τῆς ἐν Σικελίᾳ εὐαγοῦς μοναστηρίου ἐπιλεγομένου Βαΐων· Γεωργίου πρεσβυτέρου καὶ μοναχοῦ μονῆς * τοῦ Ῥενάτου τῆς διακειμένης ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ· Κόνωνος καὶ Στεφάνου πρεσβυτέρων καὶ μοναχῶν μονῆς ἐπιλεγομένης δόμου Ἀρσικίας, διακειμένης ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ· Ἀναστασίου πρεσβυτέρου καὶ μοναχοῦ τῶν εὐκτηρίων τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει εὐαγοῦς πατριαρχείου, καὶ Στεφάνου πρεσβυτέρου καὶ μοναχοῦ, τοῦ μαθητοῦ Μακαρίου τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Θεουπόλεως Ἀντιοχείας. καθεσθέντων τε τῶν ἐνδοξοτάτων πατρικίων, καὶ ὑπάτων ἐκ πλαγίου τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως Κωνσταντίνου. καὶ ἐκ μὲν τοῦ εὐωνύμου αὐτοῦ μέρους καθεσθέντων τῶν ὁσιωτάτων τοποτηρητῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ἀγάθωνος, καὶ τῶν ἐκ προσώπου τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου θεοφιλῶν ἐπισκόπων· καὶ Θεοδώρου πρεσβυτέρου, καὶ τοποτηρητοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥαβέννης· καὶ Βασιλείου ἐπισκόπου Γορτύνης· καὶ Γεωργίου πρεσβυτέρου μοναχοῦ, καὶ ἀποκρισιαρίου Θεοδώρου τοῦ ὁσιωτάτου τοποτηρητοῦ τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων· καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων τῶν ὑπὸ τὸν θρόνον τοῦ ἁγιωτάτου πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης. ἐκ δὲ τοῦ δεξιοῦ μέρους καθεσθέντων ὁμοίως, Γεωργίου τε τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκ. Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ Μακαρίου τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Θεουπόλεως Ἀντιοχείας· καὶ Πέτρου τοῦ θεοφιλεστάτου πρεσβυτέρου μοναχοῦ, καὶ τοποτηρητοῦ τοῦ θρόνου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. καὶ Θεοδώρου ἐπισκόπου Ἐφέσου, καὶ τῶν λοιπῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν ὑπὸ τὸν θρόνον τοῦ τε ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Θεουπόλεως Ἀντιοχείας, προκειμένων ἐν μέσῳ τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εὐαγγελίων, Θεόδωρος καὶ Γεώργιος οἱ θεοσεβέστατοι πρεσβύτεροι, καὶ Ἰωάννης ὁ θεοσεβέστατος διάκονος, οἱ τὸν τόπον ἐπέχοντες τοῦ ἁγιωτάτου πάπα τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου πρεσβυτέρας Ῥώμης Ἀγάθωνος· ἔτι δὲ καὶ οἱ ἐκ προσώπου τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου εἶπον· πανάγαθε δέσποτα, κατὰ τὴν πεμφθεῖσαν σάκραν ἐκ τοῦ θεοσόφου ὑμῶν κράτους πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἡμῶν πάπαν, ἀπεστάλημεν παρ' αὐτοῦ πρὸς τὰ πανευσεβῆ ἴχνη τῆς θεοστηρίκτου ὑμῶν γαλήνης μετὰ καὶ ἀναφορᾶς αὐτοῦ, ἔτι δὲ καὶ ἑτέρας συνοδικῆς ἀναφορᾶς ὡσαύτως γενομένης πρὸς τὴν θεοτείχιστον ὑμῶν εὐσέβειαν ἐκ τῶν ὑπ' αὐτὴν τελούντων ὁσιωτάτων ἐπισκόπων, ἃς καὶ ἐπιδεδώκαμεν τῷ θεοστέπτῳ ὑμῶν κράτει. ἐπειδὴ δὲ πρὸ τούτων τεσσαράκοντα ἓξ χρόνων, πλέον ἢ ἔλαττον, τινὰς καινοφωνίας ἀντικρὺς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως παρεισήγαγον οἱ κατὰ καιροὺς γενόμενοι πρόεδροι ταύτης τῆς βασιλίδος καὶ θεοφυλάκτου ὑμῶν πόλεως, φαμὲν δή, Σέργιος, Παῦλος, Πύῤῥος, καὶ Πέ-

Ρενά-

μικρῷ [...]

Item relectum est ex eodem codice testimonium ejusdem S. Gregorii ex iis quæ adversus Eunomium capitulo trigesimoquinto, cujus est initium: Non erat ut videtur: continens ita: Omnino necesse est, conveniens esse, & propriū confiteri naturæ ipsum quoque arbitrium. Et si dissimile extiterit secundum naturam, dissimiles erunt etiam ipsæ voluntates, & virtute in utrisque idonea exi- E stente, neutra deficiet ad perficiendam propriam voluntatem. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, qui est de bibliotheca hujus venerabilis patriarchii, & constitit.

Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Ioannis archiepiscopi Constantinopoleos ex sermone: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste*, cujus initium est: Profundam sectionem, continens ita: Sed non sufficiunt hæc solúmodo, sed & adveniens, ut non putaretur phantasticū quod

Acti. X.

Matth. 26.

* leg. præter

1. Tim. 2.

 fiebat,

ACTIO X.

fiebat; non superficie tantum rem credibilem facit, sed & tempore multo, & quod per omnia humana transivit. Neque enim simpliciter in hominem perfectum venit, sed in uterum virginis, ut etiam & in vulva bajularetur, & partum sustineret, & lactis nutrimentum, & incrementum, prolixitatemque temporis, & per diversitatem omnium ætatum credibile faceret quod fiebat. Sed neque in hujusmodi probatione tantum persistit, sed & ipsam circumferens carnem, permittit eam naturæ perpeti detrimenta: & esurire, & sitire, & dormire, & fatigari. Postremo etiam ad crucem veniens, sinit eam quæ carnis sunt, pati: ideo enim, & guttæ sudorum de ea cadebant, & angelus inveniebatur eam sustentans, & tristatur, & hæsitat. Prius enim quam hæc diceret, ait: *Anima mea turbata est.* Et: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Si enim hic omnibus gestis os malignum diaboli per Marcionem Ponticum, & Valentinum, & Manichæum Persam, & alias plures hæreses valuit, quantum ad eos, verbum dispensationis subvertere, & insonuit satanicum sonum dicens quia neque incarnatus, neque carne indutus est, sed putative hoc erat, & phantasia, & scena atque simulatio, dum quando passiones ipsæ proclamarent, & mors, & sepulcrum, & esuries, si nihil horum factum esset; quomodo non multo amplius hæc impietatis nequissima dogmata disseminarentur? Quamobrem sicut esurivit, sicut fatigatus est, sicut dormivit, sicut manducavit, sicut bibit, sic & mortem recusat, quod est humanum ostendens, & infirmitatem naturæ, quæ non sine dolore patitur avelli de præsenti vita. Si enim nullum horum dixisset, dixissent utique quia si homo esset, oportebat eum pati quæ hominis sunt: quæ vero hæc? cum ad crucem veniret & formidare, & tædere, nec sine dolore avelli a præsenti vita (inest quippe naturæ amor præsentium,) & ideo ostendere volens verum carnis velamen, dispensationemque credibilem facere, cum multa probatione passiones ipsas nudas proposuit. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo, qui est de bibliotheca venerabilis hujus patriarchii, & constitit.

Luc. 22. *Ioan.* 12. *Matth.* 26.

Item relectum est ex eodem codice testimonium ejusdem sancti Ioannis Chrysostomi ex interpretatione evangelii secundum Matthæum lib. 81. cujus est initium: Tunc venit cum eis Iesus, continens ita: Et post pusillum accedens, orabat dicens: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Et, venit ad eos, & invenit eos dormientes. Et dixit Petro: *Si non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Non simpliciter maxime Petrum aggreditur, * dum quando & ceteri dormirent: sed palpans *, atque tangens eum, & hoc propter causam quam antea dixi. Dehinc, quia & ceteri hoc ipsum dixerunt: *Dicente enim Petro*, inquit, *Quod si etiam oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter autem*, inquit, *& omnes disci-*

Matth. 26.

* *G.* tametsi etiam ceteri

* sed increpans eum,

Matth. 26.

A γινόμενον, οὐ τῇ ὄψει μόνον πιστοῦται τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ καὶ χρόνῳ πολλῷ, καὶ τῷ διὰ πάντων ἐλθεῖν τῶν ἀνθρωπίνων· οὐ γὰρ ἁπλῶς εἰς ἄνθρωπον ἔρχεται ἀπηρτισμένον, ἀλλ' εἰς μήτραν παρθενικὴν ὥστε κυοφορήσεως, καὶ τόκου ἀνασχέσθαι καὶ γαλακτοτροφίας, καὶ αὐξήσεως, καὶ τῷ μήκει τοῦ χρόνου καὶ τῇ διαφορᾷ τῶν ἡλικιῶν ἁπασῶν πιστώσασθαι τὸ γινόμενον· καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἵσταται τῆς ἀποδείξεως μόνον, ἀλλὰ καὶ περιφέρων τὴν σάρκα, ἀφίησιν αὐτὴν τὰ τῆς φύσεως ἐλαττώματα ὑπομεῖναι, καὶ πεινῆσαι, καὶ διψῆσαι, καὶ καθευδῆσαι, καὶ κοπιάσαι· τέλος καὶ ἐπὶ σταυρὸν ἐρχόμενος ἀφίησιν αὐτὴν τὰ τῆς σαρκὸς παθεῖν· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ κρουνοὶ ἱδρώτων κατεφέροντο ἐξ αὐτῆς, καὶ ἄγ-B γελος ηὑρίσκετο αὐτὴν διακρατῶν, καὶ λυπεῖται, καὶ ἀδημονεῖ· πρὶν γὰρ ταῦτα εἰπεῖν, φησίν· ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. εἰ γὰρ καὶ τούτων ἁπάντων γινομένων τὸ πονηρὸν τοῦ διαβόλου στόμα διὰ Μαρκίωνος τοῦ Ποντικοῦ, καὶ Οὐαλεντίνου, καὶ Μανιχαίου τοῦ Πέρσου, καὶ ἑτέρων πλειόνων αἱρεσιαρχῶν ἴσχυσεν, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς, ἀνατρέψαι τὸν περὶ τῆς οἰκονομίας λόγον, καὶ ἤχησε σατανικήν τινα ἠχήν, λέγων ὅτι οὐδὲ ἐσαρκώθη, οὐδὲ σάρκα περιεβάλλετο, ἀλλὰ δόκησις τοῦτο ἦν καὶ φαντασία, καὶ σκηνή, καὶ ὑπόκρισις· καίτοι τῶν παθῶν βοώντων, τοῦ θανάτου, τοῦ τάφου, τῆς πείνης, εἰ μηδὲν τούτων ἐγεγόνει, C πῶς οὐ πολλῷ μᾶλλον τὰ πονηρὰ ταῦτα ἀνέσπειρε τῆς ἀσεβείας δόγματα; διά τοι τοῦτο ὥσπερ ἐπείνησεν, ὥσπερ ἐκοπίασεν, ὥσπερ ἐκαθεύδησεν, ὥσπερ ἔφαγεν, ὥσπερ ἔπιεν, οὕτω καὶ θάνατον παραιτεῖται τὸ ἀνθρώπινον ἐνδεικνύμενος, καὶ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως τῆς οὐκ ἀνεχομένης ἀπαθῶς ἀπορραγῆναι τῆς παρούσης ζωῆς· εἰ γὰρ μηδὲν τούτων εἰρήκει, εἶχον εἰπεῖν, ὅτι εἰ ἄνθρωπος ἦν, ἔδει αὐτὸν παθεῖν τὰ τοῦ ἀνθρώπου. τίνα δέ ἐστι ταῦτα; μέλλοντα σταυροῦσθαι καὶ δειλιᾶν, καὶ ἀγωνιᾶν, καὶ μὴ ἀπαθῶς ἀπορρήγνυσθαι τῆς παρούσης ζωῆς, τῇ φύσει γὰρ ἔγκειται τὸ φίλτρον τὸ περὶ τὰ παρόντα· διά τοι τοῦτο δεῖξαι βουλόμενος ἀληθῆ τῆς D σαρκὸς τὴν περιβολήν, καὶ τὴν οἰκονομίαν πιστώσασθαι, μετὰ πολλῆς τῆς ἀποδείξεως τὰ πάθη γυμνὰ προτίθησιν. ἥτις χρῆσις ἀντεβλήθη ὁμοίως πρὸς βιβλίον ἐν σώμασι τῆς βιβλιοθήκης ὑπάρχον τοῦ εὐαγοῦς τοῦ ἐνταῦθα πατριαρχείου, καὶ ἐστοίχησεν.

Ετι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου λόγου πα'. οὗ ἡ ἀρχή· τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς· ἔχουσα οὕτως· καὶ μικρὸν προελθὼν ηὔχετο λέγων· πάτερ εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ· καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτοὺς, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας, καὶ λέγει τῷ E Πέτρῳ οὕτως. οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· οὐχ ἁπλῶς πρὸς Πέτρον μάλιστα ἀποτείνεται, καίτοι καὶ τῶν ἄλλων καθευδησάντων, ἀλλὰ καθικνούμενος αὐτοῦ κἀντεῦθεν διὰ τὴν αἰτίαν ἣν ἔμπροσθεν εἶπον· εἶτα ἐπειδὴ καὶ οἱ ἄλλοι τὸ αὐτὸ εἶπον· εἰπόντος γάρ, φησί, Πέτρου. κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι· ὁμοίως δὲ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον· λοιπὸν πρὸς πάντας διαλέγεται

ἐλέγ-

ἐλέγχων αὐτῶν τὴν ἀσθένειαν. οἱ γὰρ συναποθανεῖν αἱρούμενοι, οὐδὲ λυπουμένῳ τότε συλλυπηθῆναι ἴσχυσαν ἐγρηγορότες, ἀλλ' ἐκράτησεν αὐτῶν ὁ ὕπνος. εὔχεται δὲ, ἵνα μὴ δόξῃ ὑπόκρισις εἶναι τὸ πρᾶγμα· καὶ ἱδρῶτες ἐπιρρέουσι διὰ τὴν αἰτίαν πάλιν τὴν αὐτὴν, ἵνα μὴ εἴπωσιν αἱρετικοὶ ὅτι ὑποκρίνεται τὴν ἀγωνίαν. διὰ τοῦτο καὶ ἱδρῶτες ὡς θρόμβοι αἵματος, καὶ ἄγγελος ἐνισχύων αὐτὸν ἐφάνη, καὶ μυρία φόβου τεκμήρια, ἵνα μή τις εἴπῃ τὰ ῥήματα πεπλασμένα εἶναι. διὰ τοῦτο καὶ ἡ εὐχή. τῷ μὲν οὖν εἰπεῖν· εἰ δυνατὸν, ἔδειξε τὸ ἀνθρώπινον, τῷ δὲ εἰπεῖν· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σὺ, ἔδειξε τὸ ἐνάρετον καὶ ἐμφιλόσοφον, παιδεύων καὶ τῆς φύσεως ἀνθελκούσης ἕπεσθαι τῷ Θεῷ. ἐπειδὴ οὖν οὐκ ἤρκει τοῖς ἀνοήτοις τὸ πρόσωπον δεῖξαι μόνον, καὶ ῥήματα προστίθησι. πάλιν ἐπειδὴ ῥήματα οὐκ ἤρκει μόνον, ἀλλὰ καὶ πραγμάτων ἔδει, καὶ ταῦτα συνάπτει τοῖς ῥήμασιν, ἵνα πιστεύσωσι καὶ οἱ σφόδρα φιλονεικοῦντες, ὅτι καὶ ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ἀπέθανεν· εἰ γὰρ καὶ τούτων ὄντων ἀπιστεῖται παρά τινων ἔτι τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον, εἰ μὴ ταῦτα ἦν. ἥτις χρῆσις ὡσαύτως ἀντεβλήθη πρὸς βιβλίον χαρτῷον τῆς βιβλιοθήκης ὑπάρχον τοῦ ἐνταῦθα εὐαγοῦς πατριαρχείου, καὶ ἐστοίχησεν.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου, βιβλίου δευτέρου, λόγου ξζ'. οὗ ἡ ἀρχή. γλυκὺς ὁ παρὼν βίος, ἔχουσα οὕτως· νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. καὶ τί εἴπω; πάτερ σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. καὶ μὴν τοῦτο οὐκ ἔστι προτρεπομένου ἐπὶ τὸν θάνατον ἐλθεῖν, μάλιστα μὲν συμπροτρεπομένου. ἵνα γὰρ μὴ λέγωσιν, ὅτι αὐτὸς ἔξω τῶν ὠδίνων ὢν τῶν ἀνθρωπίνων, εὐκόλως περὶ θανάτου φιλοσοφεῖ, καὶ ἡμῖν ἔξω κινδύνου παραινεῖ, δείκνυσιν ὅτι καίτοι ἀγωνιῶν αὐτὸς, ὅμως διὰ τὸ χρήσιμον οὐ παραιτεῖται. ταῦτα δὲ τῆς οἰκονομίας ἐστὶν, οὐ τῆς θεότητος· διὰ τοῦτό φησι· νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτ' ἔστι, ποία ἀκολουθία ἐστὶ τὸ λεχθὲν, καὶ τὸ εἰπεῖν, πάτερ σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· καὶ οὕτως τεταράχθαι, ὡς καὶ ἀπαλλαγὴν αἰτεῖν; εἴγε ἐνῆν καὶ διαφυγεῖν πάντα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὰ ἀσθενήματα. ἀλλ' οὐκ ἔχω τι εἴπω, φησὶν, ἀπαλλαγὴν αἰτούμενος· διὰ γὰρ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην· ὡσανεὶ ἔλεγε· κἂν ταραττώμεθα, κἂν θορυβώμεθα, μὴ φεύγωμεν θάνατον. δεῖ γὰρ φέρειν τὸ ἐπιόν· οὐ λέγω· ἀπάλλαξόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. ἀλλὰ τί; πάτερ δόξασόν σου τὸ ὄνομα. καί τοι τῆς ταραχῆς τούτῳ ἀναγκαζούσης λέγειν τὸ ἐναντίον. λέγω, δόξασόν σου τὸ ὄνομα, τουτέστιν, ἀνάγαγε λοιπὸν ἐπὶ τὸν σταυρόν· πάλιν πολὺ τὸ ἀνθρώπινον ἐπιδείκνυται, καὶ τὴν φύσιν μὴ βουλομένην ἀποθανεῖν, ἀλλὰ τῆς παρούσης ἀντεχομένην ζωῆς, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἔξω τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν ἦν· ὥσπερ γὰρ τὸ πεινῆν οὐκ ἔγκλημα, οὐδὲ τὸ καθεύδειν, οὕτως οὐδὲ τὸ τῆς παρούσης ζωῆς ἐφίεσθαι. ὁ δὲ Χριστὸς σῶμα καθαρὸν ἁμαρτημάτων εἶχεν, οὐ φυσικῶν ἀναγκῶν ἀπηλλαγμένον, ἐπεὶ οὐδὲ σῶμα ἂν ἦν. ἥτις

Marginal notes (Greek column): ἡμέρας / πατρὸς (?)

A *puli dixerunt.* Ceterum omnes alloquitur, redarguens eorum infirmitatem. Qui enim mori cum eo delegerant, nec saltem contristato simul cum eo tunc evigilantes contristari valuerunt, sed tenuit eos somnus. Orat vero, ne* causa simulatio esse putaretur: & sudores defluunt, propter eamdem iterum causam, ne dicant hæretici quod anxietatem simulasset. Propterea & sudores ut guttæ sanguinis defluxerunt, & angelus confortans eum visus est, multa millia quoque timoris indicia, ne quis diceret verba ficta fuisse. Ideo & orat. Dicendo namque, *si possibile est, transeat*, ostendit humanum. B Dicendo autem: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu*, ostendit quid sit elegans, & philosophicum, * imbuens, etiam natura in adversum trahente sequi Deum. Quoniam ergo non sufficiebat insipientibus * faciem ostendere solam, etiam verba adjungit. Iterum quia verba non sufficiebant tantum, sed & rerum opus erat & eas verbis conjungit, ut credant etiam qui vehementer contendunt, quia & homo factus est, & mortuus est. Si enim, & dum hæc sunt, incredibile est hoc adhuc apud quosdam, multo magis si hæc minime fuissent. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, qui est de bibliotheca venerabilis hujus patriarchii, & constitit.

Item relectum est ex eodem codice testimonium ejusdem ex interpretatione euangelii secundum Ioannem, libro secundo, sermone sexagesimo * sexto, cujus initium est: Dulcis est præsens vita, continens ita: *Nunc anima mea turbata est.* Et quid dicam? *Pater, salva me ab hac hora.** Quia hoc non est evitantis ut ad mortem veniret, sed maxime invitantis. Vt enim non dicant quia ipse extra dolores humanos existens, facile de morte philosophatur, omne mortis imperium potenter destruens; & nos extra periculum exhortatur, ostendit quia D quamvis anxietur, attamen propter utilitatē non recusat. Hæc vero dispensationis sunt, nō deitatis: ideo ait: *Nunc anima mea turbata est.* Nam si hoc non est, qualis consequentia est, quod dictum est, & dicere: *Pater, salva me ab hac hora:* & ita turbari, ut * exui quoque deposceret? si quidem licebat etiam diffugere omnes naturæ humanæ infirmitates sive impotentias. Sed non habeo, inquit, quod dicam liberationem postulans. Propter hoc enim veni in hanc horam. Ac si diceret: Etsi turbamur, etsi commovemur, non fugiamus mortem. [Nam & ego nunc turbatus, non dico, ut fugiam.] Oportet E enim sustinere quod supervenit. Non dico, *libera me ex hac hora.* Sed quid? *Pater, glorifica nomen tuum*, * dum quando perturbatio huic cogat dicere contrarium. dico: *Glorifica nomen tuum*, hoc est, eleva jam super crucem. Iterum humanum ostendit, & naturam nolentem mori, sed præsentem vitam amplectentem, ostendens quod non extra humanas passiones erat. Quemadmodum enim esurire crimen non est, neque dormire, ita nec præsentem vitam affectare. Etenim Christus corpus mundum a peccatis habuit, non naturalibus necessitatibus liberum, alioquin nec corpus esset. Quod testi-

Marginal notes: ACTIO X. — * ros — * erudiens — * personam — * G. septimo — *Ioan.* 12. — * G. Atqui hoc non est invitantis, &c. imo vero max. invit. — * liberationem — *In Græco deest.* — * G. quamquam

ACTIO X.

teſtimonium ſimiliter collatum eſt cum libro membranaceo, qui eſt de bibliotheca hujus venerabilis patriarchii, & conſtitit.

Item relectum eſt ex eodem codice teſtimonium ſancti Cyrilli archiepiſcopi Alexandriæ de Theſauris, capitulo vigeſimoquarto, cujus initium eſt: Si a quolibet aliquorum, continens ita: Propria morte mortem ſalvator evacuavit. Quemadmodum ergo nequaquam mors deſtrueretur, eo non moriente; ita in ſingulis carnis paſſionibus. Niſi enim formidaſſet, non utique natura a formidine libera fieret. Niſi triſtaretur, non utique unquam de triſtitia liberaretur. Niſi perturbatus eſſet, & pertimeſceret; nunquam extra hæc efficeretur: etiam in ſingulis, quæ humaniter facta ſunt, eamdem aptans rationem, invenies in Chriſto eaſdem carnis paſſiones motas fuiſſe, non ut * obtineant ſicut in nobis, ſed ut agitatæ deſtruantur virtute carnem inhabitantis Verbi, in melius * refecta eadem natura. Quod teſtimonium ſimiliter collatum eſt ad librum, qui eſt de bibliotheca venerabilis hujus patriarchii, chartaceum, & conſtitit.

* *id eſt*, dominentur

* commutata

Item relectum eſt teſtimonium ejuſdem ex eodem libro, continens ita: Homo factus eſt Dei verbum, non ut iterum (ut Deus) ante humanationem omnia agat, & loquatur, ſed ut plerumque etiam propter utilitatem quæ in carnis eſt diſpenſatione, & ſicut homo quædam loquatur. Hanc habente eodem myſterio virtutem, quomodo abſurdum non eſt ſcandalizari audientes, dum interdum humanius loquatur? Loquitur enim ut homo, loquitur ut Deus, habens in utriſque poteſtatem. * Humaniter enim dicebat: *Nunc anima mea turbata eſt*: * divine autem, *Poteſtatem habeo ponendi eam, & iterum poteſtatem habeo ſumendi eam.* Perturbari ergo, paſſio carnis eſt propria: poteſtatem autem habere ponendi, & iterum ſumendi animam, virtutis verbi eſt * actus. Quemadmodum enim dum id loquitur divine, cum & homo cernatur, minime ſcandalizamur, ſed conſideramus habitans in carne verbum: ita cum quid loquitur ut homo, non ſcandalizemur, conſiderantes quia propter nos factus eſt homo, & quæ humanitati congruunt, loquitur. Quod teſtimonium ſimiliter collatum eſt cum eodem libro, & conſtitit.

* *id eſt*, humano more

* *id eſt*, divino more

Ioan. 12.

Ioan. 10.

* *id eſt*, opus, officiũ.

Item relectum eſt ex eodem codice teſtimonium ejuſdem ſancti Cyrilli ex dogmatibus adverſus Iulianum libro tertio, ex ſermone duodecimo, cujus initium: Attentat quidem qui ex adverſo eſt, continens ita: Quia igitur niſi quod involuntarium erat feciſſet & voluntarium, nequaquam omnino pateretur; neceſſario demonſtrat involuntarium quidem quod in patiendo fuit inglorium, ut fatus ſum: attamen voluntarium, eo quod omnibus extitit utile, & non velle quidem, calicis recuſatio continet, & ſponte tamen pati in eo, quod dictum eſt ad Patrem: *Verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat.* Complacente enim Deo & Patre, & tamquam conſentiente prudentiſſimis diſpenſationibus, Filius ſecundum carnem mortem ſuſtinere dicitur: quatenus ſurgens a mortuis deſtrueret mortem, & everteret corru-

Matth. 26.

χρῆσις ὁμοίως ἀντεβλήθη πρὸς βιβλίον ἐν σώμασι τῆς βιβλιοθήκης ὑπάρχον τοῦ ἐνταῦθα εὐαγοῦς πατριαρχείου, καὶ ἐστοίχησεν.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῶν θησαυρῶν, κεφαλαίου κδʹ. οὗ ἡ ἀρχή· εἰ παρά τινος τῶν τυχόντων· ἔχουσα οὕτως· τῷ οἰκείῳ θανάτῳ τὸν θάνατον κατήργησεν ὁ σωτήρ· ὥσπερ οὖν οὐκ ἂν ὁ θάνατος κατηργήθη μὴ ἀποθανόντος αὐτοῦ, οὕτως ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν. εἰ μὴ γὰρ ἐδειλίασεν, οὐκ ἂν ἐλευθέρα τοῦ δειλιᾶν ἡ φύσις ἐγένετο. εἰ μὴ ἐλυπήθη, οὐκ ἂν ἀπηλλάγη τοῦ λυπεῖσθαι ποτέ. εἰ μὴ ἐταράχθη καὶ ἐπτοήθη, οὐκ ἂν ἔξω ποτὲ τούτων ἐγένετο, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἀνθρωπίνως γεγονότων τὸν αὐτὸν ἐφαρμόζων λόγον εὑρήσεις ἐν Χριστῷ τὰ τῆς σαρκὸς πάθη κεκινημένα, οὐχ ἵνα κρατήσῃ ὥσπερ καὶ ἐν ἡμῖν, ἀλλ' ἵνα κινηθέντα καταργηθῇ τῇ δυνάμει τοῦ ἐνοικήσαντος λόγου πρὸς τὸ ἄμεινον μεταποιουμένης τῆς φύσεως. ἥτις χρῆσις ἀντεβλήθη ὁμοίως πρὸς βιβλίον χαρτῷον τῆς βιβλιοθήκης ὑπάρχον τοῦ εὐαγοῦς τοῦ ἐνταῦθα πατριαρχείου, καὶ ἐστοίχησεν.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, ἔχουσα οὕτως· ἄνθρωπος γέγονεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, οὐχ ἵνα πάλιν ὡς Θεὸς πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως πράττῃ καὶ λαλῇ, ἀλλ' ἵνα πολλάκις καὶ διὰ τὴν χρείαν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας καὶ ὡς ἄνθρωπος λέγῃ τινά. ταύτην ἔχοντος τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, πῶς οὐκ ἄτοπον σκανδαλίζεσθαι τοὺς ἀκροωμένους ἀνθρωπινώτερον ἔσθ' ὅτε λαλοῦντος αὐτοῦ; λαλεῖ γὰρ ὡς ἄνθρωπος, λαλεῖ δὲ καὶ ὡς Θεὸς ἔχων ἐν ἀμφοτέροις τὴν ἐξουσίαν. ἀνθρωπίνως μὲν γὰρ ἔλεγε· νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. θεϊκῶς δέ· πάλιν ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτήν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. τὸ μὲν οὖν ταράττεσθαι τῆς σαρκὸς ἴδιον πάθος· τὸ δὲ ἐξουσίαν ἔχειν θεῖναί τε καὶ πάλιν ἀναλαβεῖν τὴν ψυχήν, τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως ἔργον ἐστίν. ὥσπερ οὖν ὅταν λέγῃ τι θεϊκῶς καίτοι φαινόμενος ἄνθρωπος, οὐ σκανδαλιζόμεθα, ἀλλ' ἐννοοῦμεν τὸν ἐνοικοῦντα τῇ σαρκὶ λόγον, οὕτως ὅταν τι λαλῇ ὡς ἄνθρωπος, μὴ σκανδαλιζώμεθα ἐννοοῦντες, ὅτι δι' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ τὰ τῇ ἀνθρωπότητι πρέποντα λαλεῖ. ἥτις χρῆσις ὁμοίως ἀντεβλήθη πρὸς τὸ αὐτὸ βιβλίον, καὶ ἐστοίχησεν.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ κατὰ τῶν Ἰουλιανοῦ δογμάτων βιβλίου τρίτου, ἀπὸ λόγου δωδεκάτου, οὗ ἡ ἀρχή· πειρᾶται μὲν ὁ δι' ἐναντίας· ἔχουσα οὕτως· ἐπειδὴ δὲ εἰ μὴ τὸ ἀβούλητον ἐποιήσατο θελητὸν, οὐδ' ἂν ἔπαθεν ὅλως, δείκνυσι μὲν ἀναγκαίως ἀβούλητον μὲν τὸ ἐν τῷ παθεῖν δυσκλεὲς, ὡς ἔφην, αἱρετὸν δ' ὅμως διὰ τὸ πᾶσι χρήσιμον· καὶ τὴν μὲν ἀνεθελησίαν ἡ τοῦ ποτηρίου παραίτησις ἔχει· τό γε μὴν ἑκόντα παθεῖν τὸ εἰρημένον πρὸς τὸν πατέρα· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω· συνευδοκήσαντος γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ οἷον συνθέοντος ταῖς σοφωτάταις οἰκονομίαις τοῦ υἱοῦ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον ὑπομεῖναι λέγεται, ἵνα ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς καταργήσῃ τὸν θάνατον, καὶ ἀνατρέψῃ φθο-

ρὰν,

ρὰν, καὶ δικαιώσῃ τὴν ὑπ' οὐρανόν. καὶ μετὰ βραχέα· ἄθρει δὴ οὖν, ὅπως διὰ τὸ ἀναστῆσαι τὸ δοθὲν αὐτῷ, τουτέστιν ἡμᾶς, τὸ ἀνεθέλητον αὐτῷ διὰ τὰς ἐν τῷ παθεῖν ἀτιμίας αἱρετὸν ἐποιήσατο. ὑπέμεινε γὰρ σταυρὸν αἰσχύνης καταφρονήσας, ὡς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος. ὅτι δὲ ἦν τὸ πάθος ἀνεθέλητον μὲν αὐτῷ τό γε ἧκον εἰς τὴν ἀνθρωπίνων ἐννοιῶν ἀσθένειαν, πλὴν καίτοι πολὺ τὸ δυσκλεὲς ἔχον αἱρετὸν διὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν· δοκεῖ δὲ πᾶν ὁτιοῦν ὑπομεῖναι θέλειν τοὺς αὐτοῦ * γνησίως ὑπέρ γε τοῦ διασῶσαι πολλούς· κατίδοι τις ἂν εὖ μάλα καὶ ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς διηγήμασιν. ἥτις χρῆσις ὡσαύτως ἀντεβλήθη πρὸς βιβλίον ἐν σώμασι τῆς βιβλιοθήκης τυγχάνον τοῦ ἐνταῦθα εὐαγοῦς πατριαρχείου, καὶ ἐστοίχησε.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου τόμου * δεκάτου ἔχουσα οὕτως. εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ συμβὰν οὐχὶ πάντῃ τε καὶ πάντως θελητὸν ἦν αὐτῷ, ἀλλ' οὖν τῆς ἁπάντων ἕνεκα σωτηρίας καὶ ζωῆς θελητὸν ἐποιήσατο τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος, ᾔδει γὰρ, ᾔδει σαφῶς τὰ ἐντεῦθεν ἐσόμενα κατορθώματα, καὶ ὅτι τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀνακαινιεῖ, καὶ αἵματι τῷ οἰκείῳ κατακτήσεται τῷ Θεῷ καὶ πατρί· εἰ γὰρ μὴ ἐποιήσατο θελητὸν, καίτοι λίαν ἀβούλητον ὂν, τὸ παθεῖν, τίς ἂν νοοῖτο λοιπὸν ἡ πρόφασις τοῦ προσεύχεσθαι αὐτὸν, καὶ λέγειν· πάτερ εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο; τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τόμου δωδεκάτου· καὶ ὑπόκειται μὲν τὸ δεῖμα τοῦ παθεῖν ἐν αὐτῷ διὰ τὸ ἀνθρώπινον. * κατασκευάζεται δὲ παραχρῆμα τῇ τοῦ ἐνοικοῦντος λόγου ῥώμῃ τε καὶ σθενείᾳ· θέα γὰρ ὅπως παραδεικνύει μὲν ἐκ αὐτῷ τὸ ἀνθρώπινον ἡ παραίτησις· τὸ δὲ τῆς θεότητος ἀκαμπὲς ἀνέλαμψεν εὐθύς. ἔφη γὰρ πρὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. ἀνθρωποπρεπῶς δὲ καὶ τοῦτο φησίν. ἐπεὶ κατὰ τὸ εἶναι Θεὸς οὐκ ἔξω τῶν τοῦ πατρὸς θελημάτων ἐστί. μᾶλλον δὲ αὐτός ἐστιν ἡ βούλησις τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, εἴπερ ἐν σοφίᾳ καὶ τὸ θέλειν ἐστὶ τοῦ πατρὸς, σοφία δὲ ὁ υἱός. ὅτι δὲ καὶ θέλησις ὀνομάζεται τοῦ πατρὸς ὁ μονογενὴς, σαφηνιεῖ λέγων ὁ θεσπέσιος ψαλμῳδός. κύριε ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν. ἐν Χριστῷ γὰρ ἡ πᾶσα * δύναμις τῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. ἄλλως τε μιᾶς καὶ ὁμοουσίου τῆς ἁγίας οὔσης Τριάδος, καὶ μιᾶς θεότητος ἐν αὐτῇ νοουμένης, πῶς οὐκ ἂν εἴη θέλημα ταυτὸν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος; πρεπωδέστατα τοίνυν τῷ τῆς ταπεινώσεως σχήματι, καὶ ὡς ἄνθρωπος ὑποδειλιῶν ἠρέμα τὸν παρὰ φύσιν τε καὶ ἐξ ἀρᾶς εἰσβεβηκότα θάνατον, διαπτύων δὲ πάλιν ὡς Θεὸς, τό· οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, φησὶν, ἀλλ' ὡς σύ. αἵτινες δύο χρήσεις ὡσαύτως ἀντεβλήθησαν πρὸς χαρτῷον βιβλίον τῆς βιβλιοθήκης τυγχάνον τοῦ εὐαγοῦς τοῦ ἐνταῦθα πατριαρχείου, καὶ ἐστοίχησαν.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου βιβλίου τετάρτου, οὗ ἡ ἀρχή· ὅτι καταβέβηκεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· ἔχουσα οὕτως· μάλιστα μὲν

A ptionem, & justificaret quæ sub cælo sunt. Et post pauca: Considera ergo, quomodo ut suscitaret, quod datum est ei, id est, nos, quod ei erat involuntarium propter passionis contumelias voluntarium fecit. Sustinuit quippe crucem ignominia contempta, sicut egregius scribit Paulus. Quia vero passio extitit involuntaria quidem ei, quantum ad infirmitatem humanorum sensuum pertinet: verumtamen quamquam nimis fuisset inglorium, voluntarium fuit eo quod Deo esset acceptum. Acceptum autem esse videtur velle omne quidquid est malum sustinere fideles suos pro multorum salute. Considerav erit quisquam optime, & in euangelicis narrationibus. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo bibliothecæ hujus venerabilis patriarchii, & constitit.

Actio X.

Matth. 26.

Item relectum est ex eodem codice testimonium ejusdem ex interpretatione euangelii secundum Matthæum, ex tomo undecimo, continens ita: Licet enim quammaxime, quod accidit, non in omnibus & per omnia voluntarium ei fuit, sed tamen propter omnium salutem & vitam, voluntariam fecit crucis passionem. Noverat quippe, noverat quæ ex hoc futuræ essent * emendationes, & quod hominis naturam repararet, & sanguine proprio acquireret Deo Patri. Si enim non fecisset voluntarium pati, dum nimis esset involuntarinm quænam occasio considerabitur orandi eum, & dicendi: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste?* Ejusdem ex tomo duodecimo: Et subest quidem in eo metus patiendi, propter id quod humanum est: mitigatur vero confestim per inhabitantis verbi potentiam atque fortitudinem. Perspice ergo, quomodo subdemonstrat quidem in eo recusatio ipsa quod humanum est, divinitatis autem inflexibilitas statim refulsit. Ait enim ad Patrem, qui in cælis est: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu*, & hoc autem ut homini congruit, fatus est. Nam juxta quod Deus est, non extra voluntatem est Patris: imo vero ipse est * consilium Dei & Patris, si utique in sapientia & velle est Patris, sapientia vero est ipse Filius. Quia vero, & voluntas Patris nominatur unigenitus, explanat egregius cantator: *Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.* In Christo enim omne datum cælestium bonorum est a Deo & Patre: alias una, atque consubstantiali existente Trinitate, & una deitate in ea intellecta, quomodo non erit eadem voluntas Patris, & Filii, & Spiritus sancti? Condecentissime itaque ad humilitatis habitum, & sicut homo, subformidat tacite eam, quæ extra naturam, & ex maledicto subintravit, mortem: respuens autem iterum ut Deus: *Non sicut ego volo*, ait, *sed sicut tu.* Quæ duo testimonia pari modo collata sunt cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerabilis patriarchii, & constiterunt.

* futura merita

Matth. 26.

* voluntas

Psalm. 29.

Item relectum est ex eodem codice testimonium ejusdem sancti Cyrilli ex interpretatione euangelii secundum Ioannem libro quarto, cujus initium: Quia descendit de cælo: continens ita. Maxime enim non abso-

Acti. X.

absolute, neque in omni simpliciter argumento, sed neque in omni re omnino non amplecti proprias voluntates Filius affirmavit. Conservare namque quæ Patris est, dicit circa rem definitam propter tuas, sicut mihi intelligi datur, sermonum adinventiones, providens nostræ cautelæ sicut Deus. Sustinet autem involuntarium, & facit voluntarium propter nos: passionem autem dico procul dubio crucis ita & genitori complacitam, sicut a nobis jam dictum est. Licet namque considerare appositam statim comprobationem, & adjacentem efficaciter ipsam causam, ob quam, sicut ipse ait, a propriis quidem recessit voluntatibus, implet autem eam quæ Patris est. *Hæc est enim*, inquit, *voluntas Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed ut resuscitem illud in novissimo die.* Et quoniam quidem certe involuntaria simul & voluntaria unigeniti passio, quæ in cruce cernitur, jam plane prædictum est. Repetamus autem iterum per subtiliores perscrutationes, relegentibus pandentes veritatem.

Joan. 6.

Ejusdem ex eodem sermone: Nullo modo itaque scandalizeris, o homo, cum audieris dicentem: *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed ejus qui misit me.* Quod enim a principio dicebamus, hoc iterum dicimus, circa rem definitam, ac manifestam, super hoc fecit Christus sermonem. Docens enim, quia pro omnibus obire voluntarium quidem habet, eo quod ita voluisset divina natura, involuntarium autem propter crucis passionem, & quantum dicit ad carnem recusantem mortem, hæc & hujusmodi fatus est. & prolixior quidem nobis consumptus est sermo: quia vero & involuntarium quodammodo videtur salvatori Christo juxta quod erat homo passio quæ in cruce est, & ex ipsa nos consequens est rerum natura comprobare. Dicimus autem quod Iudaicæ obstinationis actus fuerat, ut Christus per omnia crucifigeretur: & hoc sine intermissione futurum erat ab eis, ut non immediatam habentibus super his audaciam ex iis, quæ jam fuerant operati tam in sanctos prophetas, quamque in hos qui illo tempore fuerant sancti. Quoniam igitur non erat aliter, quod in mortem deciderat, denuo ad vitam resuscitare, nisi factus fuisset homo unigenitus Dei verbum, & oportebat per omnia factum pati, involuntarium effecit voluntarium. Quæ duo testimonia similiter collata sunt cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerabilis patriarchii, & constiterunt.

Joan. 6.

Item relectum est ex eodem codice testimonium ejusdem sancti Cyrilli, & ex eadem interpretatione lib. 8. cujus initium: *Maria autem accipiens libram unguenti*, continens ita: Aspice iterum in his, quod natura quidem humana in perturbationibus facilis & transmigrabilis est ad formidinem: divina autem & ineffabilis potentia, in omnibus infracta atque indirupta, & ad solam sibique decentem fortitudinem respicit. Mortis namque subingressa memoria, turbare pertentat Iesum: divinitatis autem potentia commotam statim subjicit ægrimoniam, & continuo ad incomparabilem

Joan. 12.

γὰρ οὐκ ἀπολύτως, οὐδὲ εἰς πᾶσαν ἁπλῶς ὑπόθεσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ παντὸς πράγματος μὴ πάντῃ τε καὶ πάντως τῶν οἰκείων ἔχεσθαι θελημάτων ὁ υἱὸς διϊσχυρίσατο. φυλάξαι γε μὴν τὸ τοῦ πατρὸς λέγει κατὰ πράγματος ὡρισμένου διὰ τὰς σὰς, ὥς γέ μοι πρέπει νοεῖν, εὑρεσιλογίας, προνοήσας τῆς ἡμετέρας ἀσφαλείας ὡς Θεός. ὑπομένει δὲ τὸ ἀβούλητον, καὶ ποιεῖται θελητὸν δι' ἡμᾶς· πάθος δέ φημι τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ δηλονότι συναρέσαν καὶ τῷ γεννήσαντι, καθάπερ ἡμῖν ἤδη προείρηται· καὶ γοῦν ἔξεστιν ὁρᾷν παρατεθεῖσαν εὐθὺς τὴν ἀπόδειξιν, καὶ παρακειμένην ἐναργῶς τὴν ὑπόθεσιν, ἐφ' ἣν καθάπερ αὐτός φησι, τῶν μὲν οἰκείων ἀπέστη θελημάτων, ἀποπληροῖ δὲ τὸ τοῦ πατρός. τοῦτο γάρ ἐστι, φησὶ, τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ· ἀλλ' ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ὅτι μὲν ὄντως ἀνεθέλητόν τε ὁμοῦ καὶ θελητὸν τῷ μονογενεῖ τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος ὁρᾶται, προείρηται μὲν ἤδη σαφῶς· διαληψόμεθα δὲ καὶ εἰσαῦθις ἀκριβεστέραις ἐρεύναις τοῖς ἐντευξομένοις ἁπλοῦντες τὴν ἀλήθειαν.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου· σκανδαλίζου τοιγαροῦν ἄνθρωπε μηδαμῶς, ὅταν ἀκούσῃς λέγοντος· καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. ὃ γὰρ ἐλέγομεν ἐξ ἀρχῆς, τοῦτο πάλιν ἐροῦμεν, κατὰ πράγματος ὡρισμένου καὶ ἐναργοῦς, τὸν ἐπὶ τούτῳ λόγον ἐποιήσατο ὁ Χριστός. διδάσκων γὰρ, ὅτι τὸ ὑπὲρ πάντων τεθνάναι θελητὸν μὲν ἔχει διὰ τὸ οὕτω βεβουλῆσθαι τὴν θείαν φύσιν, ἀνεθέλητον δὲ διὰ τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθη, καὶ τὸ ὅσον ἧκεν εἰς τὴν σάρκα παραιτουμένην τὸν θάνατον, τὰ τοιαῦτά φησι. καὶ μακρὸς μὲν ἤδη προανήλωται λόγος· ὅτι δὲ καὶ ἀνεθέλητόν πως ὁρᾶται τῷ σωτῆρι Χριστῷ, καθάπερ ἦν ἄνθρωπος, τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀκόλουθον ἡμᾶς τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως κατιδεῖν. φαμὲν οὖν ὅτι τῆς Ἰουδαϊκῆς ἔργον ἦν ἀπονοίας τὸ πάντῃ τε καὶ πάντως σταυρωθήσεσθαι τὸν Χριστὸν, καὶ τοῦτο ἀνυπερθέτως ἔμελλεν ἔσεσθαι παρ' αὐτῶν οὐκ ἀμελέτητον ἐχόντων τὴν τόλμαν τὴν ἐπὶ τούτοις, ἀφ' ὧν ἤδη πεπράχεσαν εἴς τε τοὺς ἁγίους προφήτας, καὶ τοὺς οἵπερ ἂν ἦσαν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γεγονότες ἅγιοι. ἐπεὶ δὲ οὐχ ἑτέρως ἦν τὸ πεπτωκὸς εἰς θάνατον ἐξαναστῆσαι πάλιν εἰς ζωὴν, εἰ μὴ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ἔδει δὲ πάντως γεγονότα παθεῖν, τὸ ἀνεθέλητον ἐποιήσατο θελητόν. αἵ τινες δύο χρήσεις ὁμοίως ἀντεβλήθησαν πρὸς βιβλίον χαρτῷον τῆς βιβλιοθήκης ὑπάρχον τοῦ ἐνταῦθα εὐαγοῦς πατριαρχείου, καὶ ἐστοίχησαν.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας βιβλίου ὀγδόου· οὗ ἡ ἀρχή· ἡ οὖν Μαρία λαβοῦσα λίτραν μύρου· ἔχουσα οὕτως· ὅρα δὴ πάλιν ἐν τούτοις τῆς μὲν ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ εἰς θορύβους εὔκολον, καὶ εὐπαράκομιστον εἰς δειλίαν, τῆς δὲ θείας αὐτῆς καὶ ἀῤῥήτου δυνάμεως τὸ ἐφ' ἅπασιν ἀῤῥαγές τε καὶ ἄθραυστον, καὶ εἰς μόνην βλέπον τὴν αὐτῇ πρέπουσαν ἀνδρείαν. ἡ μὲν γὰρ τοῦ θανάτου παρεισδῦσα μνήμη ταράττειν πειρᾶται τὸν Ἰησοῦν· ἡ δὲ τῆς θεότητος δύναμις κεκινημένον εὐθὺς χειροῦται τὸ πάθος, καὶ μεταμορφοῖ παραχρῆμα πρὸς ἀσύγκριτον εὐτολ-

ACTIO X.

εὐτολμίαν τὸ δειλίᾳ νενικημένον. οἰησόμεθα γὰρ καὶ ἐν τῷ σωτῆρι Χριστῷ κεκινῆσθαι τὰ ἀνθρώπινα διὰ δύο καὶ ἀναγκαίους τρόπους. ἔδει γάρ, ἔδει καὶ διὰ τούτων αὐτὸν οὐ δοκήσει καὶ ὑπονοίᾳ, φυσικῶς δὲ μᾶλλον καὶ ἀληθῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικὸς γεγονότα φαίνεσθαι πάντα φέροντα τὰ ἀνθρώπινα, δίχα μόνης ἁμαρτίας. φόβος δὲ καὶ δειλία πάθη μὲν ἐν ἡμῖν φυσικά, τό γε μὴν ἐν ἁμαρτίαις τετάχθαι διαπεφευγότα. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι χρησίμως ὑπεκινεῖτο ἐν Χριστῷ τὰ ἀνθρώπινα, οὐχ ἵνα κινηθέντα κρατιῶνται, καὶ εἰς τὰ πρόσω χωρῇ, καθάπερ καὶ ἐφ' ἡμῶν· ἀλλ' ἵνα κεκινημένα τῇ δυνάμει τοῦ λόγου διακόπτηται, πρὸς ἀμείνω τινὰ καὶ θειοτέραν κατάστασιν μεταστοιχειουμένης τῆς φύσεως ἐν πρώτῳ Χριστῷ. ἦν γὰρ οὕτω καὶ οὐχ ἑτέρως καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς τὸν τῆς ἰάσεως διαβῆναι τρόπον. τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας βιβλίου δεκάτου, οὗ ἡ ἀρχή· ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου καὶ τηρῶν αὐτάς. ὥσπερ ἐστὶν ὁμοούσιος, οὕτω καὶ συνθελητὴς τῷ ἰδίῳ γεννήτορι. μιᾶς γὰρ οὐσίας ἓν δήπου τὸ θέλημα, καὶ σκοπὸς ἐφ' ἅπασιν εἷς, καὶ τὸ διαφωνοῦν οὐδέν. τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας βιβλίου δωδεκάτου, οὗ ἡ ἀρχή. ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ὁ υἱός· πεπληρωμένης πάσης ἀσεβείας ἐπὶ Χριστῷ παρὰ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀνοσιότητος, καὶ λοιπὸν ἐλλελοιπότος οὐδενὸς, εἰς τὸ φαίνεσθαι τελείως ἔχουσαν τὴν ὑπὲρ λόγον ὠμότητα, πάσχει τι πάλιν ἐν τελευταίοις ἡ σὰρξ ἰδιόν τε καὶ φυσικόν. εἰσδέχεται γὰρ τὸ δίψην ταῖς πολυτρόποις αἰκίαις ξηραινομένη. δεινοὶ γὰρ οἱ πόνοι πρὸς τὸ ἀναγκάσαι δίψην, ἐμφύτῳ τινὶ καὶ ἀφράστῳ θερμότητι τὴν ἐν τῷ βάθει δαπανῶντες ἰκμάδα, καὶ διαπύροις τισὶ προσβολαῖς τὸ τοῦ πάσχοντος διακαίοντες σπλάγχνον· ἦν μὲν γὰρ οὐ χαλεπὸν τῷ πάντα ἰσχύοντι Θεῷ λόγῳ ἀποστῆσαι καὶ τοῦτο τῆς ἰδίας σαρκός· ἀλλ' ὥσπερ ἑκὼν ἐφῆκε παθεῖν τὰ ἕτερα, πάσχει καὶ τοῦτο καθ' ἑκούσιον βούλησιν. οὐκοῦν ἐζήτει πιεῖν. αἵτινες τρεῖς χρήσεις ὡσαύτως ἀντεβλήθησαν πρὸς βιβλία χαρτῷα τῆς βιβλιοθήκης τυγχάνοντα τοῦ εὐαγοῦς τοῦ ἐνταῦθα πατριαρχείου, καὶ ἐστοίχησαν.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου ἀρχιεπισκόπου Κύπρου ἐκ τῶν Παναρίων, ἀπὸ λόγου ξθ΄. κατὰ Ἀρειομανιτῶν, οὗ ἡ ἀρχή. τούτους περὶ Μελέτιον· ἔχουσα οὕτως· προπηδήσαντες τοίνυν οἱ λεξίθηρες εὐθέως ὡς πρόφασιν κατ' ἐχθροῦ εὑράμενοι ἐπιφέρουσι λέγοντες· ὁρᾷς, ὅτι ἐπεδέετο ἰσχύος ἀγγέλων; ἐνίσχυσε γὰρ αὐτὸν ἄγγελος· ἐν ἀγωνίᾳ γὰρ αὐτὸς ἐγένετο. καὶ οὐκ ἴσασιν ὅτι ἐὰν μὴ ἔχῃ ταῦτα πάντα, καὶ τό· μὴ τὸ ἐμὸν βούλημα, ἀλλὰ τὸ σόν· καὶ ἐὰν μὴ ἀγωνιάσῃ, καὶ ἐὰν μὴ ἱδρὼς αὐτῷ γένηται ἐκ σώματος προχεόμενος, ἄρα δόκησις ἦν ἡ ἔνσαρκος τοῦ Χριστοῦ παρουσία. καὶ εὐλόγως παρὰ Μανιχαίων καὶ Μαρκιωνιστῶν ἡ περὶ φαντασίας δόκησις τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ὑπόθεσις ᾄδεται, καὶ οὐκ ἀληθεστάτη. ταῦτα δὲ πάντα ἐπασφαλιζόμενος ἡμῶν τὴν ζωὴν τὰ ὅλα ἀνεδέξατο οἰκονομικῶς ἀνθρωποπαθῆ τινα διηγήματα ἔχων, καὶ οὐχ εἰρωνείᾳ, ἀλλ' ἀληθείᾳ τό· μὴ τὸ ἐμὸν βούλημα, ἵνα δείξῃ σαρκὸς ὑπόστασιν ἀληθινήν· καὶ ἵνα

A transformat audaciam, quod formidine fuerat superatum. Arbitremur enim & in ipso salvatore Christo commoveri quæ humana sunt, propter duos ac necessarios modos. Oportebat enim, oportebat, & per hæc ipsa non putative, & excogitative, magis autem naturaliter, & veraciter, hominem ex muliere factum, videri omnia gestantem humana absque solo peccato. Ceterum timor atque formido, ægrimoniæ quidem sunt in nobis naturales, inter peccata autem refugiunt deputari, & super hæc rursus utiliter commovebantur etiam in Christo quæ humana sunt, non ut mota prævalerent atque accrescerent, quemadmodum & apud nos: sed ut mota per virtutem verbi abscinderentur, ad meliorem quemdam & diviniorem statum * transmutanda natura in primo Christo. Ita nempe erat, & non aliter, ut B etiam ad nos ipsos sanationis modus transiret. Ejusdem ex eadem interpretatione libro decimo, cujus initium: Qui habet mandata mea, & custodit ea; Sicut consubstantialis est, ita & convoluntarius proprio Genitori. Vnius enim essentiæ una profecto voluntas est, intentio in omnibus una, & nihil est quod dissonet. Ejusdem ex eadem interpretatione libro duodecimo; cujus initium: Quia Deus secundũ naturam est Filius: Completa omni impietate adversus Christum ab C iniquitate Iudæorum, & nullo de cetero relicto, ut appareret eorum super modum crudelitatem fuisse perfectam, patitur iterum aliquid in novissimis eadem caro proprium atque naturale. * Suscepit enim sitim flagris multimodis arefacta. Dolores enim acres sunt ad extorquendam sitim, quodam insito inenarrabili calore internum exhaurientes humorem, & ignis quibusdam accessibus patientis viscera concremantes; indifficile quippe fuerat cuncta valenti Deo verbo etiam hoc a propria carne removere: sed quemadmodum D sponte permisit cetera pati, patitur & hoc per spontaneam voluntatem. quærebat igitur bibere. Quæ tria testimonia pari modo collata sunt cum libro chartaceo bibliothecæ venerabilis hujus patriarchii, & constiterunt.

* transmutando naturam.

* G. Suscipit, Admittit.

Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Epiphanii archiepiscopi Cypri ex Panariis, sermone sexagesimonono contra Ariomanitas, cujus est initium: Istos qui sunt circa Meletium, continens ita: Insilientes igitur verbi captatores, statim tamquam occasionem contra inimicum adepti, addentes aiunt: Cernis quia egebat auxilio angelorum? confortabat enim eum ange- E lus, (in agonia namque ipse factus est) & nesciunt quia nisi habeat hæc omnia, & illud: *Non mea voluntas, sed tua*: & nisi sudor ei factus fuerit ex corpore profluens, utique putatio fuerat Christi carnalis adventus, & rationabiliter a Manichæis & Marcionistis, quæ secundum phantasiam est æstimatio, causa cantatur, & non verissima. Hæc autem omnia, præmuniens vitam nostram, dispensative suscepit, quasi humanæ ægrimoniæ narrationes habens, & non simulatione, sed veritate (dixit:) *Non mea voluntas*: ut ostendat carnis substantiam veram, & redarguat

Matth. 26.

ACTIO X.

guat eos qui dicunt, mentem humanam eum non habere, itemque redarguat eos, qui non dicunt carnem eum habuisse. Omnis enim divinus sermo stans inter filios tenebrarum, redarguit tenebras, illuminat autem filios veritatis. Cerne vero quanta utilia sunt in isto sermone. De incorporalibus non procedit sudor: dum vero hoc fieret, ostendit veracem carnem, & non æstimationem. Ex carne in deitate coadunata citra animam & mentem non fit agonia: fluctuante autem eo, ostendit animam & corpus & mentem in unum gerere, unde agonia fiat. Itemque cum dicit: *Non mea voluntas, sed tua*, ostendit vere mentem humanam, sed sine peccato. Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, qui est ex bibliotheca hujus venerabilis patriarchii, & constitit.

Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Gregorii episcopi Nazianzeni ex secundo sermone de Filio, cujus initium: Quoniam tibi quæ ex cogitationibus, continens ita: Septimum dicatur descendisse de cælo Filius, non ut faciat voluntatem suam, sed ejus, qui misit eum. Si enim non ab eo qui descendit hæc dicerentur, diceremus utique tamquam ab homine formari hunc sermonem, non ab eo qui in salvatore intelligitur. (Illius enim velle nec contrarium est Deo, deificatum totum) sed ejus qui secundum nos est, ut pote quod humana voluntas non per omnia sequatur divinam, sed resistat plerumque, atque reluctetur. Etenim illud ita intelligimus: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: Verumtamen non sicut ego volo, sed tua prævaleat voluntas.* Neque enim, si possibile erat aut non hoc, eum ignorare oportebat, neque voluntati obicem mittere voluntatem. Quia ergo tamquam ab eo, qui assumpsit, sermo est, (id quippe est quod descendit) non rei susceptæ: sic occurremus, non tamquam existente propria Filii voluntate præter illam quæ Patris, sed tamquã non existente, is sermo est, ut tale sit quod colligitur; Non ut faciam voluntatem meam, (neque enim mea a tua separata est, sed communem meam atque tuam: quorum sicut una deitas, ita & una voluntas. Quod testimonium similiter collatum est cum libro de mẽbranis croceis, qui est de bibliotheca venerabilis hujus patriarchii, & constitit.

Matth. 26.

Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Cyrilli archiepiscopi Alexandriæ de Thesauris libro vigesimoquarto, cujus initium: Si a quodam de accidentibus, continens ita: Quando igitur apparet formidare mortem, & dicere: *Si fieri potest, transeat a me calix iste*: intellige quoniam formidans mortem docebatur caro qua indutus erat Deus verbum, ultra id non perpeti. Dicebat enim ad patrem: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Non enim timebat secundũ quod verbum est & Deus, mortem ipse, sed ad finem perducere dispensationem properabat. hæc enim erat voluntas patris. Habet enim & nolle mori idcirco, quod caro mortem naturaliter evitet. Docens profecto

Matth. 26.

A ἐλέγξῃ τοὺς λέγοντας, νοῦν μὴ ἐσχηκέναι αὐτὸν ἀνθρώπινον· καὶ ἐλέγξῃ τοὺς μὴ λέγοντας αὐτὸν σάρκα ἐσχηκέναι. πᾶς γὰρ θεῖος λόγος ἀνὰ μέσον τῶν υἱῶν τοῦ σκότους ἑστὼς ἐλέγχει μὲν τὸ σκότος, φωτίζει δὲ τοὺς υἱοὺς ἀληθείας. ὅρα γὰρ πόσα χρήσιμα ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. ἀπὸ ἀσωμάτων οὐ προέρχεται ἱδρώς· ἐν δὲ τῷ τοῦτο γίνεσθαι ἔδειξεν ἀληθινὴν σάρκα, καὶ οὐ δόκησιν. ἀπὸ σαρκὸς ἐν θεότητι συνηνωμένης χωρὶς ψυχῆς τε καὶ νοὸς οὐ γίνεται ἀγωνία· ἀγωνιάσαντος δὲ αὐτοῦ ἔδειξε ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ νοῦν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πεφορηκέναι, ὅθεν ἡ ἀγωνία γίνεται. καὶ πάλιν ἐν τῷ εἰπεῖν· μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν, ἔδειξεν ἀληθῶς νοῦν ἀνθρώπινον, ἀλλ' ἀναμάρτητον. ἥτις χρῆσις ὁμοίως ἀντεβλήθη πρὸς βιβλίον χαρτῷον τῆς βιβλιοθήκης ὑπάρχον τοῦ ἐνταῦθα εὐαγοῦς πατριαρχείου, καὶ ἐστοίχησεν.

B

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Ναζιανζοῦ ἐκ τοῦ περὶ υἱοῦ δευτέρου λόγου, οὗ ἡ ἀρχή· ἐπειδή σοι τὰς μὲν ἐκ τῶν λογισμῶν, ἔχουσα οὕτως· ἕβδομον λεγέσθω τὸ καταβεβηκέναι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν υἱὸν, οὐχ ἵνα ποιῇ τὸ θέλημα τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὸ τοῦ πέμψαντος. εἰ μὲν οὖν μὴ παρὰ τοῦ καταληλυθότος αὐτοῦ ταῦτα ἐλέγετο, εἴποιμεν ἂν ὡς παρὰ τοῦ ἀνθρώπου τυποῦσθαι τὸν λόγον, οὐ τοῦ κατὰ τὸν σωτῆρα νοουμένου. τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν οὐδὲ ὑπεναντίον Θεῷ θεωθὲν ὅλον· ἀλλὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς, ὡς τοῦ ἀνθρωπικοῦ θελήματος οὐ πάντως ἑπομένου τῷ θείῳ, ἀλλ' ἀντιπίπτοντος ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἀντιπαλαίοντος. καὶ γὰρ ἐκεῖνο οὕτως ἐνοήσαμεν τό· πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, τὸ δὲ σὸν ἰσχυέτω θέλημα. οὔτε γὰρ εἰ δυνατὸν ἢ μὴ τοῦτο, ἀγνοεῖν ἐκεῖνον εἰκός· οὔτε τῷ θελήματι ἀντεισφέρειν τὸ θέλημα * ἐπειδὴ ὡς παρὰ τοῦ προσλαβόντος ὁ λόγος, τοῦτο γὰρ τὸ καταληλυθὸς, οὐ τοῦ προσλήμματος, οὕτως ἀπαντησόμεθα, οὐχ ὡς ὄντος ἰδίου * τοῦ υἱοῦ θελήματος παρὰ τὸ τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ὡς οὐκ ὄντος ὁ λόγος· ἵνα ᾖ τοιοῦτον τὸ συναγόμενον· οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν· οὐδὲ γάρ ἐστι τὸ ἐμὸν τοῦ σοῦ κεχωρισμένον, ἀλλὰ τὸ κοινὸν ἐμοῦ τε καὶ σοῦ· ὧν ὡς μία θεότης, οὕτω καὶ βούλησις. ἥτις χρῆσις ὁμοίως ἀντεβλήθη πρὸς βιβλίον ἐν σώμασι κροκωτοῖς τῆς βιβλιοθήκης ὑπάρχον τοῦ εὐαγοῦς τοῦ ἐνταῦθα πατριαρχείου, καὶ ἐστοίχησεν.

C

*L... &...

D

*f. utru... rect...

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῶν θησαυρῶν λόγου κδ'. οὗ ἡ ἀρχή. εἰ παρά τινος τῶν τυχόντων, ἔχουσα οὕτως· ὅταν οὖν φαίνηται δειλιῶν τὸν θάνατον, καὶ λέγων· εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, ἐννόει πάλιν, ὅτι δειλιῶσα τὸν θάνατον ἡ σὰρξ ἐδιδάσκετο φορουμένη παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγου μηκέτι τοῦτο πάσχειν. ἔλεγε γὰρ πρὸς τὸν πατέρα· οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ· οὐκ ἐφοβεῖτο μὲν γὰρ, καθὸ λόγος ἐστὶ καὶ Θεὸς, τὸν θάνατον αὐτὸς, ἀλλ' εἰς τέλος διεξάγειν τὴν οἰκονομίαν ἠπείγετο. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ θέλημα τοῦ πατρός. ἔχει δὲ καὶ τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν, διὰ τὸ παραιτεῖσθαι τὴν σάρκα τὸν θάνατον

E

νατον φυσικῶς. διδάσκων τοίνυν τὴν ἀνθρωπότητα μηκέτι τὰ ἑαυτῇ προσόντα φρονεῖν, ἀλλὰ τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα ζητεῖν, ὡς ἄνθρωπος λέγει. οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. διὰ τοῦτο γὰρ φαίνεται καὶ προσθείς· τὸ πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· ἥτις χρῆσις ἀντεβλήθη ὁμοίως πρὸς βιβλίον χαρτῷον τῆς βιβλιοθήκης τυγχάνον τοῦ εὐαγοῦς τοῦ ἐνταῦθα πατριαρχείου, καὶ ἐστοίχησεν.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου βιβλίου τετάρτου, οὗ ἡ ἀρχή· ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχουσα οὕτως· ὅτι δὲ καὶ ἀεθέλητον μὲν πῶς ἐστι τῷ σωτῆρι Χριστῷ τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος, θελητὸν δὲ δι' ἡμᾶς, καὶ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, συνήσεις ἐντεῦθεν. μέλλων γὰρ ἀναβαίνειν ἐπ' αὐτὸν, τὰς πρὸς Θεὸν ἐποιεῖτο διαλέξεις, ὡς ἐν προσευχῆς δηλονότι σχήματι λέγων· πάτερ εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ· ὅτι μὲν γὰρ Θεὸς ὢν ὁ λόγος ἀθάνατός τε καὶ ἀδιάφθορος, καὶ αὐτὸ κατὰ φύσιν ζωὴ, καταπτήσσειν οὐκ ᾔδει τὸν θάνατον, πᾶσιν οἶμαι προδηλότατον· ἐπιτρέπει γε μὴν ὡς ἐν σαρκὶ γεγονὼς ὑπομένειν τὰ ἴδια τῇ σαρκὶ, καὶ γεγονότα λοιπὸν ἐπὶ θύραις ὑποπτήσσειν ἐᾷ τὸν θάνατον, ἵνα φαίνηται κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος. διὰ τοῦτο φησίν· εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. εἰ ἐνδέχεται, φησὶν, ὦ πάτερ, μὴ παθόντα τὸν θάνατον κατορθῶσαι τοῖς εἰς αὐτὸν πιστοῦσι τὴν ζωήν· εἰ ἀποθνήσκει θάνατος μὴ τεθνεῶτος ἐμοῦ, κατὰ τὴν σάρκα δηλονότι, παριχέσθω, φησὶ, τὸ ποτήριον· πλὴν ἐπειδήπερ οὐκ ἂν γένοιτο, φησὶν, ἑτέρως, οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. ὁρᾷς ὅπως ἀτονοῦσα μὲν ἡ ἀνθρώπου φύσις καὶ ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ, τὸ ὅσον εἰς αὐτὴν, εὑρίσκεται; ἀνακομίζεται δὲ διὰ τοῦ ἑνωθέντος αὐτῇ λόγου πρὸς εὐτολμίαν θεοπρεπῆ, καὶ εἰς φρόνημα νεανικὸν μεταπαιδεύεται, ὡς μὴ τοῖς ἰδίοις τὸ δοκοῦν ἐπιτρέψαι θελήμασιν, ἀλλὰ σκοπῷ μᾶλλον ἀκολουθεῖν τῷ θείῳ, καὶ πρὸς ἐκεῖνο τρέχειν ἐπείγεσθαι, πρὸς ὅπερ ἂν ἡμᾶς ὁ τοῦ πεποιηκότος ἀνακαλεῖται νόμος; ὅτι δὲ τὰ τοιαῦτά φαμεν ἀληθεύοντες, εἴσῃ αὐτοῦ μαθήσῃ τοῦ συνεζευγμένου. τὸ μὲν γὰρ πνεῦμα, φησὶ, πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· οὐ γὰρ ἠγνόησε Χριστὸς, ὅτι τῆς θεοπρεποῦς ἀξίας πολὺ δὴ λίαν ἀπελιμπάνετο τὸ δοκεῖν ἡττᾶσθαι θανάτῳ, καὶ τῆς ἀπ' αὐτοῦ δειλίας αἰσθάνεσθαι· διὰ τοῦτο θερμοτάτην τοῖς εἰρημένοις ἐπήνεγκε τὴν ἀπολογίαν. ἠσθενηκέναι μὲν γὰρ τὴν σάρκα διὰ τὸ αὐτῇ πρέπον καὶ φύσει προσὸν εἰπὼν, πρόθυμον δ' οὖν ὅμως ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα, τὸ παθεῖν οὐδὲν τῶν ἀδικούντων εἰδός. ὁρᾷς ὅπως ἀβούλητος τῷ Χριστῷ διά τε τὴν σάρκα καὶ τὴν ἐκ τοῦ πάθους ἀδοξίαν ὁ θάνατος, θελητὸς δ' οὖν ὅμως ἄχρις ἂν εἰς αἴσιον διεξάγηται πέρας τῷ κόσμῳ παντὶ τὸ ἐν εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς, τουτέστιν ἡ πάντων σωτηρία καὶ ζωή; ἥτις χρῆσις ὡσαύτως ἀντεβλήθη πρὸς βιβλίον χαρτῷον τῆς βιβλιοθήκης τυγχάνον τοῦ εὐαγοῦς τοῦ ἐνταῦθα πατριαρχείου, καὶ ἐστοίχησεν.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγου κατὰ Ἀπολιναριανῶν· οὗ ἡ ἀρχή· ὁ μὲν τρόπος τῆς εὐσεβείας· ἔχουσα οὕτως· ὅτε τὸν Ἀδὰμ ἀρχῆθεν ἔπλασεν ὁ Θεὸς, μή τί γε σύμφυτον αὐτῷ δέδωκε

humanitatem, ne ultra quæ sua sunt sapiat, sed Dei voluntatem inquirat, sicut homo dicit: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Ideo quippe & addidisse videtur: *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.* Quod testimonium similiter collatum est cum libro chartaceo, qui est de bibliotheca hujus venerabilis patriarchii, & constitit.

Item relectum est ex eodem codice testimonium ejusdem S. Cyrilli ex interpretatione euangelii secundum Ioannem libro quarto, cujus initium, *Quia descendi de cælo*, continens ita: Quoniam quidem etiam aliquatenus involuntaria extitit salvatoris Christi passio in cruce, voluntaria vero propter nos, & beneplacitum Dei & patris ex hoc intelliges. Ascensurus quippe ad ipsum, * easdem disputationes faciebat ad Deum, videlicet tamquam orationis habitu, dicens: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Quoniam ergo Deus erat verbum, immortalis, atq; incorruptibilis, & vita ipsa, secundum naturam pertimescere mortem nesciebat, omnibus existimo esse manifestissimũ: permittebat tamen, utpote qui in carne erat, sustinere carnem quæ sua sunt: unde cum jam in foribus esset, pertimescere mortem permittit, ut veraciter appareat homo, ideo ait: *Si possibile est, transeat a me calix iste. Si possibile est*, inquit, *o pater*, si possum, non sustinendo mortem, acquirere vitam * credentibus in eum, si moritura est mors, me non moriente, secundum carnem videlicet, transeat, inquit, calix, verumtamen eo quod aliter fieri non inest, non sicut ego volo, sed sicut tu. Cernis quomodo deficiens quidem hominis natura etiam in ipso Christo quantum ad ipsam pertinet invenitur, restauratur autem per unitum ei Verbum ad confidentiam Deo decibilem, & ad consilium * juvenile traducitur, quatenus non, quod ei videtur, propriis impleret voluntatibus, sed divinam magis intentionem sequeretur, & ad illud sedulo curreret, ad quod nos profecto lex revocat conditoris? Quod vero hæc asserentes vere agimus, ex eo quod sequitur addisces: *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.* Neque enim ignorabat Christus quod valde posterius * erat a Deo decibili dignitate, quod videbatur morte terreri, & ejus sentire formidinem, ideoque ferventissimam satisfactionem adjecit, infirmatam quidem fuisse carnem secundum quod eam decebat & ei naturaliter inerat dicens, promptum attamen esse spiritum, scientem nihil de iis quæ noceant pati. Cernis qualiter Christi mors involuntaria erat propter carnem & passionis ignominiam, voluntaria attamen donec ad prosperum finem universo mundo perduceretur, quod erat in beneplacito patris, id est, omnium salus & vita? Quod testimonium similiter collatum est ad librum chartaceum, qui est bibliothecæ venerabilis hujus patriarchii, & constitit.

Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Athanasii archiepiscopi Alexandriæ ex libro contra Apollinaristas de incarnatione, cujus initium: Modus quidem pietatis, continens ita: Quando Adam Deus ab origine formavit, numquid insitum ei dedit

ACTIO X.

Ioan. 6.

*G. easdem sermones faciebat.

Matth. 26.

*G. cadentibus, vel lapsis in eam.

* generosum

* inferius erat Deo

ACTIO X.

dedit peccatum? * Quæ ergo jam utilitas erat mandati? Quomodo autem illum condemnavit peccatum? aut quomodo etiam Adam ante prævaricationem nesciebat bonum aut malum, quem formavit Deus ad incorruptionem, & imaginem suæ æternitatis? Fecit eum naturam sine peccato, & voluntatem liberi arbitrii. Quod testimonium similiter collatum est ad librum ex membranis croceis, qui est bibliothecæ hujus venerabilis patriarchii, & constitit.

* al. Quid ergo opus fuit mandato?

Genes. 1. Gen. 2. Gen. 3. Gen. 1.

Item relectum est ex eodem codice testimonium sancti Augustini episcopi Hipponensis ex libro quinto contra Iulianum Pelagianistam, continens ita: Motus animi quid est, nisi motus naturæ? Anima enim sine dubitatione natura est, & ideo voluntas motus naturæ est quia motus est animæ. Quod testimonium similiter collatum est ad librum Latinis literis scriptum interpretante Constantino Deo amabili presbytero, & defensore sanctissimæ hujus magnæ ecclesiæ, & Latino grammatico, & constitit.

Item relectum est ex eodem codice testimonium de operationibus, sancti Leonis papæ Romanæ urbis ex epistola ad Flavianum archiepiscopum Constantinopoleos, cujus initium: Lectis dilectionis tuæ literis, continens ita: Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate. Agit enim utraque forma cum alterius communione quod proprium est, verbo scilicet operante quod verbi est, & carne exequente quod carnis est. Vnum horum coruscat miraculis, aliud succumbit injuriis. Et sicut verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, ita caro naturam nostri generis non reliquit, unus enim idemque vere Dei Filius, & vere hominis filius est. Quod testimonium similiter collatum est ad librum membranaceum argento tectum, qui est de sceuophylacio, id est, de repositione hujus magnæ ecclesiæ, & constitit.

Epist. 10.

Λόγος προσφωνηθεὶς τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ εἰρηνοποιῷ μεγάλῳ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ παρὰ Μακαρίου ἐπισκόπου Θεουπόλεως. καὶ τῆς ἀναγνώσεως ἐπ' ὀλίγον γενομένης, οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες καὶ ἡ ἁγία σύν- D οδος εἶπον· ὁ λεγόμενος προσφωνητικὸς ὡσανεὶ λόγος καὶ κατὰ τὴν προτεραίαν παρόντος τοῦ εὐλαβεστάτου καὶ θεοστηρίκτου μεγάλου ἡμῶν βασιλέως ἐν ἑτέρᾳ βίβλῳ ἀνεγνώσθη· καὶ περιττὸν ὑπάρχει καὶ αὖθις τοῦτον ἀναγνωσθῆναι. τὸ δὲ σὺν τῷ αὐτῷ κωδικίῳ εὑρεθὲν χαρτίον ἀναγινωσκέσθω.

Καὶ λαβὼν Ἀντίοχος ὁ εὐλαβέστατος ἀναγνώστης καὶ νοτάριος ἀνέγνω ἔχον οὕτως.

Παρασημείωσις μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κβ'. ἰνδικτιῶνος ἑβδόμης. Ζαχαρίας ἐπίσκοπος Κλαυδιουπόλεως, καὶ Γεώργιος ἐπίσκοπος Ἀδρασοῦ τῆς Ἰσαυρίας, καὶ Τιβέριος διάκονος καὶ νοτάριος εἶπον·

Ἀπέστειλεν ἡμᾶς ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἡμῶν E πρὸς τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως ἐπιφερομένους ὑπαναγνωστικὸν διὰ σημείων. καὶ ἐξέλαβεν ὁ εἷς ἡμῶν Τιβέριος διάκονος καὶ νοτάριος καὶ ἀνελθόντων ἡμῶν εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἐξῆλθεν ὁ χαρτοφύλαξ, καὶ εἴπομεν αὐτῷ· ὅτι μήνυσον ἡμᾶς. καὶ λέγει· τί ἐστι τὸ πρᾶγμα; καὶ εἴπομεν αὐτῷ· θέλομεν εἰσελθεῖν προσκυνῆσαι τὰ ἴχνη αὐτοῦ.

Καὶ τῆς ἀναγνώσεως γινομένης οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, καὶ ἁγία σύνοδος εἶπον. ἐπεὶ καὶ ἡ δύναμις ἡ ἐν τῷ ἐπιεχομένῳ χάρτῃ οὐδὲν πρὸς τὴν παροῦσαν συντείνει ὑπόθεσιν, συνορῶμεν μηδὲ τὴν τούτου γενέσθαι ἀνάγνωσιν. τὰ δὲ λοιπὰ ἀναγινωσκέσθωσαν.

ACTIO XII.

Ἐπιλαβὼν ὁ αὐτὸς εὐλαβέστατος Ἀντίοχος ἕτερον κωδίκιον ἀνέγνω, ἔχον ἴσον ἐπιστολῆς Σεργίου τοῦ γενομένου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, πρὸς Κῦρον ἐπίσκοπον τοῦ Φάσιδος, ἔχον ἐπὶ λέξεως οὕτως.

Ἐφάνη μὲν ἡμῖν καὶ ἀπὸ πρώτης εὐθέως πείρας τὸ πυκνὸν καὶ ἐπιμελὲς τοῦ τρόπου τῆς θεοφιλίας ὑμῶν, πλέον δὲ νῦν διὰ τῶν παρ' αὐτῆς γραφέντων τὸ φιλόπονον αὐτῆς καὶ φιλομαθὲς καταμεμαθήκαμεν. ἐντυχεῖν γὰρ σημάνασα τῇ πρὸς Ἀρκάδιον τὸν τῆς Κυπρίων νήσου θεοφιλῆ πρόεδρον γενομένῃ πανευσεβεῖ κελεύσει παρὰ τοῦ κρατίστου καὶ θεοστεφοῦς ἡμῶν βασιλέως κατὰ Παύλου τοῦ κεφαλαιωτοῦ τῆς τῶν Ἀκεφάλων πονηρᾶς συμμορίας, καὶ τὴν εἰρημένην εὐσεβῆ κέλευσιν εὑρεῖν δύο κωλύουσαν ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν λέγειν ἐνεργείας, ἠρώτησεν ἡμᾶς διὰ τῆς οἰκείας μηνύσεως, πότερον χρὴ δύο πρεσβεύειν ἐνεργείας, ἢ μίαν τοῦ κυρίου λέγειν ἐνέργειαν. ὅθεν ἡμεῖς ἁπλῷ καὶ συντόμῳ λόγῳ κεχρήμεθα, καὶ τὰ τῆς ἡμετέρας ἐροῦμεν εἰδήσεως. ἐροῦμεν τοίνυν, ὡς ἐν μὲν ταῖς ἁγίαις μεγάλαις καὶ οἰκουμενικαῖς συνόδοις οὐδεμία περὶ τούτου κίνησις γέγονεν, οὐδ' ἐστὶ περὶ τῆς τοιαύτης ζητήσεως ὅρον ἐξενεχθέντα· τὸν οἱονοῦν παρά τινος τῶν ὀρθοδόξων συνόδων εὑρεῖν. τῶν δέ γε ἐκκρίτων πατέρων ἐνίους ἐπιστάμεθα, καὶ κατ' ἐξαίρετον τὸν ἁγιώτατον Κύριλλον τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων ἀρχιεπίσκοπον ἔν τισι τῶν ἰδίων συγγραμμάτων μίαν ζωοποιὸν ἐνέργειαν Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν εἰρηκότα. ἀλλὰ μὴν καὶ Μηνᾶς ὁ ἐν ἁγίοις ἀρχιεπίσκοπος τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως λόγον συνέταξε προσφωνηθέντα πρὸς Βιγίλιον τὸν ἁγιώτατον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης γενόμενον πάπαν, ἐν ᾧ τὸν ὅμοιον καὶ αὐτὸς τρόπον ἓν τὸ τοῦ Χριστοῦ θέλημα, καὶ μίαν ζωοποιὸν ἐνέργειαν ἐδογμάτισε. καὶ ὥστε τὴν συντονωτάτην ὑμῶν φιλοπονίαν ἐντυγχάνουσαν τὴν ἐμπεριεχομένην αὐτῷ δύναμιν γνῶναι, ἀναγκαίως τὸν εἰρημένον λόγον μεταγραφῆναι παρεσκευάσαμεν, ὑποκειμένων αὐτῷ καὶ χρήσεων διαφόρων πρὸς σύστασιν τοῦ προκειμένου σκοποῦ, καὶ τοῦτον σὺν τοῖς ἡμετέροις αὐτῇ σταλῆναι γράμμασιν ἐπετρέψαμεν. ἐπειδὴ δέ φησιν ἡ θεοφιλία ὑμῶν τὸν ἁγιώτατον πάπαν τῆς Ῥωμαίων Λέοντα διὰ τοῦ λέγειν· ἐνεργεῖ ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, δύο ἐνεργείας ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν παραδιδόναι τε καὶ κηρύττειν, χρεὼν αὐτὴν εἰδέναι, ὡς πολλάκις τοῖς δυσσεβοῦς κατὰ Σεβῆρον τὸν κατάρατον τμήματος, τῶν ἀεὶ πρὸς τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα διαμαχομένων, καὶ τῆς τοῦ εἰρημένου πανευφήμου πατρὸς καθυλακτησάντων ἐπιστολῆς, ἥτις κοινὴ τῷ ὄντι τῆς ὀρθοδοξίας στήλη καθέστηκε, διάφοροι τῶν ἐκκρίτων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας διδασκάλων πρὸς δικαίαν καὶ ἀληθῆ συνηγορίαν τῆς λελεγμένης διανέστησαν ἐπιστολῆς· καὶ οὐδένα ἴσμεν ἐκείνων εἰπόντα, ἐπὶ τοῦ προκειμένου ῥητοῦ δύο ἐνεργείας τὸν ἐν ἁγίοις εἰρηκέναι Λέοντα. ἀλλ' ἵνα μὴ πάντας αὐτοὺς εἰς μέσον ἄγοντες τὸ γράμμα μηκύνωμεν, ἑνὸς τούτων πολὺν ἐπὶ τῇ τῶν ἀληθῶν δογμάτων διδασκαλίᾳ παρὰ πάντων ἀπενεγκαμένου τὸν ἔπαινον· φημὶ δὴ οὖν Εὐλογίου τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης τῶν Ἀλεξανδρέων γενομένου ποιμένος λόγον ὁλόκληρον ὑπὲρ τῆς εἰρημένης γεγραφότος ἐπιστολῆς, χρῆσιν εἰς τὸ προκεί-

Et accipiens religiosus Antiochus alterum codicem, relegit habentem exemplar epistolæ Sergii quondam patriarchæ Constantinopoleos ad Cyrum episcopum Phasidis, habens in verbis ita:

Apparuit quidem nobis statim, & a primo experimento vehementia, & sedulitas sensus Deo amabilitatis vestræ, nunc autem multo amplius per hæc, quæ scripsit, solertiam ejus, atque diligentiam addidicimus. Insinuans quippe relegisse divinam jussionem fortissimi, & a Deo conservandi nostri imperatoris ad Arcadium reverendum præsulem insulæ Cypri contra Paulum priorem maligni cœtus Acephalorum, & invenisse prædictam piam jussionem, prohibentem duas in Christo Deo nostro dicere operationes: interrogavit nos per notionem suam, utrum oporteat duas prædicare operationes, an unam dicere in domino operationem. Vnde nos simplici, & compendioso sermone utimur, & quæ nostræ sunt scientiæ, perhibemus. Asserimus igitur, quod in sanctis quidem magnis, & universalibus conciliis nulla de hoc motio facta est, nec invenire est de hujusmodi quæstione diffinitionem quamlibet esse prolatam a quodam orthodoxorum conciliorum. Nonnullos vero probabilium patrum scimus, & præcipue sanctissimum Cyrillum Alexandriæ archiepiscopum, in quibusdam scriptis suis unam vivificam operationem Christi veri Dei nostri dicentem. sed & Mennas sanctæ memoriæ quondam archiepiscopus a Deo conservandæ hujus regiæ urbis, sermonem composuit acclamatum ad Vigilium quondam sanctissimum papam antiquæ Romæ, in quo & ipse simili modo unam voluntatem & unam magni Dei, & salvatoris nostri Iesu Christi operationem adstruxit. Et ut prudentissima vestra diligentia relegens vigorem, qui in eo continetur, agnoscat, necessario præfatum sermonem transcribi fecimus, subnectentes testimonia diversa ad stabiliendam propositam intentionem, & hunc una cum nostris literis ad eam destinare præcepimus. Quoniam igitur asseruit vestra reverentia, Leonem sanctissimum papam Romanum in eo, quod dicit: Operatur enim utraque forma cum alterius communione, duas operationes in Christo vero Deo nostro tradere, atque prædicare, oportet scire, quod multis ex impio schismate maledicti Severi adversum pietatis dogmata decertantibus, & adversum prædicti egregii patris epistolam latrantibus, quæ commune revera rectæ fidei fundamentum existit, diversi probabilium catholicæ ecclesiæ doctorum ad justam, & veram advocationem prædictæ epistolæ assurrexerunt, & nullum horum scimus dixisse, quod in præsenti * libro duas operationes Leo sanctissimus asseruisset: sed ut non omnes hos ad medium deducentes, literas extendamus, unius eorum, qui plurimam ob doctrinam veracium dogmatum ab omnibus laudem adeptus est, Eulogii dico venerabilis memoriæ quondam Alexandrinorum pastoris, librum qui integrum pro præfata scripsit epistola, testimonium ad præ-

ACTIO XII.

sentem pertinens textum, superius memorato sermoni subnecti post paterna testimonia fecimus. Neque ergo eos, quos scimus pie pro superius dicta epistola propugnasse, neque alium quemquam a Deo inspirabilium ecclesiæ institutorum usque hodie duas operationes in Christo Deo nostro reperimus adstruxisse. Si quis vero de solertioribus ostendere valuerit, quemquam probabilium, & a Deo inspirabilium patrum nostrorum, quorum dogmata catholicæ adstruunt ecclesiæ, duas operationes in Christo dicere tradidisse, opportunum est per omnia sequi. Omnino enim necesse est, non solum secundum sensum sequi sanctorum patrum dogmata, & eisdem vocibus uti cum illis, nihilque penitus innovare. Quæ igitur novimus propositi capituli gratia, hæc sunt. Suscipiens autem Deo amabilitas vestra, & sequenter ea, quæ a nobis missa sunt, relegens quæ sunt ædificationis quidem in hujusmodi sermonibus, atque opusculis ipsis, scientiarum Deo, & patribus adscribat, gratis autem pro nostra exoret humilitate, & horum rescripta velociter ad nos dirigat.

Et post finem lectionis hujus epistolæ, idem religiosus Antiochus relegit ex eodem codice sermonem quasi Mennę quondam patriarchæ Constantinopoleos ad Vigilium papam Romanum.

Et dũ hic relegeretur, gloriosissimi judices, & sanctum conciliũ dixerunt: Superflua etiã præsens lectio sermonis existit, quia penitus fictus, & falsus est, eo quod, neque in repositis gestis hic siti venerabilis patriarchii epistolarũ, Mennæ sanctæ memoriæ hujus regiæ urbis antistitis, sermo qui dicitur Mennæ ad Vigilium, invenitur. Sed & in superius posita tertia actione, dum relegeretur primus liber gestorum sancti quinti concilii, inventi sunt additi tres falsi quaterniones, hunc sermonem adstruentes, reliqua vero ejusdem codicis relegantur.

Item relegit idem religiosissimus Antiochus exemplaria septimæ, & octavæ actionis sancti, & universalis quinti concilii transcripta ex actibus principalibus rejacentibus in venerabili patriarchio.

Dum hæc igitur relegerentur, gloriosissimi judices, & sanctum concilium dixerunt: Iamdudum, & præsentes septima & octava actiones, dum relegerentur sancti quinti concilii, declaratæ sunt nobis: sed & in memoria habemus, quod tunc prosecuti sunt, qui ex parte apostolicæ sedis antiquæ Romæ, falsatam fuisse prædictam septimam actionem, eo quod * sint fallaces duo libelli, qui in ea continentur, quasi porrecti a Vigilio Iustiniano, & Theodoræ piæ memoriæ: & ergo superflua existit etiam præfatarum duarum actionum lectio.

* non sunt veraces

Item quoque porrectus est superscripto religiosissimo Antiocho alter codex, quem & relegit continentem ita:

Exemplar epistolæ Sergii Constantinopolitani ad Honorium papam Romanum:

Intantum vobis sanctissimis consonanter in omnibus unanimitate spiritus constringimur, ut studeamus omnium consiliorum nostrorum, & actionũ vos sacratissimos habere

A μένον προειρημένην ῥητὸν τῷ ἀνωτέρω μνημονευθέντι λόγῳ μετὰ τὰς πατρικὰς χρήσεις καθυποτάξαι παρεσκευάσαμεν. οὔτε οὖν οὕσπερ ἐπιστάμεθα τῆς πολλάκις λεχθείσης εὐσεβῶς ὑπεραγωνισαμένους ἐπιστολῆς, οὔτε ἄλλον τινὰ τῶν θεοπνεύστων τῆς ἐκκλησίας μυσταγωγῶν ἄχρι καὶ σήμερον εὕρομεν δύο ἐνεργείας ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εἰρηκότας. εἰ δέ τις τῶν ἀκριβεστέρων δεῖξαι δυνηθείη τινὰ τῶν ἐγκρίτων καὶ θεοφόρων ἡμῶν πατέρων, ὧν τὰ δόγματα νόμος τῇ καθολικῇ καθέστηκεν ἐκκλησίᾳ, δύο ἐνεργείας ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν παραδεδόντας, δεῖ πάντως ἀκολουθῆσαι. πᾶσα γὰρ ἀνάγκη μὴ μόνον κατ' ἔννοιαν τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ἕπεσθαι δόγμασιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς αὐταῖς ἐκείνοις κεχρῆσθαι φωναῖς, καὶ μηδὲν τὸ παράπαν καινοτομεῖν. ἃ μὲν οὖν ἐπιστάμεθα τοῦ προκειμένου χάριν κεφαλαίου, ταῦτα
B ἐστί. δεχομένη δὲ ἡ θεοφιλία ὑμῶν, καὶ καθεξῆς τοῖς σταλεῖσιν αὐτῇ παρ' ἡμῶν ἐντυγχάνουσα, τὰ μὲν τῆς ὠφελείας τῷ τῶν γνώσεων Θεῷ, καὶ τοῖς πατράσι τῶν τοιούτων ἐπιγραφέτω λόγων καὶ πονημάτων· δωρεὰν δὲ τῆς ἡμῶν ὑπερευχέσθω ταπεινώσεως, καὶ τὰ περὶ τούτων ἀντίγραφα διὰ τάχους ἡμῖν στειλάτω.

Καὶ μετὰ τὸ συμπέρασμα τῆς ἀναγνώσεως τῆς τοιαύτης ἐπιστολῆς, ὁ αὐτὸς εὐλαβέστατος Ἀντίοχος ἀνέγνω ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου λόγον ὡσανεὶ Μηνᾶ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς Βιγίλιον πάπαν Ῥώμης.

Καὶ τούτου ἀναγινωσκομένου οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες καὶ ἡ ἁγία σύνοδος εἶπον· περιττὴ καὶ ἡ τοῦ παρόντος λόγου ἀνάγνωσις καθέστηκεν, ἐπειδὴ πλαστὸς καὶ φαλ-
C σος ἐστί· καθὸ οὔτε ἐν τοῖς ἀποκειμένοις ῥεγίστροις ἐν τῷ εὐαγεῖ τῷ ἐνταῦθα πατριαρχείῳ τῶν γενομένων ἐπιστολῶν ὑπὸ Μηνᾶ τοῦ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ, προεδρεύσαντος τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως, ὁ λεγόμενος Μηνᾶ πρὸς Βιγίλιον εὕρηται λόγος· ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν προαναταταγμένην τρίτην πρᾶξιν τηνικαῦτα ἀναγινωσκομένης τῆς πρώτης βίβλου τῶν πεπραγμένων τῆς ἁγίας πέμπτης συνόδου, εὑρέθησαν κατὰ προσθήκην φάλσαι τρεῖς τετράδες, διαγορεύουσαι τὸν τοιοῦτον λόγον. τὰ δὲ ὑπόλοιπα τοῦ αὐτοῦ κωδικίου ἀναγινωσκέσθωσαν.

Ἔτι ἀνέγνω ὁ αὐτὸς εὐλαβέστατος Ἀντίοχος ἴσα τῆς ἑβδόμης καὶ ὀγδόης πράξεως τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς
D πέμπτης συνόδου, μεταγραφέντα ἐκ τῶν αὐθεντικῶν πεπραγμένων τῶν ἀποκειμένων ἐν τῷ εὐαγεῖ πατριαρχείῳ.

Τῆς τούτων τοίνυν ἀναγνώσεως γινομένης, οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες καὶ ἡ ἁγία σύνοδος εἶπον· ἤδη καὶ αἱ πράξεις αἱ προοῦσαι ἑβδόμη καὶ ὀγδόη, κατὰ τὴν γενομένην ἀνάγνωσιν τῆς ἁγίας πέμπτης συνόδου ἐδηλοποιήθησαν ἡμῖν. ἀλλὰ καὶ διὰ μνήμης ἔχομεν, ὡς τηνικαῦτα διεξῆλθον οἱ τοῦ μέρους τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης φαλσευθῆναι τὴν προλεχθεῖσαν ἑβδόμην πρᾶξιν· καθὸ οὐκ εἰσὶν ἀληθεῖς οἱ ἐν αὐτῇ ἐμφερόμενοι δύο λίβελλοι, οἱ ὡσανεὶ προσδοθέντες
E ἀπὸ Βιγιλίου Ἰουστινιανῷ καὶ Θεοδώρᾳ τοῖς ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ. καὶ περιττὴ καθέστηκε καὶ ἡ τῶν εἰρημένων δύο πράξεων ἀνάγνωσις.

Αὖθις τοίνυν ἐπεδόθη τῷ προδηλουμένῳ εὐλαβεστάτῳ Ἀντιόχῳ ἕτερον κωδίκιον, ὅπερ ἀνέγνω φέρον οὕτως.

Ἴσον ἐπιστολῆς Σεργίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, πρὸς Ὁνώριον πάπαν Ῥώμης.

Οὕτω τοῖς ἁγιωτάτοις ὑμῖν ὁλικῶς τε καὶ συμφυῶς εἰς ἑνότητα συνεσφίγμεθα πνεύματος, ὡς σπουδάζειν ἡμᾶς πάντων τῶν ἡμετέρων βουλευμάτων καὶ πράξεων συλλήπτορας τοὺς ἱερωτάτους ἔχειν ὑμᾶς.

ὑμᾶς. καὶ εἰ μὴ πολὺ τὸ διεῖργον ἡ τῶν τόπων παρεῖχε A διάστασις, τοῦτο ἂν καθ' ἡμέραν ἐπράττομεν, τῇ ὀχυρᾷ καὶ τετειχισμένῃ τῆς τιμίας καὶ ὁμοψύχου ὑμῶν ἀδελφότητος ἑαυτοὺς περιφράττοντες συμβουλίᾳ. ὅμως ἐπείπερ ἡμῖν καὶ καμάτου χωρὶς ὁ λόγος τε καὶ τὸ γράμμα τὸ σπουδαζόμενον δίδωσιν, αὐτίκα τὰ περὶ ὧν τοῦτο χαράσσομεν, ἐν ἀφηγήσει ποιούμεθα. πρό τινος φανεροῦ χρόνου, ἡνίκα τὴν κατὰ Περσῶν ἐκστρατείαν ὁ καλλίνικος καὶ θεοστήρικτος δεσπότης καὶ μέγας βασιλεὺς ἐποιεῖτο, διὰ τοὺς ὑπὲρ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ καταπιστευθείσης αὐτῷ φιλοχρίστου πολιτείας ἀγῶνας, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Ἀρμενίων χώρας γέγονε μέρη. τῶν δὲ προστατευόντων τις τῆς δυσσεβοῦς Σεβήρου τοῦ κατάρατου μερίδος, Παῦλος τοὔνομα, ἐν ἐκείνοις τοῖς B τόποις ἀναφανεὶς προσέλευσιν τῇ αὐτοῦ ἐποιήσατο εὐσεβείᾳ τὸν ὑπὲρ τῆς κατ' αὐτὸν πεπλανημένης αἱρέσεως προβαλλόμενος λόγον, καὶ τούτῳ δῆθεν συνηγορῶν. ἐφ' οἷς ἡ πανευσεβὴς αὐτοῦ καὶ βασιλικὴ μεγαλόνοια, (μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων τοῦ Θεοῦ χαρισμάτων καὶ τὴν τῶν θείων δογμάτων καταπλουτεῖν ἔλαχε γνῶσιν,) διελέγξασά τε καὶ θριαμβεύσασα τὴν μοχθηρὰν τούτου δυσσέβειαν, ταῖς αὐτοῦ βεβήλοις κακοτεχνίαις τὰ τῆς ἁγιωτάτης ἡμῶν ἐκκλησίας, ὡς ἀληθὴς ταύτης ὑπέρμαχος, ὀρθὰ καὶ ἀμώμητα ἀντεξήγαγε δόγματα. ἐν οἷς καὶ μιᾶς ἐνεργείας Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐποιήσατο μνήμην. μετά τινα δὲ C καιρὸν ὁ αὐτὸς θεοστήρικτος βασιλεὺς κατὰ τὴν Λαζῶν γενόμενος χώραν, τῆς, ὡς εἴρηται, γενομένης αὐτῷ πρὸς τὸν αἱρετικὸν ἐκεῖνον Παῦλον διαλέξεως ἀνεμνήσθη παρουσίᾳ Κύρου τοῦ ἁγιωτάτου, τηνικαῦτα μὲν τὸν τῆς αὐτῆς φιλοχρίστου Λαζῶν χώρας μητροπολιτικὸν ἐπέχοντος θρόνον, νυνὶ δὲ τὴν μεγάλην ποιμαίνοντος Ἀλεξάνδρειαν. ὁ δὲ ῥηθεὶς ἁγιώτατος ἀνὴρ τούτων ἀκούσας πρὸς τὴν αὐτοῦ ἀπεκρίθη γαλήνην, μὴ εἰδέναι ἀκριβῶς, εἴτε μίαν, εἴτε δύο ἐνεργείας Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν χρεὼν ἐστὶ δογματίζειν. καὶ δὴ κατὰ κέλευσιν τῆς αὐτοῦ εὐσεβείας διὰ γραμμάτων οἰκείων ἐπηρώτησεν ἡμᾶς ὁ ῥηθεὶς ἁγιώτατος ἀνήρ, πότερον χρὴ μίαν ἐνέργειαν, ἢ δύο ἐπὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν λέγεσθαι Χριστοῦ· καὶ εἴ περ τινὰς D οἴδαμεν τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων μίαν εἰρηκότας ἐνέργειαν. ὅθεν ἡμεῖς τὰ τῆς οἰκείας εἰδήσεως αὐτῷ δι' ἡμετέρων ἐσημάναμεν ἀντιγράφων, στείλαντες καὶ λόγον Μηνᾶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως γενόμενον, προσφωνηθέντα καὶ ἐπιδοθέντα παρ' αὐτοῦ ἐνταῦθα παρόντι Βιγιλίῳ τῷ ἐν ἁγίοις τὴν ὑμετέραν προηγησαμένῳ ἁγιωσύνην, ἔχοντα καὶ χρήσεις πατρικὰς διαφόρους περὶ μιᾶς ἐνεργείας καὶ ἑνὸς θελήματος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ. οὐδὲν μέντοι παντάπασιν ἴδιον ἐν τοῖς τοιούτοις ἡμῶν ἀντιγράφοις ἀπεφηνάμεθα, ὡς ἔστι γνῶναι τοὺς πανιέρους ὑμᾶς τοῖς ἀποσταλεῖσιν ἰσοτύποις αὐτῶν ἐντυγχάνοντας. καὶ σιγὴν μὲν E ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου τὸ τοιοῦτον κεφάλαιον ἔλαβεν. ἐπειδὴ δὲ πρὸ ὀλίγου καιροῦ συνεργίᾳ καὶ χάριτι τοῦ πάντας ἀνθρώπους θέλοντος σωθῆναι Θεοῦ, εὐσεβεῖ τε ζήλῳ τοῦ κρατίστου καὶ καλλινίκου μεγάλου βασιλέως παρορμηθεὶς Κῦρος ὁ ἁγιώτατος τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως πατριάρχης, καὶ κοινὸς ἡμῶν ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς φιλοθέως τε καὶ ἐπιεικῶς προσεφθέγξατο τοὺς κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων μεγαλόπολιν τὰ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου, Σεβήρου τε καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν θεοστυγῶν

A præsidentes: & nisi plurimum locorum distãtia sejungeret, hoc utique quotidie gereremus, vestræ honorandæ unanimisque fraternitatis munito, muratoque nosmetipsos circumsepientes consultu: attamen quoniam nobis etiam sermo, atque absque labore litera, quod studemus, impartit, confestim ea pro quibus hoc scribimus, enarramus. Ante aliquod certum tempus, cum adversus Persas a Deo confirmatus dominus noster, & magnus victor promovisset exercitum, propter certamina a Deo sibi creditæ Christo amabilis reipublicæ, & ad partes Armeniæ provinciæ pervenisset, unus ex principibus B impiæ partis Severi execrabilis, nomine Paulus, in illis locis apparens, ad ejus pietatem accessit, sermonem pro sua errabunda hæresi proferens,* & hoc profecto dumtaxat satisfaciendo; in quibus piissima ejus ac regalis magnanimitas (cum ceteris enim donis Dei, etiam divinorũ dogmatum locupletari scientia meruit) dum redarguisset, atque depompasset pravam ejus impietatem, profanis ejus astutiis sanctæ nostræ ecclesiæ, ut verus ejus propugnator recta, atque immaculata e diverso protulit dogmata; inter quæ, & unius operationis Christi veri Dei nostri mentionem fecit. Post aliquod vero tempus idem a Deo confirmatus imperator in provinciam C Lazorum adveniens, recordatus est disputationis, quam, sicut diximus, fecerat ad Paulum illum hæreticum, in præsentia Cyri sanctissimi, tunc quidem ejusdem Christo amabilis Lazorum provinciæ metropolitanam sedem tenentis, nunc autem magnam Alexandriam regentis. Prædictus igitur sanctissimus vir, his auditis, ejus serenitati respondit, nescire subtiliter, utrum unam an duas operationes Christi veri Dei nostri adstruere necesse sit. Ergo per jussionem ejus pietatis, per literas proprias interrogavit nos prædictus sanctissimus vir, utrum unam operationem an duas in salvatore nostro Christo necesse sit dicere: & si quosdam noscamus sanD ctorum ac beatissimorum patrum, unam dicentes operationem. Vnde nos, quæ nostræ erant scientiæ, per nostra rescripta ei significavimus, dirigentes etiam sermonem acclamatorium Mennæ sanctissimi quondam patriarchæ hujus a Deo conservandæ regiæ urbis, porrectum ab eo hic præsenti Vigilio sanctæ memoriæ prædecessori sanctitatis vestræ, habentem & diversa testimonia paterna de una operatione, & una voluntate salvatoris nostri Christi veri Dei nostri. Nihil tamen proprium penitus in hujusmodi nostris rescriptis promulgavimus, sicut suppetit nosse vos sacratissimos, & unanimes, relegentes eorum quæ missa sunt exemplaria. E Et silentium quidem ex illo tempore hujusmodi suscepit capitulum. Quia igitur ante parvum tempus, cooperante gratia Dei, *qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, pio zelo fortissimi ac invictissimi magni imperatoris excitatus Cyrus sanctissimus Alexandriæ magnæ civitatis patriarcha, & communis frater noster, & consacerdos Dei, amabiliter, & modeste adhortatus est eos, qui in magna civitate Alexandrina, Eutychetis, & Dioscori, Severi quoque, & Iuliani Deo odibilium hæresi lan-

ACTIO XII.

* ejus scilicet patrocinio suscepto, in q.

1. Tim. 2.

ACTIO XII.

languerent, ad catholicam eccleſiam accedere. Et poſt multas diſputationes, & labores, quos cum nimia prudentia, & ſaluberrima diſpenſatione in hac cauſa impendit, hoc quod feſtinabat, per ſupernam gratiam ordinavit; Facta ſunt inter utraſque partes dogmatica quædam capitula, in quibus omnes (qui antea quidem in diverſas portiones diviſi fuerant, proavoſque ſibi Dioſcorum, atque Severum ſceleratos hæreticos inſcribebant) coadunati ſunt cum ſanctiſſima ac ſola catholica eccleſia, & unus grex Chriſti veri Dei noſtri, omnis Chriſto amabilis Alexandriæ populus factus eſt, & pene univerſa cum eis Ægyptus, & Thebais, & Libya, & ceteræ Ægyptiacæ diſpoſitionis regiones, quas olim * conſiderabant, ut diximus, in innumerabilem hæreſeon multitudinem diſciſſas; nunc autem beneplacito Dei, & ſtudio prędicti ſanctiſſimi Alexandrinorum antiſtitis, unum labium facti ſunt omnes, una vox, & in unitate ſpiritus recta eccleſiæ dogmata confitentur. Ex his autem, quæ dicta ſunt, atque ſtabilita, unum exiſtit capitulum de una operatione Chriſti magni Dei & ſalvatoris noſtri. His ita provenientibus, Sophronius venerabilis monachus, qui (ut nunc ex uno auditu didicimus) Hieroſolymorum præſul eſt ordinatus (necdum enim hactenus ejus ex more ſynodica ſuſcepimus) apud Alexandriam tunc temporis poſitus cum prędicto ſanctiſſimo papa, quando, ſicut diximus, admirabilem illam circa eos, qui dudum hæretici fuerant, Dei beneplacito unitatem componebat, atque cum eo de eiſdem capitulis pertractabat, adverſatus eſt, & contradixit ad unius operationis capitulum, duas omnino operationes Chriſti Dei noſtri dignum inquiens cenſeri. præenominato autem ſanctiſſimo papa præſertim teſtimonia ei quorumdam ſanctorum patrum noſtrorum proferente, diſperſim in quibuſdam opuſculis ſuis unam operationem aſſerentium, ad hæc quoque & ex abundanti inquiente; quod multoties ſancti patres noſtri, ut lucrarentur plurimarum animarum ſalutem, dum talia emergerent capitula, Deo gratis diſpenſationibus, ac placitis uſi fuiſſe videntur, nihil de ſubtilitate rectorum eccleſiæ dogmatum exagitantes; & dicente, quod oporteat utique etiam in præſenti, dum tantorum millium populorum ſalus præ manibus ponitur, nihil de hoc per contentionem altercari, idcirco quod ſicut dictum eſt, etiam a quibuſdam ſacris patribus vox hujuſmodi dicta eſt, nihilque de hoc lædatur rectæ fidei ratio, memoratus Deo amabilis Sophronius talem diſpenſationem nullatenus accepto tulit. Quia igitur pro hoc cum literis ejuſdem ſanctiſſimi comminiſtri ad nos conjunxit, de hoc quoque etiam apud nos ſermonem movendo inſiſtens, ut de talibus adimeretur capitulis poſt factam unitionem vox unius operationis, durum nos hoc arbitrati ſumus. Quomodo enim non eſſet durum, & valde oneroſum, quando hoc reſolvere evertereque erat futurum quidem omnem illam concordiam, atque unitatem, quæ bene fuerat effecta, tam apud Alexandrinam magnam civitatem, quamque per univerſas ſub ea provincias, quæ nullo

* G. conſiderare, licebat,

A νοσοῦντας τῇ καθολικῇ προσελθεῖν ἐκκλησίᾳ· καὶ μετὰ πολλὰς διαλέξεις καὶ καμάτους, οὓς μετὰ πλείστης φρονήσεως καὶ λυσιτελεστάτης οἰκονομίας ἐν τῷ πράγματι κατεβάλετο, τὸ σπουδαζόμενον διὰ τῆς ἄνωθεν κατώρθωσε χάριτος, γεγόνασι μεταξὺ μέρους ἑκατέρου δογματικά τινα κεφάλαια· ἐφ' οἷς ἅπαντες οἱ πρώην μὲν εἰς διαφόρους ἀπεσχοινισμένοι μερίδας, προπάτορας δὲ Διόσκορον καὶ Σεβῆρον τοὺς ἀλιτηρίους ἐπιγραφόμενοι, ἡνώθησαν τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ μόνῃ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· μία τε ποίμνη Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἅπας ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων φιλόχριστος γέγονε λαὸς, καὶ πᾶσα σχεδὸν πρὸς τούτοις ἡ Αἴγυπτος καὶ Θηβαῒς καὶ B Λιβύη, καὶ αἱ λοιπαὶ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως ἐπαρχίαι. οὓς τινας ἦν ἰδεῖν πρὶν, ὡς εἰρήκαμεν, εἰς ἀναρίθμητον πλῆθος αἱρέσεων διεσκεδασμένους, εὐδοκίᾳ δὲ νῦν τοῦ Θεοῦ, καὶ σπουδῇ θεαρέστῳ τοῦ ῥηθέντος ἁγιωτάτου τῆς Ἀλεξανδρέων ἱεράρχου ἓν * γεγόνασι πάντες, μιᾷ φωνῇ καὶ ἑνότητι πνεύματος τὰ ὀρθὰ τῆς ἐκκλησίας ὁμολογοῦντες δόγματα. τῶν εἰρημένων δὲ καὶ ἐστοιχημένων ἓν καθέστηκε κεφάλαιον τὸ περὶ μιᾶς ἐνεργείας Χριστοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν. τούτων οὕτως προεληλυθότων Σωφρόνιος ὁ ὁσιώτατος μοναχὸς, ὁ τανῦν, ὡς ἐξ ἀκοῆς καὶ * μόνης μεμαθήκαμεν, τῶν Ἱεροσολυμιτῶν χειροτονηθεὶς πρόεδρος, οὔπω γὰρ C αὐτοῦ τὰ ἐξ ἔθους συνοδικὰ μέχρι τοῦ νῦν ἐδεξάμεθα κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων τηνικαῦτα γενόμενος, καὶ τῷ ῥηθέντι ἁγιωτάτῳ πάπᾳ συνὼν, ἡνίκα τὴν, ὡς εἴρηται, πρὸς τοὺς πρώην αἱρετικοὺς εὐδοκίᾳ Θεοῦ κατώρθου παράδοξον ἕνωσιν καὶ σὺν αὐτῷ τὰ περὶ τῶν τοιούτων διασκοπούμενος κεφαλαίων, ἠναντιώθη καὶ ἀντεῖπε πρὸς τὸ τῆς μιᾶς ἐνεργείας κεφάλαιον, δύο παντὶ τρόπῳ ἐνεργείας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀξιῶν δογματίζεσθαι. τοῦ δὲ λεχθέντος ἁγιωτάτου πάπα μάλιστα μὲν χρήσεις τινὰς αὐτῷ τῶν ἁγίων πατέρων προσαγαγόντος σποράδην ἔν τισι τῶν οἰκείων συγγραμμάτων μίαν ἐνέργειαν εἰρηκότων, εἶτα δὲ καὶ ἐκ περιουσίας φάσκοντος, ὡς πολλάκις οἱ ἅγιοι πατέρες ἡμῶν διὰ τὸ κερδᾶναι πλειόνων ψυχῶν σωτηρίαν, τοιούτων ἀναφυέντων κεφαλαίων θεαρέστοις D οἰκονομίαις χρησάμενοι φαίνονται καὶ συμβάσεσι, μηδὲν τῆς ἀκριβείας τῶν ὀρθῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων παρασαλεύοντες· καὶ λέγοντος, ὡς ἄρα χρὴ ἐπὶ τοῦ παρόντος τοσούτων μυριάδων λαοῦ σωτηρίας ἐν χερσὶ προκειμένης μηδὲν περὶ τοῦ τοιούτου κεφαλαίου ἐριστικῶς ζυγομαχεῖν διὰ τὸ, ὡς εἴρηται, καὶ ὑπό τινων θεσπεσίων πατέρων τὴν τοιαύτην εἰρῆσθαι φωνὴν, καὶ μηδὲν παρὰ τοῦτο τῆς ὀρθοδοξίας παραβλάπτεσθαι τὸν λόγον, ὁ ῥηθεὶς θεοφιλὴς Σωφρόνιος τὴν τοιαύτην οἰκονομίαν οὐδαμῶς κατεδέξατο. ἐπεὶ οὖν τούτου ἕνεκα μετὰ γραμμάτων τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν συλλειτουργοῦ πρὸς ἡμᾶς E παραγέγονε, καὶ τὸν περὶ τούτου καὶ παρ' ἡμῖν ἀνεκίνησε λόγον, ἐνιστάμενος τῶν τοιούτων ἐξαιρεθῆναι κεφαλαίων μετὰ τὴν γενομένην ἕνωσιν τὴν τῆς μιᾶς ἐνεργείας φωνὴν, σκληρὸν ἡμεῖς ἡγησάμεθα τοῦτο. πῶς γὰρ σκληρὸν οὐκ ἦν καὶ σφόδρα βαρύτατον, ἅτε δὴ μέλλον ἀναλύειν τε καὶ ἀνατρέπειν ὅλην ἐκείνην τὴν καλῶς γεγενημένην ὁμόνοιάν τε καὶ ἕνωσιν κατά τε τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν, καὶ κατὰ πάσας τὰς ὑπ' αὐτὴν ἐπαρχίας, τὰς ἐν μηδενὶ

* L. λος.

* L.

καρ-

καιρῷ μέχρι τοῦ νῦν καταδεξαμένας ὄνομα γοῦν ἁπλῶς τοῦ θεσπεσίου καὶ ἀοιδίμου πατρὸς ἡμῶν Λέοντος, ἢ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης, καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου ἐπὶ μνήμης φέρειν, νυνὶ δὲ λαμπρᾷ καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐν ταῖς θείαις μυσταγωγίαις ταύτην ἀνακηρύττοντας; πολλῶν τοίνυν περὶ τούτου κεκινημένων λόγων ἡμῖν πρὸς τὸν εἰρημένον ὁσιώτατον Σωφρόνιον, τέλος προτρεψάμενοι αὐτὸν χρήσεις ἡμῖν προσκομίσαι ἁγίων καὶ ἐγκρίτων πατέρων, ἐκείνων μέν τοι προδήλως, οὓς ἅπαντες κοινοὺς διδασκάλους ὁμολογοῦμεν, καὶ ὧν τὰ δόγματα νόμον αἱ ἅγιαι τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαι γινώσκουσι, δύο ῥητῶς καὶ αὐταῖς λέξεσιν ἐνεργείας ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν παραδιδούσας· ὃ δὲ τοῦτο ποιῆσαι παντοίως ἠπόρησεν. ἡμεῖς οὖν τὴν ἐντεῦθεν ἀρξαμένην ἐξάπτεσθαί τισι τῶν ἐνταῦθα ἀμφισβήτησιν κατανοήσαντες, καὶ εἰδότες ὡς ἐκ τῶν τοιούτων ἀεὶ φιλονεικιῶν αἱ τῶν αἱρέσεων διχοστασίαι γεγόνασιν, ἀναγκαῖον ἐκρίναμεν πᾶσαν θέσθαι σπουδὴν πρὸς τὸ καταπαῦσαί τε καὶ ἐκκόψαι τὴν περιττὴν ταύτην λογομαχίαν. καὶ πρὸς μὲν τὸν συχνῶς εἰρημένον ἁγιώτατον τῆς Ἀλεξανδρέων πατριάρχην γεγραφήκαμεν, ὥστε αὐτὸν τὴν πρὸς τοὺς πάλαι χωριζομένους ἕνωσιν σὺν Θεῷ κατορθώσαντα, μηκέτι τοῦ λοιποῦ τινι συγχωρεῖν μίαν ἢ δύο προφέρειν ἐνεργείας ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ἀλλὰ μᾶλλον, καθάπερ αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ παραδεδώκασι σύνοδοι, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογενῆ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἐνεργεῖν ὁμολογεῖν τά τε θεῖα καὶ ἀνθρώπινα, καὶ πᾶσαν θεοπρεπῆ καὶ ἀνθρωποπρεπῆ ἐνέργειαν ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ σεσαρκωμένου Θεοῦ λόγου ἀδιαιρέτως προϊέναι, καὶ εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀναφέρεσθαι, διὰ τὸ τὴν μὲν μιᾶς ἐνεργείας φωνὴν, εἰ καί τισι τῶν ἁγίων εἴρηται πατέρων, ὅμως ξενίζειν καὶ θορυβεῖν τὰς τινων ἀκοὰς, ὑπολαμβανόντων ἐπ᾽ ἀναιρέσει ταύτην προφέρεσθαι τῶν ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἀσυγχύτως καὶ καθ᾽ ὑπόστασιν ἡνωμένων δύο φύσεων· ὅπερ οὐκ ἔστι ποτὲ, μηδὲ γένοιτο· ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν τῶν δύο ἐνεργειῶν ῥῆσιν πολλοὺς σκανδαλίζειν, οἷα μηδέ τινι τῶν θεσπεσίων τε καὶ ἐκκρίτων τῆς ἐκκλησίας εἰρημένην μυσταγωγῶν· ἀλλὰ καὶ ἕπεσθαι ταύτῃ τὸ καὶ δύο πρεσβεύειν θελήματα ἐναντίως πρὸς ἄλληλα ἔχοντα, ὡς τοῦ μὲν Θεοῦ λόγου τὸ σωτήριον θέλοντος ἐκπληρωθῆναι πάθος, τῆς δὲ κατ᾽ αὐτὸν ἀνθρωπότητος ἀντιπιπτούσης τῷ αὐτοῦ θελήματι καὶ ἐναντιουμένης, καὶ ἔνθεν δύο τοὺς τἀναντία θέλοντας εἰσάγεσθαι, ὅπερ δυσσεβές. ἀδύνατον γὰρ ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ ὑποκειμένῳ δύο ἅμα καὶ κατὰ ταυτὸν * ὑφεστάναι θελήματα. ἡ δὲ σωτήριος τῶν θεοφόρων πατέρων διδασκαλία ἐναργῶς ἐκπαιδεύει τὸ, μηδέποτε τὴν νοερῶς ἐψυχωμένην τοῦ κυρίου σάρκα κεχωρισμένως καὶ ἐξ οἰκείας ὁρμῆς ἐναντίως τῷ νεύματι τοῦ ἡνωμένου αὐτῇ καθ᾽ ὑπόστασιν Θεοῦ λόγου τὴν φυσικὴν αὐτῆς ποιήσασθαι κίνησιν, ἀλλ᾽ ὁπότε, καὶ οἵαν, καὶ ὅσην αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος ἠβούλετο· καὶ σαφῶς εἰπεῖν, ὃν τρόπον τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον ἡγεμονεύεται καὶ κοσμεῖται καὶ τάττεται ὑπὸ τῆς νοερᾶς καὶ λογικῆς ἡμῶν ψυχῆς, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ ὅλον τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ σύγκριμα ὑπὸ τῆς αὐτοῦ τοῦ λόγου θεότητος ἀεὶ καὶ ἐν πᾶσιν ἀγόμενον θεοκίνητον ἦν, κατὰ τὸν τῆς

ACTIO XII.

tempore, uſque nunc acquieverant, nomen ſaltem ſimplex divini, atque laudabilis patris noſtri Leonis, aut ſancti, & magni, atque univerſalis Calchedonēſis concilii mentionem facere, nunc vero præclara, & magna voce in divinis miſſarum arcanis hoc prædicantes? Multis igitur a nobis de hoc motis ſermonibus ad prænominatum venerabilem Sophronium; poſtremo adhortati eum ſumus, teſtimonia nobis proferre ſanctorum ac probabilium patrum, illorum videlicet, quos omnes communiter doctores confitemur, & quorum dogmata legem ſanctæ Dei cognoſcunt eccleſiæ, duas nominatim, & ipſis verbis operationes in Chriſto dicendas tradentia; ille autem hoc facere penitus non valuit. Nos vero conſiderantes, incipientem ex hoc inter quoſdam hic contentionem exardeſcere; & ſcientes quod ſemper ex hujuſmodi decertationibus hæreſeon diſſenſiones effectæ ſunt, neceſſarium judicavimus, omne ſtudium ponere ad ſedandum, atque amputandum talem ſuperfluum verborum conflictum, & ad ſæpedictum ſanctiſſimum Alexandriæ patriarcham ſcripſimus, ut poſtquam unitatem cum his, qui pridem ſeparabantur, Deo auxiliante compoſuit, de cetero nullum permitteret unam aut duas proferre operationes in Chriſto Deo noſtro, magis autem (ſicut ſancta, & univerſalia tradiderunt concilia) unum eumdemque Filium unigenitum, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum verum Deum operatum confiteri tam divina quamque humana, & omnem Deo decibilem, & homine dignā operationem, ex uno eodemque incarnato Deo verbo indiviſe procedere, & ad unum eumdemque redigi, eo quod unius quidem operationis vox, quamquam a quibuſdā ſanctis dicta eſt patribus, tamen peregrina videatur, & perturbare aures quorumdā, ſuſpicantium ad peremptionem hanc proferri inconfuſe, atque ſecundum ſubſiſtentiam unitarum in Chriſto Deo noſtro duarū naturarū, quod non eſt unquam, nec fiat. Similiter autem & duarū operationū dictio multos ſcandalizet, utpote a nullo ſanctorum, & probabilium eccleſiæ inſtitutorum edita. Inſuper & conſequens ei ſit prædicare duas voluntates, contrarietates circa invicem habentes, tāquam Deo quidem verbo ſalutarem volente adimpleri paſſionem, humanitate vero ejus obſiſtente ejus voluntati, & reſiſtente, & perinde duo contraria volentes introducantur, quod impium eſt. Impoſſibile quippe eſt, in uno eodemque ſubjacenti duas ſimul, & erga hoc ipſum contrarias ſubſiſtere voluntates. nam ſalutaris Deum gerentium patrum doctrina manifeſte inſtruit, quod nunquam intellectualiter animata domini caro ſeparatim, & ex appetitu proprio contrario nutui uniti ſibi ſecundum ſubſiſtentiam Dei verbi naturalem motum ſuum effecit, ſed quando, & qualem, & quantam ipſe Deus verbum volebat: &, ut planius dicatur, quemadmodum corpus noſtrum regitur, & ornatur, & diſponitur ab intellectuali, & rationali anima noſtra, ita & in domino noſtro tota humana eius cōſperſio ab ipſius verbi deitate ſemper in omnibus mota, deimobilis erat, ſecundum

ACTIO XII.

Nyssenum Gregorium, dicentem contra Eunomium ita: Secundum quod Deus Filius, impassibibilis utique est, & immortalis. Si qua autem passio de eo in euangelio dicitur, per humanitatem profecto, quæ suscipiebat passionem, hujusmodi operatus est. Operatur quippe vere deitas per corpus, quod circa ipsam est, omnium salutem, ut sit carnis quidem passio, Dei autem operatio. Hanc igitur, ut dictum est, contentionem incipientem accendi videntes, necessarium judicavimus, attritas potius sanctorum patrum voces & synodice definitas semper sequi, & neque quæ raro a quibusdam patribus dicta sunt, & non circa hæc intentionem habentibus, quasi planam, & inambiguam de eis doctrinam exponerent, ad regulam, & legem per omnia dogmaticam reducere, quale est & quod de una operatione ab eis dictum est: neque iterum, quæ nullatenus dicta sunt a probabilibus patribus, nunc vero a quibusdam proferuntur, duas inquam operationes, tamquam dogma ecclesiasticum proferre. Et ad ultimum stetit ac placuit, quatenus prædictus Sophronius venerabilis nullum sermonem de cetero de una sive duabus operationibus movere debeat, sed ei sufficiat præfata cautaque ac trita sanctorum patrum recta traditio, atque doctrina. His itaque contentus sæpe nominatus venerabilis vir, & hæc custodire certificans, petivit nos etiam per epistolam de his ei præbere responsum, quatenus hujusmodi epistolam, ut ait, ostendat his, qui forsitan interrogare eum de prædicta quæstione voluerint, quod & alacriter egimus. Et ille quidem in his hinc enavigavit. Nuper autem piissimus, & a Deo coronatus dominus noster apud Edessenam demorans civitatem, pios ad nos apices fecit, præcipientes, ut paterna illa testimonia defloraremus, quæ continentur in libro dogmatico, sicut dictum est, facto a sanctæ memoriæ Menna ad sanctissimum Vigilium de una operatione, & una voluntate, & hæc a Deo instructæ ejus serenitati dirigere deberemus: quod & ad effectum perduximus. Nos autem quæ dudum mota sunt, memoria retinentes, & tumultum qui ex hujuscemodi motione cœpit, scientes, suggessimus ejus piissimæ serenitati per mediocrem nostram suggestionem, & scripta ad excellentissimum sacellarium imperialem consequenter hujus capituli omnem subtilitatem, horumque quæ a nobis de hoc actitata sunt, & quod non oporteat de hujusmodi inquisitione perscrutari, sed permanere in attrita patrum doctrina, quam omnes consonanter confitentur de hujusmodi quæstione; & confiteri unigenitum Filium Dei, qui veraciter Deus simul, & homo est, eumdem operari divina, & humana, & ex eo uno, eodemque incarnato Deo verbo, sicut jam sumus effati, inseparabiliter, atque indivise omnem divinam, atque humanam operationem procedere. Hoc namque nos Leo Dei portitor instruit, manifeste perhibens: Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium habet. In quibus rescriptű piæ jussionis ab ejus mansuetissima suscepimus fortitudine, quæ a Deo

A Νύσσης Γρηγόριον, λέγοντα ἐν τοῖς κατ' Εὐνομίου οὕτως· καθὸ Θεὸς ὁ υἱὸς, ἀπαθὴς πάντως ἐστὶ καὶ ἀκήρατος. εἰ δέ τι πάθος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περὶ αὐτοῦ λέγοιτο, διὰ τοῦ ἀνθρωπίνου πάντως τοῦ δεχομένου τὸ πάθος, τὸ τοιοῦτον ἐνήργησεν. ἐνεργεῖ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ θεότης διὰ τοῦ περὶ αὐτὴν σώματος τὴν τοῦ παντὸς σωτηρίαν· ὡς εἶναι τῆς μὲν σαρκὸς τὸ πάθος, τοῦ δὲ Θεοῦ τὴν ἐνέργειαν. ταύτην τοίνυν τὴν ἀρξαμένην ἀνάπτεσθαι φιλονεικίαν ἑωρακότες, ἀναγκαῖον ταῖς τετριμμέναις μᾶλλον τῶν ἁγίων πατέρων φωναῖς B καὶ συνοδικῶς ὡρισμέναις διὰ πάντων ἀκολουθῆσαι· καὶ μήτε τὰ σπανίως ὑπό τινων πατέρων εἰρημένα, καὶ οὐ περὶ αὐτὰ τὸν σκοπὸν ἐσχηκότων, ὥστε σαφῆ καὶ ἀναμφίλεκτον τὴν περὶ αὐτῶν ἐκθέσθαι διδασκαλίαν, εἰς κανόνα καὶ νόμον πάντως ἄγειν δογματικὸν, ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ περὶ μιᾶς ἐνεργείας αὐτοῖς εἰρημένον· μήτε μὴν τὰ μηδαμῶς εἰρημένα τοῖς ἐκκρίτοις πατράσιν, ὑπό τινων δὲ νῦν προφερόμενα, φημὶ δὴ τὰς δύο ἐνεργείας, ὡς δόγμα προφέρειν ἐκκλησιαστικόν. καὶ πέρας ἔδοξε καὶ ἐστέρχθη, ὥστε τὸν εἰρημένον ὁσιώτατον Σωφρόνιον μηδένα τὸ λοιπὸν περὶ μιᾶς ἢ δύο ἐνεργειῶν λόγον κινεῖν, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ προλελεγμένῃ ἀσφαλεῖ τε καὶ C τετριμμένῃ τῶν ἁγίων πατέρων ὀρθοτομίᾳ τε καὶ διδασκαλίᾳ. τούτοις οὖν ἀρκεσθεὶς ὁ συχνῶς εἰρημένος ὁσιώτατος ἀνὴρ, καὶ παραφυλάττειν αὐτὰ διαβεβαιωσάμενος, ᾔτησεν ἡμᾶς καὶ δι' ἐπιστολῆς τῆς περὶ τούτων αὐτῷ παρασχεῖν ἀπόκρισιν, ὥστε τὴν τοιαύτην αὐτὸν,* ὡς εἰπεῖν, ἐπιστολὴν ἐπιδείκνυσθαι τοῖς ὡς εἰκὸς ἐπερωτᾶν αὐτὸν περὶ τῆς εἰρημένης ζητήσεως βουλομένοις, ὃ δὴ καὶ ἀσμένως πεπράχαμεν. ὁ μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις ἐντεῦθεν ἐξέπλευσεν· ἀρτίως δὲ ὁ πανευσεβὴς καὶ θεόστεπτος ἡμῶν δεσπότης κατὰ τὴν Ἐδεσσηνῶν διατρίβων πόλιν πανευσεβῆ κεραίαν ἐποιήσατο πρὸς ἡμᾶς παρακελευομένην, ἵνα τὰς πατρικὰς ἐκείνας D παρεκβάλωμεν χρήσεις, τὰς ἐμφερομένας τῷ γενομένῳ, ὡς εἴρηται, παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Μηνᾶ πρὸς τὸν ἁγιώτατον Βιγίλιον δογματικῷ περὶ μιᾶς ἐνεργείας καὶ ἑνὸς θελήματος λόγῳ, καὶ ταύτας τῇ θεοσόφῳ αὐτοῦ ἀποστείλωμεν γαληνότητι· ὃ δὴ καὶ πρὸς ἔργον ἠγάγομεν. ἡμεῖς δὲ τῶν ἤδη κεκινημένων ἔχοντες μνήμην, καὶ τὸν ἐκ τῆς τοιαύτης κινήσεως ἀρξάμενον θόρυβον ἐπιστάμενοι, ἀνηγάγομεν τῇ αὐτοῦ πανευσεβεῖ γαληνότητι διὰ μετρίας ἡμῶν ἀναφορᾶς, καὶ γραμμάτων πρὸς τὸν εὐκλεέστατον βασιλικὸν σακελλάριον τῶν περὶ τούτου παρ' ἡμῶν γενομένων ἅπασαν ἑξῆς τοῦ κεφαλαίου τὴν λεπτομέρειαν, καὶ ὡς οὐ χρὴ τὰ περὶ τῆς τοιαύτης ζητήσεως ἐρευνᾶν, ἀλλ' ἐμμένειν τῇ τετριμμένῃ καὶ συμφώνως παρὰ πάντων ὁμολογουμένῃ πατρικῇ διδασκαλίᾳ περὶ τοῦ τοιούτου E ζητήματος, καὶ ὁμολογεῖν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ὄντα κατὰ ἀλήθειαν Θεὸν ἅμα καὶ ἄνθρωπον, τὸν αὐτὸν ἐνεργεῖν τὰ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα· καὶ ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ σεσαρκωμένου Θεοῦ λόγου, καθὰ φθάσαντες ἔφημεν, πᾶσαν προϊέναι ἀμερίστως καὶ ἀδιαιρέτως θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν. τοῦτο γὰρ ἡμᾶς ὁ θεοφόρος ἐκδιδάσκει Λέων διαρρήδην εἰπών· ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ὅπερ ἴδιον ἔσχηκεν. ἐφ' οἷς ἀντίγραφον πανευσεβῆ κέλευσιν τῆς πανημέρου αὐτοῦ ἐδεξάμεθα κράτους τὰ

πρέ-

* εἰς.

A περέποντα τῇ θεοδηλήτῳ αὐτοῦ περιέχουσαν γαληνότητι. τούτων οὖν ἁπάντων ἄνωθεν οὕτω παρηκολουθηκότων, εὔλογον ἅμα ἀναγκαῖον ἐκρίναμεν τῶν κατὰ μέρος ἐμνημονευμένων τὴν εἴδησιν τῇ ὑμετέρᾳ ἀδελφικῇ καὶ ὁμοψύχῳ μακαριότητι παρασχεῖν διὰ τῶν ἐσταλμένων παρ' ἡμῶν ἰσοτύπων. καὶ προτρέπομεν τοὺς πανιέρους ὑμᾶς τούτοις ἅπασιν ἐντυχεῖν, καὶ τῇ προσούσῃ ὑμῖν θεαρέστῳ καὶ πληρεστάτῃ ἀγάπῃ καὶ νῦν ἑπομένους, εἴ τί περ ἴσως ἐλλεῖπον εἴρηται, τοῦτο τῇ δεδωρημένῃ ὑμῖν ἐκ Θεοῦ χάριτι ἀναπληρῶσαι, καὶ δι' ὁσίων ὑμῶν συλλαβῶν σὺν τῇ ὑμετέρᾳ εὐκταίᾳ ῥώσει τὰ περὶ τούτων ὑμῖν δοκοῦντα σημᾶναι.

B Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου ἀντίγραφος ἐπιστολὴ Ὀνωρίου πάπα Ῥώμης πρὸς τὸν αὐτὸν Σέργιον, ἔχουσα οὕτως.

Τὰ γραφέντα παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀδελφότητος ἐδεξάμεθα, δι' ὧν φιλονεικίας τινὰς καὶ νέας φωνῶν ζητήσεις ἔγνωμεν εἰσενεχθείσας παρὰ Σωφρονίου τινὸς, τηνικαῦτα μὲν μοναχοῦ, νυνὶ δὲ ὡς ἀκούομεν, ἐπισκόπου καθεστῶτος τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως, κατὰ Κύρου τοῦ ἡμετέρου ἀδελφοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως προέδρου, μίαν ἐνέργειαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς ἐπιστρέψασιν ἐκ τῆς αἱρέσεων κηρύξαντος. ὅστις Σωφρόνιος παραγενόμενος πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀδελφότητα, καὶ τὴν τοιαύτην ἀποτιθέμενος μέμψιν, πολυτρόπως παιδευθεὶς ᾔτησε, περὶ ὧν παρ' ὑμῶν κατηχήθη, ἐγγράφως αὐτῷ σαφηνισθῆναι. ὧν τινων γραμμάτων πρὸς τὸν αὐτὸν Σωφρόνιον πεμφθέντων παρ' ὑμῶν δεξάμενοι τὰ ἴσα, καὶ ἐντυχόντες ἐπαινοῦμεν τὴν ὑμετέραν ἀδελφότητα μετὰ πολλῆς προνοίας τε καὶ ἐπισκέψεως γράψαι περιαιροῦσαν τὸ καινὸν τῆς ὀνομασίας, δυνάμενον τοῖς ἁπλουστέροις σκάνδαλον εἰσάγειν. ἡμᾶς γὰρ δέον ἐστὶ βαδίζειν ὥσπερ ἐλάβομεν. καὶ γὰρ προηγουμένου τοῦ Θεοῦ παρεγγυόμεθα πρὸς τὸ μέτρον τῆς ὀρθῆς

C πίστεως, ἣν τινα οἱ ἀπόστολοι τῆς ἀληθείας * τῷ φωτὶ τῶν θείων γραφῶν ἐξέτειναν, ὁμολογοῦντες τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐνεργοῦντα τὰ θεῖα μεσιτευούσης τῆς ἀνθρωπότητος τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ τῷ Θεῷ λόγῳ καθ' ὑπόστασιν. καὶ τὸν αὐτὸν ἐνεργοῦντα τὰ ἀνθρώπινα ἀφράστως καὶ μονογενῶς

D προσληφθείσης τῆς σαρκὸς ἀδιαιρέτως, ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, τελείως * τῆς θεότητος. καὶ ὁ ἐκλάμψας ἐν σαρκὶ τοῖς θαύμασι τελείᾳ θεότητι. αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τῆς σαρκὸς τὰς διαθέσεις τοῖς ὀνειδισμοῖς τοῦ πάθους ἐνεργήσας τέλειος Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, εἷς μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἑκατέραις ταῖς φύσεσι, λόγος σὰρξ γενόμενος καὶ ἐνῴκησεν ἐν ἡμῖν, αὐτὸς υἱὸς ἀνθρώπου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς, καθὼς γέγραπται, σταυρωθεὶς ὁ κύριος τῆς δόξης ὁπόταν ὁμολογῆται τὴν θεότητα μηδαμῶς δύνασθαί τινα ὑπομεῖναι

E ἀνθρώπινα πάθη· καὶ οὐκ ἐξ οὐρανοῦ ἀλλ' ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου προσελήφθη ἡ σάρξ· (δι' ἑαυτῆς γὰρ ἡ ἀλήθεια ἐν τοῖς εὐαγγελίοις οὕτως εἶπεν. οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.) δηλαδὴ παιδεύουσα ἡμᾶς, ὅτι τῇ θεότητι ἡνώθη ἡ παθητὴ σὰρξ ἀφράστως καὶ μονογενῶς, ὡς διακεκριμένως καὶ ἀσυγχύτως, οὕτω καὶ ἀδιαιρέτως δείξῃ ἑνοῦσθαι.

Ὅπως ἀναμφιλέκτως θαυμαστῷ λόγῳ νοηθείη μενουσῶν τῶν διαφορῶν ἑκατέρων φύσεων ἑνοῦσθαι· ᾧ τινι ὁ ἀπόστολος συνᾴδων πρὸς Κορινθίους εἶπε· σοφίαν λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις, σοφίαν δὲ οὐ

A conservandam ejus serenitatem condecent, continentem. His igitur omnibus principio ita provenientibus, rationabile simul, & necessarium judicavimus de his, quæ partim memorata sunt, cognitionem dare vestræ fraternæ, atque unanimi beatitudini per exemplaria quæ a nobis directa sunt, & adhortamur vos sacratissimi hæc omnia legere; & Deo placitam ac plenissimam caritatem, quæ in vobis est, nunc quoque sequentes, * si quid amplius minusve inveneritis, hoc per datam vobis a Deo gratiam adimplere, atque per sanctas syllabas vestras una cum vestra optabili sospitate, quæque super his

B vobis fuerint placita, significare.

Item relectum est ex eodem codice rescriptum epistolæ Honorii papæ Romani ad eumdem Sergium, continens ita:

Scripta fraternitatis vestræ suscepimus, per quæ contentiones quasdam, & novas vocum quæstiones cognovimus introductas per Sophronium quemdam tunc monachum, nunc vero ex auditu episcopum Hierosolymitanæ urbis constitutum adversus fratrem nostrum Cyrum Alexandriæ antistitem, unam operationem domini nostri Iesu Christi conversis ex hæresi prædicantem. Qui denique ad vestram fraternitatem Sophronius veniens, que-

C relamque hujusmodi deponens, multiformiter eruditus, petiit de his, quæ a vobis fuerat instructus paginalibus sibi syllabis reserari: quarum literarum ad eumdem Sophronium directarum suscipientes exemplar, & intuentes satis provide circumspecteque fraternitatem vestram scripsisse, laudamus novitatem vocabuli auferentem, quod posset scandalum simplicibus generare. Nos enim in quo percepimus, oportet ambulare. Enimvero duce Deo perveniemus usque ad mensuram rectæ fidei, quam apostoli veritatis, scripturarum sanctarum funiculo extenderunt, confitentes dominum Iesum Chri-

D stum mediatorem Dei & hominum, operatum divina, media humanitate verbo Deo * naturaliter unita, eumdemque operatum humana ineffabiliter, atque singulariter assumpta carne * discrete, inconfuse, atque inconvertibiliter plena divinitate, & qui coruscavit in carne * plena divinis miraculis, ipse est, & carneus effectus plene Deus, & homo: passiones, & opprobria patitur unus mediator Dei, & hominum in utrisque naturis, verbum caro factum, & habitavit in nobis, ipse Filius hominis de cælo descendens, unus atque idem, sicut scriptum est, crucifixus dominus majestatis, dum constet divinitatem nullas posse perpeti humanas

E passiones; & non de cælo, sed de sancta est assumpta caro Dei genitrice: (nam per se veritas in euangelio ita inquit: *Nullus ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit filius hominis, qui est in cælo*:) profecto nos instruens, quod divinitati unita est caro passibilis ineffabiliter, atque singulariter, ut discrete, atque inconfuse, sic indivise videretur conjungi.

* G. hypostatice
* G. indiscrete, inc. inc. & plene a divinitate,
* G. in carne miraculis perfecta divinitate, ipse est qui & carnis affectus opprobriis passionis operatus est, perfectus Deus, & homo unus mediator.
Ioan. 3.

Vt nimirum stupenda mente mirabiliter manentibus utrarumque naturarum differentiis cognoscatur uniri. Cui apostolus concinens, ad Corinthios ait: *Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam vero non* *huius*

1. Cor. 2.

ACTIO XI.

hujus sæculi, neque principum hujus sæculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo principum hujus sæculi cognovit. Si enim cognovissent, nunquam dominum majestatis crucifixissent. Dum profecto divinitas nec crucifigi potuit, nec passiones humanas experiri vel perpeti, sed propter ineffabilem conjunctionem humanæ divinæque naturæ, idcirco * & ubique Deus dicitur pati, & humanitas ex cælo cum divinitate descendisse. Unde & unam voluntatem fatemur domini nostri Iesu Christi, quia profecto a divinitate assumpta est nostra natura, * non culpa, illa profecto, quæ ante peccatum creata est, non quæ post prævaricationem vitiata. Christus enim dominus, in similitudine carnis peccati veniens, peccatum mundi abstulit, & de plenitudine ejus omnes accepimus: & formam servi suscipiens, habitu inventus est ut homo, quia sine peccato conceptus de Spiritu sancto, etiam absque peccato est partus de sancta, & immaculata virgine Dei genitrice, nullum experiens contagium vitiatæ naturæ. Carnis enim vocabulum, duobus modis sacris eloquiis boni malique cognovimus nominari, sicut scriptum est: *Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt.* Et apostolus: *Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt.* Et rursum: *Mente servio legi Dei, carne autem legi peccati. Et video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivum me trahentem in legem peccati, quæ est in membris meis.* Et alia multa hujusmodi in malo absolute solent intelligi, vel vocari. In bono autem ita, Esaia propheta dicente: *Veniet omnis caro in Hierusalem, & adorabunt in conspectu meo.* Et Iob: *In carne mea videbo Deum.* Et alias: *Videbit omnis caro salutare Dei.* Et alia diversa. Non est itaque assumpta, sicut præfati sumus, a salvatore vitiata natura, quæ repugnaret legi mentis ejus, sed *venit quærere, & salvare quod perierat*, id est, vitiatam humani generis naturam. Nam lex alia in membris, aut voluntas diversa non fuit, vel contraria salvatori, quia super legem natus est humanæ conditionis. Et si quidem scriptum est: *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me Patris.* Et: *Non quod ego volo, sed quod tu vis Pater:* & alia hujusmodi, non sunt hæc diversæ voluntatis, sed dispensationis humanitatis assumptæ. Ista enim propter nos dicta sunt, quibus dedit exemplum, ut sequamur vestigia ejus, pius magister discipulos imbuens, ut non suam unusquisque nostrum, sed potius domini in omnibus præferat voluntatem. Via igitur regia incedentes, & dextrorsum vel sinistrorsum venatorum laqueos circumpositos evitantes, ne ad lapidem pedem nostrum offendamus, Idumæis, id est terrenis, atque hæreticis propria relinquentes, nec vestigio quidem pedis sensus nostri terram, id est, pravam eorum doctrinam, omnimodo atterentes, ut ad id, quo tendimus, hoc est, ad fines patrios pervenire possimus, ducum nostrorum semita gradientes, & si forte quidam balbutien-

*G. utrobique & Deus &c.

*G. nō culpa in illa, profecto quæ

Philipp. 2. — Genes. 6. — 1. Cor. 5. — Rom. 7. — Isa. 66. — Iob. 19. — Luc. 3. — Luc. 16. — Joan. 8. — Marc. 26.

A τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων, ἀλλὰ λαλοῦμεν Θεοῦ σοφίαν τὴν ἐν μυστηρίῳ ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς εἰς δόξαν ἡμῶν πρὸ τῶν αἰώνων, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνω· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν· ὁπόταν δηλαδὴ ἡ θεότης οὐδὲ σταυρωθῆναι ἠδύνατο, οὐδὲ παθῶν ἀνθρωπίνων πεῖραν λαμβάνειν. διὰ τοῦτο κατ' ἀμφότερα καὶ Θεὸς λέγεται παθεῖν, καὶ ἡ ἀνθρωπότης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταληλυθέναι μετὰ τῆς θεότητος. ὅθεν καὶ ἓν θέλημα ὁμολογοῦμεν τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐπειδὴ προδήλως ὑπὸ τῆς θεότητος B προσελήφθη ἡ ἡμετέρα φύσις, οὐχ ἁμαρτία ἐν ἐκείνῃ, δηλαδὴ ἡ φύσις ἡ πρὸ τῆς ἁμαρτίας κτισθεῖσα, οὐχ ἥτις μετὰ τὴν παράβασιν ἐφθάρη. Χριστὸς γὰρ ὁ κύριος ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας παραγενόμενος τὴν ἁμαρτίαν ἀφείλετο τοῦ κόσμου, καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν· καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν ἐν σχήματι εὑρέθη ὡς ἄνθρωπος. ἐπειδὴ γὰρ χωρὶς ἁμαρτίας συνελήφθη ἐκ πνεύματος ἁγίου, διὰ τοῦτο καὶ χωρὶς ἁμαρτίας ἐστὶν ὁ τόκος ὁ ἐκ τῆς ἁγίας ἀχράντου παρθένου καὶ θεοτόκου, μὴ μεταχὼν πεῖρας τῆς ἁμαρτησάσης φύσεως. τὸ γὰρ τῆς σαρκὸς ὄνομα κατὰ δύο τρόποις διὰ τῶν θείων λογίων ἐπὶ καλῷ καὶ ἐπὶ κακῷ ἔγνωμεν λαμβάνεσθαι, καθὼς C γέγραπται· οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις εἰς τὸν αἰῶνα, διότι εἰσὶ σάρξ. καὶ ὁ ἀπόστολος· σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. καὶ πάλιν· τῷ νῷ δουλεύω τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας. θεωρῶ δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, ὃς ἐστὶν ἐν τοῖς μέλεσί μου· καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἐπὶ κακῷ ἀπολύτως εἴωθε νοεῖσθαί τε καὶ λέγεσθαι. ἐπ' ἀγαθῷ δὲ οὕτως, Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος· ἐλεύσεται ἅπασα σὰρξ ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν μου. καὶ ἐν τῷ Ἰώβ. ἐν τῇ σαρκί μου ὄψομαι τὸν Θεόν. καὶ ἀλλαχοῦ· ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. καὶ ἄλλα διάφορα. οὐ προσελήφθη D οὖν, καθὼς εἰρήκαμεν, ἀπὸ τοῦ σωτῆρος ἡ ἁμαρτήσασα φύσις, ἡ ἀντιστρατευομένη τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς, ἀλλ' ἦλθε ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, τουτέστι τὴν ἁμαρτήσασαν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους φύσιν. ἕτερος γὰρ νόμος τοῖς μέλεσιν, ἢ θέλημα διάφορον, ἢ ἐναντίον οὐ γέγονεν ἐν τῷ σωτῆρι, ἐπειδὴ καὶ ὑπὲρ νόμον ἀνθρωπίνης φύσεως ἐτέχθη. κἂν γὰρ γέγραπται· οὐκ ἦλθον ποιῆσαι τὸ θέλημά μου, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με πατρός. καί· οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὅπερ σὺ θέλεις πάτερ· καὶ ἄλλα τοιουτότροπα, οὐκ εἰσὶ ταῦτα διαφόρου θελήματος, ἀλλὰ τῆς οἰκονομίας τῆς ἀνθρωπότητος τῆς προσληφθείσης. ταῦτα γὰρ δι' ἡμᾶς ἐλέχθη, οἷς δέδωκε παράδειγμα, E ἵνα τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ἑπώμεθα, ὁ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλος τοὺς μαθητὰς διδάσκων, ἵνα μὴ τὸ ἴδιον ἕκαστος ἡμῶν, ἀλλὰ τὸ τοῦ κυρίου μᾶλλον ἐν πᾶσι προτιμήσῃ θέλημα. ὁδῷ τοίνυν βασιλικῇ πορευόμενοι δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ τῶν θηρευτῶν τὰς περικειμένας παγίδας ἐκφεύγοντες πρὸς λίθον τὸν ἡμέτερον μὴ προσκρούσωμεν πόδα, τοῖς Ἰδουμαίοις, τουτέστι τοῖς γηΐνοις αἱρετικοῖς τὰ οἰκεῖα καταλιμπάνοντες· μηδ' εἰς ἴχνος ποδὸς γλῶ, τουτέστιν εἰς τὴν φαύλην αὐτῶν διδασκαλίαν παντὶ τρόπῳ αἱ διάνοιαι ἡμῶν προσψαύσωσιν, ὅπως δυνηθῶμεν καταντῆσαι πρὸς τοὺς πατρῴους ὅρους τῇ τρίβῳ τῶν ἡγουμένων

γῆς.

A bus manifesta est de una voluntate, & una operatione. De hoc vero & Agatho sanctissimus antiquæ Romæ præsul per suggestionem suam eorum revelavit contrariam intentionem, imo magis etiam declaravit, eos qui similia senserunt cum Sergio, qui exorsus est novitatem vocis cacodoxam, & blasphemam introducere in catholica ecclesia doctrinam. Vnde etiam hos cum propriis eorum scriptis præfatus sanctissimus papa projecit.

Gloriosissimi judices dixerunt: Quamquam in omnibus orthodoxa sit suggestio sanctissimi ac ter beatissimi Agathonis papæ, & veritati conveniens, attamen omnino necessarium existit, ut prænominatarum personarum scripta ad medium producantur secun- B dum anteriorem interlocutionem, quam fecimus, ut inamplius manifestetur secta earumdem personarum.

Sanctum concilium dixit: Postquam ob accuratius cognoscendum de Pyrrho, & Petro, atque Cyro, qui fuit papa Alexandriæ, & Theodoro quondam episcopo Pharanitano, insistit vestra gloria, Georgius Deo amabilis diaconus, & chartophylax hujus sanctissimæ magnæ Dei ecclesiæ ad medium deducat quæ a supradictis personis dogmatice scripta sunt, quatenus omnibus satisfiat, quod & ipsi in omnibus Sergii errorem secuti sunt.

C

Georgius Deo amabilis diaconus, & chartophylax dixit: Secundum quæ dudum in anteriori actione interlocutum est vestrum sanctum & universale concilium, tunc egressus perquisivi, quæ jusseratis. Et primum quidem inveni in chartophylacio venerabilis patriarchii super hæc, quæ a me prolata sunt, etiam epistolam Cyri episcopi, qui tunc Phasidis fuerat, missam ad Sergium quondam patriarcham hujus a Deo conservandæ regiæ urbis, ante quinquaginta sex annos per " quartamdecimam indictionem præteriti circuli, interrogan- D tis per eamdem epistolam prædictum Sergium de quæstione operationum. Similiter & alteram epistolam, directam ab ipso Cyro ad eumdem Sergium, postquam ab episcopatu Phasidis translatus est ad sedem Alexandriæ magnæ civitatis, insinuante unitatem factam cum his, qui Theodosiani dicuntur, una cum exemplaribus satisfactionis de unitate, quæ provenit inter hos ipsos Theodosianos, & prædictum Cyrum, pariterque & Theodori quondam episcopi Pharanitani libros diversos, prolatos ex bibliotheca venerabilis pa- E triarchii, inter quos & epistolam ejusdem Theodori ad Sergium episcopum Arsenoiten de una operatione. Similiter & interpretationes diversorum paternorum testimoniorum. Excussi vero ex eadem bibliotheca & alios sex libros habentes scripta Pyrrhi, qui factus est post Sergium patriarcha hujus a Deo conservandæ regiæ urbis. Plurima horum manu ejus scripta sunt de voluntate, & operatione, & quibusdam aliis. Similiter autem protuli ex chartophylacio memorati venerabilis patriar-

" anno scilicet Christi 625. exeunte aut labente sequenti a quo ad an. 680. præterlapsi fuerant integræ tres periodi sive circuli indictionum.

ACTIO XIII.

patriarchii regestum diversarum epistolarum Pauli, qui fuit post eumdem Pyrrhum patriarcha hujus regiæ urbis, in quo jacet epistola scripta ab eodem Paulo ad sanctę memoriæ Theodorum, qui fuit papa Romanus de una voluntate, & tres prosphoneticos, id est, acclamatorios tomos ejusdem Pauli ad sanctæ memoriæ quondam imperatorem nostrum, & patrem piissimi nostri domini, & magni imperatoris, de una voluntate, & operatione. Ad hæc & Petri, qui factus est patriarcha post eumdem Paulum hujus regiæ urbis. Similiter regestum diversarum epistolarum, in quo est epistola ejusdem dogmatica, scripta ad Vitalianum sanctæ memoriæ quondam papam Romanum, & utraque pręmanibus habeo, ad quod vobis placuerit.

Sanctum concilium dixit: Libros, atque regesta vel chartas, quas præ manibus habet Georgius Deo amabilis diaconus, & chartophylax sanctæ hujus magnæ ecclesiæ, hæc suscipientes hi, qui a nobis excipiunt, per ordinem relegant. Et accipiens Antiochus religiosus lector, & notarius, duas epistolas a Cyro scriptas ad Sergium, una cum prænominato satisfactionis exemplari, relegit, sic continentes in verbis.

Deo honorabili meo domino, benigno principi pastorum, patri patrum, universali patriarchæ Sergio a Cyro humili vestro. Prompto me existente præsentem suggestionem porrigere Deo honorabili meo domino diversæ mihi subibant cogitationes, & in duabus sententiis animam partiebar. Putasne, inquam, docenti consentiam: *Altiora te ne quæsieris, & potiora te ne scrutatus fueris*: & claustra labiis imponens, silere studeam? aut auscultemne eum, qui dicit: *Quærens quære, & apud me mane*? Deinde in hoc meipsum sufficienter examinans, etiam scribendi sumebam fiduciam, cum ter beatitudinis vestræ a Deo inspiratam doctrinam in mente percipiebam, persuasus quod unum e duobus, sive etiam utrumque ex hoc mihi conquiretur. Aut enim, inquam, suscipiar, aut per omnia emẽdabor in his quæ suggeruntur, * si non ita sese habent. Dum dignus fuissem effectus, Deo honorabiles, piissimis vestigiis a Deo confirmati nostri domini, simulque & Deo honorabilem ejus condescensionem indeptus, fiduciam capiebam divinam jussionem ejus serenitatis relegendi, quæ ad Arcadium sanctissimum archiepiscopum Cypri contra Paulum primatem * anepiscoporum Deo decenter constructa est, cujus laudabilis ac Deo amabilis vere est omnis quidem intẽtus, pie immaculatam nostræ fidei rectitudinẽ allegans, duas autem operationes in domino nostro Iesu Christo, ut post unitionem dicatur prohibentem eam inveniens abnuebam, & proferre tentabam honoratissimam Leonis epistolam, duas operationes cum alterutrum scilicet communione, quemadmodum docet sanctissimus meus dominus, manifestissime proclamantem. Ex hoc ergo deinceps nobis exorto sermone, venerandam suggestionem a Deo inspirabilium vestrum ad relegendum jubebar suscipere, quæ dicebatur ac putabatur præfatę piæ jussionis esse rescriptũ. mentionem enim faciebat illius Pauli * Sauli, sed

Eccles. 3.

* G. quæ in se habent.

* id est, eorũ qui sunt sine episcopis

Epist. 10.

* phauli, hoc

πατριαρχείου ῥέγεστον διαφόρων ἐπιστολῶν Παύλου τοῦ μετ' αὐτὸν Πύῤῥον γενομένου πατριάρχου τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως ἐν ᾧ φέρεται ἐπιστολὴ γραφεῖσα παρὰ τοῦ αὐτοῦ Παύλου πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Θεόδωρον τὸν γενόμενον πάπαν Ῥώμης περὶ ἑνὸς θελήματος. καὶ προσφωνητικοὶ τοῦ αὐτοῦ Παύλου τόμοι τρεῖς πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις γενόμενον ἡμῶν βασιλέα καὶ πατέρα τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ μεγάλου βασιλέως περὶ ἑνὸς θελήματος καὶ ἐνεργείας. ἔτι μὴν καὶ Πέτρου τοῦ γενομένου πατριάρχου ὡσαύτως μετὰ τὸν αὐτὸν Παῦλον τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως. ῥέγεστον ὁμοίως διαφόρων ἐπιστολῶν, ἐν ᾧ ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ δογματικὴ γραφεῖσα πρὸς Βιταλιανὸν τὸν ἐν ἁγίᾳ τῇ μνήμῃ γενόμενον πάπαν Ῥώμης. καὶ ἀμφότερα ἐπικομίζομαι πρὸς τὸ ὑμῖν παραστησόμενον.

Η ἁγία σύνοδος εἶπεν· ἅπερ μετὰ χεῖρας ἔχει Γεώργιος ὁ θεοσεβέστατος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ τῆς ἐνταῦθα ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας βιβλία, ῥέγεστρα, καὶ χάρτας, ταῦτα ὑποδεχόμενοι οἱ ἡμᾶς ὑπεκλαμβάνοντες κατὰ τάξιν ἀναγινωσκέτωσαν. καὶ λαβὼν Ἀντίοχος ὁ εὐλαβέστατος ἀναγνώστης καὶ νοτάριος τὰς γραφείσας ἀπὸ Κύρου πρὸς Σέργιον δύο ἐπιστολὰς μετὰ καὶ τοῦ λεχθέντος τῆς πληροφορίας ἴσου ἀνέγνω, ἐχούσας ἐπὶ λέξεως οὕτως.

Τῷ θεοτιμήτῳ δεσπότῃ, ἀγαθῷ ἀρχιποίμενι, πατρὶ πατέρων, οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ Σεργίῳ παρὰ Κύρου ἐλαχίστου ὑμετέρου. προθυμηθέντι μοι τὴν παροῦσαν ἀναφορὰν ἀνατεῖναι τῷ θεοτιμήτῳ μου δεσπότῃ διάφοροι εἰσῄεσαν λογισμοὶ, καὶ δυσὶ γνώμαις τὴν ψυχὴν ἐμεριζόμην. ἆρά γε, φημὶ, πεισθείην τῷ διδάσκοντι· ὑψηλότερά σου μὴ ζήτει, καὶ βαθύτερά σου μὴ ἐρεύνα· καὶ κλεῖθρα ἐπιβαλὼν τοῖς χείλεσι σιγὴν ἀσκήσω; ἢ ἀκούσοιμι τοῦ λέγοντος· ζητῶν ζήτει, καὶ παρ' ἐμοὶ μένε; εἶτα ἱκανῶς ἐμαυτὸν ἐν τούτῳ βασανίσας, τότε καὶ γράφειν ἐπαῤῥησιαζόμην, ὅτε τὴν τῶν τρισμακαρίστων ὑμῶν θεόπνευστον διδασκαλίαν κατὰ νοῦν ἐλάμβανον, πεπεισμένος ὅτι δυοῖν θάτερον, ἢ καὶ ἑκάτερα ἂν ἐκ τούτου μοι περιγένοιτο· ἢ γὰρ, φημὶ, ἀποδεχθείην, ἢ πάντως διορθωθείην ἐπὶ τοῖς ἀναφερομένοις, οὖσιν ἐν τούτοις, ἀξιωθεὶς θεοτιμήτοις τῶν πανευσεβῶν ἰχνῶν τοῦ θεοστηρίκτου ἡμῶν δεσπότου, ἅμα δὲ καὶ τῆς θεοτιμήτου αὐτοῦ συγκαταβάσεως τυχὼν, παῤῥησίας μετελάμβανον θείᾳ κελεύσει τῆς αὐτοῦ ἡμερότητος ἐντυχεῖν πρὸς Ἀρκάδιον τὸν ἁγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κύπρου κατὰ Παύλου τοῦ κεφαλαιώτου τῶν ἀνεπισκόπων μάλα θεοπρεπῶς συνταγείσῃ. ἧς ἐπαινετὸς καὶ θεοφιλὴς ὡς ἀληθῶς ἅπας μὲν ὁ σκοπὸς, εὐσεβῶς τὴν ἀμώμητον ἡμῶν ὀρθοδοξίαν θρησκεύων, δύο δὲ ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγεσθαι κωλύουσαν αὐτὴν εὑρηκὼς ἀνένευον, καὶ προφέρειν ἐπειρώμην τοῦ μακαρίου Λέοντος τὴν πάντιμον ἐπιστολὴν, δύο ἐνεργείας μετὰ τῆς ἀλλήλων δηλαδὴ κοινωνίας, καθὼς διδάσκει ὁ πανάγιός μου δεσπότης, ἀναφανδὸν βοῶσαν. ἐνθένδε λοιπὸν ὁρμηθέντος ἡμῖν τοῦ λόγου, πάντιμον ἀναφορὰν τῶν θεοπνεύστων ὑμῶν εἰς ἀνάγνωσιν ἐγχειρίζεσθαι ἐκελευόμην, ἀντίγραφον εἶναι λεγομένην καὶ δοκοῦσαν τῆς ῥηθείσης εὐσεβοῦς κελεύσεως· μνήμην γὰρ ἐποιεῖτο ἐκείνου Παύλου τοῦ φαύλου, ἀλλὰ μὴν

* θεομ

μίαν καὶ τοῦ τῆς κελεύσεως ἴσου, καὶ τὸν ἐγγεγραμμένον αὐτῷ νοῦν ἀπεδέχετο. εἰκότως οὖν τηνικαῦτα ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ ἥκιστα ἀντιλέγειν ἐπαιδευόμην. ἐπὶ δὲ τὴν ὑμετέραν θεόφραστον διδασκαλίαν καταφεύγειν ἔγνων, τιμίων αὐτῆς κεραιῶν ἀξιωθῆναι δεόμενος τηλαυγέστερον διασαφούντων, ὅπως δύο ἐνεργείας λέγειν μετὰ τὴν ἕνωσιν παραιτούμενοι εἰς μίαν * ἡγουμενικὴν ἐνέργειαν δυνάμεθα ἐπὶ πᾶσι τοῖς θείοις λόγοις συγκλείειν, τό, τε παθητὸν καὶ ἀπαθὲς τῆς ἀῤῥήτου οἰκονομίας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἵνα διὰ τῆς θεοφανοῦς παιδεύσεως τῶν θεοδιδάκτων ὑμῶν φωταγωγηθὲν ἡμῶν τὸ ἀπαίδευτον ἴσως κἂν ἐν τούτῳ μιμήσηται τὴν πίονα καὶ εὐθαλῆ γῆν, καὶ τὸν καταβαλλόμενον τοῦ λόγου κόκκον ἀσμένως ὑποδεξάμενον πρὸς εὐκαρπίαν διασώσῃ. τὰς δὲ θεοπειθεῖς αὐτοῦ προσευχὰς συνήθως ἐπιχορηγῆσαι τῇ ἐμῇ βραχύτητι καὶ τοῖς σὺν ἐμοὶ ὁ ἀγαθός μου δεσπότης καταξιώσῃ. ἡ ὑπογραφή. Κῦρος ἐλάχιστος ὑπερευχόμενος τῆς πανττίμου ζωῆς τοῦ θεοτιμήτου μου δεσπότου ἀνήγαγον.

Ἑτέρα ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ γραφεῖσα ἀπὸ Ἀλεξανδρείας. Ἰδίῳ δεσπότῃ τὰ πάντα θεοτιμήτῳ καὶ τρισμακαριστῷ ποιμένι ποιμένων, πατρὶ πατέρων οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ Σεργίῳ Κῦρος ἐλάχιστος ὑμέτερος. Εὐφορίας καὶ πάλιν πνευματικῆς διὰ τῶν εὐπροσδέκτων εὐχῶν τῆς τοῦ θεοτιμήτου μου δεσπότου μακαριότητος γεωργηθείσης, τῇ διδαχῇ καὶ τοῖς πανευσεβέσι χρόνοις τῶν θεοφρουρήτων καὶ κατὰ ἀλήθειαν φιλοχρίστων ἡμῶν δεσποτῶν συμβαινούσης, καὶ νῦν ἀξιοῦμαι τῷ τρισμακαριστῷ μου δεσπότῃ τὰς ἀπαρχὰς ἀναφέρειν. δῆλον γὰρ ποιοῦμαι, ὡς ἅπαντες οἱ τοῦ δόγματος τῶν λεγομένων Θεοδοσιανῶν κατὰ ταύτην τὴν Ἀλεξανδρέων φιλόχριστον πόλιν κληρικοὶ, ἅμα καὶ τοῖς ἐν ἀξίαις καὶ στρατείαις διαλάμπουσιν, ἔτι δὲ καὶ τοῖς εἰς δῆμον τελοῦσιν, εἰς χιλιάδας συντείνοντες κατὰ τὴν τρίτην τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἑνωθέντες τῇ καθ' ἡμᾶς ἁγιωτάτῃ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῶν ἀχράντων τοῦ Θεοῦ σὺν ἡμῖν μυστηρίων μετέλαβον· ὁδηγηθέντες πρὸς τοῦτο, ἡγουμένης προδήλως τῆς τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ εὐδοκίας, τῇ χορηγηθείσῃ μοι διδαχῇ παρά τε τῶν φιλαγάθων καὶ καλλινίκων ἡμῶν δεσποτῶν, παρά τε τῆς τοῦ δεσπότου μου θεοπνευστου παναγιστείας· ὡς ἐντεῦθεν συστῆναι κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐν τοῖς πυκάζουσιν ἑορτὴν μέχρι τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. εἰ δὲ δεῖ τἀληθέστερον λέγειν, οὐκ ἐν τοῖς πυκάζουσι μόνον, οὐδὲ μέχρι τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου, ἀλλὰ κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀλεξανδρέων φιλόχριστον πόλιν, καὶ τὰς ὑπ' αὐτὴν ἐνορίας μέχρι τῶν νεφελῶν αὐτῶν, καὶ τούτων ἐπέκεινα τῶν οὐρανίων τάξεων, τῇ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν εἰρήνῃ, καὶ τοῖς πρὸς αὐτὴν ἐπιστρεφομένοις εὐφραινομένων. ὅπως δὲ τὰ τῆς τοιαύτης ἑνώσεως παρηκολούθησε, λεπτομερῶς τολμήσας ἀνήγαγον ἐπὶ τὰς πανευσεβεῖς ἀκοὰς τῶν ἀηττήτων καὶ γαληνοτάτων ἡμῶν δεσποτῶν διὰ τοῦ συνδούλου μου Ἰωάννου τοῦ θεοφιλεστάτου διακόνου πᾶσι τοῖς κινηθεῖσι παρατυχόντος. καὶ πέπεισμαι, ὅτι καὶ ἐν τούτῳ ἀποδέχεται τὸν ἐλάχιστον αὐτοῦ δοῦλον ὁ πανάγιός μου δεσπότης. δέομαι οὖν τοῦ τρισμακαρίστου μου δεσπότου, ὅπως ἐν εἰδήσει περὶ πάντων γινόμενος, εἴ τι μοι κατὰ τὴν

A & jussionis exemplaris, & intentum eorum, quæ in eo scripta fuerant, admittebat. Opportune ergo tunc silentium gerere, & nequaquam contradicere perstruebar: ad vero a Deo eruditam vestram doctrinam confugere didici, venerabiles ejus syllabas postulás promereri, liquidius declarantes, qualiter duas operationes post unitionem dicere recusantes in una, id est, singulari operatione, in omnibus divinis eloquiis possumus concludere, tam quod passibile, quam quod impassibile est ipsius ineffabilis dispensationis salvatoris nostri Iesu Christi, quatenus a Deo illustrata B eruditione Deo instructorum vestrorum illuminata imperitia nostra, forsitan vel in hoc imitetur pinguissimam, atque fertilem terram, seminatumque verbi granum libenter suscipiens, ad fecunditatem salvum perducat. Deo acceptas denique sui orationes solite ministrare tam meæ parvitati, quamque his qui mecum sunt, benignus meus dominus dignetur. Subscriptio. Cyrus humilis exorans pro honoratissima vita Deo honorabilis mei domini suggessi.

Alia epistola ejusdem Cyri scripta ab Alexandria. Proprio domino per omnia a C Deo honorando atque ter beatissimo benigno pastorum pastori, patri patrum, universali patriarchæ Sergio, Cyrus humilis vester. Fecunditatis & iterum spiritalis fructificantis per Deo acceptabiles orationes beatitudinis Deo amabilis mei domini, quæ concurrit * doctrinis piissimorum a Deo conservandorum, & veraciter Christo amabilium dominorum nostrorum, & nunc promereor ter beatissimo meo domino primitias suggerere. Notum enim facio, quod omnes qui dicuntur dogmatis Theodosianorum circa hanc Alexandrinorum Christo amabilem civitatem clerici, una cum his qui in dignitatibus, & exercitibus clarent, insuper & qui ex plebe sunt in millibus D constituti, per tertiam Iunii mensis adunati sanctæ nostræ catholicæ Dei ecclesiæ, intemerabilia nobiscum Dei mysteria perceperunt, ad hoc adducti præviante profecto beneplacito omnipotentis Dei, per collatam mihi doctrinam tam a piissimis ac invictissimis nostris dominis, quamque a Deo inspirata domini mei sanctitate, ut per hoc stabiliretur secundum quod scriptum est, *in confrequentationibus dies festus, usque ad cornua altaris.* Si autem oportet veracius dicere, non in confrequentationibus tantum, neque usque ad cornua altaris, sed & in omnem Alexandrinorum Christo amabilem civitatem, ejusque confinia, usque ad E nubes ipsas, & ultra has cælestibus ordinibus in pace sanctarum ecclesiarum, & in his qui ad eamdem convertuntur, lætantibus. Qualiter autem hæc adunatio assecuta est, subtiliter præsumens suggessi piissimis auribus invictissimorum ac serenissimorum nostrorum dominorum, per confamulum meum Ioannem Deo amabilem diaconum, qui adfuit in omnibus quæ mota sunt: & certus sum, quia & in hoc acceptat ultimum suum famulum sanctissimus meus dominus. Quæso itaque ter beatissimum meum dominum, quatenus cognitionem omnium faciens, si quid mihi in tali motione

ACTIO XIII.

hoc est pravi.

* doctrinis & temporibus

Psalm. 117.

ACTIO XIII.

motione forsitan defuit, aut per ignorantiam de competentibus frustratus sum, emendare exiguum suum famulum dignetur. opus enim hoc Deo honorabilium vestrorum est, qui omnibus divinis scripturis decoramini, & desuper perficimini.

Subscriptio. Cyrus humilis episcopus, orans pro Deo honorabilis mei domini vita suggessi.

Exemplar satisfactionis factæ inter Cyrum quondam papam Alexandriæ, & eos qui erant ex parte Theodosianorum.

DOMINO Christo vero Deo nostro omnibus præfulgente, omnesque ad saluberrimam, & veram ejus fidem dirigente, & in unam eamdemque sanctam suam ecclesiam convocante, præsentem satisfactionem facimus pro unitate sanctarum Dei ecclesiarum, mensis Maii die quarta, indictione sexta.

Satisfactio facta a Cyro misericordia Dei episcopo per divinam sanctionem benignissimorum, atque triumphatorum dominorum nostrorum locum *exhibente apostolicæ sedis hujus Alexandrinæ Christo amabilis civitatis.

*obtinente

I.

Si quis non confitetur Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, Trinitatem consubstantialem, unam deitatem in tribus subsistentiis, anathema sit.

II.

Si quis non confitetur unum sanctæ Trinitatis Deum Verbum, qui ante sæcula sine tempore natus est ex Patre, & descendisse de cælis, & incarnatum esse ex Spiritu sancto, & domina nostra sancta gloriosa Dei genitrice semperque virgine Maria, & humanatum, passum esse propria carne, & mortuum, & sepultum, & resurrexisse tertia die secundum scripturas, anathema sit.

III.

Si quis non confitetur, unius ejusdem domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri tam passiones, quamque miracula, sed alterius, & alterius, anathema sit.

IV.

Si quis non confitetur, ex ipsa summa unitione Deum Verbum in utero sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ, constituisse sibi per unitionem carnem ex ipsa sancta Dei genitrice nobis consubstantialem, animatam anima rationali, & intellectuali, unitione naturali, atque secundum subsistentiam, & sic processisse ex ea, unum existentem, & inconfusum, atque indivisum, anathema sit.

V.

Si quis non confitetur, sanctam dominam nostram, semperque virginem Mariam, proprie, & secundum veritatem θεοτόκον, id est, Dei genitricem, utpote quæ Deum Verbum incarnatum concepit, & genuit, anathema sit.

VI.

Si quis non confitetur, ex duabus naturis, id est, deitate, & humanitate, unum Christum, unum Filium, unam Dei Verbi naturam incarnatam, secundum sanctum Cyrillum, inconfuse, inconvertibiliter, immutabi-

A τοιαύτην κίνησιν, ὡς εἰκὸς, καθυστέρηται, ἢ κατ' ἄγνοιαν τοῦ δέοντος διημάρτηται, *διορθώσασθε τὸν ἐλάχιστον αὐτοῦ δοῦλον. ἔργον γὰρ τοῦτο τῶν θεοτιμήτων ὑμῶν πάσαις ταῖς θεϊκαῖς κεκοσμημένων γραφαῖς, καὶ τετελειωμένων ταῖς ἄνωθεν ἀρεταῖς.

ANNO CHRISTI 680

*L. διορθώσασθε καταξι...

Ὑπογραφή. Κῦρος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος ὑπὲρ εὐχόμενος τῆς θεοτιμήτου εὐζωΐας τοῦ τρισμακαρίστου μου δεσπότου ἀνήγαγον.

Ἴσον γενομένης πληροφορίας μεταξὺ Κύρου τοῦ γενομένου πάπα Ἀλεξανδρείας, καὶ τῶν τῆς μερίδος τῶν Θεοδοσιανῶν.

ΤΟΥ δεσπότου Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν πάντων περιλάμποντος, καὶ πάντας εἰς τὴν σωτήριον καὶ ἀληθινὴν αὐτοῦ πίστιν ἰθύνοντος, καὶ B εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἁγίαν αὐτοῦ ἐκκλησίαν συγκαλοῦντος, τὴν παροῦσαν πληροφορίαν πεποιήμεθα ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, μηνὶ Παϋνὶ, ἰνδικτιῶνος ϛ'.

Πληροφορία γενομένη παρὰ Κύρου ἐλέῳ Θεοῦ ἐπισκόπου, τὸν τόπον ἐπέχοντος κατὰ θεῖον θέσπισμα τῶν ἀγαθῶν καὶ καλλινίκων ἡμῶν δεσποτῶν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ταύτης τῆς Ἀλεξανδρέων φιλοχρίστου πόλεως.

α'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, Τριάδα ὁμοούσιον, μίαν θεότητα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἀνάθεμα ἔστω.

C β'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος, τὸν Θεὸν λόγον τὸν πρὸ αἰώνων ἀχρόνως γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, καὶ ἀποθανόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφὰς, ἀνάθεμα ἔστω.

γ'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ τά τε πάθη καὶ τὰ D θαύματα, ἀλλ' ἄλλου καὶ ἄλλου, ἀνάθεμα ἔστω.

δ'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ ἐξ αὐτῆς ἄκρας ἑνώσεως τὸν Θεὸν λόγον ἐν τῇ γαστρὶ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας ὑποστῆσαι ἑαυτῷ καθ' ἕνωσιν σάρκα ἐξ αὐτῆς τῆς ἁγίας θεοτόκου τὴν ἡμῖν ὁμοούσιον, ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, ἑνώσει φυσικῇ τε καὶ καθ' ὑπόστασιν, καὶ οὕτως προελθεῖν ἐξ αὐτῆς ἕνα ὄντα ἀσύγχυτόν τε καὶ ἀδιαίρετον, ἀνάθεμα ἔστω.

E ε'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν ἁγίαν δέσποιναν ἡμῶν καὶ ἀειπάρθενον Μαρίαν κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν θεοτόκον εἶναι, ὡς τὸν Θεὸν λόγον σεσαρκωμένον κυήσασαν καὶ τεκοῦσαν, ἀνάθεμα ἔστω.

ϛ'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ ἐκ δύο φύσεων, τουτέστι θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, μίαν τὴν Θεοῦ λόγου φύσιν σεσαρκωμένην κατὰ τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀναλλοιώτως,

τας, ἤγουν μίαν ὑπόστασιν σύνθετον, ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, εἷς ὢν τῆς ἁγίας ὁμοουσίου Τριάδος, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.

ζ′.

Εἴ τις τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν δυσὶ θεωρεῖσθαι λέγων ταῖς φύσεσιν, οὐχ ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ, τὸν ἀϊδίως μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα Θεὸν λόγον, ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς τὸν αὐτὸν σαρκωθέντα καὶ τεχθέντα ἐκ τῆς παναγίας καὶ ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· ἀλλ' ἕτερον τοῦτον οἶδε καὶ ἕτερον, καὶ οὐχ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, κατὰ τὸν σοφώτατον Κύριλλον, ἐν θεότητι τέλειον, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον τὸν αὐτόν· καὶ κατὰ τοῦτο καὶ μόνον ἐν δύο θεωρούμενον φύσεσι· τὸν αὐτὸν πάσχοντα κατ' ἄλλο, καὶ ἄλλο, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν ἁγίοις ἔφησε Κύριλλος, πάσχοντα μὲν ἀνθρωπίνως σαρκὶ καθὸ ἄνθρωπος, μένοντα δὲ ὡς Θεὸν ἀπαθῆ ἐν τοῖς τῆς ἰδίας σαρκὸς πάθεσι· καὶ τὸν αὐτὸν ἕνα Χριστὸν καὶ υἱὸν ἐνεργοῦντα τὰ θεοπρεπῆ καὶ ἀνθρώπινα μιᾷ θεανδρικῇ ἐνεργείᾳ, κατὰ τὸν ἐν ἁγίοις Διονύσιον· θεωρίᾳ μόνῃ διακρίνων τὰ ἐξ ὧν ἡ ἕνωσις γέγονε, καὶ ταῦτα τῷ νῷ διακοπῶν ἄτρεπτα καὶ ἀσύγχυτα μετὰ τὴν αὐτῶν φυσικὴν καὶ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν μένοντα· καὶ ἐν τούτοις ἀδιαιρέτως καὶ ἀχωρίστως τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν καὶ υἱὸν γνωρίζομενον, καθὸ δύο τὰ ἀλλήλοις ἀσυγχύτως συντετηγμένα καθορᾷ τῷ νῷ πραγματικὴν αὐτῶν τὴν θεωρίαν ποιούμενος, ἀλλὰ μὴ φαντασίᾳ ψευδεῖ καὶ διακένοις νοῦ διαπλάσμασι· * διΐστωσι δὲ οὐδαμῶς, ὡς ἀνῃρημένης ἤδη τῆς εἰς δύο διατομῆς διὰ τὴν ἄφραστον καὶ ἀπερινόητον ἕνωσιν, λέγων κατὰ τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον· ἅμα γὰρ σὰρξ, ἅμα Θεοῦ λόγου σάρξ· ἅμα σὰρξ ἔμψυχος λογικὴ, ἅμα Θεοῦ λόγου σὰρξ ἔμψυχος λογική· ἀλλ' ἐπὶ διαιρέσει τῇ ἀνὰ μέρος τὴν τοιαύτην ἐκλαμβάνει φωνὴν, ἀνάθεμα ἔστω.

η′.

Εἴ τις οὐκ ἀναθεματίζει Ἄρειον, Εὐνόμιον, Μακεδόνιον, Ἀπολινάριον τοὺς αἱρετικοὺς, Νεστόριον, Εὐτυχέα τὸν δυσώνυμον, καὶ Κῦρον καὶ Ἰωάννην τοὺς Αἰγεώτας, καὶ πάντας τοὺς ἀντειρηκότας καθ' οἷον δήποτε τρόπον τοῖς δώδεκα κεφαλαίοις τοῦ ἁγιωτάτου Κυρίλλου, καὶ μὴ μετανοήσαντας, ἀλλ' ἐν τῇ τοιαύτῃ πλάνῃ ἀποθανόντας, καὶ τοὺς τὰ ὅμοια αὐτῶν φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας, ἀνάθεμα ἔστω.

θ′.

Εἴ τις οὐκ ἀναθεματίζει τὰ συγγράμματα Θεοδωρίτου τὰ κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιστολὴν, καὶ Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ. καὶ εἴ τις οὐ δέχεται τὰ συγγράμματα τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ μάλιστα τὰ κατὰ Θεοδώρου καὶ Θεοδωρίτου, καὶ Ἀνδρέου, καὶ Νεστορίου, καὶ τῶν τὰ ὅμοια αὐτοῖς καὶ ἑνὸς αὐτῶν πεφρονηκότων ἢ φρονούντων, ἀνάθεμα ἔστω.

Ἔτι λαβὼν ὁ αὐτὸς εὐλαβέστατος Ἀντίοχος βιβλίον Θεοδώρου ἐπισκόπου γενομένου τῆς Φαρὰν, ἀνέγνω λόγον τὸν αὐτοῦ πρὸς Σέργιον ἐπίσκοπον γενόμενον Αρ-

A liter, sive unam subsistentiam compositam, quod est ipse dominus noster Iesus Christus, qui unus est de sancta consubstantiali Trinitate, talis anathema sit.

VII.

Si quis unum dominum nostrum Iesum Christum in duabus considerari dicens naturis, non eumdem unum de Trinitate confiteatur sempiterne quidem ex Patre genitum Deum Verbum, novissimis autem sæculi temporibus eumdem incarnatum, atque genitum ex sanctissima, & intemerata domina nostra, Dei genitrice, semperque virgine Maria, sed alterum hunc noscit, & alterum, B & non unum eumdemque secundum sapientissimum Cyrillum, in deitate perfectum, & in humanitate eumdem perfectum, ex hocque solo in duabus contemplandum naturis, eumdem passum, & non passum secundum aliud, & aliud, sicut idem sanctus Cyrillus ait: & patientem quidem humanitus carne, secundum quod homo est: permanentem vero impassibilem, ut Deum, in passionibus propriæ carnis, eumdemque unum Christum & Filium, operantem Deo decibilia, & humana una deivirili operatione, secundum sanctum Dionysium, sola contemplatione discernens ea, ex qui- C bus unitio facta est, & hæc intellectu considerans, inconvertibilia, & inconfusa post eorum naturalem, & secundum subsistentiam unitionem manentia, in hisque indivise, atque inseparabiliter unum eumdemque Christum, & Filium recognoscens, juxta quod duo adinvicem inconfuse convenientia considerat intellectu * causativam eorum contemplationem faciens, & non phantasia mendaci, atque inanibus mentis figmentis, nullatenus vero disjungit, quasi perempta jam illa, quæ in duo est, sectione propter ineffabilem, & inconfusam, & inexcogitabilem unitionem, dicens secundum sanctum D Athanasium: Simul enim caro, simul Dei Verbi caro: simul caro animata rationalis: simul Dei Verbi caro animata rationalis: sed ad divisionem per partes hujusmodi assumit vocem, anathema sit.

* id est, realem,

VIII.

Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem hæreticos, Nestorium, Eutychen nec nominabilem, & Cyrum, & Ioannem Ægeotas, & omnes qui quocumque modo contradixerunt duodecim capitulis sanctissimi Cyrilli, & pœnitentiam non egerunt, sed in hoc errore sunt mortui, & quiqui similia ei sapuerunt, aut sapiunt, anathema sit.

E

IX.

Si quis non anathematizat scripta Theodoriti, quæque sunt contra rectam fidem, & sanctum Cyrillum, & epistolam quæ dicitur Ibæ, & Theodorum Mopsuestenum, & scripta ejus; & si quis non suscipit scripta sancti Cyrilli, & maxime quæ sunt contra Theodorum, & Theodoritum, Andreamque, & Nestorium, & quiqui similia eis, uniusve eorum senserunt, aut sentiunt, anathema sit.

Item accipiens idem Antiochus religiosus lector, & notarius codicem Theodori, qui fuit episcopus Pharan, relegit librum ejus scriptum ad Sergium quondam episcopũ Ar-

ACTIO XIII.

senoitam Ægyptiacæ diœceseos, in quo continebatur ita:

Omne quidquid describitur seu locutus, sive operatus dominus, per mentem, & sensum, atque sensoria, & dixit & operatus est; & sic ejus tamquam totius, & unici una operatio Verbi, mentis, sensibilis, & organici corporis cuncta dicantur.

Ejusdem ex eodem sermone:

Quoniam quidem primordialiter propter quamdam divinam, & sapientissimam dispensationem, somnum, & fastidium, esuriem, & sitim admisit, quando voluit, * maxime vero etiam in his motum horum, & quietem, ad illam omnipotentiam ac sanctissimam Verbi operationem applicamus, & ex hoc unam unius ejusdemque Christi operationem appellamus.

* *G.* maxime jure

Ejusdem ex eodem sermone:

Affatim, ut opinor, nobis sermo discutiendo monstravit, quia omnia quæcumque scripta sunt de domino Christo, sive Dei, seu animæ, seu corporis, seu utriusque, animæ, inquam, atque corporis, singulariter simul, & inseparabiliter agebantur, incipientia quidem, &, ut est dicere: effluentia ex Verbi sapientia, & benignitate, atque virtute, mediante vero intellectuali anima, & corpore procedentia. Et ideo una operatio totius, utpote unius ejusdemque salvatoris nostri, hæc omnia & sunt & dicta sunt.

Ejusdem ex eodem sermone:

Habemus utique ex his manifestum esse opus Dei omnia, quæ de Christo audivimus, & credimus, sive divinæ naturæ congruentia, sive humanæ: & ideo una operatio ista tam deitatis ejus quamque humanitatis, pie nominata sunt.

Ejusdem ex eodem sermone:

Vt sit omnis humanatio a principio usque ad finem, & quæque ejus sunt parva, & magna, una veraciter sublimissima, & divina operatio.

Ejusdem ex sermone, quem fecit in interpretationes patrum testimoniorum.

Divina vero voluntas, quæ est ipsius Christi, ipsius enim voluntas una est, & hæc divina.

Ejusdem ex eodem sermone:

Per hæc igitur absque ulla ambiguitate instruimur, quod omnia salutaris dispensationis, seu divina, sive humana, de salvatore nostro Iesu Christo descripta sunt, principaliter quidem, ut est dicere, ex divinitate facultatem originemque accipiebant, mediante tamen intellectuali, atque rationali anima per corpus gerebantur, sive mirificam quamdam virtutem dixeris, sive etiam naturalem alteram hominis motionem, ut est cibi appetitus, somnus, fastidium, & dolorum susceptio, tristitia, anxietas, quæ etiam per * inusitationem nominum ex consuetudine passiones appellantur, proprie vero naturales sunt motiones per animatum ac sensuale animal: & ipsa vero quæ revera sunt, & dicuntur, passiones, crux, mortificatio, plagæ, cicatrix, acclavationes, consputiones,

* concessionem

A σενόης τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, ἐν ᾧ περιέχεται οὕτως.

Πᾶν ὁπουοῦν ἱστόρηται ἢ εἰπὼν ἢ δράσας ὁ κύριος, διὰ νοῦ καὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητηρίων καὶ εἶπε καὶ ἔπραξε. καὶ οὕτως αὐτοῦ ὡς ὅλου καὶ ἑνὸς μία ἐνέργεια τοῦ λόγου, τοῦ νοῦ, τοῦ αἰσθητικοῦ σώματος καὶ ὀργανικοῦ τὰ πάντα λεχθείη.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἐπειδὴ προηγουμένως διά τινα θείαν καὶ σοφωτάτην οἰκονομίαν ὕπνον, κάματον, καὶ πεῖναν, καὶ δίψαν προσήκατο, ὁπότε καὶ ἠβουλήθη, καὶ μάλιστα δικαίως καὶ τὴν ἐν τούτοις κίνησιν καὶ ἠρεμίαν τῇ πανσθενεῖ καὶ πανσόφῳ τοῦ λόγου ἐνεργείᾳ προσάπτομεν. καὶ ἐντεῦθεν μίαν τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς
B Χριστοῦ ἐνέργειαν προσαγορεύομεν.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἱκανῶς οἶμαι παρέστησεν ἡμῖν ὁ λόγος διὰ τῆς ἐξετάσεως, ὅτι πάντα ὅσα ἱστόρηται περὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, εἴτε Θεοῦ, εἴτε ψυχῆς, εἴτε σώματος, ἢ τοῦ συναμφοτέρου, ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, μοναδικῶς ἅμα καὶ ἀδιαιρέτως ἐπράττετο, ἀρχόμενα μὲν καὶ οἷον εἰπεῖν πηγάζοντα ἐκ τῆς τοῦ λόγου σοφίας καὶ ἀγαθότητος καὶ δυνάμεως, διὰ μέσης δὲ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος προϊόντα. καὶ διὰ τοῦτο μία ἐνέργεια ὅλου ὡς ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ σωτῆρος ἡμῶν ταῦτα πάντα καί εἰσι καὶ
C ἐλέχθησαν.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἔχομεν ἄρα ἐκ τούτων σαφῶς, ὅτι ἔργον Θεοῦ ἅπαντα, ὅσα περὶ Χριστοῦ καὶ ἀκούομεν καὶ πιστεύομεν, εἴτε τῇ θείᾳ φύσει προσεοικότα, εἴτε τῇ ἀνθρωπίνῃ. καὶ κατὰ τοῦτο μία ἐνέργεια ταῦτα τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος εὐσεβῶς ὠνόμασται.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ὡς εἶναι πᾶσαν τὴν ἐνανθρώπησιν ἀπὸ ἀρχῆς μέχρι τέλους, καὶ ὅσα ταύτης μικρά τε καὶ μεγάλα, μίαν ἀληθῶς ὑψηλοτάτην καὶ θείαν ἐνέργειαν.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ λόγου, οὗπερ ἐποίησεν εἰς τὰς
D ἑρμηνείας τῶν πατρικῶν χρήσεων.

Τὸ δὲ θεϊκὸν θέλημα, ὅπερ ἐστὶν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ· αὐτοῦ γὰρ τὸ θέλημα ἕν ἐστι, καὶ τοῦτο θεϊκόν.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Διὰ τούτων ἄρα χωρὶς πάσης ἀμφιλογίας παιδευόμεθα, ὅτι πάντα ὅσα τῆς σωτηριώδους οἰκονομίας εἴτε θεῖα, εἴτε ἀνθρώπινα περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ ἀνιστόρηται, ἀρχοειδῶς μὲν οἷον
E εἰπεῖν ἐκ τοῦ θείου τὴν ἔνδοσιν καὶ τὴν αἰτίαν ἐλάμβανε, διὰ μέσης δὲ τῆς νοερᾶς καὶ λογικῆς ψυχῆς ὑπουργεῖτο παρὰ τοῦ σώματος· εἴτε θαυματοποιόν τινα δύναμιν εἴποις, εἴτε καὶ φυσικήν τινα τοῦ ἀνθρώπου κίνησιν· οἷον τροφῆς ὄρεξιν, ὕπνον, κάματον, καὶ πόνων ἀντίληψιν, λύπην καὶ ἀδημονίαν. ἃ καὶ πάθη κατὰ συγχώρησιν ὀνομάτων ἐκ τῆς συνηθείας προσαγορεύεται, κυρίως δὲ φυσικῆς κινήσεως διὰ τοῦ ἐμψύχου καὶ αἰσθητικοῦ ζώου πεφύκασι. καὶ αὐτὰ δὲ, ἅπερ κυρίως ἐστὶ καὶ λέγεται πάθη, ὁ σταυρὸς, ἡ νέκρωσις, οἱ μώλωπες, ἡ οὐλὴ καὶ καθήλωσις, τὰ ἐμπτύσματα, τὰ ῥαπίσμα-

ῥαπίσματα, πάντα ταῦτα ὀρθῶς τε καὶ δικαίως κληθείη μία καὶ τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς Χριστοῦ ἐνέργεια.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Νοείσθω οὖν ἡμῖν ἐκ παντὸς ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν μία θεία τε καὶ σωτηριώδης ὄντως ἐνέργεια.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἐκ τούτων γε πάντων καὶ τῶν ὁμοίων εὖγε καὶ μάλα δικαίως μία Θεοῦ ἐνέργεια πάντα τὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἴδια πιστευέσθω καὶ λεγέσθω.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἡ μὲν γὰρ ἡμετέρα ψυχὴ οὐ πέφυκε τοσαύτης δυνάμεως εἶναι, ἵνα τὰς φυσικὰς τοῦ σώματος ἰδιότητας ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἑαυτῆς ἀπελαύνῃ. ἀλλ᾽ οὐδὲ κυρία τοσοῦτον ὤφθη λογικὴ ψυχὴ τοῦ ἰδίου σώματος, ὥστε καὶ τῶν κατ᾽ αὐτὸ καὶ συμφυῶν αὐτοῦ ὄγκου καὶ ῥοῆς καὶ χρώματος ἐπικρατῆσαι, καὶ ἔξω τούτων αὐτὸ καταστῆσαι ποτέ. ἅπερ ἅπαντα κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἱστόρηται καὶ γεγόνηται ἐν τῷ θείῳ καὶ ζωοποιῷ σώματι. καὶ γὰρ ἀόγκως, καὶ οἷον εἰπεῖν ἀσωμάτως ἄνευ διαστολῆς προῆλθεν ἐκ μήτρας, καὶ μνήματος, καὶ θυρῶν· καὶ ὡς ἐπ᾽ ἐδάφους τῆς θαλάσσης ἐπέζευεν.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Δέον οὖν οὕτω φρονεῖν τε καὶ λέγειν ἡμᾶς, πάντα τὰ κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ ἱστορούμενα εἶναι μίαν γινώσκειν ἐνέργειαν. ταύτης δὲ τεχνίτην καὶ δημιουργὸν τὸν Θεὸν, ὄργανον δὲ τὴν ἀνθρωπότητα. τά τε οὖν ὡς Θεοῦ, τά τε ἀνθρωποπρεπῶς περὶ αὐτοῦ λεγόμενα πάντα ἐνέργειά ἐστι τῆς τοῦ λόγου θεότητος.

Ἔτι λαβὼν ὁ αὐτὸς εὐλαβέστατος Ἀντίοχος βιβλίον ἔχον ἐν ἐπιγραφῇ· Πύῤῥου ἐλαχίστου ἐπισκόπου περὶ θελήματος καὶ ἐνεργείας. ἀνέγνω τόμον δογματικὸν τοῦ αὐτοῦ Πύῤῥου, ἐν ᾧ περιέχεται οὕτως.

Ἑνὸς δὲ, ὡς εἴρηται, καὶ μόνου ἐπελάβετο κεφαλαίου Σωφρόνιος ὁ εὐλαβέστατος, ὡς χρῆσιν Διονυσίου τοῦ θεοφόρου παραποιήσαντος διδασκάλου μιᾶς φωνῆς ἐν ἀμείψει, εἰκότα δὴ λέγων ἐν τούτῳ μάλιστα ὁ ἀνὴρ καὶ ἀσφαλείας ἐχόμενα, ἐν οἷς φησιν ἐκεῖνος· ἀλλ᾽ ἀνδρωθέντος Θεοῦ καινήν τινα τὴν θεανδρικὴν ἐνέργειαν ἡμῖν πεπολιτευμένος· μίαν γὰρ ταῖς ἀληθείαις ἀντὶ τοῦ, καινὴν, περιεῖχεν ὁ χάρτης· οὐ κακούργως μᾶλλον, μὴ γένοιτο, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, ἀλλ᾽ ὡς οὐκ ἂν ἄλλως τῆς καινῆς ἢ μιᾶς δυναμένης τῆς τοιᾶσδε παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Κύρου φωνῆς ἐντεθείσης. τῇ γὰρ ἀποφάσει τῶν ἄκρων μίαν φησὶν ὁ θεῖος διδάσκαλος κατάφασιν ποιησάμενος, καὶ ταύτην μοναδικῶς ἐκφωνήσας, τί ἄλλο γε, ἢ μίαν ὁμολογεῖν ἐνέργειαν ὡς ἑνὸς τοῦ Χριστοῦ καθ᾽ ὁντιναοῦν λόγον σαφῶς παραδέδωκεν;

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἀπὸ ῥεγίστρου διαφόρων ἐπιστολῶν ἴσον ἐπιστολῆς Παύλου τοῦ γενομένου προέδρου ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως γραφείσης πρὸς Θεόδωρον τὸν γενόμενον πάπαν Ῥώμης· ἧς ἡ ἀρχή· ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν,

A alapæ, omnia hæc recte utique, & juste vocanda sunt, una ejusdemque unius Christi operatio.

ACTIO XIV.

Ejusdem ex eodem sermone:

Intelligenda ergo sunt nobis omnino, quæque sunt circa salvatoris Christi humanationem, una divina, & profecto salutaris operatio.

Ejusdem ex eodem sermone:

Ex his igitur omnibus, & his similibus, aperte, & satis juste una Dei operatio, cuncta quæque sunt humanationis propria, credenda, atque dicenda sunt.

Ejusdem ex eodem sermone:

Nostra quidem anima non habet insitum talis esse virtutis, ut & naturales corporis B proprietates ab eo, & a semet expellat: sed neque dominari in tantum apparuit rationalis anima ipsius proprii corporis, ut etiam quæ circa hoc sunt, huicque sunt insita, id est molem, fluxumque & colorem * contineat, atque extra hæc unquam constituat. Quæ omnia in dispensatione Christi salvatoris nostri, & conscripta, & facta sunt in illo divino, & vivifico corpore. Etenim absque mole, &, ut ita dicatur, incorporaliter absque diremptione de vulva processit, & sepulcro etiam, & per fores, ut & tamquam super pavimentum supra mare ambularet.

* devincat!

Ejusdem ex eodem sermone:

Opportunum quidem est, nos ita sentire, C & dicere omnia quæque in humanatione de salvatore Christo esse scribuntur, unam cognoscere operationem: hujus autem opificem, & creatorem, ipsum Deum Verbum: instrumentum vero, humanitatem. Quæque igitur tamquam Deo, & quæque humanitati congruentia de eo dicta sunt, omnia ipsius deitatis verbi est operatio.

Item accipiens idem religiosus Antiochus librum in superscriptione continentem: Pyrrhi humilis episcopi de voluntate, & operatione; relegit tomum dogmaticum ejusdem Pyrrhi, in quo continetur ita:

Unum autem, ut dictum est, tantum reprehendit capitulum Sophronius Deo ama- D bilis, tamquam qui testimonium Dionysii deiloqui doctoris * dissimulasset per immutationem unius vocis. Congrua quippe in hoc maxime dicens idem vir, & cautelam habentia, in quibus ait ille: Sed virificati Dei novam quamdam deivirilem operationem nobis * morigerans: Unam enim in veritate pro nova, continebat eadem charta, non malitiose, quod absit, secundum meum sermonem, sed utpote quæ non aliter nova quam una intelligi valuisset, a Cyro sanctissimo hujusmodi vox est apposita. Per extremitatum quippe E negationem unam divinus doctor asserit, affirmativam faciens, & hanc singulariter exprimens, quid aliud quam unam confiteri operationem tamquam unius Christi, * secundum sermonem aperte, & plane contradidit?

* depravasset

* exhibens

* secundum quamlibet rationem aper.

Item relectum est ex regesto diversarum epistolarum, exemplar epistolæ Pauli quondam præsulis hujus a Deo conservandæ regiæ urbis, scriptæ ad Theodorum quondam papam Romanum, cujus initium: *Ecce quam bonum, & quam jucundum,* habitare

Psalm. 132

ACTIO XIV.

habitare fratres in unum. Habet autem post aliqua eadem epistola ita: Vnius autem ejusdemque Dei Verbi incarnati tam miracula prædicamus, quam passiones agnoscimus, quas carne pro nobis sustinuit. Vnde & Deus dicitur passus, & Filius hominis de cælo descendisse, propter illam quæ * supra recensita est, inseparabilem, & secundum subsistentiam duarum naturarum unitionem. Propterea, & unam voluntatem domini nostri Iesu Christi intelligimus, ne adversitatem vel differentiam voluntatum in una eademque persona domini nostri Iesu Christi adnectamus, aut eum sibi reluctantem doceamus, aut duos volentes introducamus, non pro commixtione prorsus vel confusione duarum naturarum, quæ in eo considerantur, hujusmodi unius voluntatis vocem proferentes, & ob peremptionem alterius solam alteram esse pronuntiantes, sed per hujusmodi vocem insinuantes, quod ejus rationaliter ac intellectualiter animata caro * ex ipsa principali unitione ineffabiliter divinis locupletata, eam sibi unientis secundum subsistentiam Verbi divinam possidebat, & non differentem voluntatem.

* supra captum est, insf.

* ab instanti incarnationis ineff.

Item relecta est ex altero regesto epistola Petri, & ipsius quondam præsulis regiæ civitatis, ad Vitalianum sanctæ memoriæ, qui fuit papa Romanus, cujus est initium: Spiritalem nobis lætitiam peperit litera vestræ unanimis, & sanctæ fraternitatis. Dumque relegeretur eadem epistola, habens diversa patrum testimonia, hi qui locum gerebant Agathonis sanctissimi papæ Romani, dixerunt: Innotescimus vestræ gloriæ, quod paterna testimonia quæ continentur in præsenti, quæ nunc relegitur Petri epistola, circumcise deflorata sunt ab eodem Petro ex hoc, quod ostendere voluisset suam, super una voluntate & una operatione, intentionem.

Gloriosissimi judices dixerunt: Comperimus diligenter, juxta quæ a vestra reverentia dicta sunt, quod talia testimonia quæ continentur in præsenti epistola, detruncate posita sunt. Et si placet vestro sancto, ac universali concilio, inamplius hujusmodi epistolæ lectio non procedat.

Sanctum concilium dixit: Ad hæc quæ gloria vestra nuper locuta est, satis est præsentis epistolæ lectio. Ecce autem secundum quæ jam vestra interlocuta est gloria, sive inquisivit, in medium venientibus tam dogmaticis epistolis quam scriptis, quæ fecerunt Pyrrhus, Paulus, & Petrus, quondam patriarchæ hujus regiæ urbis, nec non quæ a Theodoro, qui fuit Pharan episcopus, & Cyro, qui fuit papa Alexandriæ, & ante nos vestramque gloriam relectis, auditur aperte, unam operationem, & unam voluntatem in incarnationis dispensatione domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri, eos impie prædicasse. Declarantibus igitur nobis, omnem satisfactionem vestra gloria debet percipere, quod bene atque juste eos jam abjecit Agathon sanctissimus papa antiquæ Romæ, per suggestionem quam fecit ad piissimum ac triumphatorem magnum nostrum imperatorem, & nos quoque consonanter cum eo, hos, utpote adversa rectæ fidei sentientes,

ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό. ἔχει δὲ μετά τινα ἡ αὐτὴ ἐπιστολὴ οὕτως· ἑνὸς δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένου τά τε θαύματα κηρύττομεν, καὶ τὰ πάθη γνωρίζομεν, ἅπερ σαρκὶ δι' ἡμᾶς ἑκουσίως ὑπέμεινεν. ὅθεν καὶ Θεὸς λέγεται παθεῖν, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταληλυθέναι διὰ τὴν ὑπὲρ νοῦν καὶ ἀδιάσπαστον καθ' ὑπόστασιν τῶν δύο φύσεων ἕνωσιν. διὰ τοῦτο καὶ ἓν θέλημα τοῦ κυρίου καὶ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ νοοῦμεν, ἵνα μὴ ἐναντίωσιν ἢ διαφορὰν θελημάτων ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ προσώπῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ περιάψωμεν, ἢ αὐτὸν ἑαυτῷ διαμαχόμενον δογματίσωμεν, ἢ δύο τοὺς θέλοντας εἰσαγάγωμεν. οὐκ ἐπὶ συναλοιφῇ παντοίως ἢ συγχύσει τῶν δύο φύσεων τῶν ἐν αὐτῷ θεωρουμένων τὴν τοιαύτην τοῦ ἑνὸς θελήματος προφέροντες φωνήν, ἢ ἐπὶ ἀναιρέσει θατέρας μόνην τὴν ἑτέραν εἶναι πρεσβεύοντες, ἀλλὰ τοῦτο διὰ τῆς τοιαύτης σημαίνοντες φωνῆς, ὡς ἡ αὐτοῦ λογικῶς τε καὶ νοερῶς ἐψυχωμένη σὰρξ ἐξ αὐτῆς ἄκρας ἑνώσεως ἀρρήτως τὰ θεῖα καταπλουτήσασα τὸ τοῦ ἑνώσαντος αὐτὴν ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν θεῖον ἐκέκτητο καὶ οὐ διάφορον θέλημα.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἀπὸ ἑτέρου ῥεγίστρου ἐπιστολὴ Πέτρου καὶ αὐτοῦ γενομένου προέδρου τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως πρὸς Βιταλιανὸν τὸν ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ γενόμενον πάπαν Ῥώμης. ἧς ἡ ἀρχή. πνευματικῆς εὐφροσύνης πρόξενον ἡμῖν τὸ γράμμα τῆς ὑμετέρας ὁμοψύχου καὶ ἁγίας ἀδελφότητος γέγονεν. καὶ ἀναγινωσκομένης τῆς τοιαύτης ἐπιστολῆς ἐχούσης διαφόρους πατρικὰς χρήσεις, οἱ τὸν τόπον ἐπέχοντες Ἀγάθωνος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης εἶπον· διδάσκομεν τὴν ὑμῶν ἐνδοξότητα, ὡς αἱ ἐμφερόμεναι πατρικαὶ χρήσεις ἐν τῇ παρούσῃ καὶ νῦν ἀναγινωσκομένῃ Πέτρου ἐπιστολῇ περικεκομμένως παρεξεβλήθησαν ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Πέτρου, διὰ τὸ παραστῆσαι αὐτὸν ἐθέλειν τὸν αὐτοῦ περὶ ἑνὸς θελήματος καὶ μιᾶς ἐνεργείας σκοπόν.

Οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· ἔγνωμεν ἀκριβῶς κατὰ τὰ παρὰ τῶν θεοφιλῶν ὑμῶν λεχθέντα, ὡς αἱ τοιαῦται ἐμφερόμεναι χρήσεις ἐν τῇ παρούσῃ ἐπιστολῇ περικεκομμένως ἐνετέθησαν. καὶ εἰ δοκεῖ τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, εἰς τὰ πρόσω μὴ χωρείτω ἡ τῆς τοιαύτης ἐπιστολῆς ἀνάγνωσις.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· πρὸς τὰ παρὰ τῆς ὑμῶν ἐνδοξότητος ἀρτίως διαλαληθέντα ἀρκούντως ἔχει τῆς παρούσης ἐπιστολῆς ἡ ἀνάγνωσις. ἰδοὺ δὲ κατὰ τὰ παρὰ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑμῶν διαλαληθέντα, ἤγουν ἐπιζητηθέντα, εἰς μέσον ἐλθόντων τῶν τε γενομένων δογματικῶν ἐπιστολῶν τῶν τε καὶ συγγραμμάτων ἀπό τε Πύρρου, Παύλου καὶ Πέτρου, τῶν γενομένων πατριαρχῶν τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως, καὶ Θεοδώρου ἐπισκόπου τῆς Φαρὰν καὶ Κύρου τοῦ γενομένου πάπα Ἀλεξανδρείας, καὶ εἰς ἐπήκοον ἡμῶν καὶ τῆς ὑμῶν ἐνδοξότητος ὑπαναγνωσθέντων, φανερῶς τε καὶ μίαν ἐνέργειαν καὶ ἓν θέλημα ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀσεβῶς δογματίσαι αὐτοὺς ἀποδηλωσάντων ἐν πάσῃ πληροφορίᾳ ὤφειλεν ἡ ὑμετέρα ἐνδοξότης γενέσθαι, ὡς καλῶς καὶ δικαίως ἤδη τούτους ἀπεβάλετο Ἀγάθων ὁ ἁγιώτατος τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πάπας διὰ τῆς παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν εὐσεβέστατον καὶ καλλίνικον ἡμῶν βασιλέα γενομένης ἀναφορᾶς. συνῳδὰ δὲ αὐτῷ καὶ ἡμεῖς ὡς τἀναντία τῆς ὀρθῆς πίστεως φρονήσαντας, τούτους ἀποβλη-

ἀποβληθῆναι ἐκ τῶν ἱερῶν διπτύχων, καὶ ἀναθέματι καθυποβληθῆναι ἐκρίναμεν. καὶ τὰ αὐτῶν συγγράμματα ὡς ἀσεβείας ἀνάμεστα βδελυττόμεθα, καὶ ἀφανισμῷ ὀφείλοντα ὑποβληθῆναι ἀποφαινόμεθα.

Οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· εἰ οἱ μετὰ Πέτρον ἐπισκοπήσαντες ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως, τουτέστι Θωμᾶς, Ἰωάννης, καὶ Κωνσταντῖνος, φαίνωνται εἴτε ἐπιστολὰς γράψαντες, εἴτε λόγους συντεθεικότες περὶ τῆς νῦν ἀσεβῶς εἰσαχθείσης καινοφωνίας εἰς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, τὰ τούτων ἴσα, ἤτοι ῥέγεστα, ἢ καὶ αὐθεντικὰ εἰς μέσον ἀγαγέτω Γεώργιος ὁ θεοσεβέστατος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ, πρὸς τὸ καὶ τὴν τούτων εἴδησιν λαμβάνουσαν τὴν ἁγίαν ὑμῶν σύνοδον τὰ τῷ καλῶς ἔχοντι συμβαίνοντα ἀποφήνασθαι. ὡσαύτως καὶ εἰ φαίνονται εἴτε ἐπίσκοποι, εἴτε κληρικοὶ, εἴτε μοναχοὶ, εἴτε ἕτεροί τινες λιβέλλους ἀπαιτηθέντες παρὰ τῶν ἐπισκοπησάντων ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως περὶ μιᾶς ἐνεργείας καὶ ἑνὸς θελήματος, καὶ ταῦτα συνείδομεν τὸν εἰρημένον θεοσεβέστατον διάκονον καὶ χαρτοφύλακα Γεώργιον εἰς μέσον προσαγαγεῖν ἀπαραλείπτως, πρὸς τὸ καὶ ταῦτα κατὰ τὴν κρίσιν τῆς ἁγίας συνόδου ἀφανισμῷ παραδοθῆναι.

Γεώργιος ὁ θεοσεβέστατος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ εἶπε· τὸ κωδίκιον, δέσποτα, ἤτοι ῥέγεστον τὸ ἔχον τὰ ἰσότυπα τῶν γενομένων συνοδικῶν ἀπό τε Θωμᾶ, Ἰωάννου, καὶ Κωνσταντίνου τῶν ἐν ἁγίᾳ τῇ μνήμῃ γενομένων πατριαρχῶν τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως ὑπεστί μοι ἐνταῦθα. πρὸς τούτοις καὶ τὰ αὐθεντικὰ συνοδικὰ βεβουλλωμένα, τὰ γενόμενα ὑπὸ Θωμᾶ τοῦ ἐν ἁγίᾳ τῇ μνήμῃ γενομένου πατριάρχου πρὸς Βιταλιανὸν τὸν ἐν ἁγίᾳ τῇ μνήμῃ γενόμενον πάπαν Ῥώμης. ἅτινα καὶ ἀποστεῖλαι πρὸς αὐτὸν βουληθέντος αὐτοῦ διὰ τὴν γενομένην, ὡς ἐπίστασθε, τῶν ἀθέων Σαρακηνῶν ἐπίμονον καταδρομὴν καὶ περίστασιν εἰς τὸν διετῆ χρόνον, ὃν ἐπεσκόπησεν, ἐκπέμψαι οὐκ ἴσχυσε καὶ ταῦτα παραυτὰ κελευόντων ὑμῶν προφέρω. τὴν μέντοι ἀναζήτησιν τῶν γενομένων λιβέλλων ἀπὸ διαφόρων ἐπισκόπων, ἢ μοναχῶν, ἢ κληρικῶν, ἢ λαϊκῶν περὶ θελήματος καὶ ἐνεργείας μετὰ ἀκριβείας ἐποιησάμην, καὶ τούτους παρεξέβαλον, καί εἰσιν ἐν τῷ χαρτοφυλακίῳ πρὸς τὸ ὑμῖν παραστησόμενον.

Οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, καὶ ἡ ἁγία σύνοδος εἶπον· ἅπερ ἔφησε Γεώργιος ὁ θεοσεβέστατος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ μετὰ χεῖρας ἔχειν ῥέγεστα συνοδικῶν τῶν γραφέντων ἀπὸ Θωμᾶ, Ἰωάννου, καὶ Κωνσταντίνου τῶν ἐπισκοπησάντων τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως· εἶτα δὲ καὶ τὰ αὐθεντικὰ συνοδικὰ, ἅπερ εἶπε γράψαι Θωμᾶν πρὸς Βιταλιανὸν τὸν ἐν ἁγίᾳ τῇ μνήμῃ γενόμενον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, εἰς μέσον ἀγαγέτω, καὶ ταῦτα ὑποδεχόμενοι οἱ ἡμᾶς ὑπολαμβάνοντες, εἰς ἐπήκοον πάντων ἡμῶν ἀναγινωσκέτωσαν. καὶ λαβὼν Ἀγάθων ὁ εὐσεβέστατος ἀναγνώστης καὶ νοτάριος τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τὸ αὐθεντικὸν συνοδικὸν γράμμα τοῦ ἐν ἁγίᾳ τῇ μνήμῃ Θωμᾶ βεβουλλωμένον, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ ἐπικειμένης βούλλας ἐπὶ πάντων ἀφαιρεθείσης, ἀνέγνω ἔχων ἐν ἐπιγραφῇ οὕτως· τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Βιταλιανῷ Θωμᾶς ἀνάξιος ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν. οὗ ἡ ἀρχή. ὁ

A expelli de sacris diptychis, & anathemate percelli censuimus, eorumque scripta, ut impietate repletæ, abominamur, & ut exterminio debeant submitti decernimus.

Gloriosissimi judices dixerunt: Si hi qui post Petrum episcopi fuerunt hujus a Deo conservandæ regiæ urbis, id est, Thomas, Ioannes, & Constantinus, videntur seu epistolas sive sermones composuisse de novitate vocum, quæ nuper impie in catholicam ecclesiam intromissa est, eorum exemplaria sive regesta, vel authentica in medium proferat Georgius Deo amabilis diaconus, & B chartophylax, quatenus, & eorum cognitionem percipiens sanctum vestrum concilium, quæ æquitati conveniunt decernat. Similiter & si videntur seu ab episcopis, sive clericis, vel monachis, ceterisve quibusdam libellos exegisse hi, qui episcopatum gesserunt hujus a Deo conservandæ regiæ urbis, de una operatione, & una voluntate, etiam hæc prævidimus, ut prædictus Georgius Deo amabilis diaconus, & chartophylax ad medium indiminute deducat, ut & ipsa secundum judicium sancti vestri concilii exterminio contradantur.

Georgius Deo amabilis diaconus, & chartophylax, dixit: Codicillus, domine, sive re- C gestum, in quo continentur exemplaria synodicorum, quæ facta sunt tam a Thoma, Ioanne, & Constantino sanctæ memoriæ quondam patriarchis hujus regiæ urbis, hic mihi præsto est, cum his & authentica synodica bullata, quæ facta sunt a Thoma sanctæ memoriæ quondam patriarcha ad Vitalianum sanctæ memoriæ quondam papam Romanum, quæ etiam volens ad eum dirigere, propter impiorum Saracenorum incursum assidue imminentem, ut nostis, & obsessionem, quæ facta est per biennium, quo gessit episcopatum, non valuit dirigere, & hæc ergo statim vobis jubentibus profero. Perscrutatus sum vero libellos, qui facti D sunt a diversis episcopis, seu monachis, sive clericis, ac laicis de voluntate, & operatione, diligenter, & hos protuli, & sunt in chartophylacio, ad id quod vobis placuerit.

Gloriosissimi judices, atque sanctum concilium dixerunt: Regesta synodicorum, quæ asseruit Georgius Deo amabilis diaconus, atque chartophylax præ manibus habere, scriptum a Thoma, Ioanne, & Constantino, qui episcopatum gesserunt hujus a Deo conservandę regiæ urbis, nec non & authentica synodica, quæ dixit scripsisse Thomam ad Vitalianum sanctæ memoriæ quondam papam antiquæ Romæ, ad me- E dium proferat: & hæc suscipientes qui a nobis excipiunt, ob auditum nostrum omnium relegant. Et accipiens Agatho religiosus lector, & notarius sanctissimi patriarchæ Constantinopoleos, synodicum authenticum sanctæ memoriæ Thomæ bullatum, & coram omnibus bullam quæ in eo pressa fuerat, auferens, relegit, habens in superscriptione ita: Per omnia sanctissimo, ac beatissimo fratri, & consacerdoti domino Vitaliano, Thomas indignus episcopus in domino salutem: cujus initium est: Qui cuncta

ACTIO XIV.

ex nihilo quidem, ut existerent protulit. A Quod synodicum collatum est cum regesto, quod protulit Georgius Deo amabilis diaconus, & chartophylax. Et constitit ab initio usque ad finem indiminute.

Similiter relectum est ex eodem regesto exemplar synodicorum Ioannis sanctæ memoriæ, qui fuit similiter patriarcha hujus regiæ urbis, continens in præscriptione ita:

Per omnia sanctissimo, & consacerdoti Macario, Ioannes indignus episcopus: quorum initium est: *Quis loquetur potentias domini?* B

Psalm. 105.

Item relecta sunt ex eodem polyptycho, atque regesto exemplaria synodicorum Constantini venerabilis quondam patriarchæ hujus regiæ urbis, continentia in superscriptione ita: Per omnia venerabili atque sanctissimo consacerdoti Macario, Constantinus indignus episcopus: quorum initium est: Alii quidem fortasse majore modestia comprehensione multorum. His ergo ab initio usque ad finem indiminute relectis, sanctum concilium dixit: Auditum accipientes synodicarum epistolarum quæ scriptæ sunt a Thoma, Ioanne, & Constantino, quondam patriarchis hujus regiæ urbis, & nihil invenientes contrarium de orthodoxa fide eos sensisse sive scripsisse, prævidimus ut Georgius Deo amabilis diaconus, & C chartophylax hujus sanctæ magnæ Dei ecclesiæ, in conspectu nostro coram positis sacrosanctis Christi eloquiis, satisfaciat nobis, quod omnibus modis perscrutatus, nequaquam reperit libellos scriptos fuisse a quibusdam, atque oblatos prædictis tribus patriarchis, Thomæ, Ioanni, & Constantino, unam voluntatem, & unam operationem adstruentes in incarnationis dispensatione unius de sanctissima Trinitate domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri. Et tactis propositis sacrosanctis Dei euangeliis Georgius Deo amabilis diaconus, & chartophylax juravit hoc modo: Per has sanctas scripturas, Deum qui per eas locutus est, D omnia perscrutatus, non inveni libellos fuisse factos a quibusdam, & oblatos prædictis tribus sanctissimis patriarchis Thomæ, Ioanni, & Constantino, de una voluntate, & una operatione.

Sanctum concilium dixit: Corporali sacramento in nostra audientia, & gloriosissimorum judicum, qui nobiscum sunt, persoluto a Georgio Deo amabili diacono, & chartophylace sanctæ hujus magnæ Dei ecclesiæ, perfectamque nobis satisfactionem hujusmodi corporali verbo perhibente, quod nullatenus sanctæ memoriæ Thomas, Ioannes, atque Constantinus, a quibusdam libellos extorserunt de operatione, & voluntate: nos sanctæ memoriæ tres viros, id est, Thomam, Ioannem, & Constantinum, prævidimus in idemtitate manere, atque in sacris diptychis sanctarum ecclesiarum recitari, utpote qui in omnibus immaculati, & irreprehensibiles inventi sunt circa rectam nostram Christianorū fidem. Libellos vero, quos asseruit Georgius Deo amabilis E

Tum sequuntur subscriptiones patriarcharum, Pauli Constantinopolitani, Petri Alexandrini, Anastasii Hierosolymitani, Georgii Antiocheni, Ioannis novæ Iustinianopoleos. Quos proxime sequuntur Cyriacus episcopus Cæsareæ Cappadociæ, & Stephanus episcopus Cæsareæ Asianorum provinciæ. Deinceps locus vacuus ad subscribendum datus Heracleensi, Sardiniensi, Ravennati, & Corinthio: sequitur postea Basilii Cretensis subscriptio his verbis: Basilius episcopus Gortyniorum metropolis Christum amantis insulæ Cretæ, & locum tenens totius synodi sanctæ ecclesiæ Romanæ. Post hanc deinceps ducentorum & quinque subsunt episcoporum subscriptiones. Ex his vero omnibus tres

ADMON. DE CANONIB. TRVLLANIS.

Anastasius in præfatione in septimam synodum, Humbertus Leonis IX. legatus.

Admon de canonibus Trullanis.

tres soli & quadraginta reperiuntur, ut dictum est, qui antea quoque sanctæ œcumenicæ sextæ synodo interfuerant. Quocirca Theophanes monachus, non ignobilis historicus, in vita Pogonati hæc habet: Sciendum valde nugaciter eos garrire, qui post annos quatuor factas asserunt penes ipsos pervulgatas sextæ synodi capitulares formas: penes, inquit, ipsos pervulgatas, non penes omnes Græcos, vel eos qui solam norunt præferre rebus omnibus veritatem. Sed & Manasses, & Glycas, & incertus auctor, ex elegantia tamen dictionis, & rerum delectu, quas recenset, non aspernandus sextæ synodi sub Pogonato præclara mentione facta; hi, inquam, omnes sub Iustiniano celebratam, quinisextam scilicet, silentio prætereunt; quæ certe prætereunda non erat, si œcumenica habebatur ab iis, qui res multo minoris momenti describunt accurata diligentia. Verum tacuisse videntur quod ab omnibus non probabatur, nequaquam autem, quod fortasse quispiam dixerit, propterea quod quinisexta fuerit sextæ supplementum. Nam supplementum eadem est auctoritate faciendum, qua synodus principalis. Talis vero auctoritas in hoc conventu deficit, cum Romana ecclesia canones non approbarit, ut Balsamon ipse testatur, & Latini antiqui scriptores, qui fuse hoc tractant, non quidem omnes (quotquot enim apostolicis sive alias ecclesiasticis canonibus congruunt, suum aliunde robur, ut dictum est, obtinent) sed eos in quibus antiqua innovantur, & apostolicæ traditiones labefactantur. Quale illud est quod in secundo canone octogintaquinque apostolorum canones expresse approbantur, cum inter illos sint, quos ecclesia non recipit. Quod sancti martyris Cypriani dogma de rebaptizandis hæreticis non reprobatur; cum sit definitioni ecclesiæ catholicæ contrarium. Quod orientalium tantummodo patrum canones enumerantur, exceptis Carthaginensibus: Romanorum vero pontificum & aliorum occidentalium patrum plane nulli; imo etiam animadvertitur in eos, qui alios præter ibidem enumeratos canones admittunt. Quod decimotertio canone ecclesiæ Romanæ præcipitur ut permittat conjugia sacerdotum; quæ ibidem perfecta traditionis apostolicæ observatio dicitur. Quod trigesimosexto canone definitur, ut sedes Constantinopolitana iisdem, quibus & Romana fruatur privilegiis, juxta sanctorum, inquiunt, secundi & quarti conciliorum statuta. Cum tamen synodus secunda clarissimis verbis decreverit sedem Constantinopolitanam honorandam esse post Romanam, non æque ut Romanam; Calchedonensis vero synodus ediderit canonem, non tamen omnium consensu episcoporum, sed quibusdam renuentibus, legatis vero pontificis apertissime contradicentibus, & synodo quidem Leonem Romanum pontificem obsecrante ut approbaret canonem, illo vero rejiciente, nec ullo modo admittente. Quod Romana reprehenditur ecclesia ob jejunium sabbati tempore quadragesimali, idque fieri dicitur præter

Anastasius & Humbertus loco citato.

καὶ τεσσαράκοντα, ὡς ἔφθημεν εἰπόντες, εὕρηνται οἱ αὐτοὶ τήν τε ἁγίαν οἰκουμενικὴν ἕκτην σύνοδον συμπληρώσαντες, καὶ τὴν λεγομένην πενθέκτην. ἔνθεν τοι καὶ Θεοφάνης μοναχὸς, οὐκ ἀφανὴς ἱστοριογράφος ἐν οἷς τὸν Πωγωνάτου διαγράφει βίον, αὐταῖς λέξεσιν οὕτως φησίν· ἰστέον, ὅτι μάτην ληρωδῶς φλυαροῦσί τινες λέγοντες, μετὰ τέσσαρα ἔτη γεγονέναι τοὺς παρ' αὐτοῖς φημιζομένους τῆς ἕκτης συνόδου κεφαλαιώδεις τύπους. τοὺς παρ' αὐτοῖς, φησὶ, φημιζομένους, οὐ γὰρ δὴ καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς Γραικοῖς, ἢ τοῖς καὶ μόνην εἰδόσι προτιμᾷν τὴν ἀλήθειαν. ἀλλὰ καὶ Μανασσῆς καὶ Ζωναρᾶς, καὶ Γλυκᾶς, ναὶ μὴν καὶ ἀνώνυμός τις, πλὴν οὐκ εὖ καταφρόνητος τοῦ τε ἀνθηροῦ τῆς φράσεως καὶ τῇ ἐκλογῇ τῶν ἱστορουμένων, τῆς οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου βασιλεύοντος τοῦ Πωγωνάτου λαμπρῶς μνημονεύοντες, τὴν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ συστᾶσαν, λέγω δὴ τὴν πενθέκτην, σιωπῇ παραπέμπουσιν. ἐχρῆν δὲ μὴ παραλέχειν οἰκουμενικὴν γε νομιζομένην τοὺς οὐκ ὀλίγα πολλῷ ταύτης ταπεινότερα λεπτομερῶς διιστοροῦντας. ἀλλ' ὡς ἔοικε, τὸ μὴ πᾶσι δοκιμαζόμενον σεσιγήκασιν, οὐχὶ δὲ, ὡς ἄν τις φαίη, ἐπειδὴ ἡ πενθέκτη ἀναπλήρωσις γέγονε τῇ ἕκτῃ. τὸ γὰρ ἀναπληροῦν τῇ αὐτῇ θέλει γίνεσθαι αὐθεντίᾳ, ᾗ καὶ τὸ ἀναπληρούμενον. ὃ δὴ τῷ συλλόγῳ τούτῳ οὐ παρέστι, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, ὡς καὶ Βαλσαμὼν μαρτυρεῖ, καὶ διεξοδικώτερον ἱστοροῦσιν ἀρχαῖοι συγγραφεῖς Λατῖνοι, μὴ παραδεξαμένης τοὺς αὐτοῦ κανόνας, οὐχὶ δὴ πάντας· ὅσοι γὰρ εἴτε ἀποστολικοῖς, εἴτε ἄλλως ἐκκλησιαστικοῖς θεσμοῖς τυγχάνουσιν ἐμφερεῖς, τὴν οἰκείαν ἑτέρωθεν φυλάττουσι δύναμιν· ἀλλ' ἐκείνους δηλαδὴ, ἐν οἷς τὰ ἀρχαῖα νεωτερίζεται, καὶ τὰ ἀποστολοπαράδοτα κινεῖται διδάγματα. οἷον ἐστὶ τὸ ἐν τῷ δευτέρῳ κανόνι πέντε καὶ ὀγδοήκοντα κανόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων ῥητῶς ἐπικρίνειν, ἐνίων ἐν τούτοις ὄντων ἀπαραδέκτων τῇ ἐκκλησίᾳ. τὸ μὴ ἀκυροῦν τὸ τοῦ ἱερομάρτυρος Κυπριανοῦ δόγμα περὶ τοῦ δεῖν τοὺς ὑπὸ αἱρετικῶν βαπτισθέντας αὖθις βαπτίζεσθαι, ἐναντίον ὂν τῇ ἀποφάσει τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. τὸ ἀνατολικῶν μόνων πατέρων κανόνας ἀπαριθμεῖσθαι πλὴν τῶν ἐν Καρθαγένῃ, Ῥωμαϊκῶν δὲ ἀρχιερέων, καὶ δυτικῶν ἄλλων πατέρων οὐδένας ἐγκρίνειν· ἀλλὰ καὶ τὸ τοὺς παραδεχομένοις, παρ' οὓς ὁ κανὼν ἀπαριθμεῖται, κανόνας ἑτέρους, ὑποβάλλειν ἐπιτιμίοις. τὸ ἐν τῷ ιγ'. κανόνι τῇ Ῥωμαϊκῇ νομοθετεῖν ἐκκλησίᾳ περὶ τοῦ γάμου τῶν ἱερέων. καὶ τὸ ἀποστολικὴν ἀκρίβειαν καὶ τάξιν ἀποκαλεῖν τὰ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν συνοικέσια. τὸ ἐν τῷ λϛ'. κανόνι ὁρισθὲν, ὥστε τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον τῶν ἴσων πρεσβείων τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀπολαύειν κατὰ τὰ νομοθετηθέντα, φησὶ, τῇ β'. καὶ δ'. ἁγίαις συνόδοις. καί τοι τῆς δευτέρας συνόδου λευκότατα ἀποφηναμένης, τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα μετὰ τὸν Ῥώμης, ἀλλ' οὐχὶ τὰ ἴσα πρεσβεῖα τῷ Ῥώμης. τῆς δὲ τετάρτης ἐκδούσης κανόνα περὶ τῶν πρεσβείων τοῦ Κωνσταντινουπόλεως οὐ κοινῇ ψήφῳ τῶν ἐπισκόπων, ἀλλά τινων μὲν ἀπαρεσκομένων, τῶν δὲ λεγάτων τοῦ πάπα προδήλως ἀντιλεγόντων καὶ τῆς συνόδου μὲν Λέοντα τὸν Ῥώμης ἐκλιπαρούσης ἐπικυρῶσαι τὸν κανόνα, ἐκείνου δὲ τοῦτον ἀποβαλλομένου τε καὶ τὸ σύνολον μὴ παραδεχομένου. τὸ ἐγκαλεῖν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ τὴν τοῦ σαββάτου νηστείαν τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ. καὶ τοῦτο γίνεσθαι λέγειν

λέγειν παρὰ τὴν παραδοθεῖσαν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν. Ταῦτα δὴ καὶ ἕτερ' ἄττα ἐν ἐκείνοις τοῖς κανόσιν ἐμπεριεχόμενα, καὶ ταῖς ἀρχαίαις τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου παραδόσεσιν ἀντιφερόμενα, ἐλέγχει τὴν πενθέκτην σύνοδον οἰκουμενικὴν ὅλως μὴ οὖσαν. ἀλλὰ καὶ τοιαύτης οὔσης, ἵνα μή τι παραλελεῖφθαι δοκῇ, τοὺς κανόνας ἐνταῦθα παρατεθῆναι εὔκαιρον ἔδοξε.

ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ ΤΩΝ

ἐν τῷ Τρούλλῳ βασιλικῷ παλατίῳ συνελθόντων πατέρων ἐν Κωνσταντινουπόλει πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα Ἰουστινιανόν.

Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ κατὰ τὸ θεῖον νεῦμα καὶ θέσπισμα τοῦ εὐσεβεστάτου ὑμῶν κράτους συναθροισθεῖσα κατὰ ταύτην τὴν θεοφύλακτον καὶ βασιλίδα πόλιν.

ΤΗΣ ἀῤῥήτου καὶ θείας χάριτος τοῦ λυτρωτοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶσαν περιλαβούσης τὴν γῆν· καὶ τοῦ ζωηφόρου τῆς ἀληθείας κηρύγματος ταῖς ἁπάντων ἀκοαῖς ἐνσπαρέντος, ὁ μὲν λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει τῆς ἀγνοίας φῶς εἶδε μέγα τῆς ἐπιγνώσεως, καὶ τῶν τῆς πλάνης ἠλευθερώθη δεσμῶν, βασιλείαν οὐρανῶν τῆς παλαιᾶς δουλείας ἀνταλλαξάμενος. ὁ δὲ τοῦ κάλλους τῆς πρώτης λαμπρότητος δι' ἔπαρσιν ἀπωσθεὶς, ὁ πρῶτος δράκων, ὁ νοῦς ὁ μέγας, ὁ Ἀσσύριος ὑπὸ τῶν πρὶν αἰχμαλώτων ἁλίσκεται, καὶ γίνεται τῇ δυνάμει τοῦ σαρκωθέντος λόγου πάσης ἰσχύος ἀλλότριος, καθὼς γέγραπται ὅτι τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος. πανταχοῦ γὰρ λατρεία λογικὴ νενομοθέτηται, καὶ ὁλοκάρπωσις ἀναφέρεται, καὶ ὁ Θεὸς θυόμενος καὶ διαδιδόμενος εἰς σωμάτων ὁμοῦ καὶ ψυχῶν περιποίησιν θεουργεῖ τοὺς μετέχοντας. ὑφ' οὗ καὶ δαίμονες φυγαδεύονται, καὶ ἱερὰ τῶν ἀνθρώπων ἀθροιζομένη πανήγυρις ἐπ' ἐκκλησίαις μυστικῶς ἁγιάζεται· καὶ τρυφῆς ὁ παράδεισος τοῖς πᾶσιν ἀνέῳκται· καὶ τέλος γέγονε τὰ πάντα καινά. ἀλλ' ἐπεὶ ὁ ἀνθρωποκτόνος διάβολος ἅπαξ κατέναντι κυρίου παντοκράτορος τραχηλιάσας, καὶ ὠδινήσας πόνον τῆς ἀποστάσεως, μὴ φέρων ἡμᾶς ἐγερθέντας βλέπειν τοῦ τῆς παραβάσεως πτώματος, καὶ τὸν οὐρανὸν διαπτάντας διὰ τῆς ἀπαρχῆς ἡμῶν, τουτέστι Χριστοῦ τοῦ δόντος ἑαυτὸν λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν, οὐκ ἀνῆκε τὰ τῆς κακίας βέλη κινῶν, καὶ τοὺς πιστοὺς τιτρώσκων τοῖς πάθεσιν, ὡς ἂν χωρισθεῖεν τῆς δοθείσης αὐτοῖς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος, τιμῆς τε καὶ χάριτος, οὐδὲ ὁ ἀγαθὸς ἀθλοθέτης ἡμῶν καὶ τῆς σωτηρίας ἀρχηγὸς παρεῖδε Θεὸς ἀβοηθήτους ἡμᾶς, καθεκάστην ἀνιστῶν γενεὰν τοὺς ἐν τῷ τοῦ βίου τούτου σταδίῳ διὰ τῶν ὅπλων αὐτῷ τῆς εὐσεβείας παραταξαμένους, καὶ τὸν πρὸς αὐτὸν συνάψαντας πόλεμον. οἳ τὴν τοῦ πνεύματος σπασάμενοι μάχαιραν, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, καὶ οὕτως συμπλακέντες τῷ πονηρῷ τὴν καθ' ἡμῶν τυραννίδα κατέλυσαν, ὁδηγοὶ τῶν ποιμνίων γενόμενοι, καὶ τὰς ὁδοὺς κυρίου τοῖς λαοῖς εὐθετίζοντες, ὅπως μὴ κατὰ κρημνῶν τῆς ἀνομίας ὑπ' ἀγνοίας τοῦ κρείττονος ὠθοῖντο καὶ ὀλισθαίνοιεν. ἔδει γὰρ τὸν τὸ εἶναι ἡμῖν χαρισάμενον, καὶ τοσούτῳ μεγέθει συγκαταβάσεώς τε καὶ ταπεινώσεως τὸ ἡμέτερον γένος μεταποιήσαντα, καὶ πρὸς ἑαυτὸν μετακαλεσάμενον, καὶ

traditam ecclesiasticam observantiam. Hæc & alia quædam in iis contenta canonibus, & antiquis apostolicæ sedis adversantia traditionibus convincunt quinisextam synodum œcumenicam plane non esse. Ne tamen aliquid prætermissum esse videatur, hic eos canones apponendos esse censuimus.

ALLOCVTIO PP. TRVLLANORVM.

PATRVM, QVI IN TRVLLO imperatorio palatio convenerunt, ad Iustinianum pium imperatorem allocutoria oratio.

[t] Piissimo & Christi amantissimo imperatori Iustiniano, sancta & universalis synodus divino piæ vestræ potentiæ nutu, & decreto congregata in hac a Deo custodita & regia civitate.

CVM ineffabilis ac divina redemptoris & servatoris nostri Iesu Christi gratia omnem terrarum orbem comprehenderit, & vivificum veritatis præconium sit omnium auribus disseminatum, populus quidem sedens in tenebris vidit magnam cognitionis lucem, & ab erroris vinculis liberatus est, cum regno cælorum, antiqua servitute permutata: qui autem a primi splendoris pulcritudine propter elationem extrusus est, primus draco, mens illa magna, Assyrius, a prius captivis capitur, & fit incarnati verbi potentia ab omni fortitudine alienus, quemadmodum scriptum est, quod *inimici rhomphææ defecerunt in finem.* Vbique enim rationabilis cultus & adoratio sancita est; totus perfectusque offertur: Deusque qui sacrificatur, & qui distribuitur ad corporum simul & animarum acquisitionem, eos qui fiunt ejus participes deificat. Quamobrem & dæmones fugantur, & sacer hominum qui congregatur cœtus in ecclesiis mystice sanctificatur: & deliciarum paradisus omnibus apertus est: & tandem facta sunt nova omnia. Sed quoniam homicida diabolus, qui ex adverso præpotentis Dei præcipitatus est, & parturiit & peperit laborem defectionis, non ferens videre nos a transgressionis lapsu excitatos ad cælum evolasse per primitias nostras, hoc est, Christum, qui se dedit pro nobis redemptionis precium: non destitit improbitatis tela torquere, & animi perturbationibus fideles sauciare, ut a data illis spiritus operatione honoreque ac gratia separarentur. Nec vero qui certaminum nobis præmia proposuit, & est salutis nostræ dux ac princeps Deus, auxilii nos expertes dimisit, in unaquaque generatione excitans, qui in hujus vitæ stadio, ejus cultus ac religionis armis instructi adversus eum in acie starent, & manus cum eo consererent; qui stricto spiritus gladio, quod est verbum Dei, & sic cum malo congressi, quam in nos exercebat tyrannidem dissolverunt, gregum duces effecti, & vias domini populis sternentes ac præparantes: ne in iniquitatis præcipitia, propter ejus quod est melius ignorantiam, detrudantur, ac prolabantur. Oportebat enim eum, qui ut essemus nobis largitus est, & tanta depressionis humilitatisque magnitudine nostrum sibi genus vendicavit, & ad se evocavit atque evexit,

Notas hujus pseudo-sexti conciliabuli, quod recentiores quinisextam synodum nominant, vide infra sub Sergio.

[u] Hujus orationis & seqq. canonum versio est Gentiani Herveti: eademque legitur apud Zonaram & Balsamonem.

Psalm. 9.

evexit, nobis quoque semitam ut bene esse- A mus, ostendere per ecclesiæ luminaria ac doctores, qui nostros secundum Deum gressus illuminantes dirigunt, & ad evangelium incitant, *quorum etiam conversatio in cælis est*, ut ait divinus apostolus. Vnde etiam nobis vitam nunc negligentius agentibus, ratiocinationis considerationisque otio indormientibus; cum nobis incautis viæ insidiator inimicus se injecerit, & virtutem paulatim suffuratus, nobis ejus loco vitium supposuerit; qui maximam hanc præsentis mundi navem clavo assidens regit Christus Deus noster, te sapientem nobis gubernatorem, pium imperatorem, vere præsidem B excitavit, dispensantem sermones in judicio, in sæculum veritatem servantem, facientem judicium & justitiam in medio terræ, & in via ab omni culpa ac reprehensione aliena procedentem. quem cum sapientia concepisset, eique obstetricis officium præstitisset, pulcre virtutibus educatum & ornatum, divinoque Spiritu repletum, orbis terrarum oculum effecit, mentis puritate & splendore subjectos aperte illuminantem; cui suam commisit ecclesiam, & legem ejus noctu diuque meditari docuit, ad populorum qui sunt sub ejus manibus perfectionem & ædificationem; qui tuo in Deum desiderii ardore Phinees zelum supe- C ras, & pietatis ac prudentiæ robore confosso peccato, gregem quoque a vitio subtrahere voluisti. Oportebat enim eum qui post supernum momentum humani generis gubernaculum suscepisset, non solum id quod ad se pertinet, considerare, & quomodo sua a se vita dirigatur; sed & omnes quibus imperat, ex maximis fluctibus servare, & a multa prolapsionum errorumque confusione, undique obruentibus ventis improbitatis & humilitatis nostræ corpus perturbantibus, eripere.

Philip. 3.

Quoniam autem sanctæ & universales duæ synodi, in hac imperante & Dei observatrice civitate congregatæ, una quidem D temporibus divæ recordationis Iustiniani, altera vero sub piæ memoriæ imperatore Constantino tuæ mansuetudinis patre, ad paterne declarandum fidei mysterium sacros canones nequaquam conscripserunt, sicut reliquæ sanctæ quatuor universales synodi, per quos populi quidem a deteriore & abjectiore vivendi ratione recedant, ad meliorem autem & altiorem vitam se traducant. Et ex hoc gens sancta, regale sacerdotium, pro quo Christus mortuus est, a multis propter inordinatum statum perturbationibus animi distractum ac divulsum, & a divino stabulo paulatim abruptum & abscissum, & propter ignorantiam ac obli- E vionem a bonis & ex virtute factis prolapsum; & Dei Filio, ut apostolice loquamur, conculcato, sanguinem quoque testamenti, in quo est sanctificatum, communem arbitratum, Spiritus gratiam contumelia affecit: Hanc, utpote peculiarem populum, reducere instar Christi, qui errantem in montibus ovem quærit; & suo stabulo restituere, & mandata, divinaque præcepta, per quæ a mortuis operibus recedêtes vivificamur, servare valde cupiens, omnique salutis

1. Pet. 2.

Hebr. 10.

Matth. 18.

ἀναβιβάσαντα, καὶ τὴν εἰς τὸ εὖ εἶναι τρίβον ἡμῖν ὑποδεῖξαι διὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας λαμπτήρων καὶ διδασκάλων φωταγωγούντων τὰ κατὰ Θεὸν ἡμῶν διαβήματα, καὶ πρὸς τὸ εὐαγγέλιον παρορμώντων· ὧν καὶ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον. ὅθεν καὶ νῦν ἡμῖν τὸν οἰκεῖον βίον διεξάγουσι ῥαθυμότερον, καὶ τῇ τῶν λογισμῶν ἀργίᾳ καθεύδουσιν· ὡς ἐπεισελθεῖν ἀφυλάκτοις τὸν ὁδοστάτην ἐχθρὸν, καὶ κατὰ μικρὸν τὴν ἀρετὴν ὑποκλέψαντα τὴν κακίαν ἡμῖν ἀνθυπενεγκεῖν, ὁ τὴν μεγίστην ταύτην τοῦ παρόντος κόσμου πηδαλιουχῶν ὁλκάδα Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν σὲ τὸν σοφὸν ἡμῶν κυβερνήτην, τὸν εὐσεβῆ βασιλέα, προστάτην ὄντως ἀνέστησεν οἰκονομοῦντα τοὺς λόγους ἐν κρίσει, φυλάσσοντα εἰς τὸν αἰῶνα ἀλήθειαν, ποιοῦντα κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐν μέσῳ τῆς γῆς, καὶ ἐν ἀμώμῳ ὁδῷ πορευόμενον· ὃν ἡ σοφία κυοφορήσασα καὶ μαιεύσασα, καὶ καλῶς ταῖς ἀρεταῖς ἐκθρέψασα καὶ περιστείλασα, καὶ θείου πληρώσασα πνεύματος, ὀφθαλμὸν οἰκουμένης ἀπέδειξε τῇ τοῦ νοῦ καθαρότητι καὶ λαμπρότητι διαυγάζοντα περιφανῶς τὸ ὑπήκοον· ᾧ τὴν ἑαυτῆς ἐκκλησίαν παρέθετο, καὶ τὸν νόμον αὐτῆς μελετᾷν νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐδίδαξε πρὸς καταρτισμὸν καὶ οἰκοδομὴν τῶν ὑπὸ χεῖρα λαῶν. ὃς τῷ θερμῷ τοῦ πρὸς Θεὸν πόθου τὸν ζηλωτὴν ὑπερβαλὼν Φινεὲς, καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐκκεντήσας τῷ κράτει τῆς εὐσεβείας τε καὶ συνέσεως, καὶ τὸ ποίμνιον τῆς κακίας τε καὶ φθορᾶς συνεξελέσθαι προείλου. ἔπρεπε γὰρ τὸν τῶν οἰάκων μετὰ τὴν ἄνω ῥοπὴν τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἐπειλημμένον, μὴ μόνον τὸ καθ᾽ ἑαυτὸν σκοπεῖν, καὶ ὅπως ἂν αὐτῷ ὁ οἰκεῖος διευθύνοιτο βίος, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ ἀρχόμενον ἐκ τρικυμίας περισώζειν καὶ τῆς πολλῆς τῶν πταισμάτων συγχύσεως, ἐπικλυζόντων πάντοθεν τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, καὶ τὸ σῶμα ἡμῶν ἐκταρασσόντων τῆς ταπεινώσεως.

Επειδὴ δὲ αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ δύο σύνοδοι, αἱ κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα καὶ θεοφύλακτον πόλιν συναθροισθεῖσαι· ἡ μὲν, ἐπὶ τῶν χρόνων Ιουστινιανοῦ τοῦ τῆς θείας λήξεως· ἡ δὲ, ἐπὶ τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ γενομένου ἡμῶν βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ πατρὸς τῆς σῆς ἡμερότητος· τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανώσασαι μυστήριον, οὐδαμῶς ἱεροὺς κανόνας ἐνέγραψαν, καθάπερ οἱ λοιπαὶ ἅγιαι τέσσαρες οἰκουμενικαὶ σύνοδοι, δι᾽ ὧν ἀποστήσονται μὲν οἱ λαοὶ χείρονος καὶ ταπεινοτέρας διαγωγῆς· ἐπὶ δὲ τὸν κρείττονα καὶ ὑψηλότερον μεταθῶνται βίον. ἐντεῦθέν τε τὸ ἔθνος ἅγιον τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανεν, ὑπὸ πολλῶν ἐξ ἀταξίας παθῶν διασπώμενον καὶ ὑποσυρόμενον, καὶ κατὰ μικρὸν τῆς θείας μάνδρας ἀπορραγὲν καὶ διατμηθὲν, καὶ τῇ ἀγνοίᾳ καὶ λήθῃ τῶν τῆς ἀρετῆς κατορθωμάτων ἀπολισθῆσαν, καὶ ἀποστολικῶς εἰπεῖν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατῆσαν, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, ἐν ᾧ ὑγιάσθη, κοινὸν ἡγησάμενον, τὴν τοῦ πνεύματος ἐνύβρισε χάριν· τοῦτο λίαν ὡς περιούσιον λαὸν ἐπισυναγαγεῖν βουληθεὶς μιμήσει τοῦ τὸ πλανώμενον πρόβατον ἐπὶ τὸ ὄρος ἐπιζητοῦντος ποιμένος Χριστοῦ, καὶ τῇ αὐτοῦ ἀποκαταστῆσαι αὐλῇ, καὶ πεῖσαι φυλάττειν τάς ἐντολάς τε καὶ τὰ θεῖα προστάγματα· δι᾽ ὧν τῶν νεκρῶν ἀποχωροῦντες ἔργων ζωοποιούμεθα· πᾶσάν τε περινοήσας σωτηρίας διάσκεψιν,

CANONES TRVLLANI SIVE QVINISEXTÆ SYNODI.

διάσκεψιν, καὶ Θεὸν ἐκζητήσας κατὰ τὸ φάσκον ῥητόν· ὁ ζητῶν τὸν κύριον εὑρήσει γνῶσιν μετὰ δικαιοσύνης· οἱ δὲ ὀρθῶς ζητοῦντες αὐτὸν, εὑρήσουσιν εἰρήνην· τὴν ἁγίαν ταύτην καὶ θεόλεκτον οἰκουμενικὴν ἀθροισθῆναι σύνοδον ὥρισας, ὅπως τῇ τῶν πολλῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελεύσει τε καὶ συμπνοίᾳ κατορθωθείη σοι εἰς δέον τὸ σπουδαζόμενον. ἀλλὰ καὶ εἴ τι λείψανον Ἑλληνικῆς ἢ Ἰουδαϊκῆς σκαιότητος τῷ τῆς ἀληθείας ὡρίμῳ σίτῳ ἐγκαταμέμικται, ἐκ ῥίζης αὐτῆς ὡς ζιζάνιον ἀρθείη, καὶ καθαρὸν ἀποδειχθείη τῆς ἐκκλησίας τὸ λήϊον. ὅπου γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν, ἡ κυρία ἔφη φωνή. καὶ πάλιν διὰ Ἰερεμίου ἡμῖν ἀνέκραγεν· ἐκζητήσατέ με ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ὑμῶν, καὶ ἐπιφανοῦμαι ὑμῖν. ἐπὶ τούτῳ τοίνυν κατὰ κέλευσιν τῆς σῆς εὐσεβείας συνελθόντες κατὰ ταύτην τὴν θεοφύλακτον καὶ βασιλίδα πόλιν κανόνας ἱεροὺς ἀνεγράψαμεν. διὸ τῆς σῆς εὐσεβείας δεόμεθα τὰς τῶν πρὶν ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ πόλει ἐπὶ τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ γενομένου ἡμῶν βασιλέως Θεοδοσίου συναθροισθέντων πατέρων φωνὰς σοι προσάγοντες, ἵνα ὥσπερ τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τὴν ἐκκλησίαν τετίμηκας, οὕτως καὶ τῶν δοξάντων δι' εὐσεβῶν κεφαλαίων ἐπισφραγίσῃς τὸ τέλος. ὁ δὲ κύριος στηρίξαι σου τὴν βασιλείαν ἐν εἰρήνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ διαπέμψοι γενεαῖς γενεῶν, καὶ προσθείη τῷ ἐπιγείῳ κράτει καὶ τῆς βασιλείας τῆς ἐν οὐρανοῖς τὴν ἀπόλαυσιν.

provisione ac perpensione cogitata, Deoque quæsito, ut vult id quod dicit: Quærentes dominum invenient cognitionem cum justitia: qui autem ipsum recte quærunt, invenient pacem: sanctam hanc & divinitus electam universalem synodum congregati decrevisti, ut multorum simul juncta voluntate unanimique consensione, id quod magno studio contenditur, a te recte & ordine efficiatur. Sed & si quæ Iudaicæ vel Gentilis improbitatis reliquiæ maturo veritatis frumento immixtæ sint, radicitus tamquam lolium evellantur, & pura pietatis seges ostendatur. *Vbi enim sunt duo vel tres in nomine meo congregati, illic sum in medio illorum*, inquit dominus. Et rursus per Ieremiam nobis exclamavit: *Quærite me in toto corde vestro, & apparebo vobis.* Propterea ergo tuæ pietatis jussu in hac Dei observatrice & imperante urbe congressi, sacros canones scripsimus. Quamobrem tuam pietatem rogamus, eas quæ prius in hac a Deo servata civitate a congregatis sub bonæ memoriæ imperatore nostro Theodosio patribus editæ sunt, voces tibi adducentes; ut quemadmodum convocationis scriptis ecclesiam honorasti, sic & eorum, quæ decreta sunt, pia subsignatione finem consignes. Dominus autem imperium tuum stabiliat ac confirmet in pace ac justitia, & generationum generationibus transmittat, & terrenæ quoque potentiæ adjiciat ut etiam cælesti regno fruaris.

Matth. 18.

Ierem. 9.

ΚΑΝΩΝ α'.

ΤΑΞΙΣ ἀρίστη παντὸς ἀρχομένου, καὶ λόγου καὶ πράγματος, ἐκ Θεοῦ τε ἄρχεσθαι, καὶ εἰς Θεὸν ἀναπαύεσθαι, κατὰ τὴν θεολόγου φωνήν. ὅθεν καὶ τῆς εὐσεβείας ὑφ' ἡμῶν ἤδη διαπρυσίως κηρυττομένης, καὶ τῆς ἐκκλησίας, ἥτις ἐπὶ Χριστῷ τεθεμελίωται, διηνεκῶς αὐξανούσης, καὶ προκοπτούσης, ὡς τῶν τοῦ Λιβάνου κέδρων ταύτην ὑπερεκτείνεσθαι· καὶ νῦν ἀρχὴν ποιούμενοι τῶν ἱερῶν λόγων χάριτι θείᾳ ὁρίζομεν, ἀκαινοτόμητόν τε καὶ ἀπαράτρωτον φυλάττειν τὴν παραδοθεῖσαν πίστιν ἡμῖν ὑπό τε τῶν αὐτοπτῶν καὶ ὑπηρετῶν τοῦ λόγου τῶν θεοκρίτων ἀποστόλων. ἔτι δὲ καὶ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ γενομένου ἡμῶν βασιλέως κατὰ Ἀρείου τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δογματισθείσης ἐθνικῆς ἑτεροθεΐας, ἢ πολυθεΐας εἰπεῖν οἰκειότερον· οἳ τῇ ὁμογνωμοσύνῃ τῆς πίστεως τὸ ὁμοούσιον ἡμῖν ἐπὶ τῶν τριῶν τῆς θεαρχικῆς φύσεως ὑποστάσεων ἀπεκάλυψάν τε καὶ διετράνωσαν, μὴ ἐπικεκρύφθαι τῷ μοδίῳ τῆς ἀγνωσίας τοῦτο παραχωρήσαντες, ἀλλὰ τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα προσκυνεῖν μιᾷ προσκυνήσει τοὺς πιστοὺς ἀναφανδὸν ἐκδιδάξαντες· καὶ τήν τε τῶν ἀνίσων βαθμῶν τῆς θεότητος δόξαν καθελόντες καὶ διασπάσαντες, τά τε ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν συστάντα ἐκ ψάμμου κατὰ τῆς ὀρθοδοξίας μειρακιώδη ἀθύρματα καταβαλόντες καὶ ἀνατρέψαντες. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ γενομένου ἡμῶν βασιλέως, ὑπὸ τῶν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει συναχθέντων ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων κηρυχθεῖσαν πίστιν κρατύνομεν, τὰς θεολόγους περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος φωνὰς ἀσπαζόμενοι, καὶ τὸν βέβηλον

CANON I.

ORDO est optimus ei, qui omnem orationem & rem incipit, & a Deo incipere, & in Deum desinere, * ut dicit Theologus. Quocirca cum & pietas a nobis clare prædicetur, & ecclesia, in qua Christus est fundamentum, assidue augeatur ac promoveatur, ut ea supra cedros Libani extollatur: & nunc sacros canones ordientes, statuimus fidem a verbi ministris, quique ipsum suis oculis viderunt, & a Deo electi sunt, apostolis traditam, citra ullam innovationem immutabiliterque ac inviolabiliter esse servandam. Præterea autem & trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui Nicææ convenerunt sub Constantino, qui fuit noster imperator, adversus impium Arium, & gentilem ab eo dogmatizatam deitatis diversitatem, vel deorum potius, ut aptius dicam, multitudinem. qui nobis unanimi fidei agnitione consubstantialitatem, in tribus divinæ naturæ consistentibus personis, & revelarunt, & declararunt, hanc sub ignorantiæ modio absconsam esse non sinentes; sed Patrem & Filium & Spiritum sanctum una adoratione fideles adorare aperte docentes; & inæqualium divinitatis graduum opinionem detrahentes ac divellentes; & ab hæreticis ex arena constructa adversus rectam opinionem puerilia ludibria dejicientes & subvertentes. Similiter & eam, quæ sub Theodosio majore, qui fuit noster imperator, a centum quinquaginta sanctis patribus, qui in hac urbe imperante convenerunt, prædicata est, fidem confirmamus, de Spiritu sancto voces quæ eum Deum esse statuunt, amplectentes, & profanum

* Orat. apologet. 1.

CANONES TRVLLANI SIVE QVINISEXTÆ SYNODI.

A Macedonium una cum prioribus veritatis inimicis expellentes; ut qui eum qui dominatur, servum esse decernere ausus sit; & insectilem unitatem secare prædonis more voluerit, ut non esset perfectum fidei* nostræ mysterium: una etiam cum isto odioso ac detestabili, quique adversus veritatem fuit rabie percitus, etiam Apollinarem ejusdem iniquitatis mysten una condemnantes: qui dominum corpus mente & anima non præditũ sumpsisse impie eructavit, hinc quoque & iste imperfectam nobis factam salutem ratiocinans. Iam vero & quæ in Ephesiorum civitate a ducentis divinis patribus sub Theodosio Arcadii filio imperatore nostro B exposita sunt, doctrinas tamquam infractum pietatis robur obsignamus, unum Christum Filium Dei & incarnatum prædicantes; & quæ ipsum sine semine peperit, impollutam semper virginem, proprie & vere deiparam decernentes; & ineptam Nestorii divisionem, tamquam a divina sorte semotam persequentes, hominem separatim & Deum separatim unum Christum decernentis, & impietatem Iudaicam renovantis. Quin etiam eam, quæ in Calchedonensium metropoli sub Marciano, qui fuit & ipse imperator noster, a sexcentis triginta descri- C pta est patribus, fidem orthodoxe confirmamus: quæ unum Christum Filium Dei, ex duabus naturis compositum, & in duabus eisdem naturis creditum, magna ac sublimi voce terrarum finibus tradidit; & stulte ac inepte sentientem Eutychem, qui magnum œconomiæ mysterium apparentia perfectum esse dicebat, tamquam avertendum aliquod portentum tetramque pestem, ex sacris ecclesiæ ambitibus exturbavit. Vna autem cum eo etiam Nestorium & Dioscorum, quorum ille quidem divisionis, hic vero confusionis defensor erat & propugnator: Qui quidem ex impietatis diametro ad unum perditionis & abnegationis Dei barathrum decide- D rant. Sed & centũ sexaginta quinque divinorum patrum in hac civitate imperatrice congregatorum sub Iustiniano piæ memoriæ, qui fuit imperator noster, pias voces ut a Spiritu editas cognoscimus, & posteros nostros docemus, qui Theodorum Mopsuestiæ Nestorii magistrum, & Origenem, & Didymum, & Euagrium, qui Gentiles fabulas rursus fictas retulerunt, & corporum quorumdam & animarum circuitiones & immutationes seu transmigrationes de integro ruminaverunt, suis quibusdam mentis deliriis ac somniis: & in mortuorum resurrectionem impie ac contumeliose insultarunt: Et quæ a Theo- E dorito scripta sunt adversus rectam fidem & duodecim beati Cyrilli capita, & eam quæ dicitur Ibæ epistolam, synodice anathematizarunt & execrati sunt. Porro sextæ quoque sanctæ synodi, quæ in hac civitate imperiali sub divæ memoriæ imperatore nostro Constantino pridem congregata fuerat, fidem, quę majorem ex eo firmitatem accepit, quod pius imperator eam scriptam suo signaculo muniit ad futuram in omnia sæcula securitatem, non movendam nec agitandam nos servare rursus profitemur; quæ duas naturales voluntates seu volitiones, duasque naturales operationes in incarnata unius

* G. spei.

Μακεδόνιον τοῖς πρότερον ἐχθροῖς τῆς ἀληθείας συνεξελαύνοντες, ὡς δοῦλον τὸ δεσπόζον αὐθαδῶς δοξάσαι τολμήσαντα, καὶ σχίσαι τὴν ἄτμητον μονάδα λῃστρικῶς προελόμενον, ὡς ἂν μὴ ἐντελὲς ἡμῖν τὸ τῆς ἐλπίδος εἴη μυστήριον· τῷ βδελυρῷ τούτῳ καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας λυττήσαντι, καὶ Ἀπολινάριον τὸν τῆς κακίας μύστην συγκατακρίναντες· ὃς ἄνουν καὶ ἄψυχον τὸν κύριον ἀνειληφέναι σῶμα δυσσεβῶς διηρεύξατο, ἐντεῦθεν καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἀτελῆ τὴν σωτηρίαν γενέσθαι συλλογιζόμενος. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐν τῇ Ἐφεσίων πόλει τὸ πρότερον συναχθέντων ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ Ἀρκαδίου γενομένου ἡμῶν βασιλέως, διακοσίων θεοφόρων πατέρων ἐκτεθέντα διδάγματα, ὡς κράτος ἄρραγες τῆς εὐσεβείας ἐπισφραγίζομεν, ἕνα Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ σαρκωθέντα κηρύττοντες, καὶ τὴν αὐτὸν ἀσπόρως τεκοῦσαν ἄχραντον ἀειπάρθενον, κυρίως καὶ κατ' ἀλήθειαν θεοτόκον δοξάζοντες καὶ τὴν ληρώδη τοῦ Νεστορίου διαίρεσιν ὡς ἀπῳκισμένην θείας μοίρας ἀποδιώκοντες, ἄνθρωπον ἰδικῶς, καὶ Θεὸν ἰδικῶς τὸν ἕνα Χριστὸν δογματίζοντος, καὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἀνανεοῦντος δυσσέβειαν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τῇ Καλχηδονέων μητροπόλει ἐπὶ Μαρκιανοῦ καὶ αὐτοῦ γενομένου ἡμῶν βασιλέως, τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα θεοκρίτων πατέρων συγγραφεῖσαν πίστιν ὀρθοδόξως ἐπικυροῦμεν· ἥτις τὸν ἕνα Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐκ δύο συντεθέντα τῶν φύσεων, καὶ ἐν δύο ταῖς αὐταῖς δοξαζόμενον φύσεσι, μεγαλοφώνως τοῖς πέρασι τῆς γῆς παραδέδωκε· καὶ Εὐτυχέα τὸν ματαιόφρονα, τὸ δοκήσει τὸ μέγα τῆς οἰκονομίας μυστήριον τελεσθῆναι ἀποφηνάμενον, ὡς ἀποτρόπαιόν τι καὶ μίασμα τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας περιβόλων ἐξήλασε· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Νεστόριον, καὶ Διόσκορον· τὸν μὲν τῆς διαιρέσεως, τὸν δὲ τῆς συγχύσεως ὑπασπιστήν τε καὶ πρόμαχον, τοὺς ἐκ διαμέτρου τῆς ἀσεβείας πρὸς ἓν ἐκπεπτωκότας ἀπωλείας καὶ ἀθεότητος βάραθρον. ἀλλά γε καὶ τὰς εὐσεβεῖς φωνὰς τῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε θεοφόρων πατέρων, τῶν κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα συναγηγερμένων πόλιν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως γενομένου ἡμῶν βασιλέως· ὡς ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐξενεχθείσας γινώσκομεν καὶ τοὺς μεθ' ἡμᾶς ἐκδιδάσκομεν, οἳ Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας τὸν Νεστορίου διδάσκαλον, Ὠριγένην τε, Δίδυμον καὶ Εὐάγριον τοὺς τὰς Ἑλληνικὰς ἀναπλασαμένους μυθοποιΐας, καὶ σωμάτων τινῶν καὶ ψυχῶν ἡμῖν περιόδους καὶ ἀλλοιώσεις ἀναπεμπάσαντας ταῖς τοῦ νοῦ παραφοραῖς τε καὶ ὀνειρώξεσι, καὶ εἰς τὴν τῶν νεκρῶν δυσσεβῶς ἐμπαροινήσαντας ἀναβίωσιν· τά τε γραφέντα παρὰ Θεοδωρίτου κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, καὶ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιστολὴν συνοδικῶς ἀνεθεμάτισάν τε καὶ ἐβδελύξαντο. καὶ τὴν ὑπὸ τῆς ἔναγχος συναθροισθείσης κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν ἐπὶ τοῦ ἐν θείᾳ τῇ λήξει γενομένου ἡμῶν βασιλέως Κωνσταντίνου ἕκτης ἁγίας συνόδου πίστιν· ἣ μειζόνως τὸ κῦρος ἐδέξατο, δι' ὧν ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς σφραγῖσι τοὺς ταύτης τόμους κατησφαλίσατο πρὸς τὴν ἐν τῷ παντὶ αἰῶνι ἀσφάλειαν, καὶ αὖθις ὁμολογοῦμεν φυλάττειν ἀπαρεγχείρητον· ἣ δύο φυσικὰς θελήσεις, ἤτοι θελήματα, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ ἑνὸς κυρίου

CANONES TRVLLANI SIVE QVINISEXTÆ SYNODI.

κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ δοξάζειν ἡμᾶς θεοφιλῶς διεσάφησε· τοὺς τὸ εὐθὲς τῆς ἀληθείας δόγμα παραχαράξαντας, καὶ ἓν θέλημα, καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοὺς λαοὺς ἐκδιδάξαντας τῇ τῆς εὐσεβείας ψήφῳ καταδικάσασα· φαμὲν Θεόδωρον τὸν τῆς Φαρὰν, Κῦρον τὸν Ἀλεξανδρείας, Ὀνώριον τὸν Ῥώμης, Σέργιον, Πύῤῥον, Παῦλον, Πέτρον τοὺς ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ προεδρεύσαντας πόλει· Μακάριον τὸν γενόμενον τῶν Ἀντιοχέων ἐπίσκοπον, Στέφανον τὸν αὐτοῦ μαθητὴν, καὶ τὸν ἄφρονα Πολυχρόνιον· ἐντεῦθεν ἀνέπαφον τηροῦσα τὸ κοινὸν σῶμα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. καὶ συνελόντα φάναι, πάντων τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ διαπρεψάντων ἀνδρῶν, οἳ γεγόνασι φωστῆρες ἐν κόσμῳ λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, τὴν πίστιν κρατεῖν βεβαίαν, καὶ μέχρι συντελείας τοῦ αἰῶνος ἀσάλευτον διαμένειν θεσπίζομεν, καὶ τὰ αὐτῶν θεοπαράδοτα συγγράμματά τε καὶ δόγματα· πάντας ἀποβαλλόμενοί τε καὶ ἀναθεματίζοντες οὓς ἀπεβάλοντο καὶ ἀνεθεμάτισαν, ὡς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς καὶ κατὰ Θεοῦ φρυαξαμένους κενὰ, καὶ ἀδικίαν εἰς ὕψος ἐκμελετήσαντας. εἰ δέ τις τῶν ἁπάντων μὴ τὰ προειρημένα τῆς εὐσεβείας δόγματα κρατεῖ καὶ ἀσπάζεται, καὶ οὕτω δοξάζει τε καὶ κηρύττει, ἀλλ' ἐξ ἐναντίας ἰέναι τούτων ἐπιχειρεῖ· ἔστω ἀνάθεμα κατὰ τὸν ἤδη προεκτεθέντα ὅρον ὑπὸ τῶν προδηλωθέντων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων, καὶ τοῦ χριστιανικοῦ καταλόγου ὡς ἀλλότριος ἐξωθείσθω, καὶ ἐκπιπτέτω. ἡμεῖς γὰρ οὔτε προστιθέναι τι, οὔτε μὴν ὑφαιρεῖν κατὰ τὰ προορισθέντα παντελῶς διεγνώκαμεν, ἢ καθ' ὁντιναοῦν δεδυνήμεθα λόγον.

β'.

Ἔδοξε καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ κάλλιστά τε καὶ σπουδαιότατα· ὥστε μένειν καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν βεβαίους καὶ ἀσφαλεῖς πρὸς ψυχῶν θεραπείαν καὶ ἰατρείαν παθῶν τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων δεχθέντας καὶ κυρωθέντας, ἀλλὰ μὴν καὶ παραδοθέντας ἡμῖν ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας. ἐπειδὴ δὲ ἐν τούτοις τοῖς κανόσιν ἐντέταλται δέχεσθαι ἡμᾶς τὰς τῶν αὐτῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις, αἷς τισι πάλαι ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων ἐπὶ λύμῃ τῆς ἐκκλησίας νόθα τινὰ καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας παρενετέθησαν, τὸ εὐπρεπὲς κάλλος τῶν θείων δογμάτων ἡμῖν ἀμαυρώσαντα, τὴν τῶν τοιούτων διατάξεων προσφόρως ἀποβολὴν πεποιήμεθα πρὸς τὴν τοῦ χριστιανικωτάτου ποιμνίου οἰκοδομὴν καὶ ἀσφάλειαν· οὐδαμῶς ἐγκρίνοντες τὰ τῆς αἱρετικῆς ψευδολογίας κυήματα, καὶ τῇ γνησίᾳ τῶν ἀποστόλων καὶ ὁλοκλήρῳ διδαχῇ παρενείροντες. ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας, τουτέστι τῶν τε ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων τιη', θεοφόρων ἁγίων πατέρων, καὶ τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ· ἔτι μὴν καὶ τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ· ὡσαύτως καὶ τῶν ἐν Γάγγραις, πρὸς δὲ καὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας· ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας· προσέτι καὶ τῶν ρν', τῶν ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι συνελθόντων πόλει· καὶ τῶν διακοσίων τῶν ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει τὸ πρότερον συναγηγερμένων·

A domini nostri Iesu Christi veri Dei œconomia nos pie opinari debere aperte docuit; iis qui rectum veritatis decretum adulteraverant, & unam voluntatem ac operationem unam in uno domino nostro Iesu Christo populos docuerant, pia sententia condemnatis, Theodoro, inquimus, Pharan, Cyro Alexandriæ, [g] Honorio Romæ, Sergio, Pyrrho, Paulo, Petro, qui in hac a Deo servata civitate præsederunt; Macario, qui fuit Antiochensium episcopus; Stephano ejus discipulo & insipiente Polychronio; hac ratione intacto & illibato communi corpore B domini nostri Iesu Christi ab eis servato. Atque, ut semel dicamus, omnium qui in Dei ecclesia decora ornamentaque fuerunt, & luminaria in mundo, vitæ rationem obtinentia, firmam fidem valere, & usque ad sæculi consummationem inconcussam ac illabefactam permanere sancimus, eorumque scripta ac decreta divinitus tradita: rejicientes omnes & anathematizantes, quos rejecerunt & anathematizarunt, ut veritatis inimicos, & qui adversus Deum inaniter fremuerunt, & iniquitatem in altum meditati sunt. Si quis autem ex omnibus prædicta pietatis decreta non tenet & amplectitur, sicque opinatur & prædicat, sed iis contra C adversari conatur, sit anathema, secundum prius expositum declaratorum sanctorum & beatorum patrum decretum, a Christiano quoque catalogo ut alienus extrudatur & excidat. Nos enim juxta prius definita neque aliquid adjicere, neque quidquam adimere omnino statuimus, vel ullo modo potuimus.

II.

Hoc quoque huic sanctæ synodo pulcerrime & honestissime placuit, ut ab hoc nunc tempore deinceps ad animarum medelam & perturbationum curationem firmi stabilesque maneant, [h] qui a sanctis patribus qui nos præcesserunt, suscepti ac confirmati sunt, atque adeo nobis etiam traditi sunt, D sanctorum & gloriosorum apostolorum nomine octoginta quinque canones. Quoniam autem in his nobis canonibus præceptum est, ut eorumdem sanctorum apostolorum per Clementem constitutiones susciperemus; quibus jam olim ab iis qui a fide aliena sentiunt ad labem ecclesiæ aspergendam, adulterina quædam & a pietate aliena introducta sunt, quæ divinorum nobis decretorum elegantem ac decoram speciem obscurarunt, has constitutiones ad Christianissimi gregis ædificationem ac securitatem conducibiliter rejecimus, hæreticæ falsitatis fœtus nequaquam admittentes, & germanæ ac in- E tegræ apostolorum doctrinæ inserentes. Obsignamus etiam reliquos omnes canones, qui a sanctis & beatis nostris patribus expositi sunt, id est, a trecentis decem & octo sanctis, ac deiferis patribus, qui Nicææ convenerunt; iisque qui Ancyræ; & iis etiam qui Neocæsareæ; similiter & qui Gangris; præterea & iis qui in Antiochia Syriæ; atque iis etiam qui in Laodicea Phrygiæ: Præterea autem & centum quinquaginta patribus, qui in hac a Deo conservanda & imperiali civitate convenerunt; & ducentis, qui in Ephesiorum metropoli prius coacti sunt; &

CANONES TRULLANI SIVE QUINISEXTÆ SYNODI.

sexcentis triginta sanctis & beatis patribus, qui Calchedone: similiter & iis qui Sardicæ; & qui Carthagine, & qui rursus in hac Dei cultrice & imperatrice urbe convenerunt sub Nectario, qui imperanti huic civitati præsidebat; & Theophilo qui fuit Alexandriæ archiepiscopus. Quin etiam canones Dionysii, qui fuit archiepiscopus magnæ Alexandrinorum civitatis: & Petri, qui fuit Alexandriæ archiepiscopus & martyr: Gregorii Neocæsareæ episcopi Thaumaturgi: Athanasii Alexandrini archiepiscopi; Basilii archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ; Gregorii episcopi Nyssæ, Gregorii theologi, Amphilochii Iconii, Timothei archiepiscopi Alexandriæ, prioris Theophili archiepiscopi ejusdem Alexandriæ: Cyrilli ejusdem Alexandriæ archiepiscopi; & Gennadii, qui fuit patriarcha hujus a Deo servandæ & imperantis civitatis. Præterea vero & a Cypriano, qui Afrorum regionis fuit archiepiscopus & martyr, & synodo quæ sub ipso fuit, emissum canonem, qui in prædictorum præsulum locis solum, secundum traditam eis consuetudinem servatus est. Et nulli licere prius declaratos canones adulterare, vel non admittere, vel alios præter hic propositos recipere canones, a quibusdam falsa adjecta inscriptione compositos, qui veritatem cauponari conati sunt. Si quis autem, quod prædictorum canonum aliquem innovare vel subvertere conetur, convictus fuerit, reus erit secundum eum canonem, ut ipse pronuntiat canon, pœnam luens, & per ipsum in eo, in quo offendit, medelam suscipiens.

III.

Quoniam vero pius Christique amator imperator noster, hanc sanctam & universalem synodum allocutus est, ut eos qui in clerum relati sunt, & aliis divina transmittunt, puros & a culpa ac reprehensione alienos ministros efficiant; & quod intelligentia percipitur, magni Dei, qui est & sacrificium & pontifex, sacrificio dignos; & quæ ex nefariis nuptiis iis inusta sunt probra ac dedecora, repurgent: & præterea qui sunt sanctissimæ Romanorum ecclesiæ exactæ perfectionis canonem servandum proponant; qui vero sub hoc a Deo conservandæ & imperantis urbis throno, quod est humanitatis & misericordiæ; utrisque paterne & simul religiose mixtis, ut neque quod est mite ac mansuetum, dissolutum: neque quod est austerum, astrictivum relinquamus; & maxime cum ex ignorantia lapsus in non exiguam hominum multitudinem pervadat, decernimus, ut qui duobus quidem matrimoniis implicati fuere, & usque ad decimumquintum præteriti mensis Ianuarii [l] præteritæ quartæ indictionis, [m] anni* sexies millesimi centesimi noni, peccato servierunt, & non ab eo resipiscere voluerunt, depositioni canonicæ subjicere: eos autem, qui talis quidem bigamiæ probro ac dedecori implicati fuere, ante nostrum autem decretum id quod utile est agnoverunt, & malum a se absciderunt, & hanc adulterinam & alienam congressionem procul abegerunt; vel eos etiam, quorum uxores in secundis nuptiis jam mortuæ sunt; vel ipsi etiam ad conversionem respexerunt, & conti-

*alias 6197.

καὶ τῶν ἐν Καλχηδόνι ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων· ὡσαύτως καὶ τῶν ἐν Σαρδικῇ· ἔτι μὴν καὶ τῶν ἐν Καρθαγένῃ· πρός γε μὴν καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης προέδρου· καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου· ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου γενομένου τῆς Ἀλεξανδρείας μεγαλοπόλεως· καὶ Πέτρου γενομένου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ μάρτυρος· Γρηγορίου ἐπισκόπου γενομένου Νεοκαισαρείας τοῦ θαυματουργοῦ· Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας· Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας· Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης· Γρηγορίου τοῦ θεολόγου· Ἀμφιλοχίου Ἰκονίου· Τιμοθέου ἀρχιεπισκόπου γενομένου Ἀλεξανδρείας· τοῦ προτέρου Θεοφίλου ἀρχιεπισκόπου τῆς αὐτῆς Ἀλεξανδρείας μεγαλοπόλεως· Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου τῆς αὐτῆς Ἀλεξανδρείας· Γενναδίου πατριάρχου γενομένου τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως· ἔτι μὴν καὶ τὸν ὑπὸ Κυπριανοῦ τοῦ γενομένου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀφρων χώρας καὶ μάρτυρος, καὶ τῆς κατ᾽ αὐτὸν συνόδου ἐκτεθέντα κανόνα, ὃς ἐν τοῖς τῶν προειρημένων προέδρων τόποις καὶ μόνον, κατὰ τὸ παραδοθὲν αὐτοῖς ἔθος, ἐκράτησε. καὶ μηδενὶ ἐξεῖναι τοὺς προδηλωθέντας παραχαράττειν κανόνας, ἢ ἀθετεῖν, ἢ ἑτέρους παρὰ τοὺς προκειμένους παραδέχεσθαι κανόνας, ψευδεπιγράφως ὑπό τινων συντεθέντας τῶν τὴν ἀλήθειαν καπηλεύειν ἐπιχειρησάντων. εἰ δέ τις ἁλῷ κανόνα τινὰ τῶν εἰρημένων καινοτομῶν, ἢ ἀνατρέπειν ἐπιχειρῶν, ὑπεύθυνος ἔσται κατὰ τὸν τοιοῦτον κανόνα, ὡς αὐτὸς διαγορεύει, τὴν ἐπιτιμίαν δεχόμενος καὶ δι᾽ αὐτοῦ ἐν ᾧπερ πταίει, θεραπευόμενος.

γ᾽.

Ἐπειδὴ δὲ ὁ εὐσεβὴς καὶ φιλόχριστος ἡμῶν βασιλεὺς, τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ προσεφώνησε συνόδῳ· ὥστε τοὺς ἐν κλήρῳ καταλεγομένους, καὶ ἄλλοις τὰ θεῖα διαπορθμεύοντας, καθαροὺς ἀποφῆναι καὶ λειτουργοὺς ἀμώμους, καὶ τῆς νοερᾶς τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ θύματος καὶ ἀρχιερέως θυσίας ἀξίους· ἀνακαθᾶραί τε τὰ ἐξ ἀθέσμων γάμων τούτοις ἐπιτριβέντα μύση· πρὸς τοῦτο δὲ τῶν μὲν τῆς Ῥωμαίων ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τὸν τῆς ἀκριβείας τηρηθῆναι κανόνα προτιθεμένων, τῶν δὲ ὑπὸ τὸν τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως θρόνον, τὸν τῆς φιλανθρωπίας καὶ συμπαθείας, εἰς ἓν ἀμφότερα μίξαντες πατρικῶς ὁμοῦ καὶ θεοφιλῶς, ὡς μήτε τὸ πρᾷον ἔκλυτον, μήτε στύφον τὸ αὐστηρὸν καταλείψοιμεν· καὶ μάλιστα τοῦ ἐξ ἀγνοίας πτώματος εἰς οὐκ ὀλίγον ἀνδρῶν πλῆθος διήκοντος, συναιροῦμεν· ὥστε τοὺς δυσὶ γάμοις περιπαρέντας, καὶ μέχρι τῆς ιε᾽. τοῦ διελθόντος Ἰανουαρίου μηνὸς τῆς παρελθούσης τετάρτης ἰνδικτιῶνος, ἔτους ςρθ᾽, δουλωθέντας τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ μὴ ἐκνῆψαι ταύτης προελομένους, καθαιρέσει κανονικῇ ὑποβάλλειν. τοὺς δὲ τῷ τοιούτῳ μὲν τῆς διγαμίας πάθει περιπεσόντας, πρὸ δὲ τῆς ἡμῶν ἐπιγνώσεως τὸ συμφέρον ἐπεγνωκότας, καὶ τὸ κακὸν ἐξ ἑαυτῶν περικόψαντας, καὶ πόῤῥω τὴν ξένην ταύτην καὶ νόθον συμπλοκὴν ἐκδιώξαντας· ἢ καὶ ὧν αἱ κατὰ δεύτερον γάμον γυναῖκες ἤδη τετελευτήκασιν· ἢ καὶ αὐτοὶ πρὸς ἐπιστροφὴν εἶδον μεταμαθόντες

θόντες τῆς σωφροσύνης, καὶ τῶν πρώην αὐτοῖς παρανομηθέντων ταχέως ἐπιλαθόμενοι, εἴτε πρεσβύτεροι, εἴτε διάκονοι ὄντες τυγχάνοιεν, τούτοις ἔδοξε πεπαῦσθαι μὲν πάσης ἱερατικῆς λειτουργίας ἤτοι ἐνεργείας, ἤδη ἐπὶ ῥητόν τινα χρόνον ἐπιτιμηθέντας· τῆς δὲ τιμῆς τῆς κατὰ τὴν καθέδραν καὶ στάσιν μετέχειν, ἀρκουμένους τῇ προεδρίᾳ, καὶ προσκλαίοντας τῷ κυρίῳ συγχωρηθῆναι αὐτοῖς τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας ἀνόμημα. εὐλογεῖν γὰρ ἕτερον τὸν οἰκεῖα τημελεῖν ὀφείλοντα τραύματα, ἀνακόλουθον. τοὺς δὲ γαμετῇ μὲν μιᾷ συναφθέντας, εἰ χήρα ἡ προσληφθεῖσα ἐτύγχανεν· ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς μετὰ τὴν χειροτονίαν γάμῳ ἑνὶ παρανόμῳ προσομιλήσαντας, τουτέστι πρεσβυτέρους καὶ διακόνους καὶ ὑποδιακόνους, ἤδη ἐπὶ βραχύν τινα χρόνον εἰρχθέντας τῆς ἱερᾶς λειτουργίας καὶ ἐπιτιμηθέντας, αὖθις αὐτοὺς ἐν τοῖς οἰκείοις ἀποκαταστῆναι βαθμοῖς, μηδαμῶς ἐν ἑτέρῳ μείζονι προκόπτοντας βαθμῷ, προδήλως διαλυθέντος αὐτοῖς τοῦ ἀθέσμου συνοικεσίου. ταῦτα δὲ ἐπὶ τοῖς καταληφθεῖσι μέχρι τῆς ιε΄. ὡς εἴρηται, τοῦ Ιανουαρίου μηνὸς τῆς τετάρτης ἰνδικτιῶνος, ἐν τοῖς προδηλωθεῖσι πταίσμασι καὶ μόνον ἐῤῥῶσθαι ἐτυπώσαμεν· ὁρίζοντες ἀπὸ τοῦ παρόντος, καὶ ἀνανεούμενοι τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα, τὸν δυσὶ γάμοις συμπλακέντα μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενον, μὴ δύνασθαι εἶναι ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ· ὡσαύτως καὶ τὸν χήραν λαβόντα, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς, μὴ δύνασθαι εἶναι ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

δ΄.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, ἢ θυρωρὸς γυναικὶ ἀφιερωμένῃ Θεῷ μιχθείη, καθαιρείσθω, ὡς τὴν νύμφην τοῦ Χριστοῦ διαφθείρας· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ε΄.

Μηδεὶς τῶν ἐν ἱερατικῷ καταλόγῳ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐμφερομένων ἀνυπόπτων προσώπων ἐκτὸς διάγων, γυναῖκα κεκτήσθω ἢ θεραπαινίδα, τὸ ἀνεπίληπτον ἑαυτῷ ἐντεῦθεν τηρῶν. εἰ δὲ παραβαίη τις τὰ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντα, καθαιρείσθω. τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ οἱ εὐνοῦχοι παραφυλαττέτωσαν, τὸ ἄμεμπτον ἑαυτοῖς προνοούμενοι· παραβαίνοντες δὲ, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, καθαιρείσθωσαν· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀφοριζέσθωσαν.

ϛ΄.

Ἐπειδὴ παρὰ τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσιν εὔρηται, εἰς κλῆρον προαγομένων ἀγάμων, μόνους ἀναγνώστας καὶ ψάλτας γαμεῖν· καὶ ἡμεῖς τοῦτο παραφυλάττοντες ὁρίζομεν ἀπὸ τοῦ νῦν, μηδαμῶς ὑποδιάκονον, ἢ διάκονον, ἢ πρεσβύτερον μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ προερχομένην χειροτονίαν ἔχειν ἄδειαν, γαμικὸν ἑαυτῷ συνιστᾷν συνοικέσιον. εἰ δέ τις τοῦτο τολμήσοι ποιῆσαι, καθαιρείσθω. εἰ δὲ βούλοιτό τις τῶν εἰς κλῆρον προερχομένων γάμου νόμῳ συνάπτεσθαι γυναικὶ, πρὸ τῆς τοῦ διακόνου, ἢ ὑποδιακόνου, ἢ πρεσβυτέρου χειροτονίας τοῦτο πραττέτω.

ζ΄.

Ἐπειδὴ μεμαθήκαμεν ἔν τισι τῶν ἐκκλησιῶν διακόνους τυγχάνειν ὀφφίκια ἐκκλησιαστικὰ ἔχοντας, ἐντεῦθέν τινας αὐτῶν αὐθαδείᾳ καὶ αὐτονομίᾳ κεχρημένους πρὸ τῶν πρεσβυτέρων καθέζεσθαι, ὁρίζομεν ὥστε τὸν διάκονον, κἂν ἐν ἀξιώματι τουτέστιν

nentiam didicerunt, & priorum suorum iniquitatum obliti sunt, sive sint presbyteri, sive diaconi, eos ab omni quidem sacerdotali ministerio sive exercitio jam cessare, præfinito aliquo tempore punitos, honorem autem in cathedra & statione participare, prima sede contentos; & cum fletu a domino postulantes, ut eis condonetur peccatum ignorantiæ. Neque enim convenit, ut is alteri benedicat, qui debet propria curare vulnera. Eos vero, qui uni quidem uxori copulati sunt, si vidua erat, quæ accepta est: similiter & eos, qui post ordinationem uni matrimonio se applicarunt, hoc est, presbyteros, diaconos, & hypodiaconos, brevi aliquo tempore a sacro ministerio prohibitos, & punitos, rursus propriis gradibus restitui, ad alium gradum nequaquam promovendos, eis nefario videlicet dissoluto conjugio. Hæc autem in his qui deprehensi sunt usque ad decimumquintum, ut dictum est, mensis Ianuarii quartæ indictionis, in prius declaratis delictis, solum valere statuimus; abhinc definientes & renovantes canonem, qui dicit eum qui duobus matrimoniis post baptismum implicatus fuerit, vel concubinam habuerit, non posse esse episcopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel omnino ex sacerdotali catalogo. Similiter & qui viduam accepit, vel dimissam, vel meretricem, vel servam, vel scenicam, non posse esse episcopum, vel presbyterum vel diaconum, vel omnino ex sacerdotali catalogo.

IV.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel lector, vel cantor, vel ostiarius, cum muliere Deo dicata coierit, deponatur, ut qui Christi sponsæ vitium attulerit. Sin autem laicus segregetur.

V.

Nullus eorum, qui in sacerdotali catalogo degunt, extra eas, quæ in canone recensentur, a suspicione alienas personas, mulierem possideat vel ancillam, se nulli reprehensioni affinem ex hoc servans. Si quis autem quæ a nobis definita sunt transilierit, deponatur. Hoc ipsum autem etiam eunuchi servent; ut a vituperatione alieni sint, providentes. Qui autem transgrediuntur, si sint quidem clerici, deponantur: si vero laici, segregentur.

VI.

Quoniam in apostolicis canonibus dictum est, eorum qui non ducta uxore in clerum promoventur, solos lectores & cantores uxorem posse ducere; & nos hoc servantes decernimus, ut deinceps nulli penitus hypodiacono, vel diacono, vel presbytero post sui ordinationem contrahere liceat. Si autem fuerit hoc ausus facere, deponatur. Si quis autem eorum, qui in clerum accedunt, velit lege matrimonii mulieri conjungi antequam hypodiaconus, vel diaconus, vel presbyter ordinetur, hoc faciat.

VII.

Quoniam in nonnullis ecclesiis diaconos officia ecclesiastica habere didicimus, & ex hoc nonnullos eorum arrogantia, & licentia fretos ante presbyteros sedere: statuimus ut diaconus, etiamsi in dignitate, id est,

CANONES TRVLLANI SIVE QVINISEXTÆ SYNODI.

Can. apostol. 17.

CANONES TRVLLANI SIVE QVINISEXTÆ SYNODI.

est, in quovis sit officio ecclesiastico, ante presbyterum ne sedeat, præterquam si proprii patriarchæ vel metropolitani vicē gerens adsit in alia civitate super aliquo capite: tunc enim ut locum illius implens honorabitur. Si quis autem tyrannica adductus audacia, tale quid efficere ausus fuerit, is ex proprio gradu dejectus sit omnium ultimus ejus ordinis, in cujus est catalogo in sua ecclesia, domino nostro admonente, ne in primis sedibus delectemur, secundum eam, quæ in sancto euangelista Luca, ut ex domino nostro & Deo profecta, posita est doctrinam. Iis enim qui vocati erant, dicebat hanc parabolam: *Quando ab aliquo ad nuptias invitatus fueris, ne in primo loco accubueris, ne forte quispiam te honoratior ab eo invitatus fuerit, isque qui te & ipsum invitavit, veniat & dicat: Da ei locum: & tunc incipies cum pudore ultimum locum tenere. Sed quando invitatus fueris, in ultimo loco accumbe, ut quando venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende altius: tunc erit tibi gloria coram iis qui tecum accumbunt. Nam quisquis se extollit, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* Hoc ipsum autem etiam servabitur in reliquis sacris ordinibus; quandoquidem sæcularibus dignitatibus spiritales præstantiores esse scimus.

Luc. 14.

ὀφφικίῳ οἱῳδήποτε ἐκκλησιαστικῷ τυγχάνῃ, ὁ τοιοῦτον μὴ πρὸ τοῦ πρεσβυτέρου καθέζεσθαι, ἐκτὸς εἰ μὴ τὸ πρόσωπον ἐπέχων τοῦ οἰκείου πατριάρχου, ἢ μητροπολίτου ἐν ἑτέρᾳ πόλει παραγένηται ἐπί τινι κεφαλαίῳ· τότε γὰρ ὡς τὸν ἐκείνου τόπον ἀναπληρῶν τιμηθήσεται. εἰ δέ τις τοιοῦτον τολμήσει τυραννικῷ χρώμενος θράσει διαπράξασθαι, ὁ τοιοῦτος ἐκ τοῦ οἰκείου καταβιβασθεὶς βαθμοῦ ἔσχατος πάντων γινέσθω τοῦ ἐν ᾧπερ καταλέγεται τάγματος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ, τοῦ κυρίου ἡμῶν παραινοῦντος, μὴ χαίρειν ταῖς πρωτοκλισίαις κατὰ τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ εὐαγγελιστῇ Λουκᾷ, ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ κειμένην διδασκαλίαν· ἔλεγε γὰρ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολὴν ἐπάγων· [πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο λέγων πρὸς αὐτούς·] ἐὰν κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν, μήποτε ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλημένος ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ἐλθὼν ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας ἐρεῖ σοί· δὸς τούτῳ τόπον· καὶ τότε ἄρξῃ μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν. ἀλλ' ὅταν κληθῇς, ἀνάπεσε εἰς τὸν ἔσχατον τόπον, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κεκληκώς εἴπῃ σοί· φίλε προσανάβηθι ἀνώτερον· τότε ἔσται σοι δόξα ἐνώπιον τῶν συνανακειμένων σοι ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται· καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. τὸ δὲ αὐτὸ φυλαχθήσεται καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἱερῶν ταγμάτων· ἐπειδὴ τῶν κατὰ τὸν κόσμον ἀξιωμάτων κρείττονα τὰ πνευματικὰ ἐπιστάμεθα.

VIII.

Apostolorvm canones, qui per Clementem Romanum pontificem, sicut quidam asserunt, *&c.* Sexta in Constantinopoli centum quinquaginta patrum contra Macarium Antiochenum episcopum & socios ejus, qui unam voluntatem & operationem in Christo falsa suspicione adstruebant, temporibus Constantini principis, Agathonis papæ Romani, Georgii Constantinopolitani, qui condemnata hæresi præfata, scripserunt novem capitula inferius annexa.

CAPITVLA.

I.

Si quis presbyter inventus fuerit alicui clerico vel laico munera dare, aut dedisse, ut ecclesiam alterius presbyteri subripiat, sciat se pro hac rapina & sua cupiditate aut gradum amissurum, aut in carceris ærumna longo tempore pœnitentiam agendo detinendum.

II.

Si parvulus ægrotans ad quemlibet presbyterum baptismi gratia de cujuslibet parochia allatus fuerit, ei baptismi sacramentum nullo modo denegetur. Si quis hoc munus petenti concedere detrectaverit, & ille parvulus absque baptismi gratia mortuus fuerit, noverit se ille, qui eum non baptizavit, pro ejus

anima rationem redditurum.

III.

Nullus sacerdos aut clericus sive laicus præsumat calicem, aut patenam, aut quælibet vasa sacra & divino cultui mancipata ad alios usus detorquere. Nam C quicumque de calice sacrato, quo sanguis Christi accipitur, aliud bibit præter Christi sanguinem, & patenam ad aliud officium habet, quam ad altaris ministerium, deterrendus est exemplo Baltassar, qui dum vasa domini in usus communes assumpsit, vitam pariter cum regno amisit.

IV.

Si quis ex presbyteris voluerit nepotem suum aut aliquem consanguineum ad scholas mittere in ecclesiis sanctorum, aut in cœnobiis, quæ nobis ad regendum D commissa sunt, licentiam id faciendi concedimus.

V.

Presbyteri per villas & vicos scholas habeant. Et si quislibet fidelium suos parvulos ad discendas literas eis commendare vult, eos non renuant suscipere & docere, sed cum summa caritate eos doceant, attendentes illud quod scriptum est: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpe-* E *tuas æternitates.* Cum ergo eos docent, nihil ab eis precii exigant, nec aliquid ab eis accipiant; excepto, quod eis parentes eorum caritatis studio sua voluntate obtulerint.

Dan. 12.

VI.

Cum ergo omnium scripturarum sanctarum paginæ, instrumentis bonorum operum refertæ sint, & sanctarum scripturarum campis possint inveniri arma, quibus vitia comprimantur, & virtutes nutriantur; libuit nobis, huic nostro capitulari inserere sententiam cujusdam pa-

Ex Ganden. rubeo lib. 2. num. 135. dicitur esse ex concilio Vormatien. De instructione bonorum operum.

 tris

tris de instrumentis bonorum operum, in qua, magna brevitate, quid agi, quidve vitari debeat, continetur: In primis dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute, denique proximum tamquam seipsum: Deinde non occidere, non adulterari, non facere furtum, non concupiscere, non falsum testimonium dicere: honorare omnes homines: & quod sibi aliquis fieri non vult, alii ne faciat. abnegare semetipsum sibi, ut sequatur Christum; corpus castigare, delicias spernere, justitiam amplecti, jejunium amare, pauperes recreare, nudum vestire, infirmum visitare, mortuum sepelire, & in tribulatione subvenire, dolentem consolari, a saeculi actibus se facere alienum, nihil amori Christi praeponere, iram non perficere, iracundiae tempus non reservare, dolum corde non tenere, pacem falsam non dare, caritatem non derelinquere: non jurare, ne forte perjures: veritatem ex corde & ore proferre, malum pro malo non reddere, injuriam non facere, sed & sibi factam patienter ferre: inimicos propter Deum diligere, maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere, persecutionem propter justitiam sustinere: non esse superbum, non vinolentum, non multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmurosum, non detractorem: bonum aliquid in se cum viderit, Deo applicet, non sibi. spem suam Deo committere; malum semper a se factum sciat, & sibi reputet. diem judicii timere, gehennam expavescere, vitam aeternam omni concupiscentia spiritali desiderare, mortem quotidie ante oculos suspectam habere, actus vitae omni hora custodire, in omni loco Deum se respicere pro certo scire: cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad petram Christum allidere, & seniori spirituali patefacere: os suum a malo vel pravo eloquio custodire. multum etiam loqui non amare, verba vana non loqui: risum multum aut excelsum non amare, lectiones vero sanctas libenter audire, orationi frequenter incumbere, mala sua praeterita & praesentia cum lacrymis & gemitu quotidie Deo in oratione confiteri, de ipsis malis de cetero se emendare, desideria carnis non perficere, voluntatem propriam odire; praeceptis sacerdotis & praeceptoris Dei in omnibus obedire, etiam si ipse aliter (quod absit) agat, memores illius dominici praecepti: *Quae dicunt, facite: quae autem faciunt, nolite facere.* Non velle dici sanctum antequam sit, sed prius esse quod dicatur. Praecepta * vero dominica adimplere, castitatem amare, nullum odire, zelum * per invidiam non habere, contentionem non amare, elationem fugere, & seniores venerari, juniores diligere in Christi amore, pro inimicis orare, cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, & de Dei misericordia nunquam desperare.

Matth. 23.

* Dei quotidie

Ecce haec sunt instrumenta artis spiritalis; quae cum fuerint a nobis die noctuque incessabiliter adimpleta, in hoc praesenti saeculo tranquillam faciunt ducere vitam, & in die judicii reconsignata illa merces nobis a domino recompensabiliter retribuetur, quam ipse promisit, dicens: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus his qui diligunt illum.*

1. Cor.

VII.

Commonendi sunt fideles omnes a minimo usque ad maximum, ut orationem dominicam & symbolum discant: & dicendum est eis, quod his duabus sententiis omne fidei Christianae fundamentum incumbit. Et nisi quis has duas sententias & memoriter tenuerit, & ex toto corde crediderit, & in oratione saepissime frequentaverit, catholicus esse non poterit. Constitutum namque est a sanctis patribus, ut nullus chrismetur, neque baptizetur, neque a lavacro fontis alium suscipiat, neque coram episcopo ad confirmandum quemlibet teneat, nisi symbolum & orationem dominicam memoriter tenuerit, exceptis his, quos ad loquendum aetas minime perduxit. dicendum est illis, ut singulis diebus, qui amplius non potest, saltem duabus vicibus oret, mane scilicet & vespere, dicens symbolum sive orationem dominicam: Qui plasmasti me, miserere mei: vel etiam: *Deus propitius esto mihi peccatori.* & Deo gratias agat pro quotidianae vitae commeatibus, & quia se ad imaginem suam creare dignatus sit, & a peccatoribus segregare. His actis & solo Deo creatore suo adorato, invocet sanctos, ut pro se intercedere apud majestatem divinam dignentur. Haec faciant, quibus basilicae locus est, in basilica: qui vero in itinere, aut pro qualibet occasione in silvis aut agris est, ubicumque eum ipsa hora matutina vel vespertina invenerit, sic faciat, sciens Deum ubique praesentem esse, dicente psalmista: *In omni loco dominationis ejus benedic anima mea domino.* Et: *Si ascendero in caelum, tu illic es*, &c.

Luc. 18.

Psalm.

Psalm. 13

VIII.

Diei vero dominici (quia in eo Deus lucem condidit, in eo manna in eremo pluit,

pluit, in eo naſci dignatus eſt, in eo ſtella magis refulſit, in eo de quinque panibus & duobus piſcibus quinque millia hominum pavit, in eo baptiſmum in Iordane a Ioanne ſuſcepit, in eo ipſe pius redemptor humani generis ſponte pro ſalute noſtra a mortuis reſurrexit, in eo Spiritum ſanctum ſuper diſcipulos infudit) tanta debet eſſe obſervantia, ut præter orationes & miſſarum ſolennia, & ea quæ ad veſcendum pertinent, nihil aliud fiat. Nam etſi neceſſitas fuerit navigandi ſive itinerandi, licentia datur, ita dumtaxat, ut hujus occaſione miſſæ & orationes non prætermittantur. Conveniendum eſt ſabbato die cum luminaribus cuilibet Chriſtiano ad eccleſiam; conveniendum eſt ad vigilias ſive ad officium matutinum. Concurrendum etiam eſt cum oblationibus ad miſſarum ſolennia: & dum ad eccleſiam convenitur, nulla cauſa dici debet vel audiri, nulla jurgia ſunt habenda, ſed tantummodo vacandum eſt orationi & celebrationi eleemoſynarum, in Dei laudibus cum amicis & proximis & peregrinis ſpiritualiter epulandum.

IX.

Admonendi ſunt omnes, ut hoſpitalitatem diligant, & nulli hoſpitium præbere detrectent. Et ſi cui forte hoſpitium præſtiterint, nullam ab eo mercedem accipiant; niſi forte illi qui recipiunt, ſponte ſua aliquid dent. Dicendum quoque eſt illis, qualiter multi per hoſpitalitatis officium Deo placuerunt, dicente apoſtolo: *Per hanc enim placuerunt quidam Deo, angelis hoſpitio ſuſceptis.* Et iterum: *Hoſpitales ſine murmuratione.* Et ipſe dominus ad judicium veniens, dicturus eſt: *Hoſpes eram, & collegiſtis me.* Sciant quicumque hoſpitalitatem amant, Chriſtum ſe in hoſpitibus recipere. Nam ille modus hoſpitalitatis non ſolum inhumanus, ſed etiam crudelis eſt, quo numquam in domum hoſpes ante recipitur, niſi prius dandi hoſpitii merces compenſetur: & quod dominus agere juſſit pro perceptione regni cæleſtis, pro acquiſitione terrenarum rerum agatur.

[a] IN CONCILIVM [b] CONSTANTINOPOLITANVM TERTIVM, [c] SEXTVM [d] œcumenicum ſeu univerſale, [e] approbatum, [f] in quo ducenti octoginta novem epiſcopi [g] Monothelitarum hæreſin condemnarunt [h] ſub Agathone papa & [i] Conſtantino Pogonato imperatore, [k] anno redemptoris noſtri DCLXXX. inchoatum & ſequente abſolutum.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium*] Hæc ſancta ſynodus auctoritate Agathonis papæ indicta; hortatu, ope & conſilio imperatoris congregata eſt hac ratione: Poſt pacem cum Saracenis & Bulgaris initam, Conſtantinus imperator pietatis & concordiæ Chriſtianæ amantiſſimus, ſummo ſtudio optaverat, ut ad conciliandam orientalem eccleſiam cum occidentali, & ad controverſiam de una Chriſti voluntate & operatione definiendam, concilium univerſale congregaretur; qua de cauſa ille ad Donum papam ſcribens ſacram illam quæ extat inter præambulares hujus concilii, ſumma illum obteſtatione rogat & monet, ut ad pium hunc conatum promovendum legatos ſuos mittere velit, promittitque futurum, ut cum honore excipiantur, tutoque comitatu adducti, poſt finem concilii viciſſim ſecure reducantur. Accepit epiſtolam Doni ſucceſſor Agatho, qui Dono defuncto ſurrogatus erat antequam ſacra imperatoris Romam delata fuiſſet. Qui dum pium eſſe cognovit id quod petebatur, voto ac deſiderio imperatoris acquievit, indictiſque per occidentem conciliis pluribus, cauſam Monothelitarum examinari, diſcuti & dijudicari mandavit. Quibus legitime peractis, idem pontifex Romæ ſynodum congregavit, qua cum fidem orthodoxam contra Monothelitas firmiſſime ſtabiliviſſet, legationem deputavit, quæ accepto commonitorio Conſtantinopolim venit circa initium Septembris anni 680. Quam dum imperator pientiſſimus magno cum honore excepiſſet, per ſacram ad Georgium Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopum tranſmiſſam (extat inter præambulares hujus concilii) reliquos omnes patriarchas cum ſubditis epiſcopis congregari procuravit. Sciens enim citra conſenſum Romani pontificis univerſale concilium celebrari non poſſe, nec debere, aliorum epiſcoporum neminem advocaverat, donec legati ſedis apoſtolicæ præſentes eſſent, vel certo tempore ſe affuturos promiſiſſent. Ita certum eſt, quod hæc ſancta ſynodus hortatu, conſilio, & auxilio piiſſimi imperatoris congregata, non aliter quam debita & legitima auctoritate pontificia indicta & convocata fuerit.

Acta concilii multis in locis depravata ſunt. Præterquam quod non uno in loco mendoſa eſſe infra demonſtrentur, deſiderantur nonnulla, quæ recenſet Anaſtaſius ſupra in vita Agathonis, ubi ſynodalium actorum breve compendium congeſſit. Quorum impoſtura ex epiſtola ſynodica concilii Romani hæc particula *Filioque* expuncta fuerit, dixi ſupra in notis ejuſdem concilii Romani ſub Agathone. Dolo ac fraude Monothelitarum ſuperadditum eſt ſynodalibus actis, quidquid in cauſa Honorii pontificis dictum aut factum eſſe pluribus in locis commemoratur. Impoſturæ auctorem ſi quis Theodorum Conſtantinopolitanum epiſcopum fuiſſe dicat, non fecerit illi fortaſſe injuriam, ſi diligenter conſiderentur ea, quæ ſupra dixi in notis ad vitam Agathonis, verbis *ceſſavit epiſcopatus*, quæque dicam infra in notis actionis 13. 14. *&c.* Centum & tres canones, qui ſub nomine ſextæ ſynodi œcumenicæ hactenus vulgati fuerunt, non a patribus concilii œcumenici ſanciti fuerunt; ſed potius a quodam conciliabulo, quod poſt annos decem habitum eſt Conſtantinopoli in Trullo, tempore Sergii papæ & Iuſtiniani imperatoris junioris, anno domini 692. quodque a viris doctis quiniſextum concilium nominatur, ideo quod profiterentur epiſcopi ejuſdem conciliabuli, ſe allegatos canones, nomine quintæ & ſextæ ſynodi, tamquam appendicem quamdam neceſſariam ediſſe. Vide quæ dicturi ſumus in notis concilii illius ſub Sergio. Græca ſimul & Latina editio, quæ ex typographia cameræ apoſtolicæ anno 1608 in lucem prodiit, ex quibus antiquis exemplaribus recognita fuerit, indicat collector initio tom. 3. his verbis: Sexta ſynodus generalis cum quatuor Græcis codicibus manuſcriptis collata, duobus bibliothecæ Vaticanæ, tertio olim Cardinalis Sirleti, nunc bibliothecæ ducis ab Altaemps: quarto Antonii Auguſtini archiepiſcopi Tarraconenſis. Latina interpretatio ex codicibus manuſcriptis Vaticanis emendata; & ubi interpres in ſuo textu Græco aliter legiſſe videtur quam nunc in noſtris codicibus habeatur, vel Græcorum verborum ſenſus non eſt rite expreſſus, diverſitatem in margine indicavimus. Nonnulla etiam Græco ex Latina verſione ad marginem annotavimus.

b *Conſtantinopolitanum tertium.*] Intellige ſanctum & œcumenicum: Plura enim provincialia & reprobata generalia concilia Conſtantinopoli celebrata fuiſſe, ex præcedentibus conſtat. Habitum eſt concilium Conſtantinopoli in ſecretario ſacri palatii, quod cognominatum eſt Trullus; ideo fortaſſe, quod ipſum ſecretarium ejuſmodi Trullo faſtigiatum, teſtudine ſurſum erecta, ſua rotunditate

Concilium hoc a quo indictum fuerit, quave occaſione?

Acta concilii depravata ſunt.

Canones Trullani non ſunt ſextæ ſynodi, ſed alicujus Pſeudoſynodi ſextæ.

Locus concilii.

Trullus quid ſit?

rotunditate hemiſphærium conficeret. Nam apud eos, qui ſcripſerunt de ædificiis Conſtantinopolitanæ civitatis, item apud Anaſtaſium in vita Sergii, Trullus ſive Trulla, ſignificat ſublimem fornicem deſuper in altum porrectum, & in rotundum concameratum, quem Italice dicimus cuppula. Ita Baronius anno 680. num 41.

Hæc ſynodus inter œcumenicas eſt ſexta.

c *Sextum.*] Patres concilii Toletani XIV. canone 7. hanc ſynodum quintam numerant; non ſane ea intentione, quaſi concilium œcumenicum vere quintum ſub Vigilio papa habitum abjicerent; ſed quod eas tantum illi enumerarent, quibus de fidei definitionibus agitur. Quare cum illi de fide tractarent, & in quinta ſynodo œcumenica tantum de perſonis ageretur, illam velut ad dogmata fidei ſtabilienda minus neceſſariam præterierunt. Vide Baronium anno 684. num. 6.

Oecumenica ſynodus eſſe probatur. Præſes concilii quis fuerit?

d *Oecumenicum.*] Vtpote cui omnes totius orbis epiſcopi per ſe vel per ſuos patriarchas eorumve legatos interfuerunt: cuique Agatho pontifex Romanus, ut teſtatur Zonaras in vita Conſtantini IV. per Theodorum & Georgium preſbyteros, & Ioannem diaconum ſedis apoſtolicæ legatos præſedit. Vnde eſt, quod ſupradicti legati in ſingulis actionibus, primi omnium nominantur, loquuntur & ſubſcribunt.

Imp. qua de cauſa interfuerit.

Conſtantinus imperator cum ſuis magiſtratibus eminentiore loco ſedens concilio interfuit, non ut, quod inepte aiunt hæretici, eidem præſideret, cauſamque ſynodalem dijudicaret, neque ut voto ſuo deciſivo aliquid definiret; ſed tantum ut a ſacro patrum conventu omne contentionis, rixarum & tumultus periculum averteret, ſanctæque ſynodo (prout in ſacra ad Donum pontificem miſſa promiſerat) ſecuritatem & tranquillitatem procuraret. Hoc eſt, quod in actis ſynodalibus præſediſſe, id eſt, primo loco ſediſſe dicitur. Vide Bellarm. lib. 1. de concil. cap 5. & 19.

An ſit approbatum.

e *Approbatum*] Communis ſententia eccleſiæ hanc ſacroſanctam ſynodum inter approbatas œcumenicas ſemper huc uſque recenſuit. Eamdem auctoritate B. Leonis papæ II. confirmatam fuiſſe per epiſtolam, quam ad ſynodicam concilii ipſe reddidit a pluribus hujus ſæculi ſcriptoribus doctiſſimis hactenus exiſtimatum fuit. Sed cum auctor allegatæ epiſtolæ confirmet ſententiam anathematis, quæ in corruptis ſynodalibus actis in Honorium pontificem lata dicitur, adeoque nulla ratione defendi poſſint ea quæ ſupra pro defenſione & expurgatione allata fuerunt, de memorata ſæpius epiſtola diverſi diverſa judicarunt. Bellarm. lib. 4 de Rom. pontif. cap. 11. epiſtolam Leonis corruptam eſſe ſcribit. Ioannes de Turrecremata univerſam ſynodum cum Leone pontifice in facti quæſtione aberraſſe concedit. Baronius autem allegatam epiſtolam Leonis commentitiam eſſe probat iis rationibus, quas ponam infra in notis ejuſdem epiſtolæ Leonis.

Numerus epiſcoporum quantus?

f *In quo ducenti octoginta novem epiſcopi.*] Ita Theophanes & Cedrenus in ſuis annalibus. Conſentit numerus qui habetur act. 3. in VII. ſynodo. Photius in epiſtola ſive libello de ſynodis numerat centum ſeptuaginta. Paulus diaconus de geſtis Longobardorum lib. 6. cap. 4. Beda libro de ſex ætatibus prope finem. Regino lib. 1. Ado Viennenſis & Freculphus in chron. ſolum centum quinquaginta epiſc. interfuiſſe ſcribunt. Theodorus Balſamo ponit 171. In ultima actione ſynodi 166. Epiſcopi per ſe vel per ſuos legatos ſubſcripſiſſe reperiuntur. Ipſo ſynodi exordio longe minor numerus epiſcoporum habetur; idque accidit ea de cauſa, quod epiſcopi omnes tanta temporis brevitate, quanta præſcripta fuerat, Conſtantinopolim pervenire non potuerint.

Patriarchæ qui & quot interfuerint?

Ex patriarchis præſentes fuerunt Georgius Conſtantinopolitanus, & Macarius Antiochenus, Alexandrina & Hieroſolymitana ſedes adhuc paſtoribus & epiſcopis vacantes, per vicarios præſto fuerunt.

Quis & qualis fuerit conſeſſus patrum?

Seſſio patrum ita diſpoſita fuit, ſicut in concilio Calchedonenſi. A ſiniſtris, velut loco digniore, ſederunt ſedis apoſtolicæ legati; a dextris vero Conſtantinopolitanus epiſcopus, necnon Antiochenus, atque legatus ſedis Alexandrinæ. Eminentiore loco velut defenſor & patronus concilii cum ſuis magiſtratibus ſedebat Conſtantinus imperator. Sacroſanctum Dei euangelium ex more anteriorum conciliorum, collocatum erat in ſella ornatiſſima in medio totius conſeſſus, ut ejus intuitu patres concilii cogitarent, Chriſtum vere præſentem eſſe illi congregationi, quam in nomine ejuſdem convocaſſent.

g *Monothelitarum hæreſin condemnarunt.*] Vt facile cognoſcas, quo rerum ordine illud factum fuerit, ſummatim & quaſi per compendium ſingularum actionum hiſtoriam recenſebo.

Actorum ſynodalium compendioſa relatio. Prima ſeſſ.

Prima ſeſſione, quæ habita fuit ſeptima Novembris, legati ſedis apoſtolicæ cauſam indicti concilii proponentes, a Sergio ejuſque ſucceſſoribus Conſtantinopolitanis epiſcopis novam hæreſin de una Chriſti voluntate & operatione in eccleſiam invectam eſſe dixerunt. Cumque Macarius Antiochenus juſſu imperatoris ad objecta legatorum ſuo nomine ſuorumque ſectariorum reſponderet, nullam a ſe novitatem in eccleſiam introductam eſſe; ſed potius ſe credere & prædicare quæ a ſanctis conciliis & patribus accepta Honorius papa, & Cyrus Alexandrinus profeſſi eſſent: mandavit illi imperator, ut allegatam exceptionem probaret. Obtemperavit Macarius, & ex patriarchio codices quinque ſynodorum œcumenicarum proferri præcepit. Qui cum allati fuiſſent a diſcipulo Macarii Stephano, tertia ſynodus Epheſina, uſque ad illum locum Cyrilli. *Eſt enim ejus omnipotens voluntas*, perlecta fuit. Conſtitit ibi lector, atque intulit ex eo Macarius, unam in Chriſto voluntatem eſſe. Legati ſedis apoſtolicæ hanc illationem nullam eſſe & plane ineptam, ex eo oſtenderunt, quod manifeſtiſſimum eſſet, loqui Cyrillum allegato loco de divina dumtaxat voluntate, quam Filius cum Patre & Spiritu ſancto communem habet. Cumque deinceps imperator ea quæ Epheſini concilii reliqua erant, lectione abſolvi mandaſſet, eorumque recitationi plures horæ impenſæ fuiſſent, concluſa ſeſſione prima, lectio ceterorum conciliorum œcumenicorum in ſequentem ſeſſionem dilata fuit.

Decima Novembris, actione ſecunda lectum eſt ſacroſanctum Calchedonenſe concilium. Ex quo Macarius orthodoxæ fidei nihil adverſum invenire aut objicere potuit; ſed potius legatorum inſtantia, quando legebatur epiſtola ſancti Leonis ad Flavianum, qua duæ naturæ & operationes in Chriſto aperte prædicantur, & ſuis quaſi jaculis confoſſus, deque turpiſſimo mendacio convictus quæſivit effugium, ut auctoritate Dionyſii Areopagitæ, deivirilis tantum operatio Chriſti diceretur duarumque voluntatum & operationum vocabulis abſtineretur. Sed ne extraneis interlocutionibus a propoſito themate diſcederetur, quod reliquum erat Calchedonenſis concilii legendo abſolvi, actioneque ſequente quintam ſynodum recitari imperatum fuit.

Tertia actione cum 13. Novembris eodem loco, tempore, & ordine patres concilii cum imperatore conveniſſent, quinta ſynodus, prout ante conſtitutum fuerat recitata eſt. Ejus initio ex quadam commentitia epiſtola ſub nomine Mennæ Conſtantinopolitani epiſcopi ad Vigilium papam, legebatur unam eſſe in Chriſto voluntatem. Quod ut ſolide refutaretur, legati ſedis apoſtolicæ dixerunt, fictam & commentitiam ſub nomine Mennæ epiſtolam, Vigilio inſcriptam, dolo ac fraude Monothelitarum actis ſynodalibus inſertam fuiſſe; idque eo argumento manifeſtiſſime comprobarunt, quod Mennas ſex annis ante quintam ſynodum ſub Vigilio celebratam, ex hac vita migraſſet. Qua de re cum diligentior inquiſitio haberetur, evidentiſſimo indicio numeri deprehenſum fuit, tres quaterniones priores, quibus continebatur commentitia Mennæ epiſtola, actis ſynodalibus (impoſtura haud dubie Monothelitarum) ſuperaditos fuiſſe. Iuſſit itaque imperator ut reliquum commentitiæ epiſtolæ præteriretur, potiuſque legeretur quidquid actorum ſynodalium quinti concilii ſupereſſet. Obtemperatum eſt imperatori; cumque ſeptima actione ventum eſſet ad anathematiſmum adverſus Theodorum Mopſueſtenum, ibique legeretur, eum anathemati ſubjectum fuiſſe ideo quod non confiteretur unam in Chriſto perſonam; additamento Monothelitarum jungebatur, Et unam operationem. Novam impoſturam legati audientes, Vigilium a calumnia hæreticorum defenderunt, objectoſque ſub nomine Vigilii libellos, partus eſſe ſuppoſititios convicerunt hac evidenti ratione, quod de fide orthodoxa non aliter quam ſacroſancta ſynodus quinta œcumenica ſentire potuerit; cum alioquin ſi aliter ſenſiſſet, a ſancto concilio receptus non fuiſſet. Poſt hæc interlocutione patrum & judicum cognitorum dictum eſt, nihil inventum eſſe in ſynodis, quod Monothelitis faveret: additum eſt, operæprecium videri, ut alterum illud, quod Macarius initio primæ actionis pollicitus erat, præſtaretur: nimirum, ut ſuam ille de una Chriſti voluntate & operatione novam hæreſin auctoritate patrum, ſicut promiſerat, confirmaret. Verum cum Georgius Conſtantinopolitanus petiiſſet, legi prius epiſtolas illas duas, quas Agatho & Romana ſynodus ad imperatorem tranſmiſerant, placuit iſtam gratiam præſtare petentibus: ſed dilata eſt recitatio longiuſcularum epiſtolarum in ſequentem actionem.

Vno itaque die interlapſo, quartam actionem 15 Novembris celebraturi iidem qui ſupra convenerunt, juxta ſynodalem conſtitutionem præcedente actione factam. Duæ epiſtolæ, quarum altera Agathonis, altera concilii Romani erat, a capite uſque ad calcem perlectæ fuerunt. Priore ſcribit Agatho, quod nemo ſuorum prædeceſſorum a recta & orthodoxa fide catholica aberraverit: cui aſſertioni cum Monothelitæ ne verbo quidem contradixerint, nihilque in Honorium aliosve Romanos pontifices objecerint

objecerint, qua fide infra in posterioribus actionibus affirmari putas, eumdem Honorium synodali judicio condemnatum esse? maxime cum patres ibidem profiteantur, hanc epistolam Agathonis velut oraculum Spiritus sancti colendam & suspiciendam esse.

Septima Decembris quinto patrum conventu celebrato, Macarius edidit duos codices, quibus, ut asserebat, de unica in Christo voluntate & operatione testimonia continebantur; quibus perlectis decretum fuit, ut reliqua testimonia, si quæ haberet, sequenti actione produceret.

Dum igitur 12. Decembris sexta sessio haberetur, Macarius reliqua testimonia ad suam sententiam confirmandam uno codicillo collecta edidit; cumque ea perlecta essent, legati sedis apostolicæ adversariorum testimonia detruncata esse allegarunt, simulque petiverunt decerni, ut ad imposturam eorum detegendam authentici codices ex patriarchio urbis afferantur. Qua occasione jussit imperator utriusque partis productas probationes sigillo consignari, diligenterque custodiri, deque allegatis utriusque testimoniis proximo conventu sedulo & fideliter inquiri. Hæc anno Christi 680. contigerunt.

Anno redemptoris nostri 681. 13. Februarii, cum per duos menses a sacris comitiis cessatum fuisset, habita est actio septima, qua legati sedis apostolicæ obtulerunt codicem testimoniorum ex sanctis patribus desumptorum, quibus duæ voluntates & operationes in Christo asserebantur: addita est lectio & series eorum, qui orthodoxam hujus articuli fidem impugnabant. His auditis, petitione Georgii Constantinopolitani & Macarii Antiocheni jussum est, ut loca citata cum codicibus patriarchii conferantur, & an Latina exemplaria cum Græcis consona sint, in præsentia plurium exploretur: & ne fraus committi posset, oblatum testimoniorum codicem consignarunt. Post hanc actionem die 13. Februarii, rursum 14. die ejusdem mensis ibidem loci conventum esse; eoque conventu Georgium Constantinopolitanum patriarcham, fidem catholicam & orthodoxam professum fuisse, scribit Anastasius in vita Agathonis his verbis: *Sequenti die in eodem secretario residente synodo una cum principe, synodica sanctissimi Agathonis relecta est*, &c. Quæ cum in actis synodalibus desiderentur, credanturque data opera a Theodoro Constantinopolitano episcopo ablata, ne inde hæreticus esse probaretur, certissimo argumento constat, acta hujus concilii hoc loco mutilata esse: quæ alibi eorumdem hæreticorum corruptela vitiata & depravata fuerunt.

Eodem anno, septima die Martii, octava actio celebrata fuit, qua Georgius aliique plures episcopi, qui testimoniorum collationi cum authenticis exemplaribus factæ interfuerant, retulerunt, se loca patrum in codice legatorum sedis apostolicæ pro duabus voluntatibus & operationibus Christi allegata fideliter cognovisse, eaque authenticis patrum voluminibus plane consona reperisse: addiderunt se hac occasione motos, cum sanctis patribus de Christi voluntatibus & operationibus sentire, ac credere, desertaque Monothelitarum perfidia, fidem orthodoxam profiteri: quasque direxerat Agatho papa suggestiones, tamquam ex Spiritu sancto dictatas per os sancti ac beatissimi principis apostolorum Petri, & digito ter beatissimi papæ Agathonis scriptas, suscipere & amplecti. Post hæc Theodorus Melitenus episcopus obtulit acceptum, ut ille dicebat, a Stephano abbate Macarii discipulo libellum; quo continebatur, nihil in fide decernendum, præter ea quæ in sanctissimis conciliis decreta essent; & quod sufficeret in duabus naturis unam operationem confiteri, ideoque de duabus voluntatibus in Christo tacendum esse videri. Cum post factam suffragiorum collationem, ille ab imperatore interrogatus, unde libellum accepisset, iterumque Stephanum abbatem discipulum Macarii nominasset, atque adeo ipsum reliquosque Macarii discipulos de Monothelitarum hæresi suggillasset, exurgentes Macarii discipuli contestati sunt, Theodorum Melitenum episcopum esse mentitum, seque paratos esse fidem catholicam profiteri. Quod ut facerent, sequente actione nona per decretum synodi illis mandatum fuit. His itaque peractis, suggessit Georgius Constantinopolitanus sibi necessarium atque utilissimum videri, ut nomen Vitaliani papæ sacris diptychis, e quibus illud Theodorus Constantinopolitanus & Macarius Antiochenus invito imperatore expunxerant, iterum restitueretur; ideo maxime, quod ea de causa plures se ab ecclesia catholica separassent, de quibus hac de causa convertendis spes maxima foret. Consilio optimo acquiescit imperator, totamque synodum immensa lætitia perfundit. Cumque post hæc Macarius ceterique Syriæ episcopi rogarentur, an literis sancti Agathonis papæ consentirent, præter Macarium omnes Syriæ episcopi affirmative responderunt, fideique catholicæ publicam professionem ediderunt. Deinde recitata sunt loca patrum a Macario collecta, in quibus falso affirmabat, unicam in Christo positam esse voluntatem. Sed cum inter legendum patres concilii animadvertissent, veternosum hæreticum sententias patrum divinæ voluntati competentes, Christi personæ attribuisse, recitatisque intercisis patrum testimoniis eorumdem sensum depravasse, jussus est hæreticus manifestus edere professionem fidei catholicæ. quod cum ille contumaciter recusaret, diceretque nunquam id futurum esse, etiamsi membratim incideretur, & in mare mitteretur, iterum sententiarum illarum sanctorum patrum, quas Macarius protulerat, facta est collatio cum aliis codicibus e patriarchio urbis desumptis. Verum dum manifesto indicio sententias obtruncatas & intercisas fuisse reperissent, acclamatione universæ synodi Macario tamquam novo Dioscoro dictum est anathema, jussusque episcopatu deponi, ipse cum Stephano diacono ejus nudatus est pallio, & per Basilium Cretensem episcopum spoliatus est orario, eaque tunc temporis perpessus fuisse videtur, quæ scribit Anastasius in Agathone his verbis: *Ea hora sancta synodus una cum principe ejus orarium auferri jusserunt a collo ejus. Et exiliens Basilius episcopus Cretensis ecclesiæ ejus orarium abstulit: & anathematizantes eum projecerunt foris synodum, simulque & thronum ejus. Stephanum autem discipulum ejus, cervicibus a sancta synodo clerici Romani ejicientes expulerunt. Ea hora tanta telæ aranearum nigerrimæ in medio populi ceciderunt, ut omnes mirarentur, eo quod sordes hæreseon expulsæ essent: & Deo auxiliante unitæ sunt sanctæ Dei ecclesiæ.* Hæc Anastasius in suo compendio sextæ synodi.

Testimonia a Macario prolata ostenduntur falsata.

Macarii depositio.

Actio 9.

Nono convenit sancta synodus octava Martii anno 681. factaque publica testimoniorum Macarii collatione, post eorumque depravationem coram omnibus publicatam & manifestatam, sententia damnationis in Macarium & Stephanum lata est & executa

Actio 10. Conferuntur loca sanctorum patrum ab Agathone citata.

Decima actione, quæ habita fuit 18. Martii ejusdem anni, publicata est collatio locorum, quæ citata fuerunt ex sanctis patribus in epistolis Agathonis & Romani concilii; estque in omnium consessu manifeste cognitum, probatum & declaratum, ipsa testimonia cum Græcis codicibus in omnibus convenire, prorsusque iisdem consentire. Deinceps Petri Nicomediæ episcopi palinodiam cantantis confessio lecta est, omniumque judicio approbata. Demum a Theodoro Hierosolymitanæ ecclesiæ legato petitum fuit, ut legeretur ea epistola Sophronii Hierosolymitani, quam Sergius Constantinopolitanus episcopus ad se transmissam non suscepit.

Confessio Petri Nicomediensis.

Actio 11. Epistola Sophronii Hierosolymitani lecta.

Vigesimo die Martii, actione undecima, juxta petitionem Theodori Hierosolymitani, lecta est epistola Sophronii ad Sergium: quæ cum omnium judicio approbata fuisset, ad hæresin Macarii, ejusque discipuli magis publicandam & confundendam, utriusque scripta blasphemiis plenissima recitari mandatum fuit; sed dum vix ad medium ventum esset, lectio eorum interrupta est, & prohibita; eo quod metueretur, ne horrendæ blasphemiæ, & portentosi quos continebat errores, auditoribus noxii forent: tandem judicatum fuit non abs re futurum, si in detestationem hæresis Monothelitarum ex scriptis Macarii blasphemiæ illius exciperentur, collectæque in unum cum aliis blasphemiis hæreticorum, qui recensiti sunt in epistola Agathonis, conjungerentur. Inter alias blasphemias exceptus est ille locus, quo ille veterem Monothelitarum calumniam resuscitans, Honorium in suas partes attrahere conatus fuit. Sed cum huic calumniæ pro defensione beatissimi pontificis similem calumniam passi, legati sedis apostolicæ nihil contradixisse inveniantur: qui tamen pro Vigilio se fortissimos defensores ante opposuerant, cumque eadem blasphemia universæ ecclesiæ objecta epistolæ Agathonis expresse repugnaret: (utpote quod ille disertis verbis attestaretur, neminem suorum antecessorum in catholica & orthodoxa fide aberrasse) in eam fere descendo sententiam, quam tenet etiam Baronius, hanc cum duabus sequentibus actionibus a Græcis impostoribus magna ex parte synodalibus actis superadditam fuisse.

Macarii & Stephani opuscula damnantur.

Actio 12. Epistolæ Sergii ad Cyrum & Honorium, & contra Mennæ ad Vigilium lectæ & collatæ.

Actione duodecima, quæ in nota temporis mendosa esse convincitur ex die præcedentis actionis undecimæ, missæ sunt ab imperatore ad synodum chartæ quædam, quas a Macario acceperat; quarum numero dum post sermonem acclamatorium superiore actione recitatum, contineretur epistola Sergii ad Cyrum Alexandrinum, ejusdemque alia ad Honorium pontificem: item epistola Honorii prima ad Sergium reddita: Mennæ ad Vigilium, & contra Vigilii ad Mennam, a lectione sermonis acclamatorii & commentitiarum epistolarum sub nomine Mennæ & Vigilii effictarum, cessatum est: reliquæ autem epistolæ non tantum perlectæ, verum etiam cum ipsis originalibus in patriarchio contentis collatæ fuerunt.

Quibus ſimul conſentientibus rurſum a ſancta ſynodo eſt declamatum in Macarium, velut indignum, qui amplius ad conſeſſum ſynodi admittatur. Poſt hæc Syriæ epiſcopi ac clerici unanimi voto in locum Macarii alium orthodoxum Antiochenæ eccleſiæ epiſcopum ſurrogare petiverunt. Sed dilata ſunt hæc omnia in ſequentem actionem: in qua cum deſiderentur acta, quæ in electione Theophanis Antiocheni epiſcopi in locum Macarii ſurrogati contigerunt, certiſſimo argumento oſtenditur, acta hujus concilii non tantum additione ſcriptorum commentitiorum, verum etiam mutilatione & obtruncatione rerum geſtarum, vitiata, corrupta ac depravata etiamnum extare. Ex eo enim quod Theophanes in ſingulis ſequentibus actionibus titulo Antiocheni epiſcopi nominatus reperitur, conſtat Theophanem actione 13. in locum Macarii ſuffectum fuiſſe, adeoque ſine dubio depravata & mutilata eſſe acta concilii, quibus hujuſmodi res geſtæ deſiderantur.

Acta concilii mutilata fuiſſe probatur.

Actio 13. Monothelitæ damnantur.

Actione decimatertia, die 28. menſis Martii celebrata, adverſus hæreticos hoſce, Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, & Petrum nominatim recenſitos lata eſt ſententia condemnationis: quæ cum recitata fuiſſet, addita eſt lectio novem capitulorum conciliabuli Alexandrini, earumque epiſtolarum, quas Cyrus ad Sergium, Pyrrhus ad Ioannem Romanum pontificem, Petrus, Paulus, aliique plures ad alios tranſmiſerant. Quæ ſcripta dum [a] quinta ſynodus condemnaſſet, eadem igne cremari mandavit. Eamdem ſententiam in Honorium pontificem, ejuſque poſteriorem epiſtolam promulgatam fuiſſe, acta concilii atteſtantur: verum mendoſe & per ſummam impoſturam Theodori Conſtantinopolitani epiſcopi; qui cum nomen Vitaliani invito imperatore a ſacris diptychis expunxiſſet, non tantum epiſcopatu amotus, verumetiam propter hæreſin a concilio damnatus fuit, ſubſtituto illi Georgio, de quo ſupra actione ſeptima: poſt obitum Georgii per ſimulationem orthodoxæ fidei anno ſequente reſtitutus eſt priſtinæ ſedi & dignitati, ut teſtatur Nicephorus in chron. Nactus itaque originale exemplar concilii ea occaſione, ut illud auctoritate pontificia confirmandum, ad Leonem ſecundum mitteret, ſuo ubique nomine expuncto, in odium Romani pontificis nomen Honorii, quem propter epiſtolam ad Sergium ſcriptam antiquiores Monothelitæ ſuarum partium eſſe jactitaverant, ubique ſubſtituit. Ipſum Theodorum ſynodali judicio de hæreſi condemnatum fuiſſe teſtatur Anaſtaſius in vita Agathonis, quamquam nomen illius nuſquam apud acta concilii inveniatur. Honorium pontificem a patribus hujus concilii ob hæreſin Monothelitarum non condemnatum, ſed hanc dumtaxat calumniam fraude ac dolo Græcorum eidem impoſitam fuiſſe, plurimæ rationes perſuadent. Quarum prima eſt, quod non potuerit damnare Honorium, niſi cum Agathonis epiſtola pugnaret, ſibique ipſi contradiceret. Agatho enim in epiſtola ſua ad Conſtantinum imperatorem aperte ſcribit, ſedem Petri neque defeciſſe unquam, neque deficere, ſuorum prædeceſſorum neminem in fide vera aberraſſe. Quod ſi verum eſt, quis credat patres ſanctiſſimi concilii, Honorium Agathonis prædeceſſorem ob hæreſin Monothelitarum condemnaſſe? Actione octava & decimaoctava profitentur iidem patres, Petrum allegata epiſtola per Agathonem locutum fuiſſe, ſcriptamque epiſtolam a Spiritu ſancto dictatam eſſe; quis credat eumdem Spiritum ſanctum in hoc concilio contrarium eſſe locutum, judicioque ſynodali ob crimen hæreſeos Honorium papam condemnaſſe? Quæ cum nemo virorum prudentium unquam aſſeruerit, neceſſum eſt fateri, acta hujus concilii omnibus iſtis locis, quibus Honorius Monothelitis annumeratur, ab æmulis Romanæ eccleſiæ corrupta eſſe. Secunda ratio, qua idem firmiſſime confirmatur, hæc eſt: Quod niſi concedatur, acta ſynodalia in iis, quæ cauſam Honorii concernunt, corrupta & depravata fuiſſe, oporteat fateri, univerſam ſynodum ſanctiſſimam intolerabilis erroris, impudentiæ, & injuſtitiæ notam indelebilem incurriſſe. Intolerabilis error foret, ſi unam atque alteram epiſtolam Honorii, ducenti octoginta novem patres non intellexiſſent, quave intentione ea ſcripta fuiſſet, ex circumſtantiis temporis, loci, ac perſonarum non advertiſſent, item quæ locorum dubiorum foret interpretatio, ex vulgata illa & celebri diſputatione Maximi cum Pyrrho habita non audiviſſent. Magna eſſet impudentia, ſi apoſtolicam ſedem, quæ communi antiquiſſimorum patrum ſententia judicat omnes, & a nemine judicatur, ipſi jam præcipitato judicio condemnare præſumpſiſſent, cum alias ob damnationem Theodori Mopſueſteni, aliorumque minoris auctoritatis & dignitatis epiſcoporum, totum terrarum orbem commoveri, ſynodumque œcumenicam congregari oportuiſſet. Gravis eſt injuſtitia, ſine cauſa juſta damnare innocentem, atque citra legitimam debitamque proceſſus formam etiam nocentem & criminis reum condemnare: Si patres œcumenici concilii Honorium condemnaſſent, ſine cauſa damnationis ſententiam in eum intuliſſent. Epiſtolæ enim quas ad Sergium ſcripſit, & quarum cauſa in actis damnari perhibetur, catholicæ ſunt, & ut ſupra in notis earumdem epiſtolarum, & vitæ Honorii prolixius annotavi, nulla hæreſeos ſuſpicione laborant: ſiquidem ambæ clariſſime teſtantur, ipſum ſenſiſſe & docuiſſe in Chriſto duas eſſe voluntates & operationes, & ſolum voluiſſe abſtineri a nominibus *unius*, vel *duarum*, ad ſcandalum tollendum, & contentionem ſedandam. Non poteſt autem juſte de hæreſi condemnari is, qui rem ipſam confitetur, licet nomen, præſertim ante definitionem eccleſiæ, juſta de cauſa tacendum eſſe arbitretur: alioquin beatus Hieronymus poſſet jam pro hæretico condemnari: quia in epiſtola ad Damaſum cenſuit, non eſſe dicendas in Deo tres hypoſtaſes, cujus contrarium poſtea eccleſia non ſemel definivit. Imo ſi reus objecti criminis fuiſſet Honorius, prius quam damnaretur erat inquirendum, an errorem unquam revocaverit, vel potius in eodem uſque ad obitum perſeveraverit. Quare cum tantam ignominiæ notam nemo etiam hæreticorum huic ſanctæ ſynodo impingendam eſſe ſentiat, dubium non eſt, quin acta concilii in hac cauſa Honorii depravata fuerint. Tertio confirmatur idem hac ratione: Legati ſedis apoſtolicæ rerum agendarum certum ac præſcriptum acceperant commonitorium, nimirum ut eam fidem eaque dogmata conſtanter defenderent, quæ epiſtola ſancti Agathonis continebantur. Cum itaque iidem legati, omnia quæ contra Honorium dicta aut facta enarrantur, ſilentio prætereierint, nihilque eorum, quæ pro defenſione ſedis apoſtolicæ & Honorii, (quem Agatho velut prædeceſſorem ſuum ab hæreſi immunem fuiſſe dixerat) juxta tenorem ſui commonitorii feciſſe debebant, peregerint, non imprudenter iſtinc inferre licet, aliquem impoſtorem ſuo nomini expuncto nomen Honorii ſubſtituiſſe.

[a] ſexta

Theodorus Conſtantinopolitanus epiſcopus acta concilii corrupit.

Theodorus a concilio damnatus fuit.

Honorium papam a concilio damnatum non fuiſſe probatur primo.

Secunda ratio pro defenſione Honorii.

Tertia[...] tio pro defenſion[e] Honor[ii]

Actione decimaquarta, quæ habita fuit 2. Aprilis, lecta ſunt Mennæ & Vigilii papæ ſcripta de unica voluntate. Quæ cum patres veluti partum ſuppoſititium redarguiſſent, atque anathemati tradidiſſent, epiſcopi Cyprii tomum quemdam nomine Athanaſii inſcriptum protulerunt, ex quo per inductionem longius petitam probarunt, in Chriſto duas eſſe voluntates & operationes.

Actio [...] Redarg[...] tur imp[...] ſturæ h[...] ticor[...] ſcrip[...] gilii & Mennæ.

Actio decimaquinta celebrata eſt 26. Aprilis, qua permiſſu ſynodi Polychronius preſbyter & monachus Monothelita homo inſanus, falſiſque dæmonum illuſionibus deceptus, formulam ſuæ fidei, qua unam voluntatem in Chriſto profitebatur, in medio urbis mortuo impoſuit, ea præſumptione & jactantia, quaſi ille ſuam perfidiam non verbo tantum, ſed & virtute miraculorum, mortuorumque reſuſcitatione confirmare poſſet. Cumque pluribus horis defuncto, cui chartula impoſita erat, adſtitiſſet, eique plura ſine ullo effectu eorum, quæ ſtolide ac blaſpheme promiſſa erant, inſuſurraſſet, confeſſus tandem ſe mortuum ſuſcitare non poſſe, a populo deluſus abiit. Citatus a ſynodo ut errorem revocaret & pœnitentiam ageret, contumaciter in errore perſeverans, depoſitionis & anathematis ſententiam juſto judicio incurrit.

Actio [...] Damna[...] Polychr[o]nius hæ[re]ticus, q[ui] mortuum ad vitam revoca[re] conatus fuerat.

Actione decimaſexta, quæ propter amotos ab imperio fratres & collegas imperii, Heraclium & Tiberium, dilata eſt uſque ad nonum Auguſti, quidam presbyter Monothelita nomine Conſtantinus profeſſus eſt, ſe ad docendam ſynodum veniſſe, atque ad concordiam inter Monothelitas & catholicos ineundam inveniſſe hunc modum, ut dicerentur in Chriſto duæ operationes, voluntas autem una. Cumque interrogatus a ſynodo dixiſſet, Chriſtum ab humana voluntate, carne, & ſanguine tempore crucis deſertum eſſe; aſſertio ejus tamquam Manichæa exploſa eſt & damnata. Conſtantinus vero presbyter hæreticus, dum pro ſuo merito parem damnationis ſententiam accepiſſet, foras ejectus eſt. Deinde poſt acclamationes imperatori, Agathoni papæ, & univerſo concilio oblatas, poſtque hæreticos omnes ac ſingulos anathematizatos, actio 16. finem accepit.

Actio [...] Conſtan[tini] preſb[y]teri Mo[no]thelitæ [aſ]ſertio de [u]na volu[n]tate da[m]natur.

Vndecimo Septembris habita eſt actio 17. quæ Græce non extat. Hujus initio decretum orthodoxæ fidei patres confirmarunt, publiceque legi ac promulgari curarunt. Poſtea Nicænum cum reliquis quatuor œcumenicis conciliis ſuo decreto corroborarunt, eorumque ſymbola recitari mandarunt: quibus abſolutis patres concilii hæreſin Monothelitarum, ejuſque auctores, ſectarios, ac defenſores, juxta regulam ac normam ab Agathone papa & Romano concilio, (ut profitentur) ſibi præſcriptam, magno omnium catholicorum applauſu condemnarunt. Conſiſte lector & obſerva evidentem actorum ſynodalium corruptelam: Si judicatum eſt juxta epiſtolas Agathonis & Romanæ ſynodi, male in ſententia apponitur nomen Honorii, quod in neutra epiſtolarum reperitur: ſi vero ſententia lata eſt in Honorium ea quam adverſus Sergium

Actio x[vii.] Definiti[o] fidei a ſy[]nodo ed[i]tur.

Honorii defenſio.

aliosve

aliosve Monothelitas pronuntiarunt, falsum est quod aiunt, secundum præscriptum Agathonis & Romani concilii judicasse, cum horum auctoritate Honorius non tantum de hæresi Monothelitarum non condemnandus, sed etiam ab omni calumnia hæreticorum absolvendus fuisset; ut indicant ea, quæ supra hac de re copiosius annotavi.

Decimasexta die ejusdem mensis Decembris actio ultima celebrata fuit: qua cum ad petitionem imperatoris definitio fidei superiore actione edita ac promulgata, iterato lecta & approbata fuisset, patres orthodoxi, faustas dignasque imperatore catholico acclamationes Constantino imperatori detulissent, ipse imperator synodum allocutus dixit, se ideo hortatu suo concilium hoc legitima auctoritate indici & convocari voluisse, ut ecclesiæ catholicæ bene consultum foret; lectusque est deinde sermo acclamatorius sacrosanctæ synodi ad imperatorem quo patres orthodoxi iterum professi sunt, se in definitione dogmatis catholici, Agathonis divinam illam & apostolicam (ut aiunt) epistolam, literasque synodales Romani concilii secutos fuisse, adeo ut iterata eorumdem patrum confessio, magis magisque confirmet id quod supra frequenter annotavi, nomen Honorii per corruptelam & depravationem alicujus impostoris hæretici huic ceterisque præcedentibus actionibus nonnullis superadditum fuisse. His peractis contigisse videntur ea, quæ Anastasius in vita Agathonis describit his verbis: *Deinde abstulerunt e diptychis ecclesiarum nomina patriarcharum*, &c. Hæretici a sententia definitiva concilii ad sedem apostolicam appellarunt; patres vero orthodoxi eorum appellationi deferentes, illos ad Romanum pontificem miserunt. De rebus in synodo gestis ad eumdem pontificem epistolam synodalem miserunt, petentes ab Agathone pontifice ut res in sancta synodo pie gestas sua auctoritate confirmare non gravetur. Quæ epistola hactenus in Latina editione, nunc ex nova versione cum Græca Romana desiderata in fine actorum hic lectori exhibetur. Ad finem hujus actionis apposita est epistola Constantini imperatoris, tribus fere mensibus post absolutam hanc synodum data & scripta, quæ illorum qui ad synodum convenerant in defendenda fide catholica studium commendat.

h *Sub Agathone papa.*] Anno pontificatus ejusdem tertio & quarto.

i *Constantino Pogonato.*] Anno decimotertio imperii illius, quod post obitum patris cum fratribus solus tenuit. Illius vero imperii, quod cum patre adhuc vivente commune habuit, anno 27. ut patet ex actis synodalibus.

k *Anno redemptoris nostri* 680. &c.] Hic annus cum indictione nona, & cum anno Constantini 13. coincidit.

" Notas in supra positum concilium Constantinopolitanum pseudosextum, quod a recentioribus quinisextum nominatur, ejusque canones, per eumdem Binium exaratas, vide infra sub Sergio papa.

EADEM SYNODUS VI. OECUMENICA CONSTANTINOP. IMPERANTE LEONE imperatore, filio Constantini Pogonati: patrum divinorum.

Ex libello synodico.

ΟΝΠΕΡ ὁ φιλόχριστος αὐτοκράτωρ Λέων ἀναδεξάμενος, ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ἕκτην ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθῆναι προσέταξε σύνοδον. Ἧς ἐξῆρχον προκαθεζόμενοι, τοποτηρηταὶ τοῦ πάπα Ῥώμης Ἀγάθωνος, Θεόδωρος καὶ Γεώργιος πρεσβύτεροι, καὶ Ἰωάννης διάκονος· καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης Γεώργιος, Πέτρον διαδεξάμενος· Θεοφάνης, Ἀντιοχείας τῆς Συρίας ἀρχιεπίσκοπος· τῆς Ἀλεξανδρέων τοποτηρητὴς, Πέτρος μοναχὸς καὶ πρεσβύτερος, διὰ τὸ χηρεύειν πατριαρχῶν τὰς ἐκ τῶν Ἀγαρηνῶν ἐπικρατείας, αὐτήν τε καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα· κατὰ Θεοδώρου, τῆς Φαρὰν ἐπισκόπου· Ὀνωρίου, Ῥώμης· Κύρου, Ἀλεξανδρείας· Σεργίου, Πύῤῥου, Παύλου, καὶ Πέτρου, προεδρευσάντων γενομένων τῆς Κωνσταντινουπόλεως· Θεοδώρου Αἰγύπτου, Μακαρίου τοῦ ὀνομασθέντος Ἀντιοχείας, Στεφάνου τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ, καὶ Πολυχρονίου τοῦ νηπιόφρονος γέροντος· οὓς καθελοῦσα ἀνεθεμάτισεν· A Ὅρον δὲ θεῖον κατὰ τὰς ἑσπερίους συνόδους ἐξέθετο δύο φύσεις δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ Ἰησοῦ καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν καταγγέλλοντα. Γεωργίου δὲ πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος τοῦ παμμάκαρος, Θεόδωρος αὐτὸν διεδέξατο ὁ πανσέβαστος· κἀκεῖνον ὁ ἀπὸ σηκρήτοις Παῦλος ὁ πάντιμος· καὶ αὐτὸν ἱερομάκαρ ὄντως Καλλίνικος.

QUAM cum Christi-amans imperator Leo accepisset, sacram & œcumenicam sextam Constantinopoli synodum jussit congregari, cui præfuerunt præsidentes, locum tenentes papæ Romani Agathonis, Theodorus & Georgius Presbyteri, & Ioannes diaconus: B Constantinopolitanus item patriarcha Georgius, qui Petro successerat: Theophanes, Antiochiæ Syriæ archiepiscopus: Alexandrinæ ecclesiæ locum tenens, Petrus monachus & presbyter: propterea quod patriarchis viduatæ essent ob Agarenorum potentiam, & ipsa & Hierosolyma: contra Theodorum, Pharanum: Honorium, Romanum: Cyrum, Alexandrinum: Sergium, Pyrrhum, Paulum & Petrum, qui Constantinopolitani præsules fuerant: Theodorum item Ægyptium, Macarium cognominatum Antiochenum, Stephanum discipulum ejus, & Polychronium senem delirum: quos depositos C anathemate notavit. Definitionem autem fidei divinam secundum occidentales synodos exposuit, qua duæ naturæ, duæ voluntates & operationes unius Christi Iesu, Dei & servatoris nostri annunciantur. Georgio autem sanctissimo ad dominum profecto, Theodorus reverendissimus successit: & huic Secretarius Paulus omni-honore dignus, eique vere sanctus & beatus Callinicus.

ALIA CONSTANTINOPOLITANA, IUSTINIANI IBIDEM.

ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ τοίνυν βασίλεια τὰ πατρῷα δεξάμενος, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Κωνσταντινουπόλει διακοσίων τεσσαράκοντα θεοφόρων D πατέρων συνήγαγε σύνοδον· ἣ τοὺς παραλειφθέντας τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ καὶ ἕκτῃ συνόδῳ κανόνας ἐξέθετο· καὶ πάσης Ἑλληνικῆς τε καὶ Ἰουδαϊκῆς, ἀλλά γε καὶ τῆς αἱρετικῆς παραδόσεως, τὰς ἐκκλησίας ἐκάθηρε. Λεοντίου δὲ τῇ βασιλείᾳ ἐπιθεμένου, καὶ ῥινότμητον Ἰουστινιανὸν ἐν Χερσῶνι περιορίσαντος, Ἀρτέμιος, ὁ καὶ Ἀναστάσιος, τὸν Λεόντιον διεδέξατο· καὶ Ἰουστινιανὸς πάλιν τὴν βασιλείαν παρέλαβε· καὶ τὸν ἀρχιεράρχην Καλλίνικον ἀπόμματον ποιήσας, πρὸς σημεῖα τῆς Χώρας παρέπεμψε· καὶ Κῦρον, τὸν Ἀμάστριδος τῆς νήσου ἔγκλειστον γεγονότα, καὶ τῆς ἑτέρας βασιλείας τὴν κατοχὴν αὐτῷ εὐαγγελισάμενον, τοῦ E Βυζαντίου πατριάρχην ἀντὶ Καλλινίκου ὁ θηριότροπος ἀποκατέστησεν.

IUSTINIANUS igitur, cum imperium paternum iniisset, divinam & sanctam Constantinopoli patrum divinorum ducentorum & quadraginta congregavit synodum: quæ omissos in quinta & sexta synodo canones edidit: & ab omni Græca atque Iudaica, quin & hæretica traditione ecclesias purgavit. Cum autem Leontius imperium invasisset, & Iustinianum abscissis naribus Chersonem relegasset: Artemius.

ANNO CHRISTI 680.

Artemius, qui & Anastasius dicitur, Leontio successit: ipseque Iustinianus imperio recuperato summum sacerdotem Callinicum oculis privavit, & in monasterium Choræ exulatum misit: & Cyrum, qui in Amastride insula inclusus fuerat, & recuperationem imperii ei prædixerat, Byzantii patriarcham in Callinici locum efferens constituit.

IDEM CONCILIUM VI. GENERALE.

Ex libello Photii de synodis, seu epistola ad Michaelem Bulgariæ principem, pag. 12. editionis Gr. Lat. Anglicanæ opera Ricardi Montacutii.

Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος, ἐν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, καὶ αὐτὴ τῶν μυστικῶν τῆς ἐκκλησίας θεαμάτων τὸν ἱερὸν ἐπήγνυτο θέατρον· ἑβδομήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν θεοφόροις ἀνδράσι τὸν ἀγῶνα ὑποδυομένη λαμπρῶς νικῶσαν ἀπεδείκνυε τὴν εὐσέβειαν. Ταύτης ἀρχηγοὶ καὶ τῶν ἄλλων προνομίᾳ ἐκρίνοντο ἄξιοι, Γεώργιός τε ᾧ τῆς βασιλίδος πόλεως ἀρχιερατικὸς θεσμὸς ὑπῆρχεν ἐγκεχειρισμένος, καὶ Θεόδωρος καὶ Γεώργιος ἐν πρεσβυτέρων ἀξιώματι καταλελεγμένοι, ἅμα διακόνῳ Ἰωάννῃ οἱ ἀντὶ Ἀγάθωνος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης εἰς τὴν τῶν ἐξάρχων τάξιν ἠριθμοῦντο, καὶ τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως θρόνου Πέτρος μοναχὸς τὸν τόπον ἀνεπλήρου· μεθ' ὧν καὶ Γεώργιος μοναχὸς καὶ πρεσβύτερος εἰς τὸν βαθμὸν τῆς ἀρχιερατικῆς τῶν Ἱεροσολύμων παρήγγελλε καθέδρας. οὗτοι δὴ σὺν τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς καὶ ἁγίοις πατράσι Σέργιον, Πύῤῥον, Παῦλον Κωνσταντινουπόλεως κατάρξαντας, καὶ Ὀνώριον τὸν Ῥώμης, Κῦρόν τε τὸν Ἀλεξανδρείας, καὶ Θεόδωρον τὸν τῆς Φαρὰν τὴν ἀλληλόπλοκον τοῦ ψεύδους σειρὰν διαῤῥήξαντες, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Μακάριον τὸν Ἀντιοχείας ἅμα Στεφάνῳ τῆς αἱρέσεως μαθητῇ, σὺν γέροντί τινι ἀθλίῳ τοὔνομα Πολυχρονίῳ ἐπιπλακέντας αὐτοῖς, καὶ τῆς ἐκείνων δυσσεβείας ὑπερμαχεῖν μελετήσαντας ὑπὸ δικαίαν καταδίκην ἐποιήσαντο, ὅτι μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν τοῦ ἐκ δύο πεφυκότος φύσεων, δυσσεβεῖ καὶ ἀλόγῳ φρονήματι, ἐτόλμησαν ἀποφήνασθαι. μηδὲ τοῦτο λογισμοῖς ἀναλαβόντες οἱ ἀσύνετοι ῥᾴδιον ὂν καὶ πρόχειρον εἰς κατάληψιν, ὡς οὐκ ἔστι τῆς αὐτῆς ἐνεργείας χωλὸν κατ' ἐξουσίαν ὀρθῶσαι, καὶ κόπους ὁδοιπορίας μετέρχεσθαι, οὐδὲ τυφλοὺς ὀμματῶσαι, καὶ γῆν δακτύλων ἔργοις σιέλῳ φυρᾶσαι, καὶ πηλὸν ποιῆσαι, καὶ ἐπιβαλεῖν τοῖς ὄμμασι, οὐδὲ νεκρὸν ἀναστῆσαι, καὶ δακρύειν ἐπὶ τελευτήσαντι. οὐ μὴν οὐδὲ τῆς αὐτῆς ἐστι θελήσεως παραιτεῖσθαι τὸ ποτήριον τοῦ θανάτου, καὶ δόξαν αὐτὸ καλεῖν πάλιν, καὶ βούλεσθαι τὸ ἀθέλητον. ἀλλὰ πῶς οὐχὶ συνῄσθοντο διὰ τούτων καὶ τῶν φύσεων τὴν διαφορὰν ἐξαρνούμενοι. πᾶσα γὰρ φύσις πηγὴ ἐνεργείας, καὶ ταῖς διαφόροις ἐνεργείαις αἱ φυσικαὶ θελήσεις συνδιασχίζονται. καὶ εἰ κατὰ τὴν ἐν αὐτοῖς πλάνην ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ θέλησις μία, ἡ φύσις πάντως ἐξ ἧς ταῦτα, μία. εἰ δὲ δύο αἱ φύσεις, (οὔπω γὰρ εἰς τοῦτο μανίας ἐξώκειλαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχοντες τὴν διασπορὰν τῶν καταρξάντων καὶ ἀπώλειαν) πῶς οὐχὶ ἑκατέρα πηγάσει τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν καὶ τὴν θέλησιν. ἀλλὰ καὶ οὗτοι μὲν τῆς ἰδίας αὐτῶν καὶ δυσφήμου δόξης οὐδὲν προτιμήσαντες σὺν αὐτῇ ἐκείνῃ αἰωνίῳ κατεδικάσθησαν ἀναθέματι. δύο δὲ θελήσεις φυσικὰς, καὶ δύο ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν τῶν θεοφόρων πατέρων ἱερολογήσας ὁ σύλλογος ταῖς ἁπανταχοῦ ἐκκλησίαις τὸ διπλοῦν ὁμολογεῖν καὶ κηρύσσειν ὥσπερ τῶν φύσεων, οὕτω καὶ τὸ ἐνεργειῶν καὶ θελήσεων ὀρθοδόξως παραδεδώκασι. Κωνσταντῖνος δὲ τηνικαῦτα ὁ ἀπόγονος τοῦ Ἡρακλείου τὸν προγονικὸν τῆς βασιλείας κλῆρον ἐχρημάτιζεν ἀναδεδεγμένος, τά τε ἄλλα συμπράττων τῇ συνόδῳ, καὶ τὸ ὀρθὸν τῆς ἐκκλησίας φρόνημα πρεσβεύων. ἀλλ' ἐν τούτῳ μὲν καὶ ἡ ἕκτη.

SANCTUM & œcumenicum sextum concilium, sibi quoque sacrum in urbium regina arcanorum ecclesiæ spectaculorum theatrum elegit. Centum autem & septuaginta divinis viris fultum, in certamen ingrediens, pietatem & religionem splendide victricem demonstravit. In hoc qui præessent judicati sunt digni, Georgius regiæ ipsius civitatis antistes, & Theodorus & Georgius in presbyterii dignitate constituti, una cum Ioanne diacono, qui Agathonis sanctissimi papæ Romani loco, in eorum qui præerant, ordine numerati sunt. Et magnæ civitatis Alexandriæ sedis locum Petrus monachus implevit. Cum quibus & Georgius monachus ac presbyter, in gradum pontificiæ sedis Hierosolymorum ascendit. Hi simul cum aliis sacris, sanctisque patribus, Sergium, Pyrrhum, Paulum Constantinopolitanos, Honorium Romanum, Cyrumque Alexandrinum, & Theodorum Pharensem, qui mutuam mendacii catenam conficiebant: necnon & Macarium Antiochenum simul cum Stephano hæresis discipulo, & misero quodam sene, qui Polychronius vocabatur, cum superioribus consentiente, & illorum impietatem defendente, merito condemnarunt, quoniam in Christo vero Deo nostro, qui duas habet naturas, impie absurdeque unam tantum esse voluntatem, & unam actionem audebant affirmare. Nec illud, quod ad intelligendum facile ac promptum est, animadvertebant homines imperiti non ejusdem actionis esse, claudum auctoritate propria curare, & itineris laborem sentire: cæcos illuminare, & digitorum opera terram sputo commiscere, lutumque conficere, atque oculis imponere, mortuum suscitare, & super mortuum lacrymari. Itemque non ejusdem esse voluntatis, deprecari, ut mortis calix transeat, ipsumque rursus gloriam appellare, & quod noluerat, velle. Nec intelligebant ex ipsorum opinione sequi, duas in Christo naturas non esse. Omnis enim natura, actionis est fons, & diversis actionibus diversæ respondent voluntates. Quare, si, ut ipsi falso opinantur, una est actio atque voluntas & natura, nimirum una est ex qua illæ proficiscuntur. Quod si duæ naturæ sunt, nondum enim eo progressi sunt, ut hoc negent, cum in oculis habeant dispersionem & interitum eorum, qui illius erroris authores fuerunt: qui fieri poterit, ut utraque illarum propriam non effundat actionem ac voluntatem? Verum & isti cum falsæ opinioni suæ nihil anteponerent, æterno

damnati

damnati sunt anathemate. Et ille sanctorum patrum cœtus ut duas in uno Christo naturas, ita duas in eodem naturales voluntates, & duas actiones omnibus ecclesiis recte confitendas prædicandasque censuit. Constantinus autem Heraclii nepos, tunc avitam imperii sortem suscepisse se declaravit, cum & aliis in rebus faveret concilio, & rectam ecclesiæ sententiam comprobaret. Ac sextum quidem concilium ita se habet.

IDEM VI. CONCILIVM EX NILO.

Η ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, συναθροισθεῖσα ὑπὸ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἁγίων πατέρων, ἧς ἡγοῦντο Ἀγάθων Ῥώμης, Γεώργιος Κωνσταντινουπόλεως, Πέτρος μοναχὸς τοποτηρητὴς τῆς Ἀλεξανδρείας, Θεοφάνης Ἀντιοχείας, κατὰ Ονωρίου πάπα Ῥώμης, Κύρου Ἀλεξανδρείας, Σεργίου τε καὶ Πύῤῥου καὶ Παύλου καὶ Πέτρου ἐπισκόπων Κωνσταντινουπόλεως. ἦν δὲ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη " ͵ϛροθ΄. ἀπὸ δὲ Χριστοῦ ψιθ΄. ἀπὸ ἕκτης ἕως ἑβδόμης ἔτη ἑκατὸν ἐννέα.

SANCTA & œcumenica sexta synodus habita est imperante Constantino Pogonato, congregata a centum septuaginta sanctis patribus, cui præerant Agatho Romæ, Georgius Constantinopolis, Petrus monachus Alexandrini legatus, Theophanes Antiochiæ episcopi, adversus Honorium papam Romæ, Cyrum Alexandriæ, Sergium, Pyrrhum, Paulum & Petrum Constantinopolis episcopos. Erat annus mundi " 6179. Christi vero 719. A sexta ad septimam sunt anni novem & centum.

EADEM VI. SYNODVS EX ANONYMO.

Ἀπέχει ἡ ϛ΄. ἀπὸ τῆς ε΄. ἔτη ρξγ΄.

Η δὲ ϛ΄. ἁγία οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Κωνσταντίνου βασιλέως πατρὸς Ἰουστινιανοῦ, καὶ ἐπὶ Ἀγάθωνος πάπα Ῥώμης, καὶ Γεωργίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. ὑπῆρχον δὲ ρο΄. ἅγιοι πατέρες. συνηθροίσθησαν δὲ κατὰ τῶν καινοτομησάντων αἵρεσιν ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· λέγω δὴ Θεοδώρου τοῦ τῆς Φαρὰν ἐπισκόπου, Ονωρίου Ῥώμης, Κύρου Ἀλεξανδρείας, Σεργίου, καὶ Πύῤῥου, Πέτρου, καὶ Παύλου Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπων. ἔτι δὲ καὶ τῶν ἀνακαινισάντων τὴν αἵρεσιν τούτων τῶν προγεγραμμένων αἱρετικῶν ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, τοῦ τε Μακαρίου τοῦ ὀνομασθέντος Ἀντιοχείας προέδρου, καὶ Στεφάνου τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ, καὶ κατὰ τῶν ἐκείνων. οὗτοι γὰρ οἱ προλεχθέντες αἱρετικοὶ, Θεόδωρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ματαιόφρονες δυσσεβεῖς ἀπετόλμησαν εἰπεῖν ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἔχειν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν σύνδεσμον τῆς ὀρθοδοξίας διαλῦσαι θελήσαντες. τούτου χάριν ἡ ἁγία αὕτη καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος τοὺς προγεγραμμένους αἱρετικοὺς, ὡς θεομάχοις ἀνεθεμάτισε, καὶ πάντα αὐτῶν τὰ βλάσφημα δόγματα, καὶ πάντας τοὺς τὰ αὐτὰ τούτων φρονοῦντας, καὶ φρονεῖν μέλλοντας, καὶ ἀμετανοήτοις διαμένοντας. σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Πολυχρόνιον, τὸν νηπιόφρονα γέροντα τὸν νεκροὺς ἐγείρειν ἐν τῇ τοιαύτῃ πλάνῃ τῆς αἱρέσεως μεγαλοῤῥημονήσαντα ἀδείας τε τυχόντα, καὶ ἐν τῷ μὴ ἐγεῖραι μειζόνως τὴν βλασφημίαν τῆς τοιαύτης αἱρέσεως θριαμβεύσαντα. τῆς ὀρθοδοξίας δὲ τὰ δόγματα τρανώτερον ἡ τοιαύτη ἁγία σύνοδος ἐμφανίσασα, δύο θελήματα φυσικὰ ἤγουν θελήσεις, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ἐβεβαίωσεν ἔχειν μετὰ τὴν σάρκωσιν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, οὐκ ἐν διαιρέσει προσώπων (μὴ γένοιτο) ἀλλὰ τὸ μηδεμίαν φύσιν τῶν ἐπὶ Χριστοῦ, τουτ᾽ ἔστι τῶν δύο, ἀνεθέλητον ὑπάρχειν ἢ ἀνενέργητον. οἱ γὰρ τὰ τοιαῦτα τῶν φύσεων ἀναιροῦντες ἰδιώματα; ἐνεργείας τε καὶ θελήματα, καὶ τὰς φύσεις συναναιροῦσιν, ὧνπερ εἰσὶν ἰδιώματα. Ὁμοῦ πατέρες.

Distat sexta synodus a quinta annis 163.

SEXTA sancta & œcumenica synodus habita est Constantinopoli sub Constantino patre Iustiniani, & sub Agathone papa Romæ, & Georgio patriarcha Constantinopolitano. Adfuerunt CLXX. sancti patres. Congregati sunt autem adversus eos, qui innovaverunt hæresin in sancta catholica ecclesia, aduersus Theodorum inquam episcopum Pharanitanum, Honorium Romanum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Petrum & Paulum Constantinopolitanos episcopos. Præterea adversus eos, qui hæreticorum supra memoratorum hæresin in ipsa sancta synodo renovarant, puta, adversus Macarium, qui dicebatur Alexandrinus præsul, & Stephanum ejus discipulum ac socios. Nam illi quos diximus hæretici Theodorus ejusque socii dementes ac impii ausi sunt dicere, dominum nostrum Iesum Christum unam tantum voluntatem & unam operationem habere, volentes post incarnationem solvere vinculum orthodoxæ fidei. Quamobrem hæc sancta & œcumenica sexta synodus memoratos illos hæreticos anathematizavit, & omnia illorum blasphema dogmata, & omnes qui cum illis sentiunt, ac porro sentient, si permaneant in sua pervicacia. Cum illis etiam damnavit Polychronium puerilem senem, qui magnifice gloriatus fuerat se per hujus hæreseos errorem mortuos excitaturum, impunitatem consequutum, & eo ipso quod non excitavit majore triumpho extollentem hujus hæresis blasphemiam. Orthodoxæ vero fidei dogmata clarius sancta illa synodus explicans, duas voluntates naturales sive volitiones & duas naturales operationes esse in domino nostro Iesu Christo post incarnationem confirmavit. Non quod dividantur personæ, (absit) sed quod harum duarum in Christo naturarum nulla sit voluntatis aut operationis expers. Qui enim has naturarum proprietates tollunt, operationes scilicet & voluntates, etiam naturas ipsas, quarum sunt proprietates, simul tollunt. Simul patres. *Reliqua desunt.*

ANNO CHRISTI. 681

CONCILIUM TOLETANUM XII.

TRIGINTA QUINQUE EPISCOPORUM ad regem confirmandum,

Circa tempora Agathonis papæ habitum, anno primo orthodoxi atque sereniſſimi domini Ervigii regis, v. Idus Ianuarii, anno redemptoris noſtri DCLXXXI. æra DCCXIX. Eſt provinciale.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De agnita & confirmata prælectione faſtigii principalis.*

II. *De his, qui pœnitentiam non ſentientes accipiunt.*

III. *De culpatorum receptione, vel communione apud eccleſiam.*

IV. *Ut in locis, ubi epiſcopus non fuit, nunquam epiſcopus ordinetur.*

V. *De quorumdam conſuetudine ſacerdotum fœdiſſima, qui oblatis Deo per ſe ſacrificiis non communicant.*

VI. *De conceſſa Toletano pontifici generalis ſynodi poteſtate: ut epiſcopi alterius provinciæ cum conniventia principum in urbe regia ordinentur.*

VII. *De recepto teſtimonio perſonarum, quæ per legem, quæ de promotione exercitus facta eſt, teſtificandi licentiam perdiderunt.*

VIII. *De his, qui uxores ſuas divortio intercedente relinquunt.*

IX. *De confirmatione legum, quæ in Iudæorum nequitiam promulgatæ * ſunt.*

X. *De his, qui ad eccleſiam confugium faciunt.*

XI. *De cultoribus idolorum.*

XII. *De * interdictione temporis conſtituti, quo debeat concilium celebrari.*

XIII. *Concluſio definitionum, in qua & Deo grates referuntur, & pro principe exoratur.*

* *ſunt, juxta earumdem legum præfixum ordinem titulorum, qui in eodem canone numerantur.*
* *indictione* aut *indicto.*

ANNO primo orthodoxi, atque ſereniſſimi domini noſtri * Ervigii regis, cum ex glorioſo prædicti principis juſſu in unum fuiſſemus aggregati conventum, & in baſilica ſanctorum apoſtolorum debitis in ſedibus locaremur, adfuit coram nobis idem clementiſſimus princeps, humilitatis gratia plenus, & claro pietatis cultu conſpicuus, qui noſtro ſe cœtui reclinem exhibens ac devotum, in primis omnium ſacerdotum ſe commiſit precibus adjuvandum: deinde grates multiplices omnipotenti domino egit, de conventu totius concilii, * quia & glorioſæ juſſionis ſuæ ut in unum adeſſent impleverit votum, & alternæ viſionis innovatione ſe refecerint gaudiorum. Deinde adjiciens, ſic eſt omne concilium allocutus: Non dubium eſt ſanctiſſimi patres, quod optima conciliorum adjutoria ruenti mundo ſubveniunt, ſi officioſis, quæ corrigenda ſunt, ſtudiis peragantur. Et ideo quibus malis terra prematur, quibuſque plagis, proventu dierum ſuccedentium * feriatur, paternitati veſtræ non reor eſſe incognitum. * Ob id, quia certum apud nos gerimus, quod pro contemptu divinorum præceptorum, terra perniciem ſuſtineat preſſurarum, dicente domino per prophetam: *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea*, ideo oportet ut quia ore ſalvatoris noſtri domini, ſal terræ eſſe probamini, per vos ſalvationis obtineat lucrum, per quos regenerationis percipit ſacramentum: ut diligentia* definitionis veſtræ ab omni emendata contagio, & ab infirmitatis peſte ſit liberata, & bonorum omnium ſit proventibus * gratioſa jam nunc: quia quidquid me ad hæc dicere opportuna ratio ſinit, quidquid etiam narrandum veſtris auribus convenit, aut memoriæ curarum intercapedo ſubducit, aut faſtidium prolixæ orationis intercipit, ecce in brevi complexa, vel exarata devotionis meæ negotia in hujus † tomi complicatione agnoſcenda perlegite, perlecta diſcutite, diſcuſſa elimatis ac decretis titulorum ſententiis definite: ut pura, & placens Deo veſtrarum definitionum valitura diſcretio regni noſtri primordia decoret, exundatione juſtitiæ, & errores plebium digna cohibeat ſeveritate cenſuræ: ſcriptum eſt enim: *Iuſtitia elevat gentem, miſeros facit populos peccatum.* Tunc ſuſcepto a glorioſiſſimo principe tomo, pro tam ſalubri invitamento copioſas gratias retulimus domino Ieſu Chriſto, & etiam benediximus principi glorioſo. Poſt egreſſum igitur ejuſdem ſereniſſimi principis, hæc jam dicto tomo ſcripta comperimus probitatis:

* Hervigii
* & ſuæ glorioſæ juſſionis
* pereamus,
* Obinde
Oſee 4.
Matth. 5.

In nomine domini Ervigius ſanctiſſimis patribus in ſynodo reſidentibus.

EN reverendiſſimi patres, & honorabiles miniſteriorum cæleſtium ſacerdotes, ſoliditatem ſanctæ fidei veraciter tenens & ſincera cordis devotione amplectens, teſtimonium paternitatis veſtræ, fortiſſimum in ſalutis noſtræ advoco adjumentum: ut quia regnum fautore Deo ad ſalvationem terræ, & ſublevationem plebium ſuſcepiſſe nos credimus, ſanctitudinis veſtræ conſiliis adjuvemur. Unde licet ſublimationis noſtræ primordia paternitati veſtræ opinabili relatione non lateant, quibus clara divinorum judiciorum diſpoſitione præventus, & regnandi conſcenderim ſedem, & ſacroſanctam regni perceperim unctionem; nunc tamen melius id poteritis, & ſcriptorum relatione cognoſcere, & promulgationis veſtræ ſententiis publicare. Ut ſicut eadem regni noſtri primordia conventus veſtræ ſanctitudinis compererit divinitus ordinata, ita his & orationum ſolamen impendat, & ſalubrium conſiliorum nutrimenta impertiat: quo ſuſceptum regnum, ſicut jam veſtris aſſenſionibus teneo gratum, ita veſtrarum benedictionum perfruatur definitionibus conſecrandum, ut innovatio quodammodo noſtri videatur imperii, hæc numeroſitas veſtri ordinis aggregati. Et ideo quia dominus in euangelio præcepit dicens: *Amen dico vobis, ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo, qui in cælis eſt*: ob hoc venerabilem paternitatis veſtræ cœtum, cum lacrymarum effuſione convenio, ut zelo veſtri regiminis purgetur terra a contagio pravitatis. Exurgite, quæſo, exurgite, culpatorum ſolvite nudos, tranſgreſſorum mores corrigite inhoneſtos, & exerite zeli diſciplinam, ponderibus ſubvenite, &, quod plus his omnibus eſt, Iudæorum peſtem, quæ in novam ſemper recrudeſcit inſaniam, radicitus extirpate: legeſque, quæ in quorumdam Iudæorum perfidiam a noſtra gloria noviter promulgatæ ſunt, omni examinationis probitate percurrite: & tam eiſdem tenorem inconvulſum adjicite, quam pro eorumdem

eorumdem perfidorum excessibus complexas in unum sententias promulgate. Etenim valde nobis cavendum, ne tot antiquorum canonum regulæ, quæ pro eorum erroribus sunt etiam cum anathemate promulgatæ, nos illorum * culpæ obnoxios reddant, si nostri regni temporibus eorumdem canonum constrictio dissoluta pertranseat: præsertim si legis illius, quod absit, serenitatis nostræ in * tempore illa claræ fidei institutio cesset, ubi divæ memoriæ domnus atque præcessor noster Sisebutus rex omnes successores suos sub perpetua maledictionis censura obstrinxit, quicumque regum mancipium Christianum Iudæo servire, vel famulari permiserit. Post hæc illud vestris Deo placitis infero sensibus corrigendum, quod decessoris nostri præceptio promulgata lege sancivit, ut omnis aut in expeditione exercitus non progrediens, aut de exercitu fugiens, testimonio dignitatis suæ sit irrevocabiliter carens. Cujus severitatis institutio, dum per totos Hispaniæ fines ordinata decurrit, dimidiam fere partem populi ignobilitati perpetuæ subjugavit. Ita ut quia in quibusdam villulis, vel territoriis, sive vicis peste hujus infamationis habitatores ipsorum locorum sunt degeneres redditi, quia testificandi nullam habeant licentiam, veritatis ex toto videatur interiisse censura: sicque gemino malo terra atteritur, dum & infami plebium notatur elogio, & reperiendæ veritatis destituitur adjumento. Vnde licet eamdem legem nostræ gloriæ mansuetudo temperare disponat, vestræ tamen paternitatis sententia hos, qui per illam titulum dignitatis amiserant, revestiri iterum claro pristinæ generositatis testimonio devotissime optat: qualiter nec nostra gloria ministerium crudelitati adhibeat, nec tam sæva præceptio terram sub diutino infamationis * jugulo premat. Nam & hoc generaliter obsecro, ut quidquid in nostræ * ecclesiæ legibus absurdum, quidquid justitiæ videtur esse contrarium, unanimitatis vestræ judicio corrigatur. De ceteris autem causis, atque negotiis, quæ novella competunt institutione * formari, evidentium sententiarum titulis * exaranda conscribite: ut quia præsto sunt religiosi provinciarum rectores, & clarissimorum ordinum totius Hispaniæ duces, promulgationis vestræ sententias coram positi prænoscentes, eo illas in * commissas sibi terrarum * latitudines inoffensibili exerant judiciorum instantia, quo præsentialiter assistentes perspicua oris vestri conceperunt instituta. Omnes tamen in commune convenio, & vos patres sanctissimos, & vos illustres aulę regiæ viros, quos interesse huic sancto concilio delegit nostra sublimitas, per divini nominis attestationem & terribilem cunctis futuri judicii diem: quia sine personarum acceptione aliqua, vel favore, sine aliquo quoque aut malignæ contentionis scrupulo, aut subvertendæ veritatis studio, quæque se vestris sensibus audienda ingesserint, sana verborum examinatione discutite: saniori quoque judicio comprobate, ut collatarum habita prius deliberatione causarum, discreta vestri ordinis condatur probitas titulorum: qualiter cum vos amor æquitatis in negotiorum acceleratione reddiderit fervidos, efficientia quoque justorum operum connectat Deo perenniter sociandos: ut bonorum vestrorum actibus lætabundus, & præsentis vitæ capiam lucrum, & æternarum perfruar vobiscum

A gaudiis mansionum. Datum sub die v. Idus Ianuarias, anno feliciter primo regni * serenitatis nostræ, in Dei nomine tranquillitatis nostræ sedis Toleto.

ANNO CHRISTI 681.

* serenitatis nostræ, & tranquillitatis nostræ, in Dei nomine Toleto.

Item subscriptio prædicti principis, manu sua exarata.

CAPITVLA.

I.

In nomine gloriosi domini nostri Ervigii regis, * primi diei synodali exordio considentibus episcopis, atque senioribus palatii universis, habita primum est B de sancta Trinitate collatio: non quæ novello * exarationis stylo definita patesceret, sed quæ * nobis simplicioribus sese pigris sensibus patefacta monstraret: ubi præmissa semper lectio præcederet, quod sequens expositio aperiret: credentes pariter, & docentes de eadem sanctæ fidei puritate, quidquid euangelica, & apostolica traditio sancit, quidquid synodus Nicæna constituit, quidquid Constantinopolitana patrum aggregata collectio promulgavit, quidquid Ephesini cœtus * definitio docuit, quidquid etiam Calchedonensis concilii promulgatio definivit, C sicut multorum aliorum patrum documentis id sacramentum expositum, traditumque nobis accepimus, sicut etiam in missarum solennis, patulis confessionum vocibus proclamamus:

* primo die synodalis exordii,

* exactionis

* verbis

* definitio dici docuit

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, * visibilium, & invisibilium conditorem: & in unum dominum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum homousion D Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ: per quem omnia facta sunt, quæ in cælo & quæ in terra: qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus: passus sub Pontio Pilato, & sepultus tertia die resurrexit: ascendit in cælos: sedet ad dexterā Patris, iterū venturus in gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum dominum, E & vivificatorem, ex Patre, & Filio procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum: qui locutus est per prophetas: in unam catholicam, atque apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi. Amen.

* visibilium omnium,

Post pacifica igitur hujus sanctæ fidei collationum studia, illa se primum nostris sensibus salutaris cognitio agnoscendam

ANNO CHRISTI 681.

scendam invexit, quæ tanto corda omnium ardore caritatis astringit, quanto * se per eamdem ipsa cognitio in conventu generalis concilii prænoscendam exhibuit. Etenim sub qua * parte, vel ordine sereniſſimus Ervigius, princeps regni conſcenderit culmen, regnandique per ſacroſanctam unctionem ſuſceperit poteſtatem, oſtenſa nos ſcripturarum evidentia edocet: in quibus & præcedentis * Vvambæ principis pœnitentiæ ſuſceptio noſcitur, & tranſlatus regni honor in hujus noſtri principis nomine derivatur. Idem enim Vvamba dum inevitabilis neceſſitudinis tenetur eventu, ſuſcepto religionis debito cultu, & venerabili tonſuræ ſacræ ſignaculo, mox per ſcripturam definitionis ſuæ, hunc inclytum dominum noſtrum Ervigium, poſt ſe prælegit regnaturum, & ſacerdotali benedictione ungendum. * Vidimus, intuitu prælucente perſpeximus hujus præmiſſi ordinis ſcripturas, id eſt, notitiam manu ſeniorum palatii roboratam, coram quibus antecedens princeps, & religionis cultum, & tonſuræ ſacræ adeptus eſt venerabile ſignum: ſcripturam quoque definitionis ab eodem editam, ubi glorioſum dominum noſtrum Ervigium poſt ſe fieri regem exoptat: aliam quoque informationem jam dicti viri, in nomine honorabilis & ſanctiſſimi fratris Iuliani Toletanæ ſedis epiſcopi: ubi eum ſeparavit pariter, & inſtruxit: ut ſub omni diligentiæ ordine jam dictum dominum noſtrum Ervigium in regno ungere deberet, & ſub omni diligentia, unctionis ipſius celebritas fieret. * In qua ſcriptura & ſubſcriptio nobis ejuſdem Vvābæ principis claruit, & omnis evidentia confirmationis earumdem ſcripturarum ſeſe manifeſte monſtravit. Quibus omnibus approbatis, atque perlectis, dignum ſatis noſtro cœtui viſum eſt, ut prædictis definitionibus ſcripturarum noſtrorum omnium confirmatio apponatur, ut * quia ante tempora in * occultis Dei judiciis præſcitus eſt regnaturus, nunc manifeſto in tempore generaliter omnium ſacerdotum habeatur definitionibus conſecratus. Et ideo ſoluta manus populi, ab omni vinculo juramenti, quæ prædicto viro Vvambæ, dum regnum adhuc teneret, alligata * permanſit, hunc ſolum ſereniſſimum Ervigium principem * obſequenda grato ſervitii famulatu ſequatur & * libera, quem & divinum judicium in regno prælegit, & deceſſor princeps ſucceſſorem ſibi inſtituit, & quod supereſt, quem totius populi amabilitas exquiſivit. Vnde his præcognitis, atque præſcitis, ſerviendum eſt ſub Deo cæli prædicto principi noſtro Ervigio regi, cum pia devotione: obſequendum etiam promptiſſima voluntate, agendum & enitendum quidquid ejus ſaluti proficiat, quidquid genti, vel utilitatibus patriæ ſuæ conſuluerit. Vnde non erit jam deinceps, aut ab anathematis ſententia alienus, aut a divinæ animadverſionis ultione ſecurus, quiſquis ſuperne contra ſalutem deinceps, aut erexerit vocem, aut commoverit cædem, aut quamcumque exquiſierit lædendi * occaſionem.

* ſe eadem ipſa
* pace
* Bambæ
* Vidimus enim, & pariter patulo alternæ viſionis intuitu prælucēte perſpeximus,
* In quibus ſcripturis
* qui
* occultis judiciis
* eſt hunc ſolum qui permanſit ſereniſſimū
* obſecutura
* libero,
* ulti[...]

II.

Plerumque hi, quibus miſeratio domini etiam nolentibus ſubvenit, beneficiis Dei videntur eſſe ingrati, & abuti gratia largitoris, qua bene uſi poterant conſequi abolitionem facinoris: impugnant ſæpe quod honorare debuerant, & profanis quæſtibus indultæ gratiæ munus a ſe rejiciunt, cum ſummis votis amplecti debuerant. Etenim multos ſæpe conſpeximus, & in ſalute poſitos, ultimum deſiderantes pœnitentiæ fructum, & rurſus nimietate ægritudinis, ita loquendi, & ſentiendi perdidiſſe naturale officium, ut nulla illis cura ſalutis ſuæ videretur ineſſe, nullo etiam priſtinæ devotionis noſcerentur deſiderio anhelare: quorum tamen caſibus fraternitas condolens, ita talium neceſſitates in fide ſua ſuſceperit, ut ultimum illis tribuatur viaticum: quod ſcilicet ſine fructu pœnitentiæ non videantur tranſire ſæculo, ſi forſitan reſpiciente Deo ſaluti priſtinæ reformentur, agunt cautionibus vanis, & oppoſitionibus execrandis, qualiter a ſe tonſuræ venerabile ſignum expellant, atque habitum religionis abjiciant, impudentiſſime aſſerentes, ideo ſe nullis regulis eccleſiaſticæ diſciplinę ſub hoc voto teneri, quia pœnitentiam nec ipſi petierint, nec ſcientes acceperint. Quorū impudentia procax, & obſtinata procacitas, nequaquam talia diceret, qualiter ad vitam per ſacroſancti lavacri gratiam venerit meminiſſet. Etenim parvulorum infantium vita originali peccato obnoxia, quæ * nulli per ætatem diſcernendi, vel expetendi ſenſui aptior judicatur, niſi ſponſione fidelium baptiſmi accipiant ſacramentum, nullo ſenſu, nulla etiam diſcretionis induſtria id appetere poſſunt. Vnde ſicut baptiſmum, quod neſcientibus parvulis, ſine ulla contentione in fide tantum proximorum accipitur: ita & pœnitentiæ donum, quod neſcientibus illabitur, abſque ulla * repugnantia inviolabiliter hi, qui illud exceperint, obſervabunt. Si autem quolibet modo

Ita d[...] conci[...] letan[...] cap. [...] de ha[...] re no[...] annot[...] mus.
Hæc [...] fere [...] conci[...] Tolet[...] VIII.
* null[...]
* imp[...] tia vi[...] tionis

modo pœnitentiam accipiens, hoc synodale violaverit institutum, ut vere transgressor, paternis regulis ferietur. Neque enim ista instituentes sacerdotes quosque, ut passim & licenter donum pœnitentiæ non * petentibus audeant prorogare, absolvimus: sed hos, qui qualibet sorte pœnitentiam susceperint, ne ulterius ad militare cingulum redeant, religamus. Sacerdos tamen, qui non sentienti, neque * petenti, ausu temerario pœnitentiam dederit, neque se exhortatu ejus, qui pœnitentiam accipit, manuum indiciis, vel quibuslibet aliis evidentibus significationibus invitatum fuisse probaverit, unius anni excommunicationis sententiæ subjacebit.

III.

Vidimus quosdam & flevimus ex numero culpatorum receptos in gratiam principum, extorres extitisse a collegio sacerdotum. Quod denotabile malum illa res agit, quia licentia principalis in quo se * solvi licentius curat, ibi alios alligat, & quos in suam communionem videtur suscipere, a communione & pace ecclesiæ eligit separare: ut qui cum illo convescunt, sola sacerdotum communione priventur. Et ideo quia remissio talium, qui contra regem, gentem, vel patriam agunt, [b] per definitiones canonum antiquorum, in potestate solum regia ponitur, cui & peccasse noscuntur, * adeo nulla se deinceps a talibus abstinebit sacerdotum communio. Sed quos regia potestas, aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes mensæ suæ effecerit, hos etiam sacerdotum, & populorum conventus suscipere in ecclesiasticam communionem debebit: ut quod jam principalis pietas habet acceptum, neque a sacerdotibus Dei habeatur extraneum.

IV.

Majorum institutionibus contraire, & sanctorum patrum decreta convellere, quid aliud est, quam vinculum societatis Christi abrumpere, & usurpatæ * præsumptionis licentia statum totius ecclesiæ dissipare? Prosequente igitur venerabili & sanctissimo viro fratre nostro Stephano Emeritensis sedis episcopo, res nobis novellæ præsumptionis usurpatione sese intulit * pertractanda, tanto communionis nostræ judicio evellenda, quãto & privatis noscitur ausibus perpetrata. Dixit enim violentia principali se impulsum fuisse, ut in monasterio villulæ Aquis, in qua venerabile corpus sanctissimi † * Pimenii confessoris debito quiescit honore, novam episcopalis honoris ordinationem efficeret. Et ideo quia indiscreto & facillimo assensu, * injustis Vvambæ principis jussionibus parens, novam, & injustam illic pontificalis sedis * prælectionem induxerit, ubi canonica institutio id fieri omnimoda ratione refellit, prædictus idem vir prostratus humo, * medicamine nostri præcepti, & sibi dari veniam petiit, & quid potissimum oportet fieri de persona ejus, qui illic ordinatus fuerat, nostri oris sententia decernendum poposcit. Sed quia veraciter, imo communiter noveramus prædictum principem consilio levitatis agentem non solum præcepisse, ut in prædicto loco * Aquis episcopus fieret, sed etiam ita * eum consuetis obstinationibus definisse, ut hic in suburbio Toletano in ecclesia Prætoriensi sanctorum Petri & Pauli, episcopum ordinaret: nec non & in aliis vicis, vel villulis similiter faceret: ideo pro tam insolenti hujusmodi * disturbationis licentia, quid de hac re haberent canonum instituta perlecta sunt: in primis ex expistola Pauli, ubi Tito discipulo, ut episcopos per civitates constituere debeat, præcepit: item [c] ex concilio Nicæno titulo † octavo, ubi inter cetera præcipitur, ut in civitate non videantur duo episcopi esse: item ex concilio Laodiceno, [d] titulo quinquagesimo septimo ubi dicit: Non oportet in vicis, & villulis episcopos ordinari, *&c.* item ex concilio Africæ secundo, titulo quinto, ubi dicit: Ut diœcesis quæ episcopum nunquam habuit, non habeat. Felix episcopus Silensitanus dixit etiam: Si hoc placet sanctitati vestræ, insinuo, ut diœceses, quæ nunquam episcopos habuerunt, non habeant: vel illa diœcesis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. Secundum autem hanc prosecutionem sanctitatis vestræ est æstimare, quid fieri debeat. * Genedius episcopus dixit: Si placet insinuatio fratris, & coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab universis episcopis dictum est: Placet. Item ex concilio Africæ * tertio, titulo quadragesimosecundo, ubi dicitur, ut non accipiat alium episcopum plebs, quæ in diœcesi semper subjacuit. Epigonius enim episcopus inter cetera sic dixit: Hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem quæ in diœcesi semper subjacuit, nec unquam proprium episcopum habuit. Quapropter si universo sanctissimo cœtui placet, hoc, quod * prosecutus sum, confirmetur. Aurelius episcopus dixit: Fratris, & consacerdotis nostri prosecutioni non obsisto, sed hoc me & fecisse, & facturum esse profiteor. Item ex concilio Sardi-

Margin: ANNO CHRISTI 681. | nasterii abbas, & episcopus, qui subscribit in VI. Toletano. | * illustris | * prælationem | * prædicamine | * aliquis | * cum | * extirpationis | † 26 si concilii Sardicensis capitula illi addantur, ut in quibusdã exemplaribus fit: habetur nunc c. 6. dist. 80. Non oportere. & concilio Carthaginensi cap. 5. | * Geneeletus, *al.* Genethlius | * quarto | * præfatus.

ANNO CHRISTI 681.

Sardicensi *, ubi inter cetera præcipitur: Licentia danda passim non est. Si enim subito, aut vicus aliquis, aut modica civitas, cui satis est unus presbyter, voluerit sibi episcopum ordinari, ad hoc ut vilescat nomen episcopi, & auctoritas, non debent illi ex alia provincia invitati facere * episcopum. Item de sententia eorum, qui hujusmodi ordinationes faciunt, vel de his, qui contra hæc instituta canonum ordinantur, ex concilio Tauritano titulo secundo, ubi dixit: Gestorum quoque seriem conscribi placuit ad perpetem disciplinam, quod circa Octavium, Vrsionem, Remigium, * Attresoerium episcopos synodus sancta decrevit: qui in * usurpationem quamdam de ordinatione sacerdotum ad invidiam vocabantur. Quod eatenus his videtur indultum, ut de cetero hac auctoritate commoniti nihil usurpare conententur, * siquidem ea se ab hac causa excusatione defenderint, qua dicerent prius se non esse conventos. Proinde judicavit synodus, ut si quis ex hoc fecerit contra instituta majorum, sciat is qui ordinatus fuerit, sacerdotii se honore privandum: & ille qui ordinaverit, auctoritatem se in ordinationibus, vel in conciliis minime retenturum. Non solum autem circa memoratos episcopos hæc sententia prævalebit, sed etiam circa omnes, qui simili errore decepti hujusmodi ordinationes perpetrarunt. His igitur fortissimis regulis effectum pii operis apponentes, * id communi definitione elegimus, ut in * locum villulæ supradictæ Aquis deinceps sedis episcopalis non maneat, neque episcopus illic ultra constituendus existat. Hic tamen * Cuniuldus, qui contra majorum decreta illic videtur institutus fuisse episcopus, nullis canonum erit ad condemnationem sui sententiis * ulciscendus, quia non ambitione, sed principis impulsione illic constitit ordinatus. Et ideo hoc illi remedium humanitatis concedimus, ut in * sede alia decedentis cujuslibet episcopi transducatur, & prædictus locus sub monastica deinceps institutione mansurus, non episcopali ultra privilegio fretus, sed sub abbatis regimine, sicut hucusque fuit, erit modis omnibus mancipandus. Iam vero de cetero generale * ponentes edictum, si quis contra hæc apostolica jussa, si quis contra hæc canonum interdicta venire conaverit, ut in locis illis episcopum eligat fieri, ubi episcopus nunquam * fuit, sit in conspectu omnipotentis Dei anathema: & insuper tam ordinans, quam ordinatus gradum sui * ordinis perdat: quia non solum antiquorum patrum decreta, sed & apostolica ausus est convellere instituta.

* capitulo 6. ubi

* episcopū quibus antea non fuit.

* Triserium

* usurpatione quadam *al.* qui in usurpationis quadam deordinatione

* siquidem se ab hac causa tali excusatione

* in

* loco

* Convildus *al.* Coniuldus,

* ulciscendum,

* sedem aliam

* ponamus

* fuit, anathema in conspectu omnipotentis Dei incurrat:

* honoris

V.

Relatum nobis est quosdam de sacerdotibus, non tot vicibus communionis sanctæ gratiam sumere, quot sacrificia in uno die * videantur Deo offerre: [e] sed in uno die, si plurima per se Deo offerant sacrificia, in omnibus se oblationibus * a communicando suspendunt, & [f] in sola tantum extremi sacrificii oblatione communionis sanctæ gratiam sumunt: quasi non sit totiens reus * illius veri, & singularis sacrificii, quotiens participator corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi esse destiterit. Nam ecce apostolus dicit: *Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris?* Si ergo qui edunt hostias participes sunt altaris, certum est, quod hi qui sacrificantes non edunt, rei sunt dominici sacramenti. Quicumque ergo sacerdotum deinceps divino altario sacrificium oblaturus accesserit, & se a communione suspenderit, ab ipsa, qua se indecēter privabit gratia communionis, anno uno repulsum se noverit. Nam quale erit illud sacrificium, cui nec ipse sacrificans participasse cognoscitur? Ergo hoc modis omnibus est tenendum, ut quotiescumque sacrificans, corpus & sanguinem Iesu Christi domini nostri in altario immolat, toties * perceptioni corporis & sanguinis Christi se participem præbeat.

VI.

Illud quoque * collationi mutuæ decernendum nobis occurrit, quod in quibusdam civitatibus decedentibus episcopis propriis, dum differtur diu ordinatio successoris, non minima creatur & officiorum divinorum offensio, & ecclesiasticarum rerum * noscitur perditio. Nam dum longe lateque diffuso tractu terrarum, * commeantium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut non queat regis auditibus decedentis præsulis transitus innotesci, aut de successore morientis episcopi [g] libera principis electio præstolari, nascitur semper, & nostro ordini de relatione talium difficultas, & regiæ potestati, dum consultum nostrum pro subrogandis pontificibus sustinet, injuriosa necessitas. Vnde placuit omnibus pontificibus * Hispaniæ, ut salvo privilegio uniuscujusque provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano pōtifici, quoscumque regalis potestas elegerit, & jam dicti Toletani episcopi judicio dignos esse probaverit, in quibuslibet provinciis, in præcedentium sedibus præficere præsules, & decedentibus episcopis eligere

ANN. CHR. 681.

De cons. dist. 2. [...]tum est bis. 1 2. cap.

* videntur offerre

* a communione suspendunt

* illius veri, singularis sacrificii participandum, ties corporis & sanguinis domini Iesu immolat. Sacrificium [...]

* perceptionis

* collatione

* nascitur

Dist. Cum longe lateque

* commeantus.

* Hispaniæ atque Galliæ,

eligere successores. Ita tamen, ut quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus, infra trium mensium spatium, proprii metropolitani præsentiam visurus accedat: qualiter ejus auctoritate, vel disciplina instructus, condigne susceptæ sedis gubernacula teneat. Quod si per desidiam, aut neglectum, quilibet constituti temporis metas excesserit, quibus metropolitani sui nequeat obtutibus præsentari, excommunicatum se per omnia noverit: excepto si regia jussione impeditum se esse probaverit. Hanc quoque definitionis formulam, sicut de episcopis, ita & de ceteris ecclesiarum rectoribus placuit observandam.

VII.

h Omnis disciplina sic subjectos debet arguere, ut spem veniæ non videatur auferre; nec funditus curvationis inducere jugum, sed temperantiæ semper adhibere consultum. Et ideo quia legem illam a domino Vvambane principe editam, quæ de * progressione est exercitus annotata, hujus principis nostri & domini Ervigii mansuetudo temperare disposuit, ideo annuente nobis glorioso, & religiosissimo Ervigio principe nostro, necessarium hoc sanctum concilium definivit, ut hi, qui * super prædictam legem, testificandi dignitatem perdiderant, recepto testimonio pristinæ dignitatis, causas exequi possint debitæ actionis; qualiter nobilitatis solitæ titulum reportantes, & quæque de preteritis legitime testificare voluerint, licentię obtineant votum, & a judicibus nullis prohibitionibus arceantur: hoc videlicet adjicientes, ut si quid in preteritis testificare voluerunt, si pro sola rei infamatione rejecti sunt, testimonio suo nuper conquirant, quod in preteritis conquirere poterant: tantum si illo tempore, quo in præteritis ad testimonium dicendum vocati sunt, & supradictæ legis institutionibus reprobati, aut aliam criminis notam eos tunc non habuisse patuerit, aut * tricennium tum effluxisse, cum ad testimonium fuerant prolati, hi qui eos reprobaverant manifeste convicerint.

VIII.

Pręceptum domini est, ut excepta causa fornicationis, uxor a viro dimitti non debeat. Et ideo quicumque citra culpam criminis prędicti, uxorem suam quacumque occasione reliquerit, quia * quos Deus * jungit, ille separare disposuit, tamdiu ab ecclesiastica * communicatione privatus, & a cœtu omnium Christianorum maneat alienus, * quamdiu, & ad societatem relictę conjugis redeat, & partem sui corporis honesta lege conjugii sinceriter amplectatur & foveat. Hi tamen, qui jam admoniti a sacerdote semel & bis terque ut corrigantur, ad * tori sui conjugii noluerunt redire consortium, ipsi se suis meritis, & a palatinæ dignitatis officio separabunt, & insuper generosæ dignitatis testimonium, quamdiu in culpa fuerint, amissuri sunt; quia carnem suam discidii jugulo tradiderunt.

IX.

De Iudæorum autem execranda perfidia, discretis titulorum sententiis editas noviter a glorioso principe † leges vigilanti sensuum intentione perlegimus, * discreto etiam gravitatis pondere carũ instituta probavimus: & quia debitæ rationis judicio editæ synodali * indagatione probatæ sunt, irrevocabili deinceps judiciorum ordine, pro eorum excessibus tenebuntur: id est, * leges de commemoratione priscarum legum, quæ in Iudæorum transgressionibus promulgatæ sunt, atque de novella confirmatione * earum. Item ne Iudæi, aut se, aut suos filios, vel famulos a * baptismo subtrahant. Item ne Iudæi more suo celebrent pascha, vel carnis circumcisiones exerceant, ac ne Christianum quemquam fide Christi * dimoneant. Item ne Iudæi sabbata, ceterasque festivitates ritus sui celebrare præsumant. Item ut omnis Iudæus diebus dominicis, & in prænotatis diebus ab opere cesset. Item ne Iudæi more suo dijudicent escas. Item ne Iudæi ex propinquitate sui sanguinis connubia ducant. Item ne Iudæi religioni nostræ insultantes, sectam suam defendere audeant: ac ne a fide refugientes alibi se transducant: & ne quilibet refugientes alibi suscipiat. Item ne Christianus a Iudæo quodcumque munus contra fidem Christi accipiat. Item ne Iudæi libros illos legere audeant, quos Christiana fides repudiat. Item ne Iudęis mancipia deserviant, vel adhæreant Christiana. Item si Iudæus Christianum esse testatur, & ob hoc non velit a se rejicere mancipium Christianum. Item professio Iudæorum, * quãdo unusquisque ad finem veniens, indiculum professionis suæ conscribere debet. Item conditiones Iudæorum, ad quas jurare debeant hi, qui ex eis ad fidem venientes, professiones suas dederint. Item de Christianis mancipiis Iudęorum, quæ se non prodiderunt Christiana, sive de * publicatoribus eorum. Item ne Iudæi, a quolibet potestate accepta, extra regiam ordinationem Christianum quemquam * imperare, plectere, vel distringere audeant. Item * ut Iudæorum servi, necdum

ANNO CHRISTI 681.

plectatur sinceriter & foveat. Itaque qui jam

* carum suę conjugis al. torum

† Habentur omnes hæ leges lib. legum Vvisegothorũ, tit. 12. 3.

* districto

* dignatione

* leges quæ de com. prisc. ceremoniarum, & Iudæorum

* earum. Item de blasphematoribus sanctæ Trinitatis. Item

* baptismi gratia

* dimoveãt.

* quomodo

* publicatibus

* impetere

* ut si

ANNO CHRISTI 681.

necdum adhuc conversi ad Christi gratiam convolaverint, libertati donentur. Item ne Iudæi administratorio usu * sub ordine villicorum, atque actorum Christianam familiam * regere audeant: & de damnis eorum, qui iis talia ordinanda injunxerint. Item ut Iudæus ex aliis provinciis, vel territoriis ad regni nostri ditionem pertinentibus veniens, episcopo loci, vel sacerdoti se præsentare non differat: vel quid huic in * toto observari conveniat. Item qualiter concursus Iudæorum diebus institutis ab episcopo fieri debeant. Item, ut quicumque Iudæum secum * obsequentem habuerit, expetente sacerdote eum apud se retinere non audeat. Item ut cura omnis distinguendi Iudæos, solis sacerdotibus debeatur. Item de damnis sacerdotum, vel judicum, qui in * Iudæis instituta legum adimplere distulerint. Item ne judices quidquam de Iudæorum excessibus extra sacerdotum conniventiam judicare præsumant. Item ut * episcopi immunes habeantur a damnis, cum eorum presbyteri, ea, quæ ipsi non correxerint, ad eos non remiserunt corrigenda. Item de reservata principibus miserendi potestate, in his, qui conversi ad fidem Christi veraciter fuerint. Item ut episcopi omnes Iudæis ad se pertinentibus libellum de suis editum erroribus tradant, & ut professiones eorum, vel conditiones in scriniis ecclesiæ condant. Quarum omnium legum promulgatio gravida, sicut synodali judicio comprobata, ita generali omnium nostrorum definitione in eorum erit deinceps excessibus * excernenda.

* Dist. 54. Ex his Iudæorum servi.
* in ordinem
* redigere
* Toleto
* assequentem
* judiciis
* episcopi tunc immunes
* exercenda.

X.

17. qu. 4. Definivit sanctio. Ivo p. 3. cap. 3. Pan. 1. lib. cap. 78.

Pro his qui quolibet metu, vel terrore ecclesiam appetunt, consentiente pariter, & jubente gloriosissimo domino nostro Ervigio rege, hoc sanctum concilium definivit, ut nullus audeat confugientes ad ecclesiam, vel residentes inde abstrahere, aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, seu spolii residentibus in loco sancto inferre: sed esse potius his ipsis, qui ecclesiam petunt, per omnia licitum in triginta * passibus ab ecclesiæ januis progredi: in quibus triginta passibus, uniuscujusque ecclesiæ, in toto circuitu reverentia defendetur: sic tamen, ut hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis, vel longe separatis ab ecclesia domibus nullo modo * obcellentur. Sed in hoc triginta passuum numero, absque domorū extranearum receptaculis, * progrediendi aditum obtinebunt: * qualiter, & requisitæ naturæ usum debitis expleant locis: & nullo teneantur

* passus
* abscondantur, al. obcelentur.
* progredientes
* ut ad inquisitæ na-

A eventu necessitudinis, qui dominicis se defendendos cōmiserint claustris. Si quis autem hoc decretū violare tentaverit, & ecclesiasticę excōmunicationi subjaceat, & severitatis regiæ feriatur sententia. Ipsos tamen, qui ad ecclesiam refugium fecerint, * juxta priscorum canonum instituta, * hi qui eos * competunt sacramenta reddiderint, & sacerdos ecclesiæ ipsius ab ecclesiæ foribus non abstraxerit, aut fuga talium si * venerit, sacerdoti quærenda est, aut damnorum sententia, B secundum electionem principis, hujusmodi sacerdotibus irroganda.

* curæ debiti cant.
* si ju
* his
* repe
* eve

XI.

Præcepta domini sunt dicentis: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra: non adorabis ea, neque coles.* Item: *Qui immolat diis, occidetur, præterquam domino soli.* Item: *Vir, aut mulier, qui faciant malum in conspectu domini Dei tui, & C transgrediantur pactum illius, ut vadant, & serviant diis alienis, & adorent eos, solem & lunam, & omnem militiam cæli, quæ non præcepi, & hoc tibi fuerit nuntiatum, audiensque inquisieris diligenter, & verum esse repereris, & abominatio facta est in Israel, educes virum, ac mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrarunt ad portas civitatis tuæ, & lapidibus obruentur.* Præcepta hæc domini non in ultione, sed in terrore delinquentium apponentes, non mortis * per hanc sententiam promulgamus, sed cultores idolorum, veneratores lapidum, accensores facularum, & D * excolentes sacra fontium vel arborum admonemus, ut agnoscant, quod ipsi se spontaneæ morti subjiciunt, qui diabolo sacrificare videntur: mortis enim nomine diabolus appellatur: sicut de eo scriptum est: *Et erat illi nomen mors.* Ac proinde omne sacrilegium idololatriæ, vel quidquid illud est contra sanctam fidem, in quo insipientes homines captivati diabolicis culturis inserviunt, sacerdotis, vel judicis instantia * inventa hæc sacrilegia eradantur, & exterminata trunE centur. Eos vero qui ad talem * errorem concurrunt, & verberibus coerceant, & onustos ferro suis dominis tradant. Si tamen domini eorum per jurisjurandi attestationem promittant, se eos tam solicite custodire, ut ultra illis non liceat tale nefas committere. Quod si domini eorum nolunt hujusmodi reos in fide sua suscipere, tunc ab eis, a quibus coerciti sunt, regis conspectibus præsententur: ut principalis auctoritas liberam se talibus donandi potestatem obtineat. Domini tamen eorum, qui nunciatos

Exod. Exod. Deut.
* perala tiam
* excolentes fon admonemus, Concil. Toletan. XVI. Apoc.
* inventum
* horrorem incurrunt, al. accurrunt,

nuntiatos sibi talium servorum errores ulcisci * distulerint, excommunicationis sententiam perferant, & jura servi illius, quem coercere nolunt, se amisisse cognoscant. Quod si ingenuorum personæ his erroribus fuerint implicatæ, & perpetua excommunicationis sententia ferientur, & arctiori exilio * ulciscentur.

XII.

Placuit huic * venerando concilio, ut juxta * priorum canonum instituta, episcopi singularum provinciarum annis singulis in unaquaque provincia Kalendis Novembribus concilium celebraturi conveniant. Quisquis autem in prædictis Kalendis Novembribus pro celebratione synodi venire distulerit, excommunicationi debitæ subjacebit.

XIII.

Præmissis his omnibus synodalibus gestis, quæ honesto decretorum fine complevimus, perpetuum his robur per manuum nostrarum subscriptionem annectimus, dantes * in his gloriam, & honorem immortali Deo, & domino nostro: quo inspirante & determinationis nostræ sententia viguit, & probitas causarum honesto fine complevit. * Cujus sanctæ Trinitatis poscimus inenarrabile * nomen & gloriosam ineffabilis potentiæ majestatem, ut det amatori Christi serenissimo domino nostro atque amantissimo Ervigio principi, cujus jussu ad hunc meruimus advocari conventum, imperare clementer, regnare feliciter, habere de clementia fructum, obtinere de justitia præmium, de pietate trophæum: quo & hic invictus victor hostium semper appareat, & post diuturna hujus ævi curricula, ad regnum * æternæ vitæ cum suis omnibus coronandus perveniat: te præstante Deo, & salvatore Iesu Christo domino, qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto unus in Trinitate * vivis, & glorificaris Deus in sæcula sæculorum.

Consummatum est hoc sanctum concilium die octava Kalendarum Februariarum, anno feliciter primo serenissimi, atque clementissimi domini nostri Ervigii regis, * æra DCCXIX.

Interfuerunt huic sancto Toletano XII. concilio pontifices numero trigintaquinque.

[k] SVBSCRIPTIONES.

Episcopi.

Ego Iulianus indignus urbis regiæ Toletanæ sedis episcopus hæc synodica instituta a nobis edita subscripsi.

Ego Iulianus Dei gratia Spalensis ecclesiæ sedis episcopus hæc synodica instituta a nobis edita subscripsi.

Ego Liuba Bracarensis sedis ecclesiæ episcopus, similiter.

Ego Stephanus Emeritensis sedis episcopus, &c.

Ego Asphalius " Abelensis ecclesiæ episcopus, &c.

Ego Leander ecclesiæ Illicitanæ episcopus, &c.

Ego Palmatius ecclesiæ Vrcitanæ episcopus, &c.

Ego Concordius Palentinæ sedis episcopus, &c.

Ego * Recilla indignus Accitanæ ecclesiæ episcopus, &c.

Ego Simpronius indignus Segobriensis ecclesiæ episcopus, &c.

Ego Speraindeo Italicensis sedis episcopus, similiter subscripsi.

Ego Geta Eliplensis ecclesiæ episcopus, &c.

Ego Memorius Arcavicensis episcopus, subscripsi.

Ego Tructemundus Elborensis sedis episcopus, &c.

Ego Isidorus Setabitanæ ecclesiæ episcopus, &c.

Ego Gaudentius Valeriensis ecclesiæ episcopus, similiter.

Ego Deodatus Segobiensis ecclesiæ episcopus, &c.

Ego Genetius Tudensis ecclesiæ episcopus, &c.

Ego Froaricus Portucalensis ecclesiæ episcopus, &c.

Ego Felix Iriensis ecclesiæ episcopus, similiter.

Ego * Antonianus Bastitanæ ecclesiæ episcopus, similiter.

Ego Proculus Bigastrensis ecclesiæ episcopus, similiter.

Ego * Acula Cauriensis ecclesiæ episcopus, similiter.

Ego * Reparatus Vesensis ecclesiæ episcopus, similiter.

Ego Providentius Salmanticensis ecclesiæ episcopus, similiter.

Ego Sisebaldo Tuccitanæ ecclesiæ sedis episcopus, similiter.

Ego * Argibudo Eliberitanæ ecclesiæ sedis episcopus, similiter.

Ego Ella Segontiensis ecclesiæ episcopus, similiter.

Ego Siberitanus Oxomensis ecclesiæ episcopus, similiter.

Ego Ioannes Pacensis ecclesiæ episcopus, &c.

Ego Theodulfus Astigitanæ ecclesiæ episcopus, &c.

Ego Samuel Malacitanæ ecclesiæ episcopus, &c.

Ego Gundulfus Lamecensis ecclesiæ episcopus, similiter, &c.

Ego Euphrasius Lucensis ecclesiæ episcopus, &c.

Ego * Theuderacus Assidonensis ecclesiæ episcopus, &c.

Abbates.

Valdreudus abbas.
Florientius abbas.
Gratinus abbas.
Faustinus abbas.

Vicarii episcoporum.

Ego Annibonius presbyter, * agens vicem domini & pontificis mei Gildemeri episcopi Complutensis ecclesiæ subscripsi.

Ego Vincentius presbyter, agens vicem domini & pontificis mei Felicis episcopi Daniensis ecclesiæ, subscripsi.

Asturius diaconus, agens vicem domini & pontificis mei Hospitalis episcopi Valentinæ ecclesiæ, subscripsi.

Viri illustres officii palatini.

Ego Sesullus hæc statuta, quibus interfui, annuens subscripsi.

Ego Reccaredus similiter subscripsi.

Marginal notes: * ulciscantur; * venerabili; * antiquorum; * ulciscantur; * in his; * Cujus & sanctæ; * numen; * æterni; * vivit & glorificatur; * æra; " Abulensis; * Rixila; * Antonius; * Atula; * Separatus; * Argibado; * Theodoracus; * tenens

ANNO CHRISTI 681.

Ego Vvitissa similiter subscripsi.
Ego Vvimar similiter subscripsi.
Ego Theudila similiter subscripsi.
Ego Ostrulphus similiter subscripsi.
Ego Salamirus similiter subscripsi.
Ego Theudefredus similiter subscripsi.
Ego Egiseberinus similiter subscripsi.
Ego Theudulphus similiter subscripsi.
Ego Ildigisus similiter subscripsi.
Ego Vitulus similiter subscripsi.
Ego Ella similiter subscripsi.
Ego Adilegus similiter subscripsi.
Ego Atanesus similiter subscripsi.

EDITA I LEX IN CONFIRMATIONE concilii Toletani sub die VIII. Kalendas Februarii, anno feliciter primo gloriæ nostræ.

In nomine domini Flavius Ervigius rex.

MAGNA salus populi gentisque nostræ * regno conquiritur, si hæc synodalium decreta gestorum, sicut pio devotionis nostræ studio acta sunt, ita inconvulsibilis nostræ legis valido oraculo confirmentur; ut quod serenissimo nostræ celsitudinis jussu, a venerandis patribus, & clarissimis palatii nostri senioribus, discreta titulorum exaratione est editum, præsentis legis hujus nostræ edicto ab æmulis defendatur. * Etenim hæc ipsa definitio canonum sub isto * renotata ordine titulorum; id est, de agnita & confirmata * prælectione fastigii principalis in nomine * nostræ serenitatis. Item de his qui pœnitentiam non sentientes accipiunt. Item de culpatorum receptione, vel communione apud ecclesiam. Item ut in locis ubi episcopus non fuit, nunquam episcopus ordinetur. Item quorumdam consuetudine sacerdotum fœdissima, qui oblatis Deo per se sacrificiis non communicant. Item de concessa Toletano pontifici generalis synodi potestate. Vt episcopus alterius provinciæ, cum conniventia principum, in urbe regia ordinetur. Item de recepto testimonio personarum, quæ per legem, quæ de promotione exercitus facta est, testificandi licentiam perdiderunt. Item de his, qui uxores suas divortio intercedente relinquunt. Item de confirmatione legum, quæ in Iudæorum nequitiam promulgatæ sunt, juxta earumdem legum præfixum ordinem titulorum, qui in eorum canone annumerantur. Item de his, qui ad ecclesiam confugium faciunt. Item de cultoribus idolorum. Item de * interdicto temporis constituti, quo * debuit concilium celebrari. Item conclusio definitionum, in qua & Deo gratiæ referuntur, & pro principe exoratur.

Quibus omnibus synodalibus * gestis atque decretis & debitam reverentiam honoris impendimus, & patulum auctoritatis nostræ vigorem his innectere * procuramus. Ideoque præmissas has constitutiones synodicas a præsenti die, vel tempore, id est, ab octavo Kalendas Februarii, anno primo regni nostri, nullus audeat contemnere; nullus etiam præterire; nemo earumdem constitutionum audeat jura convellere; nullus temerator hæc decreta * subvertet, nemo illicitator, vel contemptor vigorem his institutionibus subtrahet; sed generaliter per cunctas regni nostri provincias, hæc canonum instituta nostræ gloriæ temporibus acta, & auctoritatis debitæ fastigio præpollebunt, & irrevocabili judiciorum exercitio, prout * constitutæ sunt in omnibus regni nostri provinciis celebres habebuntur. Si quis autem hæc instituta contemnat, contemptorum se noverit damnari sententia, id est, ut juxta voluntatem nostræ gloriæ, & excommunicatus a cœtu nostro resiliat, & insuper decimam partem * rei suæ fisci partibus sociandam amittat. Quod si nihil habuerit facultatis unde prædictam compositionem persolvere possit, absque * aliquo infamio sui, quinquaginta eum oportebit ictibus * verberari. Edita lex in confirmatione concilii * Toleto, sub die VIII. Kalendarum Februariarum, feliciter primo regni gloriæ nostræ.

In nomine domini Flavius Ervigius rex hoc legis nostræ edictum in confirmatione hujus concilii promulgatum subscripsi.

Marginal notes: * ac regni; * Est enim; * notata; * prælatione; * sanctæ Trinitatis; * indicto; * debeat; * decretis atque actis; * properamus; * subvertere; * constitutæ; * fisci; * aliquo infamia; * ver... ri, ... per in... perma...; * Tol...

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *In missarum solenniis.*] De symbolo recitando alta voce in missarum solenniis superius diximus. Nunc de missæ nomine, & hujus vocis antiquitate aliquid addamus ex sententia patrum. Missæ nomen Latinum, non Hebræum est, ut neoterici studiose excogitant. Isidorus Hispal. lib. etymolog. 6. cap. 19. Alcuinus de divinis officiis, & Remigius de offic. missar. Missa a præmittendo, vel emittendo, vel dimittendo, dicitur. Vnde Ambrosius lib. 2. epist. 14. in missa catechumenorum utitur illa voce, *dimissis catechumenis.* Alii a gemina missione dictam existimant. Prima missio est catechumenorum, altera fidelium, quæ fieri solet peractis sacris, clamante diacono: *Ite missa est*; hoc est, finita & completa est oblatio. Cassianus lib. 2. instit. cap. 13. nocturnæ missæ meminit: quod nihil aliud est, quam dimissio, quæ fiebat a synaxi peracta & finita oratione. Et lib. 3. instit. cap. 7 sic inquit: *Is vero qui in tertia, sexta, nona, priusquam psalmus cœptus fuerit, ad orationem non occurrerit, ulterius oratorium introire non audeat, nec semetipsum admiscere psallentibus; sed congregationis missam, stans pro foribus præstoletur:* & alibi missam vigiliarum, pro dimissione peractis vigiliis. Vnde recte auctor Ciacconius Hispanus, sive alius, in notis Cassiani existimat apud Cassianum sumi missam pro quacumque synaxi, sive congregatione, quam monachi publice orandi causa faciebant; nempe, tertia, sexta, nona, & aliis. Accipiebat vero nomen ab ipsa dimissione completa oratione. Nam, ut Smaragdus ait, *orationes*, id est collectæ, *quæ in fine cursus a sacerdote dicuntur, missæ, id est, Deo transmissa dicuntur.* Vnde idem Cassianus missam, finem synaxeos vocat lib. 3. cap. 7. ut supra dictum est. Verum cum ex omnibus solennitatibus, sacrificiis, & oblationibus labiorum, quæ Deo in orbe terrarum fiunt, maxima oblatio sit sacrum missæ, ratione veri & proprii sacrificii, & sanguinis Christi, in quo panis & vinum in corpus & sanguinem Christi transubstantiantur, deinde per excellentiam missa nominatur oblatio & sacrificium illud incruentum corporis & sanguinis Christi, quod quotidie a sacerdotibus peragitur: ad quod omnia alia officia divina, tamquam ad scopum, diriguntur. Missæque nomen, pro hoc sacrificio usurpari, non est recens, sed antiquum: ut constat ex Euaristo papa tertio a Petro, apud Burch lib. 3. decret. cap. 27. *Omnes basilicæ:* & Alexandro papa a Petro quarto, epist. ad omnes orthodoxos, & Telesphoro papa sexto a Petro, canon. *Nocte sancta.* de consecr. dist. 1. Hac eadem voce utitur Leo Magnus epist. 88. & sanctus Ambrosius epist. 33. sanct. Augustinus sermone de tempore 91. Item Gregorius Magnus, & Isidorus Hispalensis, & complures illius sæculi patres.

b *Per definitiones canonum antiquorum.*] Concilii Toletani IV. canone 75. & toto concilio V. VI. & VII. cap. 1. Id enim tot conciliis, & decretis cavetur: Nam, ut inquit Gregorius Turon. lib 3 *sumpserant Gothi hanc detestabilem consuetudinem, ut si quis eis de regibus non placuisset, gladio eum appeterent, & quem libuisset animo, hunc sibi statuerent regem*; & concilio Toletano XVI. cap. 10. dicitur. *Quia jurisjurandi transgressio valde inolevit, & machinandi contra principes nostros consuetudo sæva.*

c *Ex concilio Nicano titulo* 8.] Habetur nunc cap. 6. de non ordinandis episcopis per vicos.

d *Titulo* 57.] Idem habetur concilio Carthaginensi II. cap. 5. & Laodiceno cap. 57.

e *Sed in uno die si plurima*] Hinc patet in more fuisse plures uno die missas dici, aliqua urgente necessitate. Vade

de concilio Salegunstadensi cap. 5. *Item decretum esse dicitur, ut unusquisque presbyter in die non amplius quam tres missas celebrare præsumat*: & Altisiodorensi cap 10. *Non licet super uno altario in una die duas missas dicere.* Liberum vero aliquando fuisse uno die plures missas celebrare, tradit etiam Vualafridus Strabo de rebus ecclesiasticis cap. 21. ubi ad suam notitiam pervenisse gravium virorum relatu testatur, Leonem papam sæpe septies, aut octies una die celebrare solitum: contra vero D. Bonifacium archiepiscopum & martyrem, semel dumtaxat per diem. Necessitate vero exigente pluries fieri permissum, ex Gratiano de consec. d. 1. cap. *Sufficit*, ex Alexandro papa qui sic habet: *Sufficit sacerdoti unam missam in die una celebrare: quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit. Non modica res est unam missam facere; & valde felix est, qui unam digne celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis unam faciunt, & alteram de die, si necesse fuerit. Qui vero pro pecuniis, aut adulationibus sæcularium una die præsumunt plures facere missas, non æstimo evadere damnationem.* Hoc Alexander. In septem casibus uno die plures dicere missas licet: primus die nativitatis, quo tres dici possunt, canone, *Nocte sancta*, media nocte, & diluculo, & tertia hora, & aliis, ut tradit doctor insignis Navarra capite vigesimoquinto summæ, num. 78. Item Durandus in rationali lib. 4. cap. 1. Turrecremata in dict. can. *Sufficit*. Silvester in summa, voce *missa*, Soto 4. sententiar. distinctione tredecima, quæstione secunda, articulo 2. Leo primus epist. octogesima prima ad Dioscorum addit, sacerdotem missam iterare posse, cum solennior festivitas conventum populi numerosioris indixerit, & ad eam tanta multitudo convenerit, quam recipere basilica simul una non possit. *Tum enim*, ait Leo, *sacrificii oblatio procul dubio iteratur.* Item Innocentius, cap. *Consuluisti de celebratione missarum.* Hodie id fit, cum sub una parochia unus sacerdos duo habet opida unita. Ex aliis etiam causas idem licere tradunt doctores scholastici Antonin. 3. p tit. 13. cap. 6. §. 4. & Paludan. in 4. d. 15. q. 2. Vualafrid. de rebus eccles. cap. 21.

f *In sola tantum extremi.*] Hunc morem celebrandi sæpius in die missæ sacrificium, & in ultimo sumendi communionis sanctæ gratiam, tempore Cypriani in usu fuisse, patet ex ejus epistola 63. ad Cæcilium.

g *Libera principis electio.*] Studium & labor eligendi viros episcopatibus præficiendos, penes reges tempore Gothorum erat: quod usque, Romanorum pontificum indulgentia, ad nostra tempora penes Hispaniæ reges resedit. Constat id ex epistola Braulionis ad Isidorum Hispalensem episcopum: *Ut quia*, inquit, *Eusebius noster metropolitanus decessit, habeas misericordiæ curam, & hoc filiolo tuo nostro domino suggeras, ut illum illi loco præficiat, cujus doctrina sanctitas ceteris sit vita formæ.* Cui Isidorus sic respondet: *De constituendo autem episcopo Tarraconensi, non eam quam petisti, sensi sententiam regis: sed tamen & ipse adhuc, ubi tertius convertat animum, illi manet incertum.* Et concilio XVI. Toletano in tomo Egicæ regis cavetur, ut si quis episcopus in sua diœcesi idololatriam fieri permiserit, officio suo deponatur, alio tamen principali electione ibidem constituto, qui possit hujus institutionis ordinem servare. Unde constat ad regiam curam pertinere, nominare episcopos: quod fiebat hoc pacto. Rex de ea re nominationem referebat ad concilium; concilium autem inquirebat, an nominatus dignus esset eo munere, ut ad episcopatum eveheretur: quod si inventus esset moribus & doctrina ornatus, statim a concilio confirmabatur. Patet hoc etiam ex concilio XVI. Toletano in decreto judicii ab universis edito de depositione Sisberti præsulis Toletani, his verbis: *Igitur quoniam favente domino concilium est quocitius inchoandum, secundum prælectionem, atque auctoritatem totiens dicti nostri domini, per quam in præteritu jussit venerabilem fratrem nostrum Felicem Spalensis sedis episcopum, de privata sede Toletana jure debito curam ferre, nostro eum in postmodum reservans ibidem decreto firmandum, ob id nos cum consensu cleri ac populi, ad sæpedictam Toletanam sedem pertinentis, prædictum venerabilem fratrem nostrum, Felicem episcopum, de Spalensi sede, quam usque hactenus rexit, in Toletanam sedem canonice transducimus.* Confirmatus jam a communi concilio episcopus cogebatur se coram metropolitano intra duos menses sistere, ut constat ex concilio Tarraconensi capite quinto, estque apud Gratianum distinctione sexagesimaquinta, capite. *Si quis in metropolitano.* Tota hæc potestas probandi & confirmandi episcopos, a rege libera electione designatos, quæ ante penes concilium generale erat, in hoc concilio, ob causas in canone assignatas, in archiepiscopum Toletanum transfertur, veluti in totius regni primatem. Omnia autem hæc fiebant concessione Romanæ & apostolicæ sedis, cujus auctoritatem ecclesia Hispaniæ semper majorem in modum coluit & observavit. Et habetur distinctione sexagesima tertia capite *Cum longe lateque.*

h *Omnis disciplina.*] Ex lege Vuambæ libro duodecimo legum Vuisegothorum titulo secundo, lege octava, ubi dicitur, ut amisso testimonio dignitatis, protinus ad ultimæ servitutis conditionem redigatur, quisquis laicus, simul ut inimica aliqua vis adversus gentem Gothorum ingruisset, eam non omni ope propulsare conatus fuisset.

i *Qui eos competunt.*] Multum huic decreto lucis infertur ex lege Vuisegoth. libro nono titulo tertio, de iis qui ad ecclesiam confugiunt; & amplius ex libro sexto, titulo quarto, lege decima sexta, qua agitur de homicida ad ecclesiam confugiente. Verba sunt: *Sed etsi contigerit, eum ad altare sanctum fortasse confugere, non quidem præsumat eum absque consultu sacerdotis prosecutor ejus abstrahere: consulto tamen sacerdote, ac reddito sacramento, ne eumdem sceleratum publica mortis pœna condemnet, sacerdos eum sua intentione ab altari repellat, & extra chorum projiciat: & sic ille, qui eum persequitur comprehendat. Cui ab ecclesia ejecto non alias mortales inferat pœnas; sed in potestate parentum, & eorum, cujus propinquus occisus fuerit, contradendus est; ut excepto mortis periculo, quid de eo facere voluerint, licentiam habeant.* De immunitate ecclesiarum supra diximus

An, & quomodo ad ecclesiam confugientes rei criminum sint ab ea extrahendi?

k *Subscriptiones.*] Multi in duodecimo concilio Toletano episcopi subscribunt qui aliis interfuerunt synodis, ut Asphalius Abelensis ecclesiæ in Emeritensi. Concordius Palentinæ, in undecimo Toletano, Felix Daniensis per procuratorem, in eodem XI. Froaricus Portucalensis, in tertio Bracarensi, Gaudentius Valeriensis in XI. Toletano, Genetius Tudensis, in tertio Bracarensi, Leander Ilicitanæ, in XI. Toletano, Palmatius Urcitanæ, in eodem undecimo; sicut Recilla Accitanæ. Alii vero aliis succedunt, ut Antonianus Bastitanæ, qui successit Ætherio, in XI. Toletano. Acula seu Atula Cauriensis, qui Donato in Emeritensi. Argidubo, qui Argibado Eliberitanæ, Ellæ, in VIII. Toletano, Deodatus Segobriensis, qui Egicæ, in XI. Toletano, Euphrasius Lucensis, qui Rectogeni, in III. Bracar. Felix Iriensis, qui Idulfo Felici, in eodem Bracar. Geta Eliplensis, qui Servando, in octavo Tolet. Gundulfus Lamecensis, qui Theodisclo, in Emeritensi. Gildemirus Complutensis per procuratorem, qui Asciclo, in XI. Toletan. Hospitalis Valentinæ per procuratorem, qui Suintero in XI. Tolet. Ioannes Pacensis, qui Deodato, in Emeritensi. Isidorus Setabitanæ, qui Athanasio, in XI. Tolet. Iulianus urbis regiæ, qui Quirico, in XI. Tolet. Iulianus Spalensis, qui Fugitivo, in X. Tolet. Liuba Bracarensis, qui Leodecisio Iuliano, in III Bracar. Providentius Salmanticensis, qui Egeredo, in X. Tolet. Proculus Bigastrensis, qui Ioanni, in XI. Tolet. Reparatus Vesensis, qui Vnadilæ, in VIII. Toletan. Samuel Malacitanæ, qui Dunilæ, in VIII. Toletan. Severitanus Oxomensis, qui Godiscalco, in XI. Toletan. Sisebaldo Tuccitanæ, qui Vincentio, in VIII. Toletan. Speraindeo Italicensis qui Epartio, in VIII. Toletan. Simpronius Segobriensis, qui Sinduito, in XI. Toletan. Stephanus Emeritensis, qui fuit sanctissimus & venerabilis vir, qui Proficio, in Emeritensi. Tructemundus Elborensis, qui Zosimo, in X Toletan. Theodulphus Astigitanæ, qui Stephano, in VIII. Toletan. Theuderacus Assidonensis, qui Pimenio, in VII. Toletan. in cod. manusc. regii monasterii S. Laurentii, primo loco subscribit, *Iulianus indignus urbis regiæ Toletanæ sedis episcopus, hac synodica subscripsi.* Deinde secundo loco est: *Ego Iulianus, Dei gratia Spalensis sedis episcopus, hac synodica instituta a nobis edita subscripsi.*

l *Lex.*] Leges condere post peracta concilia in eorum confirmationem, ab imperatoribus Romanis reges Gothi acceperunt; gens cum in hac re, tum in aliis plerisque imperii æmula.

Confirmatum est hoc concilium Toletanum XII. in concilio Toletano XIII. cap. 9. ubi sic scriptum est: *Licet unanimi consensionis nostra judicio gesta synodalia Toletani concilii duodecimi acta sunt atque disposita, quæ anno primo gloriosi principis Ervigii in hac urbe regia celebrata sunt*, &c.

Confirmatio concilii Toletani XII.

I CONCILIUM ROTHOMAGENSE,

IN QUO MONASTERII FONTANELLENSIS inter cetera editum est privilegium, anno Christi DCXXCII. sede apostolica post Agathonis papæ obitum vacante, Theoderici regis anno XVI.

ANNO CHRISTI 682. [a] seu potius 692. vide sequentem observationem.

IN hac synodo multa ecclesiæ utilia constituta fuisse testatur Aigradus monachus in vita sancti Ansberti

ANNO CHRISTI 681. [a] 692.

ſberti epiſcopi, Rothomagenſis, qui ſynodo præfuit, & primus ſubſcripſit privilegio Fontanellenſi. cujus nempe privilegii occaſione, ſynodi meminit Aigradus [a] in hæc verba: Facta eſt, *inquit*, hæc privilegii auctoritas ſub anno dominicæ incarnationis [a] DCXXCII. indictione x [a]. qui erat annus præfati glorioſi regis Theoderici XVI [a]. & præfati venerandi præſulis v [a]. in ſynodo generali Rothomago urbe, ubi plurima Deo accepta, & ſanctæ eccleſiæ utilitatibus profutura diſputata ſunt. Adfuerunt quoque & ſancti pontifices, aliique venerabiles viri, ab ipſo præſule evocati, quorum ſubter tenentur nomina aſcripta. Anſbertus epiſcopus urbis Rothomagenſis huic concilio præfuit & ſubſcripſit. Ratbertus [a] epiſcopus, Regulus epiſcopus, Airardus epiſcopus Carnotenæ urbis, Anſoaldus epiſcopus Pictavenſis urbis, Aquilinus epiſcopus Ebroicæ [a] urbis, Cadoenus epiſcopus, Harmonius [a] epiſcopus, Salvius epiſcopus, Deſiderius epiſcopus, Fulcrannus epiſcopus, Ioannes epiſcopus, Vvillebertus epiſcopus, Gerebaldus epiſcopus Baiocaſſinæ urbis, Taurinus epiſcopus, Aunobertus epiſcopus Sagienſis urbis. Celſus abba, Audomarus abba, Secladio abba, Boſochindus abba. Gerardus [a] glorioſus vicedominus antefati magni pontificis. Ermentrannus, Ferrocinctus & Fortianus archidiaconi venerandi. Aderat quoque preſbyterorum & diaconorum circumadſtantium magnus numerus. Ragnomirus lector hujus ſancti concilii geſta, & hujus privilegii auctoritatem, ipſo ſancto pontifice jubente, recognovit & ſubſcripſit. [a] *Quodnam autem ejuſmodi privilegium eſſet, idem auctor paulo ſuperius his verbis ſignificat*: Privilegii ſui auctoritatem eidem edidit, ut per ſuccedentia tempora (ſecundum ſancti patris Benedicti regulam, & ut præcedentium regum, Clodovei videlicet & Clotharii, ſimulque Childerici & Theoderici privilegiorum auctoritates docent) ex ſemetipſis ſibi perennibus temporibus abbatem eligerent. In qua etiam juſtæ alligationis verbo præſentes futuroſque, qui ibidem domino militaturi erant, conſtringit, ut ſicuti ſub ejus regimine, ita & deinceps & ipſi & poſteri eorum ſecundum regulam ſancti patris Benedicti fideliter Chriſto deſervirent. Quod ſi aliquando, peccatis exigentibus, aut negligentia paſtorali a via rectitudinis & obſervatione regulæ ſancti Benedicti in futuro deviare conarentur, aut cogerentur: tunc convocatio ſanctorum ſacerdotum, reliquorumque militum Chriſti unanimiter fieret, eorumque per conſilium in priſtinum reducerentur ſtatum. Si vero hac pontificali auctoritate poſtpoſita, qualibet cavillatione ſiniſtram elegiſſent vitam ac converſationem tenere, ſub vinculo anathematis æternaliter ſe damnandos ſcirent.

[a] ad Hilbertum abbatem Fontanellenſem ſive S. Vvandregiſili

[a] DCXCII.

[a] v. [a] XIII.

[a] legendum arbitror III.

[a] Radbertus

[a] Ebroicinæ

[a] Arnoinus ſive Armoinus

[a] Genardus

[a] Hactenus Sirmõdus: quæ ſequũtur ex Binio excuſa.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S I.

1 *Concilium Rothomagenſe.*] In vulgatis exemplaribus vitæ ſancti Anſberti habitum dicitur anno XIII. Theoderici regis, nos anno XVI. reſtituimus ex codice ſancti Michaelis in mari. Theodericus enim poſt paſcha regnare cœpit anno Chriſti DCLXVII ut patet ex privilegio altero Vindiciani pro eccleſiâ Atrebatenſi dato. *Kalendis Maii anno* VII. *Theoderici regis, indictione* II. itemque ex aliis Vindiciani ejuſdem literis apud Baldericum in chronico Cameracenſi lib. I cap 25. in quibus Leodegarius epiſcopus ſubſcribit, VIII. *Idus Maias*, anno VII. *Theoderici regis. indictione* II. hoc eſt juxta æram noſtram Chriſti anno DC.LXXIV. cujus anni menſe Maio ſecunda erat indictio.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Aigradus monachus, aut quiſquis alius fuit vitæ S. Anſberti ex Fontanellenſi abbate Rothomagenſis præſulis interpolator, Baronium, Binium, Sirmondum, multoſque alios hactenus in fraudem induxit productis in vulgatum textum tribus minimum iiſque graviſſimis erroribus, quos hic breviter emendandos moneo, ne ſacram chronologiam commaculare diutius pergant. I. enim æræ Chriſti annus 682. in 692. mutandus; tum indictio x. in v. Anſberti denique pontificatus annus quintus in tertium reformandus, cum certo certius ſit die dumtaxat 20. menſis Auguſti anni 689. S. Audoenum Anſberti deceſſorem annos 90. natum, cum ſediſſet Rothomagi an. 43. m. 3. d. 10. ex Clipiacenſi villa prope Lutetiam Pariſiorum ad ſuperos abiiſſe. Plura qui volet conſulat lector R. P. Godefridi Henſchenii S. I. diatribam de tribus Dagobertis pag. 129. & chronici noſtri hiſtorici pag. 539. 545. 547. Porro hæc a nobis obſervatio non fuerat omittenda, quod diligentiſſimus atque infinitæ lectionis vir Sirmondus noſter ὁ μακαρίτης in mſ. codice S. Michaelis in periculo maris repererit adſcriptum annum regis Theoderici 16. cumque cum Atrebatenſibus diplomatis (quæ nos alias pluribus exſufflavimus) tanquam ἕρμαιον quoddam arripuerit ad ſtabiliendam annorum 24. regni Theodericiani epocham illam, quam nos primi eductis in aciem pluribus argumentis annos omnino 14. (non tantum 4. ut vulgo pleriqueomnes) Clotario ejus fratri natu majori vindicantibus falſam eſſe convicimus.

VITA,

EPISTOLÆ ET DECRETA LEONIS PAPÆ II.

LEO [a], natione Siculus, ex patre Paulo, [b] ſedit menſes decem, dies * ſeptem & decem. Vir eloquentiſſimus & in divinis ſcripturis ſufficienter inſtructus, Græca, Latinaque lingua eruditus, cantilena ac pſalmodia præcipuus, & in earum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus; lingua quoque ſcholaſticus, * eloquendi majori lectione * polita, exhortator omnium bonorum operum, * pleriſque florentiſſimam ingerens ſcientiam, paupertatis amator, & erga * inopem proviſor, non ſolum mentis pietate, ſed & ſtudii ſui labore ſolicitus. [c] Hic ſuſcepit ſanctam ſextam ſynodum, quæ per Dei providentiam nuper in regia urbe celebrata eſt, Græco eloquio conſcriptam, exequente ac reſidente piiſſimo & clementiſſimo magno principe Conſtantino intra regale palatium ejus, quod appellatur Trullus: ſimulque cum eo legati ſedis apoſtolicæ, & duo patriarchæ, id eſt Conſtantinopolitanus & Antiochenus, atque centum quinquaginta epiſcopi, in qua & condemnati ſunt Cyrus, Sergius, [d] Honorius, & Pyrrhus, Paulus, & Petrus, nec non & Macarius cum diſcipulo ſuo Stephano, ſed & Polychronius novus Simon, qui unam voluntatem & operationem in domino Ieſu Chriſto dixerunt, vel prædicaverunt, aut qui denuo prædicaturi fuerint aut defenſaverint. Sed ut & nunc duæ voluntates & operationes ipſius diſpenſatoris Chriſti & ſalvatoris Dei noſtri dicantur, ſicut eadem ſynodus ſtudioſiſſime in Latinum tranſlata declarat. Verumtamen * ſupraſcripti defenſores malorum hæreſeos, dum nollent a ſuo recedere propoſito per diverſa monaſteria ſunt retruſi. Qui prædictus ſanctiſſimus * vir abſolvit duos viros in percipienda communione, qui de regia urbe cum ſupraſcripto Macario & ceteris in Romanam directi ſunt civitatem, * qui nec dum a ſynodo anathematizati erant, id eſt, Anaſtaſium preſbyterum,

sbyterum, & Leontium diaconum ecclesiæ Constantinopolitanæ in die sancto Theophaniæ, exponentes videlicet per propria scripta fidem suam, juxta quod & sancta synodus determinavit, anathematizantes videlicet * omnes hæreticos, sed & suprascriptos viros complices quos sancta synodus vel sedes apostolica anathematizavit.

Hujus temporibus percurrente divali jussione clementissimi principis restituta est ecclesia * Ravennatis sub ordinatione sedis apostolicæ, defuncto archiepiscopo, qui electus fuit juxta antiquam consuetudinem in civitatem Romanam veniat * ordinandus. Hic fecit constitutum, quod archivo ecclesiæ continetur, ut qui ordinatus fuerit archiepiscopus nulla consuetudine pro usu pallii aut diversis officiis ecclesiæ persolvere debeat, * sed & ne Mauri quondam episcopi anniversitas aut agenda celebretur: sed & typum autocephaliæ, quem sibi elicuerant ad amputanda scandala sedis apostolicæ, restituerunt. Hic fecit ecclesiam in urbe Roma juxta sanctam Bibianam, ubi & corpora sanctorum Simplicii, Faustini, & Beatricis, atque aliorum martyrum recondidit, & ad nomen beati Pauli apostoli dedicavit. Hujus almi pontificis jussu ecclesia juxta velum aureum in honorem beati Sebastiani ædificata est, nec non in honore martyris Georgii. Hujus temporibus die decima sexta mensis Aprilis, indictione undecima, luna eclipsim pertulit. Post cœnam domini nocte pene tota in sanguineo vultu elaboravit, & nisi post galli cantum cœpit paulatim delimpidare, & in suum reverti * respectum. Hic fecit ordinationem unam per mensem * Iunii, die vigesima septima, presbyteros novem, diaconos tres, episcopos per diversa loca numero viginti tres. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum, sub die * quinto Nonas Julias. Et cessavit episcopatus menses 2. dies 22. Qui suprascriptus sanctissimus vir ordinatus est a tribus episcopis, id est Andrea Ostiensi, Ioanne" Portuensi, & Placentino Veliterniensi, pro eo quod Albanensis ecclesia episcopum minime habuit.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Leo.*] Ex canone secundo concilii Toletani XIV. infra aperte colligitur, Leonem creatum esse pontificem anno domini 683. Cum enim menses dumtaxat decem sedem pontificiam tenuerit, fueritque adhuc superstes tempore habiti concilii Toletani XIV. prout" manifeste * indicat canon 2. ejusdem concilii, certissimo indicio cognoscitur, ipsum non ante annum domini 683. thronum apostolicum conscendisse.

b *Sedit menses decem, dies 17.*] Defunctus IV Kalendas Julii, quo die in ecclesiasticis tabulis inter sanctos annumeratus habetur, sedit menses decem & dies octo. Baron. anno 684. num. 1.

c *Hic suscepit sanctam sextam synodum.*] Quando Leo pontifex arbitrio imperatoris electionem papæ confirmantis pontificatum administrandum accepisset, permisit idem imperator Romam redire sedis apostolicæ legatos, quos hactenus persuasu Theodori Constantinopolitani episcopi fortasse Constantinopoli diutius detinuerat. Acta synodalia Græce conscripta, a Theodoro, ut diximus, depravata, non autem (ut ille præ se ferebat) castigata, ad pontificem perferenda iisdem tradidit.

Quæ cum sanctus Leo accepisset, Latinitate donavit. Sed an eadem impostura Theodori Monothelitæ corrupta approbaverit? Nisi commentitiam esse dixeris ejusdem Leonis epistolam primam, cum communi sententia necessum est affirmare, quod sanctus Leo ea acta confirmaverit, quæ per legatos acceperat, quæve Theodorus inserto nomine Honorii corruperat, pluribusque adtitiis scriptis auxerat: atque ita pro defensione Leonis dicendum est, vel quod eam iniquissimam conditionem subire necessitas temporis exegerit, adeo ut si id non fecisset, damnata hæresis iterum revixisset, actaque synodalia abolenda fuissent: vel quod Leo præteritarum rerum ignarus nescivisset acta legitima synodi, eamque defensionem, qua Ioannes papa & Maximus abbas Honorii epistolas declaraverant & defenderant. Sed cum horum neutrum in pontifice culpa caruisset, alterutrum horum necessario est statuendum; vel quod acta concilii ante tempora Leonis incorrupta quidem extiterint, fuerintque tum demum depravata, cum Leonis epistola, quando post annos decem & viginti Monothelitæ decreta synodi impugnare cœperunt; vel quod ipsa epistola Leonis, sicut asserit Baronius, commentitia existat. Quibus conjecturis hanc suam sententiam auctor annalium confirmet, dicam infra in notis ejusdem epistolæ.

d *Honorius.*] Actis illis, quæ Leoni pontifici oblata fuerunt, nomen Honorii per imposturam Theodori dolose superadditum fuisse sentit Baronius. Quid de hac re judicent alii supra dixi.

OBSERVATIO PHILIPPI L'ABBE, S. I.

In tota pontificum Romanorum serie vix quicquam in priscis recentisque memoriæ scriptoribus occurrit intricatius initio, gestis atque obitu Leonis papæ II. quare ut mihi lectoribusque meis faciam satis pauca hic in antecessum ἀκροθιγῶς attingam atque observabo.

Anno Christi 682 ineunte die 10. Ianuarii indictione X. obiit aut saltem sepultus est Agatho papa post sedem annorum trium, mensium 6. & dierum 25. cum jam a die 16. Septembris absolutum fuisset concilium CP. III sive œcumenicum sextum labente adhuc apud Latinos ind. IX.

Leo II. paullo post Agathonis mortem electus est Romanus pontifex.

Audita morte Agathonis & electione Leonis Constantinus imperator die 13. Aprilis (non Decembris ut in vulgata editione legitur) ad Leonem scribit epistolam quæ extat Græce & Latine in fine sessionis XVIII.

Mense Iulio ind. X. redeunt legati ab Agathone papa anno 680. ad concilium generale missi, ejusque acta cum Constantini epistola referunt.

Die 15 Augusti ind. X. Leo II. accepta confirmatione ordinatur pontifex tum ab aliis, tum a Ioanne Portuensi episcopo qui unus fuerat ex legatis, ideoque dicendum est sedisse annum unum cum mensibus decem & diebus 14.

Vulgo tamen consecratio ejus die 15. Augusti anni seq. 683. affigitur vergente ad finem indictione XI. Quod si verum est, fatendum erit Leonem II. a Romanis electum atque interim pontificium munus pro dignitate obeuntem vix ac ne vix tandem post annum ac sex circiter menses consensisse in suam consecrationem præ summa animi demissione, aliasve ob causas.

Anno 683. ind. XI. die 16. Aprilis post cœnam domini luna tota pene nocte in sanguineo vultu elaboravit, & non nisi per galli cantum, hoc est paulo post mediam noctem inchoata jam feria sexta majoris hebdomadæ ex tenebris cœpit emergere, teste Anastasio. Hæc vero eclipsis contigit tempore hujus papæ Leonis, aut dumtaxat electi, aut etiam consecrati ex diversa numerandi ratione.

Maio mense indictionis (non X. sed) XI. examinatis per otium actis sextæ synodi quæ cum imperatoris epistola mense Iulio anni superioris revertentes legati retulerant, Leo aut electus tantum, aut jam ab anno superiori solenni more ordinatus, rescripsit ad imperatorem, quæque gesta fuerant in sexto œcumenico cōcilio approbavit. Sunt & qui hujus anni mēse Iunio Leonem mortuū velint.

Sub autumnum anni 683. inchoata jam, ut par est credere, indictione XII. misit Leo acta concilii œcumenici in Hispaniam per Petrum Regionarium S. R. E. notarium cum epistolis quæ extant: sed cum ea jam die 4. Novembris perfecto concilio Toletano XIII. dimissisque in suas civitates patribus delata fuissent, eorum lectio in anni sequentis Novembrem mensem prorogata est, quo concilium Toletanum XIV. celebratum fuit æra 722.

Interim die 28. Iunii anni 684. ind. labente XII. obiit Leo, eique die 20. Aug. successit Benedictus II. qui ad eumdem Petrum regionarium & ad Ervigium regem scripsit, obiitque die 7. Maii anni 685. ind. XIII. Illi porro chronologi qui mortuum Leonem contendunt anno 683. Benedicti primordia anno 683. consignant ejusdemque aut successoris pontificatum uno anno productiorem fuisse affirmant. Sed non est necesse circumscriptos a nobis aliisque limites perrumpere. Cum enim Petrus Regionarius a Leone anno 683. missus in Hispaniam jam absoluto concilio Toletano XIII. ibidem substitisset donec in sequentis concilii Toletani XIV. conventu annuo actis synodi œcumenicæ Hispani episcopi subscriberent, auditaque morte Leonis segnius forte urgeret Petrus quæ fuerant a Leone mandata, Benedictus ejus successor paulo post electionem ordinationemve suam eumdem data quæ extat epistola hortatus est, ut pro apostolicæ fidei firmitate cum summo pietatis studio com-

missum ministerium perageret. quod & fecit mense Novembri anni 684. ut ex can 2. Tol. XIV. datur intelligi.

a SACRVM RESCRIPTVM PIISSIMI ET CHRISTVM DILIGENTIS imperatoris Constantini.

Ad Leonem sanctissimum & beatissimum papam senioris Romæ missum per eos qui illinc directi erant a superstite Agathone sanctæ memoriæ.

Nuntiat Agathonis fidem a concilio fuisse approbatam, Macarium & socios, qui resipiscere noluerunt, Romam mitti. Hortatur ut hæreticos impugnet, & apocrisiarios ad se mittat.

Leoni sanctissimo & beatissimo archiepiscopo veteris & clarissimæ urbis Romæ, & œcumenico papæ. Missa est mense Decembri, indictione decima.

CÆLORVM æternum regnum & beatitudinem expetentes, & ad spiritualem adoptionem pia nostra consilia dirigentes, *&c. Extat supra sub finem sextæ synodi Constantinopolitanæ actione 18." pag. 1099. A. Græce & Latine una cum ejusdem Constantini imperatoris sacra ad synodum apostolicæ sedis antiquæ Romæ G. pariter & L. pag. 1105. A.*

NOTA SEVERINI BINII.

Hanc epistolã commentitiam esse probatur tribus cõjecturis.

a *Sacrum rescriptum.*] Hanc epistolam Constantini ad Leonem de fide suspectam esse asserit Baronius ex conjecturis hisce: primum, quod Leonem mense Augusto creatum non prius certiorem reddiderit de rebus in synodo gestis, quam post menses quatuor, in Decembri "nimirum; cui statim statum fidei indicasse oportebat. Secundo, quod initio epistolæ scribatur ipsam indictione decima ad Leonem esse datam, quo tempore Leo nondum "pontifex erat. Nam primus annus Leonis incidit in finem indictionis undecimæ, & principium indictionis 12. ut ex præcedentibus patet. Tertio, quod in ipsa epistola dicatur de synodo cogenda scriptas esse literas imperatoris ad Agathonem; cum certum sit ex præcedentibus non ad Agathonem, sed ad Donum papam hac de causa literas scripsisse." Vide Baronium anno 683. num. 6. & 8.

" die 13. indictione 10. anno 681. at tum adhuc vivebat Agatho quem ait Anast. sepultum 4. Idus Ianuarii. Quid vero si Decembrem vertas in Aprilem? " electio pontificis ab ejus solenni consecratione distinguenda, ut in aliis fieri solet. " Quibus acceptis Agatho misit secundum jussionem imp. legatos.

a EPISTOLA I. LEONIS PAPÆ II. AD CONSTANTINVM IMPERATOREM.

Exemplar relationis missæ a Leone sanctissimo & beatissimo papa senioris Romæ ad Constantinum piissimum & Christi amatorem imperatorem, confirmantis & approbantis quæ in sancto & universali sexto concilio gesta sunt & definita.

Piissimo & tranquillissimo domino victori & triumphatori, filio dilecto Dei & salvatoris nostri Iesu Christi Constantino imperatori, Leo episcopus servus servorum Dei.

REGI regum, in cujus potestate sunt regna mundi, pusilli cum magnis gratias agimus, qui ita in vobis terrenum contulit regnum, ut cælestia vos magis ambire concederet. Plus est enim, *&c. Extat supra ad calcem sextæ synodi Constantinopolitanæ actione 18." pag. 1109. D. Græce & Latine.*

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hanc epistolam Baronius allegato loco spuriam esse judicat: Primum ideo quod circa finem mense Maio indictionis " decimæ rescripta ponatur ad epistolam imperatoris, quam se mense Iulio ejusdem indictionis accepisse fatetur, quæ nisi mendosa probentur, manifestissime sibi contradicunt. Secundo, quod nullus mense Iulio pontifex esse potuerit, qui mense Augusto " creatus, decem tantum mensibus pontificatum administravit. Tertio, quod profiteatur se hanc epistolam scripsisse indictione decima, qua nondum pontifex creatus erat. Quarto; quod

Ex tribus conjecturis hæc epistola commentitia esse arguitur. " undecimæ legendum esse docet

A Honorium in Monothelitarum hæresi defunctum, adeoque justa anathematis sententia condemnatum esse scribat, quem publico funere Romana ecclesia sepelivit inter sanctos pontifices in ecclesia sancti Petri, cuique ut catholico pontifici in omnibus parentavit.

II. AD EPISCOPOS HISPANIÆ.

Sexti generalis concilii acta narrat, in quo damnatis hæreticis, catholicæ fidei definitio de duabus in Christo voluntatibus & operationibus promulgata fuit, quam transmittit omnibus manifestandam, cuique ipsi episcopi subscribere debeant.

Dilectissimis fratribus universis ecclesiarum Christi præsulibus per Hispaniam constitutis Leo.

B CVM diversa sint hominum studia, quibus humana dispensari creditur vita, unum est tamen pietatis officium, quod potest ad æternæ vitæ perducere quæstum & meritum; in quo omnem consortem fidei Christianæ æquum est studere. Cui nempe Spiritus sancti dignatio suæ gratiæ inspirat affectum, & inoffensum demonstrat operum bonorum effectum; quia *Spiritus* (ut dominus docet) *ubi vult spirat, & vocem ejus audis*, & quia ejus est incomprehensibilis gratia, connectit & perhibet; *& nescis unde veniat.* Scientes igitur ac satisfacti, quia est in vobis Christianæ religionis flagrans studium, ulnisque spiritualibus amplectimini semina cælestis C doctrinæ, & evangelicæ atque apostolicæ traditionis in vobis fructificat fervor & puritas, pro qua hæc sancta ecclesiarum omnium mater apostolica sedes usque ad victimam desudavit semper & desudat, & prius (si hoc divina majestas censuit) animam a corpore temporaliter deligit sequestrari, quam proditione sacrilega se a confessione veridica pro temporali delectatione vel afflictione sejungi. Quia citra hanc sicut æternæ beatitudinis præmium; quam sanctis suis dominus præparavit, adipisci non suppetit; ita, quod lugubriter ejulandum est, a Deo vivo & vero per errorem falsidici dogmatis factum exD torrem æternis cruciatibus evenit mancipari. Sed quia nunc per gratiam Dei Christianissimo filio nostro Constantino imperatore regnante (quem ad hoc pietatis officium elegit atque prælegit superna clementia) rectæ confessionis atque apostolicæ traditionis fulgor hæreticæ pravitatis expulsa caligine per totum orbem terrarum veluti clarum jubar effulsit, & pax atque concordia veritatis inter cunctos ecclesiarum Christi præsules regnat de pacifica in Christum confessione descendens; qui pax vera & salutaris est, per quem reconciliamur ad Deum. Sciat vestra sinceritas, & Christianis omnibus innotescat Dei omnipotentis mira magnalia: quia in Constantinopolitana urbe clementissimus E noster, imo beati Petri apostoli filius imperator, armatus zelo Dei, ac desiderio pietatis accensus, episcopis ex totius mundi partibus aggregatis, quod ex multo tempore fideliter cupiebat, dum censuit majestas superna per nuper elapsam " novam indictionem explevit. Vniversale itaque sanctum sextum concilium celebratum est, ad quod celebrandum ex prædecessoris nostri apostolicæ memoriæ domini Agathonis papæ persona presbyteri diaconique directi sunt. De diversis autem conciliis huic sanctæ apostolicæ sedis, cujus ministerio fungimur, subjacentibus, archiepiscopi sunt a nobis destinati, qui cum pio principe simul & omnibus qui ejus

mandato

mandato convenerunt ecclesiarum præsulibus præsidentes ac considentes, primum quidem sancta quinque universalia concilia, & venerabiles ecclesiæ patres, quorum libri ac testimonia hinc fuerant destinata, cum tomo dogmatico apostolicæ memoriæ nostri decessoris domini Agathonis papæ atque pontificis, & responsis totius nostræ synodi pro confirmatione duarum naturalium voluntatum & operationum in uno domino nostro Iesu Christo, & condemnatione eorum qui aliter docuerunt vel crediderunt, & hæc singula relegerunt ac retractarunt. Et quia quæ Dei sunt cum ejus timore atque amore scrutati sunt, ejus nutu vere per eos confessionis sinceritas demonstrata ac confirmata est: erga quod synodalis definitio dictis apostolicorum virorum consona protestatur; ex quibus vestram satisfieri dilectionem confidimus. Qui vero adversum apostolicæ traditionis puritatem perduelliones extiterant; abeuntes quidem æterna condemnatione mulctati sunt, id est, Theodorus Pharanitanus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus Constantinopolitani, cum Honorio, qui flammam hæretici dogmatis, non ut decuit apostolicam auctoritatem, incipientem extinxit, sed negligendo confovit: qui vero superstites ad veritatis confessionem per medelam pœnitentiæ converti noluerunt, de præsulari ac sacerdotali gradu dejecti sunt, id est, Macarius ex Antiocheno præsule, cum Stephano ex abba presbytero ejus discipulo, imo erroris hæretici incentore, & quodam sene Polychronio ex abba presbytero novo Simone: qui merito de ecclesiis Christi ut mercenarii infideles expulsi, quorum noxii successores & perversores extiterant, & huc exules deportati sunt, ut reatus sui & blasphemiarum in Deum opprobria recognoscant, sub contemptum ac denotationem fidelium omnium constituti. Et quia quæque in Constantinopolitana urbe universali concilio currente celebrato gesta sunt propter linguæ diversitatem, in Græco quippe conscripta sunt, & necdum in nostrum eloquium examinate translata; definitionem interim ejusdem sancti sexti concilii & acclamationem, quod prosphoneticus dicitur, totius concilii factam ad piissimum principem, pariterque edictum clementissimi imperatoris ad omnium cognitionem ubique directum, in Latinum de Græco translatum, per latorem præsentium Petrum notarium regionarium sanctæ nostræ ecclesiæ, vestræ dilectioni direximus; etiam acta totius venerandi concilii directuri dum fuerint elimate transfusa, si hoc & vestra bonis studiis fervens caritas delectatur. Hortamur proinde vestram divinis ministeriis mancipatam in fidei veritate concordiam, ut summam sedulitatem atque operam præbeatis, paribusque laboribus accingamini pro amore atque timore Dei, Christianæque profectu religionis, & apostolicæ prædicationis puritate, ut per universos vestræ provinciæ præsules, sacerdotes & plebes, per religiosum vestrum studium innotescat, ac salubriter divulgetur, & ab omnibus reverendis episcopis una vobiscum subscriptiones in eadem definitione venerandi concilii subnectantur, ac fit profecto in libro vitæ properans unusquisque Christi ecclesiarum antistes suum nomen adscribere, ut in unius euangelicæ atque apostolicæ fidei consonantia nobiscum & cum universali sancta synodo per suæ subscriptionis confessionem tamquam præsens spiritu conveniat: quatenus domino nostro Iesu Christo, cum in glorioso ac terribili potentatu ad judicandum advenerit, cum titulo orthodoxæ confessionis occurrens consortem se traditionis apostolicæ per manus suæ demonstret signaculum: ut dum apostolorum Christi quoque confessionem zelo veræ pietatis amplectitur, beato consortio perfruatur, revolvens semper in cordis arcanis sententiam domini prædicantis: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram patre meo, qui in cælis est.* Quia & nos, qui licet impares, vicem tamen apostolorum principis fungimur, dum vestrarum subscriptionum paginas cum Dei præsidio per latorem præsentium susceperimus, has apud beati Petri apostolorum principis confessionem deponimus, ut eo mediante atque intercedente, a quo Christianæ fidei descendit vera traditio, offeratur domino Iesu Christo ad testimonium & gloriam ejus mysterium fideliter confidentium ac subscribentium, qui vere de se confessionis præconium, quod per tot temporum lapsus hæreticis opprimebatur insidiis, ex inspirato per sedulum pii principis studium, clare veritatis radiis ubique concessit fulgescere. Oblata itaque salutis opportunitate, ut vere divinum munus efficaci sedulitate fructuosum vos hortamur ostendere, ut gloria vobis ante Deum accrescat de conscientiæ puritate. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi fratres.

Matth. 10.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hanc cum tribus sequentibus Baronius velut spurias rejicit, quod in omnibus & singulis inculcetur concilium œcumenicum nona indictione " absolutum fuisse, cum tamen acta novissimarum actionum testentur ipsam synodum decima actione absolutam esse. Et maxime quidem ideo quod his literis dicantur mitti in Hispaniam non ipsa acta synodalia, sed tantum definitio synodi, edictum imperatoris, & synodalis sermo acclamatorius, quæ sunt minima pars synodalium actorum. Verum canone secundo concilii Toletani XIV. testantur episcopi se cum epistola Leonis ipsa * integra acta synodalia accepisse. Veram igitur Leonis epistolam ad episcopos Hispaniæ cum actis synodalibus transmissam excidisse oportuit, solum spuriis & commentitiis adhuc extantibus. Manuscriptam hanc ex bibliotheca Toletana nobis communicavit reverendus & eximius vir dominus Iacobus Hutterus sanctæ theologiæ doctor, & metropolitanæ ecclesiæ Coloniensis canonicus presbyter, quam & cum editione epistolarum Romanorum pontificum contulimus.

" Pontifex non dixit omni ex parte absolutum IX. indict. sed tantum celebratum, quod verissimum est. Adde quod duæ tantũ actiones XVII. & XVIII. jam inchoata apud CP. X. Ind. diebus 11. & 16. Sept. celebratæ sint, antequam Romæ & in occidente indictio X. a die 24. ejusdem Sept. numerari cœpisset.

* vox illa abest a canone: neque vero integra mittere potuit, cum nondum fuissent ipso Leone teste e Græco Latine versa.

III. AD QVIRICVM EPISCOPVM.

Petrum a se cum epistola fuisse destinatum scribit, qui synodi ad definitionem & quædam munera defert.

Dilectissimo fratri Quirico Leo.

Ad cognitionem veræ dilectionis deducimus, quod latorem præsentium Petrum notarium regionarium sanctæ nostræ ecclesiæ illic properavimus destinare cum tractoria ad omnes una nobiscum Christi ecclesiarum antistites, simul etiam ad præcellentissimum atque Christianissimum regem filium nostrum, ad gloriosum comitem, contradictaque facientes eidem responsa circa definitionem venerabilis synodi, quæ per nonam nuper elapsam indictionem in Constantinopolitana urbe cum Dei præsidio pro stabilitate orthodoxæ nostræ fidei celebrata est: acclamationem quoque reverendissimorum

rum episcoporum in ea convenientium, & edictum piissimi filii nostri atque clementissimi imperatoris, cui pro Dei ministerio, quod suscepimus, & rectitudine apostolicæ fidei, (per quam salvari tam nos, quam commissas nobis animas præstolamus) providentiam atque concursum omnem exhibeat vestra in Christo dilectio, ut pro flagrantibus studiis euangelicæ atque apostolicæ fidei æternæ beatitudinis cum beatis Christi apostolorum principibus habere consortium mereamini. Deus te incolumem custodiat, dilectissime frater. Benedictionis itaque gratia crucem, clavem habentem de sacris vinculis auctoris nostri beati Petri apostoli, tuæ dilectioni direximus, ut præsulare meritum Dei & proximi caritas vinciat, & per vexillum salutiferæ crucis, Christo, qui in ea suspensus est, totius corporis membra clavis divinorum mandatorum obstringat, ut signaculo communitum, reseratis januis regni cælestis, apostolorum princeps ad secum perfruendum beatitudine æterna suscipiat.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Ex nomine Quirici imposturam colligit Baronius: nullus enim Hispaniæ episcopus hoc nomine appellatus reperitur alius, quam ille Quiricus Toletanus episcopus, qui ante annos septem vita defunctus, Iulianum, qui Toletano XIII. tempore Leonis II. interfuit, successorem habuit. Baron. prædicto anno num. 19.

IV. AD SIMPLICIUM COMITEM.

Narrat acta concilii. definitionem transmittit, cui episcopi subscribant, petens, ut ea in sua editione omnibus innotescere curet.

Domino glorioso filio Simplicio comiti Leo episcopus servus servorum Dei.

Hujus nomen non invenitur inter comites concil. Toletano XIII. subscriptos.

CUM sit vestræ salutis remedium vera in Deum confessio ex apostolica traditione descendens, cum qua beati martyres temporalia detestantes, & æternæ vitæ præmia meruerunt, pro qua probatissimi sanctæ ecclesiæ patres atque doctores diversa certamina & immensas afflictiones perpessi animam tradere, quam fidem veram prodere delegerunt: ex quorum regulari doctrina, quam nuncusque hæc sancta Christi ecclesia ab ejus apostolorum principe constructa atque præstructa prædicare cognoscitur, & per apostolicos successores salvatoris institutio per Dei gratiam ad nos usque pertigit, sed & præcessorum nostrorum pro ejus stabilitate nimium desudavit instantia. Verum post tot certamina & afflictiones innumeras diversis temporibus a veræ fidei infestis effectas, tandem superna clementia cor imperiale cælesti gratia præservans, & fervore suæ gratiæ ad indicandam veræ pietatis integritatem accendens, de diversis mundi partibus nuper concilium universale congregari disposuit, in quo etiam legati hujus sanctæ apostolicæ ecclesiæ (quam divina dignatione dispensandam suscepimus) & conciliorum & eidem subjacentium responsales, una cum serenissimo filio nostro imperatore pietatis insignibus & infulis redimito, in eodem sacro concilio convenientes, ex scriptis pontificalibus sanctorum patrum testimoniis roboratis, apostolicæ traditionis regulam hanc sanctam ecclesiam divino subnixam auxilio integre prædicare atque servare totis nisibus probaverunt. Tomus enim

Epistola Agathonis.

A domini Agathonis apostolicæ memoriæ magni pontificis, nostrique decessoris, quem ad tranquillissimum imperatorem direxerat, ita erat ex sanctorum conciliorum definitionibus, beatorum patrum testimoniis & assertionibus veritatis instructus, ut & integritatem apostolicę fidei lucidissime patefaceret, & erroris hæretici latebras revelaret, & ex ejus inexpugnabilibus dictis per gratiam Dei de hominum cordibus hæretici dogmatis sublata caligine lumen veræ confessionis effulsit. In quo mansuetissimi principis labor pro rectæ fidei pietate præclaruit, in sæculis omnibus collaudandus, ut eo favente cum Dei præsidio veritas apostolicæ fidei bra- B vium victoriæ sumeret, divinitusque concessum imperium pietatis insignibus decoraret. Ideoque & vos, gloriosissimi Christi ecclesiæ filii, in quibus pietatis desiderium pollet, euangelicæ atque apostolicæ prædicationi manum suffragando porrigite, ut & vestras Christianissimas regiones sinceræ fidei, quam diligitis, fulgor irradiet, ut apostolicæ prædicationi faventes atque collaborantes, consortium fidelium apud Deum habere mereamini, ad quem redigitur de eo veræ confessionis integritas. Quod enim ad nostrum officium, quibus animarum dispensatio commissa est, competebat; definitionem sancti sexti concilii per nonam indictionem in Constantinopolitana urbe celebrati, & acclamationem universorum reverendissimorum episcopo- C rum, quæ & Prosphoneticus dicitur, sed & edictum fidei a piissimo Augusto nostro serenissimo filio huc destinatum vestris quoque provinciis innotescere per latorem præsentium Petrum notarium regionarium sanctæ nostræ ecclesiæ & illuc dirigere affectu paterno maturavimus, ut de profectu euangelicæ atque apostolicæ prædicationis & merito fidei veræ consortes nobiscum unanimiter lætemini. Hortati autem sumus reverendissimos ecclesiarum omnium præsules; ut subscriptiones suas eidem apostolicæ synodali definitioni subnectant, & utpote pro filiis atque cum filiis patres sua nomina in hujusmodi libro vitæ describant, ad laudem fideliter concurrentium & Christi euangelium collabo- D rantium, & commendationem ad Deum, quem tunc meremur habere propitium, dum ejus fidem immutilatam sine tenus conservamus incolumem. Gloriam vestram gratia superna custodiat. Ad perpetuam proinde vestræ gloriosæ Christianitatis protectionem, venerabilem crucem, & clavem habentem de salutaribus vinculis auctoris nostri Petri Christi apostolorum principis, per præsentem gerulum direximus, ut cujus sinceram dilectionem geritis, & luminaribus fideliter providetis, traditionisque rectitudinem veraciter amplectimini, ejus jugiter apostolica tuitione salvemini.

E V. AD ERVIGIUM REGEM HISPANIÆ.

Ejusdem argumenti cum superiore.

Domino excellentissimo filio Ervigio regi Leo.

CUM unus extet rex omnium Deus, qui cuncta creavit ex nihilo, quæ vero creavit regit & continet, quia vere rex regum est, & dominus dominantium, idem incomprehensibilis, providentiæ suæ libramine, tam temporaliter quamque localiter diversos in terris regnare disponit. Quorum etsi divisa sunt regna, æqualiter tamen de singulis rationē dispensationis expetit, unamque

unamque de eis vere de se confessionis hostiam laudis expectat. Et hoc solum munere circa hominum genus complacatur ejus majestatis immensitas, dum a cunctis vera de eo confessio prædicatur, ut etsi dispositionum temporalium videtur esse diversitas, circa ejus fidei rectitudinem unitatis consonantia teneatur. Hoc etiam & in sanctis suis discipulis salvator mundi Dei Filius esse constituit, qui beatum Petrum sui vice discipulorum suorum instituit principem, cujus salutari prædicatione atque traditione ab hac " cuncta apostolica Christi ecclesia, velut a fonte prædicationis progrediente, cunctæ regiones, quibus etiam vestrum fastigium præsidet, ad cognitionem veritatis & viam vitæ perductæ sunt, regnique vestri culmen illustrat: & dum per gratiam Dei pietate regnatis, de temporali regno æternæ beatitudinis regnum acquiritis, ad quod perfectius obtinendum, sicut instanter oramus, dum Dei dignatione patrum ordine fungimur, & beati Petri apostolorum principis, licet impares, pro commisso divina ope ministerio locum implemus; ita prædicando atque commonendo ad beatæ vitæ meritum curamus provehere. Initiũ quippe æternæ beatitudinis obtinendæ rectæ apostolicæ prædicationis est regula: quam etsi labefactare olim quidam moliti sunt, hæreticos in ecclesiam Christi intromittere enitentes errores, sed euangelica veritas vincit pro ejus subtilitate & immutabilitate servanda diversas afflictionum insidias, hæc apostolica Christi ecclesia sustinuit semper & sustinet, & superna gratia suffragante illæsa persistit. Nunc autem (quod cum gratiarum actione in Deum exultantes effamur) per nonam nuper elapsam indictionem, piissimus atque Christianissimus noster, imo Dei ecclesiæ filius imperator ad apostolicæ memoriæ nostrum decessorem Agathonem papam atque pontificem scripta imperialia dirigens, affatim hortatus est, ut ab sancta apostolicæ sedis ecclesia de omnibus adjacentibus ei reverendis conciliis legatos tam de ecclesiarum præsulibus, quàque de aliis ordinibus ecclesiasticis cum dogmaticis literis venerabiliumque patrum libris ac testimoniis instructos, in regiam Constantinopolitanam urbem dirigeret, quod Dei nutu effectum atque perfectum est. Quibus illuc ab hoc adventantibus, concilium ex diversis partibus ejus pietas congregavit, & commissæ reipublicæ curis parumper sepositis, in venerando episcoporum fratrum concilio residens, veritatem apostolicæ traditionis, & rectitudinem fidei per sanctas synodos, venerabiliumque patrum testimonia, & assertiones prædictorum nostrorum apostolicorum pontificum subtiliter atque attente examinari fecit, & veræ fidei sinceritatem a legatis hujus sanctæ apostolicæ sedis monstrari. Quod per Dei gratiam imperii admittente præsidio inceptum atque peractum est, & perfectissime claruit veræ fidei nostræ veracitas juxta veneranda concilia, & probabilium patrum doctrinas, ut in uno domino nostro Iesu Christo Filio Dei, eodemque Deo vero atque perfecto, & eodem homine vero atque perfecto, sicut duas inseparabiliter & inconfuse confitemur naturas, id est, divinam & humanam, ita & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes eum omnes habere prædicemus, secundum qualitates & proprietates in eo concurrentium naturarum. Quia etsi cum unum Christum unamque personam sanctæ Trinitatis esse credamus, at & divinam & humanam naturam & harum naturarum proprietates inconfuse, indivise, & indiminute eum habere prædicemus. Verum piissimus imperator gratia sancti Spiritus animatus, & laborem pro Christianæ fidei puritate sponte perpessus, ecclesiam Dei catholicam ab erroris hæretici macula summis nisibus purificare molitus est, & quidquid offensionem Christianis populis poterat generare, de medio Dei ecclesiæ fecit auferri, omnesque hæreticæ assertionis auctores, venerando censente concilio condemnati, de catholicæ ecclesiæ adunatione projecti sunt, id est, Theodorus Pharanitanus episcopus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Paulus, Pyrrhus & Petrus, quondam Cõstantinopolitani præsules, & una cum eis Honorius Romanus, qui immaculatam apostolicæ traditionis regulam, quam a prædecessoribus suis accepit, maculari consensit; sed & Macarium Antiochenum cum Stephano ejus discipulo, imo hæreticæ pravitatis magistro, & Polychronio quodam insano sene novissimo, qui nuper per hæreticæ prædicationis fiduciam pollicebatur implere; neque rursus ad viam veræ confessionis saltem confusus converti æterna condemnatione multatus est, & omnes hi cum Ario, Apollinario, Nestorio, Eutyche, Severo, Theodosio, Themesio in deitate atque humanitate domini nostri Iesu Christi unam voluntatem unamque operationem prædicantes doctrinam hæreticam impudenter defendere conabantur: neque enim, ut sacerdotes Dei oportuerat, sanctarum scripturarum & patrum testimoniis hoc demonstrabant, sed mundanis sophismatibus euangelium Christi callide machinabantur pervertere. Quos omnes cum suis erroribus divina censura de sancta sua projecit ecclesia: & nunc, superno favente præsidio, in unam veræ fidei consonantiam omnes Dei ecclesiæ præsules ubique concordant, & factum est unum os, & labrum unum, unusque grex, & unus pastor Christus Filius Dei, qui unanimiter a cunctis ejus sacerdotibus atque sinceriter prædicatur. Idcirco & vestri Christiani regni fastigium studium pietatis assumat, quatenus hæc omnibus Dei ecclesiis, præsulibus, sacerdotibus, clericis & populis, ad laudem Dei, pro vestri quoque regni stabilitate atque salute omnium prædicetur. Vt Deus omnipotens ab omnibus populis unanimiter glorificetur ac collaudetur. Definitionem proinde sancti concilii, & acclamationem reverendissimorum episcoporum (quod Prosphoneticus dicitur) ad piissimum imperatorem, & edictum clementissimi imperatoris pro veræ fidei confessione constructum, & ubique mandatum per latorem præsentium Petrum notarium regionarium sanctæ nostræ ecclesiæ illuc prævidimus destinare, ut in eadem sacræ synodi definitione, tamquam pro spiritualibus filiis patres, omnes vestri religiosissimi regni ecclesiarum antistites juxta tenorem a nobis illuc destinatum subscriptiones suas sicut in libro vitæ per suæ confessionis signaculum ascribendus unusquisque subjungat, ut pax & concordia in ecclesiis Dei, vestri sublimis regni temporibus Deo concedente, vestraque Christianitate favente crebrescat, & maneat: ut qui vestrum culmen regnare disposuit, suæ fidei stabilitate subnixum concedat per plurima tempora

ANNO CHRISTI 683.

pora prospere ac sibi placite commissum populum dispensari. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

CONCILIVM TOLETANVM XIII.

QVADRAGINTA ET OCTO EPISCOPORVM,

Actum anno quarto Ervigii regis, æra DCCXXI. anno domini nostri DCXXCIII. sub Leone papa II.

Est provinciale.

ILLIBATÆ caritatis instinctu alternis visionum obtutibus redditi, & in unnm cœtum * fautore Deo pariter aggregati, in ecclesia videlicet sanctorum apostolorum Petri & Pauli, anno regni quarto serenissimi Ervigii principis, sub die pridie Nonas Novembris, æra 721. Cum unusquisque nostrorum debitis locaretur in sedibus, adfuit idem princeps, pleno fidei ardore subnixus, & humilitatis gratia decoratus: qui synodico cœtui deliberationis suæ vota commendans, & ut pro se Deum instantissime deprecarentur expostulans, hoc præsertim est allocutus sufficienti exhortatione concilium, ut ecclesiasticæ disciplinæ quæ congruunt, & corrigendis moribus quæ conveniunt, tractatus nostri evidentia sancirentur. Deinde religiosa vota suæ clementiæ, quibus subveniendum miseris definivit, synodali conventui confirmanda commisit; offerens videlicet sacris pontificibus tomum, obsecrans pariter & obtestans, ut quidquid illic venustioris calami respersione congestum, synodalis potentiæ conderetur ordine titulorum. Tunc nos pro suscepto a principe tomo gloriam dedimus Deo, & eidem principi benediximus glorioso. Idem tamen princeps postquam votorum suorum * insinuationem peregit, a conventu concilii gratiosus exivit. Tunc post præsentiæ principalis abscessum, hoc in tomi ipsius allegatione * pervenimus exaratum.

*auctore

* actionem

* reperimus

IN NOMINE DOMINI FLAVIVS Ervigius rex sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

ECCE, sanctissimi, religiosa pietate excolendi pontifices, & divini cultus instantissimi sectatores, coram cœtus vestri reverentia humilis devotusque prosternor, reclivis assisto, promptus astipulor: primum de conventus vestri aggregatione Patri luminum gratiarum copiam solvens; deinde votorum meorum studia vestris judiciis dirimenda committens. Nec enim fas est quemquam, etiam * si bonum sit opus, sine consilio agere: * cum tamen multum prosit bona cum consilio bonorum exegisse. Vnde, ut brevi exhortatione perorem, vota mea, quibus remedia pietatum exerceri delector, sensibus paternitatis vestræ agnoscenda insinuo: quæ tamen, ne oblitu quodam memoriam fugiant, & relationi propriæ curarum ea intercapedo subducat, in hujus tomi complicatione accipite * renotata. Illud primum volenti mihi miseris parcere convenit intimare, quod divulsam per tyrannidem nostri corporis partem in societatis nostræ gremium conamur reducere. Etenim retroactis divæ memoriæ prædecessoris nostri * Vvambæ regis temporibus, quæ in profanatoribus patriæ, cum Paulo quondam tyrannidem assumpserant, illata sit sententia ultionum, * quo per judicii universalis edictum, amisso testimonio, rebusque propriis caruerunt, * cuncta hæc vestræ sanctitudini nota sunt. Quos tamen, & in collegio societatis nostræ recipere, & rebus, quibus fas fuerit, devovimus * revestire. Nam & de accusatis modum volumus ponere justissimæ perquisitionis: quo sive de religiosis, sive de laicis quisquam accusationis cujusque * studio propulsatus, non occultis fraudibus vel violentiis comprimatur, * nec ad dandam professionem violenter arceatur, sed in communi omnium examine judicetur; quo secundum publicæ professionis suæ tenorem, aut offensibilis debitas damnationis pœnas excipiat, aut innocens ex judicio omnium comprobatus clarescat. Nam quid jam de tributorum fiscalium exactionibus referam? Quorum redhibitiones tantis debitorum cumulis increverunt, ut si exigi penitus jubeantur, & status * subruat funditus populorum, & * fragamine collisionis eorum ultimum terra sentiat propriæ prolapsionis excidium. Vnde his etiam talibus privatis seu etiam fiscalibus servis remedia pietatis præoptans nostra gloria affluenter impendere, omnes tributorum exactiones, quæ apud illos de retroactis temporibus * relucent, usque ad primum annum celsitudinis nostræ mansuetudo nostra illis omittendas laxavit, & stylo propriæ auctoritatis * omittendas instituit. Quas etiam * auctoritates sacrosancto cœtui vestro relegendas elegit. Illud quoque adjiciens loquar, quod votis nostris horribile & animis execrabile semper * est: cum nobilitate conditio libertorum vel servorum etiam adæquata, gentis nostræ statum degenerat. Ob quam rem, id nostræ gloriæ animis placet, ut exceptis servis fiscalibus, vel libertis, abrasa deinceps hujus malæ præsumptionis licentia, nullus, qui ex servitute quorumlibet servus sit, vel libertus, ad palatina officia transeat: quod si fecerit, * illi serviturum procul dubio reducendum se noverit, ex quo aut conditionis propriæ originem sumpsit, aut libertatis titulum reportavit. His votorum meorum insinuationibus allegatis, quæso, ut fortia paternitatis vestræ adjutoria * prorogetis: luce enim clarius constat, quod aggregatio sacrosancta pontificum, quidquid censuerit observandum, per sancti Spiritus donum * omni maneat æternitate perfixum, & ideo universitatem paternitatis vestræ, atque sublimium virorum nobilitatem, qui ex aulę regalis officio in hac sancta synodo * nobiscum sessuri præelecti sunt, obtestor pariter & conjuro, atque per ineffabile illud sanctissimæ Trinitatis sacramentum convenio, ut quid in medio vestri se judicandum vel retractandum invexerit, tam quæ per nos dicta, quam etiam cetera quæ vestris auditibus se ingesserint audienda, * cum omni vigore justitiæ & temperamento misericordiæ dirimere procuretis: quo cum omni reverentia patrum præcedentium regulis subdita totius unanimitatis vestræ sententia non aliunde quam ex veritatis fonte procedat: sicque & his quæ præmissa sunt solidum deliberationis stylum promptissime apponatis, & reliqua adhuc quæ necessaria sunt in peragendis ecclesiasticæ regulæ disciplinis, & dirimenda tractetis, & dirempta, * religiosa sub diligentia conscribatis.

*si nondum sit opus

* cum multa promisit Deus bona.

* annotata.

* Bambæ

ANNO CHRISTI 683.

* qui

* quæ cta

* devo

* studio fuerit pulsus

* nec ad

* subr

* frag

* adjac

* remittendas

* aucto

* est et litatis

* illie

* præs tis:

* omni est ad nitatem perf.

* vobi

* com vigore

* religiosori diligentia

tis. Qualiter dum doctrinam* respergitis salutarem in populis, Christum dominum* in emolumento justitiæ capiatis: ut & vobis prædicantibus, & nobis implentibus quæ divinis oculis * complacent, fit utrisque partibus & in hoc sæculo de lucro animarum ineffabile gaudium, & in futuro de * perventione æternitatis præmium inconvulsum. Datum sub die * pridie Nonas Novembris, anno feliciter quarto regni gloriæ nostræ, in Dei nomine Toleto.

Perlecto igitur * præeuntis tomi * necessario institutionum exorsu, prius de fide sanctæ Trinitatis sermocinationis nostræ cœpit esse principium: profitentes pariter, & credentes ea quæ de hac sancta Trinitate & euangelia tradunt, & apostolorum sanctiones instituunt; sicut Nicæna synodus hoc pietatis sacramentum exposuit; sicut Constantinopolitana definitio sanxit, vel primi Ephesini cœtus, atque Calchedonensis evidens doctrina constituit; juxta quod etiam sacrosancti symboli elucubrata professio claret, quæ in missarum solennitatibus patula cunctorum acclamatur fidelium voce.

Symbolum Nicæni concilii.

CREDIMVS in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ; visibilium omnium, & invisibilium conditorem: & in unum dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum; ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum ex Deo, lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero; natum, non factum; homousion Patri, id est, ejusdem cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit; & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, homo factus; passus sub Pontio Pilato: sepultus, tertia die resurrexit: ascendit in cælos; sedet ad dexteram Patris; iterum venturus in gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum, dominum, & vivificatorem; ex Patre & Filio procedentem; cum Patre & Filio adorandum & glorificandum; qui locutus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma, in remissionem peccatorum, & expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi. Amen.

Post hujus sanctæ fidei dispositam structuram, quasi super solidissimam petram, ceterorum negotiorum sequentium construximus fabricam; ut eo firmitate inconvulsibili durent, quo super fundamentum veræ fidei fuerint constructa perenne. Vnde & has in commune sententias, quas principis hortatu construendas accepimus, communi voto edidimus, quas etiam æterno reverentiæ vigore observandas fore censemus.

TITVLI CAPITVLORVM.

ANNO CHRISTI 683.

CAPITVLA.

I.

Præconabile signum est, illis semper negotiis interesse, quæ & a pietate incipiunt, & per pietatis viscera temperantur: *Pietas enim*, ut ait apostolus, *ad omnia utilis est.* (1. Tim. 4.) Cujus virtutis admirabili dono cor gloriosi atque religiosissimi principis nostri divino igne succensum decrevit pariter, & elegit, ut in unum cœtum omnes Hispaniæ aggregati pontifices, illa decernerent, quæ & gravedines pressurarum removeant, & sublevationis opem dejectis opulenter impendant. Primo igitur negotiorum exorsu, hortante pariter & jubente religiosissimo domino nostro Ervigio rege, decernendum nobis occurrit, ut omnes, quos scelerata quondam contra gentem & patriam conjuratio Pauli in perfidiam traxit, & titulo testimonii honestioris * abjecit (* abegit), ad statum dignitatis pristinæ redeant, & nulla deinceps illis ob hoc catena judicialis obsistat, sed omnes ita generosæ stirpis ac nobilitatis propriæ subeant decus, ut præteritæ infidelitatis nullum perferant dedecus. Quod etiam & de filiis eorum decernimus observandum, qui post admissum parentum præmemoratæ profanationis scelus nati esse produntur, sive de ceteris omnibus qui ex tempore divæ memoriæ Cinthilani regis simili hucusque infamationis nota respersi sunt. Et quia incassum a servitute exuitur, qui spoliis

ANNO CHRISTI 683.

qui spoliis premitur, hoc etiam adjiciendum præcelsi principis nostri clementia jussit, ut aggregati cœtus nostri sententia definiret, quo cum recepto testimonio dignitatis, congruis alerentur substantiis. Vnde consonam votis ejus sententiam præfirmantes elegimus, ut ea quæ de rebus eorum nulli donata, neque in stipendiis data, sed tantum fisci sunt * viribus applicata, unusquisque quod cuique proprium fuerit incunctanter per auctoritates regias possidendum recipiat, & receptum proprii arbitrii libertate disponat. Illa vero quæ de eorum bonis largitione principali cuilibet donata, vel in stipendio data sunt, in eorum jure, quibus concessa sunt, perpetim tenebuntur. Hujus ergo pietatis sententiam, quam, ordinante prædicto glorioso principe nostro formavimus, si quis immutandam elegerit, & tantæ misericordiæ fabricam subruere tentaverit, per judicium omnipotentis Dei, anathema sit.

* juribus

II.

Secundæ collationis objectu res nostro cœtui lacrymanda occurrit, quæ tanto est synodalis judicii pondere abigenda, quanta immensam stragem populis affert pariter & ruinam. Etenim decursis retro temporibus vidimus multos, & flevimus, ex palatini ordinis officio cecidisse, quos & violenta professio ab honore dejecit, & [a] trabale regum sanctione judicum aut morti aut ignominiæ perpetuæ subjugavit. Quod importabile malum & impietatis facinus exhorrendum religiosi principis nostri animus abolere intendens, generali omnium pontificum arbitrio retractandum invexit, & ultrici synodalis potentiæ auctoritate cohibendum instituit. Vnde congruam devotionis ejus sententiam decernentes, hoc in commune decrevimus, ut nullus deinceps ex palatini ordinis gradu, vel religionis sanctæ conventu, regiæ subtilitatis astu, vel profanæ potestatis instinctu, sive quorumlibet hominum malitiosę voluntatis obnixu, citra manifestum & evidens culpæ suæ indicium, ab honore sui ordinis, vel servitio domus regiæ arceatur: non antea vinculorum nexibus illigetur: non quæstioni subdatur: non quibuslibet tormentorum vel flagellorum generibus maceretur: non rebus privetur: non etiam carceralibus custodiis mancipetur: neque adhibitis hinc inde injustis occasionibus abdicetur, per quod illi violentia occulta vel fraudulenta professio extrahatur: sed is qui accusatur, gradum ordinis sui tenens, & nihil ante de supradictorum capitulorum nobilitate persentiens, in publica sacerdotum, seniorum, atque etiam gardingorum discussione reductus, & justissime perquisitus; aut obnoxius reatui detectæ culpæ legum pœnas excipiat, aut innoxius judicio omnium comprobatus appareat. Illos tamen quos in locis talibus manere constiterit, unde nocibilis perfugii suspicio sit, aut eos, quos pro conturbatione terræ diligentius oporteat custodiri, hos sine aliquo vinculorum, vel injuriæ damno, sub libera custodia consistere oportebit. Sic tamen repulso omni terrore, sub circumspecta & diligenti custodia habeantur, ut tempus, quo judicari eos oporteat, nullo modo sub fraudulentia dilatetur, quo ab uxoribus vel propinquis atque etiam rebus suis diutissime separati, professionem suam videantur dedisse inviti: quæ tamen, si data fuerit, modis omnibus non valebit: sed juxta superiorem ordinem, illud † tamen pro vero accipietur, quod ex ore ejus agnitum generali fuerit judicio comprobatum. Nam de ceterorum ingenuorum personis, qui palatinis officiis non hæserunt, & tamen ingenuæ dignitatis titulum reportare videntur, similis ordo servabitur: qui, etiamsi pro culpis minimis (ut assolet) flagellorum ictibus a principe verberentur, non tamen ex hoc aut testimonium amissuri sunt, aut rebus sibi debitis privabuntur. Quod si de infidelitatis crimine quidquam eis objicitur, simili, ut superius præmissum est, ordine judicandi sunt. Quod synodale decretum divino, ut confidimus, spiritu promulgatum, si quis regum deinceps aut temeranter custodire neglexerit, aut malitiose præterire præelegerit; quo quisquam de personis taxatis aliter quam præmissum est prædamnetur, aut astu congestæ malitiæ perimatur, vel dejectus sui ordinis loco privetur; sit cum omnibus, qui ei ex delectatione consenserint, in conspectu altissimi Dei Patris, & unigeniti Filii ejus, atque Spiritus sancti perenni anathemate ultus, & divinis vel æternis addicetur ardoribus concremandus. Et insuper quidquid contra hanc regulam sententiæ nostræ, aut in persona cujuscumque fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ extiterit judicatum, nullo vigore subsistat, quo persona ipsa aliter quam decernimus judicata, aut testimonii sui dignitatem amittat, aut quæstu rei propriæ careat. Nec enim hæc & talia promentes, principibus domesticæ correctionis potestas adimitur. Nam specialiter de laicis illis, quos non culpa infidelitatis astrinxit, sed aut servitii sui officio torpentes, aut in commis-

De gardingis habitis in tractatu de officio palatinis Gothorum in notis conc. Tolet. VIII.

† Scribitum, ut ibi: nam voces in Gothicis manuscriptis confunduntur.

commissis sibi actibus reperiuntur esse mordaces, vel potius negligentes, erit principi licitum hujusmodi personas, absque aliquo eorum † infamio, vel rei propriæ damno, & servitii mutatione corrigere, & in commissos talium alios qui placeant transmutare.

III.

Tertii ordinis gloriosæ insinuationis occursu liberalitas principalis longe lateque diffusa, nostro se invexit cœtui agnoscenda: quæ, sicut ex puro fonte regiæ provisionis processit, ita synodalis conventus debet sanctione præstringi. Et ideo religiosi principis nostri Ervigii regis affectus in toto gentis suæ ambitu usquequaque porrectus, de virtute in virtutem quodammodo gradiens, & quasi quibusdam passibus ad meliora conscendens, hoc per stylum regiæ auctoritatis decrevit, ut omne tributum præteritorum annorum, usque in anno primo regni sui, quod in privatis, sive in fiscalibus populis relucet, absolutionis perpetuæ debeat sanctione laxari: & tamen de ipsis tributis præcipiens thesauris publicis exhiberi, quæ exacta & non illata fuisse constiterint. Quod pietatis beneficium admirantes, non solum vigorem gloriæ definitioni ejus apponimus, sed & perpetuæ excommunicationi eum qui contra hæc venerit subjiciendum esse sancimus.

IV.

Pridianæ diei exercitia gloriosa, quibus per trium capitulorum annotationem pietas principalis se monstravit eximia, cogunt cœtus nostri reverentiam aliquid promulgare, * quo valeat & pietati regiæ vicem beneficentiæ reddere, & principali soboli ad futurum prodesse. Providentia enim salutaris semper est utilis; imo semper est utile, quod ad veram pertineat salutem. Et ideo piæ sollicitudinis cura extenti, defensionis decretum promulgare prælegimus in [b] regiam prolem; & tuitionis in futurum obtendere pietatem, qui paternis beneficiis nequivimus reddere vicem. De hoc sane principe nostro Ervigio rege id nos definisse conveniat, cujus provida fide pacato imperio regimur, affectu fovemur, præmiis fruimur, qui profanatoribus perditum libertatis decus restituit, qui de accusatis modum, quo justissime examinentur, decrevit, qui terram gentis propriæ & illæsam ab hoste servavit, & multiplici tributorum relaxatione erexit. Et ideo, qui tot erga gentis suæ populos ejus beneficia persentimus, dignum est, ut saltem ejus filiis fortia tuitionis ad futurum adminicula prorogemus. Contestamur ergo omnes præsentes, & absentes, seu etiam futuris temporibus subsequentes sacerdotes, vel principes, seu cujuscumque honoris aut ordinis homines, coram Deo & sanctis angelis ejus, ut nullus ad futurum posteritati ejus, vel gloriosæ conjugis suæ Liubigotoni reginæ, atque his qui gloriæ suæ filiis vel filiabus conjuncti esse noscuntur, seu etiam qui adhuc conjuncti non sunt, sed protinus conjungendi sunt, injustas lædendi occasiones exquirat: nullus occulte vel publice, per quæ abdicentur, malitiæ suæ contra eos vota extendat: non eos gladio vel qualibet perniciosa factione interimat: nullus consilium vel opus, quibus injuste dejiciantur vel nudentur rebus, exhibeat: nullus his injuste violentum tonsuræ signaculum imprimat: nullus vestem, contra ordinem gloriosæ conjugis ejus, vel filiabus suis, atque * nuris mutare præsumat: nullus etiam, extra evidentis culpæ indicium, aut exiliis eos relegandos inducat, aut eorum corporibus quarumlibet detruncationum vel flagellorum inferat detrimenta: quo cum præmemoratis omnibus, omnis ejus in tota ad futurum gloriosa posteritas; nec læsionis injustam perferat notam; nec rerum sentiat detrimenta. Si quis autem hominum, cujuslibet sit ordinis aut honoris; huic nostræ sententiæ non acquiescens, filios filiasve gloriæ suæ, una cum serenissima conjuge sua Liubigotone regina, vel supradictis omnibus amodo vel quandoque sine justo partis suæ negotio, aut lædendos impetierit, aut dejiciendos elegerit, vel ex propria deliberatione consenserit, quo aut de rebus sibi debitis injuste expoliati nudentur, aut dolo vel machinamento quolibet dejiciantur, sit æterno anathemate ultus, & futuri examinis judicio condemnatus.

V.

Execrabile facinus, & assuetæ admodum iniquitatis est opus, defunctis regibus superstitis ejus conjugis regale † torum appetere, & horrendis pollutionum maculis sordidare. Quis enim Christianorum æquanimiter ferat defuncti regis conjugem alieno postmodum connubio uti? aut secuturi principis libidini subjugari? Et quæ fuit domina gentis, sit postmodum prostibulum fœditatis? Et quæ toris extitit regalibus honoris regii sublimitate conjuncta, stupris eorum vel conjugiis, quibus pridem dominata est, abdicetur ut reproba? Quid ergo si moriuntur principes, numquid inhonorandas relinquunt sui corporis partes? aut

ANNO CHRISTI 683.

* sic Loaisa, Binius, &c.

† Sic supra habitum, & libellum, pro habitus, & libellus.

Margin (left, cut off): ...vox ...iam ...r. / ...nda ...onci-

Anno Christi 683.

aut quia ad gaudia cæleſtia Chriſtiani transſeunt reges, propterea ad contumeliam in ſæculo eorum devocandæ ſunt conjuges? Nuſquam ergo inhonorum eſſe oportet, quod honorandum convenit opportune haberi. Nulli ergo licebit ſuperſtitem reginam ſibi in conjugio ducere, non ſordidis contactibus maculare. Non hoc ſecuturis regibus licitum, non cuiquam hominum licebit eſſe permiſſum. Quod ſi facere tale aliquid quiſquam præſumpſerit, quo aut ſuperſtitem reginam, poſt decedentis principis mortem, ſibi in connubio copulet, aut adulterina pollutione contaminet, ſive ſit rex, ſive quilibet hominum, qui hujus noſtræ ſanctionis ſententiam violare præſumpſerit, ſit ab omni Chriſtianorum communione ſecluſus, & ſulphureis cum diabolo contradatur ignibus exurendus. Quicumque igitur hujus conſtitutionis noſtræ præſumpſerit convellere vel abradere ſanctionem, ſit nomen ejus abraſum & deletum de libro vitæ, ut Tartareas judicii pœnas excipiat, qui hæc decreta honeſtatis devoverit violanda.

VI.

Sæpe offuſcat nobilium genus ſubrectum ſervitutis importabile dedecus; quod & generoſos adæquatum infamat, & dominis plerumque notam proditionis importat. Multos enim ex ſervis vel libertis plurimum ex regio juſſu novimus ad palatinum fuiſſe pertractos officium, qui tamen affectare cupientes ſublimitatem honoris, quam illis ſubtrahebat natio offuſcatæ originis, dum æquales dominis per ſuſceptum palatinum officium facti ſunt, in necem dominorum ſuorum vehementius graſſaverunt. Et, quod nefas eſt dicere, etiam hi qui a dominis ſuis libertatis beneficio potiuntur, ipſi quoque dominis ſuis regio juſſu [c] tortores exiſtunt. Nam quid jam, ſi præcedentium & antiquorum hiſtorica narratione memoremus excidia, in qua obſcœna ſervitutis conditio dominorum ſæpe ſuorum caſum operiens, & regnum pariter labefactare fecit, & dominos? Ac proinde hortante pariter ac jubente prædicto glorioſiſſimo principe, hoc noſtri cœtus aggregatio obſervandum inſtituit, ut exceptis ſervis, vel libertis fiſcalibus, nullus ſervorum, atque etiam libertorum quorumlibet, deinceps ad palatinum quandoque tranſire permittatur officium: nec etiam locorum fiſcalium, atque etiam proprietatis regiæ adminiculatores vel actores fieri quolibet tempore admittantur: ſed conditionis ſuæ uſum deinceps unuſquiſque ſervorum vel

Idem ſæpe a Romanis imperatoribus factum conſtat.

libertorum veraciter reminiſcens, ita ſibi ab ordine palatino extorris proficiat, ut dominis ſuis, vel dominorum ſuorum poſteritati, nec noceat, nec æqualis exiſtat. Quod ſi deinceps, quorumcumque ſit libertus, ſeu etiam ſervus, vel omnis eorum adfutura progenies, qui poſt hujus ſanctionis noſtræ ſententiam ad officia præmiſſa accedat, illic quolibet tempore aut ſerviturus aut obſequendus modis omnibus contradatur, ex quo aut ſervitutis originem duxit, aut libertatis decus ſubire promeruit.

VII.

Væ his [d] *qui faciunt opus domini fraudulenter & deſidioſe*, propheticus ſermo annuntiat. Et ſi illi væ incurrunt qui negligenter opus domini faciunt, quod ſupplicium merebuntur qui divinæ ſervitutis cultum, malitia intercedente, ab altaribus Chriſti ſubducunt? Illos dicimus, qui obſtinatæ mentis doloſitate confuſi, cum aliqua eos moleſtia fraternorum jurgiorum pupugerit, inſana illico temeritate abrepti, altaria nudantes ſacratis veſtibus exuunt, luminaria ſubtrahunt, ac divinorum ſacrificiorum cultum, malitia intercedente, ſubducunt. Et quod in hominibus ſe vindicare non poſſunt, injuriam Deo (quod pejus eſt) inferunt. Vnde ſi hujuſmodi pro fraterno odio homicidæ reatu aſtringitur, pro contemptu divino quid pœnæ merebitur? Etenim juxta quod divinus ſermo increpat: *Si peccaverit vir in virum, placari ei poteſt Deus:* * *ſi quis autem peccaverit in Deum, quis pro eo rogaturus eſt?* Facile ergo talium ſacerdotum exceſſibus illa domini ſententia coaptabitur, qua malitia percutitur ſacerdotũ. Dicit enim: *Honorificantes me honorificabo; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Quicumque ergo ſacerdotum, vel miniſtrorum, deinceps cauſa cujuſlibet doloris, vel amaritudinis permotus, aut altare divinum, vel veſtibus ſacratis exuere præſumpſerit, aut qualibet alia lugubri veſte * accingi; ſeu etiam ſi conſueta luminariorum ſacrorum obſequia de templo Dei ſubtraxerit, vel extingui præceperit, aut quodcumque lugubritatis in templo Dei induxerit, atque (quod pejus eſt) occaſionem nutrierit, unde de templis domini aut officia cõſueta deſint, aut oblatio ſingularis ſacrificii videatur in aliquo defraudari; ſi eum antea veræ pœnitudinis coram metropolitano ſatisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetuæ mancipatus, juxta ſuperiorem ſententiam domini, & loci ſui dignitate ſe noverit & hoc honore privari. Illis procul dubio perſonis ab hac ultionis ſententia

ſeparatis

Ierem. 1. Reg. * ſi autem in dominum peccaverit quis. Alludit ad illud Ioan. I. epiſt. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. 1. Reg. 2. 26. quicumque ſacerdos. * accinxerit;

separatis, quæ aut contaminationem sacrorum ordinum, vel subversionem sanctæ fidei metuentes, aut hostilitatem, vel obsidionem præferentes, seu etiam divinorum judiciorum sententiam metuentes, tale fecisse contigerit: in quorum facto plus humilitas, qua Deus placetur, quam interni laboris dolositas declaratur.

VIII.

Si generaliter obediendum omni fratri intantum a Christo præcipitur, ut non solum si angariati fuerimus passibus mille, obedientiæ vota paremus, sed etiam gemino id caritatis officio peragamus, jam quomodo obediendum est præeminenti? [e] Quibus apostolus ita obedire præcepit, ne de inobedientia fratris videantur ullo modo contristari. Accedit enim multoties, ut causa salutis alicujus, vel collationis necessariæ, evocati a principe vel metropolitano confinitimi sacerdotes, venire differant, & diversis excusationibus agant, quibus implere quę jubentur omittant: hac de re nascitur & difficultas ordinibus, & contemptus majoribus. Et ideo si quis episcoporum a principe, vel metropolitano suo admonitus, designato sibi dierum rationabili ad veniendum spatio, sive pro festivitatibus summis, pascha scilicet, pentecoste, & nativitate domini celebrandis, sive pro causarum negotiis, seu pro pontificibus consecrandis, vel pro quibuslibet ordinationibus principis, excepta inevitabili necessitate infirmitatis, quæ testibus possit comprobari idoneis, ad constitutum diem venire distulerit, contemptorum se noverit excommunicatione multari; si tamen exceptis supra taxatis capitulis, aut fluminum, aut aerum procellosa immensitas, ad præfinitum diem aditum ei subduxerit properandi: quod tamen & hoc ipsum convinci idoneis testibus oportebit. Hanc etiam & illi ex pontificibus sententiam merebuntur excipere, qui exortos contra se clamores negotiorum admoniti a metropolitano distulerint emendare atque compescere, aut si admoniti ut ad judicium [f] primæ sedis accedant, aut per se noluerint properare, aut vades suos neglexerint legaliter informatos dirigere.

IX.

Licet unanimi consensionis nostræ judicio gesta synodalia Toletani concilii duodecimi acta sunt atque disposita, quæ anno primo gloriosi principis Ervigii in hac urbe regia celebrata sunt, nunc tamen, iterato inconvulsibilis nostræ definitionis assensu, ea ipsa gesta, prout gesta sunt vel conscripta, omni temporum æternitate valitura decernimus, & omnimodæ soliditatis vigore firmamus, juxta ordinem capitulorum, qui in eisdem gestis conscriptus esse probatur; id est: De agnita, & confirmata prælectione fastigii principalis in nomine gloriosi domini nostri Ervigii regis. Item de his qui pœnitentiam non scientes accipiunt. Item de culpatorum receptione, vel communione apud ecclesiam. Item ut in locis, ubi episcopus non fuit, * nunquam episcopus ordinetur. Item de quorumdam consuetudine sacerdotum fœdissima, qui oblatis Deo per se sacrificiis non communicant. Item de concessa Toletano pontifici generalis synodi potestate: ut episcopi alterius provinciæ cum conniventia principum in urbe regia ordinentur. Item de recepto testimonio personarum, qui per legem, quæ de promotione exercitus facta est, testificandi licentiam perdiderunt. Item de his qui uxores suas, divortio intercedente, relinquunt. Item de confirmatione legum, quæ in Iudæorum nequitiam promulgatæ sunt, juxta earumdem legum præfixum ordinem titulorum, qui in eodem canone annumerantur. Item de his qui ad ecclesiam confugium faciunt. Item de cultoribus idolorum. Item de interdicto temporis constituti, quo debeat concilium celebrari. Item conclusio definitionum, in qua & Deo gratiæ referuntur, & pro principe exoratur; statuentes videlicet, ut qui contra supradictorum capitulorum decreta venire præsumpserit, & ecclesiasticæ excommunicationis sententia feriatur, & ad legem gloriosi principis, quæ in confirmatione ejusdem concilii facta est, teneatur obnoxius.

* nusquam

X.

Tertia dies concilii.

Tertii diei necessario collationis eventu, visum nobis est antiquorum patrum indagare de pœnitentium regulis institutum. Etenim digno nobis venerandus honore sanctissimus [g] frater noster Gaudentius, Valeriensis sedis episcopus, per vicarium personæ suæ ad concilium destinatum, congressus est nostri reverentiam cœtus; insinuans sacrosancto synodali conventui, quod incommodæ valetudinis nimietate præventus, per manus impositionem subactus fuisset pœnitentiæ legibus. Sed utrum accepta pœnitētia, liceret sibi præcepta sui ordinis contrectare mysteria, vel missarum solita explere officia, per synodalia institutionis se maluit certificari responsa. Tunc collatis in unum de hujusmodi canonicis instrumētis, hoc sancta synodus definivit, ut reconciliatione præmissa, soliti ordinis reten-

ANNO CHRISTI 683.

retentet officia. [h] Si enim regulæ præcedentium patrum, eos qui pœnitentiam in discrimine mortis accipiunt, & nulla de se manifesta scelera confitentur, (si adsit tamen in his & talibus probitas morum) ad ecclesiasticos gradus pervenire permittunt, quanto magis, ut hi qui in ipso sacerdotio constituti pœnitentiam accipiunt, a sui ordinis officio retrahantur? tantum si se ipsi mortalium criminum professione propria non notarunt. Cum enim omnis sacerdos tunc sibi licitum sacrificare sciat, quando [i] a malis actibus vacat, qua ratione, qui pœnitentiæ remedium suscipit, quod datur in remissionem peccati, a sacrificiis divinis se abigit? Pœnitentia enim ad hoc suscipitur, ut peccatum diluat, & peccati sordes hominem iterare non sinat. Qui ergo confidit per susceptam pœnitentiã dimissa sibi peccata, cur confidenter ad altare domini non accedat? vel cur ordinis sui non audeat retentare officia, cum hoc alteri non liceat, nisi ei qui se a peccatis abstineat? Etenim cum pœnitentiam accipimus, ad similitudinem conditoris nos reformare conamur. Reformatio igitur ipsa medicamentũ est, quo delentur piacula. Si enim medicamentum istud assumitur recte, creatori suo anima reformatur, recte etiam sacrificandi Deo cultus assumitur; quia in eo similitudo conditoris agnoscitur: si autem pœnitentiæ medicamentum subtrahitur, quod in remissionem peccatorum accipitur, ad similitudinem factoris uspiam non venitur. Etenim pœnitentia (ut dictum est) in remedium peccati accipitur; sacerdotium vero propter munditiam retentatur: ut hoc sacerdotis & vita, ita fructu bonorum operum floreat, quo & in se delicti passiones extinguat, & prædicamento suo in aliis peccati regnum potentialiter destruat. Huic igitur taliter, ut præmisimus, sacerdoti viventi quid oberit, si post acceptas pœnitentiæ leges divinis altaribus propositionis offerat panes? Aut numquid pœnitentiæ donum, quod in remedium fit peccati, in prohibitione devocandum est sacramenti? Nusquam ergo pœnitentiæ præcepta privabunt jura cælestia. [k] Pœnitens enim abstinere a peccatis pariter & negotiorum sæcularium tumultibus debet, non ab iis quæ sancta videntur & summa se abstrahere, quæ operantem plus expiant, quam commaculando deturpant. Scriptum est enim: *Sacerdos ad hominem mortuum non accedat*; [l] id est, mortalium criminum se implicatione non polluat. Non enim dicit Deus, ut sacerdos ad sacra quæque non auderet accedere, de quibus præceperat, ut nullo modo sacerdos de sanctis exiret; sed ut mortis opera non auderet contingere. Ergo abigenda sunt ab omni sacerdote quæ maculant, exercenda quæ mundant. His ergo rationabili sanctione præmissis, hoc sancta synodus definivit, ut stante priscorum canonum sanctione, quicumque pontificum, vel sacerdotum, deinceps per manus impositionem pœnitentiæ donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notaverint, tenorem retentandi regiminis non omittant: sed per metropolitanum, reconciliatione pœnitentium more suscepta, solita compleant ordinis sui officia vel cetera mysteriorum sibi credita sacramenta. Hoc tantum est observandum, ut si aut ante acceptionem pœnitentiæ adjudicatus, nec reconciliatus reperitur pro culpis, aut si in ipsa perceptione pœnitentiæ reconciliatus implicatum se dixerit mortalibus factis; juxta æstimationem metropolitani abstinere hujusmodi oportet a præmissis officiis. Ceterum, si (ut dictum est) sub pœnitentiæ perceptione consistens, nihil mortalis criminis se admisisse prædixerit, attamen, quod fateri hominibus erubescit, absconsum intra claustra sui pectoris delitescit; noverit ipse sibi de se potestatem esse concessam, ut juxta conscientiæ suæ fiduciam, utrum audeat, aut non audeat sacrificare Deo, ex sui potius arbitrii potestate, quam ex nostri judicii permissione procedat.

Levit. 21. ubi legitur *ad omnem mortuum*. Sic interpretatur hunc locum Hesych. in Levit. cap. 21.

XI.

Multæ super hoc capitulum [m] patrum præcedentium sententiæ manaverunt, quod multiplici prohibitione sancitum est, ut alterius [n] clericum [o] nemo solicitare, nemo fugientem recipere, nemo etiam aut obcelare, aut ordinare auderet. Sed quia, abundante iniquitate, & refrigescente caritate, nec honestas attenditur, nec cupiditas inhibetur, agendum est, ut quos impunis admonitio non emẽdat, evidens sententia damnationis coerceat. Placuit ergo, ut nullus alienum presbyterum, abbatem, ministrum, subdiaconum, vel quemlibet clericum, seu etiam monachum fugientem, vagumque suscipiat, non ad fugam suadeat, non fugæ latibulum præbeat, non apud se habito vel retento humanitatem impendat; non occasiones, quibus quasi se nesciente alibi lateat, turpi oppositione confingat: nam horum omnium casibus non solum turpatur honestas, sed frequẽti dolorum acerbitate confoditur fraternitas. Etenim si dicat quis simplici animo alterius clericum suscepisse, nec nosse eum fugitivum existere, tunc evidens innocentiæ

Matth. 24.

innocentiæ suæ puritas approbanda est, quando eum, quem suscepit, & infra octo dies juxta legum sanctionem judici præsentaverit, & infra tempus legibus constitutum, illuc fugitivum reduxerit, unde per fugam vagabundus exivit. Quicumque ergo ex pontificibus, seu sacerdotibus, vel ministris, ceterisque religiosis hujus institutionis nostræ violaverit sanctionem; si hujusmodi susceptor episcopus est, & eum quem suscepit, cum his quæ habere potuit, & ei, a quo evagatus est, sine dilatione restituet; & insuper, ut vere sacrilegus, & transgressor institutionis paternæ, tanto tempore excommunicatum, & remotum se a suis officiis noverit esse, quanto eum qui fugit sub sua potestate contigerit remoraste. Si autem hujus constitutionis nostræ prævaricator presbyter, diaconus, vel quilibet ex religiosis videatur haberi, reddito eo, cum rebus sibi debitis, quem suscepit, ipse solus apud eum anno integro sub pœnitentiæ censura deputatus tenebitur, cujus fugitivum suscepisse monstratur. Quicumque tamen talibus humanitatem impendunt, eadem & simili censura legum exquirendos & obstringendos se noverint, qua susceptores fugitivorum legum sanctione præmonentur adstringi. Illi autem qui prædecessorum suorum id actum esse temeritate contendunt, tunc immunes ab hujus ultionis sententia habebuntur, si a tempore ordinationis suæ, infra duorum mensium spatium, ejus, qui apud se est, & latebram publicaverint, & personam domino fugitivi reduxerint. His sane, qui de confinitimis episcopis, ceterisque ecclesiarum rectoribus ad metropolitanum suum pro causarum suarum necessitate confugiunt, sicut licentia talibus perfugii datur, ita hi, qui eos susceperint, damnari, utpote receptores fugitivorum non poterunt: præsertim si & publice illos apud se habeant, & eos, cum quibus actiones habuerint, ad reposcentis vocem conventuros admoneant.

XII.

Quicumque ex clericis vel monachis, causam contra proprium episcopum habens, ad metropolitanum suum causaturus accesserit, non ante debet a proprio episcopo excommunicationis sententia prædamnari, quam per judicium metropolitani sui, utrum dignus excommunicatione habeatur, possit agnosci. Quod si ante judicium quis episcoporum in talium personas excommunicationis sententiam præmiserit, illis penitus quos ligaverint absolutis, in se illam noverit retorqueri sententiam. Quod etiam & inter metropolitanos convenit observari; si prægravatus quis a metropolitano proprio, ad alterius provinciæ metropolitanum molestiam pressuræ suæ agnoscendam detulerit: aut si inauditus a duobus metropolitanis, ad regios auditus negotia sua perlaturus accesserit; & ob hoc excommunicationis jugulum a proprio episcopo illi videatur infigi, hoc tantum est observandum; ut, si prius unumquemque excommunicationē contigerit suscepisse, antequam a proprio episcopo ad alium pertransiret, tamdiu excommunicatus apud eum, cujus judicium petiit, habeatur, quamdiu excommunicatoris sui objectibus, utrum juste an injuste alligatus sit, agnoscatur.

XIII.

His ergo synodicis institutis subscriptionis nostræ robur * apponimus, & sub tenore divino, perenni ea quæ decrevimus memoriæ consecramus, dantes immortali Deo nostro gloriam pariter & honorem, cujus inspiratione aguntur omnia quæ salubriter exercentur. Invictissimo quoque atque religiosissimo principi Ervigio regi multiplicem gratiarum exhibitionem persolvimus, cujus clementissimo jussu in unum cœtum aggregandi convenimus. Sit illi pax optabilis & beata: ducat quoque tempora pro cursu longioris ævi felicia; & post imperialia terreni regni sceptra coronandus perveniat ad cælestia regna, præstante Iesu Christo domino Deo & salvatore nostro, qui cum patre, & sancto Spiritu, unus in Trinitate vivit & gloriatur Deus in sæcula sæculorum. Amen.

* apponitur.

SUBSCRIPTIONES.

Episcopi.

Ego Iulianus indignus sanctæ ecclesiæ Toletanæ metropolitanus episcopus instituta a nobis definita subscripsi.
Liuba Bracarensis metropolitanus episcopus.
Stephanus Emeritensis metropolitanus episcopus.
Floresindus Hispalensis metropolitanus episcopus.
Leander Illicitanæ sedis episcopus.
Palmatius Vrcitanus episcopus.
Concordius Palentinæ sedis episcopus.
* Mumulus Cordubensis episcopus.
Antonianus Bastitanus episcopus.
Theuderacius Assidonensis episcopus.
Stercorius Aucensis episcopus.
Geta Eliplensis episcopus.
* Monofonsus Egitaniensis episcopus.
Froaricus Portucalensis episcopus.
Gregorius * Oretanus episcopus.
Agricius Complutensis episcopus.
Proculus Bigastrensis episcopus.

* Mommolus
* Monefonsus
* Oretanæ sedis

ANNO CHRISTI 683.

Miro Conimbrienſis epiſcopus.
* Creſcitarus Biterrenſis epiſcopus.
Cicilius Dertoſanus epiſcopus.
Ella Segontienſis epiſcopus.
Sonna Oxomenſis epiſcopus.
Simpronius Arcavicenſis epiſcopus.
Reparatus Veſenſis epiſcopus.
Cuniuldus Italicenſis epiſcopus.
Hilarius Aurienſis epiſcopus.
Gundulfus Lamecenſis epiſcopus.
Felix Irienſis epiſcopus.
* Atula Caurienſis epiſcopus.
Bellitus Oſſonobenſis epiſcopus.
Eufraſius Lucenſis epiſcopus.
Ioannes Pacenſis epiſcopus.
Oppa Tudenſis epiſcopus.
Aſturius Setabitanus epiſcopus.
Deodatus Segobienſis epiſcopus.
Tructemundus Elborenſis epiſcopus.
Siſebaldo Tuccitanus epiſcopus.
Vincentius Magalonenſis epiſcopus.
* Vnigirus Abelenſis epiſcopus.
Theodulfus Aſtigatanus epiſcopus.
Gratinus Egabrenſis epiſcopus.
Sarmata Valentinus epiſcopus.
Brandila Laniobrenſis epiſcopus.
Holemundus Salmanticenſis epiſcopus.
Florus Menteſanus epiſcopus.
Olipa Segobrienſis epiſcopus.
* Euſendus Ilerdenſis epiſcopus.
Ara Olyſipponenſis.

Abbates.

Abſalius abbas.
Fauſtinus abbas.
Gerontius abbas.
* Gaſtorius abbas.
Siſebertus abbas.
Felix archipreſbyter.
Viſandus archidiaconus.
Vincentius primicerius.

Vicarii epiſcoporum.

Pacatus * abbas agens vicem Sunifredi epiſcopi Narbonenſis.
* Spaſandus archidiaconus agens vicem Cypriani epiſcopi Tarraconenſis.
Laulfus diaconus agens vicem Idalii epiſcopi Barcinonenſis.
Giſibertus diaconus agens vicem Anſemundi epiſcopi * Lotoebenſis.
Freidebadus abbas agens vicem Valderedi epiſcopi Cæſarauguſtani.
Veremundus abbas agens vicem Clari epiſcopi Elenenſis.
* Gratinus preſbyter agens vicem Argebadoni epiſcopi Eliberitani.
Samuel preſbyter agens vicem Ioannis epiſcopi Egarenſis.
Seſuldus agens vicem Felicis epiſcopi Dianienſis.
Citruninus abbas agens vicem Stephani epiſcopi Carcaſſenſis.
Audericus presbyter agens vicem Eufraſii epiſcopi Calagurritanenſis.
Audericus presbyter agens vicem Rogati epiſcopi Beatienſis.
Dexter diaconus agens vicem Primi epiſcopi Agathenſis.
Vnicomalus diaconus agens vicem Atilani epiſcopi Pampilonenſis.
Andebertus abbas agens vicem * Gadiſcaldi epiſcopi Oſcenſis.

* Creſciturus
* fort. Avila
* Vnigiris
* Euredus
* Caſtorius
* indignus abbas
* Iſpaſandus
* de Totela.
* Lotovenſis
* Gratianus preſbyter, Ioannis Egarenſis epiſcopi, & mox Siſuldus abbas, Steph. Carcaſſenſis epiſcopi: ita ut duo epiſcopi omittantur.
* Gadiſcli

A Leopardus abbas agens vicem Potentini epiſcopi Vticenſis.
Tuentius presbyter agens vicem Riccilani epiſcopi Accitanenſis.
* Florentius agens vicem Leuberici epiſcopi Vrgelitanenſis.
Vincentius abbas agens vicem Gaudentii epiſcopi Valerienſis.
Segarius abbas agens vicem Gundilani epiſcopi Impuritani.
Stabilius abbas agens vicem Iacobi epiſcopi Gerundenſis.
Baromellus diaconus agens vicem Auſterii epiſcopi Tyraſſonenſis.
B Calumnioſus diaconus agens vicem Samuelis epiſcopi Malacitani.
* Ciexa presbyter agens vicem Vviſefredi epiſcopi Auſonenſis.
Ioannes abbas agens vicem Reginci epiſcopi Aucenſis.
Leopardus abbas agens vicem Aurelii epiſcopi Aſturicenſis.
Habitus diaconus agens vicem Potentini epiſcopi Verecenſis.

Viri illuſtres officii palatini.

Oſtulfus comes hæc inſtituta ubi interfui annuens ſubſcripſi.
Vbadamirus comes ſcanciarum & dux ſimiliter.
C Reccaredus comes ſcanciarum & dux ſimiliter.
Argemirus comes cubiculi & dux ſimiliter.
Egica comes ſcanciarum & dux ſimiliter.
Iſidorus comes theſaurorum ſimiliter.
Siſebutus comes ſcanciarum & dux ſimiliter.
Valdericus comes civitatis Toletanæ ſimiliter.
Vitulus comes patrimonii ſimiliter.
Cixila comes notariorum ſimiliter.
Suniefredus comes ſcanciarum & dux ſimiliter.
Giſclamundus comes ſtabuli ſimiliter.
Guiliangus ſpatarius & comes ſimiliter.
Altericus ſpatarius & comes ſimiliter.
Adeliabus comes ſcanciarum ſimiliter.
Theudila procer ſimiliter.
D Salamirus comes ſcanciarum ſimiliter.
Ataulfus comes cubiculariorum ſimiliter.
Nilacus ſpatarius & comes ſimiliter.
Severinus comes ſpatariorum ſimiliter.
Traſericus ſpatarius & comes ſimiliter.
Audemundus procer ſimiliter.
Siſimirus ſpatarius comes & dux ſimiliter.
Traſimirus procer ſimiliter.
Terreſarius comes ſpatarius ſimiliter.
Recaulfus procer ſimiliter.

* Florentius presbyter Leuberici Vrgelitani epiſcopi.
* Ciliſ

*In nomine domini * Flavius rex omnibus privatis ſive fiſcalibus populis.*

* FLAVIUS ERVIGIUS

E MAGNUM pietatis eſt præmium, quo removentur gravedines preſſurarum: quia illud ſemper ante Dei oculos perfectæ miſerationis ſacrificium approbatur, quo fit relevatio miſerorum: ex hoc ſalvatio inducitur terræ, per quod preſſuræ ſubvenitur humanæ. Iudicium eſt quippe ſalutare in populis, quando ſic commiſſa reguntur, ut nec incauta exactio populos gravet, nec indiſcreta remiſſio ſtatum gentis faciat deperire. Tempora ergo noſtræ gloriæ miſericordiæ beneficiis condienda ſunt; ut, parcente nobis Deo, ipſi quoque populis parcere videamur. Votivum igitur omnipotenti Deo meo cordis ſacrificium delibare præoptans,

tans, in nomine divino omnibus populis regni nostri, tam privatis, quam etiam fiscalibus servis, viris, seu etiam feminis, sub tributali exactione in provinciam Galliæ, atque in omnes provincias Hispaniæ consistentibus, hoc decretum beneficium in Dei nomine prorogamus: ut quidquid in præteritis annis de ratione tributi, usque ad primum nostræ clementiæ annum, thesauris publicis redhibere videmini, totum vobis ex integro noveritis esse concessum; qualiter usque ad prædictum primum nostræ gloriæ annum, quidquid de ratione tributorum apud vos relucet, sic totum donatum vobis a serenitate nostra habeatis, ut nullam ex hoc abinceps de præteritis annis exactionem publicam pertimescatis: ea tamen ratione servata, ut ea quæ in præteritis exacta sunt, & fisco nostro illata non sunt, ab his qui ea exegerunt in publicis inferantur. Quod si distulerint, & in hoc confestim inferre neglexerint, in quadruplum una cum satisfactione disciplinæ, juxta quod nostra mansuetudo decreverit, id ipsum thesauris publicis persolvebunt. Certe si quisquis ille dux, comes, tiuphadus, numerarius, vel villicus, aut quicumque curam publicam agens, tributa exacto sibi commisso, annis singulis plenario numero non exegerit, aut exacta apud se retinuerit, & ea statim thesauris publicis inferre neglexerit, duplata tributa ipsa de propriis rebus suis, modis omnibus in publico inferebit. Hoc tamen speciali & evidenti serenitatis nostræ sententia definimus, ut nullus de supradictis comitibus, tiuphadis, vicariis, numerariis, seu quibuscumque curam publicam agentibus, quascumque exactiones pro hoc negotio pietatis, cuilibet ex vobis, quibus & relaxatio mansuetudinis nostræ conceditur, quicumque exigere præsumpserit, aut quispiam eorum vobis pro tali causa aliquid abstulerit, aut ab aliis ablata sibi acceperit, & pro his causis quibuslibet modis aliquid mutilare præsumpserit, in quadruplum de quidquid acceperit, cui nostra clementia elegerit universa restituat. De terris vero, vel vineis, quas pro eodem tributo quicumque supradictorum curam publicam agentium vobis privatis, vel fiscalibus populis abstulit, vel accepit fruges aridas, & liquidas exinde in præteritis annis unusquisque exactor collegit in rationem ipsius tributi, hoc sibi imputet, & terras ipsas, vel vineas vobis, de quorum jure ablatæ sunt, restituere non differat. Sic enim dignum est, ut quod pietatis nostræ sinceritate depromitur, ita a cunctis sine cujusquam exactionis stimulo peragatur. Datum sub die Kalendarum Novembris, anno feliciter quarto regni nostri, Toleto.

LEX IN CONFIRMATIONE CONCILII EDITA.

In nomine domini Flavius Ervigius rex.

Eximia synodalis auctoritas & veneranda est pariter & tremenda, quæ in tantum per donum sancti Spiritus agit, ut ex diversitate multorum animorum & cordium unum cor, unamque animam fecisse monstretur; dum numerositas aggregata pontificum, non per sententiam discrepat, non per stimulum diversa objectat, nec per judicium aliud unus quam universitas format. Et ideo reverendum mihi conventum synodalis concilii, in cujus medio præsentia sancti Spiritus se habitare promisit, devote venerans, instanterque honorans ea, quæ illorum ore nostræque gloriæ hortatu digesta sunt, in notitiam deducamus singulorum: illa dicimus synodalis concilii gesta, quæ anno quarto regni nostri in Toletana urbe noscuntur esse confecta: quarum institutionum evidentia *sine cunctatione omnibus innotescant, hic ea *prælegimus specialiter renotanda. Est igitur primus canon de reddito testimonio dignitatis eorum, quos profanatio infidelitatis cum Paulo traxit in societatem tyrannidis: quos celsitudo nostra una cum filiis, per hujus nostræ legis edictum, & testimonio nobilitatis pristinæ, uti & rebus, quas per auctoritatis nostræ vigorem perceperint, decernimus revestiri. Item secundus est titulus de accusatis sacerdotibus, seu etiam optimatibus palatii, atque gardingis; sub qua eos justitiæ cautela examinari conveniat, quos gloriæ nostræ mansuetudo, juxta ipsius canonis instituta, nullis tormentorum generibus ante publicam discussionem subjici censuit; sed omnes qui deinceps fuerint accusati, juxta sanctionem prædicti concilii erunt procul dubio judicandi. Unde id specialiter observandum fore censemus, ut quidquid contra hanc regulam sententiæ nostræ, vel prædicti canonis institutionem, aut in personam cujusquam fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ extiterit judicatum, juxta prædicti canonis instituta, nullo vigore subsistat; quod persona ipsa aliter quam decernimus judicata, aut testimonii sui dignitatem amittat, aut quæstu rei propriæ careat. Tertius quoque canon est de tributorum principali relaxatione in plebe: ubi nostræ gloriæ auctoritate simul & exhortatione sancitum est, ut omne *tributorum præteritorum annorum, usque in anno primo regni nostri, quod in privatis, sive in fiscalibus populis *relucet, absolutionis perpetuæ debeat sanctione laxari; ea tantum præcipiens thesauris publicis exhiberi, quæ exacta & non illata fuisse constiterit. Quartus post hæc sequitur canon de munitione prolis, quem promptæ voluntatis *annisu omnis conventus sacerdotum, atque etiam seniorum condere prælegerunt. Quintus canon sequitur, ne defuncto principe relictam ejus conjugem quisquam sibi, aut in conjugio, aut in adulterio, audeat copulare. Sextus deinde sequitur canon, ut, exceptis servis, vel libertis fiscalibus, nullus de servitute quorumlibet, aut libertis deinceps ad palatinum officium transeat. Quod si fecerint, præsentis legis nostræ edicto ad propriæ servitutis jugum modis omnibus reducendi sunt; qualiter a dominis suis, si superstites sunt, aut eorum propinquis, quibus decedentium successio ex lege debetur, servituti tradantur. Post hunc septimus est canon, de his qui pro accidentia jurgiorum altaria nudare præsumunt, vel luminaria ecclesiæ subtrahunt. Octavus quoque canon sequitur, ne admonente metropolitano quisquam ex confinitimis ad locum ubi invitatur venire contemnat. Nonus quoque canon sequitur de confirmatione concilii Toletani duodecimi, quod factum est anno primo gloriæ nostræ. Decimus huic canon adjungitur, ubi speciali sententia definitur, utrum audeant ministrare hi qui pœnitentiam in sacerdotio constituti accipiunt. Undecimus quoque canon habetur, ne quis alienum clericum vel monachum suscipiat fugientem. Duodecimus post

* *leg.* ut fine
* *forte* prælegimus, *ut supra hoc ipso concilio cap. 2. pro* prælegerit, prælegerit.
* tributum
* subjacet, *al.* rejacet,
* effectu

ANNO CHRISTI 683.

post hæc canon scribitur de non excommunicandis a proprio episcopo personis illis, quæ ad metropolitanum suum negotia sua suggesturæ accesserint. Vltimus & tertiusdecimus post hunc canon subsequitur de relatione gratiarum, quæ post peractionem concilii Deo & principi persolvuntur. Quæ omnia præmissa synodalia institutionum decreta a præsenti die vel tempore omni cura omnique diligentia per cunctas regni nostri provincias decernimus observanda. Qualiter & perspicuum auctoritatis validæ fastigium subeant, & perpetuo vigoris ordine solidata persistant. Quamobrem sacræ hujus legis oraculo omnibus generaliter religiosis, atque etiam laicis sub regni nostri ditione manentibus interdicimus pariter & jubemus, ut prædicta synodalia gesta nullus contemnat, nullus etiam præterire aut convellere audeat, nemo notus harum constitutionum jura resolvat, nemo incognitus nescientiæ suæ objectibus excusare se conjiciat: nam a præmemorato superius die & tempore, & auctoritatis debitæ vigore pollebunt, & institutionum suarum regulis cunctorum universitas astringetur. Si quis autem hujus nostræ legis violator extiterit, ac non potius ea quæ præmissa sunt custodierit, & diutinam ecclesiasticæ disciplinæ excommunicationem excipiat, & decimam partem rei suæ fisci partibus sociandam amittat. Quod si nihil habuerit facultatis, unde prædictam compositionem persolvere possit, absque aliquo infamio sui, quinquaginta eum oportebit ictibus verberari. Hujus igitur legis nostræ decretum, quod in confirmatione hujus sacri concilii noscitur promulgatum, gloriosæ manus nostræ exaratione subscripsimus, & ad perennem memoriam valorem ei perpetuum innodamus. Edita lex in confirmatione concilii, Toleto, sub die Idus Novembris, æra DCCXXI. anno quoque feliciter quarto regni gloriæ nostræ, in Dei nomine, Ervigius rex.

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

Cap. 2. Iudicium trabale quod?

a *Trabale.*] Lege: *& trabale regum sanctione judicium* Vt enim a Virgilio dicitur telum trabale, ab Horatio & Cicerone clavus trabalis, à Statio hasta trabalis, pro magnis videlicet, atque instar trabis, ita hic judicium trabale dicitur pro ingenti, sævo & irrevocabili.

Cap. 4.

b *Prolem regiam.*] De custodienda salute regum, ac defensione prolis eorum, habes concilio Toletano V. cap. 2. & de dilectione adhibenda proli regiæ concilio Toletano VI. cap. 16. & concilio Toletano XV. in epistola Egicæ regis.

Cap. 6. Libertus ad quid obligatur manumissori suo?

c *Tortores.*] Gothorum legibus cautum erat lib. 5. tit. 7. lib. 10. & 11 ne libertus injuriam faceret domino suo, alioqui addicendi eum iterum servituti potestatem habebat. & lib. 17. *Ne liberti, vel progenies eorum cum posteritate patroni, aut conjugia connectant, aut eis insolentes existant.*

Cap. 7.

d *Qui faciunt opus domini fraudulenter.*] Locus est Ieremiæ, cap. 48 hoc modo: *Qui facit opus domini fraudulenter, sive negligenter* (cui respondet vox ἀμελῶς, quæ est apud septuaginta) desuntque duo sequentia verba.

Cap. 8.

e *Quibus apostolus ita obedire præcepit.*] Ad Hebræos cap. 13. dicitur: *Obedite præpositis vestris, & subjacete eis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri; ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.*

Prima sedes.

f *Primæ sedis accedant.*] Hæc tria nomina supremam dignitatem in ecclesia in suo ordine significant: prima sedes, primas, seu primatus, & metropolitanus. Prima sedes suprema ecclesiæ potestas, & quæ est caput totius catholicæ ecclesiæ, is est Romanus pontifex. Ita synodus 300. episcoporum in causa fidei Marcellino summo pontifici respondit: *Ore suo condemnatus est, ore suo anathematizatus, accepit maranatha: nemo enim judicavit pontificem, nec præsul sacerdotem summum: quia prima sedes non judicatur a quoquam.* Vsurpatur tamen prima sedes interdum pro sede archiepiscopali, ea videlicet causa, quod sicut summus pontifex omnium ecclesiarum in universo orbe primus, & princeps, & pater, & caput est, ita & archiepiscopus episcoporum, quos in sua habet provincia, obtinet primum locum. Hinc concilio IV. Carthaginensi in subscriptionibus, Donatianus Talabricensis primæ sedis episcopus subscribit: & in Toletano V. & aliis Hispaniæ conciliis, Carthaginensis, Tarraconensis, Narbonensis, Emeritensis, Bracarensis, & Hispalensis, sedes primæ dicuntur. Et concilio Carthaginensi III. cap. 26. cavetur, ut primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus; estque apud Gratianum dist. 99. Primæ sedis. De qua re vide Rufum in Molinæum. Primas dicitur episcopus, qui est caput totius provinciæ. Sic concilio Carthaginensi II. cap 12. ut inconsulto primate cujuslibet provinciæ nemo præsumat episcopum ordinare, ibi enim pro metropolitano accipitur; utpote cum hoc munus ad solum metropolitanum pertineat, ut ex multis conciliis liquet: & concilio Milevitano primas ponitur Numidiæ, & Mauritaniæ. Vnde in unaquaque provincia metropolitanus primas vocabatur. Accipitur etiam universalius primatus appellatio pro iis qui jus habent supra metropolitanos, ex concilio Calchedonensi can. 9. *Si vero contra ipsius provinciæ metropolitanum episcopum episcopus sive clericus habeat controversiam, pergant ad ipsius diœcesis primates, aut certe ad Constantinopolitanæ regiæ civitatis sedem.* Qui canon doctissime & eruditissime explicatur a Francisco Turriano lib. 3. pro epist. pontif. cap. 4. principem diœcesis, vel primatem, Romanum pontificem intelligente. Sic in Hispania archiepiscopus Toletanus vocatur primas, eo quod supra Hispalensem, Compostellanam, Bracarensem, Elborensem, Vlyssipponensem, Granatensem, Cæsaraugustanam, Valentinam, Burgensem, Tarraconensem & Narbonensem ecclesias metropolitanus jus & primatum habeat. De qua re fusius supra in opusculo nostro de primatu ecclesiæ Tolotanæ disseruimus.

Cap. Gaudentius episcopus Valeriensis.

g *Frater noster Gaudentius Valeriensis sedis episcopus.*] Subscribit concilio duodecimo Toletano Gaudentius Valeriensis, non Valentinensis episcopus, ut habent excusi. Idem Gaudentius subscribit decimo quarto concilio Toletano, ubi Valeriensis ecclesiæ dicitur episcopus.

h *Si enim regula præcedentium patrum.*] Sic in concilio Toletano quarto capite 54. *Hi qui in discrimine constituti pœnitentiam accipiunt, nulla manifesta scelera confitentes, sed tantum se peccatores esse prædicantes, hujusmodi, si revaluerint, possunt etiam pro morum probitate, ad gradus ecclesiasticos pervenire. Qui vero ita pœnitentiam accipiunt, ut aliquod mortale peccatum se perpetrasse publice fateantur, ad clerum vel honores ecclesiasticos pervenire nullatenus poterunt; quia se confessione propria notaverunt.*

i *A malis actibus vacat.*] Sic Augustinus cap. 53. de ecclesiast. dogmat. & habetur de consecr. dist. 2. cap. Quotidie, his verbis: *Omnibus dominicis diebus communicandum hortor, si tamen mens in affectu peccandi non sit. Nam si adhuc habet voluntatem peccandi, gravari magis dico eucharistiæ perceptione, quam purificari.* Isidorus etiam lib. 1. ecclesiasticorum officiorum, c. de sacrificio. *Dicunt aliqui,* (inquit) *nisi aliquo interveniente peccato, eucharistiam quotidie accipiendam: hunc enim panem dari, jubente domino, quotidie nobis postulamus, dicentes: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quod quidem bene dicunt, si hoc cum religione, & devotione, & humilitate suscipiunt, ne fidendo de justitia, superba præsumptione id faciant. Ceterum si talia sunt peccata, quæ quasi mortuum removeant ab altari, prius agenda pœnitentia est, ac sic deinde hoc salutiferum medicamentum suscipiendum.* Et concilio Tridentino sess. 13. c. 7. decernitur, ut nullus etiam sacerdos, sibi conscius peccati mortalis, absque præmissa sacramentali confessione ad sacram eucharistiam accedere debeat. Vvalafridius de rebus ecclesiast. c. 20. tradit alios rarius, alios crebrius, alios quotidie communicandum præcipere. D. Ambros. lib. 4. de sacrament c. 5. *Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? quem jam modum Græci in oriente facere consueverunt. Accipe quotidie quod quotidie tibi prosit: sic vive, ut quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere.* Vide quæ dicat D. Thomas opusculo de sacramento altaris: *Si quis* (inquit) *ad suscipiendum dominum mundus fieri vult, primo debet per aquam lacrymarum lauari, secundo per opera pœnitentiæ torqueri, tertio per fervorem amoris Dei a carnalium desideriorum humore siccari.* Quod idem Thomas pluribus verbis enarrat. Ille enim in sindone munda involvit Iesum, qui mente pura ipsum susceperit. Hieron. in Matth. cap. 27. & idem Thomas tertia parte quæstione 83. articulo tertio. De modo suscipiendi synaxim, vide canonem 101. concilii Quinisexti generalis infra: *Quare,* dicitur, *si quis voluerit synaxis tempore communicare purissimo Christi corpore, & coram ipso participatione esse, manus in formam crucis figurans, sic adeat;*

&

& suscipiat gratiæ communionem.

K *Pœnitens enim abstinere.*] Qualiter pœnitentia detur, concilio III. Toletano cap. 12. habetur, & in epistola Leonis ad Rusticum, qua etiam prohibetur, ut nulla negotiationis lucra pœnitentes exerceant.

l *Id est mortalium.*] Sic interpretatur locum hunc Hesychius in Levit cap 21.

m *Patrum præcedentium sententia.*] Ita definitum est in concilio Nicæno cap. 17. & Sardicensi cap. 18 Antiocheno cap. 13. & Constantinopolitano cap. 3. Carthaginensi III. cap. 44. & 21. Toletano II. capite secundo, & Bracarensi I. capite octavo, & epistola Innocentii ad Victricium.

n *Nemo fugientem*] De clericis desertoribus concilium Hispalense II. cap. 4.

o *Clericum nemo solicitare.*] Epistola Leonis id cavetur, ad Anastasium, cap. 9. & decreto Gelasii generali cap. 6. De non recipiendis clericis vagis, & infirmanda ordinatione, quæ sine consensu proprii episcopi fit, concilio Bracarensi III cap. 33.

p *Octo dies juxta legum sanctionem.*] Consule leges Vvisegothorum lib. 9. tit 6. leg. 3.

q *Villicus.*] Infra vicarius alius a villico est: cujus mentionem copiosam invenies lib. leg. Vvisegoth. De his autem nominibus & officiis, vide quæ annotavimus de dignitatibus & officiis Gothorum. De villico habes in leg. Vvisegoth. lib. 11. tit. 1. leg 2.

r *Subscriptiones.*] In hac generali synodo pauci subscribunt episcopi, quadraginta & octo; per procuratores vero viginti septem. Ex his aliqui in aliis conciliis interfuerunt, cum a duodecimo concilio usque ad decimum tertium duo vel tres anni intercesserint: ita est fragilis humana conditio. Qui in aliis interfuerunt, sunt Antonius Bastitanus, qui in XII. Toletano subscribit: & Atula Cauriensis in eodem. Argibundus Eliberitanus per vicarium, in XII. Toletano. Concordius Palentinus, in XII. Toletano. Deodatus Segobricensis, qui in XII. Toletano. Eufrasius Lucensis, & Ella Segontiensis, uterque in XII. Toletano, sicut Froaricus Portucalensis, & Felix Dianiensis, & Gundulfus Lamecensis, & Gaudentius Valeriensis, & Iulianus regiæ urbis, & Ioannes Pacensis, & Luiba Bracarensis, & Leander Illicitanus, & Palmatius Vrcitanus, & Reparatus Visensis, & Recilanus, qui & Recilla Accitanensis, & Sisebaldo Tuccitanus, & Stephanus Emeritensis, & Samuel Malacitanus, & Theuderacus Assidonensis, & Tructemundus Elborensis, & Theodulphus Astigitanus, Vnigirus Abelensis: omnes in XII. Toletano subscribunt, sunt numero viginti quatuor. Qui vero mortuis succedunt, majori in numero sunt; nimirum Asturius Setabitanus, qui Isidoro successit, in XII. Toletano. Alla Olysipponensis, qui Theodorico, in Emeritensi. Asturius Tyrassonensis, qui Elpidio, in VI. Toletano. Aurelius Asturicensis, qui Isidoro in III. Bracarensi. Ansemundus Lotoebensis, qui Anatolio, in VI. Toletano. Bellitus Ossonobensis, qui Exarno, in Emeritensi. Crescitarus Beterrensis, qui Petro, in IV. Toletano. Cicilius Dertosanus, qui Aprilæ, in VIII Toletano. Cuniuldus Italicensis, qui Speraindeo, in duodecimo Toletano. Cyprianus Tarraconensis, qui Protasio, in VII. Toletano. Clarus Elnensis, qui Acutulo, in VI. Toletano. Eusendus Ilerdensis, qui Gaudiolano, in VIII. Toletano. Eufrasius Calagurritanus, qui Gabino in VIII. Toletano. Florus Mentesanus, qui Valdefredo, in X. Toletano. Floresindus Hispalensis, qui Iuliano, in XII. Toletano. Gratinus Egabrensis, qui Deodato, in septimo Toletano. Gregorius Oretanus qui Argemundo, in XI. Toletano. Godiscalcus Oscensis, qui Eusebio in VIII. Toletano. Gandilanus Empuritanus, qui Donodei, in VIII. Toletano. Holemundus Salmanticensis, qui Providentio, in XII. Toletano. Hilarius Auriensis, qui Sonæ, in VIII. Toletano. Idacius Barcinonensis, qui Quirico, in X Toletano. Ioannes Egarensis, qui Eugenio, in IV. Toletano. Iacobus Gerundensis, qui Taloni in VIII. Toletano. Lubericus Vrgelitanus, qui Maurello, in IX Toletano. Miro Conimbriensis, qui Cantabro, in Emeritensi. Monofonsus Egitanensis, qui Selvæ, in Emeritensi. Mumulus Cordubensis, qui Euforo, in octavo Toletano. Olipa Segobriensis, qui Sempronio in duodecimo Toletano. Opa Tudensis, qui Genetio, in XII. Toletano. Proculus Bigastrensis, qui Giberio in X. Toletano. Primus Agathensis, qui Georgio in VIII. Toletano. Rogatus Beatiensis, in XI. Toletano. Reginicius Aucensis, qui Lothario, in VIII. Toletano. Sarmata Valentinus, qui Hospitali, in duodecimo Toletano Sempronius Arcavicensis, qui Mumulo, in undecimo Toletano. Sona Oxomensis, qui Severitano, in XII. Toletano. Sunifredus Narbonensis, qui Selvæ, in VI Toletano. Stephanus Carcassonensis, qui Silvestro, in VIII. Vincentius Magalonensis, qui Genesio, in IV Toletano. Vnigirus Abelensis, qui Asfalio, in XII. Toletano. Valderedus Cæsaraugustanus, qui Taloni, in IX. Toletano. Vvisefredus Ausonensis, qui Guerico, in octavo Toletano. Subscribunt abbates pro se octo; alii ut vicarii episcoporum, & viri illustres ex officio palatino. Animadvertendum novarum sedium subscriptiones hic poni, quæ in aliis conciliis non extant: ut Potentinus Vticensis: forte ex Vtica negotiorum causa Toletum venit, & concilio interfuit. Potentinus Verecensis, nova etiam subscriptio. Subscribunt etiam Reginicius Aucensis per vicarium, & Stercorius Aucensis: forte prior infirmitate oppressus, vel ætate gravatus cesserat episcopatui, unde per vicarium subscribit.

Novarum sedium episcopi qui.]

ANNO CHRISTI 684.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA
BENEDICTI PAPÆ II.

[a] BENEDICTUS natione Romanus, ex patre Ioanne, [b] sedit menses * decem, dies duodecim. Hic ab ineunte ætate sua ecclesiæ militavit, atque se sic in divinis scripturis, & cantilena a puerili ætate, & in presbyterii dignitate exhibuit, ut decet virum suo nomine dignum, in quo veræ supernæ benedictionis gratia redundavit, & nomine pariter & operibus, ut dignus ad pontificii regimen perveniret. Paupertatis amator, humilis, mansuetus, patientiam habens, atque manu * largissima. Hic ecclesiam beati Petri apostoli, sed & beati Laurentii martyris, quæ appellatur Lucinæ, restauravit. Itemque in ecclesia beati Valentini via Flaminia fecit coopertorium super altare cum clavis, & * fastellis, & in circuitu * palergium chrysoclavum preciosissimum: similiter & in ecclesia beatæ Mariæ ad martyres aliud coopertorium porphyreticum cum cruce & gemmulis, quatuor chrysoclavos, & in circuitu palergium de holoserico pulcerrimum, nec non & in titulo suprascripto Lucinæ alium coopertorium ornatum holosericum. Fecit autem calices aureos ministeriales duos pensantes singulos libras singulas. [c] Hic suscepit divales jussiones clementissimi Constantini magni principis ad venerabilem clerum & populum atque felicissimum exercitum Romanæ civitatis, per quas concessit, ut persona qui electus fuerit ad sedem apostolicam e vestigio absque tarditate pontifex ordinetur. Hic una cum clero & exercitu [d] suscepit mallones capillorum domni Iustiniani & Heraclei filiorum clementissimi principis, simul & jussionem per quam significat eosdem capillos direxisse. Hujus temporibus apparuit stella noctu juxta * vigilias per diem cælo sereno inter nativitatem domini & theophaniam omnimodo obumbrata, veluti luna sub nube. Itemque mense Februario post natale sancti Valentini in die ab occasu exiit stella meridie, & in partes orientis declinavit. Post hæc mons * Bebius, qui est in Campania mense Martio eructavit per diem, & omnia loca circumquaque præ pulvere cineris illius exterminata sunt. Clerum videlicet diversis ordinibus in die sancto paschæ honoribus ampliavit. Qui e vestigio in infirmitatem incidit, & post dies aliquot defunctus est. Hic dimisit omni clero, monasteriis, diaconiæ, & mansionariis auri libras triginta. Fecit autem episcopos per diversa loca numero duodecim. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum, sub die octavo Idus Maii, & cessavit episcopatus menses duos, dies quindecim.

* 8. dies 17.

* largissimus.

* fistellis.

* per largũ

* *for.* Vergilias

* *for.* Vesuvius

 NOTÆ

NOTA SEVERINI BINII.

Benedictus, quando pontifex factus.

a *Benedictus.*] Anno 684. die vigesima Augusti Benedictus creatur pontifex, postquam sedes pontificia uno mense & 22. diebus vacasset. Hispaniarum episcopos per literas Christiana caritate, & citra omnem contentionem admonuit, ut corrigerent, vel potius declararent, quomodo in sua epistola, quam ipsi per Petrum regionarium ad sedem apostolicam reddiderant, tres substantias in Christo assererent. Verebatur enim vigilantissimus præsul ecclesiæ, ne hoc suo dogmate in domino constituerent tres voluntates, divinam scilicet, rationalem, & sensualem, sicut in eodem Christo domino tres substantias, unam divinitatis, alteram animæ, tertiam carnis humanæ asserebant. Deinde petebat per eosdem declarari, quod in eadem sua epistola ajebant, quomodo sapientia sapientiam, voluntas voluntatem genuisset: idque exponi volebat, ne quis posset suspicari, quasi duas voluntates in Christo catholici profiterentur. Hæc constant ex actis concilii Toletani XV. Quænam fuerint duo alia capitula, quæ eidem Benedicto exactiori elucidatione indigere videbantur, nescimus: ea tamen ex sententia sanctorum patrum Ambrosii atque Fulgentii posse defendi, iidem patres qui dicto concilio interfuerunt testati sunt.

Benedictus quid ab Hispaniæ episcopis postulaverit.

Quo pio sensu prædictum capitulum secundum Hispani ex sententia sancti Augustini asseruissent, declarant Magister sent. lib. 1. dist. 27. D. Thom. 1. part. quæst. 39. art. 5. & 6. In concilio Toletano XV. pro sui excusatione dixerunt, se id non secundum relationem, sed secundum substantiam asseruisse. Vide Garsiam infra in notis concilii Toletani XV. verbo *papa Benedictus* & sequentibus. Unde patet inique & calumniose Benedictum redargui a Roderico Toletano archiepiscopo, dum ait: *Librum de tribus substantiis, quem dudum Romam transmiserat sanctissimus Iulianus, & minus caute tractando Benedictus papa Romanus indixerat reprobandum, ob id quod voluntas genuit voluntatem.* Hanc enim assertionem Hispanorum non in libro, sed epistola Hispanorum contentam Benedictus papa non reprobavit, sed declarari petivit, idque non scripto, sed verbo ore tenus per hominem quemdam fidelem fieri postulavit. Idem Benedictus summo studio laboravit, ut post obitum Theophanis Antiocheni, Macarius olim Antiochenus episcopus in ordinem redactus Romæ exul degens, damnata hæresi, Antiochenæ ecclesiæ restitueretur; sed homo cervicosus contempsit: Vide actionem primam concilii Nicæni secundi. "

Benedictus a calumnia Roderici defenditur.

[a] *Tomi seq. VII. pag. 82.*

b *Sedit menses decem, dies 12.*] Octo mensibus & 17. diebus Benedictum sedisse, colligitur ex ejus obitu, qui sacra anniversaria memoria 7. Maii in ecclesia recolitur.

D. Petrus Deo amabilis, &c. Tempus sedis.

c *Hic suscepit divales jussiones clementissimi Constantini magni*, &c. Romanam ecclesiam in pristinam libertatem restituit imperator Constantinus, concedens ei, ut libere pontificem consecret, nullamque imperatoris confirmationem, quam exemplo Gothicorum regum nonnulli orientalium imperatorum sibi vendicaverant, deinceps expectent. Quam gratiam dum Constantinus imperator ecclesiæ contulisset, annosque decem & septem imperasset, mortuus est, relicto Iustiniano filio imperii herede. De quo infra in vita Ioannis V. Anastasius.

Constantinus jura Romanæ ecclesiæ restituit.

Mallones qui.

d *Suscepit mallones capillorum.*] Per mallones intelligit cirros capillorum. Μαλλὸς enim Græce, idem quod Latine vellus. Quid autem hoc symbolo significaretur, ex Pauli diaconi loco possumus intelligere, qui lib. 6. dialog. cap. 15. antiquæ editionis hæc ait: *Circa hac tempora Carolus princeps Francorum Pipinum filium suum ad Luitprandum direxit, ut ejus (juxta morem) capillum susciperet. Qui ejus cæsariem incidens, ei pater effectus est, multisque eum ditatum regiis muneribus genitori remisit.* Hæc ille. Ex quibus intelligis eam his temporibus viguisse consuetudinem, ut per ejusmodi capillorum exhibitionem quis alicui offerretur in filium ei qui eos acciperet. Unde manifeste cognoscitur, quod imperator Constantinus filiorum suorum capillos pontifici offerens, voluerit ab iis Romanum pontificem, velut parentem honorari, diligi & observari, eosque ejusdem monitis impensius parere & obtemperare. Vide Baronium anno 684. numero 7.

Ritus adoptionis quis fuerit hoc tempore.

I. AD PETRUM NOTARIUM REGIONARIUM.

Monet illum ut acta synodalia sexti concilii (quorum gratia a Leone II. in Hispanias missus erat) episcoporum Hispaniæ subscriptione muniri curet.

A *Benedictus presbyter, & in Dei nomine electus sanctæ sedis apostolicæ, Petro notario regionario.*

IUXTA quod tuam strenuitatem apostolicæ memoriæ dominus Leo papa Hispaniam provinciam ire disposuit ad præcellentissimum & Christianissimum regem, & sanctissimos archiepiscopos, & ecclesiarum omnium præsules ibidem constitutos, simul & gloriosum comitem, pro innotescenda venerabilis sextæ synodi definitione, acclamatione quoque, quæ & prosphoneticum dicitur, reverendissimorum episcoporum, qui in eodem a Deo congregato B concilio convenerunt, ad clementissimum principem, & edicto ejusdem piissimi principis ubique generaliter destinato, pro apostolicæ nostræ fidei firmitate, cum summo pietatis studio commissum ministerium perage. Subscriptiones quoque reverendissimorum episcoporum post eamdem synodicam definitionem cum summa sedulitate atque vigilantia procura subjungi: ut & iidem reverendissimi episcopi, omnisque per eos religiosa provincia, consortes nobiscum catholicæ atque apostolicæ traditionis & fidei comprobentur; & apud Deum, ad cujus gloriam laus & stabilitas fidei Christianæ redigitur, commendatio eis atque susceptio ad salutem animarum proveniat. Officium per- C inde pietatis assumptum, vigilantia atque solertia condecorans, festina perficere; quia & tibimet ipsi thesaurizas boni operis fructum, & suscipientibus provides cælestis regni beatitudinem, per rectæ atque apostolicæ fidei confessionem, adipisci.

II. AD ERVIGIUM REGEM.

Significat se Petrum notarium regionarium mittere, qui secum ferret sextæ synodi definitionem, simulque Constantini imperatoris edictum, atque libellum acclamatorium ejusdem synodi ad eumdem imperatorem.

Extat supra paginis 1249. & 1250. sub nomine D *Leonis II. ordine quinta. Incipit sic*: Cum unus extet rex omnium Deus, &c.

NOTA SEVERINI BINII.

Has duas epistolas non esse germanas, sed nomine Benedicti suppositas, acta synodalia concilii Toletani XIV. inquit Baronius, *aperta luce testantur, dum se per deputatum Leonis II. acta synodalia Constantinopolitani concilii accepisse profitentur. Si ergo id Leo ante præstiterat, illique eadem acceperant,* " *quid opus fuit Benedicto eadem iterum isthuc mittere? Potuit accidisse casus, quo necessarium fuerit ut iterum mitterentur, sed is erat in literis exprimendus, neque tam aperte insinuare debuisset, se primum acta synodalia sextæ synodi in Hispaniam transmittere. Sed cum harum posterior plane eadem sit cum illa Leonis II. ad Ervigium regem scripta, de ejus impostura censuram consulas, quæ superius posita habetur.* Vera & germana epi- E stola Benedicti papæ est ista, quam dedit ad episcopos Hispaniæ, monens eos, ut quæ de voluntate aliisque tribus capitulis obscurius scripserant, declararent. Hujus mentio dumtaxat reperitur aliqua in actis concilii Toletani XIV. Vide quæ dixi supra in notis ad vitam Benedicti II.

[a] CONCILIUM TOLETANUM XIV.

EPISCOPORUM DECEM ET SEPTEM, Æra DCCXXII. anno quinto Ervigii regis, Christi redemptoris DCLXXXIV. celebratum sub Benedicto II.

TITULI

TITULI CAPITULORUM.

I. De præmemoratione aggregati concilii, & relatione principalis edicti, quo jussum est synodum agitari.
II. De initio relationis, quo concilium cœpit gestorum synodalium & epistolæ Romani pontificis facere mentionem.
III. De adversitate duplici, qua non potuit generale concilium fieri.
IV. De responsis partis nostræ.
V. De iterata discussione præmemorati concilii.
VI. De præmemorati concilii honore collato.
VII. De loco vel ordine, quo jam dictum concilium collocari oporteat.
VIII. Allocutio ad totius compagem ecclesiæ de duabus Christi naturis inseparabilibus & perfectis.
IX. De duarum naturarum Christi voluntatibus & operibus.
X. De hæreticorum contentionibus evitandis; & ut non discutiantur quæ summa sunt, sed credantur.
XI. De communi omnium judicio, quo responsa partis nostræ firmata sunt.
XII. De relatione gratiarum ad Deum pro peracto concilio.

CAPITULA.

IN NOMINE PATRIS ET FILII & S. Spiritus. Incipiunt gesta synodalia, quæ acta sunt a præsulibus Carthaginis provinciæ, assistentibus etiam vicariis.

I.

CUM serenissimus & perspicuus princeps Ervigius, gloriosus amator veræ fidei, imo amabilis filius ecclesiæ Christi, promissionis suæ non immemor, ob confutandum Apollinaris dogma pestiferum, de quo sibi a Romano præsule fuerat nuntiatum, strenuo & invicto suæ celsitudinis jussu nos omnes præciperet aggregari in unum, hoc dedit speciale edictum, ut quia, sicut oportebat, pro tantæ rei negotio pertractando generale concilium fieri varia adversitatum incursio non sineret; saltim adunata per provincias concilia fierent: & siquidem hic primum a nobis in urbe regia synodus ageretur, deinde in singulis quibusque provinciis singulare haberetur concilium: quo quidquid hic actum per Toletanam synodum reliqui primatum sedium præsules, suorum vicariorum relatibus comperissent, id etiam in postmodum ipsi per discreta provinciarum suarum concilia observarent; sicque hæc nostri concilii gesta essent illis omnibus in toto communia; utpote ab ipsis edita, atque ipsis coram positis roborata, quæ utique per legatos suos confirmanda decreverant: quo ex hoc unum & indivisibile fieret cunctorum Hispanorum præsulum per totam Hispaniam vel Galliam synodale edictum, ex quo omnium metropolitanorum fuisset & assensibus promulgatum. Nos proinde Carthaginis provinciæ præsules, anno quo supra, sub die decimo octavo Kalendas Decembris, in præmemorata ecclesia debitis ordinibus considentes causæ hujus ordinem, & totius rei negotia retexentes, quibus Romanæ sedis fueramus literis invitati, sic patula & communi sumus voce exorsi.

ANNO CHRISTI 684.

In XIII. Toletano dicitur coactum in ecclesia sanctorum apostolorum Petri & Pauli.

II.

Clara omnes notio populos Hispaniæ implet, quod decurrentis evoluti temporis serie per Romani præsulis bajulum gesta synodalia societati nostræ advecta sunt, quibus Constantinopolim, Constantino pio & religioso principe mediante, magna & sublimi copia aggregata pontificum, Apollinaris" dogma cōperimus fuisse destructum. Cum quibus etiam gestis, Leonis" quoque antiquæ Romæ pontificis invitatorio epistolaris gratiæ consulta suscepimus, per quæ omnis ordo gestorum, gestaque ordinum dilucide, ut acta sunt, nostris sensibus patuerūt. In cujus etiam gratioso epistolæ tractu ad hoc omnes præsules Hispaniæ invitati sunt, ut prædicta synodalia instituta, quæ miserat, nostri etiam vigoris manerent auctoritate suffulta, omnibusque per nos sub regno Hispaniæ consistentibus patescerent divulganda.

" id est Monothelitarum

" Leo secundus, Siculus, anno 682. electus in summum pontificem, eodemque, aut sequenti, an. die 15. Aug. consecratus.

III.

Et hæc siquidem totius allegationis illatio exhibita nobis est, temporis infesti urgente pressura, quo non solum tellus omnis hiemali stricta gelu, glaciali nivium immensitate duruerat, sed & tunc, quando ex generali concilio nos absolutos jam esse constabat. Quo gemino obsistentis causæ obice præpediti, generaliter iterato tunc non quivimus aggregari; quos & vicina concilii absolutio propriis sedibus reddiderat imminutos, & procellosi temporis adversitas non sinebat iterum adunari dispersos. Sed licet in unum generaliter colligi per idem tempus Hispanorum omnium præsulum societas nequivisset; sparsis tamen sedibus atque locis, præfatas gestorum regulas pertractandas suscepimus, susceptas perlegimus, approbantes in his de utrarumque Iesu Christi Filii Dei differentia naturarum, quo gemina in eo voluntas, & operatio prædicatur, recti dogmatis sensum, inculpandæ disputationis edictum, apostolicæ traditionis stylum.

IV.

Placuit proinde illo tunc tempore, apologeticæ defensionis nostræ respōsis satisfacientes

facientes Romano pontifici, ea ipsa gesta firmare, nostræque fidei sensum purissima verborum enodatione depromere. Et quia illic de hac gemina voluntate & operatione Iesu Christi Filii Dei copiose & dilucide insigniuntur quæ vera sunt, quæ jam utique Romanis partibus per legatos Hispaniæ destinata sunt; nunc nobis id operis restat, ut juxta canonum speciale decretum, quo concilium generale pro fidei causis aggregari præcipitur, utraque operum gesta, & synodico dirimantur examine, & discreta conciliorum fulciantur auctoritate: quo juxta edictum præmemorati principis gloriosi, adunato per singulas quasque provincias regni ejus conciliorum conventu, synodica iterum examinatione decocta, vel communi omnium conciliorum judicio comprobata, per singula Hispaniæ provinciarum concilia præmemorata synodi gesta, seu etiam eadem partis nostræ responsa omnium notionem attingant, salubri etiam divulgatione in agnitionem plebium transeant.

V.

Communi proinde jam omnium judicio placet, ut quia generaliter in unum omnes Hispaniæ præsules aggregari non quivimus, saltem discretis provinciis concilia celebremus: quo prædicta synodi gesta, vel nostræ partis responsa, & digno probitatis demum decoquantur judicio, & synodico laudabili illustrentur stylo. Ideo nos primum omnes Carthaginis provinciæ pontifices pari animorum judicio prædicta gesta cum antiquis conciliis conferentes, assistentibus quoque nobis vicariis reverendissimorum sublimiumque primarum sedium episcoporum, id est, Tarraconensis provinciæ Cypriani, Narbonensis Sunifredi, Emeritensis Stephani, Bracarensis Iuliani, Hispalensis Floresindi, iterato ea ipsa gesta probavimus, decretis quidem illis synodalibus, & præcipuis in omnibus consona, & Nicænæ quidem, Constantinopolitanæ, vel Ephesinæ fidei concordantia, Calchedonensis vero tam esse unita, utpote ipsis verbis edita, vel libata; quippe quibus sumpta videtur pene omnis ipsius styli præcurrentis materia.

Cur hoc loco quinta synodus non enumeretur, dictū supra in notis concilii œcumenici sexti, verbo *sextum.*

VI.

Et ideo supradicti acta concilii intantum a nobis veneranda sunt, & recipienda constabunt, inquantum a præmissis conciliis non discedunt; imo inquantum cum illis concordare videntur. Habebunt ergo sui ordinis locum, quæ sublimationis habent & meritum. Vnde his conciliis ea ipsa subnectenda decernimus, A quorum & auctoritate fulta probamus.

VII.

Post Calchedonense igitur concilium, hæc debito honore, loco & ordine collocanda sunt, ut cujus glorioso themate fulgent, ei & loci & ordinis coaptentur honore.

VIII.

At nunc nos, quibus loqui ad cor Ierusalem divina voce præcipitur, id nobis deputatum gregem Christi monemus, id etiam omnibus ad æternæ vitæ portum B festinantibus prædicamus; brevi admodum definitione collecta; ut in una enim Christi Filii Dei persona duarum naturarum individuas proprietates agnoscant; sicut indivisas atque inseparabiles, ita inconfusas & inconvertibiles permanere; unam deitatis, alteram hominis; unam, qua ex Deo Patre est genitus; alteram, qua ex Maria virgine generatus. Vtraque ergo ei generatio plena, utraque perfecta, nihil minus ex deitate habens, nihil imperfectum ex humanitate suscipiens: non C naturarum geminatione divisus, non persona geminatus, sed plenus Deus, plenusque homo, absque omni peccato, in singularitate personæ unus est Christus. Vnus igitur in utraque natura consistens, & divinitatis signis effulget, & humanitatis passionibus subjacet. Nec enim alter ex Patre, alter ex matre est genitus. Cum tamen aliter de Patre, aliter de matre sit natus; ipse tamen in utroque naturarum genere non divisus, sed unus idemque & Dei & hominis filius: ipse vivit moriens, ipse moritur vi- D vens, ipse impassibilis patiens, ipse passioni non subjacens, nec deitati succumbens, nec humanitate passioni se subtrahens: habens ex deitatis natura non posse mori; habens ex humanitatis substantia, & nolle, * posse mori: ex una immortalis habetur, ex altera mortalium conditione resolvitur: habens in æterna divinitatis voluntate, quo susceptum hominem sumeret; habens in suscepti hominis voluntate, ut humana voluntas Deo subdita esset. Vnde & ipse dicit ad Patrem: *Pater non mea voluntas, sed tua fiat;* E alteram, videlicet ostendens voluntatem, qua susceptus est homo; alteram hominis, qua obediendum est Deo.

Isa. 4[0]

Vide e[pi]stolam [A]gathon[is] ad C[æs.] & syno[d.] Const[anti]nopoli[t.] III. ac[t.]

* & po[sse]

Matth.

IX.

Et ideo secundum harum duarum differentiam naturarum, duarum quoque inseparabilium proprietates prædicandæ sunt voluntatum & operum.

X.

Scientes igitur hanc solam esse fidei confessionem, quæ vincat infernum, quę exuperet Tartarum, (de hac enim fide a domino

domino dictum est: *Portæ inferni non prævalebunt adversum eam*) ideo omnibus dicimus , omnibus inclamamus , ut caveamus hæreticorum muscipulas , effugiamus dogmatis cancerosi venena , verbis illis quibus dispensatio humanitatis Christi adstruitur , non nobis inanium quæstionum tendicula præparemus, quibus inanis gloriæ cupidi discutere audeamus quæ summa sunt. Neque enim quæ sunt divina discutienda sunt , sed credenda. Non enim se Deus discutere jubet, sed credere. Credamus ergo non sensibus nostris , sed indubitatis conciliorum priscorum dogmatibus jam præmissis. Si quis igitur Iesu Christo Dei Filio, ex utero Mariæ virginis nato , aliquid aut divinitatis imminuit, aut de suscepta humanitate subducit, excepta sola lege peccati, & non eum verum Deum, hominemque perfectum in una persona subsistentem sincerissime credit , anathema sit.

XI.

Illa igitur apologetica defensionis nostræ responsa, quæ ob istorum confirmationem sunt edita , pro multorum instructione , & utilitate ecclesiasticæ disciplinæ, simili honoris & reverentiæ vigore firmamus , atque ad vicem decretalium epistolarum ea permanenda sancimus.

XII.

Dantes in his gloriam soli Deo omnipotenti , vivo & vero , in Trinitate regnanti, Patri & Filio, & Spiritui sancto, cujus dono mutuis præsentiæ repræsentati aspectibus, & fraternis visibus hilares , & votorum spiritualium effecti sumus opulentius efficaces ; cujus gloriæ immensitatem exposcimus , ut glorioso principi nostro Ervigio regi , sub cujus pace pax servatur ecclesiæ , florentis regni diuturnitate temporis spatia præbeat: quo post hæc præsentia ad regnum futuræ gloriæ nobiscum conregnandus accedat, præstante Deo nostro, cujus regnum manet in sæcula sæculorum. Amen.

Peractum concilium die dominico , sub die XII. *Kalendas Decembris, anno quo supra.*

[b] SUBSCRIPTIONES.

Episcopi.

Iulianus urbis regiæ metropolitanus episcopus.
Leander Illicitanæ sedis episcopus.
Palmatius Vrcitanæ sedis episcopus.
Recilla Accitanæ sedis episcopus.
Gaudentius Valeriensis sedis episcopus.
Rogatus Biatiensis sedis episcopus.
Deodatus Segobiensis sedis episcopus.
Antonianus Bastitanæ sedis episcopus.
Sempronianus Arcavicensis sedis episcopus.
Ella Segontiensis sedis episcopus.
Gregorius Oretanæ sedis episcopus.
Agricius Complutensis sedis episcopus.
Proculus Bigastrensis sedis episcopus.
Florus Mentesanæ sedis episcopus.
Sona Oxomensis sedis episcopus.
Marcianus Dianiensis sedis episcopus.
Olipa Segobriensis sedis episcopus.

Abbates.

* Asfalius Dei nutu abbas hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi. (* Ascalius)
Felix archipresbyter similiter.
Gerontius abbas similiter.
Gabriel abbas similiter.
Castorius abbas similiter.
Sisebertus abbas similiter.

Vicarii episcoporum.

Vitalianus presbyter, agens vicem domini mei Cypriani episcopi ecclesiæ Tarraconensis, hæc gesta synodica a nobis definita subscripsi.

Argebudus abbas agens vicem domini mei Cypriani episcopi ecclesiæ Tarraconensis similiter.

Ioannes abbas agens vicem domini mei Sunifredi episcopi Narbonensis ecclesiæ similiter.

Valdemarus diaconus vicem agens domini mei Sunifredi episcopi Narbonensis ecclesiæ similiter.

Maximus abbas agens vicem domini mei Stephani Emeritensis ecclesiæ similiter.

Boniba abbas agens vicem domini mei Liubani episcopi Bracarensis ecclesiæ similiter.

Reccisundus abbas agens vicem domini mei Liubanii episcopi Bracarensis similiter.

Gaudentius abbas agens vicem domini mei Floresindi episcopi Hispalensis ecclesiæ similiter.

Gravidius diaconus agens vicem domini mei Concordii episcopi Palentiæ ecclesiæ similiter.

Ioannes diaconus cognomento Involatus agens vicem domini mei Sarmatani episcopi Valentinæ ecclesiæ similiter.

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *Concilium Toletanum. XIV.*) Congregatum est hoc concilium adversus hæresim Monothelitarum Apollinaris, iisdem fere temporibus condemnatam in tertia synodo Constantinopolitana, quæ sexta generalis est, sub Agathone pontifice maximo, & Constantino quarto imperatore. Videtur autem concilium hoc decimum quartum Toletanum mixtum, ut partim in personis provinciale sit, partim in auctoritate nationale: re autem est provinciale, ut constat ex primo ejus canone. Causa hujus concilii celebrandi fuit, quod Romanus pontifex Leo secundus ad Flavium Ervigium regem Hispaniæ & episcopos per epistolam miserat una cum legato acta concilii sexti universalis tertii Constantinopolitani , quod aliquot ante annos a Domno Romano pontifice convocatum erat, & sub Agathone cœptum, sub Leone secundo absolutum & peractum , ad infringendum errorem Constantinopolis patriarchæ, & Antiochiæ, & Alexandriæ, qui cum aliis Apollinaris hæresim impie renovantes , duas in Christo domino nostro naturas & voluntates operationesque pertinaciter negabant. Decrevit autem Romanus pontifex, ut decreta generalis concilii ab episcopis Hispaniæ synodali auctoritate susciperentur, quemadmodum hoc concilio, & in aliis provincialibus factum est. (Concilii tempus. Causa.)

Scripsit Leo tres epistolas , unam ad universos episcopos Hispaniæ, alteram Quirico Toletano antistiti, tertiam Simplicio comiti, ut curarent de convocatione concilii , & amplectenda fide concilii Constantinopolitani. Has epistolas inveni in codice manuscripto cœnobii sancti Ioannis Regii Toletani ex familia Franciscana pervetusto, in pelle membranea literis Latinis, quibus mirifice juvatur hujus concilii intelligentia. Et quamvis Iulianus subscribit in concilio, cum Petrus regionarius proficiscebatur in Hispaniam , Quiricus erat præsul Toletanus, post (Has epistolas sub nomine Leonis II. fictas esse supra in notis eandem probatum est. *ait Binius.*)

post quem vita functum, Iulianus in cathedra pontificia sedit, adhibuitque diligentiam, ut concilium congregaretur. Sunt in eodem codice aliæ epistolæ Benedicti papæ ejusdem argumenti, quas omnes, ut utiles ad concilii intelligentiam, vide in suis locis.

Qui episcopi huic & XIII. Toletano subscripserint?

b *Subscriptiones.*] Omnes fere episcopi, qui XIII. concilio Toletano interfuerunt, in hoc provinciali XIV. subscribunt, ut Antonius Bastitanæ ecclesiæ. in XII. & in XIII. Toletano, Cyprianus Tarraconensis, in XIII. Toletano. Concordius Palentinæ, in XII. & XIII. Toletano. Deodatus Segobiensis, in XII. & XIII. Toletano. Ella Segontiensis, in XII. & XIII. Toletano. Florus Mentesanæ, in XIII. Toletano. Floresindus Hispalensis, in XIII. Toletano. Gaudentius Valeriensis, in XII. & XIII. Toletano. Gregorius Oretanæ, in XIII. Toletano. Iulianus Vrbis regiæ, in XII. & XIII. Toletano. Leander Illicitanæ, in XII. & XIII. Toletano. Liuba Bracarensis, in XII. & XIII. Toletano. Martianus Dianiensis, qui Felici, in XIII. Toletano successit. Olipa Segobriensis, in XIII. Toletano. Palmatius Vrcitanæ, in XII. & XIII. Toletano. Proculus Bigastrensis, in XIII. Toletano. Recilla Accitanæ, in XIII. Toletano. Rogatus Beatiensis, qui Primo, in XIII. Toletano. Sempronius Arcavicensis, in XIII. Toletano. Sona Oxomensis, in XIII. Toletano. Sunifredus Narbonensis, in XIII. Toletano. Stephanus Emeritensis, in XII. & XIII. Toletano. Sarmatanus Valentinæ, qui Sarmata Valentinus, in XIII. Toletano. Hæc de subscriptionibus hujus concilii.

VITA,

IOANNIS PAPÆ V.

a IOANNES, natione Syrus, ex provincia Antiochia, ex patre Cyriaco, sedit annum vnum, dies * novem. Vir valde strenuus, atque scientia præditus, & omnimodo moderatus. Hic post multorum pontificum tempora, vel annorum, juxta priscam consuetudinem a generalitate in ecclesia salvatoris quæ appellatur Constantiniana electus est, atque exinde in * episcopio introductus. Hic, dum esset diaconus, missus est a sanctæ memoriæ Agathone papa in regiam urbem cum aliis sacerdotibus, repræsentans locum apostolicæ sedis in sancta sexta " synodo, quæ per Dei providentiam ibidem congregata vel celebrata est. Expleta autem exinde a clementissimo principe relaxatus, magnum gaudium ecclesiæ secum detulit. Id est, ipsam sanctam sextam synodum, vel edictum clementissimi principis confirmans eamdem synodum. Nec non & alias divales jussiones relevantes annonæ capita patrimoniorum Siciliæ, & Calabriæ non pauca, sed & * ceptum frumenti similiter, vel alia diversa, quæ ecclesia Romana annue minime * exurgebat persolvere. Hic consecratus est a tribus episcopis, Ostiensi, Portuensi, Veliternensi, sicuti prædecessor ejus Leo papa. Hujus temporibus regnavit domnus Iustinianus Augustus defuncto patre initio mensis Septembris, indictione decima quarta. Qui clementissimus princeps domino auxiliante pacem constituit, cum nec dicenda gente Saracenorum decennio terra marique, sed & provincia Africa subjugata est Romano imperio atque restaurata. Hic post multorum annorum curricula propter transgressionem ordinationis ecclesiæ Turritanæ *, quam sine auctoritate pontificis fecerat Citonatus archiepiscopus Calaritanus, pro eo quod antiquitus ordinatio fuit sedis apostolicæ, & ad tempus concessa fuerat * ipsa ordinatio eidem ecclesiæ. Postmodum protervia faciente archiepiscoporum per præcepta pontificum A ab eadem ordinatione suspensi sunt iuxta determinationem sanctæ memoriæ Martini papæ. Et facto concilio sacerdotum Novellum episcopum, qui ab eodem archiepiscopo ordinatus fuerat sub ditione sedis apostolicæ redintegravit atque firmavit, quorum chirographus archivo ecclesiæ * detentus est. Qui sanctissimus vir diutina infirmitate detentus est, ut etiam vix ordinationem sacerdotum explere potuisset. Hic dimisit omni clero, monasteriis, diaconibus & mansionariis solidos mille & noningentos. Fecit autem episcopos per diversa loca numero tredecim. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die secundo mensis Augusti, & cessavit episcopatus menses duos, dies B octodecim.

* undecim

* episcopium

"Vide supra pag. 607. C. & pleraque alias ex sequentibus.

* præceptū

* frumentum

* poterat

* in Sardinia,

* ipsius

* retinetur.

NOTA SEVERINI BINII.

Ioannes pontifex factus quando.

a *Ioannes.*] Ex sententia Anastasii in locum Benedicti die 22. Aprilis anno domini 685. subrogatus est Ioannes hujus nominis V. qui primus inexpectata Constantinopolitani imperatoris auctoritate in Romanum pontificem consecratus est, sanctæque sextæ synodo legationis apostolicæ munere condecoratus interfuit.

a EXEMPLAR DIVINÆ IVSSIONIS

IVSTINIANI AVGVSTI, DIRECTÆ ad Ioannem papam urbis Romæ,

In confirmationem sextæ synodi Constantinopolitanæ.

C *In nomine domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, imperator Cæsar Flavius Iustinianus, fidelis in Iesu Christo, pacificus, pius, perpetuus Augustus, Ioanni vero sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo antiquæ almæ urbis Romæ, atque universali papæ.*

MAGNUM studium, magnam solicitudinem nos habentes pro stabilitate immaculatæ Christianorum fidei, &c. *Vide paginam 1121. D. hujus tomi. Neque enim operæ mihi pretium videtur, eamdem integram cum Binio ac regio collectore iterum prælo subjicere, cum* D *nihil additum illi detractumve sit.*

NOTA SEVERINI BINII.

a *Exemplar.*] Hæc epistola de fide suspecta esse videtur, tum quod in nota temporis aperta sit repugnantia, tum etiam quod non sit credibile pro defensione ac custodia fideli actorum synodalium sexti concilii œcumenici ea gessisse imperatorem, quem non sanæ fidei extitisse constat ex epistola Nicolai I. ad Michaelem imperatorem. Adde quod Anastasius in vita Cononis papæ refert, vel " hanc, vel aliam ejusdem argumenti epistolam scriptam esse ab imperatore ad Cononem papam. *Hic,* inquit de Conone, *suscepit divalem jussionem domini Iustiniani principis, per quam significat se reperisse acta sextæ synodi, & apud se habere; quam piæ memoriæ domnus Constantinus pater eius fecerat, & promisit eius pietas illibatam & incon-* E *cussam perenniter custodire & conservare.* Auctoritate Anastasii epistola hæc ab impostura & surreptione defendi posset, quantumvis in inscriptione fortasse mendosa existeret, si auctorem illius Nicolaus papa inter imperatores improbos & hæreticos " non referret. Vide quæ dicam in Conone papa.

Qua ... ne hæc ... stola ... mentitia videatur.

" quod ... detur ... babilius

" In aliis ... sto fuer... malus; ... nō in iis ... spectant ... fidem a ... ta synod... adversu... Monoth... tas sanc...

a CONCILIVM IN VILLA REGIA,

IN QVO EPISCOPI ALIQVOT GRADV dejecti, sanctus Leodegarius Augustodunensis capitali sententia Ebroini factione a Theodorico rege damnatus est, anno Christi

ANN... CHRIS... 685. ... potius ... cedēti ... sub Ben...

Anno Christi 686.

sti DCXXCV. Ioannis V. papæ I. Theoderici ejusdem regis XVIII.

VETUS auctor qui sancti Leodegarii episcopi vitam scripsit ad Ermenarum ejus successore, inter episcopos qui in hac synodo damnati fuerunt, nominatim designat Desideratū cognomento Didonem, episcopum Cabillonensem. Leodegarium vero, tametsi eo accitus fuerat, ut a synodo damnaretur, synodum tamen ingressum non fuisse docet, sed seorsim a rege auditum, mortique addictum. " *Scribit autem in hanc ferme sententiam.* Cum jam per biennium fere Leodegarius in Fiscanensi cœnobio sub custodia resedisset, Theodericus rex & Ebroinus synodum in quadam villa regia convocantes, multam episcoporum turbam adesse fecerunt. Ibique inter ceteros Didonem, qui Leodegarium cum Vaymero expulit de suo episcopatu, condemnatum ab ipsa synodo, calvaria accepta in capite expulsum segregant a sancta congregatione. Deinde exilio condemnatus, morteque secuta pœna capitis exsolvit quidquid doli in sanctum virum exercuit. Alii porro episcopi tunc a rege per Ebroinum in ipsa synodo pœnam similem sortiti, perpetuo exilio sunt deportati. Ebroinus vero sanctum Leodegarium reduci præcepit ad palatium, ut in episcoporum concilio ejus disrumperet vestimentum; quatenus ob hoc ei esset interdictum, ut ultra offerre non præsumeret sacrificium. Tunc ergo ipsum ad eamdem synodum accersierunt: non tamen infra concilium confirmatur fuisse, sed seorsim eo tempore cum rege collocutus dicitur, & ei multa futura prædixisse, quæ evenisse certum est. Et cum ab eo diu percontati, ut de Childerici morte se conscium fuisse fateretur, aliud non valuissent elicere, ejus tunicam consciderunt a capite, eumque Chrodoberto, qui tunc comes erat palatii, jussit tyrannus impius tradi, & præsentem vitam gladii percussione auferri.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium in villa regia.*] Hæc pseudosynodus & tyrannica consultatio convocata est a Theodorico rege, opera Ebroini magistri domus, in qua hoc tantummodo consilio tyranni prædicti conclusum est, ut de Lamberto Trajectensi & Leodegario Augustodunensi episcopis pœnæ sumerentur, amotique suis episcopatibus relegarentur. Acta concilii breviter describit Sigebertus in chron. his verbis: *Theodoricus rex Ebroinum in gratiam recipit, ejus consilio synodum episcoporum cogit, & in hac multos eorum ex sententia Ebroini episcopatu privat: aliquos etiam eorum irrevocabili exilio damnat. Sub tam procelloso domesticæ persecutionis tumultu, sanctus etiam Lambertus a Trajectensi amotus episcopatu, & cœnobio Stabulensi monachicæ quietis expetit portum, ibique per septem annos habitavit secum. S. Leodegarius diu ab Ebroino tormentatus, post famem & carceris squalorem, post oculorum evulsionem, post plantarum concisionem, post linguæ & labiorum excisionem, tandem consummavit martyrium per capitis abscissionem.* Hæc Sigebertus in chron. anno 685. Vide Baronium anno prædicto: item acta Leodegarii apud Surium die 2. Octobris tom. 5.

VITA
CONONIS PAPÆ.

a CONON * oriundus ex patre Tracesio, educatus apud Siciliam, postmodum Romam veniens eidem ecclesiæ militans ad presbyterii A honorem devenit. Sedit menses undecim, dies viginti tres. In cujus electione dum ad episcopatum quæreretur, non minima contentio facta est, eo quod clerus in Petrum archipresbyterum intendebat. Exercitus autem * insequente ejus Theodorum presbyterum. Et clerus quidem adunatus ante fores basilicæ Constantinianæ sustinebat, eo quod qui missi fuerant de exercitu ad custodiendas regias basilicæ, * clausas observabant, & minime quemquam ingredi permittebant. Exercitus autem omnis in basilica sancti Stephani protomartyris similiter * fuerant adunati, & neque illi clero consentiebant, neque clerus exercitui acquiescebat pro suprascriptis presbyterorum personis. Sed dum * misso B ab utrisque partibus responso irent diutius & redirent, & nihil proficerent ad concordiam, consilio ducti sacerdotes & clerus, unanimiter ingredientes in episcopium Lateranense elegerunt, & * denominaverunt tertiam personam suprafati pontificis, in quo vere aspectus angelicus, veneranda canities, sermo verus, provecta ætas, simplex animus, quieti mores, religiosa vita, qui se nunquam aliquando in caussis * actibusque sæcularibus * commiserat. E vestigio autem omnes judices una cum primatibus exercitus pariter ad ejus salutationem venientes, in ejus * laude omnes simul acclama- C verunt. Videns autem exercitus unanimitatem cleri populique in decreto ejus subscribentium, post aliquot dies & ipsi flexi sunt, & consenserunt in persona prædicti sanctissimi viri, atque in ejus decreto devota mente subscripserunt, & missos pariter una cum clericis, & ex populo ad excellentissimum Theodorum exarchum, ut mos est, direxerunt. b Hic suscepit divalem jussionem domni Iustiniani principis, per quam * significat reperisse acta sanctæ sextæ synodi, & apud se habere, quam piæ memoriæ domnus Constantinus genitor ejus Deo auxiliante fecerat. Quam synodum promisit ejus pietas illibatam & inconcussam perenniter custodire atque conservare.

D Hujus temporibus pietas imperialis relevavit per sacram jussionem " sua ducenta annonæ capita, quæ patrimonii custodes Brutiis & Lucaniæ annue persolvebant. Itemque & aliam jussionem direxit, * ut restituatur familia suprascripti patrimonii, & Siciliæ, quæ in pignore a militia detinebatur. Hic ultra consuetudinem absque consensu cleri, ex immissione malorum hominum, in * Antiochia ecclesiasticorum Constantinum diaconum ecclesiæ Syracusanæ rectorem in patrimonio Siciliæ constituit, hominem * perperam & tergiversutum, sed & pallio ad caballicandum uti licentiam ei concessit. Et non post multum temporis seditio super eum orta est a civibus, ob patrimonii lites, qui E a judice provinciæ sub arcta custodia retrusus est, pro eo quod in dissensionem judicum cum inveniretur * direxisse. Qui sanctissimus vir diutina infirmitate detentus, ut etiam vix ordinationes * sacras explere potuisset, obiit. Hic dimisit omni clero & monasteriis benedictionem in auro, sicuti prædecessor ejus Benedictus papa. Cujus archidiaconus, videns eumdem pontificem infirmitate constrictum, atque cupiditate ductus prædicti legati, " cum necdum esset persolutum, scripsit Ravennam Ioanni glorioso novo exarcho, atque * promittens ejus dationem, ut persona ejus ad pontificatum eligeretur.

Marginal notes: * omnis in Theodorum. * valvas observabant, * fuerat adunatus, * missis ab utrisque partibus responsis *al.* responsa * demonstraverunt * Cononis. * actisque * commiscuerat. * laudem * significabat " f. suam * ut restitueretur familiæ * antipatia * *fort.* perversum " Perperum * directus fuisse. * sacerdotum * relicti clero & monasteriis ab ipso pontifice, * promissis

ANNO CHRISTI 687.

tur. * Quod & demandavit suis judicibus quos Romæ ordinavit, & direxit ad dispensandam civitatem, ut post mortem pontificis ejusdem archidiaconi persona eligeretur. Fecit autem episcopos per diversa loca numero sexdecim. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die * 21. mensis Septembris, & cessavit episcopatus menses duos, dies * viginti tres.

* Qui statim

* 22. Oct.

* 13.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Conon.*] Cum Iustinianus imperator sedi apostolicæ in eligendo pontifice libertatem solitam restitutam esse doleret, mandavit ut non crearetur pontifex sine consensu exarchi. Ex quo illud imprimis obortum est malum, ut ambientes pontificatum, per exarchum muneribus vel aliis officiis corruptum illum assequi conarentur. Quare dum hac occasione inter Theodorum & Petrum schisma conflatum esset, universi cleri consensu, quantumvis reluctarentur militares copiæ, Conon electus fuit, anno domini 686. die 20. Octobris. Sanctus Kilianus ab hoc pontifice ordinatus, Franconiam orientalem ad Christi fidem perduxit.

Conon quando & qua occasione pontificatum adeptus.

b *Hic suscepit divalem*, &c.] Constat ex epistola Nicolai I. ad Michaelem imperatorem, Iustinianum juniorem non sanæ fidei extitisse, ipsique Cononi adversatum esse, cum legatos ejus Constantinopolim missos prævaricari coegisset. Verba Nicolai hæc sunt: *Tanta salutis oblatos ministros duplici modo interemistis, quoniam aut participes illos sui erroris effectos spiritualiter occiderunt, sicut tempore reverendæ memoriæ Cononis contigit.* Hac de causa imperatorem Iustinianum numen divinum iratum sensisse, omniaque in deteriora labi cœpisse, ex iis quæ infra dicemus satis est apertum. Hoc tempore ingentem famem vexasse Syros, pacemque cum Bulgaris sancitam iterum ruptam fuisse docet Theophanes.

Iustinianus infidelis fuit.

ANNO CHRISTI 687.

VITA ET EPISTOLA
SERGII PAPÆ I.

a SERGIUS natione Syrus, Antiochiæ regionis, ortus ex patre Tiberio in Panormo Siciliæ. Sedit annos tredecim, menses octo, dies * 23. Hic veniens Romam sub sanctæ memoriæ Adeodato pontifice inter clerum Romanæ ecclesiæ connumeratus est. Et quia studiosus erat, & capax in officio cantilenæ * priorum cantorum pro doctrina est traditus, & acolythus factus per ordinem ascendens a sanctæ memoriæ Leone pontifice in titulo sanctę Susannæ, * quæ Ad duas domos vocatur, presbyter ordinatus est. Hic tempore presbyteratus sui impigre per cœmeteria diversa missarum solennia celebrabat. Post septennium vero defuncto beatæ memoriæ Conone apostolicæ sedis præsule, ut fieri assolet, * Romanus populus urbis in duas partes divisus est, & una quidem pars elegit Theodorum archipresbyterū. Alia vero pars Paschalem archidiaconum. Et quidem Theodorus archipresbyter cum populo qui ei favebat præveniens, interiorem partem patriarchii tenuit. Paschalis vero exteriorem partem ab oratorio sancti Silvestri, & * basilicam domus Iuliæ, quæ super campum respicit, occupavit. Cumque unus * alio locum non cederet, sed utrique * immaniter perdurarent: ut unus alium superaret, inito consilio primates judicum, & exercitus Romanæ militiæ vel * cleri plurima pars, & præsertim sacerdotum atque civium multitudo ad sacrum palatium perrexerunt, & diu pertractantes quid fieri deberet (qualiterve duorum altercantium electorum sopiretur * contentio. Deo annuente in personam denominati Sergii venerabilis tunc presbyteri concordantes se contulerunt, eumque de medio populi tollentes in oraculum beati Cæsarii martyris Christi, quod est intra sacrosanctum suprascriptum palatium introduxerunt, & exinde in Lateranense episcopium cum laudum * declamationibus deduxerunt. Et quamvis fores patriarchii intrinsecus essent munitæ, & clausæ, tamen pars quæ prædictum venerabilem virum elegerat, quia & validior erat, prævaluit, & ingressa est. Quo ingresso unus e duobus electis, id est, Theodorus archipresbyter illico quievit, ac se humiliavit. Et ingressus denominatum sanctissimum electum salutavit, ac osculatus est. Paschalem vero nullo modo cordis duritia id facere sinebat, donec coactus, & confusus, volens, nolens, suum dominum & electum ingressus salutaret. Qui etiam Paschalis clanculo non cessavit Ravennam suos mittere missos, promissaque pecunia, vel aliis diversis donis, Ioannem patricium, & exarchum cognomento Platyn, cum suis judicibus, nemine sciente Romam venire persuadere. Qui sic abdite venit ut nec signa nec banda cum militia Romani exercitus occurrissent ei juxta consuetudinem in competenti loco, nisi * a propinquo Romanæ civitatis. Qui dum venisset, & omnes in personam Sergii sanctissimi invenisset consensisse, illi quidem suffragari non valuit. Ecclesiæ tamen beati Petri apostoli idem exarchus per ejusdem Paschalis miseriam stipendiū, & damnum intulit, * quod ab eodem Paschali, suprascripto exarcho promissum fuerat, id est centum auri librarum a parte ecclesiæ expetente; Sergio sanctissimo electo proclamante, quod neque promisisset dare, neque possibilitas dandi suppetat. Et ut ad compunctionem animos videntium commoveret, cantharos & coronas quæ ante sacrum altare, & confessionem beati Petri apostoli ex antiquo pendebant, deponi fecit & pignori tradi. Sed nec in hoc flexa est ejusdem exarchi duritia, donec centum, ut dictum est, * librarum auri accepit. Et licet, ut * præfatum est, ecclesiæ Christi * ideo miserrimus Paschalis dispendium, & damnum * infixit, tamen Christo favente Sergius presbyter & electus in sede beati Petri apostoli pontifex ordinatus est. Prædictus vero Paschalis non post multum tempus, & ab officio archidiaconatus pro aliquibus incantationibus & * lucis, quos colebat, vel sortibus quas cum aliis * respectoribus tractabat, Dei beatique apostolorum principis Petri interveniente judicio privatus est, & in monasterium retrusus, post quinquennium præ cordis duritia impœnitens defunctus est.

* 14.

* piorum

* qui

* populus Romanæ urbis

Schisma inter Theodorum archiepiscopum & Paschalem archidiaconum

* basilica

* alii

* unanimiter

* cleri seditiosi

* intentio.

* acclamationibus

* in

* eo qu[...]

* libras

* prædi[...]

* idem

* inflix[...]

* luculi[...]

* respe[...]toribus inspecto[...]bus

b Hujus itaque temporibus Iustinianus imperator concilium in regia urbe jussit fieri, in quo & legati sedis apostolicæ convenerant, & decepti subscripserant. Compellebatur autem & * ipse subscribere, sed nullatenus acquievit, pro eo quod quædam capitula extra ritum ecclesiasticum fuerant in eo annexa. Quæ & quasi synodaliter definita, & in 6. tomis descripta a tribus patriarchis, id est, Alexandrino, Constantinopolitano, & Antiocheno, vel ceteris * consulibus, qui * in tempore illic convenerant, subscripta erant, manuque imperiali confirmata, missis in Lucellum, quod * scebrum carnale vocitatur in hanc Romanam urbem ad confirmandum, vel in superiori loco subscribendum Sergio

* ipse p[...] al. ipse [...]gius

* præsul[...]bus,

* eo tem[...]pore

* charta [...] *locus cor[...]ptus.*

Sergio pontifici, utpote capiti omnium ſacerdotum, direxit. Qui beatiſſimus pontifex, ut dictum eſt, penitus eidem Iuſtiniano Auguſto nõ acquievit, nec eoſdem tomos ſuſcipere, aut * lectione pandere paſſus eſt. Porro eos ut invalidos reſpuit atque abjecit, eligens ante mori quã novitatum erroribus conſentire. Qui imperator Sergium magiſtrianum in ſpretum prænominati pontificis Romam mittens, Ioannẽ Deo amabilem Portuenſem epiſcopum, ſeu Bonifacium conſiliarium apoſtolicæ ſedis, ſecum in regiam abſtulit urbem. Deinde Zachariam immanem ſuum protoſpatharium cum juſſione direxit, ut prædictum pontificem ſimiliter in regiam deportaret urbem. Sed miſericordia Dei præveniente, beatoque Petro apoſtolo & apoſtolorũ principe ſuffragante, ſuamque eccleſiam immutilatam ſervante, excitatum eſt cor Ravennatis militiæ, ducatus etiam Pentapolitani, & circumquaque partium * non permittere pontificem ſedis apoſtolicæ in regiam aſcendere urbem. Cumque ex omni parte multitudo militiæ conveniret, Zacharias * ſpatharius perterritus & trepidans, ne a turba militiæ occideretur, portas quidem civitatis claudi & teneri * pontificem poſtulabat. Ipſe vero in cubiculo pontificis tremebundus refugit, deprecans lacrymabiliter, ut ſui pontifex miſereretur, nec permitteret quẽquam ejus animæ infeſtari. Exercitus autem Ravennatis ingreſſus per portam beati Petri apoſtoli cum armis & * turba in Lateranenſe epiſcopium venit, pontificem videre æſtuans, quem fama vulgante, per noctem ſublatum & in navigium miſſum fuiſſe * cognoverant. Dumque fores patriarchii tam inferiores quam ſuperiores eſſent clauſæ, has in terram, niſi velocius aperirentur, mittere * minarentur. Præ nimia timoris anguſtia, & vitæ deſperatione Zacharias ſpatharius ſub * lectum pontificis ingreſſus ſeſe abſcondit, ita ut mente excideret, & perderet ſenſum. Quem beatiſſimus papa confortavit, dicens ut nullo modo timeret. Egreſſus vero idem beatiſſimus pontifex foris baſilicam domni Theodori papæ apertis januis * in ſedem, quæ vulgo appellatur Sub apoſtolis, generalitatem militiæ, & populi, qui pro eo occurrebant honorifice ſuſcepit, datoque apto & ſuavi reſponſo eorum corda linivit. Quamquam illi zelo ducti pro amore & reverentia tam eccleſiæ Dei, quamque ſanctiſſimi pontificis, jam a patriarchii cuſtodia non * receſſerunt, quouſque denominatum ſpatharium cum injuriis & contumeliis a civitate Romana foris * depellerent. [c] Nam & is qui illum miſerat ipſo etiam tempore eſt domino retribuente regno privatus. Sicque eccleſia Dei imperturbata cum ſuo præſule Chriſto favente ſervata eſt.

Hic beatiſſimus vir in ſacrario beati Petri apoſtoli capſam argenteam in angulo obſcuriſſimo jacentem, & ex nigredine tranſactæ annoſitatis, nec ſi eſſet argentea apparentem, Deo ei revelante reperit. Oratione itaque facta ſigillum expreſſum abſtulit, locellum aperuit, in quo interius plumacium ex holoſerico ſuperpoſitum, quod ſtauracis dicitur invenit. Eoque ablato inferius crucem diverſis ac precioſis lapidibus perornatam inſpexit, de qua tractis quatuor petalis, in quibus gemmæ clauſæ erant miræ magnitudinis, & ineffabilem portionem ſalutaris ligni dominicæ crucis invenit. Quæ etiam ex die illo pro ſalute humani generis ab omni populo Chriſtiano die exaltationis ſanctæ crucis in baſilica ſalvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, oſculatur ac adoratur. Hic fecit imaginem beati Petri apoſtoli, quæ eſt in parte mulierum. Hic fecit thymiamaterium aureum majus cum colũnis & cooperculo, quod ſuſpendit ante imagines tres aureas B. Petri apoſtoli, in quo incenſum & odor ſuavitatis feſtis diebus, dum miſſarum ſolennia celebrantur, omnipotenti Deo opulentius mittitur. Hic poſuit in abſida baſilicæ ſupraſcriptæ ſuper ſedes * apallaream argenteam penſantem ſingul. libras centum viginti. Hic fecit in baſilica ſupraſcripta pharos argenteos ſex penſantes ſingulos libras triginta, qui ſunt ſuper trabes ad ingreſſum confeſſionis.

Hic fecit in circuitu altaris baſilicę ſupraſcriptæ * tetravila octoquatuor * ex albis, * & quatuor ex coccino. Hic tectũ, & cubicula quæ circumquaque ejuſdem baſilicæ ſunt, quæ per longa tempora ſtillicidiis, & ruderibus fuerant * diſrupta, ſtudioſius innovavit ac reparavit. Hic muſivum, quod ex parte in fronte atrii ejuſdem baſilicæ fuerat dirutum innovavit. Similiter & ſpecula ejuſdem eccleſiæ, quæ ſuper ſedem ſunt vel regios arcus majores ſunt, renovavit. Hic corpus beati Leonis probatiſſimi patris, atque pontificis, quod in * abdito inferioris ſecretarii prædictæ baſilicæ poſitum fuerat, facta diligentius tumba in denominata baſilica publico loco (ut ſibi fuerat revelatum) repoſuit, ac locum ipſum ornavit. Hic fecit patenam auream majorem habentem gemmas * ex albis, & in medio ex hyacintho & ſmaragdo crucem penſantem libras viginti. Hic tectum, & cubicula univerſa in circuitu baſilicæ beati Pauli apoſtoli, quæ longa per tempora vetuſtate confecta fuerant, ſtudioſius innovavit ac reparavit. Similiter & trabes fecit de Calabria adduci, & quæ in eadem baſilica vetuſtiſſimas invenit renovavit. Hic imaginem apoſtolorum vetuſtiſſimam, quæ erat ſuper fores ejuſdem baſilicæ mutavit. Hic fecit ambonem & * cyburium in baſilica ſanctorum Coſmæ & Damiani, ubi & multa dona obtulit. [e] Trullum vero ejuſdem eccleſiæ fuſis chartis plumbeis cooperuit atque munivit. Hic cyborium baſilicæ ſanctæ Suſannæ, quod ante ligneum fuerat, ex marmore fecit: diverſa quæque cimelia aurea, & argentea, vel immobilia loca * illuc condonavit. Hic baſilicam ſanctæ Euphemiæ, quæ per multa tempora fuerat detecta, cooperuit ac renovavit. Hic baſilicam ſanctæ Aureæ in * Oſtiis, quæ ſimiliter fuerat detecta, vel diſrupta cooperuit, ſuoque ſtudio renouavit. Hic oratorium ſancti Andreæ apoſtoli, quod ponitur * Lavicana a ſolo refecit.

Hic ſtatuit ut tempore confractionis dominici corporis, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miſerere nobis, a clero & populo decantetur. Conſtituit autem ut diebus annuntiationis domini, nativitatis, & dormitionis ſanctæ Dei genitricis, ſemperque virginis Mariæ, ac ſancti Simeonis, quod Hypapantem Græci appellant, litania exeat a ſancto Hadriano, & ad ſanctam Mariam populus occurrat. Hic fecit in baſilica ſancti Laurentii martyris, quæ appellatur Titulus Lucinæ, arcus argenteos quatuor. [f] Hujus temporibus * Aquilegienſis eccleſię archiepiſcopus, & ſynodus quæ ſub eo congregata eſt, qui ſanctum quintum univerſale concilium utpote errantes ſuſcipere diffidebant, ejuſdem beatiſſimi papæ monitis, atque doctrinis inſtructi, con-

[Margin notes: * appellariam; * trabes; * ex eis albos; * & quatuor coccineos; * diſſipata; * abditis inferioribus; * albas; * cyborium; * illic; * Oſtiis *Tiberinis*; * via Lavicana; * Aquileienſis]

versi sunt, iidemque venerabile concilium cum * satisfactione susceperunt. Et qui prius sub erroris vitio tenebantur, doctrina apostolicæ sedis illuminati cum pace consonantes veritati ad propria * relaxati sunt. Hic fecit coopertoria, vel vasa aurea & argentea plura per diversas ecclesias ad usum & ornatum ecclesiarum Christi. Hic ordinavit Damianum archiepiscopum sanctæ ecclesiæ Ravennatis, atque Clementem * Frisonorum. Hic ordinavit * Berechialdum Britanniæ archiepiscopum. Hic ordinavit per diversas provincias episcopos nonaginta septem. Fecit autem & ordinationes duas per mensem Martii, presbyteros 18. diaconos 4. qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum * VI. Idus Septembris, indictione XV. Tiberio Augusto, & cessavit episcopatus mensem unum, dies viginti.

* satisfacti
* reversi sunt.
* Frisonum.
* Berectualdum
* quinto

NOTÆ SEVERINI BINII.

Sergius qua occasione pontifex factus?

a *Sergius.*] Post obitum Cononis exarchus imperatoris novo schismati causam dedit. Cum enim vivente adhuc Conone Paschalis archidiaconus promissione munerum exarchum induxisset, ut post obitum Cononis sui electionem promoveret, mortuo Conone, alii Theodorum archipresbyterum, alii Paschalem archidiaconum elegerunt, & schisma novum concitarunt. Cumque alter alteri non cederet Dei nutu omnium suffragiis electus est Sergius, anno domini 687. vigesima sexta mensis Decembris. Cui cum innotuissent ea quæ in concilio Toletano XV. elucidata sunt circa objectiones illas quas Benedictus papa objecerat, magnis laudibus ab eo sunt celebrata, teste Roderico Toletano episcopo. Post Kilianum sociosve ejus martyrio affectos novos apostolos & euangelii prædicatores in Frisiam vicinasque regiones misit, Vvillebrordum, Svvibertum, Evaldos, Marcellinum, aliosve plures, quos idem Marcellinus recenset in vita Svviberti apud Surium 1. Martii. Hi doctrinam illam, quam verbo prædicarunt, sanguinis fusione & virtute miraculorum confirmarunt. Sergius pontifex secundo ad se revertentem Vvillebrordum, Vltrajectinum episcopum primum ordinat. Beda libro 5. cap. 12.

Res tempore Sergii gestæ.

Ab hoc eodem pontifice, teste Molano in indice sanctorum Belgii consecratus est sanctus Hubertus Leodiensis episcopus, dignissimus sancti Lamberti martyris successor, nobilis genere, qui ut subditos sibi in catholicæ fidei observantia, & sanctæ Romanæ ecclesiæ obedientia, a qua sanctum euangelium accepissent, cultu perpetuo firmiter contineret, & posteros eodem vinculo obligaret, tradidit iis publicum sigillum sancti Lamberti martyris imagine sculptum, atque hujusmodi inscriptione notatum. *Sancta Legia Romana ecclesia filia.*

Vicarii sedis apostolicæ legati nominantur.

b *Hujus itaque temporibus concilium.*] Quinisextum Constantinopolitanum, de quo infra. Per legatos sedis apostolicæ intellige episcopos Græciæ illos, qui in oriente Romani pontificis vicarii constituti fuerunt. Nullum sedis apostolicæ legatum huic conciliabulo interfuisse infra in notis ejusdem concilii contra Balsamonem ostendam, verbo *Provinciale.*

Iustinianus naso simul & imperio privatur.

c *Nam & is qui illum miserat ipso etiam tempore.*] Leontius præfectus accepto a Græcis imperio Iustinianum naso truncatum Chersonesum in exilium relegavit, anno Christi 694. qui erat 10. imperii Iustinianei. Rei gestæ circumstantias describunt Cedrenus, Theophanes, Zonaras, aliive annalium Græcorum scriptores. Iusto Dei judicio hanc pœnam merito sustinuit impius Iustinianus, qui cum suasu Callinici patriarchæ novos canones sancivisset, iisque orientalem ecclesiam penitus deformasset, summo studio elaboravit, ut vel Romana ecclesia eadem turpitudine afficeretur, vel saltem ipse summus pontifex, si resisteret mandato imperatoris, per vim Roma in urbem regiam abduceretur.

d *Trullum vero ejusdem ecclesiæ, &c.* Quid sit Trullus, dixi supra in notis sextæ synodi, verbo *Constantinopolitanum.*

e *Hujus temporibus Aquileiensis ecclesiæ.*] Eadem scribit Paulus diaconus, lib. 5. cap. 14. Qua de re vide quæ dicturi sumus infra in notis concilii Aquileiensis.

EPISTOLA SERGII PAPÆ I. AD CEOLFRIDUM ABBATEM MONASTERII divorum Petri & Pauli, quod est ad Vvirimundam & Ingervum.

De Beda venerabili Romam transmittendo.

Sergius episcopus servus servorum Dei Ceolfrido religioso abbati salutem.

Quibus verbis ac modis clementiam Dei nostri, atque inenarrabilem providentiam possumus effari, & dignas gratiarum actiones pro immensis circa nos ejus beneficiis persolvere, qui in tenebris & umbra mortis positos ad lumen scientiæ producit. *Et infra.* Benedictionis interea gratiam, quam nobis per præsentem portitorem tua misit devota religio, libenter & hilari animo, sicuti ab ea directa est, nos suscepisse cognosce. Opportunis ergo ac dignis amplectendæ tuæ solicitudinis petitionibus arctissima devotione faventes, hortamur Deo dilectam tuæ religiositatis bonitatem, ut quia exortis quibusdam ecclesiasticarum causarum capitulis, non sine examinatione longius innotescendis opus nobis sunt ad conferendum arte literaturæ imbuti, sicut decet Deo devotum auxiliatorem sanctæ matris universalis ecclesiæ, obedientem devotionem huic nostræ hortationi non desistas accommodare, sed absque aliqua remoratione religiosum Dei famulum Bedam venerabilis monasterii tui presbyterum ad limina apostolorum principum dominorum meorum Petri & Pauli amatorum tuorum ac protectorum, ad nostræ mediocritatis conspectum non moreris dirigere, quem favente Deo sanctis tuis precibus non diffidas prospere ad te redire, peracta præmissorum capitulorum cum auxilio Dei desiderata solennitate: erit enim, ut confidimus, etiam cunctis tibi creditis profuturum, quidquid ecclesiæ generali claruerit per ejus præstantiam impertitum.

Malm. de gest. reg. l. 1. cap. 3.

CONCILIUM TOLETANUM XV. EPISCOPORUM SEXAGINTA UNIUS,

Anno domini DCLXXXVIII. tempore Sergii papæ celebratum.

ANN. CHRI. 688

In nomine domini Iesu Christi incipit synodus Toletana XV. sexaginta unius episcoporum, acta anno primo serenissimi & orthodoxi Egicanis principis, sub die v. Iduum Maiarum, [a] æra DCCXXVI.

Apud urbem Toletanam, in ecclesia Prætoriensi sanctorum apostolorum Petri & Pauli, omnes Hispaniæ Galliæque pontifices aggregati, dum, cunctis residentibus, in aspectu singulorum sese in alterutrum caritas diffusa monstraret, alternisque vocibus relatio gratiarum Deo reddita sonuisset, adfuit idem serenissimus Egica princeps, placida devotionis arce sublimis, & strenua culminis reclinatione laudabilis, quique in medio pontificum positus, humoque prostratus sacerdotum Dei se commendat orationibus. Deinde surgens, & sufficienti exhortatione concilium alloquens, innexa tomo sui culminis vota Dei sacerdotibus tradidit relegenda.

Ecce, inquiens, beatissimi patres, omne quod loqui me vobis aut circumlocutio onerosa cohibuit, aut communis sermo forsitan explicare non finit, hic brevi stylo complicui, hic liquida renotationis insinuatione cojeci: his, quæso, attendite, hæc pertractate, his deliberationis ferte

ferte inconvulsibilem sanctionem. Tunc nos A oblatum a rege tomum suscepimus, & dantes Deo gloriam, eidem principi benediximus, quo discedente hæc jam dicti tomi complicatione reperimus.

In nomine domini Flavius rex reverendissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

ECCE sublimi patres & cælesti jure honorandi mihi pontifices, * speciosi vestri ordinis adiens cœtum, illa plus efferor potentia gaudiorum, quo in medio vestri positum non ambigo dominum Iesum Christum: ejus quippe sermonibus fidem accommodans, quibus ait: *Ubicumque fuerint duo, vel tres in nomine meo collecti, ibi ero in medio eorum*, tanta spei hujus fiducia feror, ut quidquid vestra fuerit sententia cautum, non nisi eo dictante credam exorsum. Non ergo pudebit me illic cordis pandere sinũ, ex quo ubertim manant rivuli sanitatum. Attendite jam jamque unde cor serenitatis nostræ exæstuet, vel quibus ex causis mœsti pectoris angustetur dolore. Illud mihi primo in loco dicendum occurrit, quod divi patris nostri, & [b] soceri regale sortientes fastigium, gemino me sentio juramenti rete implicitum: ita ut si unum C ex his observantiæ cautela conservem, ex alio nihilominus in perjurii crimen videar recidisse. Egit enim idem divus prædecessor noster Ervigius princeps, inter cetera, quibus me incauto, & inevitabili * conditionum sacramento adstrinxit, cum adhuc mihi gloriosam filiam suam conjungendam eligeret, ut omnimoda sacramenti me taxatione constringeret, quo pro omni negotio filiorum suorum ita me ipsum opponendo solicitus essem, qualiter eorum causæ ad victoriam pervenirent, & quidquid me pro quibuslibet causis imperasset, in omnibus jussa ejus implerem. Hæc, inquam, jam dicto principi sub juramenti cautione promittens, aliud econtra me tempore mortis suæ impegit, aliud agere impulit; scilicet ut non ante regnum adirem, nisi primum strictis me juramentorum vinculis alligarem, ut justitiam commissis populis non negarem. Acta sunt ista, & specialibus conditionum probantur nexibus illigata. Quarum etiam duarum conditionum inevitabilem, & sibi contrariam seriem, & illarum quas ob protectionem filiorum suorum mihi exegit, & istarum, quas ob prælectionem regni mei exigendas instituit, paternitatis vestræ pertractandas consultibus destinavi, petens ut & benedictionibus vestris regno confirmatus inhæream, & sanctionis vestræ regulis viam, qua discreto calle perjurii gradiar, informatus agnoscam. Non E enim potero perjurii effugere notam, si aut jam dicti principis contra justitiam defendendo prolem, non reddidero populis veritatem; aut propter veritatem populorum zelans negotia, erga filios ejus promissionis meæ non implevero vota. Additur super hoc (ut fertur) pressurarum ejus in plerosque acerbitas quos indebite rebus & honore privavit: quos de nobili statu in servitutem sui juris implicuit; quos tormentis subegit; quos etiam violentis judiciis pressit; pro quibus omnibus hæc adhuc insuper vox in querimoniam venit, quod omnem populum regni sui ob tuitionem filiorum suorum jurare compulerit, & ex hoc cunctis quasi aditum reclamandi obstruxerit. His omnibus pressurarum vocibus tabido anxietatis strepitu occupatus, cupiens periclitationis hujus elaqueari periculo, fiducia illa qua vobis vicinum esse Deum non ambigo, vestris hæc pertractanda sensibus, vestrisque judiciis dirimenda committo. Nam & ceteras causarum voces, reliquasque jurgantium actiones quæ vestro se cœtui dirimendæ ingesserint, vestris opto judiciis consopiri; contestantes generaliter omnes, & vos sacrosanctos cælesti jure pontifices, & vos regalis aulæ viros nobiles & illustres, per ineffabile illud sanctæ Trinitatis sacramentum, & per domini nostri Iesu Christi sanguinem B preciosum, ac diem futuri judicii pertremendum, ut in his omnibus commemoratis negotiorum capitulis, repulsa omni acceptione muneris vel favoris, fideli conscientiæ oculo intendatis: quo in elucubrandis vocibus, & negotiis universis ita operam detis, ne a justitiæ tramite ullo modo decidatis: ut dum inflexibili æquitatis culmine, judicia vestra sese in conspectu domini placitura direxerint, & mihi de admonitione lucrum, & vobis pro æmulatione justorum judiciorum proveniat gaudium exoptatum. Datum sub die * agnita.

Igitur hujus tomi serie perlecta, primum nobis ille ordine consequenti occurrit, quo primitias nostri spiritus domino consecrantes, collationis nostræ primordia a sanctæ fidei soliditate inciperent ordienda. Sanctam igitur & definitam a patribus fidem pia confessione fatentes, sicut eam Nicæna synodus sanxit, Constantinopolitana patrum aggregatio edidit, vel Ephesini cœtus Cyrillo præsidente traditio protulit, atque etiam Calchedonense concilium declaravit, sic etiam eam tremendam omnibus prædicamus: sicut & per traditum a patribus symbolum profitemur ac dicimus:

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ; visibilium omnium, & invisibilium conditorem: & in unum D dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum; & ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum ex Deo, lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero; natum non factum; homousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ: per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus; passus sub Pontio Pilato; sepultus, tertia die resurrexit; ascendit in cælos; sedet ad dexteram Patris: iterum venturus in gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum, dominum, & vivificatorem; ex Patre, & Filio procedentem; cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum: qui locutus est per prophetas: in unam catholicam, atque apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissione peccatorum; expectamus resurrectionem mortuorum; vitam * venturi sæculi. Amen.

Post hujus igitur piæ confessionis prolatam devotis vocibus regulam, ad illa nos illico convertimus contuenda capitula, pro quibus muniendis ante hoc biennium beatæ memoriæ Romanus [c] papa Benedictus nos literarum suarum significatione monuerat. Quæ tamen non in scriptis suis annotare curavit, sed homini nostro verbo renotanda injunxit; ad quod illi jam eodem

ANNO CHRISTI. 688.

* V. Iduum Maiarum.

Hoc idem symbolum est in XII. concil. & XIII. Toletanis, & habetur ad verbum in missali Mozarab. sive Isidoriano.

* futuri

Left margin (partly cut off): ...osũ; ...i. 18.; a rex, ...llius ...& non ...s Vvã-...gis: ...uxor ...o fuit ...Ervi-...gis. ...fuit ...Vvã-...am de ...& so-...dicit, ...e sor-...es fa-...im. ...di bo-...sacra-...um

ANNO CHRISTI 688.

eodem anno sufficienter congrueque responsum est. Nos tamen nunc eamdem renotationem hominis nostri studiosius relegentes invenimus, quod in libro illo responsionis fidei nostræ, quem per Petrum regionarium Romanæ ecclesiæ miseramus, id primum capitulum jam dicto papæ incaute visum fuisset a nobis positum, ubi nos secundum divinam * essentiam diximus: Voluntas genuit voluntatem, sicut & sapientia sapientiam: quod vir ille incuriosa lectionis transcursione præteriens existimavit hæc ipsa nomina, id est relativum, aut secundum comparationem humanæ mentis nos posuisse. Et ideo * ipsa renotatione sua ita nos admonere jussus est, dicens: Naturali ordine cognoscimus, quia verbum ex mente originem ducit, sicut ratio, & voluntas: & converti non possunt, ut dicatur: quia sicut verbum, & voluntas de mente procedit, ita & mēs de verbo, aut voluntate: & ex ista comparatione visum est Romano pontifici voluntatem ex voluntate non posse dici. Nos autem non secundum hanc comparationem humanæ mentis, [d] nec secundum relativum, sed secundum essentiam diximus: Voluntas ex voluntate, sicut & sapientia ex sapientia: hoc enim ex Deo esse, quod velle; hoc velle, quod sapere. Quod tamen de homine dici non potest. Aliud quippe est homini id quod est sine velle, & aliud velle etiam sine sapere. In Deo autem non est ita, quia simplex ita natura est, & ideo hoc est illi esse quod velle, quod sapere. Quapropter qui potest capere voluntatem ex voluntate secundum essentiam nos dixisse, non de hujusmodi laborabit proposita quæstione: quod etiā in jam dicto responsionis & fidei nostro opusculo solicite legentibus & intelligentibus claret. Ubi & apposita illic beati Athanasii sententia idipsum nos debere sentire pronuntiat, dicens: Hanc de Deo religiosæ opinationis sētētiam retinemus, ut non aliud ejus voluntatem, aliud credamus esse naturam. Si enim secundum quod hic doctor dicit, id debemus sentire, ut non aliud Dei voluntatem, aliud credamus ejus esse naturam, hoc ergo est ejus voluntas quod & natura, hoc natura quod substantia, vel essentia. Filius igitur Dei de essentia Patris natus est, essentia de essentia, sicut natura de natura, & substātia de substātia: & tamen nec duæ essentiæ, nec duæ naturæ, nec duæ substantiæ possunt dici, sed una essentia, natura, atque substantia: sicut & lumen de lumine, non duo lumina, sed unum lumen; sicut essentia de essentia, non duæ essentiæ, sed una essentia; sicut natura de natura, non duæ naturæ, sed una natura: sic & voluntas de voluntate, non duæ voluntates, sed una voluntas: quia non est aliud Dei voluntas, aliud ejus natura, quod jam superius, Athanasio doctore, firmatum est. [e] Ac proinde quidquid de Deo, secundum essentiam dicitur, communiter in singulis personis convenire videtur, sicut sapientia, & fortitudo, vel cetera: quia & Pater sapientia, & Filius sapientia potest dici Fortitudo quoque & Pater potest & Filius appellari. Quod secundum illam comparationem humanæ mentis, nullo modo potest dici, quia, verbi gratia, mens si in persona Patris ponatur, Verbum jam * ex mente prodiens, Filius intelligitur, & voluntas procedens ex mente & verbo, Spiritus significatur. Nec tamen recurrit, ut possit dici, ut aut mens, quæ in significatione Patris est posita, Filio, vel Spiritui sancto conveniat, aut Verbum, quod solum Filius intelligitur, Patri, vel Spiritui sancto comparetur, aut voluntas, quæ in persona Spiritus sancti accipitur, aut Patris, aut Filii personæ convenire dicatur: sed sic singula singulis, secundum comparationem humanæ mentis conveniunt, ut unumquodque, quod ex eis unus dicitur, alius penitus non dicatur: sicut & relativo vocabulo Pater nominatus, non est ipse qui Filius: vel Filius cum dicitur, non est ipse qui Spiritus sanctus, nec Spiritus sanctus ipse est qui Pater aut Filius. Ac per hoc illa nomina, quæ comparative ex homine assumuntur, ideo secundum comparationem humanæ mentis dicuntur, ut quoquo modo ad contuendum illud divinæ Trinitatis ineffabile sacramentum humana infirmitas excitetur. Secundum hanc igitur comparationem putati sumus dixisse: Voluntas ex voluntate, quod utique dici, vel sentiri absurdissimum est. Ac proinde longe alia est regula, qua de Deo aliquid secundum essentiam dicitur: aliud, cum secundum comparationem humanæ mentis aliquid de illo pronuntiatur. Nos proinde consentientes, & sequentes doctoris [f] egregii Augustini sententiam, diximus secundum divinæ Trinitatis essentiam: Voluntas de voluntate, sicut & ipse in quintodecimo libro Trinitatis Dei pronuntiat, ita dicens: Melius quantum existimo, dicitur consilium de consilio, & voluntas de voluntate; sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia. Hic jam quisquis sapiens manifeste intelligit non nos hic errasse, sed illos forsitan incuriosæ lectionis intuitu fefellisse: quia quod a nobis est secundum essentiam dictum, illi secundum comparationem humanæ mentis positum putaverunt.

Ad secundum quoque retractandum capitulum transeuntes, quo idem papa incaute nos dixisse putavit, tres substantias in Christo Dei Filio profiteri, sicut nos non pudebit quæ sunt vera defendere, ita forsitan quosdam pudebit quæ vera sunt ignorare. Quis enim nesciat unumquemque hominem duabus constare substantiis, animæ scilicet & corporis? De quibus apostolus specialiter loquitur, dicens: *Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem*: sicut & ille sitiens Deum clamabat in psalmo: [g] *Sitivit in te* (inquit) *anima mea, quā multipliciter & caro mea.* Nec non & alia multa, quæ hominem duabus substantiis constare pronuntiant. Contra quam regulam invenimus item in scripturis, aut carne plerumque nominata, totum hominē posse intelligi, aut anima sola interdum nominata totius hominis perfectionem agnosci. Quapropter natura divina humanæ sociata naturæ possunt & tres propriæ, & duæ propriæ appellari substantiæ. Sed aliud est, cum per proprietatem totus homo exprimitur, aliud cum a parte totus intelligitur. Est enim quidam modus locutionis, qui frequenter in scripturis divinis positus invenitur, quo [h] significatur a parte totum: hic etiam tropus apud grammaticos synecdoche dicitur. Scribitur enim in libro Genesis secūdum istam tropicam locutionem significantem a parte totum: *Factus est homo in animam viventem*; cum homo non solum ex anima, sed ex carne constet. Item similiter a parte totū, ubi omissa substantia animæ, sola carnis substantia nominatur: sicut in psalmo scribitur: *Ad te omnis caro veniet*: cum omnis homo non solum ex carne

Marginalia: * existentiam; * in ipsa; Athanasius.; * quasi ex; ANNO CHRISTI 688.; Cap. 20. affert Magister sent. lib. 1. dist.; Secundi ... jus c. tituli est in coe ce alio, ... tribus substantiis in Christo manētibus D. Iuliani assertio manifesta.; 2. Cor. 4.; Psalm. 62.; 4. Regul. Tichonii, quam affert Augustinus de doctrina Christian. Et Isid. lib. 1. sent. cap. 25.; Genes. 2.; Psal. 64.

ANNO CHRISTI 688.

ex carne, sed ex anima constet; & tamen sola carne nominata totus homo intelligitur: sicut & sola anima nominata totus homo accipitur. Nam in Exodo volens similiter scriptura homines a parte totum intelligi, sic dicit: *Septuaginta animæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum:* cum ipsæ septuaginta animæ non sine suis corporibus illic ingressæ fuissent. Ex carnis quoque nomine totum hominem intelligi voluit qui dixit: *Et in carne mea videbo Deum:* cum non sine animabus suis resurgenda sint corpora. Ecce per consuetudinem scripturæ sacræ probavimus, & proprie hominem ipsis quibus constat substantiis appellari, & tropice a parte totum hominem posse intelligi. Si quæras culpam, nec ille errasse dicendus est, qui hominem a parte totum nominavit; nec iste culpandus est, qui totum hominem carne & anima nominata expressit: quia utrumque inculpabiliter dici scriptura divina convincit. Et tamen cum jam probatum teneamus, nec illam nec istam partem esse culpandam, quærendum est quæ pars plus possit esse ad totum hominem intelligendum facilior, atque etiam repulsa omni obscuritate, lucidior: utrum ea quæ solum carnem nominans, & animam tacite ibi vult intelligi; an ea quæ & animam, & carnem exprimens, totum dicit. Quod ut manifestius innotescat, quædam exempla ponenda sunt. Ecce juxta superiorem tropicæ locutionis modum, qui synecdoche dicitur, quo aut pars a toto, aut totum a parte intelligitur, scriptum invenimus de flagellatione Ægypti in psalmis: *Immisit in eis* [k] *muscam caninam:* nec non & illud: *Dixit, & venit locusta & bruchus*; volens scriptura isto genere locutionis non singularitatem, sed pluralitatem muscarum & locustarum intelligi. Non enim* musca, & locusta, sed multitudo muscarum & locustarum repleverunt Ægyptum. At nunc si aliquis nostrorum modo dicat: Misit Deus in Ægyptum muscas, & locustas, & bruchos, pluralem numerum proferens, quod & utique verum est, numquid in parte ista, quæ pluralitatem confitetur, potest calumnia cadere; ut dicatur non esse verum, quod utique verum est, de multitudine locustarum quæ repleverunt Ægyptum? Tale quippe illud est, ubi populus ad Moysem clamavit dicens: *Ora ad dominum,* [l] *ut auferat a nobis serpentem*; cum non unius serpentis, sed multorum serpentium molestias ille populus pateretur. Hoc etiam more & apostolus loquitur in illo loco ubi ait: *Quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro*: ac si diceret, omnis homo; a parte carnis totum hominem intelligi volens. Sic ergo & de domino nostro Iesu Christo, cum scriptum sit de illo in euangelio: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis,* caro sola est nominata, ut illic tacite intelligeretur & anima; secundum supradictum locutionis modum, quo homo a parte totus accipitur. Quæ locutionis regula plerumque & a patribus est servata.

Sic enim ex hoc beatus [m] Cyrillus in libro qui vocatur Scholia, dicit: Quomodo igitur verbum caro sit factum, videre necesse est. Primum quidem divina scriptura carnem plerumque nominat, & quasi ex parte, animalis totius significationem facit: necnon etiam a sola anima, interdum tantumdem agit. Scriptum est enim, quod *videbit omnis caro salutare Dei.* Et ipse divinus Paulus: *Non consensi,* inquit, *carni, & sanguini.* Allocutus est autem eos qui sunt ex Israel pontifex Moyses: *In* [n] *septuaginta quinque animabus descenderunt patres tui in Ægyptum.* Sed non idcirco dixeris, quod nudæ, & sine carne animæ in Ægyptum descenderunt: nec porro, quod inanibus corporibus, & solis carnibus salutare suum Deus indulserit. Quotiens igitur audimus carnem factum esse verbum, hominem intelligitur ex anima & corpore factum. (Deut. 10.)

Item & S. Augustinus in libro quæstionum contra Apollinaristas sic dicit: Si ubicumque caro fuerit nominata, & anima tacita, sic intelligendum est, ut anima* ibi non esse credatur, nec illi habebant animam, de quibus dictum est: *Et videbit omnis caro salutare Dei*: & illud in psalmo: *Exaudi preces meas, ad te omnis caro veniet*: & illud in euangelio: *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei non pereat, sed* habeat vitam æternam.* Vnde & intelligitur solere homines per nominationem solius carnis significari; ut secundum hanc locutionem etiam illud possit intelligi, ut quod dictum est: *Verbum caro factum est,* nihil dictum sit, nisi, Verbum homo factum est. Sicut enim a parte totum plerumque, nominata sola anima, homo intelligitur (sicut est illud: *Tot animæ descenderunt in Ægyptum*) sic rursus a parte totum, etiam nominata sola* carne, homo intelligitur. (Quæst. 20. — * ibi esse — Luc. 3. — Psal. 64. — Ioan. 17. — * det eis vitam — Ioan. 1. — Genes. 46. Exod. 1. Deut. 10. — * caro,)

Item ipse in libro Enchiridion dicit: *Verbum caro factum est*; a divinitate carne suscepta: non in carnem divinitate mutata: carnem quippe hic hominem debemus accipere; a parte totum significante locutione, sicut dictum est: *Quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro*; id est, omnis homo.* Qualiter hæc* est patrum plena, scripturarum more, libata sententia; ut cum a parte totum una quælibet hominis assumpti in Christo substantia nominatur, illic statim & altera intelligatur. Nam si una, secundum hunc tropum taceatur, & alia dicatur, duæ tamen nihilo minus intelliguntur. Nemo ergo jam dicat, cum audit totum hominem a parte posse intelligi, non debere tres in Christo substantias profiteri, cum isto genere locutionis aliud ex altero cogatur intelligi. Nihil ergo diversitatis est, sive tropice una, sive propria gemina hominis nominata substantia; cum utraque locutio hominem a Deo assumptum, non nisi in duabus substantiis nos intelligere, & confiteri permittat. Ac per hoc tres in Christo substantias profiteri ille non dubitabit, qui* hac ratione plena cognitione didicerit. Ceterum ubi non tropice, sed proprie hi patres hominem totum a Christo susceptum esse fatentur, sic in suis tractatibus posuerunt. (Ioan. 1. — Rom. 3. — * Quapropter — * ex scripturarum — * hanc rationem — De hac locutione patrum supra diximus.)

Beatus enim Cyrillus in superiori libro, qui vocatur Scholia, dicit, ubi veritatem trium substantiarum Christi figura veteris testimonii aperte convincit, sic enim ait: Quod adunato Deo verbo vere humanitati, inconfusæ tamen substantiæ permanserunt, erectum est secundum Dei voluntatem sanctum tabernaculum per desertum, & in eo multis modis formabatur Emmanuel. Ait igitur Deus omnipotens ad divinum Moysem: *Et* [o] *facies arcam testimonii ex lignis imputribilibus, duorum cubitorum & dimidii longitudinem, & cubiti & dimidii latitudinem, & cubiti & dimidii altitudinem, & inaurabis eam auro puro; extra & intra inaurabis eam*: sed lignum quidem imputribile sit figura corporis incorrupti (imputribilis enim cedrus) aurum vero, (Exod. 25.)

ANNO CHRISTI 688.

quasi materies aliis preciosior, divinæ nobis indicat substantiæ majestatem. Attendite igitur cum arca tota inaurata sit auro puro extra & intra, adunatum quidem fuerit sanctæ carni Deus verbum: & id est (ut opinor) arcam fuisse extra inauratam. Quod vere animam rationalem, quæ corpori inerat, propriam fecerit, ex hoc apparet quod & intra præceperit inaurari. Quod autem naturæ sive substantiæ inconfusæ manserunt, hinc scimus; aurum enim superpositum ligno mansit id quod erat; & ornabatur quidem lignum auri decore, tamen lignum esse non desiit.

Item sanctus Augustinus in libro Trinitatis Dei idipsum exprimens dicit: Sic Deo conjungi potuit humana natura, & ut ex duabus substantiis fieret una persona, ac per hoc jam ex tribus, Deo, anima, & carne. Hæc igitur sanctis patribus nos docentibus, & utramque locutionis regulam nobis insinuantibus, videant jam tandem & sentiant qui sine favore patrum judicant, quæ pars plus potest esse tutissima, licet in neutram partem possit cadere culpa: utrumne illa quæ in Christo Dei Filio unam verbi, alteram hominis a parte totum substantiam profitetur; an ista quæ proprie totum hominem in duabus substantiis verbo Dei adunatum fuisse fatetur. In illa enim parte, quæ a parte totum hominem intelligi volet, potest hæreticorum dolus latere ut unam quamlibet ex his substantiam nominans, aliam supprimat, sicque quod ore non profitetur, nec corde confiteatur, sicut Apollinaris, qui negat dominum Iesum humanam animam habuisse, vel Manichæus negans in Christo assumpti corporis veritatem: in hac vero nostra professione, ubi præmissa verbi substantia, specialiter duas hominis in una Christi persona substantias profitemur, nullus potest accidere vel suspicari fraudulentiæ dolus, quando evidenter in Deo assumptus prædicetur homo totus. Tutior ergo pars est, quæ totum dicit, quam quæ aliquid supprimit: & plus claret quod proprie dicitur, quam quod arcta tropice locutione * firmatur. Sed forte nos soli hoc dicimus, quod majorum sententia non probamus. Iudicem jam ergo Augustinum (si complacet) advocemus, ut quam partem contra hæreticos munitiorem esse pronuntiet, audiamus. Sic enim in tractatu symboli dicit: Temporali dispensationi dominicæ multis modis insidiantur hæretici: sed quisquis tenuerit catholicam fidem, ut totum hominem credat a verbo Dei esse susceptum, id est, corpus, animam, & spiritum, satis contra illos munitus est. Ecce spirituales spiritualiter utraque consideramus, judicium protulit, sententiam fixit, munitiorem & tutiorem partem illam esse pronuntians, quæ contra hæreticos totum hominem a verbo Dei susceptum in duabus substantiis, carnis animæque defenderit. Sed forte aliquis dicat, jam hic tria quædam hominis nominata, id est, corpus, anima, & spiritus. Tria quidem dicuntur, sed duo sunt: sicut ab eodem doctore in prædicto symboli tractatu convincitur. Tria sunt (ait) quibus homo constat, spiritus, anima, & corpus, quæ rursus duo dicuntur: quia sæpe anima simul cum spiritu nominatur: pars enim quædam ejusdem rationalis, qua carent bestiæ, spiritus dicitur. Quod etiam in epistola ad Petrum dilucida manifestatione * exequitur, quod spiritus, & anima utrumque sint unum, & unius esse substantiæ sentiantur. Dicit enim, duo quædam esse animam & spiritum, secundum id quod scriptum est: *Absolvisti a spiritu meo animam meam*: & utramque ad naturam hominis pertinere, ut totus homo sit spiritus, anima, & corpus, sed aliquando duo ista simul nomine nuncupari animæ, quale est illud: *Et factus est homo in animam viventem*; ubi quippe & spiritus intelligitur. Itemque aliquando utrumque nomine spiritus dici, sicuti est: *Et inclinato capite tradidit spiritum*: ubi & anima necesse est intelligatur, & utrumque unum, & unius esse substantiæ; * ac per hoc anima, & spiritus, & anima, & corpus, duæ speciales hominis substantiæ sunt, quæ & diverse dicuntur. Nos proinde in jam dicto fidei nostræ opusculo Apollinaristarum hæresi respondentes, P tres in Christo substantias diximus, quod & majores nostros docuisse monstravimus, honorantes videlicet & sequentes sententiam doctoris egregii Hispalensis sedis episcopi, quam in libris suis, de differentia naturæ Christi, vel nostræ disseruit, ubi ait: Nos ex duabus subsistimus substantiis, corporis videlicet, atque animæ: ille ex tribus, verbi, corporis, atque animæ: inde est, quod perfectus homo, perfectus prædicatur & Deus. Hæc igitur perpauca de patribus exempla libavimus: ut in brevi ea quæ competunt monstraremus. Ceterum, qui hæc adhuc intentius legendo quæsierit, plurima colligere poterit. Iam vero si impudorata quis fronte, ne his patribus cedat, & unde ea libaverint, insolens scrutator exquirat, euangelicis saltim vocibus credat, quibus has tres substantias sibi inesse Christus pronuntiat. Interrogatus enim a Iudæis: *Tu quis es?* Respondit: *Principium qui & loquor vobis*: ecce habes unam substantiam deitatis. Restant duæ substantiæ hominis: ut enim veram carnem hominis suscepisse monstraret, palpandum se discipulis præbuit, dicens: *Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non * habent, sicut me videtis habere.* Ecce expressa est substantia carnis humanæ. Item ut animæ humanæ substantiam suscepisse monstraret, dicit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem iterum sumendi eam.* Ecce tres in una Christi persona substantias inconfuse & inseparabiliter adunatas, deitatis videlicet atque humanitatis euangelicis oraculis approbantes, omnes uno ore fatemur, & præfixa sententia prædicamus; confitentes videlicet, secundum Calchedonense concilium, eumdem dominum nostrum Iesum Christum, perfectum in divinitate, perfectum eumdem in humanitate; Deum verum, & hominem verum eumdem ex anima rationali & corpore; secundum divinitatem, unius cum patre naturæ; secundum humanitatem, unius naturæ nobiscum; per omnia similem nobis, absque peccato: ante sæcula quidem ex patre natum secundum divinitatem; in novissimis diebus vero eumdem propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine, Dei genitrice, secundum humanitatem, unum eumdemque Christum Filium Dei unigenitum in duas naturas inconfuse, immutabiliter, indivise & inseparabiliter cognoscendum, in nullo naturarum differentias, propter unitatem perimendas, magis autem, salva utriusque naturæ proprietate, & in una coeunte persona, unoque statu concurrente, non in duabus personis partiendum vel dividendum, sed unum eumdemque Filium unigenitum,

*formatur.

Augustinus de symbolo.

Augustinus de fide ad Petrum. Isidor. lib. 1. diff. cap. 16. discrimen ponit inter spiritum & animam.

* assequitur,

Gen. | Ioan. | * ac non anima | Isidor. diff. | Ioan. | Luc. | * habe | Ioan. | Habet hæc v. in exp. tione symboli, concil. Calched.

unigenitum, Deum verbum, dominum Iesum Christum. Iam vero si quis contra hæc ulterius non instruendum, sed contrarium se huic redditæ rationi præbuerit, damnationem præfati concilii sustinebit.

Tertium sane quartumque capitulum continentes, non solum sensum, sed & ipsa pene verba ex libris beatorum Ambrosii atque Fulgentii nos prælibasse monstravimus, quibus ea prædictos viros dogmatizasse scimus. Quos quia celebres in toto orbe doctores feriata ecclesiarum Dei vota percenseant, non illis est succensendum, sed potius succumbendum: quia omne quod contra illos sapitur, a rectæ fidei regula abhorrere sentitur. Has sane quatuor specialitates capitulorum, quæ ut a nobis solida efficerentur hortati sunt, quid a quo fuerit doctore prolatum, congesto in uno responsionis nostræ libro, catholicorum dogmate patrum ante hoc biennium parti illi porreximus dignoscendum. Iam vero si post hæc, & ab ipsis dogmatibus patrum, quibus hæc prolata sunt, in quocumque dissentiant, non jam cum illis est amplius contendendum, sed, majorum directo calle inhærentes vestigiis, erit per divinum judicium amatoribus veritatis responsio nostra sublimis, etiamsi ab ignoratibus æmulis ceseatur indocilis.

His itaque super sanctæ fidei professionem* explicatis, ad contuendam illarum seriem conditionum nos vertimus, quarum* nexibus se illigatum prædictus princeps fuerat protestatus. Etenim tempore, quo divæ memoriæ Ervigius princeps hunc præsentem dominum nostrum Egicanem regem ad copulam filiæ sustinuit, his eum primum ligaminibus implicavit. Clara igitur pronuntiantis voce, earumdem conditionum nobis textu præcognito, invenimus illic tam impossibilia vincula quædam juramenti innexa, ut difficulter mens jurantis ab earum illigatione sit libera: etiamsi esset a regni curis, & solicitudinibus aliena. Quarum textrinii evidens ligatura, inter cetera connexionum capitula, his verbis habebatur expressa. Circa cognatos meos, filios vestros, quos de gloriosa conjuge vestra, domina mea* Leubigitone regina progenitos habere videmini, tam carum me amicum in sincera mentis dilectione sine fraudulenta calliditate exhibere, & esse polliceor; & ita cum eis in affectu dulcedinis & caritatis omnibus diebus vitæ meæ vivere spondeo, ut nec ipsos, nec partem eorum pro quibuslibet capitulis, aut ordinibus, vel occasionibus, quoquolibet tempore inquietari, aut stimulari debeam. Nec ullum dolorem, ullamque malitiam in corde, vel animo meo contra eos amodo, & deinceps quandoque retinebo, aut excogitabo: neque aliquam occasionem, aut argumentum enutribo, per quod, aut præfata ancilla vestra, sponsa mea, sive jam nominati filii vestri, qui de totiens dicta clementissima conjuge vestra, domina mea Leubigitone regina progeniti sunt, aut in maximum, aut in modicum conturbentur vel stimulentur, excepto propter justissimas causas, unde legalis mihi veritas patuerit, quas ut cum caritatis affectu ad eosdem cognatos meos quærere debeam, mihi licentiam reservo, & tam de promptissima dilectione & caritate eorum nunquam recedam: nam & pro causis eorum, quas aut ipsi contra quaslibet personas habuerint, aut si quicumque contra eos pro quibusdam rebus intenderint, ita usque quoad vixero in eorumdem filiorum vestrorum adjutorium, cum omni mentis meæ intentione, inquantum valuero, & Deus mihi dederit posse, exurgebo & intendebo, veluti si pro causa propria mea: ut nec illi damnum, aut perditionem quamcumque sustineant, & negotia eorum cum Dei auxilio, me intendente, agente, & prosequente celerem ad effectum perveniant.

ANNO CHRISTI 688.

Perlectis igitur his conditionibus quæ divæ memoriæ Ervigius princeps præsenti principi nostro ob suorum tantum filiorum vindicationem extorserat, aliæ iterum conditiones ex communi voto sese nobis retractandæ objiciunt, ad quas præfatus princeps Egica in regno adscitus juramentorum suorum Deo reddidit vota, cum se justitiam populis redditurum promisit, ac ne quemquam contra justitiam læderet, jurisjurandi attestatione devovit. Prima igitur conditionum illa series* pertractata, multis his secundis conditionibus videtur esse contraria. Quomodo enim pro cognatis causaturus exurgens decertantibus contra eos dabit justitiæ palmam, si ipse contra eos sententiam suam defendat? aut si ipse, sicut juravit, negotii sit objector? Quis expectabitur judicii terminator, aut quomodo data in populis juramenta servabit, ut nullum, sicut est pollicitus, contra justitiam gravet, si intantum cognatis protectionis adminicula præstet, quamdiu negotia eorum se prosequente ad effectum* videantur pertingere Sic enim, sicut jam superius dictum est, jurasse præfatum principem constat, ut negotia eorum, se intendente, & prosequente, ad effectum perveniant. Illigatum itaque principem utriusque partis vinculis contuentes; perpendimus, quia utraque promissio simul ab eodem inculpabiliter impleri non possit. Quamquam si bene res considerata tractetur, tunc ab illis primis conditionibus absolutus ostensus est, quando ad secundas has conditiones populorum jurare coactus est: quia uno eodemque compulsionis auctore, utrumque contestatus est. Quapropter perpensis utrarumque conditionum allegationibus, atque communi omnium collatione tractatis, * pervenimus in illis conditionibus, ad quas primum hic princeps noster socero jurasse dignoscitur, sola illi proprii juris commoda cogitata; in his autem conditionibus* honestatis vota pollicita: illic ante regnum unius tuendæ domus* fides exacta; hic post regnum inoffensa regendarum plebium vota pollicita: illic privatus amor, ob defensionem filiorum* protenditur: hic generalis patriæ, & gentis affectio pollicetur: juratio illa offensis forsitan plurimis uni tantum domui portabit effectum, hæc vero generale æquitatis servans in singulis compromissum, nulli parti dabit veritatis excidium. * Quod igitur ex utroque justo disputationis fine conficitur, numquid paucorum salus erit extinctio plurimorum? aut numquid tantum valere debet privatæ rei commodum, quantum generalis relevatio populorum? absit. Quia ergo in illa juratione acceptio privatarum cogitata est personarum, in hac autem generalis protectio plebium: quæ ex his duabus sit potius observanda, divina nobis pandat sententia.

Scriptum est enim in Proverbiis Salomonis: *Cognoscere personam in judicio non est bonum.* Christus quoque in euangelio: *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate:* Paulo præsertim apostolo* specialiter præstruente,

Marginal notes: * pertractanda. * pertineat: Illigatum itaque. * invenimus. * honestis juris. * fidem exactam; * portenditur; * Quid. * pro his spec. — Prov. 24. Ioan. 7. & Deut. 1.

ANNO CHRISTI 688.

te, *ut non quæramus quod nobis utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.* Iam ergo in promptu est, quid ex his duobus salubri pietate præponderetur, & ideo intemerata plus erunt quæ patriæ sunt salubri pollicitatione jurata, quam illa quæ ob unius tantum domus sunt utilitatem pollicita. Nec hoc quidem sic dicimus, ut illa, quæ quidem pro cognatis jurata sunt, penitus destruantur, sed potius ut unus idemque affectus populis cognatisque servetur; unum quid ex duobus unitatis gratiam redolens, neutrum dividat, sed componat. Non enim possunt utraque sejuncta æqua observantiæ lance servari: quia si promissa cognatis fides servetur, populis quæ promissa sunt deperibunt: & iterum, si data populis intemerata Deo sacramenta serventur, cognatis procul dubio promissa beneficia negabuntur: nec unius partis præstatio sine alterius partis potest esse dispendio. Quid ergo? numquid ob hoc utraque juramentorum promissa solvenda sunt, quia singula invicem sine culpa agi non possunt? Absit: transfundendum ergo unum in alterum, & ad unam regulam redigendum: ita ut minoris partis vota potioribus sint conjuncta, & affectus protectionis, qui privatim socero promissus est & cognatis, transfusus generaliter servetur in populis; nõ quo, ut aut hinc aut inde promissa fides patiatur dispendium, sed conjuncta, atque in alterutrum transfusa commune defensionis sentiat lucrum. Dicimus ergo per spiritum Dei, & * proximam sententiam ponimus, eo in nobis loquente, qui se in suo nomine aggregatis medium adesse promisit. Sic ergo ab illis vinculis juramenti, quibus socero ante juravit, principem nostrum Egicanem regem sancta synodus absolvendum elegit, ut aut cognatos ad populorum regulam dirigat, aut populos in cognatorum justam defensionem assumat, ut quasi unius patris, germinisque filios utrumque uno devocans in affectu, nec in cognatorum justis negotiis favorem populorum obtendat, nec rursus in populorum questibus cognatis favere pertentet, ut tam in populorum, quam in cognatorum negotiis, una eademque illi fides servanda sit, nec alio affectu tractandos eligat cognatos, quam populos, quo in adeptum cælitus regnum directo æquitatis gradiens calle, nec profanationis in utrumque subeat notam, nec pietatis claudat utrisque partibus viscera.

1. Cor. 10.

* præfixam

Matth. 18.

Secunda post hæc nostro cœtui retractanda se collatio intulit, pro conditionibus scilicet illis, quas jam dictus princeps Ervigius ob tuitionem filiorum suorum, totius regni sui populos jurare coegit. Quibus inspectis, & diutissime retractatis, nihil illic invenimus, quod æquitati sit obvium, nihil quod & pietati adversum: occasiones tantum malitiæ * amputantur, nam justorum negotiorum aditus non excluditur. Hoc enim singulariter illic servandum promittitur, quod generaliter a domino omni Christiano jubetur; scilicet, ut malitia * caveatur, innocentia illibata servetur, frustretur nocendi propositum, admittatur negotiosum justumque judicium: hoc enim si communi omnium lege servetur, & illæsum semen regium a nocibilitate servabitur, & veritas populis sine perjurii profanatione reddetur. Nec enim illic juramentum est, ut aut causantes contra filios suos nemo juvaret, aut nullus super æquitatis judicium promeret: ubi jam dictus princeps non solum in singulis negotia sua judicialiter proponendi aditum tribuit, sed & scelera filiorum suorum, si qua accidissent legibus ulciscenda permisit. Quod ergo illic non est juramentum, & tamen juramentum fuisse impudenter asseritur, non devocabit populos in perjurii crimen, quia nec alligatum cernitur in conditionum serie: nec enim in nobis est cohibendum, quod in illis conditionibus non invenimus esse cohibitum. Recedendum tamen est a malitia, & * exercenda sunt negotia opportuna. Neque enim quorumdam incauta illa dicacitas attenditur, quæ impudenter adstruere nititur, illos tantum innoxios esse a perjurii crimine, qui negotia sua tantum visi fuerint objecisse: illos autem, qui vel talia negotia judicanda susceperint, vel hujusmodi pro æquitate adjuverint, inexpiabili profanationis crimine irretiri: hæc quippe dicunt contentiose magis quam rationabili strepitu obstrepentes; nescientes videlicet, quia si negatus fuisset illic aditus jurandi, negaretur & proponendi: sed qui admisit justæ propositionis negotium, non voluit prolatæ æquitatis amputare judicium: nec qui proponentem admisit potestatem juste judicandi judicibus abstulit. Magna ergo stultitiæ vox est, hæc sentire, vel proloqui. Nam econtra, ecce per totam divinæ seriem scripturæ plus judicibus præcipitur judicare justitiam, quam populis sua objectare negotia. Dicit enim scriptura: *Iuste judicate, filii hominum:* nec addit: Iuste proponite causas vestras, filii hominum: numquid, quia judices juste judicare admonet, ideo populis proponendi sua negotia interdixit * in eo quod de negotiis proponendis nihil protulit? Numquid super eo judicii formula * rejicitur, quia mutum & absque propositione sentitur? Non ergo aut judicia sine objectis, aut objecta sine judicibus esse possunt, quo aut judex desit causanti, aut causans desit nullo modo judici. Quapropter conditiones ipsę, in quibus nec veritas est præcisa, nec pietatis amputata sunt viscera, non tenebunt aut juste proponentes ad perjurii sacrilegium, aut juste judicantes ad profanationis reatum. Hac igitur reddita ratione conficitur, ut ad prædictarum seriem conditionum nullus teneatur obnoxius, quisquis repulsa a malitia, contra jam dicti principis partem, aut negotia sibi debita judicibus judicanda objecerit, aut qui talium mandata susceperit, aut testis judex, qui advocatus testimonium dixerit, aut judices ipsi, qui hujusmodi juste negotia terminaverint, vel hi etiam, qui parti justitiam habenti simpliciter fautores extiterint, ad relevationem potius miserorum currentes, quam parti cuiquam delectantes esse nocibiles. Scriptum est etenim: *Pietas ad omnia utilis est.* Neque enim cessandum est a misericordiæ opere, quod illo non interdictum est fœdere. Quia ergo illic justitiæ aditus non negatur, consequens est, ut nec pietas abnegetur: non enim plene justitiam diligit qui pietatem proximo non impendit; sic enim inconfuse pietatis servantes affectum, illud apostolicum prælegimus observandum, * quam manifeste præcipitur: *Invicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Hac igitur ratione præmissa, absolutis & discretis personis, atque vocibus singulorum negotia ipsa, quæ contra partem dicti piæ memoriæ Ervigii principis, vel filiorum ejus habeantur proponenda, admisimus, definientes, ut legibus canonibusque designata

* illic amputantur,

* capiatur,

* exec[ercenda]

Levit.

* ideo quod

* texit qui mu[tum] est abs[que]

1. Tim.

* quo, quam

Galat.

designata justitia, inter opponentes & respondentes a judicibus inconcussa servetur. His itaque excursis, quæ placita dispositionis fine conclusa sunt, damus soli Deo gloriam & honorem, poscentes ejus profusissimam pietatem, ut ejus virtus atque potentia, & nostrarum solvat mentium ligaturam, & glorioso amatori Christi Egicani, principi nostro tribuat felicem retentasse sceptrum, felicioris vitæ reducere cursum, ac diuturnum cum pace in populis tenere imperium, eo præstante qui est rex omnium regum, & cujus regnum manet in sæcula sæculorum. Amen.

SUBSCRIPTIONES.

Iulianus urbis regiæ metropolitanus episcopus hæc canonum statuta subscripsi.
Suniefredus Narbonensis metropolitanus episcopus subscripsi.
Floresindus Hispalensis metropolitanus episcopus subscripsi.
Faustinus Bracarensis metropolitanus episcopus subscripsi.
Maximus Emeritensis metropolitanus episcopus subscripsi.
Idalius Barcinonensis episcopus subscripsi.
Concordius Palentinus episcopus subscripsi.
Mumulus Cordubensis episcopus subscripsi.
Recila Accitanæ sedis episcopus subscripsi.
Gaudentius Valeriensis episcopus subscripsi.
Cicilius Dertosanæ episcopus subscripsi.
Deodatus Segobiensis episcopus subscripsi.
Ervigius Calabriensis episcopus subscripsi.
Monefonsus Egitanæ episcopus subscripsi.
Gregorius Oretanæ episcopus subscripsi.
Proculus Bigastrensis episcopus subscripsi.
Sonna Oxomensis episcopus subscripsi.
Sarmata Valentinæ episcopus subscripsi.
Marcianus Dianiensis episcopus subscripsi.
Ioannes Abelensis episcopus subscripsi.
Gabinius Arcavicensis episcopus subscripsi.
Samuel Malacitanensis episcopus subscripsi.
Froaricus Portucalensis episcopus subscripsi.
Vbisefredus Ausonensis episcopus subscripsi.
Emila Elicitanæ, qui & Dotanæ sedis episcopus, subscripsi.
Felix Iriensis episcopus subscripsi.
Euphrasius Lucensis sedis episcopus subscr.
Theuderacius Assidonensis sedis episc. subscr.
* Villiedus Calagurritanæ episcopus subscr.
Nepotianus Tyrassonensis episcopus subscr.
Cuniuldus Italicensis sedis episcopus subscr.
Geta Eliplensis sedis episcopus subscripsi.
Stercorius Aucensis sedis episcopus subscripsi.
Basilius * Bastensis sedis episcopus subscripsi.
Gaudila Empuritanæ sedis episcopus subscr.
Eusendus Ilerdensis episcopus subscripsi.
Pacotasis Biterrensis episcopus subscripsi.
Aurelius Asturicensis episcopus subscripsi.
* Holemundus Salmaticensis episcopus subsc.
Spasandus Complutensis episcopus subscripsi.
Gundericus Segontiensis episcopus subscripsi.
Ioannes Eliberitanæ sedis episcopus subscr.
Habitus Vrcensis episcopus subscripsi.
Villiefonsus Visensis sedis episcopus subscr.
Sabaricus Gerundensis episcopus subscripsi.
Fructuosus * Aurefinæ sedis episcopus subscr.
Anterius Segobriensis sedis episcopus subscr.
Rogatus Beatiensis sedis episcopus subscripsi.
Valderedus Cæsaraugustanæ episcopus subsc.
Adelfius * Tudesinæ sedis episcopus subscr.
Tructemundus Elborensis episcopus subscr.
Sisebaldo Tuccitanæ sedis episcopus subscr.
Atula Cauriensis sedis episcopus subscripsi.
Ioannes Egarensis sedis episcopus subscripsi.
Isidorus Setabiensis sedis episcopus subscripsi.
Landericus Olysipponensis episcopus subscr.
Miro Conimbrensis episcopus subscripsi.
Vincentius Dumiensis sedis episcopus subscr.
Fiontius Lamecensis episcopus subscripsi.
Ioannes Pacensis episcopus subscripsi.
Constantinus Egabrensis episcopus subscripsi.

Abbates.

Absalius abbas subscripsi.
Felix archipresbyter subscripsi.
Gerontius abbas subscripsi.
Gabriel abbas subscripsi.
Castorius abbas subscripsi.
Sisebertus abbas subscripsi.
Eulalius abbas subscripsi.
Involatus abbas subscripsi.
Adeodatus abbas subscripsi.
Vbisandus archidiaconus subscripsi.
Musantius primiclerus subscripsi.

Vicarii episcoporum.

Sesaldus indignus archipresbyter & abbas, agens vicem domini mei & pontificis Cypriani Tarraconensis episcopi, subscripsi.
*Florentinus presbyter, agens vicē domini mei & pontificis Leuberici * Vrgelletanensis episcopi, subscripsi.
Daniel presbyter, agens vicem domini mei & pontificis mei Agripii Ossonobensis episcopi, subscripsi.
Suniulfus abbas, agens vicem domini & pontificis Flori Mentesani episcopi, subscripsi.
Desiderius presbyter, agens vicem domini & pontificis mei * Nasidarbi Astigitanæ sedis episcopi, subscripsi.

Viri illustres officii palatini.

* Ostulfus comes similiter.
Vbimar comes similiter.
Vitulus comes similiter.
Transemundus comes similiter.
Valdericus comes similiter.
Nausti comes similiter.
Cixila comes similiter.
* Gisclamundus comes similiter.
Sisaldus comes similiter.
Theudila comes similiter.
Severinus comes similiter.
Sonna comes similiter.
Ara comes similiter.
Trasericus comes similiter.
Ega comes similiter.
Suniemirus comes similiter.
Audemundus comes similiter.

Data lex in confirmatione concilii generalis, sub anno primo regni gloriosi Egicani principis nostri.

* Decretis & eximiis temporis nostri gestis synodalibus præfaventes, quibus & doctrinæ sacrosanctæ fidei * audivimus copiam, & indissolubilis juramenti novimus confractam esse catenam, id lege promulgata decernimus, ut eaipsa, quæ inconvulso canonum vigore decreta sunt, ab omnibus cautissima, & diligenti observatione serventur. Si quis autem his ipsis definitionibus contraire voluerit, decima suarum rerum parte mulctabitur; excommunicationis insuper sententia ferietur.

Marginal notes: * Tudensis. * Florētius. * Vrgelitanæ. * Naridarabi, al. Nandarvi. * Ostrulfus. * Gisdamundus. * Discretis. * hautimus. [left margin, partly cut: *...silie... *...ticen... al. ...anus; *...le...nus; *...riensis]

ANNO CHRISTI 688.

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

Tempus concilii Toletani XV.

a *Æra* DCCXXVI.] Ex hac æræ subductione Ervigius non sex, ut aliqui nostri historici, sed octo regnavit annos; synodus enim Toletana XIII. congregata est æra DCCXXI. anno Ervigii regis quarto, synodus Toletana XIV. æra DCCXXII. anno Ervigii quinto: Toletanum concilium XV. celebratur æra DCCXXVI. anno primo Egicæ. Ex qua computatione liquide constat octo regnasse annos, a decimo octavo, usque ad vigesimum quintum. Vasæus septem ejus regni annos adscribit, Rodericum Toletanum secutus forte excludit primum. Quam computationem nos sumus secuti in chronologia.

Egica rex quis.

b *Soceri.*]. Inter alias filias, quas rex Ervigius ex Leubigitone uxore suscepit, fuit Cixilo, quam in matrimonium Egicæ tradidit. Egicam fuisse filium regis existimo, nam ipse sic ait in tomo: *Illud autem primo in loco dicendum occurrit, quod divi patris nostri & soceri regale sortientes fastigium,* &c. Ex quibus verbis constat & socerum & patrem habuisse regem, nam ait: *Sortientes; dissoluant historici nostri argumentum.* Quid de Egicæ moribus concilium Toletanum XVI. tradat canone 8 libenter appono. *Gloriosissimus etenim*, ait, *ac serenissimus dominus noster Egica rex, ferventissimi amatoris Christi igne succensus, & sanctæ actionis ope perfunctus, inimicorum Christi perfidiam, (illud propheticale vaticinium sequens:* Nonne qui oderant te, Deus, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? *utpote verus Christicola obnoxius proterere decernit, ecclesiæ Dei statum vigilaci instantia roborare disponit, sanctis Dei basilicis se munificum exhibet; tributorum impensiones populis moderamine discreto remittit; maligna contra se obstinatione agentibus, animi liberalitate gratissima, ac piæ miserationis instantia ignoscere consuevit: multos quoque, qui confracti sunt, liberos, secundum prophetam omne onus disrumpendo, in ingenuitatis statu reformat, atque in diversis sanctæ vitæ studiis, sanctis exercendo præpollet.* Hactenus concilium. Leubigito vero ejus nurus una cum Siseberto Toletano antistite & aliis adversus eum conjuratione inita, ut vita & regno privarent, exilio multati sunt, ut infra concilio Toletano XVI. cap. 9. de Siseberto episcopo.

Psal. 138.

Isai. 28.

Rodericus de Benedicto papa quid.

c *Papa Benedictus.*] Benedictus II. Leoni II. successit. Totam hanc controversiam Rodericus Toletanus archiepiscopus, lib. 3 cap. 13. sic describit. *Ejus in tempore,* inquit, *liber de tribus substantiis, quem dudum Romam miserat primas sanctissimus Iulianus, & minus caute tractando Benedictus papa Romanus indixerat reprobandum; ob id quod voluntas genuit voluntatem. Sed sanctus Iulianus vericidis testimoniis in hoc concilio, ad exactionem præfati principis, per oracula eorum, quæ Romam transmiserat, verum esse firmavit, & apologeticum fecit, & Romam misit per suos legatos, presbyterum, diaconem, & subdiaconem, viros eruditissimos, & in omnibus Dei servos, & in divinis scripturis imbutos, cum versibus etiam acclamatoriis, secundum quod & olim transmiserat de laude Romani imperii. Quod Romanus pontifex Benedictus digne & pie recipiens cunctis legendum indixit, atque acclamando: Laus tua Deus in fines terræ, lectum sæpius notum fecit: qui & rescriptum domino Iuliano per suprafatos legatos cum gratiarum actione & cum honore remisit, & omnia quæcumque scripsit justa & pia esse depromsit.* Hæc Rodericus.

Adde, *Hunc Rodericum redarguit erroris Baronius, ut diximus supra in notis ad vitam & epistolas Benedicti.*

Exponitur epist. Hispaniæ episcoporum.

d *Nec secundum relativum.*] Quæritur an hæc nomina, sapientia, & voluntas, secundum relationem, an secundum substantiam, a sanctis patribus usurpantur? Quam quæstionem dissolvit Magister sentent. libro primo, dist. 27. ubi ex sententia divi Augustini docet nomina quæ substantiam significant, tantum dici, illud de illo. Sanctus Thomas 1. part. quæst. 39. art. 5. sic ait: *Unde minus impropria est ista: Natura de natura, vel sapientia de sapientia, quam, essentia de essentia.* Quamvis Augustinus lib 7. de Trinitate, cap. 1. & 2. probat hanc: Sapientia de sapientia: & lib. 15. de Trinitate, cap. 20. hanc, Voluntas de voluntate. *Dicitur*, inquit, *Filius consilium de consilio, & voluntas de voluntate, sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia.* Sed omnes doctores sancti aliquando expressius locuti sunt, quam proprietas dictionis patitur: unde hujusmodi formæ loquendi non sunt extendendæ, sed potius exponendæ, ut scilicet nomina abstracta exponantur per concreta, vel per nomina personalia, ut docuit D. Thom. 1. part. quæst. 39. art. 1. & & Magist. sent. lib. 1. dist. 5. unde istæ propositiones debent interpretari per concreta, aut per personalia nomina, ut cum dicitur: Essentia de essentia, vel sapientia de sapientia, sit sensus: Filius, qui est essentia & sapientia, est de Patre qui est essentia & sapientia.

De nominibus sanctis-

e *Ac proinde.*] Hæc regula generalis, & axioma universale est omnium theologorum, in materia de Trinitate, ex Augustino lib. 3. de Trinitate, qui in prologo de nominibus individuæ Trinitatis sic ait: *Quædam de singulis tantum dicuntur personis, quædam vero unitatem essentiæ significantia sunt, & quæ de singulis sigillatim, & de communibus communiter dicuntur: alia vero sunt quæ translative ac per similitudinem de Deo dicuntur.* Hoc idem Ambrosius lib. 2. de Trinitate in prologo.

ANNO CHRISTI 688.

simæ Trinitatis pate[rnis?] Augustin[i] sententia

f *Egregii Augustini sententiam.*] Locus est apud Augustinum libro decimo quinto de Trinitate cap. 20. & adducitur a Magistro sententiarum libro primo distinctione 5.

Psalm. [6]2 expositio

g *Sitivit te.*] Ex Psal. 62. secundum septuaginta, qui ita transtulerunt, ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου, ποσαπλῶς ἡ σάρξ μου. ad verbum: *Sitivit te anima mea, quam multipliciter caro mea.* Divus Hieronymus sic habet: *Sitivit ad te anima mea, desideravit ad te caro mea.* Basilius referens hæc verba, *Sitivit in te anima mea, quam multipliciter*, sic ait: Theodotion habet, *Sæpenumero*; Symmachus, *Concupiscit*: *posuit autem omnes interpretationes, ut doceret illud* ποσαπλῶς *non esse duarum partium dictionem, sed unam esse unius partis, quæ sermonis significet epitasin. Consentit enim & caro animæ amori, nec consiliis illius repugnat; ac si dicat: Et anima mea, & corpus meum te desiderat: quemadmodum si quis aquam sitiat & jucundissimam & liquidissimam.* Nova Latina versio septuaginta habet: *Sitivit te anima mea*, ex sententia Hilarii & Augustini.

h *Significatur a parte totum.*] Hæc est quarta regula Tichonii, quam affert Augustinus lib. de doctrina Christiana, & Isidorus libro primo sententiarum cap. 26.

i *Septuaginta animæ*] Locus est Exodi 1. ubi ita legitur: *Erant igitur animæ eorum, qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta*; qui paulo ante eodem capite in Ægyptum ingressi dicuntur. Et Genesis 46. expresse dicitur: *Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta.* Item locus est Deut. 10.

Musca canina.

k *Muscam caninam.*] Psal. 77. κυνόμυιαν habent septuaginta, ut etiam Psal. 104. quam vocem Græcam Latina vulgata editio retinuit: significat vero κυνόμυια muscam caninam, ut hic ponitur. Isidorus lib. etymol. 12. cap. 8.

l *Ut auferat a nobis serpentem.*] Locus est num. 21. paulo tamen aliter: neque serpentem, sed serpentes habet Latina translatio: apud septuaginta tamen est τὸν ὄφιν singularitatis numero, ut hic.

Cyrillus.
" Errat h[ic] bemus e[di]ta & ms. *Ioan.* 1.

m *Cyrillus libro qui vocatur scholia.*] Forte sunt " commentaria in Ioannem, ubi lib. 1. cap. 15. ad ea verba, *Et verbum caro factum est*, sic habet: *Sermonem incarnationis jam manifeste ingressus hominem factum fuisse unigenitum Dei filium apertissime narrat. Cum enim dicit*, Et verbum caro factum est, *nihil aliud dicit, præterquam quod filius Dei & Deus natura, homo factus est: nec novi quidquam profertur, cum sæpe divina scriptura solo carnis vocabulo integrum (ut ita dicam) & totum hominem significet.* Effundam, *Ioel inquit*, a spiritu meo super omnem carnem: *ubi nisi ex parte una totum hominem intelligas, ridicule inanimata carni spiritus dari videbitur.*

Quot animæ in Ægyptum Iacob descenderint.

n *Septuaginta quinque.*] Sic est Exod. 1. ex editione septuaginta, ἦσαν δὲ πᾶσαι ψυχαὶ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. Idem Lucas in actibus apostolorum, cap. 7. Verum Genesis 46. dicitur: *Cunctæque animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque uxoribus filiorum ejus, sexaginta sex. Filii autem Ioseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ: omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta.* Pro septuaginta habet editio septuaginta ψυχαὶ ἑβδομήκοντα πέντε. Deut. vero 10. Septuaginta interpretum & vulgata editio consentiunt, & animas septuaginta in Ægyptum descendisse commemorant. Idem Iosephus lib. 2. antiquit. cap. 7. Quomodo vero hæc constent, esse septuaginta & esse septuaginta quinque, pulcre conciliat Hieronymus quæst. in Genes. ad hunc locum.

o *Facies arcam.*] Locus est Exodi 25. hoc modo: *Arcam de lignis Setim compingite, cujus longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum similiter ac semissem: deaurabis eam auro mundissimo intus & foris*: ubi pro lignis Setim septuaginta diserte ἐκ ξύλων ἀσήπτων habent, ut Cyrillus legit.

Quomodo tres substantiæ in Christo asserantur.

p *Tres in Christo substantias.*] Stephanus Eduensis episcopus in libro de sacramento altaris, cap. 17. *Credimus in Christo duas fuisse naturas, divinam & humanam; & tres substantias, divinam, carnem, & animam, Athanasio attestante, qui ait; Sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus.*

Qui episcopi anterioribus etiam conciliis Toletanis subscripserint.

q *Subscriptiones.*] In hoc decimo quinto concilio Toletano multi ex episcopis, qui XIV. interfuerunt, subscribunt; est enim nationale ex episcopis Hispaniæ & Galliæ Narbonensis. Qui in aliis subscribunt, sunt; Aurelius Asturicensis, in XIII. Toletano. Atula Cauriensis, in XII. & XIII. Toletano. Valderedus Cæsaraugusta-

nus in XIII. Toletano. Concordius Palentinus, in XII. XIII. & XIV. Toletano. Cicilius Dertoſanæ, in XIII. Toletano, & dicitur Dertoſanus. Cuniuldus Italicenſis, in XIII. Toletano, ſicut Cyprianus. Deodatus Segobienſis, in XII. & XIII. & XIV. Toletano Euſraſius, in XII. & XIII. Toletano. Euſendus Ilerdenſis, in XIII. Toletano. Felix Irienſis, in XII. Toletano, & III. Bracarenſi, ubi dicitur Ildulfus Felix. Froaricus Portucalenſis, in XII. & XIII. Toletano. Floreſindus Hiſpalenſis, in XIII. & XIV. Toletano. Florus Menteſanus, in XIII. Toletano. Gaudentius Valerienſis, in XII. XIII. & XIV. Toletano. Gregorius Oretanæ, in XIII. & XIV. Geta Eliplenſis, in XII. Toletano. Gaudila Empuritanæ, in XIII. Toletano, qui Gaudilanus. Iulianus urbis regiæ, in XII. XIII. & XIV. Toletano. Idalius Barcinonenſis, in XIII. Toletano. Ioannes Egarenſis, in XIII Toletano. Ioannes Pacenſis, in XII. & XIII. Toletano. Leubericus Vrgelitanus, in XIII. Toletano. Mumulus Cordubenſis, in XIII. Toletano. Moneſonſus Egitanæ, in XIII. Toletano. Martinus Dianienſis, in XIV. Toletano. Miro Conimbrienſis, in XIII. Toletano. Proculus Bigaſtrenſis, in XIII. Toletano. Recilla Accitanæ, in XII. & XIII. Toletano. Rogatus Beatienſis, in XI. & XIII. Toletano. Siſebaldo, in XII. & XIII. Toletano Stercorius Aucenſis, in XIII. Toletano. Samuel Malacitanus, in XII. & XIII. Toletano. Sarmata Valentinæ, in XIII. & XIV. Toletano. Sona Oxomenſis, in XIII. & XIV. Toletano. Sunifredus Narbonenſis, in XIII. & XIV. Toletano. Theuderatius Aſſidonenſis in XII. & XIII. Toletano. Tructemundus Elborenſis, in XII. & XIII. Toletano. Vbiſifredus Auſonenſis, in XIII. Toletano. Maximus Emeritenſis, in XIV. Toletano. Alii ſubſcribunt, qui non interfuerunt aliis conciliis, ſed ſuccedunt aliis epiſcopis, ut Anterius Segobrienſis, qui Olipæ, in XIV. Toletano. Adelfius Tudeſinæ, qui Opæ Tudenſi, in XIV. Toletano. Agripius Oſſonobenſis, qui Bellito, in XIII. Toletano. Baſilius Baſtenſis, qui Antonio, in XIV. Toletano Conſtantius Egabrenſis, qui Gratino, in XIII. Toletano. Ervigius Calabrienſis, qui Alvaro in Emeritenſi. Frontinus Lamecenſis, qui Gundulfo, in XIV. Toletano. Fauſtinus Bracarenſis, qui Luibæ, in XIII. Toletano. Gabinus Arcavicenſis, qui Sempronio, in XIII. Toletano. Gundericus Segontienſis, qui Ellæ, in XIV. Toletano. Habitus Vrcenſis, qui Palmatius, in XIII. Toletano. Ioannes Abelenſis, qui Vnigiro, in XIII. Toletano. Ioannes Eliberitanæ, qui Argibandonio, in XIII. Toletano. Iſidorus Setabienſis, qui Aſturio Setabitano, in XIII. Toletano. Landericus Olyſipponenſis, qui Aræ, in XIII. Toletano. Naſibardus Aſtigitanæ, qui Theodulpho, in XIII. Toletano. Nepotianus Tyraſſonenſis, qui Aſturio, in XIII. Toletano. Sabaricus Gerundenſis, qui Iacobo, in XIV. Toletano. Spaſandus Complutenſis, qui Agricio, in XIV. Toletano. Vincentius Dumienſis, qui Aviachimaro, in VIII. Toletano. Viliefonſus Viſenſis, qui Reparato, in XIII. Toletano. Villiedus Calagurritanæ, qui Eufraſio, in XIII. Toletano. Emilia Illicitanæ, qui Leandro, in XIV. Toletano. Fructuoſus Aureſinæ, qui Aurienſis dicitur, ſucceſſit Hilario, in XIII. Toletano. Prima ſubſcriptio hujus concilii eſt: Iulianus urbis regiæ metropolitanus epiſcopus hæc canonum ſtatuta ſubſcripſi: in qua advertendum duxi, Iulianum Regiæ urbis metropolitam, qui Quirico ſucceſſit, diverſum eſſe a Iuliano Pomerio Gallo doctore: is enim vixit circa annum domini CCCCXC. ut ex "Euodio Ticienſi conſtat: noſter vero incidit in hæc tempora, & in prognoſtico futuri ſæculi Pomerium affert, in opere adverſus Iudæos. Video aliquos viros doctos ſimilitudine nominum deceptos: ſed Iulianus primas civis fuit Toletanus Eugenii III. diſcipulus, inter divos relatus, qui magna totius populi veneratione Toleti colitur, cujus vitam Felix literis mandavit; alter Iulianus Pœnus in Gallia vixit, tantum doctor eccleſiaſticus fuit.

a CONCILIVM CÆSARAVGVT. III.

TEMPORE SERGII PAPÆ I. CELEBRATVM anno domini DCXCI.

TITVLI CAPITVLORVM.

ANNO CHRISTI.

PRÆFATIO.

IN NOMINE DOMINI.

Incipiunt geſta ſynodalia in urbe Cæſarauguſta, ſub die Kalendarum Novembris, æra DCCXXIX. *anno quarto orthodoxi atque sereniſſimi domini noſtri Egicani regis.*

SACERDOTES domini, quos non ſolum divina pietas ad magiſterium provehit ſacrum, ſed etiam ſpeculatores inſtituit plebium, ea ſe debent auctoritatis munire ſententia, quod & divinis ſine intermiſſione inſiſtant præceptis, & cunctam plebem dignis condirigant exemplis. B Et ideo quia nos divina celſitudo, ex juſſu excellentiſſimi & piiſſimi magnique Dei cultoris domini noſtri Egicani principis, in hanc Cæſarauguſtanam urbem coadunari præcepit, & ita ſub omnimoda ſpecialitate inſtituit, ut reſecante falce juſtitiæ, æquitatis conſolidetur materies; & quidquid cujuſlibet indiſcreta pernicies a ſanctis inſtitutionibus patrum de ordinibus eccleſiaſticis divellit, noſtris elucubratis ſententiis, Deo mediante, in lumine deducatur veritatis, idcirco dum nobis de ſanctæ Trinitatis myſterio ſecundum formulam Nicæni concilii triduo mutua fuiſſet collatio, & quæ ſe cœtui noſtro ad ædificationem totius plebis ingeſſerunt, conſpicua diligentique ratione pertra- C ctantes, quæ neceſſaria extiterunt, Chriſto opitulante (cujus nos cauſa ſalutis ad hoc provocavit ſtudium) in brevibus atque continuatis capitulis cuncta definivimus, & ad perennitatis ſuæ roborem, ea quæ a nobis acta vel definita ſunt, propriæ manus noſtræ exaratione firmare procuravimus.

CAPITVLA.

I.

In ſanctum & ſatis venerabile concilium reſidentibus nuntiatum eſt nobis, eo quod aliqui pontifices regulam veritatis prætermittentes, eccleſias, quæ a fideli- D bus pia devotione conſtruuntur, extra diebus dominicis conſecrent. Si ergo, cum quiſque noſtrum mortalium ad ſacerdotale promovetur officium, nullatenus patimur ut in reliquis diebus, niſi tantum dominicis feſtivitatibus, ii qui honoris digni habentur officio in ordine præficiantur eccleſiaſtico, quanto magis ut deificata ſancta templa, quæ ab hominibus fidelibus cenſentur honorificanda, ſine diebus dominicis perhibeantur conſecranda? cujuſque non talium præſumptiones E pontificum, non ſolum ſanctorum patrum cohiberemur prohibere ſententiam, ſed propria deliberatione cenſemus: ut nulli penitus pontificum, in quibuſcumque provinciis conſtitutis, amodo liceat, præter certis diebus dominicis, eccleſias ſanctas conſecrare.

De eccleſiarum conſecratione multa tradita ſunt a ſanctis patribus, ut conſtat ex concilio Bracar. II. c. 3. & Vvorm. c. 3. & ex Felice papa IV. c. 4. ejus epiſt. & ex Euſeb. lib. 2. eccl. hiſt. c. 8. & Gelaſio papa epiſt. 1. c. 27. & Nicol. papa I. Vt habetur de conſecr. diſt. 2. c. Eccleſia.

II.

Siquidem ſancta inſtitutio patrum de ſolennitate paſchali præcipiat, ut omnes confinitimi epiſcopi annua viciſſitudine primatum ſuum inquirant, quo tempore

Vide IV. Tolet. c. 4. II. Brac. c. 9. & III. Carthag. c. 1. & 41. I. Arelaten. c. 1. & Carthag. IV. & V.

ANNO CHRISTI 691.

tempore paschæ festum peragant: tamen A quia didicimus nonnullos episcopos, sententiam patrum transgredientes, propter quod etiam debuerunt usquequaque vigilantes manere; placuit omnibus nobis, ut abinceps cuncti confinitimi episcopi nullam sibi occasionem subjicientes, aut longinquitate itineris præcaventes, annua recursione festivitate paschali tempore congruo primatem suum, sub cujus potestatis manserint regimine, inquirant, ut quo die & tempore illis paschæ festum pronuntiaverit, solicita B veneratione peragant.

III.

Sanctorum patrum decrevit sententia, ne monasteria diversoria sæcularium fiant. Unde quia novimus quosdam abbates, quibus regulariter cura regendarum animarum commissa est, dum quasi patrono affatu aditum sæcularibus in monasteriis attribuunt, diversas insolentias monachis ibidem Deo deservientibus ingerunt; dum & eorum operationem, quo se divinæ pietati placituros alacri curiositate exhibent, deprehendunt, & vitam & mores illorum quadam mentis C pernicie infauste detrahendo deturpare non desinunt. Et iterum, quod pessimum est, dum extraneis passim commorandi aditus infra claustra monasterii confertur, grave inolescit vitium monachorum: quo & vitam suam per lucra mundialia sectantes degenerant, & se a proprio cœnobio voluptuosa fœditate dissociant. Quæ res ad hoc nostrorum paterna pietate demulcet animos, ut ea constituamus, quæ & sanctis animabus juvaminis solamen impendant, & præsumptiones sæcularium removeant. D Quamobrem placuit universo cœtui nostro hoc statuere, vel potius definire, ut nullus abinceps sæcularium, seu potestative, seu etiam vel ex permisso abbatis, vel cujuslibet monachorum infra claustra monasteriorum hospitandi, vel commorandi habeat receptaculum: excepto quos vita probabiles, egenos, aut paupertate depressos inspectio præviderit abbatis: quos & suscipere benevola voluntate in monasteriis, & alendos eleemosynis modis omnibus sinimus. De reliquis autem personis sæcularibus (sicut jam a nobis est superius præmissum) nullum penitus patimur infra claustra monasteriorum hospitandi habere receptaculum. Ceterum si secretius aut sequestratim a monasterio ad id, quod constructum pro supervenientibus domicilium, patuerit, ibi eos suscipere abbates vel monachos oportebit. Quatenus & vita eorum remotis sæculi conturbationibus in omni opere deifico probabilis inveniatur, & nullius vanissimis detractionibus dehonestentur: aut certe (quod inhonestum est) ne per talium susceptiones dissolutionem incurrant, & a bono proposito vitam suam extorrem efficiant.

IV.

Cócil. T

Non est dubium a sanctis patribus definitum fuisse, ut omnes liberti, qui ab episcopis ex propriis familiis ecclesiæ, manumissionis gratia titulantur, post decedentis episcopi obitum, mox ut alius supervenerit episcopus, infra anni spatium libertates suas repræsentent, quo, secundum canonis sententiam, per suas professiones debitam suæ originis conditionem agnoscant. Sed quia ita speciali modo sancta decrevit synodus, ut si ipsi liberti infra anni spatium supervenienti suo pontifici chartulas libertatis suæ præsentare neglexerint, protinus eos in pristinam servitutis redigant conditionem; & licet illis congruentius satisque luculentius retractatum fuerat, hoc tamen a nobis conspicuum perpenditur, quo non solum & prædia ecclesiarum debita auctoritate disponimus, sed etiam & oppressis pium suffragium porrigimus: per quod & cupiditas sacerdotalis frustretur, & imbecillitas pauperum sublevetur. Quia ergo comperimus quosdam pontifices potius lucra sua ampliare studentes, quam de mercedis opere domino placentes, liberos, quos ex familia ecclesiæ a suis prædecessoribus inveniunt, pro eo quod chartulas libertatis suæ infra consultum tempus non repræsentent, statim eos in propriam servitutem redigere; unde hoc pietatis studio generali modo subrogamus beneficium, ut si iidem liberti forsitan ignoraverint ordinem canonum, aut certe (ut assolet fieri) ad præsentandas libertates suas tepuerint, ipsius pontificis solicitudo, mox in sedem sibi creditam successerit, per clerum aut domesticos perquirere procurabit, quos decedentes episcopi de familiis ecclesiæ manumissionis gratulaverunt: ut, eosdem pontifice præmonente, ipsi liberi chartulas suæ libertatis repræsentent; qualiter nec liberti ecclesiæ de institutione canonum ignorantes se esse perhibeant, nec sacerdotis callida voluntas patescat, unde contra ordinem reducantur manumissi ad originem servitutis. Quos si pontifice præmonente contempserint infra anni spatium suas libertates propriæ sedis episcopo pandere, licitum sit ei secundum canonum sanctiones in jure ecclesiæ suæ reducere servituros.

V.

Licet planissime in concilio Toletano de

de principum relictis institutum fuisset, ut nulli licitum esset superstitem reginam in conjugio ducere, aut sordidis contactibus maculare neque secuturis regibus, nec cuilibet hominum esset permissum, tamen nostri ordinis causa est, ut crebrissime ad hoc aciem mentis nostræ condirigamus, quæ animæ intuemur exhibere profectum. Vnde quia præteritis temporibus multas scimus atque cognovimus principum relictas, post eorum vocationem pro apice regni, quem regendo in cunctis tenuerunt nullā reverentiā honoris eis adhiberi a populis, sed passim (unicuique probatum est) diversas assumentes occasiones non solum latēter in eorum cōtrarietate insidias moliuntur, verum etiam (quod veritati contrarium est) procaciter verba contumeliosa in conventu multorum eas afficiunt: &, quod omni religioni abominandum atque horrendum est, de iis detrahere non sinunt, quas in caterva populi cernunt commorari. Proinde paterna pietate commoti atque condigna circa tanto culmine providentes, per hujus decreti nostri paginam non solum quæ in prædicto concilio exarata sunt de conjuge principum perenniter custodire, atque firma stabilitate decernimus permanere; sed etiam ea quæ sunt conspicua honestati necessaria modo advertere procuramus, ut servatas in omnibus sanctiones canonum totius Toletani concilii, quæ de principum relictis promulgatæ atque definitæ esse noscuntur, deinceps relicta principis superiorem sententiam illibato animo pudice servans, statim arcessito ab hoc sæculo principe, vestem sæcularem deponat, & alacri curiositate religionis habitum assumat. Quam etiam & confestim in cœnobio virginum mancipandam esse censemus, & ut ab omni turbine mundi remota, nequaquam cuilibet locus attribuatur, per quod aut contumelia tantæ potestati in publico ingeratur, aut subdita plebi esse hæsisse patescat, quorum ante dudum agnoscitur domina fuisse; sed infra claustra monasterii jugi sedulitate persistens, atque sanctimonialem vitam peragens, de regno temporali, opitulatione divina ad regnum æternitatis mereamur pervenire. Quicumque igitur superiores constitutiones, quæ salubri consilio a nobis definitæ esse noscuntur, violaverit, vel execrari quacumque factione pertentaverit aut permiserit, noverit se excommunicationis percepturum sententiam, atque etiam exilii damnationis diuturno tempore incurrere jacturam.

Peractis quoque a nobis quæ congrua fuerunt de ordinibus ecclesiasticis, in primis immensas laudes omnipotenti Deo Patri & Filio & Spiritui sancto, cui cura est pacem & unitatem ecclesiæ suæ sanctæ catholicæ providere, deferimus. Deinde orthodoxo & serenissimo domino nostro Egicani regi, cujus instinctu, & devotissimo instituto in hoc coadunari meruimus synodali conventu, multiplices gratiarum actiones persolvimus, qui non solum nostrorum animos ad corrigendos ordines ecclesiasticos excitavit, sed etiam & populum per oracula, regni sui voto gratioso, ab impensione tributi reddidit absolutum. Pro quo beneficii studio, qui plebi suæ tanta largitus est dona, dominum Iesum Christum, qui nos potentia virtutis suæ decoravit preciosa, ac preciosa effusione sanguinis sui redemit, exoramus ut ipse regnum ejus in pace sub multimoda annorum curricula solidet, gentemque & universam patriam ejus in tranquillitate conservet, & contra hostem adversum victrix Christi dextera victorem efficiat semper, atque expletis hujus extensis vitæ temporibus, ad æternę beatitudinis pręmium pervenire mereatur illæsus, præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor, summa virtus & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

ANNO CHRISTI 691.

NOTA GARSIÆ LOAISÆ.

a *Concilium Cæsaraugustanum III.*] Hoc concilium Cæsaraugustanum est tertium ex his quæ in hoc opere ponimus: exscriptum est ex codice manuscripto vetusto monasterii sancti Æmiliani, quem vocamus hic Hispalensem; nam in omnibus codicibus ecclesię Toletanæ, & sancti Laurentii, est mutilum: ubique caret subscriptionibus. Erat episcopus Cæsaraugustanus in hoc cōcilio Vvaldéredus, vel Valdefredus, nam subscribit in XV. Toletano anno primo Egicani regis, & in decimo sexto, anno sexto ejusdem. Interfuit etiam eadem ratione Ioannes Egarensis, & Nepotianus Tyrassonensis, & Florus Mentesanus, & Vbisifredus Ausonensis, qui omnes in XV. & XVI. conciliis adfuerunt.

Hoc concilium unde acceptum?

a CONCILIABVLVM CONSTANTINOPOLITANVM PSEVDOSEXTVM c universale & reprobatum,

ANNO CHRISTI 692.

Quo, sub nomine V. & VI. synodi œcumenicæ, centum & duo e canones editi fuerunt, f anno domini DCXCII. *sub pontificatu Sergii & imperio Iustiniani junioris.*

ORATIO ALLOCVTORIA SANCTORVM PATRVM QVI IN TRVLLO IMPERIALIS PALATII CONSTANTINOPOLI CONVENERUNT AD IUSTINIANUM IMPERATOREM.

Piissimo & Christi amantissimo imperatori Iustiniano, sancta & universalis synodus divino piæ vestra potentiæ nutu & decreto congregata in hac a Deo custodita & regia civitate allocutio.

CVM ineffabilis, *&c. Extat Græce & Latine supra post sextam synodum Constantinopolitanam,* " pag. 1131. A. *ad* 1180.

NOTÆ

NOTÆ SEVERINI BINII.

Pseudosynodus a quo indicta?

a *Conciliabulum.*] Auctoritate Callinici Constantinopolitani episcopi, qui hoc tempore post obitum Pauli Constantinopolitanę ecclesiæ præsidebat, hæc erratica pseudosynodus in Trullo Constantinopoli congregata fuit. Causam indicti conciliabuli episcopi illi qui convenerant, in sua præfatione ad Iustinianum imperatorem indicarunt his verbis: *Quoniam autem sancta & universales duæ synodi,* (quinta nimirum & sexta œcumenica) *nequaquam conscripserunt sacros canones*, &c. *per quos populi quidem a deteriore & abjectiore vivendi ratione recedant, ad meliorem autem & altiorem vitam se reducant. Propterea ergo tuæ pietatis jussu in hac Dei observatrice & imperante urbe congressi, sacros canones scripsimus*, &c. Idem in nomocanonem Photii recensens Theodorus Balsamon schismaticorum patronus, pro defensione synodi erraticæ ista scribit. *Cum*, inquit, *duæ universales synodi, quinta scilicet, quæ fuit regnante magno Iustiniano, & sexta quæ fuit regnante Constantino Pogonato, non fecerint canones ad ecclesiarum constitutionem, hæc facta est ad supplementum duarum.* Addit. *Propterea enim nec sexta proprie nominatur, sed πενθέκτη, id est Quinisexta: nam quod quinta & sexta synodo deerat replevit.*

Causa Conciliabuli.

Quid præter canones suprapositos in conventiculo Monothelitarum episcoporum sancitum fuerit, non constat. Testimonio Bedæ & Pauli diaconi hoc certissime constat, quod neque Sergius per vim, neque Ioannes septimus & Constantinus pontifices per fraudem & blanditias ad confirmandos impios canones, prout Monothelitæ expetebant, ab imperatore induci potuerunt. Cujus auctoritatis sint canones spurii & illegitimi, qui hactenus per fraudem & imposturam Græcorum sub nomine sextæ synodi vulgati fuerunt, dicam infra, verbo *reprobatum*.

Canones a Sergio aliisque pontificibus reprobati.

b *Constantinopolitanum.*] Sic dictum a loco, quo episcopi hosce canones sanciturі convenerunt. Quinisextum, teste Theodoro Balsamone, ideo appellatur, quod hac suorum canonum appendice quinti & sexti concilii œcumenici defectum repleverit. Bellarmino aliisve hujus sæculi scriptoribus celeberrimis Trullanum nominatur, quod celebratum fuerit in eodem Trullo Constantinopolitanæ ecclesiæ, quo ante annos decem sexta œcumenica synodus habita fuit. Synodus hæc erratica appellatur a Paulo diacono de gestis Longobardorum, lib. 6. cap. 11. & Beda de sex ætatibus in Iustiniano imperatore: & quidem non immerito. Nam cum pluribus canonibus constituisse legantur ea quæ sanctissimæ ecclesiæ constitutionibus ac regulis contrariantur, non tantum pseudosynodum, verum etiam conventum malignantium & synagogam diaboli eamdem rectissime appellaveris. Ea quæ contra antiquorum patrum fidem ac regulas his canonibus sancita fuerunt, infra significabo.

Quinisextū cur nominetur.

Trullanum alias nominatur.

Synodus erratica cur.

c *Vniversale.*] Vt ea quæ inaniter constituerant auctoritate apostolica fulcirentur, suo illegitimo conventui sexti œcumenici concilii titulum falso & injuste adscripserunt. Nam universale concilium fuisse non potuit, quod auctoritate Callinici metropolitanæ ecclesiæ Constantinopolitanæ indictum est, cuique Romanus pontifex neque per se, neque per suos legatos interfuit aut præsedit. Theodorus Balsamon loco allegato suorum fraudem & errorem confirmare nititur, eo imprimis argumento, quod initio quorumdam canonum habeatur talis præfatiuncula: *Definit hæc sancta & universalis synodus*, quodque Basilius Gortynæ Cretæ insulæ metropolis episcopus, *& quidam* (ut ille inquit) *Ravennæ episcopus, totius synodi Romanæ ecclesiæ vicem gerentes*, huic Trullano concilio interfuerunt. Sed cum homo schismaticus & Græcus impostor nequissimus animadverteret hunc conventum malignantium eodem jure universalem synodum nominari, quo sacrosancti concilii appellationem ac nomen sibi imponit, per summam nequitiam, unum incognitum, alterum innominatum legatum apostolicum adfuisse subjungit: &, ne mendacii posset argui, ait subscriptionem episcoporum inveniri in nomocanone, non quidem recentiore, sed quodam antiquo, qui fortasse nunquam extitit. Qua re impostor schismaticus non tantum nequitiam, verum etiam suam ipsius imperitiam aperte manifestavit. Nam si retroacta concilia œcumenica diligenter inquirantur, nusquam reperietur quod ex clero Romano ullus episcopus, ullusve presbyter aut diaconus ad synodum œcumenicam ablegatus fuerit. Non minus insolitum est quod subjungit Thessalonicensem, aliosve, quos pro arbitrio suo effingit, aliarum sedium episcopos, sedisque apostolicæ vicarios legationis munere fungentes concilio huic interfuisse. Munus vicariorum apostolicorum aliud nullum erat, quam ut nomine sedis apostolicæ audirent, qui Romanæ ecclesiæ auxilio indigerent: sine speciali decreto nomine sedis apostolicæ, œcumenicis conciliis horum nemo unquam interfuit aut præsedit. Vnde quod in vita Sergii scribit Anastasius, legatos sedis apostolicæ huic conciliabulo interfuisse, eique per errorem & fraudem hæreticorum subscripsisse, accipi debet in illo sensu, quem supra in notis ad vitam Sergii annotavi.

An fuerit œcumenicum.

Theodorus Balsamon erraticam synodum defendens impugnatur.

d *Reprobatum.*] Testatur illud ejusdem temporis scriptor celeberrimus Beda de sex ætatibus in Iustiniano juniore, ubi ait: *Hic beatæ memoriæ pontificem Romanæ ecclesiæ Sergium, quia erraticæ suæ synodo, quam Constantinopoli fecerat, favere & subscribere noluisset, misso & Zacharia protospathario suo jussit Constantinopolim deportari: sed prævenit militia Ravennatis urbis, vicinarumque partium jussa principis nefanda, & eumdem Zachariam contumeliis & injuriis ab urbe Roma repulit.* Idem iisdem prope verbis refert Paulus diaconus de gestis Longobardorum libro sexto, capite undecimo: paulo fusius eadem narrat Anastasius supra in vita Sergii. Multo tempore pro approbatione horum canonum apud Iustinianum imperatorem orientales episcopos institisse, ipsosque importunis suis conatibus apud sedem apostolicam omnino nihil impetrasse, videre est apud eumdem Anastasium infra in vita Ioannis VII. Constantini & Gregorii II. Eadem posteriorum temporum scriptores Otho Frisingensis libro quinto capite decimotertio, Regino libro primo, Ado Viennensis in chron. Marianus Scotus, aliive plures attestantur. Et sane nemo prudens dixerit, in Spiritu sancto legitime congregatam fuisse illam synodum, cui summus pontifex neque per se neque per legatos interfuit, & in qua plurima apostolicis constitutionibus & conciliorum œcumenicorum decretis contraria, de cælibatu, de jejunio, aliisque infra designandis constituta fuerunt. Sintne ex canonibus aliqui auctoritate apostolica approbati, dicam infra, verbo sequente.

e *Canones*, &c.] Quæ necessitas illud exigebat? synodus sexta œcumenica ob causam fidei congregata fuerat; imo ipsi legati ab Agathone pontifice ad eamdem sanctam synodum missi mandatum acceperant, ne quidquam aliud in concilio œcumenico proponi ac definiri permitterent, quam quæ fidem & controversias fidei concernerent: nulla ergo necessitate opus erat, ut post decennium sub prætextu perficiendarum synodorum vafre quæsito conveniretur, & ad quintam & sextam synodum nova & erratica ista appendix adjiceretur. Qui hosce canones ab ecclesia Romana indifferenter receptos esse sentiunt, longissime a veritatis scopo aberrant. Nam Anastasii bibliothecarii manifesta testificatione liquet, prædictos canones non modo non a Romana ecclesia, sed neque ab aliqua trium patriarchalium sedium receptos fuisse, imo eorumdem judicio habitos fuisse indignos qui exscriberentur, & in archivis ecclesiarum suarum inter alios asservarentur. In epistola enim, quam post septimam synodum translatam scripsit ad Ioannem VIII. ejus nominis pontificem, hæc ait: *Sane notandum est, quædam in hac synodo ex apostolorum & sextæ universalis synodi canonibus & sententiis inveniri, quæ penes nos interpretata nec habentur nec admittuntur.* Et inferius: *Regulas, quas Græci a sexta synodo perhibent editas, ita in hac synodo* (Nicæna) *principalis sedes admittit, ut nullatenus ex his illa recipiantur, quæ prioribus canonibus vel decretis sanctorum sedis pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur adversa. Quamvis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in ceterarum patriarchalium sedium (licet Græca utantur lingua) reperiuntur archivis: nimirum quia nulla earum cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inventa est: quamquam eosdem patres illas Græce promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inventi; sed hæc nullis probare certis possunt indiciis.* Addit ibidem Anastasius sanctam Romanam ecclesiam eam consuevisse servare regulam, ut quos sciret esse secundum decreta Romanæ ecclesiæ atque sanctorum conciliorum sancita, non respueret, sed ut veritati consentientes amplecteretur; non quod ex hac synodo haberent aliquid auctoritatis, sed quod veritas ubicumque reperiatur, & a quocumque dicta sit, sui firmitate subsistat, suoque robore permaneat. Reliquos canones sanctorum patrum decretis adversos sancta Romana ecclesia semper fuit detestata: canonem 82. quo dominus noster Iesus Christus instar agni immaculati depingi prohibetur, & nonnullos quos infra designabo, usu contrario penitus improbavit. Nullo enim unquam tempore occidentalis ecclesia intermisit imagine agni repræsentare Christum, quem sacra scriptura ad insinuandam ejus immensam cum humilitate conjunctam mansuetudinem per agnum exprimere solet. Gregorius II. & Hadrianus Romani pontifices, nec non patres Nicæni concilii secundi adversus impios Iconoclastas agentes, hunc canonem citarunt non alia sane interpretatione, quam

quam ut Iconoclaſtas pium ſacrarum imaginum uſum repudiantes auctoritate hujus canonis, quem illi velut legitimum ſacroſanctæ œcumenicæ ſynodi partum venerabantur, convincerent, proprioque quaſi gladio convictos ad ſacrarum imaginum cultum pie & religioſe exercendum inducerent. Dicet fortaſſe quiſpiam in decreto Gratiani diſtin. 16. can. 5. ex epiſtola Hadriani ad Taraſium (quæ extat act. 2. ſeptimæ ſynodi Nicænæ II.) citari fragmentum, quo habentur iſta: *Sextam ſynodum recipio cum omnibus canonibus ſuis.* Quæ ſi vera ſunt, ſuſtineri nequeunt ea quæ de improbatis hiſce canonibus ſupra annotavi. Reſpondeo fragmentum hoc male a Gratiano citari; nam germana verſio epiſtolæ Hadriani ad Taraſium, quam vertit Anaſtaſius bibliothecarius, ita legit: *Invenimus autem in prædicta ſynodica epiſtola ſanctitatis veſtræ poſt plenitudinem fidei & confeſſionem ſacri ſymboli & omnium ſanctarum ſex ſynodorum, & de ſacris venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione digniſſimum contineri. Quare & eaſdem ſanctas ſynodos ſuſcipio, cum omnibus regulis, quæ jure ac divinitus ab ipſis promulgatæ ſunt.* Ita in notis prædicti canonis decretum Gratiani juſſu Gregorii XIII. recens emendatum. Quibus verbis ea, quæ de horum canonum auctoritate ſupra dixi, manifeſte confirmantur.

f *Anno domini 691.*] Taraſius Conſtantinopolitanus epiſcopus act. 2. ſeptimæ ſynodi Nicænæ II. hanc ſynodum quarto vel quinto anno poſt ſextam œcumenicam abſolutam, ſub Iuſtiniano juniore habitam fuiſſe, affirmat his verbis: *Cognoſcant igitur tales ſextam ſynodum temporibus Conſtantini fuiſſe congregatam, nimirum contra eos, qui tantummodo unam actionem & voluntatem in Chriſto collocant. Illi igitur hæreticos anathemate verberantes, orthodoxamque fidem confirmantes ſub annum XIV. Conſtantini domum redierunt. Poſt annos igitur quatuor vel quinque iidem illi patres ſub Iuſtiniano Conſtantini filio congregati prædictos canones ediderunt.* Ita Taraſius abſque ulla auctoritate de tempore hujus concilii. Theophanes, poſtquam in annalibus ſententiam Taraſii refutaſſet, ſuam ipſius ſubjungens, ait: *Anno vigeſimo Iuſtiniani poſterioris imperii*, (qui eſt 27. poſt abſolutam ſextam ſynodum) *deſcriptos fuiſſe canones vel ex ipſo tertio canone evidens fit, in quo ita cuſum eſt: Decernimus de concilii ſententia, ut qui bis uxorem duxerint, & ante hanc diem, quæ decimoquinto menſis Ianuarii numeratur, quartæ indictionis anni ſexmilleſimi centeſimi nonageſimi noni, in hac culpa fuerint, atque eam maculam eluere noluerint, ut gradu moverentur.* Quæ ſententia Theophanis erronea eſſe probatur eo argumento, quod Sergius papa, ſub quo iſti canones ſanciti fuerunt, tempus illud ſupra a Theophane deſcriptum nequaquam vivens attigerit. Errandi occaſionem accepiſſe videtur ex depravata ſupputatione annorum ab origine mundi. Verior eſt ſententia, quam tenet reverendiſſimus & illuſtriſſimus cardinalis Baronius in annalibus, hanc erraticam pſeudoſynodum celebratam fuiſſe anno domini 692. qui eſt decimus poſt ſextam ſynodum abſolutam, quintus Sergii, & octavus Iuſtiniani imperatoris. Nam prædicto canone 3. apertis verbis aſſeritur, quinta indictione conventum hunc coactum fuiſſe. Haud dubie poſt abſolutum concilium œcumenicum indictionum periodo prima vel ſecunda. Hoc poſterius ſentit quidem Theophanes, ſed ob cauſam ſupra allegatam male, quare prius illud recte Baronius allegato loco defendit.

g *Honorio Romæ.*] Monothelitis epiſcopis in concilio œcumenico damnatis, nomen Honorii per calumniam ſuperadditum fuiſſe dolo ac fraude Græcorum, ſupra pluribus in locis evidenter demonſtravi.

h *Qui a ſanctis patribus confirmati ſunt.*] Non omnes canones apoſtolicos auctoritate ſanctorum patrum ab eccleſia receptos fuiſſe, patet ex cenſura Gelaſii, qui in concilio Romano ſciens prudens horum nonnullos inter apocrypha rejecit. De numero & auctoritate canonum, vide quæ notavi ſupra tomo primo de canonibus apoſtolorum.

i *Qui Afrorum regionis fuit archiepiſcopus.*] Cyprianum non fuiſſe archiepiſcopum Carthaginenſis eccleſiæ, neque hoc nomine unquam antehac appellatum eſſe, indicat canon 26. concilii Carthaginenſis III. quo prohibetur, ne quis aliorum epiſcoporum Africæ ſeſe primatem appellet.

k *Emiſſum canonem.*] Nimirum de rebaptizandis iis qui ab hæreticis ante baptizati fuerant. Ita in odium totius eccleſiæ Romanæ erratica ſynodus confirmavit id quod Stephanus papa, ejuſque omnes poſteri pontifices & epiſcopi plurimis conciliis improbarunt & rejecerunt. Vide quæ hac de re notavimus ſupra ſub Stephano papa.

l *Præterita quartæ indictionis.*] Vide quæ dixi ſupra verbo Canones.

m *Anni ſexmilleſimi centeſimi nonageſimi noni.*] Intellige a mundo condito, ſecundum unam computationem Græcorum & ſeptuaginta interpretum. Quæ multis in locis erronea eſſe convincitur a recentioribus noſtri temporis chronologis.

ANNO CHRISTI 692.

Can. 13. Gamia Græcorum erronea.

n *Quoniam Romana eccleſia.*] Quæ contra cælibatum clericorum hoc loco conſtituuntur, apoſtolicis conſtitutionibus repugnant: quare non immerito hunc canonem cum quibuſdam aliis velut ſpurium & illegitimum partum catholica eccleſia hactenus ſemper eſt averſata. Vide quæ notavi hac de re canone 5. apoſtolorum. Item quæ notat Baron. anno domini 692. num. 19. & ſequentibus.

Can. 16. errat.

o *Sed de miniſterio quod in uſu menſarum adhibebitur.*] Erroneum eſt diaconos non ſacris, ſed profanis tantum menſis miniſtraſſe, ut conſtat ex iis quæ ſupra diverſis in locis notavi.

Can. 52. De præſanctificatis ſententia eccleſiæ.

p *Renovantes, &c.*] Erroneus eſt canon, ſuaſuque Conſtantinopolitanorum epiſcoporum primatum jamdiu ambientium conſtitutus. Vide quæ notavi canone 5. concilii Conſtantinopolitani I. item act. 16. concilii Calchedonenſis.

q *In omnibus ſanctæ, &c.*] *Hunc canonem*, inquit Surius, *eccleſia occidentalis non obſervat, niſi in ſola Paraſceve, quando in miſſa non conficitur euchariſtia, ſed ſumitur pridie ejus diei conſecrata. Habent Græci ſuos quoſdam peculiares ritus, & pleroſque neutiquam probandos. Multa de his ſcribit Humbertus cardinalis doctiſſimus; qui ante annos quingentos floruit ſub Leone ejus nominis nono ſanctiſſimo pontifice.*

Can. 55. De jejunio ſabbati.

r *Quoniam intelleximus.*] *Hic quoque canon* (ait Surius) *quinquageſimus quintus, qui matrem eccleſiarum omnium Romanam eccleſiam reprehendit, non recipitur. Nam tametſi hic citatur canon apoſtolicus 65. attamen certum eſt, quemadmodum Epiphanius quoque dicit, poſſe ſancto propoſito omnibus diebus jejunari. Eſt autem veriſimile apoſtolicum canonem pertinere ad Marcioniſtas, qui, ut idem Epiphanius teſtis eſt, eo die jejunabant in invidiam Dei Iudæorum, qui ſabbato ab omni ſuo opere quieviſſet.* Hæc Surius. Vide quæ de jejunio ſabbati & auctoritate hujus canonis ſcripſi in notis canonum apoſtolorum ad prædictum canonem 65.

Can. 67. De ſanguinis & ſuffocati abſtinentia.

ſ *Divina ſcriptura mandavit ut a ſanguine ſuffocato, &c.*] Ea quæ ſupra tomo primo, ad tertium concilium apoſtolorum notavi de lege apoſtolica, qua ſanguinis & ſuffocati abſtinentia præcipiebatur, hunc canonem ſtultum, dementem & erroneum eſſe oſtendunt.

Can. 69. Hunc canonem adulatio genuit.

t *Nulli liceat laico intra ſacrum altare, &c.*] Adulatione & timore victi, per gravem errorem concedunt imperatori, quod magna cum laude ſanctorum patrum Ambroſius Theodoſio negavit. Theodorus Balſamon, ut canonem hunc male ſancitum tueatur, non erubuit cuncta referre munera epiſcopalia quæ orientales imperatores ſacrilege facere ſolebant: ſic enim ait: *Orthodoxi imperatores, qui per ſanctæ Trinitatis invocationem patriarchas provehunt, & ſicut chriſti domini ſine ullo impedimento quando voluerint ad ſacrum altare accedunt & ſuffiunt, & cum cera characterem imprimunt, ſicut & antiſtites, ſed etiam populum ad eum inſtituendum docent, quod ſolis illius regionis antiſtitibus conceſſum eſt.* Rationem ſubjungens ait: *Quoniam autem domini quoque chriſtus eſt, qui hoc tempore imperator eſt, propter chriſma, id eſt, unctionem regni: Chriſtus autem & Deus noſter cum alius pontifex quoque prædicatur; jure & ipſe quoque pontificalibus gratiis exornatur.* Eouſque Græcorum adulatio erga imperatorem proceſſit, ut etiam pontificalia munera eidem credenda putarint, quantumvis ſacræ ſcripturæ, hiſtoriæ & exempla repugnarent.

Sacrilegia imperatorum orientalium quæ.

Can. 72.

u *Non licere.*] Conjugia cum hæreticis contracta, neque irrita ſunt, ut hic decernitur, neque ulla ratione diſſolvenda. Etſi enim catholicus ducens hæreticam uxorem, vel contra uxor catholica nubens hæretico marito graviſſime peccet; tamen propter characterem baptiſmi, quem hæreticus retinet, matrimonium ſacramentum eſt indiſſolubile. Vide Bellarminum libro ſecundo de conciliorum auctoritate, cap. 8.

NOTÆ FRONTONIS DVCÆI SOCIETATIS IESV, IN CONCILIA B. Conſtantinopolitanum, ſiue Quiniſextum.

Cum vetus nulla reperiretur in manuſcriptis codicibus horum canonum interpretatio Latina, Græcus nobis textus ad eos recenſendos fuit ſequendus, Pariſiis olim excuſus anno 1540. & alter in Germania 1551. nullo interpretis addito nomine apud Andream Geſnerum. Conſuluimus & Græcum textum commentario Zonaræ manuſcripto inſertum, quem ex Auguſti Chriſtianiſſimi regis Francorum bibliotheca depromptum nacti ſumus, itemque reverendiſſimi Ioannis Tilii epiſcopi Briocenſis autogra-

autographum manuſcriptum, ex quo ſuam interpretationem expreſſiſſe videtur vir doctiſſimus Gentianus Hervetus: nonnunquam etiam a Gratiano decreti compilatore citati canones nos juverunt.

Can. 3. *Anni milleſimi centeſimi.*] Error eſt typographi, non interpretis, qui in editione Morellii ſcripſerat, anno DCXCIX. Græce fuit μέχρι τῆς πεντεκαιδεκάτης τοῦ διελθόντος Ἰανουαρίου μηνὸς τῆς παρελθούσης τετάρτης ἰνδικτιῶνος ἔτους ἑξακισχιλιοστοῦ ἑκατοστοῦ ἐνενηκοστοῦ ἐνάτου. Eodemque modo legitur apud Zonaram, niſi quod pro παρελθούσης habet τῆς παρούσης, *præſentis indictionis*, quemadmodum & in fine canonis dicunt patres ὁρίζοντες ἀπὸ τοῦ παρόντος, *abhinc definientes.* Confirmat hanc lectionem locus ille Theophanis hiſtorici, quem profert illuſtriſſimus cardinalis Baronius tomo 8. annalium anno 692. numero 3. in quo citatur hic idem canon his verbis: *Decernimus ut qui bis uxorem duxerint, & ante hanc diem, quæ decima quinta menſis Ianuarii numeratur quarta indictionis anni ſexies milleſimi centeſimi nonageſimi noni in hac culpa fuerint*, &c. Certe ſi ab hac ſumma 5508. annos ſubducas, remanebit annus Chriſti 691. qui ad indictionem quartam pertinet.

Can. 8. *Epiſcoporum ſynodos fieri.*] Interpres omiſit illud, quod tempus denotat, καθ' ἕκαστον ἔτος. *Epiſcoporum ſynodos fieri quotannis*, vel *ſingulis annis*, Theodorus Balſamon exponens eumdem canonem ſupponit ſemel in anno cogi epiſcopos apud metropolitanum convenire, ut in ipſo canone dicitur poſtea, ἅπαξ τοῦ ἔτους.

Can. 13. *Gravitatis honeſtatiſque.*] τῆς ἐν βίῳ σεμνότητος. Ita vertit Græcus interpres, ut videtur, verba illa concilii Carthaginenſis can. 2. *Cum in præterito concilio de continentiæ & caſtitatis moderamine tractaretur*, quæ repetita ſint a Photio vel collectore canonum Carthaginenſium ſynodorum can. 3. *In priore ſynodo de continentiæ & caſtitatis modo quærebatur*, περὶ ῥυθμοῦ ἐγκρατείας καὶ ἁγνείας ἐζητεῖτο.

Propriis terminis a conſortibus.] Intelligit concilii Carthaginenſis quinti can. 3. cujus varia lectio novam pepererit interpretationem, ſic enim legitur conciliorum tomo tertio: *Placuit epiſcopos & preſbyteros & diaconos ſecundum propria ſtatuta ab uxoribus continere:* Et in margine additur altera lectio *priora ſtatuta*, vel *priorum*, ſicque legitur in Africano concilio canone trigeſimo ſeptimo, *ſecundum priora ſtatuta etiam ab uxoribus continere.* Atque interpres quidem Græcus, cum legiſſet, *ſecundum propria ſtatuta*, non erravit cum ſcripſit, κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους: nam ut conſtat ex veteri lexico, Heſychio, & aliis, ὅρος non modo terminum & limitem, ſed & definitionem, legem ac ſtatutum ſonat: verumtamen horum canonum auctores falluntur, dum ὅρον hic terminum, ſive προθεσμίαν, aut definitum tempus accipiunt. Eodemque modo commentarium ſuum illorum attexens æqualem ſubtemini Balſamon ait eos abſtenturos vicis ſuæ tempore, eo ſcilicet tempore quo ſacrificant, & Zonaras κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, ἤγουν κατὰ τὰς ἐφημερίας αὐτῶν, καὶ τοὺς καιροὺς καθ' οὓς ἱερουργοῦσιν. Verum ſinceriorem alteram eſſe lectionem conſtat ex plurimis Carthaginenſium canonum locis, in quibus epiſcopi ſancire quidpiam volentes, antiquarum ac priorum ſynodorum auctoritatem ſequi ſe profitentur, ut Carthaginenſis III. canone 42. & 44. *Multis in conciliis ſtatutum eſt*, Carthaginenſis II. canone 2. *Cum in præterito concilio*, Toletanæ II. canone 4. *juxta priorum canonum conſtitutiones:* Narbonenſis canone 13.

Hoc regulariter ſecundum priorum ſtatuta canonum finitum eſt. Sic & in concilio Ariminenſi apud Hilarium, *Placuit inſtituta veterum ſervari*, quod Græce dicitur apud Athanaſium de ſynodis, τὰ πάλαι διωρισμένα ἔννομα διαφυλάττεσθαι. & in epiſtola imperatoris Conſtantini contra Arium: *Continent propria ſtatuta, id eſt, antiqua leges.*

Vitioſa eſt igitur Græcorum ſchiſmaticorum expoſitio, quæ vitioſa nititur Latini canonis lectione: nam, ut ſatis ex Auguſtino liquet libro ſecundo de adulterinis conjugiis capite ultimo, ſemper in eccleſia Africana viguit preſbyterorum, diaconorum & ſubdiaconorum cælibatus.

Can. 16. *Non placet ut verbo.*] Atqui ſunt hæc ipſa verba Græca apoſtolorum Actuum 6. οὐκ ἀρεστὸν ἡμᾶς καταλείψαντας τὸν λόγον. *Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo fratres*, &c.

Diſpenſatio eorum quæ tunc collecta.] τὴν οἰκονομίαν τῆς κοινῆς χρείας τῶν τότε συναθροισμένων, *diſpenſatio eorum quæ ad communem uſum pertinebat, illorum qui tum fuerant congregati*, hoc eſt, ut explicat Balſamon, *qui alimenta diſpenſabant eorum qui Chriſti evangelium prædicabant*, vel potius, ut Zonaras docet, τῶν οἰκονομούντων ὅπως τρέφοιντο οἱ περὶ τοὺς ἀποστόλους ἀθροιζόμενοι, καὶ πιστεύοντες, *qui diſpenſabant & curabant ut alerentur ii qui cum apoſtolis collecti erant & crediderant*, hoc eſt, ut omnes Chriſti fideles qui ad pedes apoſtolorum cuncta ſua bona detulerant. Ceterum Chryſoſtomi locus paulo ante citatus reperitur homilia 14. in Actis.

Præteritæ indictionis.] Adde e Græco, *quartæ* τῆς παρελθούσης τετάρτης ἐπινεμήσεως. vide quæ ſupra ſunt annotata in canone 3.

Propter aliquam circumſtantiam.] ἐκ περιστάσεως μεταστάσας, *propter calamitatem aliquam extorres ſunt facti.*

Nedum ad id heſitant.] In Tiliano codice legitur, ut in excuſo, ἀπόρως ἔχοντες, at in regiæ bibliothecæ textu apud Zonaram manuſcriptum, ἀπείρως ἔχοντες, *nedum ejus rei nonnunquam experientia carent, ab eo quod convenit excidant; aut ſi ejus rei ſint imperiti ac rudes.*

Peccatum deflent.] Græce ἀθετοῦσι τὴν ἁμαρτίαν, *peccatum damnant*, nam ἀθετεῖν, eſt proprie irritum reddere, reſcindere, abrogare. In editione Pariſienſi ſcriptum erat *peccatum debent*, & fortaſſe interpres verterat, *delent*, in cujus locum illud *deflent* ſubſtitutum eſt. Rurſus initio canonis, *criminum canonicorum rei facti*, ſunt intelligendi, οἱ ἐπ' ἐγκλήμασι κανονικοῖς, hoc eſt *quæ a canonibus vetantur*, ſed aptior eſt lectio regii codicis, ἐπ' ἐγκλήματι κανονικῶς, *qui rei criminum ſecundum canones facti ſunt*, hoc eſt, prout jubent canones, canonice, ex canonum præſcripto.

Agreſtes, & quæ ſunt in regione.] ἀγροικικὰς ἢ ἐγχωρίους, quæ verba ſunt canonis 17. concilii Calchedonenſis, ubi veteres interpretes vertunt *ruſticanas parochias*, vel *in poſſeſſionibus*, ſive *poſſeſſiones*, aut *villas*: χώρα enim villam ſonat, ut canone 35. apoſtolorum, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις, *& pagis qui ei ſubſunt*. aut *villis quæ ſub ea ſunt.*

Cui manus imponitur.] Adſcripſit margini interpres, τοῦ προχειριζομένου, quod proprie ſonat, *ejus qui producitur, qui ordinandus proponitur.*

Scripturas explicare.] θείοις λόγοις ἀποφαίνειν. Regius codex ὑποφαίνειν. utrumque valet hic idem quod ἐκφαίνειν, pronuntiare, recitare, legere: unde Balſamon ait apud Armenios in ſuggeſtu divinas ſcripturas lectas fuiſſe ab iis qui epiſcopalem tonſuram non habebant. Lectoris eſt ſcripturam legere, non item concionando exponere.

Deprehenſus fuerit, deponatur.] Græce eſt ἀφοριζέσθω, *ſegregetur, excommunicetur.*

A proprio gradu.] Interpres omiſit illud πάντη, *gradu prorſus excidant.* Porro ſacerdotalem canonem hic vocant Calchedonenſis concilii decimum octavum, ubi vetus interpres φρατρίας *conſtitutionem* vertit, *factionem.*

Iuris obſervatione.] τῆς ἀκριβείας περιγραφείσης. Ita codex *Tilianus*: *regius vero*, παραγραφείσης, quod verti poteſt, *Non enim ſi ob temporum difficultatem exacta juris obſervatio impedita fuerit, exacta miniſterii ratio prohibebitur.* Poteſt enim retineri περιγραφείσης, nam illud extremum περιορισθήσεται, ſic exponit Zonaras, συστολὴν ἕξει καὶ ἐλαττωθήσεται ἡ τῶν κανόνων ἀκρίβεια, διδοῦσα τοῖς ἐπισκόποις τὴν ἐξουσίαν διοικήσεως τῶν ἐν ταῖς ἐπισκοπαῖς αὐτῶν πάντων. *contrahetur, & canonum exacta obſervatio minuetur, quæ poteſtatem facit epiſcopis res omnes quæ ſunt in ſuis epiſcopatibus adminiſtrandi.* Eos enim ait Balſamon ſuum honorem habere debere perinde ac ſi in regione verſati, & in ſedibus ſuis collocati fuiſſent.

Poteſtate novata eſt.] ἐκαινίσθη πόλις quod non eſt ex veteri novam facere, ſed novam condere civitatem. unde Zonaras exponit, καινίζουσι, ἀντὶ τοῦ νέας ἀνεγείρουσιν. novant, hoc eſt novas excitant. & Balſamon, eas quæ imperatoris facto excitatæ ſunt civitates, vel etiam excitandæ ſunt, ab eccleſiis quoque honorari.

Qui Epheſi convenerunt.] τὰ παρὰ τῶν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον συνελθόντων. *quæ prius Epheſi in conventu ſanctorum patrum tributa ſunt.* Ita redduntur hæc Latine in editione Germanica Græcolatina, ſed illud, τὸ πρότερον, non refertur ad participium παρασχεθέντα, ſed ad alterum συνελθόντων, ut diſtinguatur illud tertium œcumenicum concilium Epheſi primo coactum, ab altero quod ab hæreticis in eadem urbe congregatum eſt, τὸ δεύτερον, *ſecundo*, quæ dicta eſt λῃστρικὴ σύνοδον, *latrocinium Epheſinum*: ſic ergo vertendum eſt, *qui Epheſi primo convenerunt.* vide can. 8. Epheſinæ ſynodi.

Et a ſuis epiſcopis eligatur.] χειροτονείσθω, *ordinetur.*

Si octavum decimum annum.] τὸν ἑπτακαιδέκατον διανύουσαν χρόνον. Germanica editio, *ſi ſit annos ſeptemdecim nata.* Zonaras citat Baſilii can. 18. in quo præcipit μετὰ τὰ δεκαὲξ ἔτη τὰς τῶν παρθένων ὁμολογίας εἰσδέχεσθαι, *virginum profeſſiones poſt annos ſexdecim admitti.* Retulit in ſuum nomocanonem epiſtolam ad Amphilochium epiſcopus Paulus Photius, apud quem legimus, τὴν ὑπὲρ τὰ δεκαὲξ ἢ δεκαεπτὰ γενομένην ἔτη, κυρίαν οὖσαν τῶν λογισμῶν, καὶ κατὰ χεῖρα ἐπὶ πλεῖον, εἶτα παραμείνασαν, ἐγκαταλέγεσθαι χρὴ ταῖς παρθένοις. *Eam quæ ſupra ſexdecim vel ſeptemdecim annos nata fuerit, rationiſque compos, & diu examinata probataque perſeveraverit, oportet in ſacrarum virginum catalogum referri.*

Cum

Cum duobus fratribus mater.] Interpres omisit, ἢ ἀδελφοὺς δύο δυσὶν ἀδελφαῖς, *aut duo fratres cum duabus sororibus*, quæ sunt etiam in Germanica editione omissa, sed & regius codex ea cum Zonaræ commentario agnoscit: vide can. 23. Basilii in epistola ad Amphilochium.

Cur te ovium pastorem.] Interpreti exciderunt illa verba Græca, πρόβατον ὤν, quæ sic & apud Gregorium leguntur orat. 26. de moderatione in disputationibus, ubi vertit doctissimus Billius: *Quid pastoris munus tibi arrogas, cum sis ovis?* Paulo post: *Ne una cum divite extendaris*, est item Græce μὴ συμπαρεκτείνεσθαι πένης ὢν πλουσίῳ. quod recte vertitur in editione Germanica: *Ne cum sis pauper, te æques diviti.* Proverb. 23. legitur, μὴ παρεκτείνου πένης ὢν πλουσίῳ, quod in Plantinianis bibliis redditur: *Ne contendas pauper existens cum divite*: alii vero malunt: *Ne extendas te cum sis pauper ad divitem.* Sed probabilius est hic παρεκτείνεσθαι nihil aliud sonare, quam ad comparationem alicujus extendi, ut παρεκτεινόμενον τοῖς ἀϊδίοις διάστημα dicitur, spatium quod duratione sua æternis respondeat, & ita verbum hoc intellexit concilium, cum συμπαρέκτασιν comparationem hic innui censuit. Verum in illa Germanica interpretatione perperam scriptum est: *Ne præcipites in parvis*, e Græco excuso, ubi mendose, μὴ ἴσθι ταχὺς ἐν ὀλίγοις: at in regio manuscripto, ταχὺς ἐν λόγοις, ut vidit esse corrigendum Hervetus: *Ne sis velox in sermonibus*: sed locum scripturæ non indicavit, qui necdum nobis occurrit: nisi forte illum innuit Ecclesiastæ 5. v. 1. μὴ σπεῦδε ἐπὶ στόματί σου: *Ne festines in ore tuo*, vel illum Ecclesiastici 4. v. 34. μὴ γίνου θρασὺς ἐν γλώσσῃ σου, *Ne sis temerarius in lingua tua*: quod vulgata Latina reddit: *Noli citatus esse in lingua tua.*

Fideli autem placet.] εὐδοκεῖ δὲ τῷ πιστῷ ἢ ἄπιστος συνοικεῖν, ἢ τὸ ἔμπαλιν ὁ ἄπιστος τῇ πιστῇ, *cum fideli autem cohabitare velit infidelis, vel cum infideli rursus fidelis, ne a se invicem separentur.* 1. Cor. 7. v. 12. *Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam.* In eodem canone legebatur apud Zonaram in textu: ἡ δὲ ὑπὸ τῇ τῆς πλάνης & ἀκτῖνας ἑλομένη: *illa vero erroris vinculo detenta fuerit, nolens divinos radios.*

Per aromata.] Excusus & Tiliani codices, τὰ διὰ βρωμάτων ἤδη. Interpres vertit, quasi legisset τὰ δι' ἀρωμάτων εἴδη. Regius codex lectionem editam tuetur, nisi quod εἴδη pro ἤδη habet: & Zonaras exponit, τὰ ἐδώδιμα προτιθέναι εἰς πρᾶσιν, *esculentas species proponere vendendas.* Ita supra can. 4. vetuit in æde sacra comedere, & accubitus sternere. In hoc ipso canone aptius reddet τὸ κέρμα ἐξέχεεν *effudit æs*, ut Ioan. 2. v. 15. & τὸ ἱερὸν κοινοῦντας, *qui templum coinquinabant*, vel *profanabant*, quam quod dixit interpres, *qui sacrum commune faciunt.* Et can. 97. *qui sacra loca communia faciunt*, τοὺς ἱεροὺς τόπους κοινοποιοῦντας, *qui loca sacra profanant.*

Episcopo & presbyteris.] ἢ τοῖς πρεσβυτέροις, *vel presbyteris.*

Sacer divinus Basilius.] Excusus & Tiliani κατὰ τὸν ἱερὸν καὶ θεῖον Βασίλειον: at in regio codice lego, τὸν ἱερὸν καὶ μέγαν, *sacer & magnus.* Theodorus Balsamon citat 9. & 21. can. Basilii in epistola ad Amphilochium.

Tertio anno substernantur.] τριετίαν ὑποπιπτέτω, *triennio substernantur, & septimo cum fidelibus consistant.* Non igitur tertium annum vult eos agere in ea classe pœnitentiam, sed tres annos integros, quibus absolutis, post unum annum inter lugentes actum, & post biennium inter audientes, septimus in quarta classe transigetur, cui nomen σύστασις.

Usque ad mediam magni.] περὶ μέσας τῆς περὶ τὸ μέγα σάββατον νυκτὸς ὥρας ἀπονηστίζεσθαι. sic uterque liber excusus: in manuscripto vero Tilianæ bibliothecæ, quo videtur tamquam autographo ceteroquin usus interpres, scriptum reperi, ut & in regio, ἀπονηστίζεσθαι, quod interpretor, *fideles circa mediam noctis magni sabbati horam jejunium solvere*: sic enim intellexit & explicuit Zonaras, περὶ δὲ τὸ μέσον τῆς νυκτὸς τοῦ σαββάτου ἐπιφωσκούσης τῆς κυριακῆς προτρέπει ἀπονηστίζεσθαι (forte scribendum ἀπονηστίζεσθαι) ἀντὶ τοῦ, βρώσεως ἅπτεσθαι. Ita quoque scripsisse puto Balsamonem, *post sex horas noctis jejunare fideles, eo quod resurrexit Christus*: sed interpres ejus τὸ ἀπονηστίζεσθαι vertit *jejunare*, cum potius hoc illi sit *jejunium solvere*: non enim est idonea causa cur oporteat jejunare, quod addit Christum resurrexisse, imo potius festa convivia celebrandi, & jejunii luctum & laborem intermittendi. Hesychius certe non aliter exponit τὸ ἀπονηστίζεσθαι, quam ἀπὸ νηστείας ἐπὶ πρώτην ἐλθεῖν.

Noctem quæ fuit ante.] τὴν μετὰ τὸ σάββατον νύκτα, quod æque vitiose in Germanica editione redditur, *sabbatum noctis resurrectionis salvatoris*: scribe igitur, me auctore, *noctem quæ sabbatum sequitur accipientes.*

Qui ex hæreticis servantur.] τοὺς προστιθεμένους τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ τῇ μερίδι τῶν σωζομένων, ἀπὸ αἱρετικῶν δεχόμεθα. In regio codice legi, τοὺς προσερχομένους. *Eos qui ab hæreticis ad rectam de fide sententiam & ad partem eorum qui salvi fiunt accedunt, secundum morem & ordinem subjectum recipientes.* Ita quoque reddendus Latine canon 7. Constantinopolitani II. concilii, ex quo iste decerptus est: ubi non omisit interpres, τοὺς ἀριστερούς *sinistros*, quos Græcus uterque textus inserit inter τοὺς καθαρούς. *Catharos* sive *Puros*, & *Tessarescædecatitas.*

ANNO CHRISTI 692.

Et aures imprimentes dicimus.] Dimisit hic etiam καὶ σφραγίζοντες, quod alibi reiterat, *& signantes eos dicimus.*

Deinde tertio adjuramus.] ἐξορκίζομεν αὐτοὺς, quod Germanica editio minus etiam proprie vertit, *ipsos auctoramus.* Ecclesiasticum verbum est: *deinde tertio exorcizamus*, unde exorcistæ, non adjuratores. Porro illud, *secundo autem catechumenos*, a Græco abest: addendum tamen ex canone Constantinopolitano τὴν δὲ δευτέραν κατηχουμένους.

Can. 96.

Perversitatis.] τῆς τοῦ ἐναντίου σκαιότητος. Germanica editio, *reliquias adversæ stoliditatis*; sed profecto hic, ὁ ἐξ ἐναντίας, qui 1. Petri 5. v. 8. appellatur ἀντίδικος, *adversarius noster diabolus*, ut ὁ ἐξ ἐναντίας, *qui ex adverso est*, ad Titum 2. v. 8. scribe igitur, *ferant reliquias nequitiæ adversarii.*

Can. 100.

Picturas ergo, quæ oculos.] καταγοητευούσας γραφὰς εἴτε ἐν πίναξιν. Germanica edit. *Picturas igitur oculorum præstigiatrices, sive in tabulis, sive alias propositas, mentis corruptrices.*

Aggressus fuerit, deponatur.] Atqui clericorum hæc solet esse tantum pœna, non quorumvis, aut laicorum. *Græce erat*, ἀφοριζέσθω, *excommunicetur.*

Can. 101.

Antequam ejus fiat.] καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ τῇ μετουσίᾳ γενέσθαι. Germanica edit. *& coram ipso participationem esse.*

Can. 102.

Sequi locum traditum.] *Videtur interpres legisse* τῷ παραδοθέντι τύπῳ: sed in excuso tamen & in manuscripto Tiliano scriptum ita occurrit, τῶν παραδοθέντων τύπων: codex regius τῷ παραδοθέντι τύπῳ. Et ita plane legitur can. 5. apud Basilium in epistola ad Amphilochium, ubi noster vertit interpres, *sequi autem in iis quæ summum jus non admittunt, formam traditam.*

LEGES ECCLESIASTICÆ

CIRCA ANNUM CHRISTI 692.

INÆ REGIS OCCIDUORUM SAXONUM seu Gervisorum in re ecclesiæ latæ, ex aliis suis legibus Saxonicis decerptæ.

TITULI LEGUM ECCLESIASTICARUM INÆ REGIS.

LEGES INÆ.

Versum e Saxonico. Procemium

EGO Inas Dei beneficio occiduorum Saxonum rex, suasu & instituto Cenredi patris mei, Heddæ & Erkenvaldi episcoporum meorum, omnium senatorum meorum, & natu majorum sapientum populi mei, in magna servorum Dei frequentia religiose studebam tum animorum nostrorum saluti, tum communi regni nostri conservationi, ut legitima nuptiarum fœdera, justaque judicia per omnem ditionem nostram fundata stabilitaque sint, atque ut nulli liceat in posterum senatori, sive alteri cuivis in ditione nostra degenti, hæc nostra antiquare judicia.

I.

Imprimis præcipimus, Dei ut ministri constitutam vivendi formulam curent, & observent: deinde volumus in omni populo nostro leges & judicia ita se habeant.

II.

Infans intra triginta dies postquam in lucem prodierit, baptizator. Id si non fiat, terdenis solidis culpa pensator. Sin prius vitam cum morte commutarit, quam sacro tingatur baptismate, rebus suis omnibus mulctator.

III.

Servus, si quid operis patrarit die dominico, ex præcepto domini sui, liber esto, dominus triginta solidos dependito. Verum si id operis injussu domini sui aggressus fuerit, verberibus cæditor, aut saltem virgarum metum precio redimito. Liber, si die hoc operetur injussu domini sui, aut servituti addicitor, aut sexaginta solidos dependito. Sacerdos, si in hanc partem deliquerit, pœna in duplum augetor.

IV.

Primitiæ seminum ad celebre divi Martini festum redduntor: qui tum non solverit, quadraginta solidis mulctator, & ipsas præterea primitias duodecies persolvito.

V.

Si quis rei capitalis reus ad templum confugerit, vita potitor, & secundum jus fasque compensato. Si quis verbera promeritus fani suffugium implorarit, ei verbera remittuntor.

VI.

Si quis in regia pugnarit, rebus suis omnibus mulctator, & sitne morte etiam plectendus, regis arbitrium & jus esto. Qui in templo pugnaverit, 120. solidis noxam sarcito. Qui in domo senatoris, aut alterius sapientis honorati pugnam dederit, 60. solidis mulctator. Si quis in tecto villici censum pendentis annuum, aut coloni cujuscumque pugnarit, triginta solidorum pœna esto, & villico solidos senos numerato. Si quis in campo dimicarit patenti, 120. solidis mulctator. Si inter convivas rixatum fuerit, & eorum alii convicia patienter sustinuerint, alii triginta solidis mulctantor.

VII.

Si quis coram episcopo testimonium aut pignus suum falso produxerit, 120. solidis compensato.

VIII.

Peregrino si quis mortem obtulerit, rex æstimationis vitæ suæ partes duas habeto, tertiam proles, vel cognati. Cognatos si non habuerit, esto quidem regi dimidium; quod reliquum fuerit, socius habeto. Eodem modo abbas, vel abbatissa (eorum si intersit) cum rege partiuntor. Vvallus censum pendens annuum, 120. solidorum æstimetur, filius ejus 100. Servus alias sexaginta, alias quinquaginta solidis valere putatur. Vvallus virgarum metum 12. solidis redimito. Vvallus quinque terræ hydas possidens, 600. solidis æstimandus est.

IX.

Pacis in oppido regis vel archiepiscopi violatæ pœna 120. solidorum est: in opido senatoris ruptæ pacis pœna 80. solidorum æstimator. In opido ministri regii 60. penduntur solidi. In opido denique custodis pagani cujuscumque prædia possidentis, pacis turbatæ mulcta 35. solidorum censeatur. Atque eadem habetor criminis purgandi ratio.

X.

Primitias seminum quisque ex eo dato domicilio, in quo ipso natali die domini commoratur.

XI.

Sive quis alterius ad sacrum fontem susceptorem, susceptumve interfecerit, tantumdem solvat occisi cognatis, quantum ad cædem compensandam domino debetur. Atque hæc solutio pro ratione æstimationis interfecti augenda erit, & minuenda, perinde atque solutio ipsa domino pro servo interfecto præstanda foret. Sin occisum rex ad sacrum fontem susceperat, perinde ei atque cognatis satisfiat. Verum si ei a cognato erepta est vita, de pecunia susceptori eroganda subtrahendum est, quomodo fieri solet ubi nummus domino pro cæde servi numerandus est. Episcopi filius si occidatur, dimidio minuatur mulcta.

ALIVD EXEMPLAR.

LEGES ECCLESIASTICÆ

INÆ REGIS OCCIDVORVM SAXONVM, ad rem ecclesiæ pertinentes, e civilibus suis aliis decerptæ.

Iuxta regii codicis & Iornalensis exemplaria.

EGO Ine Dei gratia Vvestsaxonum rex, exhortatione & doctrina Cenredes patris mei, & Heddes episcopi mei, & Erchenvvoldes episcopi mei, & omnium aldormannorum meorum & seniorum, & sapientum regni mei, multaque congregatione servorum Dei, solicitus de salute animarum nostrarum, & statu regni mei, constitui rectum conjugium, & justa judicia pro stabilitate & confirmatione populi mei, benigna sedulitate celebrari: & nulli aldermanno, vel alicui de toto regimine nostro conscripta liceat abolere judicia.

I.

In primis præcipimus ut ministri domini rectam disciplinæ sanctæ regulam juste custodiant.

Postea volumus ut totius populi conjugia sint & judicia devote conservata.

II.

Puer infra triginta noctes baptizetur: si non sit, triginta solidis emendetur. Si moriatur sine baptismo, emendetur tota pecunia.

III.

Si servus operetur * die dominica per præceptum domini sui, sit liber: & dominus emendet triginta solidis ad Vvitam. Si servus sine testimonio domini sui operetur, corium perdat (*id est vapulet.*) Si liber operetur ipsa die sine jussu domini sui perdat libertatem suam.

Cyrisceatta (*id est census ecclesiæ*) reddita sint in festo sancti Martini. Si quis hos non compleat, reus sit sexaginta solidorum, & duodecuplo reddat ipsum Cyrisceattum.

V.

Si quis sit mortis reus, & ad ecclesiam confugiat, vitam habeat, & emendet sicut * consulet. Si quis corium suum forisfaciat, & ad ecclesiam incurrat, sit ei verberatio condonata.

VI.

Si quis pugnet in domo regis, totius pecuniæ suæ reus sit, & si in arbitrio regis utrum vitam habeat, vel non habeat. Si quis in ecclesia pugnet, centum viginti solidis * emendet, &c.

* *juxta Saxon. in die Solis.*

* *alius codex manuscriptus, sicut recte consuluerit*

* *al. 60. emendet pro vita*

VII.

Si coram episcopo testimonium suum & vadium mentiatur, centum viginti solidos emendet. *Sic codex regius Iornalensis triginta solidos.*

VIII.

Si homo alienigena occidatur, habeat rex duas partes vveræ suæ, tertiam partem habeant filii vel parentes sui. Si parentes non habeat, dimidiam rex, dimidiam consocii. Si autem abbas vel abbatissa intersit, dividant eodem modo cum rege.

IX.

Burgi fractura debet emendari centum viginti solidis. Regis & episcopi ubi * sedes ejus est. Aldermani (*id est comitis*) octoginta solidos. Taini regis (*id est baronis*) sexaginta solidos, *&c.*

X.

Cyrisceattum debet homo reddere a culmine & mansione ubi residens erit in natali.

XI.

Si quis alterius filiolum occidat vel patrinum, sit simile cognationi, & crescat emendatio secundum * vveram, sicut mambota facit erga dominum. Si sit filiolus regis emendet secundum vveram ejus regi sicut cognationi. Si de parentela ipsius qui occidit eum, tunc excedat emendatio patrini sicut mambota domini. Si episcopi sit filius sit dimidium hoc.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Plerique viri docti Rothomagensem synodum sub sancto Ansberto præsule convocatam cum Binio, Sirmondo, aliisque hactenus anno 682. illigarunt. Verum ut supra pag. 1241. A. cum R P. Godefrido Henschenio in dissertatione de tribus Dagobertis Galliæ regibus docuimus, satius est illam ad hunc annum 692. revocare. Consule Observationem loco indicato a nobis excusam, ne actum agamus.

CONCILIUM TOLETANUM XVI.

EPISCOPORUM LIX.

ANNO CHRISTI 693.

TITULI CAPITULORUM.

IN NOMINE DOMINI.

Incipit synodus Toletana sextadecima, LIX. episcoporum.

DUM anno sexto inclyti & orthodoxi domini & principis nostris Egicanis, sub die sexto Nonarum Maiarum, æra DCCXXXI. unanimitatis nostrę conventus in prætoriensi basilica, sanctorum videlicet Petri & Pauli, aggregatus consisteret, atque unusquisque nostrorum ex more secundum ordinationis suæ tempus in locis debitis resideret, rerum prius omnium domino devotissima gratiarum jura persolvimus, pro eo quod nos & alterutræ visionis contuitu solari permisit; & alternæ pacis osculo confovendos statuit, diffusis cordibus, simulque & vocibus ei precum murmura effundentes: ut sicut nos alternorum osculorum impensione lætificos effecit, ita serenissimum ac religiosissimum prædictum Egicanem principem, cujus jussu fraternitatis nostræ cœtus est adunatus, fidei suæ conversatione stabiliat, prorogatione justitiæ muniat, pacem locupletem reddat, impensione misericordiæ fulciat, virium fortitudine roboret: quo longævitatis munus fruens, commissa sibi regni gubernacula discreto moderamine teneat, & commissos sibi populos benigne regat, æque disponat, & jussu pietatis modificet. His devotione promptissima actis, cœpit unionis nostræ numerositas de rebus spiritualibus mutua collationis inter se orsa diffundere, atque eventum rei expectatione mansuetissima præstolare. Igitur cum ea attentius agerentur, sic idem excellentissimus princeps sanctæ intentionis munimine fretus, religione plenissimus, & elucubrationis summæ titulo inclytus, nostro sese cœtui intulit, ac gloriosi capitis verticem cernuo voto reclinans, nostris sese domino precatibus commendari percensuit; propriis manibus tomum nobis deferens reserandum, in quo suæ devotionis vota, & deliberationis piæ desideria sistebant, stylo gravissimo exarata, omnes in communi sui oris dulcifluis exhortans oraculis ait:

En divini cultus, reverendissimi sacerdotes, quidquid proprii oris effamine vestris sacris sensibus debui intimare, quidquid innormis poterat diffusæ elocutionis affatus exprimere, sicut hic breviter summatimque calamo currenti digessi. Unde vos ea solicitius prælibantes, gliscentibus animis pertractate: & tam ea quæ hic sunt insita, quam etiam alia quæque se reverendissimo vestro cœtui ingesserint audienda, æquissimis judiciorum vestrorum definitionibus terminate, & firmissimo sententiarum vestrarum stylo esse permansura decernite.

Quem tomum ab eo unanimitas nostra suscipiens, eidem principi benediximus: eoque e nostri medio discedente, ejusdem tomi seriem reseravimus, cujus dictorum textus subter annexa serie declaratur.

IN NOMINE DOMINI.

Flavius Egica rex sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

NOVIT, beatissimi patres, serenitatis nostræ gloriosa sublimitas, synodicæ advocationis studia nutantis sæculi obstare ruinæ, & fidelibus populis congruam salutaris vitæ impendere disciplinam. Quapropter orthodoxæ fidei religione permotus, vestrique cœtus optabili conventu jucundior redditus, cælorum regi grates laudumque vota persolvo, quoniam præstolata aggregationis vestræ concursio præceptionis nostræ oraculis devotissime paruit, & alternæ visionis exoptata gaudia commodauit. Igitur vobis coram positus, vestris precibus supernam mihi clementiam suffragari efflagitans, universitatem sanctitudinis vestræ Christiana mentis deuotione convenio; ut quia ecclesiæ sanctæ catholicæ digna speculatione

ANNO CHRISTI 693.

tione præstatis, votis meis fautores sitis, vestrique pontificatus meritis, in regendis populis præstantiora mihi subsidia præparetis, & consiliorum nutrimenta salubria afferatis, quo valeam sanctimoniæ vestræ adminiculo fultus, & regnandi gressus in pace perficere, & gentem mihi subditam pio ac discreto moderamine regere. Nam & tales vos in hoc sancto concilio adesse præopto, quo gratia Spiritus sancti corda vestra irradians, in medio sit vestrorum, ut ipso docente, id teneatis atque servetis, unde & mihi, qui præ omnibus multis sum criminibus deditus, & cuncto populo regiminis mei respectio divina semper opituletur. Quantis denique malis indignante Deo terra quotidie vapulet, quantisque plagis, vel perfidorum sceleribus contabescat, paternitati vestræ non reor esse incognita. Sed quia indubie credimus, quod transgressione mandatorum Dei digna factis recipimus, dicente domino per prophetam: *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea*, opportunum satis est, ut per vos, qui divinæ vocis præconio sal terræ estis, salvationis obtineat opem. Unde venerabilem sanctitatis vestræ * universitatem exhortor, ut imprimis almæ fidei rectitudo, quæ per veram credulitatem in omni terrarum orbe diffusa expanditur, vestræ collationis eloquiis præconetur, prædicata veraciter teneatur, retenta in arcano vestri pectoris illibata servetur. Deinde quia comperimus quod multæ Dei basilicæ in dispersis locis vestrarum parochiarum constitutæ, dum ad unius respiciunt ordinationem presbyteri, nec assidua in eis sacrificia domino delibantur, & destitutæ remanent, atque sine tectis, vel semirutæ fore noscuntur, specialiter in canonibus annotetis, unaquæque ecclesia, quamvis pauperrima, quæ vel decem mancipia habere potest, sui debeat cura gubernari cultoris: ceterum, si minus habuerit, ad alterius ecclesiæ presbyterum pertinebit. Nam dum ex omnibus plurimæ basilicæ, ut præmisimus, unius solicitudine rediguntur, solum est, quia & viduatæ persistunt, & difficile sacris cultibus ordo debitus exhibetur. Quod non tantum sacerdotibus Dei in culpa est, verum etiam & infidelibus Iudæis ridiculum affert, qui dicunt nihil præstitisse interdictas sibi ac destructas fuisse synagogas, cum cernant pejores Christianorum effectas esse basilicas. Pro quarum etiam reparatione a vestra universitate censendum est, ut eas unusquisque episcopus de tertiis parochialium basilicarum canonice restaurandas invigilet. * Qui si tertias ipsas consequi noluerit, cura sui gerendum est, ut presbyter destructæ ecclesiæ exinde commissam sibi basilicam reparet; evidentem censuræ modum apponetes in canone, qualiter debet incuriosus quisque episcopus condemnari, si præscriptum pro renovandis Dei templis ordinem neglexerit adimplere. Nam & hoc honorificentia vestra promulgare curabit, ut nemo episcoporum, pro regiis inquisitionibus exhibendis parochialium ecclesiarum jura contingat, nec quascumque exinde inquisitiones aut evectiones exigere audeat, sed de prædiis suarum sedium, regio culmini solita perquisitionum obsequia deferat, nihilque de rebus earumdem parochiarum ecclesiarum causa stipendii cujuspiam dare presumat. Quod si fecerit, duorum mensium spatio excommunicari se no-

Osee 4.

Matth. 5.

* unitatem

* Cui, si tertias ipsas consequi voluerit, cura sui gerenda est,

De evectionibus supra dictum. Vide leges Gothicas. De stipendiis clericorum supra.

verit. Interea id precipue a vobis procurandum est, ut ubicumque idololatriam, vel diversos diabolicæ superstitionis errores repereritis, aut qualibet relatione cognoveritis, ad destruendum tale facinus, ut vere Christi cultores, cum judicibus quantocius insurgatis: & queque ad eadem idola a rusticis, vel quibuscumque personis deferri * perveneritis, tota vicinis conferenda inibi ecclesiis conferatis. Pro quo etiam extirpando scelere edictum tale in regulis apponatis, ut quicumque antistes hujusmodi nefas agi permiserit, vel peractum in sua diœcesi protinus abolere distulerit, a loci sui officio pulsus, unius anni excursu sub pœnitentiæ maneat religatus lamento: alio tamen principali electione ibidem constituto, qui possit hujus institutionis ordinem servare, & populo Christiano bonæ conversationis pandere tramitem, postmodum ad sedis suæ ordinem reversurus. Sed &, quod his potius est, zelo Dei zelantes abrogandam Iudæorum utriusque sexus perfidiam radicitus demite, ut & legum nostrarum sententias, quæ ob perfidiam eorum & in præteritis editæ, & hodierno sunt tempore conditæ, omni valeant robore subnixæ, & accessus nequitiæ ipsorum earumdem legum dispereant sanctione. Sic quoque, ut juxta novellæ legis nostræ edictum, nemo ex eisdem Iudæis in perfidiam durantibus ad † catablum, pro quibuslibet negotiis peragendis accedat, nec quodcumque cum Christianis commercium agere audeat: quo merito cum propheta dicatis: *Nonne qui te oderunt, domine, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam?* Ex quibus igitur Hebræis, vel uxoribus, ac filiis eorum, si quis deinceps ad catholicę fidei regulam integerrima devotione conversus extiterit, abnegans ex toto genuinæ prævaricationis errores, vel ceremonias, omnesque parentalium rituum sectas, ab omni exutus jugo maneat functionis, quam pridem in errore præstitutus publicis utilitatibus exolvere consuevit. Sic quoque & in ceteris incredulis ejus redundetur functio pensionis, quos adhuc nefanda retinuerit obstinatio parentalis. Inter cetera tamen, obscœnum crimen illud de concubitoribus masculorum extirpandum decernite: quorum horrenda actio, & honestæ vitæ gratiam maculat, & iram cælitus superni judicis provocat. Et quia plerique perfidorum cothurno superbiæ dediti, non ex Deo regale fastigium, sed solo jactantiæ tumore appetere dignoscuntur; quicumque amodo ex palatinis, cujuslibet sit ordinis vel honoris persona, in necem regiam, vel excidium gentis ac patriæ Gothorum fuerit conatus intendere, aut quodcumque conturbium intra fines Hispaniæ tentaverit excitare; tam ipse, quam ejus omnis posteritas ab omni palatino expulsa officio, sub tributali impensione fisco debeant perpetim inservire: amissis insuper cunctis facultatibus propriis, quas, cui voluerit, licenter conferat clementia principalis. Cuncta vero, quæ in canonibus, vel legum edictis depravata consistunt, aut ex superfluo, vel indebito conjecta fore patescunt, accommodante serenitatis nostræ consensu, in meridiem lucidæ veritatis reducite; illis procul dubio legum sententiis reservatis, quæ ex tempore divæ memoriæ prædecessoris nostri domini Cindasuinthi regis usque in tempus domini Vvambanis principis, ex ratione depromptæ, ad sinceram justitiam, vel negotiorum sufficientiam, pertinere noscuntur.

ANNO CHRISTI 693.

* pro i... neritis conc. X... initio, XV. T...

A regil... Gothis scopos minari litos o... dimus cōcilio... letano... cap. 6. Id co... ex con... Tolet.... cap. 8.... gum V... goth. lib... tit. 3.

† Præt... ubi ca... aguntur supra.

Psalm. ...

De his... concil. ... let. IV. cap. 85. VI. cap. & 18. c... cil. Tol... X. cap.

noscuntur. Varia quoque populorum negotia, ceteraque sceleratorum hominum gesta, fidei sanctæ contraria, ita vestri examinatione judicii canonice ac legaliter finiantur, ut nec justitia prætereat, nec severitas legum ex omnibus intercurrat: qualiter, dum in his omnibus vos amor Christi reddiderit fervidos, & æquitatis catena constrinxerit nexos, non solum in hoc sæculo sanctitatis dono perspicui maneatis, sed & æternis præmiis in perpetuum floreatis, quia tunc me a domino cum plebe mihi credita a peccatis elui credo, cum discussio judicii vestri in examinandis causis talis præcesserit, quæ in nullo tramite veritatis aberret. Hoc solum vos honorabiles Dei sacerdotes, cunctosque illustres aulæ regiæ seniores, quos in hoc concilio nostræ serenitatis præceptio, vel opportuna inesse fecit occasio, per inseparabilem omnipotentis Dei potentiam adjuramus, quia in privatis dirimendis negotiis, quæ se vestro cœtui audienda emerserunt, nulla personarum vel muneris acceptio intercurrat, nullus se favor interserat, nulliusque tepiditatis incuria promulgare justitiam, quæ Deus est, obstrepat, sed puro examinationis libramine causarum jurgia terminantes, & justa Dei judicia vobis præ oculis apponentes, unicuique parti æquitatem pandere procuretis: quatenus ex hoc nostræ mansuetudini præstolatæ a Deo mercedis præmia conquiratis, & rectitudine vestri judicii coram nobis honorabiles sitis, atque ante Deum semper bonorum operum gratia polleatis. Datum sub die septimo Kalendarum Maiarum, anno feliciter sexto regni mansuetudinis nostræ, Toleto.

Reserato tomo igitur, & quæquæ ejus series retentabat, diligenti indagatione perlustrantes, immensi mole gaudii cordium nostrorum arcana exæstuant. Proinde ferventioribus animis in laudem Dei nostri hymnorum libet cantica reboare: quod religiosissimi & orthodoxi principis nostri intimo igne sui amoris ita reddiderit fervidum, ut totius nostræ adunationis collegium prudentissimis ac salutaribus sui oris affatibus crediderit exhortandum, perbenigne nos admonens, ut dignorum speculatorum more ecclesiæ Dei navem, quam dispensatione superna in vasti hujus salis gurgitibus gubernandam suscepimus, salutarium remigiorum gubernaculis, ad consummatæ salutis portum incolumem perducamus, & in defensione ejus quotidianis lucubrationibus operam demus, vigilantes & custodientes vigilias noctis super nobis creditos greges: ita nempe ut verborum spiritualium concrepantibus tubis, & sanis membrorum compagibus, nec securitatis torpore depressa diversorum lapsuum incurrant decipula, salutaria sine intermissione ministremus munimina, & infirmis artubus, diversis utpote ægrimoniorum vulneribus sauciatis, congrua medicamina apponamus, quo facilius queant & veternosa ulcera radicitus evelli, & remedia exoptatæ salutis nancisci. At nunc quoniam ad hæc implenda nullum nostrorum sine adjumento omnipotentissimæ Trinitatis cernimus esse idoneum, ideo conspicuum satis & necessarium perpendimus, ut, quia *corde creditur ad justitiam, oris autem confessio fit ad salutem*, ipsius sanctæ trinitatis mysterium, qui est unus Deus, a quo nos expetere convenit ut digni ecclesiæ suæ pastores existere mereamur, proprii oris confessione promamus; &, utpote mortali ore, quantum ipse jusserit prælargiri, laudum insignia præcinamus: quatenus universæ definitiones, quæ nostro effectu extiterint editæ, superpositæ fundamento firmissimo, inconvulsæ persistant, & justitiæ robore subnixæ sæculis infinitis perdurent.

Credimus & confitemur omnium creaturarum quæ trinis rerum machinis continentur, auctricem, atque conservatricem individuam trinitatem (id est) Patrem, qui est totius fons & origo divinitatis; Filium, qui est plena imago Dei, propter expressam in se paternæ claritudinis unionem ante omnium sæculorum eventum ex Patris intimo ineffabiliter genitus; Spiritum vero sanctum ex Patre Filioque absque aliquo initio procedentem. Qui tres, quamquam personarum secernuntur distinctione, nunquam tamen separantur potentiæ majestate, inseparabilis nempe æqualitatis eorum insinuatur divinitas. Et tamen quamvis Pater genuerit Filium; nec ideo Filius sit idem qui Pater, neque Pater sit ipse qui Filius; sed nec Spiritus sanctus Pater sit, Filiusque, sed tantum Patris Filiique spiritus, & idem Patri & Filio, etiam ipse coæqualis; nequaquam in hac sancta trinitate quidquam creatum, servum, famulumque convenit credi, neque adventitium, vel subintroductum, tamquam ei aliquando acciderit, quod constet eam aliquando minime habuisse, condecet autumari. Unde catholice confitemur, Patrem Deum esse omnipotentem, filium similiter Deum omnipotentem, nec non & spiritum sanctum Deum omnipotentem: non tamen tres deos credimus, aut tres omnipotentes; sed unum tantummodo Deum sumus inconcussa fidei veritate credentes; unius naturæ, unius essentiæ, unius omnipotentiæ, unius majestatis, uniusque virtutis. Quarum tamen personarum quamvis in hoc, quod ad se sunt, nulla possit separabilitas inveniri; in hoc vero, quod ad distinctionem attinet, sunt quædam quæ specialius unicuique possint pertinere personæ; scilicet quod Pater a nullo originem sumpsit, Filius Patre generante existit, Spiritus quoque sanctus ex Patris Filiique unione procedit. Sed numquid quia Filius ex Patris est omnipotentia generatus, aut Spiritus sanctus ex Patre Filioque procedens, putandus est aliquando pater fuisse sine Filio, aut genitor genitusque sine sancti Spiritus extitisse substantia? Absit. sed sicut Pater sine initio creditur, ita Filius veneratur, ita etiam sanctus Spiritus veridice profitetur. Nec tamen sicut Pater creditur a quolibet nequaquam existendi originem ducere, ita Filius, aut Spiritus sanctus autumandi sunt ex semetipsis existere: sed Filius Deus de Patre Deo, non Deus Pater a Filio Deo, neque Pater aut Filius ab Spiritu sancto, absque noxa, sumpsisse putabuntur originem; cum ipse a Patre & Filio sine cujusquam infidelitatis nævo credatur sine initio processisse. Et ideo in hujus sanctæ trinitatis sacramento nihil anterius posteriusve credendum est: quia nunquam fuit tempus, quando Pater sine Filio aut Spiritu sancto subsisteret, neque Filius sine Spiritu sancto subsisteret, neque Filius sine sancto Spiritu cum Patre aliquando regnaret. Et ista dicentes, non personarum confundimus proprietates, nec unionem substantiæ separamus. Nihil etiam in eadem sancta trinitate majus aut minus credere oportet, nihilque etiam imperfectum atque mutabile: nam perfe-

ANNO CHRISTI 693.

perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus sanctus: immutabilis Pater, immutabilis Filius, immutabilis Spiritus sanctus. Nam de immutabili & perfecto Patre immutabilem imperfectumque Filium nec decuit nasci, nec convenit credere. Idcirco sunt quædam quæ in hac sancta trinitate indiscrete oporteat confiteri: in hoc etenim, quod ad se est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, indiscrete unus Deus credendus est Pater cum Filio & Spiritu sancto: quod vero ad relativum attinet, discrete personarum trium est prædicanda proprietas, euangelista prædicante: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*: relativum etenim dicitur, quod una ad aliam personam referatur. Nam quando dicitur Pater, Filii nihilo minus persona signatur; & cum dicitur Filius, Pater ei sine dubio inesse monstratur. At nunc quoniam Spiritus sancti vocabulum, quo non tota trinitas significatur, sed tertia quæ est in trinitate persona, quomodo secundum relativum ad patris filiique referatur personam, nequaquam apertissime pateat; pro eo scilicet, quia sicut dicimus Spiritum sanctum Patris, non consequenter dicimus Patrem Spiritus, ne Filius Spiritus sanctus intelligatur: in aliis tamen vocabulis, quibus ejusdem Spiritus sancti signatur persona, ad relativum pertinere dignoscitur. Igitur donum specialiter Spiritum sanctum accepimus, qui in sancta prænoscitur trinitate tertia esse persona; pro eo quod a Patre Filioque, cum quibus unius essentiæ per omnia creditur, fidelibus condonetur. Quapropter cum dicitur donum donatoris, & donator doni, relativum haud dubie declaratur: quod etiam de ipso vocabulo Spiritus sancti inculpabiliter est credendum. Denique quia sanctæ trinitatis (etsi non ut debuit) tamen quantum ipse donavit, hucusque mysterium confitendo digessimus, exinde quæ de ipsa trinitate persona susceperit carnem, pie & orthodoxe subsequiva serie pandimus. Unde licet inseparabilia sint opera trinitatis, tamen fideliter profitemur, non tantum fide cordis, sed & oris professione, quod non tota trinitas susceperit carnem, sed solus filius Dei, qui est ante sæcula ex Dei patris substantia genitus, in fine sæculorum de virgine Maria euangelio teste enixus, qui ait: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Nam Gabriel archangelus ad Mariam virginem cælitus missus ait: *Ave Maria gratia plena, dominus tecum: benedicta tu inter mulieres. Ecce in utero concipies, & paries Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Cui cum Maria (ut ait sanctus Ambrosius) non fidem * renuens, non officium recusans, sed potius accommodans * effectum, spondens obsequium, neque de effectu dubitans, sed qualitatem ipsius quærens effectus, dixisset: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognovi?* ab angelo illi responsum est: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Cujus nempe angeli oraculum, dum Spiritum sanctum superventurum in ea dicit, & virtutem altissimi, qui est Dei Patris Filius, obumbraturum eam præmonuit, ejusdem Filii carni totam trinitatem cooperatricem esse monstravit. Quæ scilicet virgo sicut ante conceptionem obtinuit virginitatis pudorem, ita post partum nullam sensit integritatis corruptionem: nam virgo concepit, virgo peperit, & post partum incorrupte-

Matth. 28. — Ioan. 1. — Luc. 1. — * refutans, — * affectum — Ibidem.

læ pudorem sine interceptione obtinuit. Cujus videlicet conceptionis aut partus mysterium, quia secundum prophetale vaticinium, *Novum creatum est super terram*, ut femina illa singulariter, absque virili coitu, circumdaret virum, nulla potest ratione comprehendi, nullius oris affatu valet enuntiari. Ob hoc etenim Ioannes Baptista cernue profitetur: *Ecce post me venturus est qui ante me factus est, cujus non sum dignus ut solvam corrigiam calceamenti*: ac si diceret, corrigiam calceamenti divinitatis calceatæ, quæ est ligatura mysterii, nequeo solvere: quia quomodo in virginali utero corporatum est verbum, quomodo etiam idem verbum caro factum animatum existat, nequaquam investigare sufficio. Pro qua re præcellentissimus fassus est Augustinus: Hic si ratio quæritur, non est mirabile: si exemplum poscitur, non est singulare. Ipse vero Dei Filius ab ingenito Patre genitus, a vero verus, a perfecto perfectus, ab uno unus, a toto totus, Deus sine initio, perfectum hominem de sancta & inviolata Maria semper virgine assumpsisse est manifestus. Cui etiam homini sicut perfectionem adscribimus, ita duas ei voluntates inesse; unam divinitatis suæ, aliam humanitatis nostræ, nihilo minus credimus. Quod etiam per quatuor euangelistarum oracula, ejusdem redemptoris nostri affatu evidentissime declaratur: sic enim fassus est, dicens: *Mi pater, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Et iterum: *Non veni voluntatem meam facere, sed voluntatem ejus qui misit me*, & reliqua: quæ si de omnibus sanctarum scripturarum codicibus maluerimus colligere, enormis voluminis telam nostri oris videbimur compaginare textrinio. Quibus etiam allocutionibus demonstrat suam voluntatem ad hominem retulisse se assumptum; Patris ad divinitatem, in qua est idem, unus & æqualis cum patre: quippe quantum ad divinitatis attinet unitatem, non est alia voluntas Patris, alia Filii; una enim est voluntas, ubi una persistit divinitas: quantum autem ad hominis naturam assumpti, alia est voluntas deitatis suæ, alia etiam humanitatis nostræ. Proinde in hoc quod ait: *Non sicut ego volo, sed sicut tu*; patule ostendit, non velle id fieri quod voluntatis humanæ loquebatur affectus, sed propter quod ad terras paterna voluntate descenderet. Cujus tamen patris voluntas nequaquam contraria filii voluntati existit: quia quibus est divinitas una, non potest esse voluntas diversa: & ubi in natura nihil potest diversitatis accidere, ibi nihilo minus enumerantur generaliter aliqua numerosa. Igitur hujus voluntatis sanctæ vocabulum, quamvis per comparativam similitudinem trinitatis, qua dicitur memoria, intelligentia, & voluntas, ad personam sancti referatur Spiritus: secundum hoc autem quod ad se dicitur, substantialiter prædicatur. Nam voluntas Pater, voluntas Filius, voluntas Spiritus sanctus: quemadmodum Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus sanctus: & multa alia similia quæ secundum substantiam dici ab his qui catholicæ fidei cultores existunt nulla ratione ambigitur. Et sicut est catholicum dici, Deum de Deo, lumen de lumine, lucem de luce, ita veræ fidei est proba assertio voluntatem dici de voluntate, sicut sapientiam de sapientia, essentiam de essentia: & veluti Deus Pater genuit Filium Deum, ita Pater voluntas genuit Filium voluntatem. Itaque quam-

ANNO CHRISTI 693. — Ierem. — Ioan. 1. — Matth. — Ioan. 6. — Matth. — Supra concil. Tolet.

quamquam secundum essentiam, Pater voluntas, Filius voluntas, & Spiritus sanctus voluntas, non tamen secundum relativum unus esse credendus est, quoniam alius est Pater, qui refertur ad Filium, alius Filius, qui refertur ad Patrem, alius Spiritus sanctus, qui pro eo quod de Patre Filioque procedit ad Patrem Filiumque refertur, non aliud, sed alius: quia quibus est unum esse in deitatis natura, his est in personarum distinctione specialis proprietas. Quocirca idem Dei Filius, qui, dum esset dives, *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*, in impassibilitate deitatis consistente natura, spontanee in hominis suscepti est passus substantia, & pro nobis B primæ mortis sustinuit dura exitia: & qui nullius peccati noxæ obnoxius mansit, pro nostris peccatis crucis patibulum sponte moriturus ascendit: quique carnis & sanguinis nullum contagium habuit, in carne sua flagra pro nobis, colaphos, sputamenta, coronamque spineam sustulit, & effusione sui cruoris totum mundum a pædoribus abluit, ac ne potestatem mors secunda in Dei haberet electis, eam usquequaque impassibilis divinitatis sui jaculo perculit ac peremit, dicente propheta: *O mors, ero mors tua*: tartara penetravit in anima, & sanctorum animas, quas illic hostis vinctas tenebat, morsu potentiæ suæ exemit, ut prophetale vaticinium inquit: *O inferne, ero morsus tuus*: qui etiam tertii diei diluculo C ejusdem carnis, qua occubuerat, veritate resumpta, discipulorum obtutibus claruit, eorumque corda nimio pavore concussa præsentiæ suæ exhibitione * solavit, & coram angelorum credentiumque frequentia sedem patriam repetivit: in qua nunc sicut in veritate surrexit a mortuis, ad ejus dexteram sedens, sic exinde in fine sæculi venturus est, judiciariæ potestatis diremptione a peccatoribus justos secernere, sanctis restituens pro bene gestis coronam, iniquis vero infinitæ damnationis * ignivomam pœnam: exemplum nobis sua resurrectione impendens, sicut ille vivificans nos post duos dies die tertia vivus resurrexit a mortuis, sic nos etiam in hujus sæculi fine resurrecturos usquequaque credamus, non in aerea vel in phantasticæ visionis umbra, ut quorumdam improbanda opinio perstruit, sed in D veridicæ carnis substantia, in qua nunc sumus, & vivimus. Ac tempore judicii coram Christo & sanctis angelis suis unusquisque referet corporis sui propria, prout gessit, sive bonum, sive malum; recepturus ab eo aut propriis actibus interminabilis beatitudinis regnum, aut pro suis sceleribus perpetuæ damnationis interitum. Hujus etenim fidei ecclesia sancta catholica baptismatis aqua abluta, Christi sanguine precioso redempta, quæ neque in fide habet rugam, neque maculosi perfert operis notam, insignibus pollet, virtutibus claret, sanctique Spiritus donis referta coruscat: quæ etiam cum Iesu Christo domino nostro capite suo, cujus corpus esse nequaquam ambigitur, est perenniter regnatura. Atque E omnes, qui nunc in ea minime consistunt, sive constiterint, aut ab ea recesserunt, seu recesserint, aut peccata in ea relaxari diffidentiæ malo negaverint, nisi pœnitudinis ope ad eam redierint, & quæque Nicæna synodus servanda decrevit, Constantinopolitanus conventus venerari instituit, Ephesini primi concilii amplecti auctoritas sanxit, atque Calchedone sanctorum unanimitas, vel reliquorum conciliorum, sive etiam omnium venerabilium patrum in fide sana recte vi- A ventium edicta custodire præcipiunt, absque aliquo dubietatis nævo non crediderit, perpetuæ damnationis sententia ulciscetur, atque in fine sæculi cum diabolo ejusque sociis ignivomis rogis cremabitur.

Sanctæ etenim fidei mysterium oris nostri confessione pandentes, ad capitula, quæ ob disciplinam ecclesiasticam, moresque male errantium componendos necessaria sunt, unanimitatis nostræ articulum flectamus, & quæ opportuna sunt, decretis capitulis definiamus.

CAPITULA.

I.

Licet in condemnatione perfidiæ Iudæorum numerosæ [a] antiquorum patrum sententiæ ac leges promulgatæ nitescant, tamen quia, ut prophetale vaticinium propter eorum duritiam narrat, peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, super petram duriores effecti, in obstinationis suæ cæcitate perdurant, satis est conspicuum ut catholicæ ecclesiæ machinis murus infidelitatis eorum crebrius proteratur: quo aut tandem corrigantur inviti, aut * valide in stylo atterantur, ex domini in æternum judicio perituri. Nam peritorum medicorum est consuetudo laudabilis, ut ægris diversarum ægrimoniarum incommodis laborantibus studiosius medendi arte occurrant, quoadusque salutis medelam recipiant. Quinimo quoniam gloriosissimi & amatoris Christi Egicani principis nostri fervens intentio & prompta devotio hujus admirabilis medelæ peritiam his adhibere contendit, quatenus aut convertantur ad fidem, aut in perfidia perdurantes, acrioribus sedule mulctentur stimulis; proinde * exhortante pariter & jubente delegit nostræ unanimitatis conventus, ut quidquid eorum sententiæ vel leges, qui nos in fide catholica præcesserunt, ad obterendam eorum perfidiam continere noscuntur, ab omnibus sacerdotibus, cunctisque judiciariam curam habentibus, studiosius in eis nihilo minus compleantur, & ea, quæ nunc a nobis instituuntur, votis ferventioribus conserventur. Ita nempe, ut quique eorum ad Christum plena mentis intentione se converterint, & fidem catholicam absque aliquo infidelitatis fuco servaverint, ab omni exactione, quam sacratissimo fisco persolvere consueti sunt, cum his quæ habere poterint securi [a] extorresque persistant. Eamdem impensionem hi qui in infidelitate sua perstiterint publicis utilitatibus in integritate persolvant. Ipsi vero, qui ab errore suo conversi exstiterint, suis tantum utilitatibus, ut ceteri ingenui vacent, & negotia sua agentes, quidquid pro publicis indictionibus a principe eis fuerit

Margin notes: ANNO CHRISTI 693. — Tolet. III. c. 13. Tolet. IV. ac. 57. 66. & Tolet. XII. c. 8. — Ierem. 32. — * valide sic atterantur, — * eo orante — [a] exortesq; que — [left margin: ...rit. ...i-]

ANNO CHRISTI 693.

fuerit imperatum, ut veri Christicolæ expediant: nam id æquitatis ordo deposcit, ut qui fide Christi decorantur, coram * hominibus nobiles atque honorabiles habeantur. Legem sane illam, quæ præfatis capitulis ad eorumdem proterendam duritiam a domino nostro Egicane principe nuper est edita, firmamus, & per hujus constitutionis nostræ decretum inconvulsibile robur eam obtinere censemus.

* omnibus

II.

Manifestissime liquet, quod hostis humani generis, ut apostolus narrat, per mundum rugiens currat, quærens quem devoret: nam diverso tergiversationis suæ astu quamplurimos insipientium decipiens, suis eos decipulis irretire non cessat: & cum dominus præcipiat: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum*: & reliqua. Et iterum: *Non facietis vobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum.* rursumque: *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies*; illi diversis suadelis decepti, cultores idolorum efficiuntur, † veneratores lapidum, accensores facularum, excolentes sacra fontium vel arborum, auguratores quoque, seu præcantores, multaque alia, quæ longum est narrare. Et quia ille nec conditor eorum est, nec dominus ac redemptor, summopere rectoribus ecclesiarum Dei convenit studere, ut quos maligna persuasione per diversa sacrilegia sibi hostis idem subjecerat, de ejus jure tollentes, suo eos restituant creatori. De quibus videlicet sacrilegiis extirpandis, quoniam multimoda sanctorum patrum b in diversis conciliis clarent edicta, * vigilaci sensuum indagatione perlustravimus, ac discreto gravitatis pondere horum instituta perpendimus. Et quia debitæ rationis plenitudine nitent, cum consensu ac ferventissimo jussu religiosissimi domini nostri Egicani regis, instituentes decernimus, ut omnes episcopi, seu presbyteri, vel hi qui judicandis causarum negotiis præsunt, solerti cura invigilent, & in cujuscumque loca præmissa sacrilegia, vel quælibet alia, quæ divina lege prohibentur, vel sanctorum patrum cohibent instituta, venerantes quoque, aut facientes repererint, cujuscumque sint generis, aut conditionis, statim secundum prædictarum sententiarum seriem emendare & extirpare non differant: & insuper ea quæ in eodem loco * sacrilego oblata fuerint, in convicinis ecclesiis coram ipsis, qui hoc voto sacrilego dedicanda crediderant, habenda perpetim * auferantur. Quod si forsitan episcopus, aut presbyter, seu etiam judex, ad quem locus ille pertinuerit, manifestissimum ac probatissimum cujuspiam sacrilegii facinus prænoscens, hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci sui dignitate privatus, anni unius spatio erit sub pœnitentia constitutus, loco suo in postmodum redditurus: scilicet, ut in eodem tempore, quo ille a loci sui propulsus fuerit officio, specialiter a principe eligatur, qui timore domini plenus, & ut Phinees speciali zelo accensus, cum judicibus sibimet, ut diximus, injunctis, & sacrilegium, quod invenerint, omnimode exstirpent, & ab omni populo iram Dei arceant. Si qui vero pro talium defensione obstiterint sacerdotibus, aut judicibus, ut ea nec emendent ut debent, nec extirpent ut condecet, & non potius cum eis exquisitores, ultores, seu extirpatores tanti criminis extiterint, sint anathema in conspectu individuæ Trinitatis: & insuper, si nobilis persona fuerit, auri libras tres sacratissimo fisco exolvat: si inferior, centenis verberibus flagellabitur, ac turpiter decalvabitur, & medietas rerum suarum fisci viribus applicabitur.

1. Petr. 5. — Exod. 20. — Levit. 26. — Deut. 6.

† Concilio Tolet. XII. cap. 11. veneratores lapidum, accensores facularum & excolentes sacra fontium, vel arborum.

Conc. Elib. c. 3. & 40. Nicænum can. 11. Tolet. XII. cap. 11.

* ea vigil.

* sacrilegii, al. sacrilegio

* offeruntur.

III.

Sicut cordis corporisque munditia homines Deo proximos facit, ita incentivæ pollutionis actio a Deo alienos statuit: & sicut sodomiticos populos horrenda nimiumque detestanda patratio igni cælitus confluenti exurendos in * peccatis tradidit, ita talibus immunditiis homines deditos æternæ damnationis rogus consumet, loquente domino per prophetam: *Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis.* At nunc quoniam hæc funesta actio, & sodomiticæ operationis malum multos sauciasse perpenditur, adeo nos ob hujus fœdissimæ causæ exstirpandam consuetudinem, zelo domini ardentes, omnes in commune sancimus, ut quicumque hujus nefariæ actionis patratores exstiterint, quique in his turpitudinibus sese implicari permiserint, & contra naturam masculi in masculos hanc turpitudinem operaverint, siquidem episcopus, presbyter, aut diaconus fuerit, de proprii honoris gradu dejectus, perpetui exilii manebit damnatione perculsus. Sin vero cujuslibet ordinis, gradus, vel personæ, & talibus colluvionis noxiis reperti fuerint implicati, illius legis, quæ de talibus est edita, nihilominus feriantur sententia, atque ab omni Christianorum sint alieni caterva; & insuper centenis verberibus correpti, ac turpiter decalvati, exilio mancipentur perpetuo.

* prætis

Isa. 9.

In legibus Vvisigoth. lib. 4.

petuo. Ita nisi tam eos qui religionis cultum turpasse visi fuerint, quam etiam alios (ut diximus) cujuscumque ordinis homines digna satisfactio pœnitentiæ accipere corpus & sanguinem Christi in fine permiserit, aut Christicolarum societati reddiderit, nec in exitus sui diem, secundum canonum instituta, communionis perceptione se noverint relevari, nec catholicorum cœtui aggregari.

IV.

Ad hoc sacerdotalis institutio debet sine dubio promulgari, & ut vitia inolita austerissima falce pœnitentiæ desecet, & ulcus, quod dudum in membrorum compagibus exortum sauciat ac serpit, rigidæ * inventionis conatu usquequaque detruncet. Quorumdam etenim hominum tam grave inolevit desperationis contagium, ut dum fuerint pro qualibet negligentia aut disciplinæ censura multati, aut pro sui purgatione sceleris sub pœnitentiæ satisfactione custodia mancipati, incumbente [c] desperationis incommodo, seipsos malunt aut laqueo suspendio enecare, aut ferro vel aliis mortiferis casibus interimere: & nisi præventi cujuslibet rei occasione, suam nihilominus diabolus in eis perficit voluntatem. Proinde huic nequissimæ suadelæ cupientes ponere finem, & malagmam congruam tali ægrimoniæ providere, cœtus nostri decernit sacratissima unio, ut quicumque talibus decipulis irretitus, interemptionis evaserit casus, duorum mensium spatio, & a catholicorum collegio, & a corpore ac Christi sanguine sacro manebit omnimodo alienus: quia oportet ut per pœnitentiæ censuram pristinæ reddatur spei atque saluti, qui animam suam per desperationem conabatur diabolo sociare.

V.

Quamquam in præteritis sanctorum patrum de diversis causis sententiæ enitescant, sed & nunc quæ tempori ordinique congruant ordinato jure instituenda sunt. Nam sicut antiquitas de causis ingruentibus edicta multimoda edidit, ita nunc nostri temporis ætas de his quæ occurrunt ut faciat convenit. Quapropter in medio cœtus nostri deducta est quorumdam consuetudo inordinata sacerdotum, qui parochias suas ultra modum diversis exactionibus vel angariis comprimunt, vel quod quamplures ecclesiæ destitutæ persistunt. Idcirco unio nostræ adunationis decernit atque instituit, ut [d] tertias, quas antiqui canones de parochiis suis habendas episcopis censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis episcopis diruptæ ecclesiæ reparentur: si vero eas maluerint reddere, ab earumdem ecclesiarum cultoribus, sub cura & solicitudine sui pontificis reparatio eisdem adhibenda est basilicis. Quod si omnes ecclesiæ, aut incolumes fuerint, aut quæ diruptæ erant reparatæ extiterint, secundum antiquorum canonum instituta, tertias sibi debitas unusquisque episcopus assequi, si voluerit, facultas illi omnimoda erit: ita videlicet, ut citra ipsas tertias, nullus episcoporum quidpiam pro regis inquisitionibus a parochitanis ecclesiis exigat, nihilque de prædiis ipsarum ecclesiarum cuiquam aliquid causa stipendii dare præsumat. Sed & hoc necessario instituendum delegimus, ut plures ecclesiæ uni nequaquam committantur presbytero: quia solus per totas ecclesias nec officium valet persolvere, nec populis sacerdotali jure occurrere, sed nec rebus earum necessariam curam impendere: ea scilicet ratione, ut ecclesia, quæ usque ad decem habuerit mancipia, super se habeat sacerdotem, quæ vero minus decem mancipia habuerit, aliis conjungatur ecclesiis. Si quis sane episcoporum hanc nostram institutionem parvipenderit, & quidpiam exinde temerandum crediderit, duorum mensium spatiis se noverit excommunicatione multari: † ita nempe, ut postquam ab hoc excommunicationis interdicto ad ordinis sui remeaverit locum, cunctas hujus canonis sanctiones modis omnibus studeat adimplere.

† Omnia hæc usque ad calcem capitis desunt in Gratiano, ut nota Gregoriana animadvertit.

VI.

Licet multæ [e] sanctorum patrum, in fide sancta nobis præcedentium, de rebus necessariis sententiæ promanaverint, tamen quia & nunc usque numerosæ ultra quam oportet fieri prænoscuntur, ideo necessarium duximus illicitis ausibus ponere terminum. Ad conventus etenim nostri agnitionem delatum est, eo quod in quibusdam Hispaniarum partibus quidam sacerdotum, partim nescientia impliciti, partim temerario ausu provocati, non panes mundos, & studio præparatos supra mensam domini in sacrificio offerant, sed passim, quomodo unumquemque aut necessitas impulerit, aut voluntas coegerit, de panibus suis usibus præparatis crustulam in rotunditatem auferant, eamque super altare cum vino & aqua pro sacro libamine offerant. Quod factum nequaquam in sacræ auctoritatis historia uspiam gestum perpendi-

tur.

tur. Nempe etenim per Matthæum euangelica veritas inquit: *Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit.* Item per Marcum: *Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit & dedit eis.* Rursumque per Lucam: *Accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis.* Item apostolus: *Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum.* Denique quid aliud innuitur, nisi quia panem integrum accipiens, & benedicendo confringens, particulatim unicuique discipulorum sumendum contradidit. Quod & nos in postmodum facturos edocuit, haud dubie significans, quod omnis buccella panis, non omnis panis buccella. Vnde & in sequentibus ait, dum suum traditorem mallet significari: *Cui buccellam panis porrexero, ipse est.* Ac proinde, quia & redemptoris verba testantur, quod panem integrum * accipiens, non buccellam, quem post benedictionem confrangens suis particulatim discipulis dederit, & Paulus apostolus similiter nihilo minus narrat, quod panem acceperit, & gratias agens confregerit: nec non & illud, quod Christus de quinque panibus confractis turbam refecerit, quid aliud instituit nos, nisi ut panem integrum sumentes, super altaris ejus mensam benedicendum ponamus, non particulam panis, quod caput nostrum nequaquam fecisse perpendimus? Nam si homo suæ vitæ diligentiam studiosius adhibere procurat, quanto magis sacris Dei * cultibus nitorem debitum exhibere summopere debet? Vnde temeritatis hujus, aut nescientiæ cupientes terminum ponere, id unanimitatis nostræ delegit conventus, ut non aliter panis in altari domini sacerdotali benedictione sanctificandus proponatur, nisi integer & nitidus, qui ex studio fuerit præparatus, neque grande aliquid, sed modica tantum oblata, secundum quod ecclesiastica consuetudo retentat: cujus reliquiæ, aut ad conservandum modico loculo, absque aliqua injuria facilius conserventur, aut si ad consumendum fuerit necessarium, non ventrem illius qui sumpserit gravis farciminis onere premat, nec quod in digestionem vadat, sed animam alimonia spirituali reficiat: ita nempe, ut ab his qui ea sumpserint priscorum canonum instituta serventur. Igitur quicumque hoc decretum nostrum temerandum crediderit, animadversioni divini judicii subjacebit, & anni unius spatio a communione alienus manebit.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. I. Cor. 11. Ioan. 13.

* accepérit.

* cultoribus

VII.

Grandis populo datur emendationis correctio, si gesta synodalia, dum quandoque peraguntur, relatione pontificum in suis parochiis publicantur: & ideo plena decernimus unanimitate connexi, ut dum in qualibet provincia concilium * agitatur, unusquisque episcoporum admonitionibus suis infra sex mensium spatium, omnes abbates, presbyteros, diaconos, atque clericos, seu etiam omnem conventum civitatis ipsius, ubi præesse dignoscitur, nec non & cunctam diœcesis suæ plebem aggregare nequaquam moretur: quatenus coram eis * publice omnia reserata, de his quæ eodem anno in concilio acta vel definita extiterint plenissime notiores efficiantur. Profecto etenim pravorum severitas extirpatur, dum canonica instituta ad agnitionem eorum observanda modis omnibus deducuntur. Ita scilicet, ut quæ sunt, aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, nullus his contradicere audeat, nullus ea reverberare præsumat, nullus non implere contendat. Quod si quispiam ea aut parvipendenda crediderit, aut contemnenda delegerit, aut contra hæc inobedientia tumidus, susurratione plenus, invidia incensus, & laceratione perfunctus, nec non potius earumdem * definitionum extiterit fautor benevolus, sententia excommunicationis duorum mensium curriculo persistet usquequaque multatus.

Dist. 18. Decernimus.
* agitur.
* plenissime omnia reserata, de his quæ eodem anno in concilio acta vel definita esse noscuntur.
* institutionum

VIII.

Dum sanctæ actionis studia, ac fervidæ intentionis vota longe lateque diffusa, principali exhibitione cunctis patule liquent, ecclesiæ sanctæ catholicæ obtutibus luce clarius enitescunt, cogunt adunationis nostræ conventum quidpiam salutari promissione depromere, & causa retributionis proli ejus aliquid congruum aut expedibile promulgare: quo & parentali exhibitione pro bene gestis videamur aliquantulam opem beneficentiæ reddere, & sobolem ejus piæ defensionis, ac tuitionis necessario munimine præmunire. Gloriosissimus etenim ac serenissimus dominus noster Egica rex, ferventissimi amatoris Christi igne succensus, & sanctæ actionis ope perfunctus, inimicorum Christi perfidiam, illud prophetale vaticinium sequens: * *Nonne qui oderant te, Deus, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam?* utpote verus Christicola obnoxios proterere decernit, ecclesiæ Dei statum vigilaci instantia roborare disponit, sanctis Dei basilicis se munificum exhibet, tributorum impensiones populis moderamine discre-

Supra c. VIII. c. VI.
* *Nonne qui oderant te, domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam.* Psal. 138.

to remittit, maligna contra se obstinatione agentibus, animi liberalitate gratissima, ac piæ miserationis instantia, ignoscere consuevit: multos quoque qui confracti sunt, liberos, secundum prophetam, omne onus disrumpendo, in ingenuitatis statu reformat, atque in diversis sanctæ vitæ studiis sese exercendo præpollet. Quocirca, quoniam pro tot tantisque beneficiis, quæ multimoda devotio ecclesiæ Dei, vel gentis suæ populis prorogare studet quid aliud illi unanimitas nostra condigne respondeat, invenire non prævalet, id salutari providentia, quæ semper est utilis (imo semper est utile, quod veram pertinet ad salutem) decernit, atque instituit, ut ejus filiis, ut præmisimus, fortia tuitionis ad futurum adminicula promulgemus, contestantes per nomen illud, cui cuncta cælestia & terrestria genuflectunt, omnes præsentes & absentes, seu etiam futuris temporibus subsequentes sacerdotes, vel principes, seu cujuscumque honoris, aut ordinis homines: ut nullus ad futurum posteritati ejus, atque his qui gloriæ suæ filiis vel * filiabus conjuncti non sunt, sed forte sunt conjungendi, injustas lædendi occasiones exquirat, nullus occulte vel publice, per quæ abdicentur, contra eos malitiæ vota extendat, non eos gladio, vel qualibet perniciosa factione interimat, nullus consilium vel opus, quibus injuste dejiciantur, vel nudentur rebus, exhibeat, nullus his injustæ violentum tonsuræ signaculum imprimat, nullus vestem contra ordinem filiabus suis atque nuris mutare præsumat, nullus etiam extra evidentis culpæ indicium, aut ex illis eos relegandos inducat, aut eorum corporibus quarumlibet truncationum vel flagellorum inferat detrimentum. Denique licet hæc quæ præmissa sunt æquissime digesta existant, tamen quia ejusdem gloriosi nostri domini tantum emicat devotio prompta, ut ea ipsa nequeant ei ad complementum [g] vicem patientiæ reddere debitam, ob hoc nostram universitatem adjicere saluberrime convenit, ut tam per omnes civitates, vel loca, in quibus sedes episcoporum esse noscuntur, ad regni ejus ditionem pertinentes, quam etiam per eorumdem episcoporum diœceses, excepto [h] passionis dominicæ die, quando altaria denudata persistunt, nec cuiquam in eodem die missarum licet solennia celebrare, cunctis aliis diebus, quibus isdem dominus noster in hac vita superstes extiterit, pro eo, vel pro cunctis ejus filiis, vel filiabus, aut pro his qui jam matrimoniali sunt jure conjuncti, adhucque sunt conjungendi, seu pro nepotibus, vel suis omnibus, sacrificiorum domino libamina dedicentur, piæ orationis vota solvantur, ac cum gratiarum actione superno numini commendentur: quia si desideria in eis bona quotidie multiplicentur, adversantium eorum conamina [i] virtute suæ dexteræ confringantur, indulgentia, & gratia eis a sua misericordia conferatur: ut suæ potentiæ defensione protecti, antiqui hostis decipula evadant, & caritate ac vitæ longævitate pollentes, adire mereantur post transitum sidereas mansiones.

IX.

Sicut summum bonum est, valdeque conspicuum, superno numini amanter fideliterque inhærere, ejusque præceptioni patientiam votis gliscentibus exhibere, ita consequens bonum est, post Deum regibus, utpote jure vicario ab eo præelectis, fidem promissam quemque inviolabili cordis intentione servare, & nulla contra eum occasione quidquam nocibilitatis excogitare, nihilque nequius definire, dicente domino: *Nolite tangere christos meos*: & iterum David: *Quis enim extendit manum suam in christum domini, & innocens erit.* Item ipse cuidam comminans: *Quare non timuisti manum tuam mittere, ut occideres christum domini.* Vnde opportunum satis est, ut sponsio principibus compromissa absque aliquo fraudis nævo custodiatur, & fides eis reddita nullis factionibus nullisque etiam nequitiæ machinationibus temeretur. Nam si nuda tantum verbi pollicitatio qualibet occasione violetur, criminis denotatione censetur; quanto magis si fides regibus sub jurisjurandi attestatione promissa nequaquam profanare pertimescatur. Est enim quorumdam sæcularium, & (quod pejus est) sacerdotum improbanda satis obstinatio animorum: & fidem suis principibus sub juramento promissam observare contemnunt, & verborum fuco juramenti obnubilant promissionem, dum in arcano pectoris retentent infidelitatis perversitatem. Et dum scriptum sit: *Non assumes nomen domini Dei tui in vanum, nec enim habebit insontem dominus eum, qui assumpserit nomen domini Dei sui frustra*: & iterum: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen domini Dei tui: ego dominus*: rursumque: *Maledictus omnis qui jurat in nomine domini sui mendaciter*; illi jurantes fidem promissam temerare non metuunt, & juramenti sui pollicitationem prævaricare nullatenus pertimescũt. Vnde Sisbertus Toletanæ sedis episcopus talibus machinationibus denotatus re-

Psal. 104. 1. Reg. 26. 2. Reg. 1. Exod. 20. Levit. 19.

ANNO CHRISTI 693.

repertus est, pro eo quod serenissimum dominum nostrum Egicanem regem non tantum regno privare, sed & morte cum Flogello, Theodomiro, Liubilane, Liubigithone quoque, Tecla, & ceteris interimere definivit, atque genti ejus vel patriæ inferre conturbium & excidium cogitavit: qui etiam per decreti nostri definitionem jam & loco & honore privatus existit. Ideo nostrum in commune per hujus canonicæ sanctionis decernit collegium, ut hoc ipsum unionis nostræ decretum, quod etiam his synodicis definitionibus innectendum decrevimus, omni subsistat valore subnixum, atque in perpetuum obtineat inconvulsibile robur. Ipse vero Sisbertus pro sui juramenti transgressione, facinorisque tanti machinatione, secundum antiquorum canonum institutionem, qua præcipitur, ut quisquis inventus fuerit talia fecisse, & vivente principe in alium attendisse pro futura regni spe, a conventu catholicorum excommunicationis sententia repellatur, honore simul & loco depulsus, omnibusque rebus exutus, quibusque in potestate prædicti principis redactis, perpetui exilii ergastulo maneat relegatus: ita nempe ut secundum eorumdem antiquorum canonum decreta, in fine vitæ suæ tantum communionem accipiat: excepto si regia eum pietas ante absolvendum crediderit. Simili quoque & ceteri de religiosis, cujuslibet sint ordinis aut honoris, qui deinceps talia contra principem egisse vel definisse reperti extiterint, censura multandi sunt.

De eo vide Rodericum Toletanū.

Conc. Tol. IV. c. 75. & conc. Tol. V. c. 4. & conc. Tol. VI. c. 17. & conc. Tol. X. c. 2.

X.

Sicut ulcus, quod * graviter serpit in corpore, non nisi gravioribus medicaminibus, aut ferro curatur, ita perfidorum obstinatio, quæ nullatenus cohibetur, durioribus sententiis necesse est ut multetur. Nam quamquam dominica sanctio protestetur: *Non morietur pater pro filiis, nec filii pro parentibus, sed unusquisque pro peccato suo morietur:* & iterum: *Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii;* tamen, quia & jurisjurandi transgressio valide inolevit, & machinandi contra principes nostros consuetudo sæva percrebuit, quo aut nece diversa princeps interimatur, aut regni dignitate privetur, (quod nequaquam cohiberi potest, nisi severiori censura) ideo per hujus institutionis nostræ decretum sancimus, ut quicumque deinceps, cujuslibet sit honoris persona vel ordinis, in necem vel dejectionem regiam quidpiam machinaverit, eumque qualibet nocibilitate impendendum crediderit, aut gentem ejus, vel patriam quibuslibet factionibus vel machinationibus disturbare contenderit, tam ipse, quam omnis ejus posteritas, ab omni palatini ordinis dignitate privati, fisci viribus sub perpetua servitute maneant religati, potestate tantum glorioso principi nostro Egicani servata, ut si aut eos qui jam pro suæ infidelitatis perfidia canonice legaliterque dijudicati sunt, aut eos qui deinceps a fidei suæ juramento aorbitaverint, & adversus prædictum principem nostrum aliquid nocibilitatis agere aut machinare studuerint, si eos, ut diximus, piæ indulgentiæ voto quandoque relevare maluerit, licentia illi usquequaque manebit. Et quia res eorum justo ac legali modo in ejusdem domini nostri dominio pervenerunt, ex quibus etiam quædam ejusdem principis collatione, tam ecclesiæ Dei, quam prolis ejusdem domini nostri, seu etiam alii plures, pro sui servitii merito accipere meruerunt, provide instituentes decernimus, ut nullo unquam tempore eorum filii, qui juramenti sui profanatores extitisse noscuntur, seu extiterint, vel subsequens eorum posteritas, in nocibilitate eorum intendere audeant, nec ipsas res eis auferre quoquo pacto studeant. Ideo denique, ut præmisimus, severissimam hanc decreti nostri curabimus promulgare sententiam, ut qui suum non formidat exitium, saltim filiorum cunctæque suæ posteritatis pertimescat interitum. Si quis sane regum succedentium cunctas hujus constitutionis nostræ definitiones custodire aut implere distulerit, omnis linea generationis ejus perpetim condemnata depereat, & insuper divino judicio rebus omnibus & honore præsenti in sæculo careat, atque Christo judicante, cum diabolo ejusque sociis ad interitum gehennæ perveniat. Cui nostræ definitioni, ex antiquo canone quædam necessaria innectimus, & omnes in commune ipsis verbis, quibus (ut diximus) hoc deprompsit antiquitas, proclamamus, dicentes: Quicumque igitur a nobis, vel totius ecclesiæ populis, qualibet conjuratione vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque Gothorum statu, vel pro conservatione regiæ salutis pollicitus est, temeraverit, aut gloriosum principem nostrum Egicanem, vel subsequentes principes nece attrectare voluerit, aut potestate regni exuere tentaverit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in conspectu Dei Patris & angelorum, atque ab ecclesia catholica, quam perjurio profanaverit

* granditer

Deut. 24. & Paralip. 25. ubi legitur: *Non occidentur patres pro filiis.*

Conc. Tol. IV. c. 75.

ANNO CHRISTI 693.

verit, efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Christianorum alienus, cum omnibus impietatis suæ sociis: quia & oportet ut una pœna teneat obnoxios, quos similis error invenerit implicatos.

Quod iterum secundo replicamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis quolibet tractatu vel studio, sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque Gothorum statu, vel conservatione regiæ salutis pollicitus est, violaverit, aut prædictum principē nostrum, vel subsequentes principes nec attrectare voluerit, aut potestate regni exuere tentaverit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in Christi conspectu, & apostolorum ejus, atque ab ecclesia catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni consortio Christianorum alienus, & damnatus in futuro judicio habeatur, cum participibus suis: quia dignum est, ut qui talibus sociantur, ipsi etiam damnationis eorum participatione obnoxii teneantur.

Hoc etiam tertio clamamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis, qualibet meditatione vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ salute, gentisque Gothorum statu, vel incolumitate regiæ potestatis pollicitus est, violaverit, aut totiens dictum principem nostrum, vel subsequentes principes nece attrectare voluerit, aut potestate regni exuere tentaverit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium usurpare delegerit, anathema sit in conspectu Spiritus sancti, & martyrum Christi, atque ab ecclesia catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni communione Christianorum alienus: neque partem justorum habeat, sed cum diabolo & angelis ejus æternis suppliciis condemnetur, una cum eis qui eadem conjuratione nituntur: ut par pœna constringat, quos in pernicie prava societas copulat. Et ideo si placet omnibus qui adestis hæc tertio reiterata sententia, vestræ vocis eam consensu firmate. Ab universis Dei sacerdotibus, palatii senioribus, clero, vel omni populo dictum est: Qui contra hanc vestram definitionem venire præsumpserit, sit anathema, maranatha, hoc est, perditio in adventu domini, & cum Iuda Iscarioth partem habeant & ipsi & socii eorum.

XI.

Finitis consummatisque omnibus quæ ob disciplinam ecclesiasticam necessaria fuere definienda, vel reliqua quæ nostro cœtui ob directionem extitere delata, omnipotentissimæ & indivisibili Trinitati ineffabilium gratiarum jura dependimus, laudum vota persolvimus, ac tota mentis intentione gloriæ ejus insignia prædicamus, pro eo quod nos ejus dispositione mirabili non solum ad hunc sanctæ congregationis cœtum meruimus adunari, atque alternæ visionis intuitu confoveri, sed ex se nobis dicere contulit, & in se dicta complevit, obnixius ejus imprecantes clementiam, ut sicuti nos alterutræ pacis osculo dulcifluos reddidit, & diffinitionum nostrarum primordia lineavit, *ac consummatione sublimi perficiendo conclusit, ita serenissimum ac piissimum dominum nostrum Egicanum regem, cujus jussu atque hortatu, sicut hic adunati sumus, salutiferæ defensionis clypeo protegat, vexillo fidei muniat, atque cum gente & patria sibi credita per viam voluntatis suæ deducat; quatenus protelatis præsentis ævi curriculis feliciter polleat, & post hujus vitæ excursus numerositate piæ actionis opimus, cum his quibus nunc principatur, ad Christum perveniat laureandus.

Anno Christi 693.

* hanc cō- summationem sublimi perficiēdo conclu- dit.

XII.

Actuum apostolorum probata satis & veneranda narrat historia, quod Iuda crimine proditionis damnato, nequaquam Spiritus sanctus super reliquos undecim illapsu cælico est defusus, quoadusque Matthias ab omnibus est prælectus in loco ejusdem apostolus: inde scilicet, quia undenarius numerus transgressionem significat mandatorum. Et quia Sisbertus Toletanæ sedis episcopus suo facinore denotatus, nostro ex corpore constat abscissus, ob id summopere numerositatem nostram convenit studere, ut in loco ejus alio subrogato, perfectioni debitæ corpus nostrum reddatur, sicut per Matthiam perfectus numerus noscitur fuisse completus. Et quia idem, legationem superni numinis fungentes, apostoli sunt protestati, dicentes: *Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salvi fiunt, & in his qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam:* illis videlicet odor vitę in vitam, qui pręceptis eorum exhibere patientiam curaverunt, illis vero odor mortis in mortem, qui eorum nihilo minus monita contempserunt: proinde quia prædictus Sisbertus, Toletanæ sedis episcopus, eorum salutaribus monitis nequaquam maluit ex humilitate dependere obsequelam, quo ecclesiam Dei ordine debito regeret, humilitate instrueret, & exemplis salutaribus ad regna siderea provocaret, sed bicipiti se percellens mucrone, superbiæ videlicet

1. Act.

2. Cor. 2.

videlicet atque perjurii, gloriosum dominum nostrum Egicanem regem, non solum [k] regno voluit privare, sed & mortis impensione perimere: ideo non congruit nos prius concilium inchoare, nisi, illo prius canonica ac legali censura multato, in loco ejus alius fuerit subrogatus, Toletanæ sedis cathedram retenturus. Idcirco nobis omnibus in unum collectis, isdem Sisbertus episcopus nostro cœtui præsentatus, atque infidelitatis suæ machinationem patuli oris est affatu professus. Vnde nos per hujus decreti nostri formulam, sæpedictum Sisbertum, secundum edictum priscum synodicę sanctionis, ac decretum de talibus promulgatæ legis, ab episcopali ordine & honore dejicimus, a perceptione corporis & sanguinis Christi excommunicatum in exilio perpetuo manere censemus, in fine tantum communionem per omnia percepturum: excepto si eum principalis pietas cum sacerdotali conniventia delegerit absolvendum. Igitur quoniam favente domino concilium est quocitius inchoandum, secundum prælectionem atque auctoritatem totiens dicti nostri domini, per quam in pręteritis jussit venerabilem fratrem nostrum Felicem, Hispalensis sedis episcopum, de prædicta sede Toletana jure debito curam ferre, nostro eum in postmodum reservans ibidem decreto firmandum, ob id nos cum consensu cleri ac populi, ad sępe dictam Toletanam sedem pertinentis, prædictum venerabilem fratrem nostrum Felicem episcopum de Hispalensi sede, quam usque hactenus rexit, in Toletanam sedem canonice transducimus, & in eadem Hispalensi cathedra fratrem nostrum Faustinum Bracarensis sedis episcopum, nec non & Felicem Portucalensis ecclesiæ antistitem in præfata Bracarensi sede, similiter pontifices subrogamus, ac perpetua sanctione unumquemque eorum in privatis sedibus confirmamus, quatenus uterque easdem, quas suscipiunt ecclesias, pia prædicatione instruant, moribus sanctis exornent, ac beatæ vitæ exemplis ædificent: ut unanimitate mirabili in unum collecti, unum corpus effecti, eis nobiscum in synodali conventu pariter residentibus, illapsum sancti Spiritus, ut duodecim apostoli, mereamur: quo ejus igne succensi, & doctrina imbuti, quæ ad disciplinam ecclesiasticam pertinent, & ad compescendos pravorum hominum mores, æquissime promulgemus, & laudes altissimo devotis mentibus præcinamus. Quod videlicet collegii nostri decretum gestis synodalibus, a nobis in concilio forte definiendis, sociandum decernimus, & locum illic debitum ut obtineat definimus.

XIII.

Synodalis conventus, & numerosa adunatio sacerdotum, eo venerabilior cunctis perpenditur, eo nihilo minus terribilis cernitur, quod in medio cœtus eorum præsentia individuæ Trinitatis adesse nequaquam ambigitur, sancto protestante euangelio: *Vbicumque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ibi sum & ego in medio eorum.* (Matth.) Quocirca, quia se in eorum medio superni omnipotentia numinis adesse innotuit, quid aliud nisi quidquid eorum ore depromitur, inspiramine est ejus affectum, qui se inter eos est fassus habitaturum? Vnde gloriosa serenitas nostra ea quæ unanimitas eorum deprompsit, imo quæ per ora illorum Spiritus sanctus promulgavit, venerabiliter suscipit, amanter amplectitur, & per hujus legis nostræ decretum firma in perpetuum manere decernit, inconvulsibili consistere auctoritate instituit, & omnimodum robur obtinere decernit: scilicet, ut a præsentis diei temporisque articulo, omni vigilantia, omni solicitudine; omni etiam cura, quæque sunt pro disciplina vel utilitate ecclesiastica in hac synodo definita, quæque pro corrigendis pravorum moribus edita, per cunctas regni nostri provincias ab omnibus custodiantur, & absque aliqua scrupulositate vel controversiæ oppositione serventur. Et quia ingruente inguinalis plagæ vastatione, qui ad Narbonensem sedem pertinent episcopi, nequaquam sunt in hac sancta synodo aggregati, ideo per hanc nostræ mansuetudinis legem instituentes jubemus, ut omnes ad ejusdem cathedræ diœcesim pertinentes episcopi, in eadem urbe Narbona cum suo metropolitano adunentur, & cunctis hujus concilii capitulis vigilaci ab eis indagatione perlectis, accedant ordinibus debitis subscriptores. Si quis igitur earumdem definitionum constitutiones temerare præsumpserit, detrahere visus fuerit, & miserabili ausu eis contraire tentaverit, excommunicationis sententia ferietur, & rerum suarum * quinta parte multabitur.

* quarta

In nomine domini Flavius Egica rex omnibus sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

Ecce, sanctissimi patres in Christo, & apostolico dogmate fideles populi ductores, synodicæ aggregationis vestræ unionem illo fiducialiter hortatu convenio, quo religiosum nobis

Est hęc epistola in codice Lucensi, & in utroque T...

nobis vestræ sanctitudinis præbeatis suffragium, vestræque promulgationis consultum porrigatis omnimode præstolatum. Promptissime etenim sæpe gloriosæ nostræ serenitatis fervet devotio, ac puræ voluntatis flagrat devotissima plenitudo, illis cum plebe mihi credita affectibus vivere, pietatibus inhærere, ac misericordiæ incremento studium regendi servare, quibus tempora nostra nullis adversitatum stimulis commota, nullis civilibus vel externis excitationibus præpedita, pacis munere floreant: ac miserationis nostræ beneficio cumulata persistant: & quos forsitan pravæ infidelitatis implicat actio, respectu clementiæ nostræ, si fas est, pietatis releventur ex brachio; ut parcendo illis supernam mihi clementiam fautorem efficiam, & status gentis meæ ac patriæ nullis amplius, quod absit, ruinæ lapsibus concidat. Sed quantum culparum noxam remittere procuramus, tantum profanatorum transgressio molitur, & crebris perfidiæ ausibus præpedita subruitur. Unde si culpis indulgentiam, si condigna factis restituam, anceps nostræ tranquillitatis animus æstuat, in eo quod plerumque ipsa culparum remissio increbrescenti nequitia in contrarium vertitur; cum nec tandem vitia reprimuntur, quæ facili emendationis conamine perduci ad terminum debuerunt. Ipsi autem in hoc sancto concilio liquide perpendatis, jam jamque antea plurimorum casus relatu opinabili didicistis, quibus perfidorum, quantisque æmulorum nefandis conatibus deceptionis meæ quotidie excidium sentiam, vel quanta patriæ fuerint insolenter conturbia excitata. Quorum denique sceleratorum, qui & in præteritis, & nunc perfidasse detecti sunt, prævaricatione compellimur cœtus vestri in universitatem consulere: ut quod de talium excessibus, qui in præteritis, vel nunc usque mihimet deliquisse noscuntur, agere serenitatem nostram conveniat, utrum condignis sententiis canonice ac legaliter feriantur, an parcendo illis, noxarum debita impunita serventur, salubertima unanimitatis vestræ promulgatione attentius decernatur: illa nostræ gloriæ, vel successorum nostrorum principum licentia modis omnibus servata, ut si deinceps quisquam contra regiam potestatem, gentem ac patriam nostram agere conatus extiterit, juxta canonicam sententiam tempore prædecessoris nostri domini Sisenandi principis de talibus personis in concilio editam, vel legis sententiam, ejus debeat pravitas acriter coerceri. Tantum est, ut sicut præmisimus, quo emendationis studio errantium mihi transgressio emendetur, salutaris vestra responsio nostris clarescat in sensibus: nam & hoc decreti vestri condecet stylo censendum. Et quia præcessor noster dignæ memoriæ dominus Vvamba rex in ipsis regnandi primordiis Theudemundum spatharium nostrum contra generis vel ordinis sui usum, Festi quondam incitatione Emeritensis episcopi, solius tantum regiæ potestatis impulsu, in eadem Emeritensi urbe [b] numerariæ officium agere instituit, (quod etiam unius anni excursu contra rationem noscitur peregisse) imo quia nec valuit imperio gentis obsistere, vestri edicto concilii ab eodem Theodemundo, suaque omni posteritate, talis actionis officium suspendatis: quo nullo ulterius tempore, tam ipse, quam omnis ejus progenies, usque in finem sæculi, ob hanc causam videantur aliquatenus molestari. Datum sub die Kalendas Maias, anno feliciter sexto regni nostri, in Dei nomine, sedis nostræ Toleto.

ANNO CHRISTI 693.

SUBSCRIPTIONES.

Episcopi.

Ego Felix indignus urbis regiæ episcopus, hæc decreta synodica a nobis edita subscripsi.

Ego Faustinus indignus Hispalensis sedis episcopus hæc decreta synodica a nobis edita subscripsi.

Maximus indignus sanctæ ecclesiæ Emeritansis episcopus hæc decreta synodica a nobis edita subscripsi.

Ego Vera indignus Tarraconensis sedis episcopus hæc decreta synodalia a nobis edita subscripsi.

Ego Felix in Dei nomine Bracarensis atque Portucalensis sedium episcopus hæc decreta synodalia a nobis edita subscripsi.

Gaudentius Valeriensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Florus Mentesanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Eruigius Beterrensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Guadila Empuritanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Bonifacius Cauriensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

* Arcontius Elborensis ecclesiæ episcopus subscripsi. (* Ardontius)

Auredus Ilerdensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Gondericus Segontinæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Spassandus Complutensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Baroaldus Palentinæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Marianus Oretanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Vitisclus Valentinæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Sonna Oxomensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Gabinus Arcabricæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Zacceus " Cordubensis ecclesiæ episcopus subscripsi. (" Zacchæus)

. . . .

Anterius Segobriensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Honorius Malacitanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Arvidius Astigitanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Pappulus Eliplensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Decentius Segobiensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Habitus Vrcitanæ ecclesię episcopus subscr.

Felix * Calagurritanæ ecclesiæ episcopus subscripsi. (* Calahorritanæ)

Constantinus Aucensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Audebertus Oscensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Adelfius

ANNO CHRISTI 693.

Adelfius Tudensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Nepotianus Tyrassonensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Suniaguisidus Laniobrensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Potentius Lucensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Eppa Illicitanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ioannes Egarensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Holemundus Salmanticensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Valdefredus Cæsaraugustanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Involatus Dertosanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Arcesindus Egabriensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Isidorus Setabitanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ioannes Abelensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Theudisclus Beatiensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Cuniuldus Italicensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Vvisefredus Ausonensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Laulfus Barcinonensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Emilla Conimbrensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Leubericus Vrgelitanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Sisebado Tuccitanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

* Gerontius Assidonensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

(* Hierontius)

Basilius Bastitanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

* Fionisus Lamecensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

(* Fionirus, *al.* Fiontius)

Mirus Gerundensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Landericus Olysipponensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ioannes Pacensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Centurius Eliberitanæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Theudefredus Visensis sedis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Aurelius Asturicensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Abbates.

Gabriel misericordia Dei abbas hęc decreta synodalia a nobis edita subscripsi.

Eulalius abbas subscripsi.

Nervatius abbas subscripsi.

Braulio abbas subscripsi.

Eugenius abbas subscripsi.

Vicarii episcoporum.

Vitulus diaconus, agens vicem domini mei Marciani Daniensis ecclesiæ episcopi, subscripsi.

Vincomalus diaconus agens vicem domini mei Marciani Pampilonensis sedis episcopi, subscripsi.

Christes presbyter, agens vicem Agripii Ossonobensis sedis episcopi.

Comites viri illustres.

Vitulus vir illustris comes patrimonii & dux hæc decreta synodalia edita subscripsi.

Vvimar comes subscripsi.

Theudulfus comes subscripsi.

Paulus comes subscripsi.

Theudefredus comes subscripsi.

David comes subscripsi.

Requisindus comes subscripsi.

Sisemundus comes subscripsi.

Ella comes subscripsi.

Theodehitus comes subscripsi.

Regesuindus comes subscripsi.

Ega comes subscripsi.

Afrila comes subscripsi.

Danila comes subscripsi.

Audemundus subscripsi.

Theudemundus subscripsi.

NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *Antiquorum patrum sententia.*] Concilio Toletano XII. cap. 8. concilio Toletano IV. a cap. 57. usque ad 66. & legibus Vvisegoth. lib. 12. toto pene secundo titulo. concilio Toletano III. cap. 14. concilio Toletano XVII. cap. 8. (Cap. 1.)

b *In diversis conciliis.*] Concilio Eliberitano cap. 3. & 40. In concilio Nicæno cap. 11. Aurelianensi II. cap. 19. Toletano XII. cap. 11. multisque aliis conciliis idem contra idolorum cultores decretum est. (Cap. 2.)

c *Desperationis.*] De his habes concilium Antissiodorense cap. 17. Et Bracarensi I. cap. 16. dicitur: *Nulla pro his in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur.* (Cap. 4.)

d *Tertias quas antiqui canones.* [De divisione redituum ecclesiasticorum diximus in concilio Tarraconensi, in more fuisse de reditibus ecclesiæ vel oblatione fidelium quatuor fieri partes, quarum una cedebat pontifici seu episcopo, alia presbyteris & diaconibus & omni clero, tertia templorum & ecclesiarum reparationi, quarta pauperibus, infirmis & peregrinis. Sic statutum est concilio Romano a Silvestro papa cap. 4. & a Gelasio papa epistola ad episcopos per Lucaniam cap. 29. & a Simplicio papa epistola 3. ad Florentinum, & a Gregorio papa II. in epistola 1. ad plebem Thuringiæ. De quarta autem parte, pauperum & peregrinorum usibus attributa, episcopo cura incumbebat. Vnde concil. Bracarensi I. cap. 25. dicitur: *De quarta parte, sive archipresbyter, sive archidiaconus illam administrans, episcopo faciat rationem.* Tertia ecclesiarum regibus Hispaniæ concessa sub eorumdem potestate ac fisco est: idem in Gallia observatur. Vnde Moguntiaco concilio cap. 42. & Arelatensi sub Carolo magno cap. 25. statuitur, ut quicumque beneficium ecclesiasticum habent, ad tecta ecclesiæ restauranda, vel ipsas ecclesias emendandas vel ædificandas omnino adjuvent. Quod ita intelligendum existimo, cum tertia pars tributa ecclesiis non sufficit, aut in reparatione ecclesiæ penitus consumpta est. Concilio II. Bracarensi cap. 2. statuitur tertiam partem pro luminariis ecclesiæ esse relinquendam, & reparatione basilicarum, rationemque ejus episcopo reddendam. Vnde & reditus fabricæ episcopo subduntur. (Cap. 5. Reditus ecclesiæ in quatuor partes dividendi.)

e *Sanctorum patrum.*] Materia sacramenti eucharistiæ est panis, seu azymus, seu fermentatus, & vinum aqua mixtum, de qua re superius. Concilium Florentinum in decisione ad Armenos, & Alexander papa I. epist. 1. ad universos: & Iulius pontifex I de consec. dist. 2. cap. Cum omne. Concilium II. Carthaginense cap. 24. & Africanum sub Bonifacio cap. 4. Concilium Bracarense III. cap. 1. Cyprianus epistola 3. lib. 2. Ab ipso domino vinum aqua mixtum fuisse consecratum tradit Innocentius III. lib. 4. myster. missæ cap. 29. & plenius in cap. cum Marthæ §. Quæsivisti, de celebratione missarum. Algerus lib. 2. de sacramento eucharistiæ cap. 10. adversus temporis impios hæreticos annotat, in more sanctis patribus fuisse ex antiqua ecclesiæ traditione, hostiam eucharistiæ offerre in missarum solenniis rotundam, integram, nitidam, ex studio præparatam, non grande frustum panis, sed modica quantitate formatam, ne gravaret sumentem, neque in digestionem species moleste irent, posseque post consecrationem in partes & fragmenta dividi, ut fideles alimonia spirituali reficiantur, recondique etiam in modico loculo sine injuria, neque sub utraque specie, sed una tantum servari, & laicis tradi, (Cap. 6. Materia eucharistiæ quæ sit.)

& ad

& ad adorandum populis proponi posse. Ego vero addo, in hoc sacramento sancte colendo sitam esse vitæ spiritualis & temporalis omnem honestatem, & cunctam in negligendo turpitudinem: populumque sine hac salutari hostia & sacrificio, esse veluti mundum sine sole, in tenebris Ægypti a Deo derelictum.

f *Cui buccellam.*] Locus est Ioannis 13. apud quem ita legitur: *Ille est, cui intinctum panem porrexero.* In Græco pro intinctum panem est ψώμιον, quod in vulgata editione buccella interpretatur, sequitur enim: *Et post buccellam introivit in eum satanas.*

g *Vitem parientia.*] Parientiæ vox etiam infra pro obedientia accipitur cap. sequenti: *Ejusque præceptioni parientiam votis gliscentibus exhibere: & cap.12. Qui præceptis eorum exhibere parientiam curaverint.*

h *Passionis dominicæ die.*] Hæc est sexta feria hebdomadæ sanctæ. Sic de eo die concilio Toletano IV cap. 6. scriptum est. Ex quo patet olim eo die clausis basilicarum foribus officium ecclesiasticum celebrari solitum, & passionem domini annuntiari: pœnitentiæ quoque remedio populum peccatorum sordibus expiari, ut pœnitentiæ compunctione mundatus, venerabile festum dominicæ resurrectionis, remissis iniquitatibus, suscipere mereretur, corporisque ejus & sanguinis sacramentum mundus a peccato sumeret. In sexta vero feria non celebrari missarum solennia, cautum est ab Innocentio papa cap. Sabbato, de consecrat. distinct. 5. ubi amplius dicitur: Nec sabbato sancto ulla penitus sacramenta celebrari: & concilio Toletano XVI. cap. 8. *Missa per totam Hispaniam pro rege ejusque filiis quotidie celebrentur, nisi in die passionis domini.* Verum nunc usus obtinuit, ut Missa solennis in sabbato sancto celebretur. Quamquam illa potius refertur ad noctem resurrectionis, ut tradunt viri docti ad caput illud: Visum præterea, de consecrat. distinct. 1. & in collecta dicitur: *Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria dominicæ resurrectionis illuminas.* De die parasceves Isidorus lib. 1. de offic. eccles. cap. de parasceve, & de missa, & orationibus: *Tertia oratio missa*, inquit, *effunditur pro offerentibus, sive pro defunctis fidelibus, ut per idem sacrificium veniam consequantur,* ex Paulo ad Timoth. 1. cap. 2. *Obsecro*, inquit, *primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam & tranquillam vitam agant, in omni pietate & castitate. Est enim viri potentis singulare ornamentum pietas, & castitas.*

i *Virtute sua dextera confringantur.*] Sic nunc etiam collecta orationis missarum concluditur: *Et gentes paganorum, & hæreticorum, qui in sua feritate confidunt, dextera tua potentia conterantur.*

k *Regno voluit privare.*] Sic legum Vvisegoth. lib. 2. tit. 5. lib. 18. Est lex Egicæ, in qua dicitur: *Quod & temporibus nostris detectum facinus, manifestis eorum confessionibus retinetur, qui nostram gloriam conati sunt aut gladio interimere, aut mortifera veneni potione decipere.*

l *Numeraria.*] Sunt vero numerarii, ut Isidorus lib. 9. etymolog. docet, qui publicum numerum ærariis inferunt. Mentio est in leg. final. codice de privil. sch. L.fin. de fabricens. De numerariis dixi in opere de officiis palatinis.

m *Subscriptiones.*] In eo, licet fuerit nationale, nullus episcopus interfuit provinciæ Narbonensis, eo quod ingrueret inguinalis plagæ vastatio in illa regione, ut dicitur cap. 13. Ejectus est a sede Toletana Sisbertus, ob conjurationem adversus Egicam regem, & ejus loco suffectus est Felix Hispalensis. Hispali vero Faustinus Bracarensis. Bracaræ vero Felix Portucalensis: de qua sede nihil est actum: unde Felix subscribit episcopus Bracarensis, & Portucalensis. Multi ex his episcopis qui huic synodo subscribunt, interfuerunt aliis: ut Anterius Segobriensis, in XIII. & XV. Toletano. Adelfius Tudensis, in XV. Toletano. Aurelius Asturicensis, in XIII. & XV. Toletano. Agripius Ossonobensis, in XV. Toletano. Basilius Bastitanæ, in XV. qui dicitur Bastensis. Baldefredus Cæsaraugustæ, in XIII. & XV. Toletano. Cuniuldus Italicensis, in XIII. & XV. Toletano. Fionisus Lamecensis, in XV. Toletano, & dicitur Fiontius. Fructuosus Aurensinæ, in XV. Toletano, & dicitur Auriensis. Florus Mentesanæ, in XIII. & XV. Toletano. Gaudentius Valeriensis, in XII. & XIII. & XIV. & XV. Toletano. Gudila Empuritanæ, in XIII. & XV. Toletano, qui & Gudilanus dicitur. Gundericus Segontinæ, in XV. Toletano, Segontiensis. Gabinus Arcavicæ, in XV. Toletano, Arcavicensis. Habitus, Vrcitanæ, in XV. Toletano, Vrcensis. Ioannes Egarensis, in XV. Toletano. Isidorus Setabitanæ, in XV. Toletano. Ioannes Abelensis, in XV. Toletano. Ioannes Pacensis, in XV. Toletano. Landericus Olysiponensis, in XV. Toletano, Leubericus Vrgelitanæ, in XIII. & XV. Toletano, Vrgelletanensis dicitur. Maximus Emeritensis, in XIII. Toletano. Marcianus Dianiensis in XIV. & XV. Toletano. Nepotianus Tyrassonensis, in XV. Toletano. Holemundus Salmanticensis, in XIII. & XV. Toletano. Sisibado Tuccitanæ, in XII. & XIII. & XV. Toletano. Sonna Oxomensis, in XIII. XIV. & XV. Toletano. Spassandus Complutensis, in XV. Toletano. Vvisifredus Ausonensis, in XIII. & XV. Toletano. Alii vero subscribunt, qui succedunt aliis episcopis, ut Arcontius Elborensis, qui Tructemundo, in XV. Toletano. Auredus Ilerdensis, qui Eufredo, in XV. Toletano. Arvidius Astigitanæ, qui Nasidardo, in XV. Toletano. Audebertus Oscensis, qui Guiscaldo, in XIII. Toletano. Arcesimbus Egabrensis, qui Constantio, in XV. Toletano. Baroaldus Palentinæ, qui Concordio: in XV. Toletano. Bonifacius Cauriensis, qui Atalæ, in XV. Toletano. Constantinus Aucensis, qui Stercorio, in XV. Toletano. Centurius Eliberitanæ, qui Ioanni, in XV. Toletano. Decentius Segobiensis, qui Deodato, in XV. Toletano. Ervigius Beterrensis, qui Crescitaro, in XIII. Toletano. Eppa Illicitanæ, qui Emillæ, in XV. Toletano. Emilla Conimbrensis, qui Mironi, in XV. Toletano. Felix Calagurritanus, qui Villiedo, in XV. Toletano. Felix Bracarensis, & Portucalensis, qui Faustino, in XV. Toletano. Faustinus Hispalensis, qui Felici, qui fuit electus ad regiam urbem. Felix regiæ urbis, qui Sisberto deposito in hoc concilio. Gerontius Assidonensis, qui Theuderacio, in XV. Toletano. Honorius Malacitanæ qui Samueli, in XV. Toletano. Involatus Dertosanæ qui Cicilio, in XV. Toletano. Laüilfus Barcinonensis, qui Idalio, in XV. Toletano. Marianus Oretanæ, qui Gregorio, in XV. Toletano. Mirus Gerundensis, qui Sabarico, in XV. Toletano. Martianus Pampilonensis, qui Atilano, in XIV. Toletano. Potentius Lucensis, qui Euphrasio, in XV. Toletano. Pappulus Eliplensis, qui Getæ, in XV. Toletano. Suniaguisidus Laniobrensis, qui Brandilæ, in XIII. Toletano. Theudisclus Beatiensis, qui Rogato, in XV. Toletano. Theudefredus Visensis, qui Viliefonso, in XV. Toletano. Vitisclus Valentinæ, qui Sarmatæ, in XV. Toletano. Vera Tarraconensis, qui Cypriano, in XV. Toletano. Zacceus Cordubensis, qui Mumulo, in XV. Toletano. Subscribunt abbates quinque, vicarii episcoporum tres, comites & viri illustres officii palatini decem & sex. De Sisiberto hæc accipe: Iuliano successit, fuit homo audax, temerarius, dignitatis accessione ingenii pravitatem auxit. Vestem albam Illifonso præsuli sanctissimo de cælo ad peragenda sacra allatam, & venerationi potius quam usui a præsulibus Toletanis habitam, ipse profane contrectavit, & temere induit. Verum continuo divina ultio consecuta est, nam in caput regis, cujus beneficio ad primum Hispaniæ sacerdotium evectus fuerat, rebellavit. Qua de causa patrum decreto merito a gradu dejectus. Ejus loco Felix suffectus est.

Sisibertus successor Iuliani qualis.

CONCILIUM BECANCELDÆ

ANNO CHRISTI DCXCIV. CELEBRATUM, præsidenti Vvithredo rege Cantii,

Nec non Bertuvaldo archiepiscopo Britanniæ, cum Tobia episcopo Roffensi, abbatibus, abbatissis, presbyteris, diaconibus, ducibus, satrapis, &c.

In quo ecclesiæ liberæ fiunt ab omni tributo & exactione sæculari, earumque res a laicorum jure & injuria eximuntur.

In nomine domini Dei nostri & salvatoris Iesu Christi congregatum est magnum concilium in loco qui nominatur Becancelde. Præsidente autem in eodem concilio * Vvithredo clementissimo rege Cantuariorum, nec non * Bertuvaldo reverendissimo archiepiscopo Britanniæ, simulque * Tobia episcopo Roffensis ecclesiæ, ceterisque abbatibus, abbatissis, presbyteris, diaconibus, ducibus, satrapis, in unũ glomeratis: pariter tractantes, anxie examinantes de statu ecclesiarum Dei vel monasteriorum intra Cantiam, quæ a fidelibus regibus prædecessoribus

Procemium & consessores. Ex manuscripto Cãtuariensi.
* Muhtredo *al.* Vvithred
* Brentuvaldo
* Tobie

ANNO CHRISTI 693.

ANNO CHRISTI 694.

cessoribus meis & propinquis Deo omnipotenti in propriam hereditatem condonata fuerunt, quomodo vel qualiter secundum normam æquitatis stare, quidve servare amodo & usque finem sæculi, constituimus.

Laici non abstrahant nec possideant Deo concessa. * Muthredus

Ideo ego * Vvithredus rex terrenus a rege regum compunctus, zelo rectitudinis accensus, ex antiqua traditione sanctorum patrum, & mandatis didici non esse licitum alicui ex laico habitu sibi ipsi usurpare, vel ad se trahere (quasi suam propriam possessionem) quod antea fuerat domino concessum, & cruce Christi firmatum atque dedicatum: quia scimus & veraciter extat, ut si quid semel acceperit homo de manu alterius in propriam potestatem, nullatenus sine ira & ultione illud dimiserit impunitus.

Horrendum est. Locus parũ integer. Vide aliud exemplar.

Ideo horrendum est hominibus expoliare Deum vivum, & scindere tunicam ejus, & hereditatem ejus, quotquot ex aliquo concessum ei fuerat de terrenis substantiis ad id, ut eo facilius promereri valeant æternam retributionem percipere in cælis: quia manifeste declaratur quanto incautius applicaverit se homo sæcularis in hereditatem regis æterni quæ ad ejus imperium trahere desiderat, tanto districtius ab eodem Deo in igne inextinguibili puniatur.

Nec ecclesiæ vel monasterii alicujus habeant dominium.

Pro hac re firmiter statuimus atque decrevimus, & in nomine omnipotentis Dei omniumque sanctorum præcipimus omnibus successoribus nostris, regibus, principibus, vel omnibus qui in habitu laico constituti sunt, ut nullus unquam habeat licentiam accipere alicujus ecclesiæ vel familiæ * monasterii dominium, quæ a meipso vel antecessoribus meis priscis temporibus tradita erant in perpetuam hereditatem Iesu Christo & sanctis apostolis, etiamque Mariæ virgini matri domini nostri sacrata. Sed magis (sicut decet, & in canonibus præcipitur) servandum est, quando quis evenerit ex numero * dominorum * obire de sæculo abbas vel abbatissa: propterea immutatur propriæ parochiæ episcopus, & cum ejus consilio vel consensu, quisquis dignus inveniatur, & * ejus vita atque munditia ab episcopo examinatur, talis eligatur, & ab episcopo benedicatur, & sanctificetur dominus spirituali gradui, Dei * servitio & tonsuræ, seu sacro * velamini mancipatus: & nullo modo sine consultu & licentia archiepiscopi in diœcesi sua abbas vel abbatissa eligatur.

* monasteriis

Sed eligatur abbas juxta canones.

* scil. monasteriis præfectorũ * obigere

* for. cujus

* servitute * seu velamine

Non ad regem sed episcopos attinet ecclesiasticos constituere. * abiciatur. * personis

Si quis per insipientiam aliter faciet, pro nihilo habeatur, citiusque * abjiciatur, neque de hac re aliquid pertineat ad regis sæcularis imperium: quia illius * personæ est, principes præfectos, seu duces sæculares statuere: metropolitani episcopi est ecclesias Dei regere, gubernare, atque abbates, abbatissas, presbyteros, diaconos eligere, statuere & sanctificare, firmare & amovere, ne quis ovis de ovibus æterni pastoris erret.

Ecclesię liberæ fiunt ab omnibus servitute, gravitate & pulsione regũ. * Primus

Hoc præceptum statuimus his monasteriis quorum nomina hæc sunt annotata. * Primum, primi apostolorum principis Petri, id est, Vpmynster, Raculf, Sudmynster, Dofras, Folcanstan, Hymming, Stepeis & Hor. Hæc omnia interdicimus (sicut ante diximus) ut nullus habitus ex numero laicorum ad se pertrahat vel suscipiat nullum monasterium de his prænominatis.

Hæc lex supradicta per eum completa permaneat. Adhuc addimus majorem libertatem.

In primis Christi * ecclesia cum omnibus agris ad eam pertinentibus, similiter Roffensis * ecclesia cum suis ceterisque prædictis omnibus ecclesiis, Dei juri subjiciantur pro salute animæ meæ, meorumque prædecessorum, & pro spe cælestis regni ex hac die & deinceps concedimus & donamus ab omnibus difficultatibus sæcularis servitutis, a pastu regis, principum, comitum, nec non ab operibus, majoribus minoribusque gravitatibus: & ab omni debito vel pulsione regum censuris liberos esse perpetua libertate statuimus: nisi sua spontanea voluntate, ex largitate beneficiorum quid facere velint: tamen hoc in posterum non servetur, nec habeatur in malam consuetudinem, sed magis securi possint pro nobis Deo omnipotenti hostias dignas offerre, & immaculatis muneribus nostra abluere peccata, ut per eorum intercessiones mereamur audire felicem sententiam: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.*

* id est, civitate Dorobernia. * ecclesia

Matth.

Si quis autem rex unquam post nos elevatus in regnum, aut episcopus, aut abbas, vel comes, vel ulla potestas hominum contradicat huic chartulæ, aut infringere tentaverit, sciat se sequestratum a corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi, seu etiam sic excommunicatum, sicut qui non habet remissionem neque in hoc sæculo, neque in futuro, nisi ante pleniter emendaverit judicio episcopi; manente tum * hæc chartula, irrefragabilis sua firmitate muniatur, servetur, & habeatur semper ad ecclesiam salvatoris quæ sita est in civitate Dorobernia, (ubi metropolitanum caput habetur) ad exemplum atque defensionem omnibus ecclesiis Dei quæ in hac Cantia morantur.

Anathema in istorum violatores.

* hac

Hæc chartula servanda est in ecclesia Christi Cantuariæ.

Hæc lex inviolabilis usque ad consummationem sæculi permaneat, quia nulli homini terreno data sunt, sed hæc omnia in manus Dei omnipotentis sanctisque ejus concedimus & donamus.

SUBSCRIPTIONES.

Ego * Vvithredus auxilio Christi his legibus constitutis pro me Vverburga regina, itemque pro filio nostro Alirico subscripsi.

* Muhtredus

Ego Berthuvald gratia Dei archiepiscopus his legibus a nobis * constitutis subscripsi.

* sancitis.

Signum manus Ethelbarti pro se & fratre suo Eadberto.

Signum manus Tobie episcopi.
Signum manus Mildredæ abbatissæ.
Signum manus Etheldridæ abbatissæ.
Signum manus Æte abbatissæ.
Signum manus Vvilnodæ abbatissæ.
Signum manus Herelvvidæ abbatissæ.
Signum manus Redempti presbyteri.
Signum manus Eastvvaldi presbyteri.
Signum manus Botredi episcopi.
Signum manus Byssan presbyteri.
Signum manus Kynheri presbyteri.
Signum manus Aldulfi presbyteri.
Signum manus Vvalh presbyteri.
Signum manus Bonnæ presbyteri.

ALIUD

ALIUD EXEMPLAR BECANCELDENSIS ISTIUS CONCILII E TRIBUS ALIIS MANUSCRIPTIS codicibus sumptum.

ANNO dominicæ incarnationis DCXCIV. Vvithredus gloriosus rex Cantiæ, cum reverendissimo archiepiscopo Brithvvald, præcepit congregari concilium in loco qui nominatur Bacanceld, præsidente eidem concilio jam nominato clementissimo rege Cantuariorum Vvithredo, & eodem venerando patre & primate totius Britanniæ, simulque Tobia episcopo Roffensis ecclesiæ cum abbatibus, abbatissis, presbyteris, diaconibus, ducibus, satrapis, pariter tractantes de statu ecclesiarum Dei in Anglia, & de his qui a fidelibus regibus, prædecessoribus ejus & propinquis, * Athelberto videlicet posterisque ejus Deo omnipotenti in propriam hereditatem data fuerunt, qualiter secundum veram justitiam stare & permanere valeant, vel quomodo ea servare oporteat a modo, & usque in finem sæculi constituentes.

Ego, inquit, Vvithredus rex terrenus, a rege regum compunctus, zelo rectitudinis accensus, a rege regum compunctus, zelo rectitudinis accensus, ex antiqua traditione sanctorum patrum didici non licitum esse alicui homini in laico habitu constituto usurpare sibi quasi propriam possessionem quæ ante fuerat domino concessam.....& cruce Christi * confirmatum..... Scimus etenim & veraciter constat, quia quod semel acceperit homo donatione alterius in propriam potestatem, nullatenus sine injuria illud iterum demittet.

Horrendum est itaque hominibus Deum vivum expoliare, tunicamque ejus & hereditatem scindere. Cum ergo Deo aliquid oblatum fuerit de terrenis substantiis, ad hoc ut facilius promoveri valeant offerentes æternam retributionem percipere in cælis, manifeste declaratur, quod quanto incautius homo sæcularis applicuerit se in * hereditate regis æterni, tanto districtius a Deo punitur.

Pro qua re firmiter decernimus, & in nomine omnipotentis Dei omniumque sanctorum præcipimus omnibus successoribus nostris, regibus, principibus, & omnibus in laico habitu constitutis, ut nulli unquam liceat alicujus ecclesiæ vel monasterii dominium habere, quæ a me vel antecessoribus meis, priscis temporibus * tradita sunt Deo in perpetuam hereditatem & sanctis ejus.

Magis autem sicut in canonibus præcipitur * servandum est, ut quando aliquis de prælatis defungitur, episcopus, abbas, vel abbatissa, intimetur archiepiscopo propriæ parochiæ, & cum ejus consilio & consensu, vita & munditia ejus examinata, qui dignus invenitur eligatur, & nullo modo sine consensu & * consulto archiepiscopi promoveatur. Neque enim de hac re aliquid pertinet ad decretum vel imperium regis. Illius autem est comites, duces, optimates, principes, præfectos, judices, sæcularesque statuere. Metropolitani vero archiepiscopi est, ecclesias Dei regere, gubernare, episcopos, abbates, abbatissas, ceterosque prælatos eligere, statuere, firmare, admonere, ne quis de * civibus Christi, scilicet æterni pastoris, aberret.

Hæc lex per eum in regno nostro in perpetuum permaneat omnibus ecclesiis Dei nostri pro salute animæ meæ, meorumque prædecessorum, proque spe cælestis regni.

Igitur ex hac die & deinceps concedimus & donamus ecclesiis regni nostri liberas esse perpetua libertate ab omnibus difficultatibus sæcularis servitutis, ab omni debito vel pulsione regalium tributorum, ut possint pro nobis Deo omnipotenti hostias dignas offerre, nostraque peccata abluere immaculatis muneribus.

Ecclesiæ liberæ fiunt ab omni servitute, & a pulsione regalium.

Si quis autem rex post nos levatus in regnum, aut episcopus, aut abbas, seu aliqua alia persona contradixerit huic concilio, vel scripto judicio concilii facto, sciat se a corpore & sanguine domini sequestratum, & sic excommunicatum, sicut ille qui non habebit remissionem, neque in hoc sæculo, neque in futuro, nisi ante mortem secundum judicium archiepiscopi emendaverit.

Anathema in istorum violatores.

Hoc scriptum irrefragabile sua firmitate muniatur, servetur, & semper habeatur in ecclesia salvatoris, quæ sita est in civitate Dorobernia, ubi primas habetur, ad exemplum omnium ecclesiarum atque defensionem quæ in Anglia habentur.

Hoc scriptum servandum est in ecclesia Christi Cantuariæ.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Vvithredus auxilio Christi rex his legibus constitutus pro me & Vvarburga regina, itemque filio nostro Alrico subscripsi.

Ego Brithvvaldus gratia Dei archiepiscopus his legibus constitutis subscripsi.

CONCILIUM TOLETAN. XVII.

TEMPORE SERGII PAPÆ I.

Anno domini DCXCIV. celebratum.

*** TITULI CAPITULORUM.

IN NOMINE DOMINI.

Incipit synodus Toletana XVII. *regula sanctæ fidei, decurrente imperii anno religiosissimi ac serenissimi domini nostri Egicani regis* VII. *sub die quinto Idus Novembris, æra* DCCXXXII.

DUM in ecclesia gloriosæ virginis & confessoris Christi ª sanctæ Leocadiæ, quæ est in suburbio Toletano, ubi sanctum ejus corpus requiescit, plerique Hispaniarum & Galliarum pontifices convenissemus, debitis nobis in locis residentibus, adfuit idem glorio-

 ssissimus

ANNO CHRISTI 694.

ſiſſimus princeps fervore ſanctæ devotionis accenſus, ſanctique Spiritus munere plenus, & in medio noſtri conſiſtens, inclytum caput reclinans, ſeſe a nobis benedici popoſcit, & orationum noſtrarum effuſione domino commendari optavit. His itaque (ut moris eſt) actis, tomum manu propria nobis obtulit, inquiens: Ecce, ſanctiſſimum ac reverendiſſimum eccleſiæ catholicæ ſacerdotale collegium, & divini cultus honorabile ſacerdotium, ſeu etiam vos illuſtre aulæ regiæ decus, ac magnificorum virorum numeroſus conventus, quos huic venerabili cœtui noſtra intereſſe celſitudo præcepit, quia ſatis longum eſt, ea quæ regni noſtri utilitatibus, ſeu genti, & patriæ noſtræ neceſſaria B ſunt, vobis proprii oris noſtri alloquio enarrare, ideo hunc tomum, quia univerſa, quæ noſtra manſuetudo ad peragendum veſtris ſenſibus debuit intimare, dignoſcitur continere, contrado; præcipiens pariter & exhortans vos per eum qui dixit: *Ubicumque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, & ego ero in medio eorum*: quia ea quæ tomus iſte continet, vel alia quæ ad eccleſiaſticam diſciplinam pertinent, ſeu diverſarum cauſarum negotia, quæ ſe venerabili cœtui noſtro ingeſſerint audienda, gravi ac maturato conſilio pertractetis, atque judiciorum veſtrorum edictis juſtiſſime ac firmiſſime terminetis. Qua ſacri oris ſui oratione finita, e medio noſtri, benedictione percepta, abſceſſit. Tunc unuſquiſque noſtrorum reſidens ſuo in loco tomum ipſum reſerari præcepimus, & quæ neceſſaria erant, alterna collatione pertractare curavimus.

Matth. 18.

IN NOMINE DOMINI.

Flavius Egica rex ſanctiſſimis patribus in hac ſancta ſynodo reſidentibus.

Quo mentis ardore, quantiſque facibus ſerenitatis noſtræ ſublimitas religionis ſancto amore ſuccenſa æſtuet, nec verborum prolixa poteſt ratione depromi, nec literarum apicibus annotari. Quia inquantum fides Chriſtiana ſpiritualium virtutum lumine ineffabili comparatione coruſcat, tantum ſenſus noſtri brevitas necdum valet ejus enarrare myſteria. At nunc quamquam profunditatis ipſius abyſſum nequeamus pertingere, magna tamen devotione clementiæ noſtræ animos ad exhortandam veſtram ſanctitudinem cognoſcat: qualiter vos in hac ſancta ſynodo reſidentes, in primis de ejus myſterio edictis ſpiritualibus diſputetis, & apoſtolici veſtri ordinis dogma promulgetis, quo fidelium corda incomparabili ſidere perluſtrata, infidelium quoque pectora mentis greſſibus a tenebris ad lumen converſa pertranſeant. Pro nefandis denique Iudæis infra fines regni noſtri degentibus, ita præmittimus; quod etiam abſque non minimo mœrore proferimus: quia ab initio propriorum rituum errore decepti, Chriſti nomen incredibili pravitate negaverunt, nefariiſque hactenus argumẽtis eamdem almæ fidei ſectam deluſerunt. Certum namque eſt verumque præconium, in cuncto pene terrarum orbe relatione perſpicua extitiſſe vulgatum, quod fidei plenitudine fines ſemper Hiſpaniæ floruerunt: unde noſtram gloriam ſumma ratio cogit valida illis intentione reſiſtere, cum in aliquibus mundi partibus, alios dicatur contra ſuos Chriſtianos principes re- A ſultaſſe: pleroſque vero juſto Dei judicio a Chriſticolis regibus interemptos fuiſſe? præſertim quia nuper manifeſtis confeſſionibus indubie pervenimus, hos in tranſmarinis partibus Hebræos alios conſuluiſſe, ut unanimiter contra genus Chriſtianum agerent, præſtolantes perditionis ſuæ tempus, qualiter ipſius Chriſtianæ fidei regulam depravarent. Quod & per eaſdem profeſſiones, quæ veſtris auribus ſunt reſerandæ, patebit. Nam & a primordio noſtri regiminis, tanta fuit pro eorum converſione manſuetudinis noſtræ intentio, ut non ſolum diverſis ſuaſionibus eos ad fidem Chriſti pertrahere conaremur, verum etiam & mancipia Chriſtiana, quæ pridem ob ſuam perfidiam per legis ordinem caruerant, ex tranquillitatis noſtræ decreto reciperent: ſolummodo, ut per veræ converſionis propoſitum, expulſa procul cordis perfidia, eos matris ſinus eccleſiæ adoptivos exciperet. Sed & per cautionis ſeriem jurisjurandi atteſtatione ſubnixa ſpondentes, nec tandem promiſſa compleverunt, ſed ritus & ceremonias ſolitas procul dubio egiſſe perventi ſunt. Et quia divinæ voluntatis imperio reſervati ſunt regni noſtri tempore corrigendi, neceſſarium fore noſtra perpendit tranquillitas, ut veſtro noſtrorumque optimatum generali conventu eorum nequitia quantocius refrenetur: quo, C cooperante Chriſto, extirpata ipſorum confeſtim nequitia, Chriſtianum nomen polleat, & Chriſti fides infinite clareſcat: ne tunc videatur tantæ perfidiæ obviari, quando eccleſiam catholicam eorum dignoſcatur adverſitas impugnare. Ut ergo tam dira incredulitatis perverſitas victa diſpereat, aut ſynodali emendatione a parentali refrenentur errore, aut, ſi placet, uniformi veſtra ſententia falce maneant juſtitiæ deſecati; ſic quoque, ut quid de illis cunctiſque rebus ipſorum agere conveniat, canonica veſtri cœtus ſententia patenti ſtylo cõſtituat: quod noſtræ legis cenſura perpetim ſtabile manere decernat: illis tantumdem Hebræis ad præ- D ſens reſervatis, qui Galliæ provinciæ videlicet intra clauſuras noſcuntur habitatores exiſtere, vel ad ducatum regionis ipſius pertinere; ut quia delictis ingruentibus, & externæ gentis incurſu, & plagæ inguinalis interitu pars ipſa ab hominibus deſolata dignoſcitur, cum omnibus rebus ſuis in ſuffragio ducis terræ ipſius exiſtant, & publicis utilitatibus profectum incunctanter exhibeant: ita ut ſecundum ſanctæ fidei regulam, ut vere Chriſticolę, vitam ſuam corrigant, & omnem genuinę incredulitatis errorem a ſuis cordibus pellant. Quod ſi amodo vel in modico detecti fuerint ſanctæ fidei depravatores exiſtere, illico de terra ipſa promoti, eadem, qua & prædicti parentes eorum, cenE ſura erunt modis omnibus feriendi. Nam & quorumdam ſacerdotum non ſinit veritas ſilere inſaniam, qui ante ſacroſanctum altare Dei pro ſuperſtitibus hominibus miſſas audeant dicere de defunctis: & cum aliis nocere intendunt, ipſi ſibimet potius interfectores exiſtunt, & ſuarum incurrunt excidium animarum, in eo quod ſcriptum eſt: *Os quod mentitur occidit animam*: & dum quodam invidiæ vel malitię livore tam nefaria gerunt, unum eſt, quia & Deo mentiuntur, & in arcum perverſum ſacerdotalem ordinem vertunt. Quod ſi domino mendacium hujuſmodi ſacrificio offerre non metuunt, quid de cetero falſitatis loqui paveſcunt? Petrum

Fides Hiſpaniæ, cuncto terrarum orbe perſpicua.

Vide leg. Wiſegoth. lib. 12. & concilium Tolet. 16.

Sap. 1.

trum denique apostolum dixisse legimus Ananiæ: * *Memineo, ut quid satanas*[b] *implevit cor tuum mentiri te Spiritui sancto? quia non es hominibus mentitus, sed Deo.* Tanti quippe facinoris admissum vestro concilio committimus extirpandum, quo & illos qui talia egisse detecti sunt, & eos a quibus ob hoc nefas perpetrandum sciscitati sunt, ac deinceps in tali errore quosque delapsos regula decernatis canonica feriendos, ut illatam in semetipsos sentientes correptionem, & male actorum pœniteat, & ne ab aliis ulterius fiant, sententia vestra speciale prohibitionis exemplum ostendat. His igitur præmissis causis populorum negotia vestris auribus intimata cum Dei timore prudentiæ vestræ committimus dirimenda; ut, quia multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum, nulla sit occasio quæ vestræ mentis aciem ad promulgandam justitiam possit obtundere: nullus favoris se locus interserat lumen veritatis abscondere, quatenus ipsa vestrorum judiciorum emissio luce clareat æquitatis, justitiam prorogêt debitam populis, & ad cumulum nobis pertineat copiosæ mercedis. Sed & illud vestris precibus sedari obnixius à domino præoptamus, ut quia hostis humani generis quosdam nostrorum inhians non desinit ad perditionem subripere, ex quo proprio culpæ cernuntur facinore, non (quod absit) nostræ potestatis gravedine corrui; tribus diebus, hoc peracto concilio, speciales obinde litanias contrito cordis arcano celebrare curetis, ita ut usque hujus anni spatium per singulos menses, eodemque modo triduana jejunia peragatis: ut quia neminem de his quos ditioni nostræ superna pietas subdidit usquam perire volumus, nec amplius quempiam perdere quærimus, sed de gentis nostræ, vel patriæ statu lætari affatim delectamur, precatu saltim vestræ beatitudinis insidiantium stimula, quæ contra nostram gloriam præparant, a suis cordibus auferant, & erga nostram servitutem pura fidei sinceritate persistant: ut a priorum lapsu se erectos esse congaudeant, & nostra gloria ex hoc cum eis pacis & caritatis munere cumulata, Christo domino indefessa gratiarum vota persolvat.

DE REGVLA SANCTÆ FIDEI.

NECESSARIVS ordo deposcit, ut secundum Pauli vasis electionis edictum, ante initium quarumcumque causarum, regnum Dei quæratur; quatenus ea quæ sequenter agenda sunt, justissime opitulante domino terminentur. Ac proinde opportunum fore perspeximus, fidei sanctæ mysterium, quod est salutis nostræ inconvulsibile fundamentum, ore proprio pandere, & ructatione cordis patule enarrare. Idcirco credentes & confitentes ea quæ in omnibus sanctis conciliis sanctorumque patrum oraculis gloriosa confessio protulit, symboli etiam seriem, quæ totius sanctæ fidei continet sacramenta, oris nostri confessione proferimus.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium conditorem: & in unum dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero: natum non factum; homousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ: per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus est: passus sub Pontio Pilato, & sepultus, tertia die resurrexit: ascendit in cælos, sedet ad dexteram Patris: inde venturus in gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum dominum & vivificatorem, ex Patre & Filio procedentem, cum Patre & Filio adorandum & glorificandum: qui locutus est per prophetas: in unam catholicam atque apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum: expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi. Amen.

Qua nostra credulitate, ut sanctorum patrum adunatio edidit, reservata atque finita, ad ea quæ sunt subsequenter agenda definitionis nostræ articulum vertimus.

CAPITVLA.

I.

Ternarius numerus, in eo quod initium mediumque finemque sortitur, Trinitatis speciem signare videtur: ac proinde quia numerositas sacerdotum in nomine sanctæ Trinitatis, pro synodo agenda solet congregari, opportune instituendum credimus in initio totius adunationis, ut trium dierum spatiis percurrente jejunio, de mysterio sanctæ Trinitatis, aliisque spiritualibus, sive pro moribus sacerdotum corrigendis, nullo sæcularium assistente, inter eos habeatur collatio: ita nempe, ut dum scriptis causis, sub nominis divini timore, per triduum habita fuerit altercatio, ejusdem sanctæ Trinitatis juvamine ceterarum causarum negotia inoffensibili peragantur instantia.

II.

[c] Licet in initio quadragesimæ baptizandi generaliter claudatur mysterium, tamen ecclesiasticæ consuetudinis ordo deposcit, & necesse est ut ostia baptisterii in eodem die pontificali manu annulo assignata claudantur, & usque in cœnæ domini solennitatem nullatenus reserentur: ob id videlicet, ut & per signaculum pontificum (excepto gravissimæ necessitatis obventu) in his diebus monstretur, per totum orbem non licere fieri baptismum, & sanctificationem: iterum episcopali ad eam observatione reserata, signetur dominicæ paterе mysterium resurrectionis, in quo ad vitam factus est aditus homini: ut quia per baptismum consepultus est in morte Christi, resurgat cum eo in gloria Dei. Quod quia in aliquibus ecclesiis minime hæc sancta consuetudo ab episcopis custoditur atque peragitur, ideo per hanc nostram sententiam sancimus atque decernimus, ut

ANNO CHRISTI 694.

ut ita a totius Hispaniæ & Galliarum pontificibus custodiatur, quatenus in prædicto die, initii videlicet quadragesimæ, & ostia sancti baptisterii cum laudum consummatione claudantur, & ab episcopis suorum signaculo obsignentur, ita ut nisi in cœnæ domini celebritate, quando more solito altaria debent devestiri, eadem debeant ostia reserari. Inconveniens etenim res est, ut illic in prememoratis quadragesimæ diebus cunctis aditus pateat adeundi, ubi non licet debitum mysterium exerceri.

III.

Cyprianus de unctione chrismatis.

[d] Cælibe satis ratumque Deo cernitur mysterium, si ejus exempla sequentes, imitatores ipsius esse studeant Christicolæ mentes, dicente domino: *Qui mihi ministrat me sequatur.* (Ioan. 12.) Quocirca si dominus redemptorque noster discipulorum non dedignatus est ablutione aquæ ablui pedes, protestante euangelista: *Surgens Iesus a cœna, & ponens vestimenta sua, cœpit lavare pedes discipulorum, dicens: Si ego lavi pedes vestros dominus & magister vester, & vos debetis alter alterius lavare pedes;* (Ioan. 13.) cur non piæ actionis exhibitione imbuti, exemplorum ejus non simus devotissimi sectatores? Denique coruscante sanctæ operationis exemplo, partim desidia, partim consuetudine, in quibusdam ecclesiis in cœna domini ablutione pedes fratrum a sacerdotibus non lavantur, nihil aliud obtendentes, nisi solam traditionis consuetudinem, cum veritas objurgans dicat: *Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram.* (Matth. 15.) Itemque præcellentissimus martyr Cyprianus prosequens ait: Frustra qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt: quasi consuetudo major sit veritate, aut non id sit spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit a sancto Spiritu revelatum. Ideoque dum veritatis exemplum luce clarius enitescat, & objurgationis ejus terribilia edicta præfulgeant, nosque etiam doctoris præcipui sententia instituat, majorem esse veritate consuetudinem, incassum nobis consuetudinem sine ratione objiciunt. Nam licet eadem ablutio pedum omni tempore ut fiat expedibile habeatur, necesse est ut specialius in eodem die, quo a Christo gestum est, omnimode observetur. Proinde hæc sancta synodus decernit atque instituit, ut deinceps non aliter per totius Hispaniæ & Galliarum ecclesias eadem solennitas celebretur, nisi pedes unusquisque pontificum, seu sacerdotum, secundum hoc sacrosanctum exemplum, suorum lavare studeat subditorum. Quod si quisquam sacerdotum hoc nostrum distulerit adimplere decretum, duorum mensium spatiis sese noverit a sanctæ communionis perceptione frustratum.

IV.

Sacerdotum quorumdam improbanda voluntas, & infausta temeritas, sacrosancta sibi commissa altaris ministeria, atque cetera ecclesiæ ornamenta, non solum quia aliis tradunt pro suis nequissimis actibus abutenda, sed (quod pejus est) suis ea non pertimescunt usibus adjungere insumenda. Vnde licet antiquorum patrum sententia de talibus personis, quæ vasa solummodo sacra dispergunt voluntate sacrilega, fuerit jam in præteritis promulgata; (Vide concil. Brac. III. c. ... Conc. Tolet. VI. ...) tamen in commune deinceps statuit coadunatio nostra, ut non tantum de sacris ministeriis, sed etiam & de universis ecclesiæ ornamentis, nihil unusquisque sacerdotum pro suis usibus, vel voluntatibus confringere, vendere, aut naufragare pertentet. Si quis vero sacerdotum hoc nostrum violare tentaverit statutum, secundum prisca canonum instituta, honoris proprii ordinem amittat, ut sacrilegus perenni infamia denotatus, a sacræ communionis perceptione (excepto in supremo temporis cursu) omnibus diebus vitæ suæ maneat alienus. Atque insuper si ejusdem temeratoris extiterit propriæ rei ambitio, quidquid de eisdem sacris ministeriis vel ornamentis ecclesiæ visus est naufragasse, aut ipse, aut pars ejus, compellatur parti ejusdem ecclesiæ ex integro reformare.

V.

Dum sanctus Spiritus per os sanctorum suorum humano generi statuit omnibus modis mendacium præcavere, dicente Salomone: [e] *Noli narrare mendacium adversus fratrem tuum; neque amico similiter facias:* (Eccles. 7.) & iterum: *Os quod mentitur, occidit animam,* (Sap. 1.) plerique sacerdotum, qui prædicatores veritatis existere debuerunt, & ex quorum ore universitas plebium legem veritatis debet exquirere, secundum * Salomonem, qui dicit: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore ejus; quia angelus domini " est,* ita præpediente delicto, atque sauciati inimicitiæ dolo, non solum hominibus fallaciter loqui minime pertimescunt, sed & in sanctis basilicis supra altare domini, coram Deo idem nequaquam perpetrare horrescunt. Nam missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro vivis student celebrare hominibus, non ob aliud, nisi ut is, pro quo idipsum offertur sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interventu, mortis ac perditionis

* Malachiam, est enim cum Malach. 2.

" χυρίου παντοκράτορος in Gr. exercituum in vulgata

A B C D E

perditionis incurrat periculum: & quod cunctis datum est in salutis remedium, illi hoc perverso instinctu quibusdam esse expetunt in interitum. Obinde nostræ elegit unanimitatis conventus, ut si quis sacerdotum deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, a proprio deponatur gradu; & tam ipse sacerdos, quam etiam ille qui ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilii perpetui ergastulo * religati, excepto in supremo vitæ curriculo, cunctis vitæ suæ diebus sacræ communionis eis denegetur perceptio, quam Deo se crediderunt fraudulento delibasse studio.

VI.

Quamquam priscorum patrum institutio, per totum annum, per singulorum mensium cursum, [f] litaniarum vota decreverit persolvendum, nec tamen specialiter pro quibus causis idipsum sit peragendum, tamen, quia cooperante humani generis adversario, multa inolevit oberrandi consuetudo, & jurisjurandi transgressio, ideo secundum euangelistam, qui ait: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem*, in commune statuentes decernimus, ut deinceps per totum annum, in cunctis duodecim mensibus, per universas Hispaniæ & Galliarum provincias, pro statu ecclesiæ Dei, pro incolumitate principis nostri, atque salvatione populi, & indulgentia totius peccati, & a cunctorum fidelium cordibus expulsione diaboli, [g] exomologeses votis gliscentibus celebrentur: quatenus dum generalem omnipotens dominus afflictionem perspexerit, & delictis omnibus miseratus indulgeat, & sævientis diaboli incitamenta ab animis omnium procul efficiat.

VII.

Præeminentium exercitium, ac devotionis sanctæ studium dum sese per diversa operationis gesta diffundit, & emolumentum sibimet conquirit virtutis, & bene operandi adhibet incentivum subjectis; ita nempe & pro eo quod bene gessit recipiat a Deo mercedem, & pro eo quod ad bonum alios incitavit, statim recepisse gaudeat retributionis vicem. Quapropter dum principalis sublimitas talia agit, perspicuum est ut a sancta ecclesia prorogetur ei necessitudo mercedis, cur eumdē ecclesia studeat exornare operibus justis; quatenus & ille ad bene agendum promptior magis magisque efficiatur, & subditorum animus gratuita invitatione amplius roboretur. Ac proinde quia religiosus ac gloriosissimus princeps noster Egica rex, zelo zelans pro domino Deo exercituum, inimicos veræ fidei, qui diversa actione maluerunt catholicæ credulitatis statum evertere, & jurisjurandi profanationem (dum ceremoniarum suarum ritus contra suam pollicitationem maluerunt servare) visi sunt incurrisse, ita recto judicii tramite, digna cernitur ultione percutere, quatenus & injuriam crucis Christi vindicaret, & statum totius sanctæ ecclesiæ conservaret, atque genti ac patriæ suæ defensionis munimina necessaria provideret. Ideo nos pro tot & tantis beneficiis, quibus tam sanctæ ecclesiæ, quam genti ac patriæ suæ prorogare intendit, cupientes in aliquo eidem principi retributionem rependere, per hujus definitionis nostræ sanctionem depromimus, & per individuæ Trinitatis inviolabile sacramentum, cunctos tam nunc consistentes, quam futuris temporibus cujuslibet ordinis vel generis homines succedentes, convenimus & contestamur, ut si quandoque contigerit qua gloriosa domina Cixilo [h] regina, diutinis & felicioribus serenissimi nostri principis Egicani annis transactis, religiose existat in viduitate superstes, atque ex eo habuerit dulcissimas proles, nulla mordacitate invidiæ pulsi, nullo odii stimulo acti, nullo diabolicæ fraudis instinctu permoti, contra eos quisquam conetur assurgere; nullus, citra evidentium culparum indicium, per quascumque subtilissimas indagationes nocibilitatis adversus eos perquirat occasiones; nullis eorum vita cujuslibet instantia obteratur injustissimis tædiis, nullis maceretur inediis, nullus quoque filiis ac filiabus eorum, contra eorum voluntatem, religionis habitum imponat, aut exilii ergastulis mancipandos statuat, neque flagellorum verberibus cruciet, per quod & dignitate priventur, & extra debitum justitiæ ordinem, rerum suarum eis ambitio auferatur: sed quietis ac tranquillitatis ope fulciti, tam quod eis de parentali facultate debita successio dederit, quam etiam quod per auctoritatum oracula idem clementissimus dominus noster illis conferre maluerit, vel quæ ab illis juste conquisita extiterint, imperturbato jure possideant, & de rebus ipsis judicare quod voluerint incunctatam licentiam habeant. Necessarium enim unicuique debet videri, ut sacerdotalibus præmuniantur oraculis, & eorum edictis reddantur per omnia liberales. Quod si quandoque extiterint destituti, secundum canonici vigorem edicti sacerdotum manebunt defensionibus contuendi. Si quis igitur hoc pietatis edictum violandum delegerit, infirmandum crediderit, aut quoquo pacto temerare intenderit,

ANNO CHRISTI 694.

derit, sit perpetui anathematis ultione damnatus, a pagina cælesti abrasus, atque cum diabolo ejusque sociis acrioribus suppliciis alligatus.

VIII.

De Iudæorum perfidia multa sunt decreta, potissimum autē in concil. XVI. Tolet. cap. 1. ubi fere eadem quæ hic.

Sicut fidelium probitas magno debet donationis præmio munerari, ita infidelium pravitas fortissimo congruit judicantium mucrone percelli. Æquum etenim est, ut & domestici fidei copiosius sublimentur, & adversarii ejus durius condemnentur; quatenus & illi magisque domino suffragante proficiant, & isti Deo obtinente deficiant. Et ideo quia plebs Iudæorum nequissima sacrilegii nota respersa, & effusione sanguinis Christi cruenta, ac multotiens jurisjurandi profanatione noscitur maculosa, ut copiosa sunt eorum scelera, sic necesse est ut gravem sese incurrisse lugeant animadversionis jacturam, qui per alia sua scelera non solum statum ecclesiæ perturbare maluerunt, verum etiam ausu tyrannico inferre conati sunt ruinam patriæ ac populo universo: ita nempe ut suum quasi tempus invenisse gaudentes, diversas in catholicis exercerent strages: unde crudelis & stupenda præsumptio crudeliori debet exstirpari supplicio: & ita in eis ordinatum debet sævire judicium, quatenus usquequaque puniatur quod nequiter definitum prænoscitur. Qua de causa dum in hac sancta synodo per aliarum causarum semitas dirigeremus cautissime gressus, extemplo eorumdem infidorum conspiratio ad unionis nostræ pervenit auditus, eo quod non solum contra suam pollicitationem, suorum rituum observatione, tunicam fidei, qua eos per undam sacri baptismatis induit sancta mater ecclesia, maculaverint, sed & regni fastigium, sibi (ut præmissum est) per conspirationem usurpare maluerint. Quod infaustum facinus dum ex ipsorum professionibus noster plenissime nosset conventus, hujus decreti nostri sententia eos decernimus irrevocabili feriri censura; scilicet ut ex jussione piissimi & religiosissimi principis nostri Egicani (qui zelo domini accensus, & sanctæ fidei ardore compulsus, non solum injuriam crucis Christi vindicare vult, sed & gentis suæ ac patriæ exitium, quod fore illi inferendum [h] sævius decrevere, acrius extirpare intendit) suis omnibus rebus nudati, & ipsæ resculæ fisci viribus sociatæ, tam eorumdem perfidorum, vel reliquæ posteritatis, a locis propriis exolutæ, [i] per cunctas Hispaniæ provincias perpetuæ subjectæ servituti, his quibus eos jusserit servituros largitæ, maneant usquequaque dispersæ. Nec quoquo pacto eis in infidelitatis suæ obstinatione durantibus, ad genuitatis statum detur quandoque occasio revertendi, quos numerosa examussim facinorum suorum macula denotavit. Sic tamen decernimus, ut secundum electionem principis nostri, aliqui ex servis Christianis eorumdem Iudæorum eligantur, qui de proprietatis eorum peculio, quantum illis sæpefatus dominus noster per auctoritatum seriem, aut scripturas libertatis conferri elegerit, accipiant. Et quidquid functionis in rationem publicam ipsi Iudæi visi sunt hactenus persoluisse, prædicti illorum servi, quos idem princeps noster elegerit, sine qualibet excusatione, in omni debeant integritate persolvere. Illi denique qui eosdem Iudæos ex largitione sæpefati domini nostri donatos perceperint, tale placitum in nomine suæ gloriæ conscribant; quatenus in nullo eos permittant rituum suorum ceremonias celebrare, aut colere, vel quascumque parentalis perfidiæ semitas imitari. [k] Sed & filios eorum utriusque sexus decernimus, ut a septimo anno eorum nullam cum parentibus suis habitationem aut societatem habentes, ipsi eorum domini, qui eos acceperint, per fidelissimos Christianos eos nutriendos contradant, ea scilicet ratione, ut & masculos Christianis feminis in conjugio copulent, & feminas Christianis similiter viris maritali societate adjungant. Et neque parentibus, sicut diximus, neque filiis sit penitus licentia quoquo pacto Iudaicæ superstitionis ceremonias custodire, neque infidelitatis suæ semitas quibuslibet occasionibus iterare.

[h] sæpiùs

DE GRATIARUM ACTIONE.

CUNCTIS denique ad sacræ institutionis, vel aliorum negotiorum ordinem pertinentibus, Deo favente, consummatis atque finitis, eidem regi omnium domino, & inæstimabiliter glorioso grates ineffabiles pandimus, concentus melodicos insonamus, & hymnorum vota continua jubilatione præcinimus, pro eo quod universitatem nostram, sub sui nominis timore in unum collegit, & vicissim nos nobis visione alterutra præsentaneos reddidit; hujus obnixius omnipotentiam precibus indefessis orantes, ut orthodoxo ac religiosissimo principi nostro Egicano longævitatem felicium temporum largiatur; per suæ voluntatis itinera ejus dirigat gressus; tribuens ei sibi creditarum plebium phalangas pie regere, moderamine discreto disponere, ac miserationis ore fulcire: quo post innormes temporum cursus, de temporali regno ad regnum æternum gestis piissimis opulentum eum transferre dignetur, usquequaque cælicolis sociandum, cujus jussu atque imperio ad hunc pacis conventum congregati fuisse dignoscimur.

ANNO CHRISTI 694.

LEX IN CONFIRMATIONE CONCILII EDITA.

CONGRUUM satis genti ac patriæ nostræ, atque expedibile perpenditur omni ecclesiæ, si ea quæ synodali definiuntur conventu, principali confirmentur stylo. Idcirco per hujus legis decretum serenitatis nostræ mansuetudo decernit, ut omnium capitulorum sententiæ, quæ in hac sancta synodo promulgata noscuntur, firmissimæ stabilitatis obtineant robur: id est:

I. De tribus diebus, quibus in initio concilii nihil aliud agendum jubetur, nisi tantum de fide, ac de aliis rebus spiritualibus, nullo sæcularium interposito.
II. De obserandis ostiis baptisterii in initio quadragesimæ.
III. De ablutione pedum in cœna domini facienda.
IV. De sacris ministeriis, vel ornamentis ecclesiarum.
V. De his qui missas defunctorum pro vivis audent malevole celebrare.
VI. De diebus litaniarum per totos duodecim menses celebrandis.
VII. De munitione conjugis ac prolis regiæ.
VIII. De Iudæorum damnatione.

Quarum omnium constitutionum decreta quicumque temeranda crediderint, observare noluerint, venerari neglexerint, cujuslibet sint generis personæ, vel ordinis, secundum præcedentium conciliorum leges, quæ in confirmatione eorum sunt promulgatæ, sive excommunicatione, seu etiam damno maneant usquequaque damnati.

TITULI SENTENTIARUM

QUÆ IN VETERIBUS EXEMPLARIBUS conciliorum non habentur, sed a quibusdam in ipsis inserta sunt.

I. *De rebus episcopi propriis acquisitis.*
II. *De non alienandis ab episcopo rebus.*
III. *De clericis qui crimen capitale commiserint.*
IV. *De episcopis qui per testamentum de rebus ecclesiæ aliquibus contulerunt.*
V. *De clericis qui sine epistolis sui pontificis proficiscuntur.*
VI. *De presbyteris parœcitanis res ecclesiæ distrahentibus.*
VII. *De eisdem, ut quidquid emerint in nomine ecclesiæ comparent.*
VIII. *Ut sacerdotes & Levitæ canes ad venandum & accipitres non utantur.*
IX. *De venditionibus quas abbates facere præsumunt.*
X. *Ne unus abbas duobus cœnobiis præferatur.*
XI. *Ne monasterium sine notitia episcopi construatur.*
XII. *De rebus ecclesiæ usu collatis, ut præscriptione temporis non defendantur.*
XIII. *De lapsis qui de catholica fide in hæresim transeunt.*
XIV. *De incestis conjugiis.*
XV. *De his qui servos suos extra judicem necant.*
XVI. *De laicis qui in solennitatibus majoribus ad civitatem non concurrunt.*
XVII. *De clericis qui ab ecclesiæ officio diebus solennibus desunt.*
XVIII. *De Levitis, ne sine jussu presbyteri sedeant.*
XIX. *De ministris, ne in secretario ingrediantur.*
XX. *De catholicis, ne hæreticorum connubiis copulentur.*
XXI. *De Levitis & clericis, ne magi vel incantatores sint.*
XXII. *De seditionariis clericis.*
XXIII. *De scurrilibus vel jocularibus clericis.*

SENTENTIÆ.

I.

QUIDQUID episcopus de suo proprio habet, ad heredes suos relinquat": quidquid de provisione ecclesiæ, sive de agris, sive de frugibus, sive de oblationibus, omnia in jure ecclesiæ servare censuimus. [" Agathense 48.]

II.

Diacones," presbyteri in parochia constituti, de rebus ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare; quia res sacratæ Dei esse noscuntur. Similiter & sacerdotes de rebus ecclesiæ sibi commissis nihil, ut superius comprehensum est, immutilare præsumant. Quod si facere voluerint, convicti in concilio, ab honore depositi, nec in fine communionem accipiant, & de suo proprio aliud tantum restituant, quantum visi sunt præsumpsisse. [" Idem 49.]

Sane si quis pro qualibet conditione, de rebus ecclesiæ aliquid alienare voluerit, si de suo proprio tantum ecclesiæ contulerit, quantum visus est abstulisse, tum demum illud stare licebit. Ita tamen libertos quosquos sacerdotes, presbyteri, vel diacones de ecclesia sibi commissa facere voluerint, actus ecclesiæ prosequi jubemus. Quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reverti servitium.

III.

Si episcopus", presbyter, aut diaconus crimen capitale commiserint, aut chartam falsaverint, aut testimonium falsum dixerint, ab officii honore depositi, in monasterium retrudantur, & ibi tantummodo quamdiu vixerint laicam communionem accipiant. [" Idem 50.]

IV.

Si episcopus condito" testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi vel tantum de juris proprii facultate suppleverit. [" Idem 51. & Epaunense 17.]

V.

Presbytero, aut diacono", vel clerico sine antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat. [" Idem 52. & Epaun 6.]

VI.

Quidquid parœciarum" presbyter de ecclesiastici juris possessione distraxerit, inane habeatur, & vacuum, venditorem comparantis actione vertentem. [" Idem 53. & Epaun. 7.]

VII

Presbyter dum diœcesim" tenet, de his quæ emerit ab ecclesiæ nomine scripturam faciat, ut ab ejus quam tenuit ecclesiæ ordinatione discedat. [" Idem 54. & Epaun. 8.]

VIII.

Episcopus, presbyter, & diaconus, canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus, si episcopus est, tribus mensibus a communione suspendatur, presbyter duobus mensibus abstineatur, uno diaconus ab omni officio vel communione cessabit. [" Idem 55. & Epaun. 4.]

ANNO CHRISTI 694.

IX.

Venditiones ", quas abbates facere præsumpserint, forma servetur, ut quidquid sine episcopi notitia venditum fuerit, ad potestatem episcopi revocetur. Mancipia vero monachis donata ab abbate non liceat manumitti. Injustum enim putamus, ut monachis quotidianum rurale opus facientibus servi eorum libertatibus otium potiantur.

" Agath. 56. & Epaun. 8.

X.

Vnum " abbatem duobus monasteriis interdicimus præsidere.

" Idem 57. & Epaun. 9.

XI.

Cellulas " novas, aut congregatiunculas monachorum, absque episcopi notitia prohibemus institui.

" Idem 58. & Ep. 10.

XII.

Clerici ", quod etiam sine præceptoris qualibet diuturnitate temporis, de ecclesiæ remuneratione possederint, cum auctoritate domini gloriosissimi principis nostri, in jus proprium præscriptione temporis non vocentur: dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse; ne videatur etiam episcopi administrationis prolixæ, aut precatorias, cum ordinati sunt, facere debuisse, aut diu tentas facultates proprietatis suæ posse transcribere.

" Idem 59. & Ep. 18.

XIII.

Lapsis ", id est, qui in catholica baptizati, prævaricatione damnabili post in hæresim transiere grandem, redeundi difficultatem sanxit antiquitas: quibus nos annorum multitudine breviata, pœnitentiam biennii conditione infrascriptæ observationis imponimus: ut præscripto biennii tertia die, sine relaxatione jejunent, & ecclesiam studeant frequentare: in pœnitentiæ loco standi & orandi humilitatem noverint observandam, etiam cum catechumenis procedere cum monentur, abscedant. Hoc si observare voluerint constituto tempore, admittendis ad altarium observatio relaxetur: quam si arduam vel duram forte putaverint, statuta præteritorum canonum implere debebunt.

" Idem 60. & Ep. 29.

XIV.

De incestis " conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos vero neque ullo conjugii nomine prævalendos, præter illos, quos nominare funestum est, hos esse censemus.

" Idem 61. & Ep. 30.

Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverit: si quis frater germanam uxoris accipit: si quis novercam duxerit: si quis consobrinæ sobrinæve se societ. Quod ita præsenti tempore prohibemus: ita ea quæ sunt ante nos instituta non solvimus. Si quis relictæ avunculi misceatur aut patrui, vel prævignæ concubitu polluatur. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

XV.

Si quis servum " proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione biennii sanguinis se mundabit.

" Idem 62. & Ep. 34.

XVI.

* Vt cives " superiorum natalium noti paschæ, ac nativitatis domini solennitatem episcopis, nec intereſt in quibus civitatibus positus accipiendæ benedictionis desiderio; noverint, qui hoc facere neglexerint, triennio priventur ecclesiæ.

" Idem c. 63. & Ep. 35.

XVII.

Si quis in clero " constitutus ab ecclesia sua diebus solennibus defuit, id est, nativitate domini, sancta epiphania, pascha vel pentecoste; dum potius sæcularibus lucris studet, quam servitio suo parere convenit, triennio a communione suspendatur. Similiter diaconus, vel presbyter, si tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

" Idem

XVIII.

Quoniam non " oportet diaconum sedere præsente presbytero, sed ex jussione presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur diaconus a ministris inferioribus, & omnibus clericis.

" Idem

XIX.

Quoniam " non oportet ministros licentiam habere in secretario, quod Græci diaconœcon appellant, ingredi, & contingere vasa dominica.

" Idem

XX.

Quoniam " non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, & vel filios, vel filias dare, sed potius accipere: si tamen se profitentur Christianos futuros esse catholicos.

" Idem

XXI.

Quoniam non oportet " ministros altaris, aut clericos, magos aut incantatores esse, aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum. Hos autem qui talibus utuntur, projici ab ecclesia jussimus.

" Idem

XXII.

Seditionarios nunquam " ordinandos clericos, sicut nec usurarios, vel injuriarum suarum ultores.

" Idem 6

XXIII.

" Clericum " servilem, & verbis turpibus jocularem, ab officio retrahendum.

" Idem Agathensi conc. c. " scurril habet editio Garsi & titulus id docet.

NOTÆ SEVERINI BINII EX GARSIA.

a *Sancta Leocadia.*] Vitam D. Leocadiæ, ejusque mortem scriptam invenies in festis propriis sanctorum Toletanæ diœcesis, a sanctissimo papa Gregorio XIII. approbatis.

b *Implevit cor tuum.*] Actuum apostolorum 5. ubi in vulgata editione pro *implevit*, legitur, *tentavit*. In Græca tamen ἐπλήρωσεν est: quamquam unus apud me manuscriptus liber ἐπείρασεν habet, ut Latina versio.

c *Licet in initio quadragesimæ.*] Baptizare non oportet quemquam ex antiqua institutione post duas hebdomadas quadragesimæ, ut Siriciuspapa ad Himerium Tarraconensem episcopum cap. 2. Et in multis aliis epistolis & conciliis decernitur, præter quam paschatis & pentecostes tempore, nisi maxima necessitate urgente. Vnde baptisteria aliis temporibus clauduntur.

Cap. 2. Quo tempore baptismum administrari liceat.

d *Cælebe satis.*] Cyprianus de unctione chrismatis hunc morem innuit. *Hac die*, inquit, *primum commendata est nobis fractio panis: hodie Christus pedes lavit apostolis: & hoc solenni devotione omni tempore agendum instituit.* Et idem de ablutione pedum: *Mandatum*, inquit, *simul & exemplum complexus est, ut hoc exemplo instructi non dedignentur in alterutrum agere quod actum est a magistro, ut mandato posteris religionis auctoritas firmaretur.* Isidorus lib. 1. offic. ecclesiast. cap. de cœna domini: *Eo etiam tempore & die salvator surgens a cœna pedes discipulorum lavit, propter humilitatis formam commendandam; ad quam docendam venerat, sicut & ipse consequenter exposuit. Quod etiam docebat potissimum, ut facto doceret quod observare discipulos præmoneret. Inde etiam in ecclesia usu receptum fuit, ut pedes lavarentur ante sumptionem eucharistiæ:* quod tamen abrogatum esse testatur D. Aug. epist. 119. cap 8. *Sane* (inquit) *etsi ecclesia, quod externum erat, remiserit, lotionem scilicet pedum, finem & rem hujus signi retinet, probationem scilicet & internam præparationem.* hæc Augustinus.

Cap. 3. Qualis celebritas cœna domini observata.

e *Noli narrare.*] In vulgata editione est: Noli amare. Nisi ex Græco legas: noli arare: sic enim verba habent: μὴ ἀροτρία ψεῦδος ἀδελφῷ σου, &c.

Cap.

f *Litania-*

f *Litaniarum.*] De litaniarum usu & nomine vide Isidorum lib 6. etymol. capite ultimo sub finem: Albinum Flaccum de divinis officiis cap De litania majore: Amalarium Fortunatum de eccles. offic cap. 28. Rabanum Maurum cap. 19. Vvalafridum libro de rebus ecclesiast. cap. 28. Toletanum concilium V. cap 1. novas litanias instituit, a die Iduum Septembrium per triduum: & confirmantur concilio VI. Toletano cap. 2. & concilio Bracarensi II. cap. 9 De hac re superius diximus.

g *Exomologeses celebrentur.*] Isidorus lib. 6. etymolog. capite ultimo: *Exomologesis*, inquit, *Græco vocabulo dicitur, quod Latine confessio interpretatur; cujus nominis duplex significatio est: aut enim in laude intelligitur confessio, sicut est: Confiteor tibi, Pater cæli & terra: aut dum quisque confitetur sua peccata, ab eo indulgenda, ministerio sacerdotis, cujus indeficiens est misericordia.* Vide etiam Rabanum de institutione clericorum cap. 14.

h *Regina diutinis & felicioribus*, &c.] De prolis regiæ incolumitate procuranda, fideque regi, filiis, uxorique ejus observanda, multa invenies decreta, præsertim concilio Toletano IV. cap. 74. & Toletano V. cap. 4 & Toletano VI. cap. 17. concilio Toletano X. cap. 2 & Toletano XIII. cap. 4. Toletano XVI. cap 10. ubi severissime contra eos qui regum vitæ, liberis, uxoribus, fortunisque insidiantur, decernitur.

B

i *Per cunctas Hispaniæ provincias.*] Id exemplum secutus Philippus II. Hispaniarum rex dominus noster, anno MDLXX. omnes Arabes in Granatensi regno degentes, ob perfidiam & immanem conspirationem, per universas Hispaniæ urbes dispersit, & bello captos servituti tradidit.

k *Sed & filios eorum.*] Hinc recte Gregorius nonus Argentinensi rescripsit episcopo, & habetur in cap. ex literis, de conversione infidelium: *Cum filius in patris potestate consistat, cujus sequitur familiam, & non matris; & in ætate tali quis non debeat apud eas remanere personas, de quibus possit esse suspicio quod saluti vel vitæ insidientur illius; & pueri post triennium apud patrem non suspectum ali debeant & morari; materque pueri, si eum remanere contingeret apud eam, posset illum adducere ad infidelitatis errorem, in favorem maxime fidei Christianæ respondemus, patri eumdem puerum assignandum.* Hæc Gregorius. Ceterum sunt qui dubitant, an liceat antequam filii sunt rationis compotes, eos a parentibus suspectis in fide separare, magistrisque, vel aliis Christianis tradere; ut sine suspicione in Christiana religione erudiantur, existimo hoc licitum & expediens esse. Nam primo licet eos, invitis & renuentibus parentibus Christianis, in fide suspectis, baptizare: pari ratione æquum erit contra voluntatem parentum eos in fide informare atque cogere, ut eam quam in baptismo professi sunt fidem observent. Secundo parentes possunt impelli, ut observent omnia nostræ religionis præcepta, etiam inviti, jure baptismatis: inter cetera vero fidei præcepta, hoc unum est, ut in fide & religione catholica filios alant. Tertio licitum est, renuente marito mulierem fidelem a viro infideli separare, propter periculum apostatandi: & vinculum matrimonii ita strictum est in hac re, sicuti vinculum parentum & filiorum. Ex quo colligo nullum efficacius remedium posse adhiberi Sarracenorum in Hispania infidelitati, quam ut ab eorum domibus & doctrina filii abducantur, tradanturque Christianis vitæ & religionis probatæ, in doctrina Christiana erudendi. Nam experientia compertum est filios Sarracenorum, post tot generationes, a patribus in infidelitate clam nutriri, & in antiqua secta Agarenorum erudiri. Vnde principes sæculares, & ecclesiastici tenentur existimare, probabili conjectura ducti, idem in aliis temporibus fore. Præterea quia licet in principio nascentis ecclesiæ erat licitum, post susceptam fidem, virum fidelem ab uxore infideli non discedere, vel contra, sed eadem in domo & commercio manere, ut constat ex Paulo 1. ad Corinth. 7. propter spem conversionis alterius, tamen ab hinc octingentos annos ecclesia contrarium præcepit: sicque lege, consuetudine & usu introductum est, ut fidelis non maneat cum infideli, ex concilio Toletano IV. cap. Iudæi, & habetur 28. quæst 1 & cap. Sæpe: nam jam ecclesia non habet spem conversionis infidelis. Idem principes tenentur hisce temporibus de Sarracenis sentire, quorum cor induratum esse præcepsque ad infidelitatem, usu rerum & testimoniis virorum comprobatum est: ita ut in filiorum tenera indole virus perfidiæ suæ quotidie videamus distillare altius, quam mariti in cordibus feminarum, vel feminæ in cordibus virorum Sed dicet aliquis: Quibus sunt alendi stipendiis filii a parentibus abducti? id facile erit animadvertere, parentum stipendiis: siquidem lege naturæ indictum est, teneri parentes suis stipendiis in virtute & regula rationis alere filios: nam sicuti educatio naturalis parentum est opus, ita educatio libera, & rationalis. Et quia Sarraceni deficiunt in his quæ sunt justa naturali lege, & in his quæ supernaturali, quæ spectant ad eruditionem: ideo propriis sumptibus alendi sunt eorum filii, ut in fide & religione Christiana informentur, separandique a parentum convictu, & aliorum Sarracenorum, ut educatio sit utilis. Vnde licitum esset principi certum vectigal super omnes Sarracenos imponere, eorumque sumptibus scholas erigere, magistros doctos conducere, quorum opera filii in fide & religione nutrirentur. Et audeo dicere hoc, si non efficax, saltem utile remedium esse ad eorum infidelitatem & apostasiam coercendam extinguendamque. Alterum esset, quod hoc concilio cautum est, ut a parentibus in puerili ætate semoti, inter Christianos fideles educarentur, non cognitis parentibus ignoratoque genere, sed remoti a patria, Christianis feminis probatæ fidei matrimonio locarentur. Adde quod etiam justum esset Sarracenis lege gravibus pœnis interdicere matrimonia inter se contrahere; nam id experientia constat eos abuti sacro conjugio, & esse copulatos in perniciem sanctæ & regiæ majestatis, seminariumque perfidiæ & apostasiæ. Neque pigebit ultimo scribere quæ Francis. Ximenius vir doctus & sanctus literis mandavit, libro 5. de natura angelica capite 38. *Hispania propter commercium Sarracenorum multa mala patietur*, (inquit) *& innumeris calamitatibus afficietur:* quæ ab archangelo Michaele prædicta esse affirmat.

Anno Christi 694.

[a] CONCILIVM TRAIECTENSE AVCTORITATE SANCTI VVILLEBRORDI congregatum, anno redemptoris nostri DCXCVII. tempore Sergii papæ.

Anno Christi 697.

a *Concilium*] Hoc concilium habitum est in civitate inferioris Germaniæ, quæ Vltrajectum vulgo nominatur. Cujus auctoritate indictum, quidve in eo constitutum fuerit, refert Marcellinus in vita Svviberti apud Surium die 1. Martii cap. 14. hisce verbis: *Cui sanctæ synodo præfuerunt sanctus Vvillebrordus & Svvibertus antistites constantiores. In qua conclusum & definitum fuit,* C *ut omnes primi prædicatores in exteras provincias prædicarent verbum Dei*, &c. De loco habitæ synodi ista habet: *Deinde animadvertentes præfati sancti pontifices,* Vvillebrordus scilicet & Svvibertus, *& egregii prædicatores, qui cum eis ex Anglia venerunt Trajectum, quod multus populus, Deo prosperante, ab infidelitatis errore ad Christum conversus esset, convocata synodo in novella ecclesia Trajectensi, decreverunt more apostolorum & discipulorum Christi in diversas circumjacentes barbaricas nationes præstantiores prædicatores dimittere ad prædicandum ipsis fidem*, &c. Qui vero eidem synodo interfuerint, idem auctor prædicto loco enarrat his verbis: *Erant autem eo tempore in eadem pri-* D *mitiva ecclesia Trajectensi apostolici pontifices, & canonici egregii prædicatores, qui sanctum Svvibertum episcopum cum sanctis Evvaldis sequentes, constanter Christum gentibus prædicaverunt: utpote sanctus Vvinfridus sacerdos, qui postquam tredecim annos in ecclesia Trajectensi ut canonicus degisset, archiepiscopus Moguntinensis consecratur, & Bonifacius appellatur, qui post obitum sancti Vvillebrordi Trajectensis episcopi rediens, secundus archiepiscopus Trajectensis ordinatur. Qui postquam decem & sex annis per Frisiam prædicasset, martyrio in Frisia coronatur cum suis; similiter sanctus Vviro episcopus Deirorum: sanctus Plechelmus episcopus de Massa candida: vel secundum Bedam* E *Candida casa: sanctus Othgerus Levita cum plerisque aliis gloriosis sacerdotibus & prædicatoribus*, Hæc Marcellinus de synodo Trajectensi prædicto loco.

Verbum Dei exteris gentibus esse prædicandum.

CONCILIVM BERGHAMSTEDÆ ANNO QVINTO VVITHREDI REGIS CANTII, id est Christi DCXCVII sub Bertvaldo Cantuariensi archiepiscopo celebratum, præsentibus Gybmundo episcopo Roffense, & omnibus ordinibus illius gentis, cum viris quibusdam militaribus, in quo de moribus cavetur ad ecclesiæ cognitionem plerumque pertinentibus.

Anno Christi 697.

ANNO CHRISTI. 697.

Appellantur autem istæ constitutiones in Saxonico codice manuscripto, judicia Vvithredi, & sunt ut sequuntur.

HÆC SVNT IVDICIA VVITHREDI REGIS CANTVARIORVM.

PRÆFATIO.

Tempus, locus, & conventus.

ANNO quinto mitissimi regis Cantuariorum Vvithredi, indictione prima, in loco qui vocatur Berghamstede, die sexto mensis ..... congregati sunt sacri ordines, scilicet Birtvvaldus summus Britanniæ pontifex, & regi intimus a consiliis, Gybmundus etiam Hroffensis episcopus, nec non ceteri ordines ecclesiastici illius gentis: qui cum viris utique militaribus, humanissime & communi omnium assensu, has leges decrevere, Cantuariorumque juribus & consuetudinibus prout sequitur addendas edixere.

CANONES.

I.

Ecclesia libera. Pro rege orat.

Libera sit ecclesia, fruaturque suis judiciis, & reditibus, seu pensionibus. Pro rege preces fiant, mandatisque ejus non cogente necessitate sed ex sponte obediunto.

II.

Pax ecclesiæ.

Pacis ecclesiæ (quod Mundburgum vocant) quinquaginta solidorum esto compensatio. Tantumdem sicuti & regis.

III.

Adulter impœnitens.

Adulteri ad vitæ probitatem per pœnitentiam reducantor a peccatis, vel a cœtu ecclesiastico arceantor.

IV.

Alienigena adulter.

Alienigenæ vero qui hac spurcitie contaminati fuerint, & nolunt resipiscere, terra exeant, peccata sua una cum suis facultatibus deportantes, quemadmodum in aliis gentibus ab ecclesiastica communione depelluntur.

V.

Vir militaris adulter.

Si acciderit virum militarem, (qui *Sithcundman* appellatur) finito hoc concilio, in adulterio (spreto regis, episcopi, librique judicialis sententia) deprehendi, domino suo centum solidos dependito.

VI.

Paganus adulter.

Si villicus fuerit aut paganus, quinquaginta solidis mulctator, etiamsi peccatum demiserit resipiscens.

VII.

Sacerdos adulter. " deliquerit,

Si sacerdos adulteriũ " dereliquerit, baptismumque nequiter non distulerit, nec ebrietati deditus fuerit, suum retineat ministerium, habitusque sui privilegium.

VIII.

Tõsuratus irregularis.

Si tonsuratus regulam suam non custodierit, transeat alias in hospitium, si eum quispiam voluerit accipere: nec hoc tamen fiat nisi licentia concedatur ipsum diutius sustentandi.

IX.

Servus ad altare manumissus.

Si quis servum suum ad altare manumiserit, liber esto, & habilis sit ad gaudendum hereditate & vvirgildo, & fas sit ei ubi volet sine limite versari.

X.

In die [...] operans.

Si in vespera præcedente diem solis, postquam sol occubuit, aut in vespera præcedente diem lunæ post occasum solis servus ex mandato domini sui opus aliquod servile egerit, dominus factum octoginta solidis luito.

XI.

Vel itinerans.

Si servus hisce diebus itineraverit, domino pendat sex solidos, aut flagello cædatur.

XII.

Liber id [...]ciens.

Si liber homo [id faciat] tempore vetito, sit reus collistrigii mulctæ: & qui eum detulerit, dimidium habeat tam mulctæ quam vvirgildi.

XIII.

Paganus diabolo ferens.

Si paganus uxore sua nescia diabolo quid obtulerit, omnibus fortunis suis plectitor & collistrigio. Sin & ambo pariter itidem fecerint, omnium bonorum suorum amissione ipsa etiam luat & collistrigio.

XIV.

Servus [...] ferens.

Si servus diabolo offerat, sex dependat solidos, aut flagro vapulet.

XV.

Servo [car]nem offerens in jejunio.

Si quis servo suo carnem in jejunio dederit comedendam, servus liber exeat.

XVI.

Sponte [e]dens.

Si servus ex sponte sua eam ederit, aut sex solidis, aut flagello.

XVII.

Verbum [re]gis & episcopi.

Episcopi & regis verbum, seu affirmatio, sine juramento sit irrefragabile.

XVIII.

Purgatio archimandritæ, sacerdotis, diaconi.

Præpositus monasterio suam faciat professionem ut sacerdos. Sacerdos vero semet purgato juxta simplicem veritatem in sanctitate regulæ suæ coram altari, dicendo in hunc modum: *Veritatem dico in Christo, non mentior.* Sic & diaconus semet purget.

1. Tim. [...]

XIX.

Clerici.

Clericus adhibitis sibi quatuor aliquibus compurgatoribus, se purgato; demisso autem capite, & una manu ad altare, altera ad juramentum parata.

XX.

Advenæ.

Advena sui solius juramento super altare semet purgato. Similiter & thanus regis.

XXI.

Pagani.

Paganus cum quatuor compurgatoribus, capite suo ad altare inclinato, semet eximat: & in hunc modum rata sint omnia juramenta.

XXII.

Ecclesiæ cognitio.

Ad ecclesiæ pertinet cognitionem, si quis aliquem e clientela episcopi accusaverit,

verit, vel eum a cognitione regis ad pagi vel loci præpositum deduxerit: vel si præpositus eum purgaverit, vel cædendum tradiderit.

XXIII.

Si quis Dei mancipium in conventu suo accusaverit, dominus ejus eum simplici suo juramento purgabit, si eucharistiam susceperit. Ad eucharistiam autem si nunquam venerit, habeat in juramento fidejussorem bonum, vel solvat, vel se tradat flagellandum.

XXIV.

Si servus viri popularis servum viri ecclesiastici accusaverit, vel servus ecclesiastici servum viri popularis, dominus ejus singulari suo juramento eum expurgabit.

XXV.

Si homo sæcularis latronem occiderit, † sine vvirgildo jaceat interfectus.

XXVI.

Si quis hominem liberum latrocinium seu rem furatam secum deferentem comprehenderit, unum e tribus rex elegerit, an reum interficiet, vel trans mare ablegaverit, vel vvirgildum ejus maluerit. Ille vero qui eum vicit & comprehendit, dimidium habeto: sed si eum occiderit, septuaginta solidis eluito.

XXVII.

Si servus furatus fuerit, & passus quispiam est eum aufugere, solvat septuaginta solidos, vel .... utrum rex voluerit. Si quis eum occiderit, domino ejus dimidium pendito.

XXVIII.

Si alienigena vel peregrinus aliquis devius vagetur, & nec ore vociferaverit, nec cornu insonuerit, pro fure comprobandus est, & vel occidendus, vel relegandus.

Post Vvithredi regis superiores constitutiones quæ proxima pagina edita sunt in eodem codice manuscripto pluribus sequuntur interpositis, nulli auctori designata vel tempori.

QVOMODO DAMNA ET INIVRIÆ SACRIS ORDINIBVS ILLATA sunt compensanda.

I.

SEPTEM sunt dona Spiritus sancti, septem etiam gradus ordinis ecclesiastici, & sacræ functionis. Septies insuper quotidie laudare debent in ecclesia Deū famuli ejus, pro populo Christiano instantius orantes, & amicos Dei debite excitantes, ut ecclesiam ejus diligant & honorent, famulosque pace & concordia tueantur. Damnum igitur quod verbo vel facto quispiam ei intulerit septena compensato retributione: & hoc alacrius, tam is qui damnum intulit, quam is qui exinde commodum retulit, si tanti fuerint ejus facultates, sacris ut canonibus plenarie satisfactum sit & ordinibus.

II.

Sanctificetur domus Dei, & ob divinum intuitum enixius honoretur. Compensationes sacris ordinibus debitæ singulis juxta graduum & personarum suarum qualitatem, uti par est, exhibentor. Primo gradui simplex libra, & cum pia & religiosa compensatione, & ab intimo corde veniam petat delinquens.

III.

Compensationem sacris ordinibus debitam, juxta vitæ cujuslibet æstimationem redditote: secundo *scilicet* gradui, duas libras, cum religiosa confessione.

IV.

Ad sacros ordines compensandos plenum precium juxta violationis æstimationem dependite: tertio gradui tres libras, cum pia simul confessione.

V.

Sacris ordinibus violatis plenam exhibeto emendationem: quarto gradui quatuor libras.

VI.

Ad sacros ordines compensandos integram redde violationis æstimationem; quinto gradui quinque libras, adhibita simul confessione.

VII.

Ad sacros ordines compensandos plenum violationis precium redde, cuique *scilicet* juxta veram capitis sui æstimationem: sexto gradui sex libras, cum pia simul confessione.

VIII.

Ad sacros ordines compensandos plenum violationis precium redde, cuique *scilicet* juxta veram capitis sui æstimationem: septimo gradui septem libras, cum pia simul confessione.

IX.

Ad sacri ordinis compensationem, is dignam pacis emendationem reddat, a quo violatio perpetrata est. Iustum est coram Deo & hominibus, ut post illatam injuriam compensatio fiat plena mensura & benigne.

X.

Compensationis sacris ordinibus tributæ pars una cedit episcopo, altari altera, & tertia * fraternitati.

* *vel* contubernio.

Anno Christi 698.

[a] CONCILIABULUM AQUILEIENSE
CONTRA QUINTAM SYNODUM HABITUM tempore Sergii papæ I. anno Christi redemptoris DCXCVIII.

Quinta synodus a schismaticis Aquileiensibus secundo per errorem damnatur.

[a] *Conciliabulum.*] Auctoritate venerabilis Bedæ libro de sex ætatibus, Pauli diaconi lib. 5. cap. 14. & Sigeberti in chronico, constat hoc tempore Aquileiæ contra quintam synodum habitum fuisse concilium, quo ipsam quintam synodum œcumenicam respuendam esse decreverunt, seque ab unione ecclesiæ catholicæ præsciderunt ea de causa, quod damnationem triũ capitulorum in quinta synodo factam, in odium & præjudicium Calchedonensis concilii contigisse interpretarentur. Verba Pauli diaconi hęc sunt: *Hoc tempore synodus Aquileiæ facta: ob imperitiam fidei, quintum universale concilium suscipere diffidit, donec salutatribus beati Sergii papæ monitis instructa, & ipsa cum ceteris Christi ecclesiis annuere consensit.* Eadem de causa habita est synodus Aquileiæ tempore Vigilii papæ, anno domini 553. ut videre est tomi quinti p. 739 E. supra sub pontificatu Vigilii. Eosdem ab antiquo schismate opera sancti Gregorii resipuisse, constat ex actis synodalibus concilii Romani sub Agathone, ubi quidam Aquileiensis episcopus Agatho nominatus eidem concilio interfuisse & subscripsisse reperitur. Quamobrem necessum est dicere, eamdem ecclesiam bis in eumdem errorem relapsam, duabus vicibus opera sanctorum Gregorii & Sergii pontificum ab eodem errore resipuisse.

Observatio Philippi Labbe, S. I.

Cresconianam collectionem veterum canonum ex Dionysii Exigui versione hocce exeunte Christianæ epochæ sæculo non infeliciter concinnatam non est quod quis a nobis hoc loco requirat; cum nec instituti nostri patiatur ratio, ut ex conciliis decretalibusque pontificum Romanorum excerptos certaque methodo illigatos digestosque in arbitrarias compilationes antiquos canones passim ac sine delectu excudamus, quod jam occasione Ferrandi diaconi Carthaginensis ecclesiæ supra monuimus, pag. 1785. tomi IV. nec vero operæ pretium sit id modo oneris suscipere, cum ante aliquot annos opera VV. CC. Guillelmi Voelli theologi & Henrici Iustelli Christophori F. Cresconiana illa collectio prodierit in publicam lucem ex MS. codice bibliothecæ collegii hujusce nostri Claromontani Parisiensis ad calcem tomi I. bibliothecæ juris Canonici, una cum epistola ad Liberium seu Liberinum pontificem missa & breviario eorumdem canonum a Petro Pithœo V. C. primum vulgato præfixa. Quis vero fuerit, aut quo vixerit tempore Cresconius, sive ut quidam scribere malunt, Crisconius, ex Baronianis annalibus disces tomo VII. ad annum Iesu Christi 527. Ibi enim refert in scripto codice cujus est titulus, Concordia canonum, se legisse hæc verba: *Concordia canonum a Cresconio Africano episcopo digesta sub capitibus trecentis. Iste bella & victorias, quas Ioannes Patricius apud Africam de Saracenis gessit, hexametris versibus descripsit.* Hæc autem gesta fuisse hoc exeunte sæculo circa annum æræ Christianæ 698. eruditis viris compertum est.

Anno Christi 701.

VITA IOANNIS PAPÆ VI.

Ioannes [a] VI. natione Græcus, sedit annos tres, menses duos, dies duodecim. [b] Fuit autem temporibus Tiberii Augusti. Hujus temporibus venit Theophylactus cubicularius, patricius, & exarchus Italiæ de parte Siciliæ in urbem Romam. Cujus adventum * cognoscentes, militia totius Italiæ tumultuose convenit apud hanc Romanam civitatem, volens præfatum exarchum tribulare. * Pro cujus pontifex ne affligeretur persona, sese * medium dedit, portas civitatis clausit, sacerdotes [c] apud fossatum, in quo in unum convenerant, misit, & monitis salutaribus tumultuosam eorum seditionem sedavit. Dum vero infames quædam personæ capitulare adversus quosdam Romanæ urbis habitatores fecissent, & prænominato exarcho, ut a propriis substantiis denudarentur, tribuissent, hi juxta sui operis * pœnam mulctati sunt. Deinde vero, dum [d] * Gisolphus dux gentis Longobardorum Beneventi cum omni sua virtute in Campaniam veniret, incendia & deprædationes multas exerceret, captivosque non paucos cepisset, & usque in loco, qui Horrea dicitur, fossatum * fieret, nullusque extitisset qui ei potuisset resistere, denominatus pontifex missis sacerdotibus cum apostolicis donariis, universos captivos de eorum manibus redemit, & illum [e] cum suo hoste ad propria repedare fecit. Hic fecit in basilica beati Andreæ apostoli, quæ ponitur infra ecclesiam beati Petri principis apostolorum, ambonem noviter. Hic super altare ecclesiæ sancti Marci coopertorium fecit, & in basilica B. Pauli apostoli inter columnas altaris, dextra lævaque, vela alba. Hic fecit ordinationem presbyterorum, seu diaconorum unam, id est presbyteros novem, diaconos duos. Fecit autem & per diversa loca episcopos quindecim: qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum, & cessavit episcopatus mensem unum, dies decem & octo.

* cognoscens,
* Pro ... persona
* in m... fossatum
* merce... digna
* Gisulphus,
* fecisset

Notæ Severini Binii.

a *Ioannes.*] Anno domini 701. Octobris 28. post interregnum unius mensis & 20. dierum, Ioannes hujus nominis sextus pontifex creatur.

b *Fuit autem temporibus Tiberii.*] Quem Iustinianus ab exilio reversus, & per aquæductum clam urbem ingressus, post multa ludibria eidem illata, vita simul & imperio spoliavit: idque justo Dei judicio accidisse videtur, ut qui in Romanum pontificem per Theophylactum cubicularium & exarchum suum, ut describit Anastasius supra, insurrexerat, a Iustiniano, ob Sergii pontificis persecutionem naribus obtruncato, eademque de causa imperiali dignitate spoliato, eamdem vitæ & imperii spoliationem sustineret. Eodem Dei judicio factum esse apparet, ut Callinicus patriarcha Constantinopolitanus, qui numero episcoporum multum pollens supradicti conciliabuli canonibus orientalem ecclesiam fœdavit, & in Romanam insurrexit, ab eodem imperatore vinctus, oculisque orbatus, in exilium missus fuerit Romam; ut qui adeo superbe in Romanum pontificem caput extulerat, ab eodem vitæ stipem humiliatus acciperet. Hæc ex Theophanis & Cedreni annalibus.

Tiberius a Iustiniano occisus.

Callinicus patriarcha Constantinopolitanus pœna ...

c *Apud Fossatum.*] Id est castra militum. Baronius anno 702. num. 2.

d *Gisolphus dux Longobardorum.*] Eadem Paulus diaconus, lib. 6. cap. 26. novæ editionis.

e *Cum suo hoste.*] Baronius prædicto loco legit *cum suo stolo*, id est exercitu.

Anno Christi 701.

CONCILIUM SUB ALFRIDO REGE NORDANHYMBRORUM,

Et Berthvaldo archiepiscopo Cantuariæ habitum tempore Ioannis VI. papæ, anno Christi DCCI. in quo Vvilfrido archiepiscopo Eboracensi novæ struuntur machinationes. Ille denuo appellans ad Ioannem papam, inimicos opprimit.

Iam Egfridus in bello Pictorum occubuerat, jam Theodorus in mortem vergebat, qui de

Malm. gest. pont. lib. 3.

de peccato in Vvilfridum commisso sauciatus conscientiam, ipsum & Erkenvvaldum episcopum evocavit Londoniam: ipsis omnia peccata confessus, illo se potissimum permoveri scrupulo dixit, quod in sanctum commisisset, passus eum contra regulas spoliari, vel aperta instantia, vel occulta patientia. Et quia, inquit, finis mihi futuro anno imminet, sicut Deo prænuntiante cognovi, & frequens * ægritudo, rogo te, sanctissime pontifex, ut benignus mihi commissum indulgeas, & sedem archiepiscopatus mei subeas: quippe qui sis omnium Anglorum in Romanis legibus peritissimus; ego Deo donante conabor, ut veteres offensas recenti officiorum sedulitate deleam, reges & auctoritate & precibus amicos facturus. Placide ad hæc, & ut virum sanctum decebat, respondit Vvilfridus: sed ut archiepiscopatum sine majoris definitione concilii susciperet, non * consentit. Totis ergo viribus Theodorus exsurrexit, ut Vvilfridus episcopatum reciperet, missis legatis & scriptis ad Alfridum regem Northumbrorum, qui Egfrido successerat, & sororem ejus Elfledam abbatissam de *Streneshalh*, ut simultatibus retropositis incunctanter caritatem ejus complecterentur. Cujus studii ut fervor patescat, epistolam, quam regi Merciorum Ethelredo direxit, hic ponam.

Gloriosissimo & excellentissimo regi Merciorum Theodorus Dei gratia archiepiscopus in domino perennem salutem.

COGNOSCAT (fili dilectissime) tua miranda sanctitas pacem me habere cum venerando episcopo Vvilfrido, & ideo, carissime, te admoneo, & in Christi caritate præcipio tibi, ut ejus sanctæ devotioni, quantum vires suppetunt, patrocinium, sicut semper fecisti, quamdiu vivas indulgeas; quia longo tempore propriis orbatus substantiis, multum inter paganos in domino laboravit. Et idcirco ego Theodorus humilis episcopus decrepita ætate hoc tuæ beatitudini suggero, quia apostolica, hoc, sicut scis, commendat auctoritas, & vir ille sanctissimus in patientia sua possedit animam suam, & injuriarum sibi irrogatarum mitis & humilis, caput suum sequens medicinam expectavit; &, si inveni gratiam in conspectu tuo, licet tibi pro longinquitate itineris grave videatur, oculi mei jucundam faciem tuam videant, & benedicat tibi anima mea antequam moriar. Age ergo (fili mi) taliter de illo præfato sanctissimo; sicut te deprecatus sum. Quod si patri tuo non longe de hoc sæculo recessuro obedieris, multum tibi proficiet ad salutem. Vale.

Venienti ergo ad reges cum epistolis archiepiscopi Vvilfrido, salutatio impertita, indultus favor. Alfridus, qui eum quondam probe nosset, ad se sponte invitato prius cœnobium *Heugsteldeim*, hinc definitione concilii Eboracensem episcopatum, & Ripis monasterium liberaliter indulsit. Stetit hæc amicitia inter eos vix annis quinque, quoad virosa consilia, in finibus quorumdam consota, eruperunt in publicum: quibus præventus rex Alfridus, monasterium Ripense possessionibus propriis mutilans episcopatum ibi constituere meditabatur, asserens decretis Theodori archiepiscopi consentiendum non primo & ultimo tempore prolatis; sed illis quæ mediis diebus edicta discordia agitare noscuntur. Quibus infensus Vvilfridus, ad regem Merciorum Ethelredum amicum suum discessit. Sub eo plurimo conversatus tempore, Sexvvlfo Licetfeldensi episcopo defuncto, episcopatum illum rexit, omnibus provincialibus amandus juxta & reverendus; plurima machinamenta rege Alfrido & Berthvvaldo archiepiscopo, qui Theodoro successerat, in Vvilfridum struentibus & deterentibus.

Hoc tandem sedit, ut cum spe pacis prætenta vocarent ad concilium, ibi vel blandimentis ad libitum suum inflecterent, vel, si non consentiret, opprimerent. Ille doli nescius, & alios ex rectitudine animi sui metiens, ad concilium perrexit: sed longe aliud, quam speraverat, expertus est. Siquidem cum eum conviciis & falsis objectionibus criminum diu fatigassent, ad ultimum eum interrogarunt, si Theodori archiepiscopi decretis obedire vellet. Quorum ille nequitiam persentiens, callido responso frustratus est, dicens se libenter illis Theodori definitionibus obediturum, quæ sanctis canonibus consonarent. Deinde longa disputatione in ipsos invectus, acriter & vere quod jam per viginti duos annos præceptis trium apostolorum, Agathonis, Benedicti, Sergii, increduli, Theodori archiepiscopi decreta per dissensionem acta diligerent, quievit, & jam Alfrido surgebant cristæ, adeo ut archiepiscopo diceret: Si præcipis, pater, opprimam eum per violentiam. Quod cum etiam inimicis displicuisset, ut tanti nominis vir, & qui eorum fiducia captus ad concilium venisset, sustineret oppressionis præjudicium, alio itinere gradiendum putarunt. Itaque quasi pacifice suadere adorsi sunt, ut quia frequentissime dissensiones in ecclesia Dei ejus causa pullulabant, ipse voluntate sua possessionibus & episcopatu cederet, & hanc renuntiationem scripto firmaret; hoc ejus commendaret famam, hoc accumularet gloriam, si privatus mallet sub quiete degere, quam pro suo pontificatu, vel per se vel per alios procellas seditionum movere.

Sensit pater in his * minis implicitum negotiũ, & respondit, nihil æque ad cumulum infamiæ homini valere, quam si se sua damnaret voce. Se primum fuisse, qui verum pascha in Northanimbria Scotis ejectis docuerit, qui cãtus ecclesiasticos antiphonatim instituerit, qui sanctissimi Benedicti regulam a monachis observari jusserit, pro quibus omnibus nunc senem & septuaginta fere annorum pontificem hoc in munere recipere, ut cogatur seipsum scripto damnare. Nossent ergo se illud non facturum, quod esset sibi dedecus, calamitas subjectis, incommodum cunctis: quin potius sedem apostolicam appellare, & si quis eorum ecclesiasticum conflictum præsumeret ea revocare.

Iam ergo septuagenarius iterum labores, iterum Romam meditatur, nec diu moratus mare transiit, viamque permensus urbem introiit, sustinuitque aliquantis diebus accusatores dum venirent: qui, cum venissent, illi causam suam epistolis, ipse quod ad se attinebat, hoc allegavit modo.

Margin notes: Acta hujus concilii. — * al. nimis. — [left margin, cut off:] ...olorus ...isti... ...rimo... ...on-... ...tola ...d re... ...thel... ...lfridus ...o quo... ...conci... ...stitui.

Domino

ANNO CHRISTI 701.

Domino beatissimo universali papæ Ioanni Vvilfridus supplex & humilis servus servorum Dei episcopus.

Appellatio Vvilfridi ad Ioannem papam.

COGNOSCAT sanctitas vestra, quod perturbationibus nuper in Britannia ortis ex parte eorum qui contra decreta beatissimi Agathonis papæ illiusque successorum venerabilium patrum sibimet episcopatum, & monasteria, terrasque cum omnibus facultatibus meis usurpabant, compulsus hanc sacrosanctam apostolicam sedem appellavi, contestans eos per omnipotentem dominum, & beatum Petrum apostolum, ut si quis aliquam accusationem contra me haberet, ad vestram præsentiam veniret, sicut beatissimi Sergii prædecessoris vestri scripta decernebant: & ideo petitionem humilitatis meæ gloriosæ præsentiæ vestræ offerendam curavi, ut vos largiflua pietatis benevolentia confirmare dignemini, quæ a beatissimis antecessoribus vestris erga meam parvitatem decreta sunt; & si quis contra me accusator advenerit, per vestram jussionem productus in medium, quod voluerit objiciat: & si quidlibet vel minimum objectum non probabiliter cassavero, paratus sum severitatem canonum experiri. Deinde rogo, ut literas commendatorias de vestra celsitudine ad Ethelredum regem Merciorum adipiscar, ut omnia monasteria mea, quæ in ejus sunt provincia, quietem habeant; ad * Alfridum regem Northanimbrorum epistolam habeam, ut omnia mea mihi reddat. Quod si forte sibi grave videbitur, ut episcopatum Eboracensem habeam, prævideat apostolica sedes, quis ibi habeatur episcopus: ego tamen monasteria duo in ea provincia posita Ripis & Hagustaldeiæ, quæ fundavi, non amittam. In fine quoque spondeo me omnibus decretis * Brethvvaldi archiepiscopi pariturum, quæ contra prædecessorum vestrorum fundatissima decreta erga meam parvitatem non fuerint. His cum accusatores a Berthvvaldo archiepiscopo missi respondere jussi essent, hoc primum dixerunt: Esse crimen capitale, quod in concilio in Britannia congregato decretis Brithvvaldi archiepiscopi se non obediturum Vvilfridus contumaciter dixisset. De hoc stans in medio pontifex se expurgavit, ut diceret se sic non indefinite respondisse, sed his tantummodo pariturum, quæ contra canonum decreta non essent: esse autem contra regulas, ut ipse se sine ullo criminis objectu adjudicaret.

* al. Alfrithum.

* Bertvvaldi

Succumbunt ejus adversarii.

Hæc tam probabilis & facilis responsio cum lætum plausum Romanis excitasset, jussi sunt accusatores domum redire, dicentibus episcopis, quod quamvis canonibus cautum esset, ut accusator primo accusationis capitulo decidens, ulterius ad aliorum tentamentum non assurgeret, se tamen pro reverentia Brithvvaldi archiepiscopi non defuturos, quin omnia per ordinem discuterent; factumque est ut quatuor mensibus septuaginta conciliabula coacta, vel propter hoc solum vel hoc præcipuum, finem gloriosum Vvilfrido, ignominiosum accusatoribus habuerint, Romanis maxima impensa mirantibus illorum impudentiam, illius eloquentiam, dum quidquid accusationum objecissent, ille nullo excogitato responso, sed Dei & veritatis fultus auxilio, quasi casses aranearum primo motu labiorum discuteret & subrueret; hoc pronius episcopi mirabantur causidicorum audaciam, quomodo ecclesiasticorum graduum immunes (nisi quod unus eorum diaconus esset) præsumerent accusare venerandum senem septuaginta annorum pontificem, torrentem eloquentiæ: inter se ergo multum diuque græcizantes; tandem ad nostra verba conversi, damnarunt missos dignos carcere, missorem arguerunt stultitiæ, Vvilfridum pronuntiarunt exortem ab omni crimine.

Sententia Romanæ curiæ pro Vvilfrido.

LXX. concilia in quatuor mensibus.

Hic subjicerem quantum emolumenti causæ illius attulerit synodus Agathonis papæ lecta, sed & illud, quod in Meldis civitate Franciæ ab oriente Parisii posita, cum domum rediret infirmitate pressus, visione sanatus sit angelica, nisi Beda venerabilis historicus dignus pro se sermonum sobrietate cui debeat credi, narrationem prævertisset. Nos ab ipso omissa scripturæ perstricte inserimus. Quamvis igitur antistes rem obtinuisset, ambiebat tamen Romæ remanere, senilem spiritum sub dominorum apostolicorum pedibus effusurus. Restitit pio voto pontificis Ioannis ratio, qua diceret eum Angliæ necessarium, ideoque jussit, ut quod supererat ævi non in peregrinis auris consumeret, sed patriæ commodis impenderet, &c.

CONCILIVM TOLETAN. XVIII.

TEMPORE VVITIZÆ REGIS CELEBRATVM, anno domini DCCI. sub Ioanne VI.

[a] *Concilium.*] De hoc concilio Rodericus Toletanus lib. 3. cap. 14. *Hic in ecclesia sancti Petri, quæ est extra Toletum, cum episcopis & magnatibus super ordinatione regni concilium celebravit; quod tamen in corpore canonum non habetur.* Existimo celebratum fuisse hoc concilium sub Gunderico Toletano antistite: *qui* (ut Rodericus ait) *sanctimonia dono illustris fuit, & in multis mirabilibus clarior celebratur.* Hæc Garsias.

Quid de actis concilii sentiat Baronius videre est in ejusdem annalibus anno 701. num. 15.

VITA ET EPISTOLA IOANNIS PAPÆ VII.

ANNO CHRISTI 705.

[a] IOANNES VII. natione Græcus, patre Platone, sedit annos duos, menses septem, dies 17. Fuit autem temporibus Tiberii Augusti, & Iustiniani dudum imperatoris, vir eruditissimus, & facundus eloquentia. Hic fecit oratorium sanctæ Dei genitricis intra ecclesiam beati Petri apostoli, cujus parietes musivo depinxit. Illicque auri & argenti quantitatem multam expendit, & venerabilium patrum dextra lævaque vultus erexit. Hic restauravit basilicam sanctæ Eugeniæ, quæ longo tempore detecta atque diruta fuerat. Laboravit autem & in cœmeteriis beatorum martyrum Marcellini & Marci, Damasique sancti pontificis. Fecit vero & imagines per diversas ecclesias, quas quicumque nosse desiderat, in eis ejus vultum depictum reperiet. Basilicam itemque sanctæ Dei genitricis, quæ Antiqua vocatur, pictura decoravit, illicque ambonem noviter fecit, & super eamdem ecclesiam episcopium, quantum ad

ad se, *constituere maluit, illicque pontificatus sui tempus explevit. Hic fecit calicem aureum præcipuum pensantem libras viginti, quem & gemmis pretiosis decoravit.

Hujus temporibus Aripertus rex Longobardorum donationem patrimonii Alpium * Gutiarum, quæ longa per tempora a jure ecclesiæ privata fuerat, ac ab eadem gente detinebatur, in literis aureis exaratam jure proprio beati apostolorum principis Petri reformavit. Hujus temporibus[b] Iustinianus imperator a partibus * Zachariæ per loca Bulgariæ auxilio Trebellii Bulgarorum regis usque ad regiam urbem veniens, regnum proprium, de quo projectus fuerat, adeptus est. Leonem etiam, & Tiberium, qui locum ejus usurpaverant, cepit, & in medio * circuli coram omni populo jugulari fecit, & obtinuit principatum, de quo antea tumultuose fuerat dejectus. Qui illico ut palatium ingressus est, propriumque adeptus est imperium, tomos, quos antea sub domno Sergio apostolicæ memoriæ pontifice Romam direxerat, in quibus diversa capitula Romanæ ecclesiæ contraria scripta inerant, per duos metropolitanos episcopos demandavit, dirigens per eos & sacram, per quam denominatum pontificem conjuravit ac adhortatus est, ut apostolicæ ecclesiæ concilium aggregaret, & quæque ei visa essent, stabiliret, & quæ adversa, renuendo excluderet. Sed hic humana fragilitate timidus, hos nequaquam tomos emendans per suprafatos metropolitas direxit ad principem, post quæ non diu in hac vita duravit. Hic fecit episcopos per diversa loca numero decem & octo. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum ante altare oratorii sanctæ Dei genitricis, quod ipse construxit sub die XV. Kalendas Novembris, indictione 6. Iustiniano Romanam rempublicam gubernante, & cessavit episcopatus menses tres.

Margin: *struc-|sluit, |*ctia-|al.|ttia-|*zariæ|*ntium|*:o

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Ioannes VII.*] Pontificatum adeptus est anno Christi 705. prima die Martii, cui recens electo hoc prope miraculose contigit, ut homo Græcus opera Græcorum e numero cardinalium aliorum in sede apostolica collocatus, apostolicum spiritum hereditarit, atque imperatori hæretico, conciliabuli Constantinopolitani, de quo supra, confirmationem petenti, nequaquam acquieverit.

b *Idem Iustinianus imperator pro tomis*, &c.] Intellige canones conciliabuli illius Constantinopolitani, de quo supra sub Sergio.

c *Concilium congregaret*, &c.] Iusta quidem, sed indecens petitio. Indignum est sede apostolica, vel quid minimum comprobare, quod non in legitima synodo sancitum esset. Vnde ne quidem ex parte eos approbare & recipere voluit, ut constat infra ex vita Gregorii II. ubi dicitur, quod Constantinus papa hac de causa Constantinopolim evocatus fuerit, atque hac de re per Gregorium successorem suum imperatori responderit: quibus opus non fuisset, si Ioannes VII. ex canonibus, prout petebatur, alios approbasset, alios rejecisset. Vide quæ dicam infra.

EPISTOLA IOANNIS PAPÆ VII. AD ETHELREDUM REGEM.

Extat infra in concilio ad fluvium Nidde, celebrato anno 705.

Edictum Iustiniani imperatoris ad Ioannem papam extat supra post act. 18. sextæ synodi Constantinopolitanæ, " *Vide pag.* 1121. D. Magnum studium, &c. *Verum Binius illud idem edictum missum asseruit paulo ante ad Ioannem V. papam supra*, Vide pag. 1286. C.

ANNO CHRISTI 705.

*CONCILIUM ROMANUM AUCTORITATE IOANNIS PAPÆ VII.

Ad instantiam Iustiniani imperatoris pro canonibus sextæ synodi confirmandis vel reprobandis indictum, anno redemptoris DCCV. tempore Ioannis VII.

* *Concilium.*] Qua occasione hæc synodus Romæ coacta fuerit, indicat Anastasius supra in vita Ioannis VII. nimirum quia per epistolas & legationem ab imperatore Iustiniano petitum est, ut sancitos Constantinopoli canones Ioannes papa congregato concilio examinaret, & quos catholicæ disciplinæ consentientes reperisset, rejectis ceteris probaret, & confirmaret. Indecenti postulato nihil pontifex detulit, & recte: nam inconveniens est & valde indecorum, vel minimum approbare eorum quæ in pseudosynodo constituta fuerunt. Vide quæ dixi supra in vita Ioannis, verbo *concilium*. Hac eadem synodo Vvilfridus Eboracensis episcopus, postquam jam ante sub Agathone papa semel injuste accusatus, in Romano concilio sub eodem Agathone Romæ absolutus fuisset, ab Aldfrido rege secundo accusatus, secundo synodali judicio Romæ absolutus fuit. Hæc teste Beda acciderunt anno quarto ante obitum Vvilfridi, adeoque anno Christi 705. tempore Ioannis papæ septimi. Nam cum testetur eumdem post hanc synodum quadriennio vixisse, anno redemptoris nostri 709. post obitum Osredi regis quarto, episcopatus sui anno 45. diem suum obiisse, negari non potest hanc synodum prædicto tempore celebratam fuisse. Scribit enim Beda libro quinto capite 20. eumdem Vvilfridum annis 45. episcopatum tenuisse: & rursum lib. 3. cap. 26. affirmat primum annum sedis illius cum anno domini 664. coincidisse: unde necessario infertur quod ultimus sedis Vvilfridi inciderit in annum domini 709. qui est quintus post illam synodum finitam, qua illum a calumniis adversariorum absolutum fuisse Beda lib. 5. capite 20. refert his verbis: *Post quinque annos*, inquit, *denuo accusatus ab eodem ipso rege*, Aldfrido scilicet, *& plurimis episcopis, præsulatu pulsus est: veniensque Romam, cum præsentibus accusatoribus acciperet locum se defendendi, considentibus episcopis pluribus cum apostolico papa Ioanne, omnium judicio probatum est, accusatores ejus nonnulla in parte falsas contra eum esse machinatos calumnias. Scriptumque est a præfato papa regibus Anglorum Edilredo & Aldfrido, ut eum in episcopatum suum (eo quod injuste fuerit condemnatus) facerent recipi. Iuvit autem causam absolutionis ejus lectio synodi beatæ memoriæ papæ Agathonis quæ quondam ipso præsente in urbe atque in eodem concilio inter episcopos residente (ut prædiximus) acta est. Cum ergo, causa exigente, synodus eadem coram nobilibus & frequentia populi, jubente apostolico papa, diebus aliquot legeretur, ventum est ad locum ubi scriptum erat: Vvilfridus Deo amabilis episcopus Eboracensis civitatis, apostolicam sedem de sua causa appellans, & ab hac potestate de certis incertisque rebus absolutus, &c. quæ supra posuimus. Quod ubi lectum est, stupor apprehendit audientes: & silente lectore, cœperunt alterutrum requirere, quis esset ille Vvilfridus episcopus. Tum Bonifacius consiliarius apostolici papæ, & alii perplures, qui eum temporibus Agathonis papæ* ibi

Margin: Causa concilii. | Acta concilii. | Tempus concilii.

ANNO CHRISTI 705.

ibi viderunt, dicebant ipsum esse episcopum, qui nuper Romam accusatus a suis, atque ab apostolica sede judicandus, advenerat.

Qui jamdudum, inquiunt, aeque accusatus huc adveniens, mox audita & dijudicata causa & controversia utrinsque partis, a beatae memoriae papa Agathone probatus est contra fas a suo episcopatu repulsus: & tanto apud eum habitus est honore, ut ipsum in concilio quod congregarat episcoporum quasi virum incorruptae fidei & animi probi residere praeciperet. Quibus auditis, dicebant omnes una cum ipso pontifice, virum tantae auctoritatis, qui per quadraginta prope annos episcopatu fungebatur, nequaquam damnari debere, sed ad integrum culpis accusationum absolutum in patriam cum honore reverti.

SYNODUS MERCIANA SUB HAC TEMPESTATE CIRCA ANNUM gratiae DCCV. celebrata.

In qua Aldhelmo abbati monasterii Maildui-urbis, (id est *Malmesburia*) praeceptum est ut librum scribat adversus errorem Britonum in paschate celelebrando.

Beda hist. eccl. lib. 5. cap. 19.

De *hac synodo nudam solummodo mentionem facit Beda, cum Heddae episcopi occidentalium Saxonum interitum retulerit.* Quo, *inquit*, defuncto, episcopatus provinciae illius in duas parochias divisus est: una data est Danieli, quam usque hodie regit: altera Aldhelmo, cui annis quatuor strenuissime praefuit: ambo in rebus ecclesiasticis & in scientia scripturarum sufficienter instructi. Denique Aldhelmus, cum esset adhuc presbyter & abbas monasterii quod Mailduiurbem nominant, scripsit jubente synodo suae gentis librum egregium adversus errorem Britonum, quo vel pascha non suo tempore celebrant, vel alia perplura ecclesiasticae castitati, & paci contraria gerunt, multosque eorum qui occidentalibus Saxonibus subditi erant Britones ad catholicam dominici paschae celebrationem hujus lectione perduxit, *&c.*

[a] CONCILIUM AD FLUVIUM NIDDE IN NORTHUMBRIA, AB OSREDO ibidem rege, & Bertuualdo archiepiscopo Cantuariae,

Monitu Ioannis papae VII. anno Christi DCCV. celebratum; in quo accepta Ioannis papae epistola, Vuilfridus demum in archiepiscopatu suo Eboracensi confirmatur.

Malm. de gest. pont. lib. 3.

Rex Merciae & archiepiscopus Cantuariae papae parent literis.

POSTQUAM (*quae retulimus*) *de concilio sub Alfrido rege, & Bertuualdo archiepiscopo, anno gratiae* DCCI. *perorasset Malmesburius, ad Niddense hoc concilium transiens, sic orditur:* Rediit igitur (Vuilfridus) & apostolicas epistolas regi Merciorum jam monacho Ethelredo attulit. Humiliter ille & genu flexo dignationem salutationis apostolicae suscepit, & perlectis chartis quod tenor earum jubebat, a Kenredo filio fratris Vulfarii, quem sibi regem suffecerat, compleri non gravate obtinuit. Erat enim & ille timore Dei plenus, sicut post quadriennium voluntaria regni abrenuntiatione mundo approbatum est: nec segnius Brithvualdus archiepiscopus pacem non aspernanter ambiens in unanimitatem fraternae concordiae accurrit. Exterritum minis apostolicae sedis aiunt, legatis damnationem suam gravibus querimoniis aggerentibus, quamvis Vuilfridus eos jam adjudicatos exemisset.

Rex Northumbriae spernit. * al. semitam.

Solus Alfrithus rex Northanimbrorum obstinatioris animi * sententiam terens, pervicaciam tenuit. Nuntiis enim ad se ex parte Vuilfridi directis serenum primo responsum retulit: sed depravatus (ut creditur) malevolorum consiliis, quibus extra suam dignitatem nimis indulgebat, redeuntes ad se die condicto tali sententia contristavit: se quidem legatorum personis, quod essent & vita graves, & aspectu honorabiles, honorem ut parentibus deferre: ceterum assensum legationi omnino abnuere, quod esset contra rationem homini jam bis a toto Anglorum concilio damnato propter qualibet apostolica scripta communicare. Sed nec ipse multo post in hac vita moratus est tempore. Statim enim, illis abeuntibus, acerba correptus valetudine, ad mortem exercebatur. Amaritudo tormenti rationem olim in animo regali sopitam elicuit, &, secundum prophetam, *vexatio dedit intellectum auditui.* Intelligens enim se merito inobedientiae plexum, promisit omnem emendationem facti Vuilfrido exhibiturum, si sibi viventi adduci potuisset. nec cessavit, quantum ante praeclusam vocem loqui potuit, idem promittere, & si ipse voti effectu careret, heredem suum ut faceret adjurare: & ille quidem mature defunctus, apostolicas literas se sprevisse sero indoluit, quarum minas effugere non meruit: quas, quia crebro commemoravi, hic abbreviatas ponere fert animus, ut palam sit quanta miseria involvat mortales, quod illi viri, quos sanctissimos celebrat antiquitas, Theodorus, Berthvualdus, Ioannes Bosa, nec non & Hilda abbatissa digladiabili odio impetierint Vuilfridum Deo, ut ex ante dictis probatur, acceptissimum.

Isai. 40.

Sed resipiscit moriturus.

EPISTOLA IOANNIS PAPAE VII. AD ETHELREDUM REGEM MERCIORUM, & Alfridum regem Deirorum, &c.

Berthvualdum archiepiscopum Cantuariae commonet ut synodum convocet, Vuilfridumque & adversarios suos aut convenire faciat, aut Romam accurrere.

Dominis eminentissimis Ethelredo regi Merciorum, & Alfrido regi Deirorum, & Berniciorum, Ioannes papa.

De vestrae quidem religionis accessibus gratia Dei cooperante gaudemus, fervorem fidei cernentes in vobis, quam ex praedicatione principis apostolorum Deo vestros animos illuminante percepistis, & efficaciter tenetis; & utinam gaudium nostrum meliorum excessus amplificet. Inextricabilis vero quorumdam dissensio nostros animos afficit, quam oportet corrigi, ne apostolicorum praeceptorum praevaricatores, sed custodes esse inveniamini. Dudum enim sub apostolicae memoriae Agathone papa, cum Vuilfridus episcopus, pro sua causa sedem hanc appellasset, & accusatores a Theodoro sanctae Cantuariorum ecclesiae archiepiscopo hinc illuc mandato, & ab Hilda religiosae memoriae

Vuilfridus appellat sedem Romanam.

memoriæ abbatissa missi venissent, episcopi tunc hic de diversis partibus congregati, rem regulariter quæsierunt, & definierunt, eamdemque sententiam successores ejusdem pontificis prædecessores nostri tenuerunt; sed neque Theodorus archiepiscopus obviasse cognoscitur, qui nunquam postmodum aliquam huc accusationem demandavit. Nunc quoque eorum accusationes, qui contra Vvilfridum episcopum huc de Britannia advenerunt, & ejus excusationes apud conventum reverendissimorum episcoporum qui hic inventi sunt, per dies aliquot fieri procuravimus, tam de epistolis anterioribus & modernis, quam quæ verbialiter partes detulerunt, dum principales personæ, de quibus contentio omnis exorta est, hic non affuerint: quas necesse est, ut contentio finem accipiat, advenire.

Idcirco commonemus Berthvvaldum archiepiscopum fratrem nostrum, ut synodum convocet una cum Vvilfrido, & Bosam atque Ioannem in synodum faciat convenire, vocesque partium audiat, & consideret quid sibi invicem partes valeant approbare: & siquidem apud illam synodum potuerit rem determinare, gratum erit nobis. Sin autem moneat eos ad sedem apostolicam accurrere, ut majori concilio decidatur quod hactenus terminari non potuit. Sciat autem quod quicumque venire contempserit, seipsum dejectioni submittit, nec hic, nec ibi pro episcopo amplius suscipiendus; vestra proinde regalis sublimitas faciat concursum, ut ea, quæ Christo aspirante perspeximus, perveniant ad effectum; quicumque autem cujuslibet personæ audaci temeritate contempserit, non erit a Deo impunitus, neque sine damno cælitus alligatus evadet.

Defuncto ergo Alfrido, Edulfus quidam tyrannidem meditatus, furorem quoque malesanæ mentis in Vvilfridum evomuit, quasi in vecordiam Alfridi juratus esset. Cum enim eum pontifex quondam recordatus amicum esse, non inconsultum æstimaret adire, adeo stultus efferbuit, ut eum continuo de regno suo exire juberet, ni omnibus suis expoliatus cum dedecore ejici vellet. Sed enim post duos menses vita & regno privatus captivo diademate moribundus humum pulsavit, proceribus regni filium Alfredi Osredum solio restituentibus: quorum & maximus fide & auctoritate Berthfridus summonitus a Berthvvaldo archiepiscopo concilium in Northanimbria fieri consensit, ut tandem justa Vvilfredi causa placabilem terminum acciperet; ibi ex præceptis apostolicis data est optio episcopis, ut aut Vvilfrido in sua episcopatus sede cederent, aut Romam pro sua defensanda causa pergerent, qui his resultandum putaret exors a communione fieret. Episcopis suo more obnitentibus beatissima virgo Elfleda soror Alfridi abbatissa post Hildam de *Streneshalh*, terminum negotio fixit, dicens: Dimissis ambagibus testamentum fratris mei, cui præsens interfui, profero: quod si convalesceret jussa se apostolicæ sedis incunctanter facturum promisisse, vel quod morte interveniente facere nequiret, heredi suo faciendum transmisisse cognoscitur. Tum * Berfridus verbis virginis conglutinans sua: Ego jussionibus papæ obediendum censeo, inquit, præsertim cum eorum robori accedat & regis nostri jussio, & nostræ necessitatis sponsio; namque dum nos post mortem ejus inimicis urgentibus in *Bebbaburh* inclusi essemus, in obsessionis angusto, in vitæ periculo, vovimus Deo impleturos nos jussionem papæ, si potuissemus evadere. Vix votum finieramus, & fateor (sacratissime archipræsul) statim certant obsequela, omnis in nostrum assensum accurrit provincia. Puer regius in regem levatus, hostis abactus, tyrannus extinctus. Est igitur regiæ voluntatis, ut episcopus Vvilfridus revestiatur: his dictis emotæ dissensionum nebulæ, serenitas pacis infusa: cucurrit episcopalis gravitas in amplexum, & concordibus animis quantum superfuit ævi exegit.

Vvilfridus revestitur.

Dimissis Vvilfrido duobus cœnobiis, Ripis & Hengesteldein; ille inconcussa pace potitus post quatuor reditus annos, ut Michael archangelus prædixerat, tentatus est eadem infirmitate, qua quondam in Meldis, tam valide, ut subito sensu & voce careret. Sed suis ad eum orantibus ut saltem ad divisionem rerum suarum loquelam mereretur, resumpsit ingenue, ut & loqueretur continuo, & post dies salutis vigore refuso cuncta loca sua * obiret; tum pro frequentibus morbis vicinæ mortis non dubius, quidquid ante in aliquibus bonis tepidius fecisse videbatur, supplevit: præpositos omnibus cœnobiis ordinavit: gazas in quatuor divisit: unam & eam optimam portionem Romanæ dandam ecclesiæ, cujus auctoritate cunctis semper injuriis exemptus & honoribus restitutus fuerit: quod & per se implere quamvis annis gravis meditaretur, nisi ferrea quies cogitantem anticiparet: secundam pauperibus: tertiam cœnobiorum præpositis delegavit, qua potentiorum amicitiam redimerent, qua contrariorum impetum refringerent: quartam illis, qui laborum suorum individui comites, necdum terras, quibus se sustentarent, acceperant. Sic accepta licentia a Ripensibus, quos præcipuo semper amore coluerat, & ceteris Northanimbris ad colloquium Celredi regis Merciorum quo invitabatur, simul ut & monasteriorum suorum, quæ in illa regione plurima per indulgentiam regum instituerat, quietem procuraret, profectus est. Ibi ergo cunctis circuitis & auctis, exacto anno & semis postquam secundo proximi obitus fuerat admonitus, apud insulam Inundalum languore irruente agitatus, extremum diem sibi sensit adesse: paucisque, quantum vires suppetebant allocutus filios, sacramque benedictionem impertiens, omnis ut videbatur expers angoris, finem inivit: recensito jam a monachis psalterio usque ad illum versum: *Emitte spiritum tuum, & creabuntur*, &c. excessit anno ætatis LXXVI. XLVI. episcopatus: vir pro justitiæ merito multis jactatus periculis, quique in ipsis exiliis non otio deditus, sed cœnobiis & episcopatibus fundandis industrius esset: egregie factus ad promerendam gratiam principum apud quos exularet, idemque pro rigore justitiæ compatriotis regibus odiosus: reliquit cœnobia quot nullus, quæ solus aggregaverat, multis dividens heredibus; corpus ejus in Ripis portatum, & multa reverentia conditum. *Hæc & hucusque Malmesburius.*

* al. ambiret;

Gazas in quatuor partes erogat, & Romæ optimam.

Ejus mors.

Psalm. 103.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Cum post impetratam absolutionem Vvilfridus Roma decessisset, veniensque in Galliam in morbum gravissimum incidisset, apparitione & medela S. sancti Michaelis miraculose liberatus, hoc anno venit in Angliam.

Acta concilii.

ANNO CHRISTI 705.

Angliam. Cumque lectis epistolis apostolicis ab archiepiscopo honorifice acciperetur, ab Alfrido autem rege accusatore sui contemneretur, post mortem regis subito defuncti *factum est*, inquit Beda lib. 5. cap. 20. *ut regnante Osredo filio ejus, mox synodo facta juxta fluvium Nidde, post aliquantum utriusque partis conflictum tandem cunctis faventibus in præsulatum sit sua receptus ecclesia, sicque quatuor annis, id est usque ad diem obitus sui, vitam duxit in pace.* Hæc Beda prædicto loco.

ANNO CHRISTI 708.

VITA SISINNII PAPÆ.

SISINNIUS natione Syrus, ex patre Ioanne, sedit dies viginti. Fuit autem temporibus Iustiniani imperatoris Augusti. Qui vir podagrico humore ita tenebatur constrictus, ut sibi cibum propriis manibus exhibere non valeret. Erat tamen constans animo, & curam agés pro habitatoribus hujus civitatis. Qui & * calcaria pro restauratione murorum jussit decoquere. Verumtamen repentina morte defunctus est. Fecit autem episcopum unum in insula Corsica. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die VII. Februarii, indictione sexta, Iustiniano Augusto, & cessavit episcopatus mensem unum, * dies 29.

* calcarias

* seu dies

SYNODUS SUB INA REGE OCCIDENTALIUM SAXONUM HABITA loco incerto.

In qua episcopatus occidentalium Saxonum in duas dividitur parochias.

Beda lib. 5. cap. 19.

QUIBUS (Daniele & Aldhelmo) episcopatum administrantibus, statutum est synodali decreto, ut provincia Australium Saxonum, quæ eatenus ad civitatis Ventanæ (cui tunc Daniel præerat) parochiam pertinebat, & ipsa sedem episcopalem & proprium haberet episcopum. Consecratusque est eis primus antistes Eadbertus, qui erat abbas in monasterio beatæ memoriæ Vuilfridi episcopi quod dicitur Seleseu. Quo defuncto Ceolla suscepit officium pontificatus. Ipso autem ante aliquot annos ex hac luce subtracto episcopatus usque hodie cessavit.

VITA ET EPISTOLA CONSTANTINI PAPÆ.

CONSTANTINUS, [a] natione Syrus, ex patre Ioanne, [b] sedit annos * septem, dies 15. Fuit autem temporibus Iustiniani, Philippici & Anastasii Augustorum. Vir valde mitissimus, cujus temporibus in urbe Roma fames facta est magna per annos tres. Post quos tanta fuit ubertas, ut fertilitatis copia præteritæ sterilitatis inopiam oblivioni mandaret. Hic ordinavit Felicem archiepiscopum Ravennatem, qui secundum priorum suorum solitas in scrinio noluit facere cautiones, sed per potentiam judicum exposuit, ut * inaluit. Cujus cautio a pontifice in sacratissima confessione beati Petri apostoli posita, post nonmultos dies tetra, & quasi igni combusta reperta est. Nam Ravennatium cives elati superbia digna ultionis pœna mulctati sunt. Mittens quippe Iustinianus imperator Theodorum patricium, & * primum exercitus insulæ Siciliæ, cum classe navium, Ravennam civitatem cepit, præfatum archiepiscopum arrogantem in navi vinctum tenuit, & omnes rebelles, quos ibi reperit, compedibus strinxit, divitias eorum abstulit, Constantinopolim misit. Dei autem judicio, & apostolorum principis Petri sententia, qui inobedientes fuerunt apostolicæ * sedis, amara morte perempti sunt, & isdem archiepiscopus lumine privatus dignam factis recipiens pœnam exul in Ponticam transmissus est regionem. * Iisdem temporibus misit suprafatus imperator ad Constantinum pontificem Sacram, per quam jussit eum [c] ad regiam ascendere urbem. Qui sanctissimus vir jussis imperialibus obtemperans, illico navigia fecit parari, quatenus iter aggrederetur marinum; & egressus est a portu Romano die quinta mensis Octobris, indictione 9. Et secuti sunt eum Nicetas episcopus Silvæ candidæ, Georgius episcopus Portuensis, * Michaelius, Paulus, Georgius presbyter, Georgius diaconus, Georgius secundicerius, Ioannes primus defensor, * Cosmus sacellarius, Sisinnius nomenculator, Sergius scriniarius, Dorotheus & Iulianus subdiaconi, & de reliquis gradibus ecclesiæ * pauci clerici. Veniens igitur Neapolim, illic eum reperit Ioannes patricius & exarchus cognomento Rizocopus, qui veniens Romam, jugulavit * Saulum diaconum & vicedominum, Petrum arcarium, Sergium abbatem presbyterum, & Sergium ordinatorem, pergensque Ravennam pro suis nefandissimis factis judicio Dei illic turpissima morte occubuit. Georgius vero presbyter Neapoli relictus est, & pontifex cum suis Siciliam perrexit, ubi Theodorus [d] patricius * extraticus languore detentus occurrens pontifici magna cum veneratione salutans atque suscipiés medelam adeptus est celerem. Atque inde egrediens per Rhegium, & Crotonam transfretavit Gallipolim, ubi mortuus est Nicetas episcopus. Dum vero Hydrunti moras faceret, eo quod hiems erat, illic suscepit sigillum imperiale per Theophanium regionarium, continens ita, ut * ubi ubi denominatus * contingeret pontifex, omnes judices ita eum honorifice susciperent, quasi ipsum præsentialiter imperatorem viderent. Unde egressi partes Græciæ contingentes in insula quæ dicitur Cea, occurrit Theophilus patricius * extraticus * caravisianorum, cum summo honore eum suscepit, & amplectens, ut jussio continebat, iter absolvit peragere cœptum. A quo loco navigantes [e] venerunt a septimo milliario Constantinopolim: ubi egressus Tiberius imperator filius Iustiniani Augusti cum patriciis, & [f] * omnibus inclytis, & [g] Cyrus patriarcha cum clero, & populi multitudine, omnes lætantes, & diem festum agentes. Pontifex autem & ejus primates cum sellaribus imperialibus, sellis & frenis inauratis simul & mappulis, ingressi sunt civitatem. Apostolicus pontifex cum * Caumelaugo ut solitus est Romæ * procedere, a palatio egressus, in Placidias usque ubi * placitus erat, properavit. Domnus autem Iustinianus imperator audiens ejus adventum, magno repletus gaudio, a Nicæa Bithyniæ misit * Sacram gratiarum actione plenam. Et ut debuisset pontifex occurrere Nicomediam, & ipse * venire a Nicæa, quod & factum est. In die autem qua se * vicissim viderunt, Augustus Christianissimus cum regno in capite sese prostravit, pedes osculans pontificis. Deinde

* 6. dies 15.

* voluit, al. valuit.

* primicerium

ANNO CHRISTI 708.

* sedi

* His

* Michael

* Cosmi

* non pa

* Paulum

* & strat cus

* strategi

* ubicun que

* conve retur.

* & stra gus,

* curavit norum

* syncle

* camela co

* Romæ proceder

* hospita turus erat

* epistol

* veniret

* invicem

Deinde in amplexum* mutuum corruerunt, & facta est lætitia magna in populo, omnibus aspicientibus tantam humilitatem boni principis. Die vero dominico missas imperatori fecit, & communicans princeps ab ejus manibus, proque suis delictis ut deprecaretur pontificem postulans, omnia privilegia ecclesiæ renovavit, atque sanctissimum papam ad propria reverti absolvit.[h] Egressus igitur a Nicomedia civitate crebris valetudinibus pontifex attritus tandem sospitatem Deo tribuente incolumis ad portum Caietæ pervenit, ubi sacerdotes, & maximam populi Romani reperit multitudinem, ac vigesimo quarto die mensis Octobris indictione 10. Romam ingressus est, & omnis populus exultavit atque lætatus est. Hic fecit ordinationes episcoporum in eundo & redeundo per diversa loca episcopos duodecim.[i] Post menses autem 3. lugubre nuntium personuit, quod Iustinianus Christianissimus imperator, & orthodoxus imperator, trucidatus est, & Philippicus hæreticus in imperiali promotus est arce. Cujus & Sacram cum pravi dogmatis exaratione Constantinus suscepit, sed cum apostolicæ sedis consilio respuit. Hujusque rei causa zelo fidei accensus omnis cœtus Romanæ urbis[k] imaginem, quam Græci* votaream vocant, sex continentem sanctas ac universales synodos, in ecclesia beati Petri erexerunt. Hic refecit patenam auream pensantem libras duodecim. Eodem tempore Felix archiepiscopus Ravennæ ab exilio reductus, pœnitentia motus, licet oculorum lumine privatus, tamen ad propriam rediit sedem. Et solita quæ ab universis in scrinio episcoporum fiunt indicula, & fidei expositionem & hic confessus est, sicque reconciliationis promeruit absolutionem. Hujus temporibus duo reges Saxonum ad orationem apostolorum cum aliis plurimis venientes sub* velocitatem suam vitam, ut optabant, finierunt. Venit autem & Benedictus archiepiscopus Mediolanensis orationis voto, & suo se pontifici præsentare. Altercavit vero & pro ecclesia Ticinensi, sed victus est, eo quod a priscis temporibus sedis apostolicæ ejusdem Ticinensis ecclesiæ antistes ad consecrandum pertinebat atque pertinet. Iisdem temporibus cum statuisset populus Romanus nequaquam hæretici* imperatoris nomen, aut chartas, vel figuram solidi suscipere, unde nec ejus effigies in ecclesiam introducta est, nec suum nomen ad missarum solennia* proferebant. Contigit ut Petrus quidam pro[l] ducatu Romanæ urbis Ravennam* dirigeret præceptum, & pro hujusmodi causa acciperet. Dumque innotuisset, quod* ad nomen hæretici imperatoris sua promotione* iisdem Petrus fuisset potitus, zelo fidei accensa magna pars populi Romani statuerunt nullo modo hunc ducem suscipere. Et factum est, dum Christophorus, qui erat dux, ob hanc causam cum Agathone & suis hominibus concertarent, bellum civile exortum est, ita ut in via sacra ante palatium sese committerent, & ex utrisque partibus amplius quam viginti quinque plagarentur, atque interirent, donec pontifex mitteret sacerdotes cum euangeliis & crucibus domini, sicque partes sedarentur. Nam pars Petri ita angustiata, ut nulla illi esset spes vivendi. Verum ad pontificis jussum pars alia, quæ & Christiana vocabatur, recessit.* Sicque defensoris hæretici pars valuit Petri, ac si illa attrita recederet. Non post multos autem dies scripta venerunt a Siciliensi insula, quæ[m] nuntiaverunt Philippicum hæreticum a principali vertice depulsum, & Anastasius orthodoxus Augustus sceptra regalia gubernanda suscepit. Tunc orthodoxis exultatio magna, tenebrarum autem dies cunctis hæreticis superfusa est. Post aliquod vero* temporis Scholasticus cubicularius patricius & exarchus Italiæ veniens Romam detulit secum Sacram Anastasii principis, per quam veræ se orthodoxæ fidei prædicatorem, & sancti sexti concilii confessorem esse omnibus declaravit, quam & pontifici obtulit, & ita perrexit Ravennam. Dum autem hæc gererentur, obtinuit Petrus ducatum,* promittens, quod* nulli adversari niteretur. Hic fecit ordinationem unam, presbyteros decem, diaconos duos, episcopos per diversa loca numero sexaginta quatuor. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum v. Idus Aprilis, indictione 13. Anastasio Augusto, & cessavit episcopatus dies quadraginta.

Petri hæretici pars nō prævaluit, sed attrita recessit.

* tempus

* urbis

* nequaquā ultra Rom.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Constantinus*] Anno 708. prima Martii. Hujus temporibus Hispania proditione Iuliani comitis, eventu miserabili Saracenorum imperio tota subjecta fuit, haud dubie permissu Dei vindicis, Roderici libidinem, & Vvitizæ regis a sede apostolica defectionem vindicantis. Vide Baronium anno 713.

Hispania à Saracenis subjugatur.

b *Sedit annos septem, &c.*] Sex annis, uno tantum mense & die Constantinum sedem apostolicam tenuisse recte probat Baronius ex initio Gregorii II. de quo infra.

Quot annis sederit Cōstantinus.

c *Ad regiam ascendere urbem.*] Quo fine, dicetur infra in vita Gregorii II in principio: nimirum ut controversiæ, ob canones ad quintam & sextam synodum superadditos, aliquis finis imponeretur.

d *Patricius extraticus.*] Baronius anno 710. legit *strategus*, id est, dux Curavisianorum.

e *Venerunt Constantinopolim.*] Anno Christi 710. pontificatus Constantini tertio. Quid ibidem egerit scriptorum inopia latet: quamquam ex vita Gregorii II. aperte colligatur ipsum de auctoritate canonum sextæ synodi hoc tempore inter orientales & occidentales controversorum apud imperatorem pluribus egisse.

Quid Cōnstantinus egerit.

f *Omnibus inclytis.*] Intellige senatoribus.

g *Cyrus patriarcha.*] Hunc Callinico oculis orbato, & Romam relegato, Iustinianus subrogavit, ideo quod ipsum imperio restituendum prædixisset. Theophanes in annalibus.

h *Egressus a Nicomedia civitate, &c. indictione 10. Romam ingressus est.*] Anno domini nostri Iesu Christi 711.

i *Post menses 3.*] Anno prædicto 711. Quibus circumstantiis illud contigerit describit Theophanes in annalibus.

k *Imaginem, quam Græci votaream vocant, sex continentem synodos.*] Ea occasione quod Philippicus imperator inter alia nefanda sanctas VI synodos œcumenicas effigiatas e pariete abradi præcepisset.

l *Ducatu Romanæ urbis.*] Hinc constat Romanam rempublicam his temporibus solitam esse gubernari per duces, qui ab imperatoribus mitterentur.

m *Nuntiaverunt Philippicum hæreticum a principali vertice depulsum.*] Bardanes Philippicus, promotione per diabolum & magum quemdam postea excæcatum facta, acclamatus est imperator. Per rebellionem contra Iustinianum concitatam imperio potitus, abdicato Cyro episcopo Constantinopolitano, & Ioanne quodam monothelita in ejus locum suffecto, explet quod pseudomonacho per juramentum promiserat, nimirum, ut sacrosancta sexta synodus œcumenica damnaretur, ea fiducia ut longævum imperium obtineret. Sed a mago turpiter delusus, fiducia excidit: nam dum vix secundum annum imperii attigisset, excæcatus, & per Anastasium in exilium tractus, eamdem sustinuit pœnam quam ipse aliis intulerat. Hæc Theophanes & Cedrenus.

Philippicus per magum factus imperator.

EPISTOLA CONSTANTINI PAPÆ AD BRITHVVALDUM ARCHIEPISCOPUM Cantuariensem.

De visione Egvvini: de concilio habendo: de cœnobio instituendo.

Constantinus

Constantinus episcopus servus servorum Dei Brithvvaldo Britanniarum ecclesiæ primati salutem & apostolicam benedictionem.

Egvvinum episcopum commẽdat.

VENERABILEM virum Egvvinum episcopum quem bis tua fraternitas ad apostolicam sedem misit, etiam nunc secundo manipulis justitiæ refertum tibi mittimus, monentes quatenus sic suos affectus adjuvando prosequaris, sicuti illum a Deo incepisse, & in via Dei cucurrisse cognovisti.

De visione Egvvini vide chartas duas sequẽtes.

Porro de visione illa, imo aperta ostensione qua se beata virgo Maria ei manifestavit, æque ita certum esse tenemus quemadmodum de viri bonitate non dubitamus. Denique vigilantiam tuam admonemus, quatenus illis in partibus, in quibus manifestatio habita fuisse refertur, concilium totius Angliæ * rogas, episcopos, sacrique ordinis religiosas personas illuc convenire facias, optimatesque regni cum proceribus suis adesse præcipias. Quibus in nomine domini congregatis denuntiamus, quod duo reges Angliæ, Kenredus & Offa, cum quibus jam dictus episcopus ad limina apostolorum in loco ostensæ visionis plurima de suis beneficiis in præsentia nostra regia libertate donata, & apostolica auctoritate confirmitate .·. contulerunt, quatenus ibidem congregatio monachorum secundum regulam memorandi patris Benedicti, quæ minus in illis partibus adhuc habetur, possit instaurari, & indesinenter Christo famulari. Ipsas autem donationes & beneficia præfati regis in ipsorum privilegio nominatim determinaverunt, & a nobis corroborari fecerunt.

Concilium jubet indici.

*leg. roges.

Recitari illic Kenredi & Offæ donationes.

Cœnobiũ in loco visionis instituendum.

Igitur, frater dilecte, quoquo modo Christus annuntietur, lucrum Christi inquire, opus Christi exerce, promulgatisque in consilio undique sententiis, tum a Deo ostensæ visionis, tum apostolicæ auctoritatis, tum regiæ libertatis & donationis, tum tui ipsius, clerique & populi assensus & favoris, constitue ovile Christo divinitus ostensum, apostolica auctoritate fultum, regia libertate donatum, cleri & populi benedictione sancitum. Tibi autem & successoribus tuis memorato episcopo Egvvino assentiente curam animarum ejusdem ecclesiæ præcipue injungimus, ut si, quod absit, diaboli impulsu quisquam pervasor aut tyrannus sacrum locum impugnare præsumpserit, tibi a Deo concessæ potestatis sententia, & anathematis percussus verbere, complere non audeat. Si quid vero sinistræ partis inibi compertum fuerit oriri, auribus summi pontificis potius deferatur, quam per alicujus occultam sententiam sanctus locus injuste depravetur. Ipsum ergo locum quem regia potestas regiæ libertati donavit, & nos auctoritate Dei, & sanctorum apostolorum, & nostra donamus, ut nullus cujuscumque ordinis homo hoc quod constituimus depravare aut minuere præsumat. Qui hoc destruxerit, aut male contaminaverit, sit ille maledictus: qui vero servaverit & adauxerit, benedictionibus repleatur.

Sub cura archiepiscopi Cant.

Et maledictione papæ in violatores.

CHARTA KENREDI ET OFFÆ REGUM.

De terris in quibus beata Maria virgo Egvvino episcopo apparuisse dicitur, cum aliis plurimis cœnobio Eveshamiæ collatis in ecclesia Lateranensi, Constantino papa omnia confirmante.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

QUONIAM transeuntis quidem mundi vicissitudo quotidie per incrementa temporum crescendo decrescit, & ampliando minuitur, crescentibusque repentinis incursuum ruinis finis esse cunctis in proximo cernitur, ideo vanis ac transibilibus mansura cælestis patriæ præmia mercanda sunt.

Quapropter ego Kenredus Dei dono rex Merciorum, & ego Offa divina permissione orientalium Anglorum gubernator, pro redemptione animarum nostrarum, ac prædecessorum & subsequentium nostrorum salute, donamus, concedimus in loco in quo beata Maria se venerabili viro Egvvino episcopo manifestavit in Homme, & præsenti libello confirmamus, ad honorem & reverentiam ejusdem Dei genitricis sexaginta sex mansas ex duabus partibus fluminis quod vocitatur Avena: III. scilicet quæ sunt in Homme, in Leuhcuuic, I. in Nortona, VII. in Offeham, I. in Litlintona, XIII. in Adintona, I. in Baddeseia, VI. & dimidiam in Bretfortona, XII. in Hombure, II. & dimidiam in Vvillereseia, VII. in Vvikevvane, III. in Benigrith, & in Hampton IX. Et ex mera liberalitate, sicut dignum est, & regali munificentia, prænominatas mansas, ubi manifestatio habita fuisse refertur, cum ceteris partibus præassignatis, regiæ liberalitati donamus, ac omnipotenti Deo, & beatis apostolis ejus Petro & Paulo, in perpetuum liberas donamus, quatenus ibidem congregatio monachorum, secundum regulam sancti Benedicti, possit instaurari & indesinenter Christo famulari.

Locus visionis [I] concedi[tur] cum ter[ris] aliis pl[uri]mis.

Ad majorem autem firmitudinem donationis nostræ, in notitiam, tam præsentium, quam posterum succedentium, venire volumus, quibus limitibus sacer locus, quem regiæ liberalitati donatum Deo contulimus circumseptus includitur. Imprimis a Tvvyforde ex parte Australi usque in Cronchomme juxta decursum fluminis ambitus loci protrahitur, ac inde juxta aquam, usque ad divisionem terræ de Fledenburgh quæ Merdic appellatur, & sic in directum per assensum montis, per medium Caldegaran ad Ealdansvvinhagan, ab Ealdansvvinhagan ad Beolagasete, a Beolagasete in Nordcvol, ex quo per Leuchdune usque ad divisiones terrarum de Leuch, & de Hervertona in Vvenemecumbe, inde per Fulanbroc usque in Harmeville, ab Harmeville in Carkeforde, ac deinde in Calkeville, & sic in longum rivuli usque in Smalemorsihee, ac inde in Avenam, & sic in Offepol, ab Offepol in Pickereshomme, a Pickereshomme in Burchlinches, a Lincheon in Oldendune, ab Oldendune in Ealdemixam, ex quo in Buggildestrete, a Buggildestrete in Semaslond, ac inde in Chirchluge, in Flirendegaren, & sic in Blakenpyte, a parte orientali non longe a Blakenpyte in Merchirnan, a Merchirnan in Humburnan, ex quo per Northamnere in Easthammor, inde in circuitu prati de Poddeho, dehinc in Poddehommore, & sic Herianchale, iterum in Humburnan, in longum rivuli usque ad Siamthanford, iterum in Buggildestrete versus Scenedune, ac inde in Meadebroc, a Meadebroc in Merdich, & sic in Vvinburnan, a Vvinburna in Leallesthorn, a Lealleſthorn in Laverkebeorh, a Laverkebeorh in Poddesthomme,

Earum t[er]mini & c[ir]cuitus.

a Poddesthomme in Polthorn, a Polthorn in Merebroc, & sic in Stamthanhillessiche, a Siche in Burghvvillon, a Burghvvillone in Burhvvalles, ac inde in Ealdegare, quod indigenæ Navemannesloud vocant, secus Buggildestrete, ex quo a parte occidentali usque ad Beorges; a Beorges in Picheštan, a Picheštan in Cademynster, a Cademynster in Blechemere, a Blechemere in Bracedestan, a Bracedestan in Ealdegaran, in Vvillerisceie, a Vvillerisceie in Sandbroc, ex quo in Hegvveye, & sic in Northomme, a Northomme in Brecthirnan. Dehinc in Hecauhege, a Hecauhege in Badesvvillon, a Vville in Litlethyrnan, a Thyrnan per Piccedesho in Prestmeade; ac inde in Merethorn, a Merethorn in Brademere, a Brademere in Estmereslevve, inde in Pottycote, a Pottycote in Thrittiacre, & sic in Riggevvere, a Riggevvere in Meredic, per Meredic in Vvadberge, a Berge in Lithmeade. Iterum per Meredic in Esanburnan, ab Esanburnan iterum in Meredic. Deinde in Vvrethmeade, & sic in Merebroc, per Merebroc usque ad Dominpol, ex quo in Allesbeorg, ab Allesbeorg in Mervvillon, a Mervillone iterum in Avenam.

Volumus insuper ac decernimus in nomine domini, terram quinque Cassatorum, quæ Morton nuncupatur, eadem libertate in perpetuum gaudere: quam quidem terram ego Kenredus rex Merciorum, anno dominicæ incarnationis DCCIX. cum jam una cum venerabili viro Egvvino apostolorum limina visitare disponerem, inter quædam alia donaria, ad fabricam monasterii construendi in Homme, concessi eidem, & sub testimonio plurium potentum meorum scripto confirmavi.

Statuimus igitur in nomine domini, & in virtute Dei summi præcipimus tam viventibus, quam domini prædestinatione nobis in posterum succedentibus, ut hujus donationis statuta ad irritum deducere minime quispiam audeat. Si quis autem hoc nostræ munificentiæ donum depravare vel minuere attentaverit, deleatur nomen ejus de libro vitæ. Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis DCCIX. in ecclesia salvatoris Lateranensi, confirmante pontifice Romanæ sedis Constantino, adstantibus regibus Angliæ Kenredo & Offa, rogante venerabili viro Egvvino episcopo, cum pluribus archiepiscopis, & episcopis, principibus, ac nobilibus diversarum provinciarum, cunctis clamantibus & dicentibus: Nos hanc voluntatem & regiam liberalitatem laudamus, donationibus ac libertati consentimus.

[...]catio [...]onfir[...]ne

SVBSCRIPTIONES.

Ego Constantinus Romanæ sedis episcopus, per hoc signum sanctæ crucis has donationes, & libertatem confirmavi.

Ego Egvvinus humilis episcopus confirmavi.

Ego rex Kenredus corroboravi.

Ego rex Offa consensi.

CHARTA EGVVINI
EPISCOPI VVIGORNENSIVM.

Meminit de suis visionibus, & de fundatione dotationeque monasterii sui Eveshamiæ in agro Vvigornensi.

Ego Egvvinus Vvicciorum humilis episcopus volo manifestare omnibus fidelibus Christi, qualiter per sancti Spiritus inspirationem, & per labores multarum & magnarum visionum, ostensum est mihi, quod ego primum unum locum ædificare deberem ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & sanctæ Mariæ, omniumque electorum Christi, & etiam ad æternam retributionem. Cum igitur maxime florerem in diebus Ethelredi regis, expetii ab eo locum qui Ethomme nuncupatur, in quo loco sancta & perpetua virgo Maria, primum cuidam pastori gregum, Eoves nuncupato, dehinc etiam mihi cum duabus virginibus librum in manibus tenens apparuit. Mundavi itaque locum, opusque inceptum, Dei opitulante gratia, ad finem perduxi.

Volo igitur ostendere omni sequenti generationi quas possessiones supradicto loco acquisivi, & ipsas terras ab omni exactione potestatum omnium acquietavi, ipsamque acquietationem applicitis auctoritatibus, & privilegiis, nec non regalibus edictis confirmari feci, ut fratres secundum regulam sancti Benedicti inibi Deo servientes sine perturbatione vitam agerent. Nomina etiam villarum volo manifestare, quas omnes liberas & juste acquisitas Deo & sanctæ Mariæ obtuli. Itaque ab Ethelredo rege quoddam cœnobium quod Flendaburch nominatur obtinui, quod postea pro alio cœnobio quod Streatforda nominatur mutavi. Post parvum vero tempus a prædicti regis fratre Osvvardo viginti mansas in loco qui Tuiforda appellatur acquisivi. Postea vero succedente in regnum Kenredo concessit & ipse mihi octoginta quatuor mansas super utrasque partes illius fluminis quod Avena vocitatur. Quidam autem adolescens Athericus nomine octo mansas mihi concessit, & Vvalterus venerandus sacerdos alias octo mihi mansas donavit. Sicque Deo propitio brevi tempore 120. mansas prædictæ Christi ecclesiæ acquisivi, sicut scriptum est & confirmatum in chartis ecclesiæ, & in libro manifestatur terra & termini ejus, quem scripsit Brithvvaldus archiepiscopus, & dictavit præcepto Romani pontificis, cum consensu principum totius Angliæ. Hæc vero sunt nomina villarum quas ut supradictum est acquisivi. Lovesham, Benjucgurthe, Hautun, Baddeseye, Vvicque, Humburne, Brotfortun, Vvillersey, Vvitheleia, Samburne, Kiveuvarton, Saltforde, major & minor, Ambresloy, Vlbeorge, Mortun, Buchtun, Meleigaresbyri, Titlestrop, Suella major, Mayeldesbeordi, Sildesuicoque. Has omnes terras, ut præfatus sum, liberas ab omni calumnia acquisivi, & sanctæ Dei ecclesiæ obtuli.

Prędia quibus dotavit monasteriū Eveshamię.

Qui ergo locum quem apostolica dignitas & regia potestas regiæ libertati dotavit, & nos auctoritate Dei & sanctorum apostolorum donamus, depravare aut minuere vel contaminare præsumpserit, judicetur ante tribunal Christi, & nunquam in Christi veniat memoriam, nisi in hac vita pœnitens emendet; qui vero servaverit & adauxerit, benedictionibus repleatur. Fiat. *Amen.*

Imprecatio in violatores.

Scripta est hæc charta anno dominicæ incarnationis DCCXIV.

SVBSCRIPTIONES.

Ego Egvvinus per signum sanctæ crucis [*confirmavi.*]

Ego

Ego Kenredus rex ſubſcripſi.
Ego Offa per ſignum crucis confirmavi.
Ego Brithvvaldus archiepiſcopus ſubſcripſi.
Ego Oſvvardus frater regis confirmavi.

ANNO CHRISTI 709.

SYNODUS ANGLICA GENERALIS, IN LOCO QUI ALNE DICITUR,

Sub Berthvvaldo archiepiſcopo Cantuarienſi, & Vvilfrido Eboracenſi celebrata,

In qua confirmantur donationes naſcenti jam monaſterio Eveſhamiæ collata.

Brithvvoldus Glaſconienſis in vita ſancti Egvvini apud Godvvinum.

EGVVINUS regali ortus proſapia, Vvigornenſis patria, temporibus Adelredi & Kenredi regum Merciorum, fit Vvigornenſis epiſcopus, [*anno domini* DCXCIII.] Unde paulo poſt ejectus eſt. Romam profectus, a papa (coram quo miſſas ſolenniter celebravit) epiſcopatui reſtituitur. *Tum paucis interjectis*: Poſt reditum (*inquit*) a Roma, impetravit locum qui Æthamme dicitur, & poſtea Eoveſham, a nomine cujuſdam bubulci (Eoves) beati Egvvini, qui in ſilva quadam porcam perditam, & ſeptenum fetum parituram, invenit. Ab illo igitur omine, locus Eoveſham dicitur, & monaſterium nomen inde tulit. Sed primo Ethelredus rex dedit ei antiquum monaſterium dictum Fledamburch, quod Egvvinus dedit ſubregulo provinciæ Huicces pro alio cœnobio quod Stratford dicitur. Paulo poſt ab Oſvvardo regis fratre alias Egvvinus terras obtinuit, ſcilicet 30. manſas apud Tvviford. Poſt Kenredus affinis Egvvini dedit ei 48. alias manſas in ambitu loci qui Cotham dicitur. Deinde Romam proficiſcitur cum Offa & Kenredo, ad impetranda pro monaſterio ſuo privilegia.

Origo monaſterii Eveſham.

Quibus impetratis, ad Angliam redierunt, & congregata ſynodo generali in loco qui Alne dicitur, cui interfuerunt Berthvvaldus Cantuarienſis & Vvilfridus Eboracenſis, donationes illæ omnes confirmatæ ſunt, miſſo Vvilfrido ad locum conſecrandum Quo facto, Egvvinus ibi Benedictinos monachos conſtituit. Poſtea obiit III. Kalendas Ianuarii.

ANNO CHRISTI 712.

ᵃ CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM A IOANNE EPISCOPO MONOTHELITARUM anteſignano indictum,

Quo innumera orientalium epiſcoporum multitudo congregata ſextam ſynodum œcumenicam damnavit, anno Chriſti DCCXII. tempore Conſtantini papæ & Philippici imperatoris.

A *Acta conciliabuli blaſphemiis pleniſſimi, cum impio imperatore ſepulta, perpetuo anathemati tradita ſunt.*

ᵃ *Conciliabulum:*] Excæcatus quidam corporis & mentis oculis Monothelita monachus ad ſe venienti Philippico, teſte Theophane, dixit: *Imperium tibi eſt repoſitum.* Qua de cauſa, cum ille turbaretur, ait monachus: *Si jubet Deus, tu quamobrem contradicis? Hoc autem dico, quia ſexta ſynodus male facta eſt. Si ergo imperaveris, hanc projice, & imperium fiet tibi forte atque longævum.* Credens Philippicus impoſtoris vanitati juramento ſpopondit ſe hoc facturum. Imperium adeptus, exturbato e ſede Conſtantinopolitana Cyro patriarcha, Ioannem ſuæ impietatis ſocium, teſte Cedreno, eidem ſolio præpoſuit, eaque deinceps opera Monothelitarum anteſignani Ioannis in urbe regia in conventu innumeræ multitudinis epiſcoporum peregit quæ his verbis deſcripſit Theophanes: *Et cum regnaret, fecit pſeudoſynodum epiſcoporum juxta pſeudomonachi & incluſi ſermonem, & abjecit ſanctam & univerſalem ſextam ſynodum.* Ita ad nutum imperatoris, ad libitum patriarchæ Monothelitæ, ſancta ſexta ſynodus condemnatur, eaque quæ de duabus in Chriſto voluntatibus, & duplici operatione, ſententia ſancita fuerat, plurimorum epiſcoporum orientalium; ex catholicis uno momento in Monothelitas converſorum, decreto & ſubſcriptione retractatur. Baronius anno 712. numero 3. 4. &c.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA ſub imperatore Philippico.

" ** *Ex libello ſynodico.*

ΑΛΛΑ Φιλιππικὸς ὁ καὶ Βαρδάνης, ἀπὸ Χερσῶνος ἅμα τῷ στόλῳ παραλαβὼν τὰ βασίλεια, καὶ Ἰουστινιανὸν ἐν τῷ Δαματρύι ἀποκτείνας τοῖς ξίφεσιν, ἐν Κωνσταντινουπόλει συνέδριον μιαρὸν ποιησάμενος, τὴν Μονοθελητῶν ἀνεκαίνησε τὴν ἀσέβειαν· καὶ τὸν ἀρχιεπίσκοπον Κῦρον ἐξέωσεν, ἐν τῇ μονῇ τῆς Χώρας ποιήσας αὐτὸν ἔγκλειστον· καὶ ἀντ' αὐτοῦ Ἰωάννην ἐχειροτόνησε.

PHILIPPICUS autem, qui & Bardanes, Cherſone profectus, cum una cum claſſe regiam occupaſſet, & Iuſtinianum in Damatrye gladiis occidiſſet, Conſtantinopoli ſynedrium nefandum congregans, Monothelitarum impietatem renovavit, & archiepiſcopum Cyrum ejecit, & monaſterio, quod Chora dicebatur, eum incluſit, inque ejus locum Ioannem elegit.

*"" *EPILOGUS EIUS QUI HUNC librum " ſcripſit manu propria in quo etiam continetur de iis quæ inſanus tyrannus Barda auſus eſt adverſus ſanctam & œcumenicam ſextam ſynodum.*

ᵃ Antiquã hanc verſionem e duobus mſſ. exemplaribus primũ in lucem emittimus, quam cum Combefiſiana quivis poterit per otium conferre.

EGO peccator & omnium minimus, Agatho, indignus diaconus & bibliothecarius ſanctiſſimæ hujus magnæ eccleſiæ; & venerandi ſecreti patriarchalis protonotarius, & cancellarius ſecundus, triginta duobus plus minus annis cum eſſem adhuc ætate juvenis in lectoris gradum connumeratus & inutilis notarius fui adminiſter huic ſanctæ & œcume-

*"" ΕΠΙΛΟΓΟΣ ΤΟΥ " ΤΗΝ παροῦσαν βίβλον ἰδιοχείρως ἀπογραψαμένου· ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν ὑπὸ Βαρδάνου τοῦ τυράννου καὶ παράφρονος, κατὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου τετολμημένων.

" Codic[...] noſtrum mſ. co[...] limus editis a Franci[...] Combe[...] O.P.

Ο Ἁμαρτωλὸς ἐγὼ, καὶ πάντων ἐλάχιστος Ἀγάθων ἀνάξιος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ τῆς ἐνταῦθα ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τοῦ σεβασμίου πατριαρχικοῦ σεκρέτου πρωτονοτάριος καὶ καγκελλάριος δεύτερος, πρὸ τοῦ τῶν τριάκοντα δύο μικρῷ πλέον ἢ ἔλασσον χρόνων, ἔτι νέαν ἄγων τὴν ἡλικίαν, ἐν τῷ τοῦ ἀναγνώστου βαθμῷ κατειλεγμένος ὢν καὶ ἀχρεῖος νοτάριος, καθυπούργησα τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ

νικῇ ἕκτῃ συνόδῳ, πᾶσι τοῖς ἐν αὐτῇ κεκινημένοις παρηκολουθηκὼς ἐφεξῆς, ἅμα Παύλῳ τῷ ἐν ἁγίοις ἀρχιεπισκόπῳ γενομένῳ τῆς ἐνταῦθα καὶ πατριάρχῃ, ἐν λαϊκοῖς ἔτι τελοῦντι, καὶ βασιλικῷ ἀσηκρήτῃς τυγχάνοντι, σὺν καὶ ἑτέροις τισίν. ἅπαντας δὲ τῶν ἐν αὐτῇ πεπραγμένων τοὺς τόμους ἐν καθαρῷ διʼ ἐκκλησιαστικῶν γραμμάτων οἰκείᾳ ἔγραψα χειρί. οἵτινες καὶ ἐν τῷ βασιλικῷ παλατίῳ σφραγισθέντες κατησφαλίσθησαν καὶ ἀπέκειντο, σὺν καὶ τῷ ἐκφωνηθέντι ἐνυπογράφῳ τῆς πίστεως ὅρῳ ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου. ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς ἐκδοθέντας τοῖς πέντε πατριαρχικοῖς θρόνοις ἰσοτύπους ἐνυπογράφους τοῦ αὐτοῦ ὅρου τόμους, κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἔγραψα, κελευσθεὶς οὕτω παρὰ τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως, τοῦτο προστάξαντος οὕτω γενέσθαι, διὰ τὸ ἀνεπιβούλευτον τῆς ὀρθοδοξίας, αὐτόθεν τόν τε καὶ γνήσιον. τοῦ δὲ φιλανθρώπου καὶ μόνου ἀγαθοῦ, καὶ ἐλεήμονος Θεοῦ σπλαγχνισθέντος ἐπʼ ἐμοὶ τῷ εὐτελεῖ καὶ ἀχρείῳ, καὶ τὸ ζῆν χαρισαμένου, καὶ συγχωρήσαντος μέχρι καὶ νῦν, εἰκότως καὶ τὴν παροῦσαν βίβλον ἰδιοχείρως γράψαι προεθυμήθην τε καὶ συνεῖδον, καὶ μάλιστα διὰ τὸν ἑξῆς λεχθησόμενον τρόπον. τῆς εἰρήνης τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν καὶ ὁμονοίας αὐτῶν, καὶ τῆς οἰκουμενικῆς καταστάσεως ἐν τοῖς τοσούτοις χρόνοις ἐπικρατούσης, καὶ μηδεμιᾶς ἐν αὐταῖς ἀναφανείσης ἀντιλογίας καὶ ἔριδος, ἢ διχονοίας, καὶ ἀντιστάσεως, τοῦτο βλέπειν μὴ φέρων ὁ πονηρὸς καὶ ἀρχέκακος δαίμων διάβολος, πρόφασιν ἐμηχανήσατο καὶ ἐξηῦρεν ἀξίαν τῆς οἰκείας αὐτοῦ κακοβουλίας τε καὶ σκαιότητος.

Τῶν γὰρ ἐξ ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἐπισυμβάντων ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἔμπροσθεν χρόνοις δεινῶν καὶ ἀλλεπαλλήλως κινουμένων πραγμάτων, οὐ μόνον ἐν τῷ κοινῷ τῆς φιλοχρίστου πολιτείας μείωσιν καὶ κατάλυσιν μεγίστην ἐργασαμένων. ἀλλʼ ἤδη καὶ εἰς αὐτὴν φθασάντων τῆς βασιλείας τὴν κορυφὴν, ὡς τῶν ἐπισυχνοῦ τῶν ἐν αὐτῇ κρατούντων ὑπαλλαγαῖς ἐκ τυραννίδος ἐπαναστάσεσι, τέλεον παρὰ κατʼ αὐτὴν περιφρονηθῆναι, καὶ εἰς ἐξουδένωμα γενέσθαι. τῷ μάλιστα τὸν τοιαύτην βασιλείαν διαδεξάμενον μετὰ τελευτὴν τοῦ οἰκείου πατρὸς Κωνσταντίνου Ἰουστινιανὸν, μὴ μόνον εἰς ἅπαξ διὰ τὴν κακίστην αὐτοῦ ἐξ ἀρχῆς καὶ μιαιφόνον προαίρεσιν, τῆς βασιλείας ἐκπεσεῖν καὶ ἀποῤῥιφῆναι, ἀλλὰ καὶ δὶς μετὰ Λεόντιον καὶ Τιβέριον τοὺς ἐν μέσῳ τῆς βασιλείας κρατήσαντας, τοῦτο ὑπομεμενηκότα, ἐν τῷ ἐσχάτῳ καὶ ὑπὸ τοῦ ξίφους, ἐν τῷ Δαματικῷ λεγομένῳ τόπῳ τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, καρατομηθῆναι· τοῦ ὑπʼ αὐτοῦ ἐν διαφόροις ταξειδίοις ἀποσταλέντος διὰ θαλάσσης πλείστου στρατοῦ ἐπὶ τῇ καταστροφῇ καὶ ἁλώσει Χερσῶνος τῆς πόλεως, καὶ τοῦ ἐν αὐτῇ κατοικοῦντος λαοῦ κατασφαγῇ καὶ ἀφανισμῷ, ἐκεῖθεν ἐπαναστάντος αὐτῷ καὶ ἀνασοβήσαντος κατʼ αὐτοῦ, καὶ φύρδην εὐθέως ὡς ἔτυχε, καὶ δίχα τινὸς ἐννόμου δοκιμασίας τε καὶ ψηφίσματος εἰς βασιλέα προστησαμένου καὶ ἀναγορεύσαντος, ἐξόριστον ἐκεῖσε τὸν τηνικαῦτα διὰ πρόφασιν τυραννίδος γενόμενον Βαρδάνην τοὔνομα, υἱὸν γεγονότα Νικηφόρου τὸ γένος Περγαμηνίου τυγχάνοντα.

Ὅστις ἑαυτὸν Φιλιππικὸν τῷ δοκεῖν μετονομάσας, ἐκεῖθεν ἀπροσδοκήτως αἰφνίδιον ἐπιστὰς τῇ βασιλίδι ταύτῃ πόλει μετὰ πλοΐμου τῆς ἑπομένης αὐτῷ καὶ συντρεχούσης στρατιωτικῆς ἐνόπλου δυνάμεως τῶν αὐτὸν εἰς βασιλέα προστησαμένων, ἔμφυτον ἔκπαλαι κεκτημένος, οὐ μόνον ἐκ προλαβούσης γονικῆς, ὡς ἔλεγε, διδαχῆς τε καὶ παραδόσεως, ἀλλὰ καὶ διά τινος ἐπει-

A nicæ ſextæ ſynodo, omnia quæ in ea acta ſunt ordine perſecutus, ſimul cum Paulo qui fuit ſanctus hujus civitatis archiepiſcopus & patriarcha, cum eſſet adhuc laicus & a ſecretis imperatoris & quibuſdam aliis. Omnes autem actorum tomos literis eccleſiaſticis pure & nitide propria manu ſcripſi: qui etiam in palatio imperatoris obſignati tuto fuerunt repoſiti cum fidei decreto, quod in ſcriptis fuit editum ab ipſa ſancta ſynodo. Quin etiam quinque patriarchalibus ſedibus tradita exempla hujus decreti ſcripſi ſimiliter, ſic juſſus a piæ memoriæ imperatore Conſtantino, qui hoc imperavit ſic fieri, ut puritas & ſinceritas orthodoxæ fidei nullis B appeteretur inſidiis. Cum autem benignus & ſolus bonus & miſericors Deus mei humilis & inutilis eſſet miſertus, & hucuſque vivere conceſſiſſet, merito hunc quoque librum propria manu ſcribere volui & conſtitui, & maxime cum propter modum qui deinceps eſt dicendus, pax ſanctarum Dei eccleſiarum, earumque concordia, & orbis terrarum ſtatus tot annis permaneret, & nulla in eis apparuiſſet contradictio, diſſenſio, aut repugnantia. Hoc cum videre ferre non poſſet malignus & auctor mali diabolus, machinatus fuit occaſionem, & eam invenit dignam malo ſuo conſilio & pravitate.

C Nam cum ex noſtris peccatis in prioribus annis multa gravia accidiſſent, reſque crebro moverentur, quæ non ſolum in communi Chriſti amantis reip. fecerant diminutionem & maximam diſſolutionem, ſed jam etiam pervenerant ad ipſum culmen imperii, ut frequentibus eorum qui ipſum tenebant mutationibus & ex tyrannide inſurrectionibus, omnino contemneretur, & nihili fieret, eo maxime quod qui huic imperio ſucceſſerat, poſt mortem patris Conſtantini, Iuſtinianus, non ſolum ſemel propter ejus ab initio peſſimum & ſceleratiſſimum D vitæ inſtitutum excidiſſet ab imperio: ſed cum bis quoque poſt Leontium & Tiberium qui interjecti imperium obtinuerunt, hoc paſſus, poſtremo etiam in Damatico loco qui dicitur, Bithynorum provinciæ, capite fuiſſet truncatus, utpote quod in diverſis ordinibus per mare ab eo miſſus plurimus exercitus ad excidium civitatis cædemque habitantis in ea populi illinc in eum inſurrexiſſet, & in eum irruiſſet, ſtatimque temere & abſque ulla legitima approbatione & electione imperatorem creaſſet & renunciaſſet eum qui propter affectatam tyrannidem illinc tunc fuerat exterminatus, E Bardanem nomine, qui fuit filius Nicephori genere Pergamenii.

Qui cum ſe Philippicum mutato, ut videbatur nomine appellaſſet, illinc præter expectationem repente accedens ad hanc imperialem civitatem, cum navi advectis quæ eum ſequebantur & concurrebant armatis militaribus copiis eorum qui ipſum crearant imperatorem, jam olim habens innatam, non ſolum ex præcedente parentum, ut ipſe dicebat, doctrina & traditione, ſed etiam per introductam falſam quandam do-

ANNO CHRISTI 712.

ctrinam, huic sanctæ & œcumenicæ sextæ synodo contrariam prophanissimam hæresim, ut quia ab ineunte ætate fuisset discipulus Stephani abbatis discipuli Macarii, usus protinus auctoritate & potestate imperatoria ante suum ingressum, quæ multis quidem ante annis jam posita fuerat, ejusdem sanctæ synodi imaginem, inter quartam & sextam scholam, in vestibulo imperialis palatii jussit dejici: dicens se non alias in animum inducturum, ut in regiam, quæ sua non erat, ingrederetur, nisi hoc factum esset. Hoc quoque pro imperio decernens ut appellatio Sergii & Honorii, & reliquorum qui cum eis ejecti fuerant & anathematizati a sancta & œcumenica synodo, in sacris sanctarum ecclesiarum diptychis recitaretur, & eorum in locum suum reponerentur imagines. Brevissimo autem post tempore cum eos quoque quos diximus invenisset in imperiali palatio repositos mea manu scriptos ejusdem sanctæ & œcumenicæ sextæ synodi actorum tomos, eos ejiciens & in publicum proferens in secreto igni tradidit & abolevit, cum plurimos & orthodoxos patres fuisset persecutus, & quosdam ex eis misisset in exilium, & maxime eos qui noluerant ejus jussu composito & pronunciato de fide veluti tomo ab abolendam hanc sanctam & œcumenicam sextam synodum subscribere.

Cum hæc duobus annis, sic ab ipso cum iis qui ipsum sequebantur, & qui eadem quæ ipse sentiebant, violenter fierent, eum divina puniit & evertit justitia, & maxime propter ea quæ nefarie & turpiter ipse perpetravit & ejus administri in mulierum monasteriis, & plurimam eo nomine factam dissipationem & diminutionem earum quæ a Iustiniano congregatæ fuerant pecuniarum repositarum in palatio. Die enim sabbati sanctæ pentecostes, indictione XI. repente circa crepusculum in eum facta insurrectione, præter expectationem, ab exercitu qui in Thracia fuerat congregatus; propter irruptionem vicinæ gentis Hungarorum Bulgarorum cum magna cæde & strage Christianorum qui manebant in Thracia ejus culpa factam quod pactis conventis non steterat, captus ipse barbarus tyrannus; imperioque motus & ejectus repente orbatur oculis, in tenebris deinceps insipientis sui cordis tempore vitæ suæ ambulans, ut dicit psalmorum eloquium.

Sequenti autem die proclamatur ipso die S. pentecostes, inspiratione, & gratia sanctissimi & vivifici Spiritus imperator, pius & orthodoxus nomine [a] Philartemius, qui etiam mutato nomine postea vocatus fuit Anastasius, qui prius fuerat in numero scholæ [b] a secretiorum, sententia & suffragiis sacrosancti senatus, & totius catalogi sacerdotalis, & Christi amantium qui illic agebant exercituum, & universi populi civitatis, primum renunciatus in sanctissima Dei catho-

[a] Flavius Artemius.

[b] eorum qui a secretis.

A συνάκτου κακοδιδασκαλίας, τὴν ἐναντίαν ταύτης τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου παμβέβηλον αἵρεσιν, ὡς οἷα μαθητευθεὶς καὶ φοιτήσας παιδόθεν κατὰ καιροὺς Στεφάνῳ τῷ ἀββᾷ μαθητῇ Μακαρίου. εὐθὺ καὶ παραχρῆμα βασιλικῇ ἐξουσίᾳ καὶ αὐθεντίᾳ χρησάμενος, πρὸ τῆς οἰκείας εἰσόδου, τὴν μὲν ἀπὸ χρόνων ἤδη ἀνατεθεῖσαν εἰκόνα τῆς αὐτῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου, πλησίον καὶ μεταξὺ τῆς τετάρτης καὶ ἕκτης σχολῆς ἐν τοῖς προαυλίοις τοῦ βασιλικοῦ παλατίου, κατενεχθῆναι προσέταξε· μὴ ἄλλως, φήσας, ἐν τοῖς οὐκ οὖσιν αὐτοῦ βασιλείοις, εἰσέρχεσθαι καταδέχεσθαι, πρὶν ἢ μὴ τοῦτο γενήσεται· θεσπίσας ἐξουσιαστικῶς καὶ τοῦτο, ὥστε τὴν προσηγορίαν
B Σεργίου τε καὶ Ὀνωρίου, καὶ τῶν λοιπῶν σὺν αὐτοῖς ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου ἐκβληθέντων καὶ ἀναθεματισθέντων, ἐν τοῖς ἱεροῖς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν διπτύχοις ἀνακηρύττεσθαι, καὶ τὰς αὐτῶν ἀναστηλοῦσθαι κατὰ τόπον εἰκόνας. μετὰ δὲ χρόνον βραχύτατον, εὑρηκὼς καὶ τοὺς εἰρημένους, καὶ ἐν τῷ βασιλικῷ παλατίῳ ἀποκειμένους ἰδιοχείρους μου τόμους τῶν πεπραγμένων τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, τούτους ἐκβαλὼν καὶ δημοσιεύσας ἐπὶ σεκρέτου πυρὶ παρέδωκε καὶ ἠφάνισε, πλείστων εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων ἀνδρῶν διωγμὸν ποιησάμενος, καὶ τινὰς αὐτῶν παραπέμψας ἐν ἐξορίᾳ· καὶ μάλιστα, τοὺς μὴ ἑλομένους ἐν τῷ κατ'
C ἐπιταγὴν αὐτοῦ συνταγέντι καὶ ὑπαγορευθέντι, περὶ πίστεως δῆθεν καὶ ὡσανεὶ τόμῳ ἐπ' ἀθετήσει τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, καθυπογράψαι.

Τούτων δὲ οὕτως ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ διετῆ χρόνον ἅμα τῶν συνεπομένων καὶ ὁμοφρονούντων τῇ ἐκείνου κακοδοξίᾳ τελουμένων βιαίως, θᾶττον αὐτὸν ἐπαξίως τῶν πραττομένων ἡ θεία δίκη μετῆλθε καὶ κατεστρέψατο· μάλιστα καὶ διὰ τὰς ἐξ αὐτοῦ γινομένας μετὰ πάσης ἀναισχυντίας ἐπισυχνοῦ ἐν τοῖς εὐαγέσι γυναικείοις μοναστηρίοις, καὶ ἑτέροις τῶν καθυπουργούντων αὐτῷ προσώπων ἀθεμίτους ἐγχειρήσεις καὶ αἰσχρουργίας, πλεῖστον ἐπὶ τούτοις καὶ ἄφατον σκορ-
D πισμόν τε καὶ μείωσιν τῶν ἐπισυναχθέντων ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ, καὶ ἀποκειμένων ἐν τῷ παλατίῳ χρημάτων ποιήσαντος. κατὰ γὰρ τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς ἰνδικτιῶνος ια'. ἄφνω περὶ δειλινὴν ὀψίαν ἐπαναστάσεως αὐτῷ γινομένης ἀπροσδοκήτως ἐκ τοῦ ἐπισυναχθέντος ἐν τῇ Θρᾴκῃ στρατοῦ, διὰ τὴν προσεχῶς τότε, καὶ ἐξ αἰτίας αὐτοῦ καὶ παραβασείας τῶν συγκειμένων πάκτων, γεγονυῖαν ἔφοδον τοῦ γειτνιάζοντος ἔθνους τῶν Οὐννογούρων Βουλγάρων, μετὰ πλείστης αἰχμαλωσίας τε καὶ σφαγῆς τῶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ καταμενόντων Χριστιανῶν. συλληφ-
E θεὶς ὁ αὐτὸς μιξοβάρβαρος τύραννος, καὶ τῆς βασιλείας ἀπωσθεὶς καὶ ἐκβεβλημένος, πηροῦται παραχρῆμα τὰς ὄψεις, ἐν σκότει τὸ λοιπὸν τῆς ἑαυτοῦ ἀσυνέτου καρδίας τὸν χρόνον τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς κατὰ τὸ ψαλμικὸν διαπορευόμενος λόγιον.

Ἀνακηρύττεται δὲ τῇ ἑξῆς κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς, τῇ ἐπιφοιτήσει καὶ χάριτι τῆς ἐπιδημίας τοῦ παναγίου καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος, βασιλεὺς εὐσεβὴς καὶ ὀρθόδοξος Φιλαρτέμιος τοὔνομα, ὁ καὶ μετακληθεὶς Ἀναστάσιος, τῆς τῶν ἀσηκρητίων σχολῆς πρότερον γινόμενος ἐναρίθμιος, ψήφῳ τινὶ καὶ δοκιμασίᾳ τῆς τε ἱερᾶς συγκλήτου, καὶ παντὸς τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου, τῶν τε ἐπιδημούντων φιλοχρίστων ἐκστρατευμάτων, καὶ τοῦ πολιτικοῦ δήμου παντὸς, ἀναγορευθεὶς πρῶτον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ

ANNO CHRISTI 712.

λικῇ καὶ ἀποστολικῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ στεφθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως καὶ πατριάρχου Ἰωάννου ἐν τῷ ἁγίῳ καὶ πανσέπτῳ θυσιαστηρίῳ, συνανακηρυχθείσης αὐτῷ καὶ συναναγορευθείσης ἀναφανδὸν καὶ διαπρυσίως ὑπὸ πάντων τῶν ἐπιδημούντων ὁσιωτάτων ἀρχιερέων, καὶ τοῦ εὐαγοῦς κλήρου, τῆς εἰρημένης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, τῆς εἰρήνης καὶ ὁμονοίας τῶν ἁπανταχοῦ τοῦ Θεοῦ ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν φροντίδα καὶ πρόνοιαν μεγίστην ποιουμένων. οὕτω τε μετὰ βραχὺ συνευδοκήσαντος αὐτοῦ καὶ συνεπινεύσαντος παραυτίκα, καὶ πρόσφορα γεγόνασιν ἀκολούθως ἀπολογίας ἐχόμενα γράμματα ὑπὸ τοῦ τῶν ἐνταῦθα ἁγιωτάτου ἀρχιερέως Ἰωάννου πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης· ἅτινα καὶ μετὰ τῶν ἐξ ἔθους συνοδικῶν γραμμάτων ἐξαπεστάλησαν, τὴν πρέπουσαν καθηκόντως πληροφορίαν περὶ τῶν προγεγραμμένων ἁπάντων ἐμπεριέχοντα.

A Alica & apostolica ecclesia, & coronatus a pontifice & patriarcha Ioanne ad sanctum & venerandum altare, cum eo aperte quoque proclamata & renunciata ab omnibus sanctissimis qui ibi agebant pontificibus & pio clero dicta sancta & œcumenica sexta synodo. Qui quidem maximam curam gerebant pacis & concordiæ sanctissimarum, quæ ubique sunt, ecclesiarum, sicque paulo post cum ei ita visum esset & consensisset, factæ sunt literæ defensionis a sanctissimo hujus civitatis pontifice Ioanne ad Constantinum sanctissimum & beatissimum papam Romæ veteris. Quæ quidem cum synodalibus B de more missæ sunt literis. Quæ de omnibus prius scriptis ut par erat, eum reddebant certiorem.

Ἐπειδὴ δὲ μετὰ τὴν κατέριξιν τῆς ἀνωτέρω δηλουμένης συνοδικῆς τελείας εἰκόνος, ὁ ταύτην ἀθέσμως προστάξας κατενεχθῆναι Βαρδάνης ὁ ἀλιτήριος καὶ παράφορος, ἐν τῇ οὕτω λεγομένῃ τοῦ Μηλίου καμάρᾳ, τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς πέντε συνόδους" καὶ μόνον, ἐπὶ τῆς εἰκόνος ἀναστηλωθῆναι προσέταξεν ἑαυτὸν ἐν τῷ μέσῳ ταύτης ἅμα τῷ Σεργίῳ στηλογραφήσας ὀρθόστατον, ἀναγκαίως πάνυ καὶ ἄγαν ἁρμοδίως, τῶν αὐτῶν δύο προσώπων ἐξ ἐκείνης κατενηνεγμένων· ἡ τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου ἀναζωγράφησις, σὺν ταῖς ἄλλαις πέντε γεγένηται· κοινῆς ἑορτῆς καὶ εὐφροσύνης καὶ πνευματικῆς ἐν Χριστῷ ἀγαλλιάσεως παντὶ γεγονυίας τῷ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας φιλοθέῳ πληρώματι, ἐπὶ τῇ καταστάσει καὶ εἰρήνῃ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν.

Quoniam autem post dejectionem superius dictæ synodalis imaginis, qui eam nefarie dejici jusserat sceleratus & demens Bardanes in Melii quæ dicitur fornice, sanctas & œcumenicas quinque synodos, & solum in imagine se poni jussit, in ejus medio se cum Sergio erectum statuens, necessario omnino & valde convenienter his duabus C personis ex illa dejectis, ejusdem sanctæ & œcumenicæ sextæ synodi cum aliis quinque fit in columna descriptio. Communi festo & lætitia & spiritali in domino exultatione exorta universo Dei amantis ecclesiæ cœtui, ob constitutionem & pacem sanctissimarum ecclesiarum.

Πρὸς μέντοι πλειοτέραν τῶν ὑπ' ἐμοῦ ἐνταῦθα προγεγραμμένων πίστωσιν καὶ ἀσφάλειαν, καὶ τῶν ἐντυγχάνειν μελλόντων φιλοπονώτερον τῇ παρούσῃ βίβλῳ πληροφορίαν τε καὶ βεβαίωσιν, τὸ ἰσότυπον ἀπαραλείπτως τῆς ἀνωτέρω δηλουμένης, καὶ πρὸς τὸν ἁγιώτατον πάπαν Ῥώμης Κωνσταντῖνον ἐκπεμφθείσης ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐπιστολῆς παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου τοῦ ἐνταῦθα πατριάρχου Ἰωάννου, τῇ παρούσῃ βίβλῳ συνεῖδον καθυποτάξαι· καὶ παρακαλῶ ἐξαιτῶ πάντας τοὺς ἐντυγχάνειν μέλλοντας ἐν αὐτῇ, τὸν μόνον εὐδιάλλακτον καὶ φιλάνθρωπον ἐξιλεοῦσθαι καὶ καθικετεύειν Θεόν· προτοτύπως μὲν, τὴν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἐκκλησιῶν μέχρι τέλους φυλάττειν ἀκλόνητον καὶ παντίως ἀσάλευτον· οὕτω τε κἀμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ καὶ ἐλαχίστῳ καὶ πάσης ἀπολογίας ἐστερημένῳ ἱλασμόν τε καὶ ἄφεσιν τῶν πολλῶν ἀνεικάστων μου δωρηθῆναι παραπτωμάτων ἐν τῇ μεγάλῃ καὶ φοβερᾷ τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμέρᾳ, καὶ τῆς δικαίας τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων ἀνταποδόσεως.

Ad eorum autem quæ prius a me scripta sunt majorem fidem; & eorum qui hunc librum diligentius sunt lecturi securitatem & confirmationem, exemplum superius dictæ ad sanctissimum papam Roma- D num missæ epistolæ a sanctissimo hujus sedis patriarcha Ioanne, citra ullum defectum huic libro subjicere statui. Rogo autem & peto ab omnibus qui eam lecturi sunt, ut soli benigno clementi & misericordi Deo supplicent, primum quidem ut sanctarum suarum ecclesiarum pacem & concordiam perpetuo custodiat firmam & omnino immobilem. Et deinde ut mihi quoque peccatori & minimo, & qui sine omni sunt defectus excusatione, det propitiationem multorum & quæ explicari non possunt delictorum in magno & terribili die secundi adventus ipsius unigeniti filii Dei domini autem nostri Iesu Christi, & justæ redditionis eorum quæ E unusquisque gessit in vita.

*" ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Ἰωάννου, πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν ἁγιώτατον πάπαν Ῥώμης, ἀπολογητικὴ ἕνεκεν τῶν ἐπὶ τῶν χρόνων τῆς τυραννίδος " Βαάδα κεκινημένων, κατὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου.

* Βαρδάνου

EPISTOLA SANCTISSIMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI Ioannis ad Constantinum sanctissimum papam Romanum apologetica, propter ea quæ tempore tyrannidis " Bardæ mota sunt adversus sanctam & œcumenicam sextam synodum.

" Bardanis

ANNO CHRISTI 712.

Sanctiſſimo & beatiſſimo fratri & comminiſtro domino Conſtantino Ioannes indignus epiſcopus in domino ſalutem.

QUI ſuæ divinitatis & poteſtatis indicium, eorum quæ videntur magnificentiam architectatus eſt Deus, præcipue in pretioſiſſimo creatarum rerum ſenſilium, noſtro inquam figmento ſuam oſtendit gloriam & ſapientiam qua quidem ratione ex ipſo quoque admirabilem eſſe factam divinam cognitionem propheta exclamavit. Ipſe naturæ noſtræ opifex cum ſuo artificio curaſſet ut caput toti corpori præficeretur, in eo collocatis præcipuis ſenſuum inſtrumentis, omnem reliquorum membrorum motionem & perfectionem illinc oriri fecit & conſervari: & ſi contigerit aliquod eorum offendi aut aliquo incommodo affici, non levem eorum curam a ſe gerendam eſſe ſtatuit. ſed etiam adverſus ultima membra naturalem oſtendens affectionem & conſenſionem, per manuum miniſterium ductu oculorum curat quod laborabat. His veſtrum quoque apoſtolicum pontificatum comparare poſſumus, o ſanctiſſimi & Chriſtiani ſacerdotii caput vos canonice reputantes, merito per vos quærimus, ægritudinis quæ eccleſiaſtico noſtro accidit corpori a peſtilenti & exitioſa animis tyrannica poteſtate, accipere ſolatium. Omnino enim vos quoque ut eſt proprium capitis, nos involuntarie laborantes minime deſpicietis, neque a congenita ac coalita conjunctione nos amandabitis, ſed propter noſtra potius vulnera dolentes (*uno enim membro patiente, omnia quoque membra ſimul pati* eſt conſentaneum convenienter voci apoſtolicæ,) nunc ſanitatis noſtræ recuperationi jure gratulabimini, & maxime quando morbus a culpa corporis non eſt profectus, ſed extrinſecus a violenta & inopinata calamitate fuit effectus. De qua ut vos certiores redderemus neceſſario miſimus has literas, per eas vobis veluti aperientes & indicantes gravitatem vulneris. Quamobrem huc uſque prohibiti ſumus ſynodalem ſcriptionem de more ad vos mittere, ut qui tyrannice detineremur; neque enim nobis alioqui licebat ad vos ſcribere, pure & non turbide exponentes dogmata pietatis. Cum enim hanc a Deo cuſtoditam occupaſſet civitatem cum externa potentia, neque enim vere dixerim, imperio, qui inſtar latronis & veluti ex inſidiis vulnus nobis attulit iis quas novit rationibus univerſorum gubernatrix providentia, non eſt enim noſtrum ſcrutari profundum divinorum judiciorum, vim & non leges jaciens fundamentum, potentiæ dejecit quidem vel ante ſuum ingreſſum, in atriis regiæ poſitam imaginem ſanctæ ſextæ ſynodi.

Pſal. 128.

1. Cor. 12.

A Τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ καὶ μακαρίῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ, Ιωάννης ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ο τῆς ἑαυτοῦ θεότητος καὶ δυνάμεως μήνυμα, τὴν ἐν τοῖς ὁρωμένοις μεγαλουργίαν τεκτηνάμενος Θεὸς, ἐξαιρέτως ἐν τῷ τιμιωτάτῳ τῆς αἰσθητῆς κτίσεως, τῷ ἡμετέρῳ φημὶ πλασουργήματι, τὰ τῆς οἰκείας δόξης τε καὶ σοφίας ἐπεδείξατο. καθὸ δὴ καὶ τεθαυμαστῶσθαι ἐξ ἑαυτοῦ τὴν θείαν γνῶσιν ὁ προφήτης ἀνεβόησεν. αὐτὸς ὁ τῆς φύ- B σεως ἡμῶν δημιουργὸς, τοῦ ὅλου σώματος προβεβλῆσθαι φιλοτεχνήσας τὴν κεφαλὴν, ἐν αὐτῇ τὰ καιριώτατα τῶν αἰσθητηρίων ἀποθέμενος, πᾶσαν ἐκεῖθεν τὴν τῶν λοιπῶν μελῶν κίνησιν καὶ ἀρτιότητα, γίνεσθαί τε καὶ συντηρεῖσθαι πεποίηκεν· κἄν τι τούτων προσπταῖσαι συμβαίη, ἢ ἄλλως πῶς κεκακῶσθαι, οὐκ ἀπροσποίητον τὴν τούτων ἐπιμέλειαν τίθεται· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ τῶν μελῶν ἔσχατα τὴν φυσικὴν δεικνῦσα συμπάθειαν, διὰ τῆς τῶν χειρῶν ὑπουργίας, τῇ ὁδηγίᾳ τοῦ ὀφθαλμοῦ θεραπεύει τὸ πεπονηκὸς, οὐκ ἀτιμάζουσα καὶ ἀποπεμπομένη τὴν τούτων συνέργειαν ὡς ἄχρηστον. τούτοις δὴ τὰ κατὰ τὴν ὑμετέραν ἀποστολικὴν προεδρίαν ἔ- C χομεν παραβάλλειν, ἁγιώτατοι, καὶ κεφαλὴν τῆς κατὰ Χριστὸν ἱερωσύνης κανονικῶς ὑμᾶς λογιζόμενοι, εἰκότως δι' ὑμῶν ἐπιζητοῦμεν τῆς ἐπισυμβάσης ἀθυμίας τῷ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησιαστικῷ σώματι ἐκ τῆς λοιμώδους καὶ νοσοποιοῦ τῶν ψυχῶν τυραννικῆς ἐξουσίας, παραμυθίαν κομίσασθαι. πάντως γὰρ καὶ ὑμεῖς, τῷ τῆς κεφαλῆς ἰδιώματι, ἀβουλήτως νενοσηκότας ἡμᾶς οὐ περιόψεσθε, οὐδὲ τῆς ἑαυτῶν συμφυΐας ἡμᾶς ἀποπέμψοισθε. ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς τραύμασιν ἡμῶν ἐπισυναλγάζοντες· πάσχοντος γὰρ ἑνὸς μέλους, συμπάσχειν εἰκὸς πάντα τὰ μέλη, κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου φωνήν· νῦν τῇ πρὸς τὸ ὑγιὲς ἐπαναδρομῇ, καὶ πρὸς τὸ ἄρτιον ἀποκαταστάσει ἡμῶν, συγ- D χαρήσεσθε δικαιότατα· καὶ μάλιστα, ὁπηνίκα τὸ ἀρρώστημα, οὐκ ἐκ τῆς αἰτίας τοῦ σώματος τὴν σύστασιν εἰλήφει, ἀλλ' ἔξωθεν βεβιασμένης καὶ ἀδοκήτου συμφορᾶς γέγονεν ἀποτέλεσμα· περὶ ἧς ἀναγκαίως ὑμῖν, ἀδελφοὶ θεοτίμητοι, τὸ παρὸν τῆς πληροφορίας ἀπεστείλαμεν γράμμα, οἷον ἀπογυμνοῦντες ἡμῖν δι' αὐτοῦ, καὶ δεικνύντες τὸ τῆς πληγῆς δυσαχθές. διὸ καὶ μέχρι τοῦ νῦν, πρὸς τὴν ὑμῶν ἁγιωσύνην τῷ συνήθει τῆς συνοδικῆς προσφωνήσεως καταντῆσαι διεκωλύθημεν τυραννικῶς κατεχόμενοι. οὐ γὰρ ἄλλως ἦν ἡμᾶς πρὸς ὑμᾶς γράφειν καθαρῶς τε καὶ ἀνεπιθολώτως ἐκτιθεμένους τῆς εὐ- E σεβείας δόγματα. καταλαβὼν γὰρ τὴν θεοφύλακτον ταύτην πόλιν μετὰ τῆς ἔξωθεν δυναστείας· οὐ γὰρ ἂν φαίην ἀληθῶς βασιλείας· ὁ τὸ ἕλκος ἡμῖν λῃστρικῶς, καὶ οἷον ἐξ ἐνέδρας ἐπαγαγὼν καθ' οὓς οἶδε λόγους κυβερνητικὴ πρόνοια τῶν ἁπάντων. καὶ γὰρ οὐχ ἡμῶν ἐστὶ τῶν θείων κριμάτων τὸν βυθὸν ἐρευνᾷν. θεμέλιον καὶ ὑπόβαθρον τοῦ κράτους, τὸ βίαιον καὶ οὐκ ἔννομον προβαλλόμενος· καθεῖλε μὲν, καὶ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ εἰσόδου τὴν ἀνατεθεῖσαν ἐν τοῖς προαυλίοις τῶν βασιλικῶν εἰκόνα τῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου.

ANNO CHRIST 712.

Cum autem in ſede pontificatus vellet hominem collocare qui non erat ex noſtro cœtu eccleſiaſtico, ſed qui idem cum ejus perverſa ſentiebat ſententia, noſtri tamen cleri aſſiduitate & contentione coactus nos

Εγκαταστῆσαι δὲ βουληθεὶς εἰς τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον, ἄνδρα οὐκ ἐκ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἡμῶν συλλόγου τυγχάνοντα· τῆς δὲ οἰκείας ἐνδιαστρόφου γνώμης ὁμόφρονα· ὅμως τῇ τοῦ καθ'

ἡμᾶς

ἡμᾶς δυσαγοῦς κλήρου ὁρμῇ καὶ ἐνστάσει βιασθεὶς, A προήγαγεν ἡμᾶς οὐ προσδοκῶντας, οὐ βουλομένους, οὐκ ἀπαθῶς τε καὶ ἀβαρῶς καὶ δίχα παντὸς ὀδυρμοῦ τὸ τοιοῦτον ὑπομείναντας, πρὸς τὴν τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίαν καὶ κορυφήν· τίς γὰρ ἀναπείρως ἔχων πάντῃ τοῦ πλέειν τὴν θάλασσαν, νηὸς ἐπιβαίνῃ, καὶ πόρθμον διαπεραιοῦσθαι ἀνάσχοιτο; πολὺ γὰρ εἰπεῖν, τὴν διὰ μακροῦ πελάγους στέλλεσθαι ἀποδημίαν· αὐτὸς μέλλων μόνος τῆς ὁλκάδος ἐγχειρισθῆναι τοὺς οἴακας, ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν συμπλεόντων ἀναδεχόμενος τὴν κυβέρνησιν. ὅπερ καὶ ἐφ' ἡμῖν πᾶς τις καθορῶν. οὐ γὰρ τῶν ἐν ἱεράρχαις πρεπωδεστάτων καὶ ἁρμοδίων ἐν μελέτῃ ἦμεν ποτέ. ἢ τὸ περιφανὲς ἐν B ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς κεκτημένοι ἀξίαις, μόνῃ τῇ ὑπηρεσίᾳ τῶν μυστηρίων ἀδιαλείπτως σχολάζοντες. οὐκ ἄπιστον ἡγήσεται τὸ περὶ τούτου τῆς ἡμετέρας γνώμης ἀθέλητον, αὐτὸ τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν, ὅπερ καύχημα ἑαυτοῦ ὁ θεῖος ἀπόστολος διωρίσατο, προβαλλομένων ἡμῶν εἰς παράστασιν ἀληθείας τῶν ἐξ ἡμῶν λεγομένων. οὗτος τοίνυν ὁ κόσμον οἰκεῖον τὴν ἀκοσμίαν τῆς ἐκκλησίας τιθέμενος, ὤδινε μὲν καὶ ἐσπούδαζε τῆς ἀσεβείας ἀποκυῆσαι τὸν βασιλίσκον τὸν τοῦ ἀρχεκάκου ὄφεως γέννημα· ὥστε δημοσίᾳ ἐπ' ἐκκλησίαις καὶ ἐν ταῖς ὁμολογίαις τῶν ἐπισκόπων, ἀναθέματι ὑποβάλλεσθαι τὴν εἰρημένην ἁγίαν ἕκτην σύνοδον, καὶ τοὺς τοῦ C καθ' ὑμᾶς ἀποστολικοῦ καὶ σεβασμίου θρόνου προπατέρας, ὅσοι τὸ εὐαγὲς τῆς ἀληθείας διεπρέσβευσαν δόγμα· κοινῇ δὲ συνομολογεῖσθαι λέξεσιν ἀπεμφαινούσαις, καὶ μηδεμίαν ἐχούσαις συγγένειαν πρὸς τὰς γνωριστικὰς τῆς τελειότητος τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου ἐννοίας. αὐτὸ δὴ τὸ θεῖον τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ λόγου μυστήριον. ὡς οὐ πόῤῥω τυγχάνειν, μᾶλλον δὲ ἤδη τινὰς καὶ ὑπ' ὀδόντας γρύζειν, τοῦ καὶ αὐτὴν τὴν ἁγίαν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον ἀθετεῖσθαι, ὡς ἐκείνης συνηρτημένης κατὰ τὴν τῶν δογμάτων οἰκειότητα, καὶ οἷον εἰπεῖν, αὐτὴν ἐχούσης ῥίζαν τε καὶ βεβαίωσιν τῆς εἰρημένης ἁγίας ἕκτης συνόδου.

Ἐᾷ γὰρ λέγειν ὅσας ἡμῖν ὀχλήσεις ὡς ἐπὶ τῆς ἀληθείας προσήγαγε, πρὸς τὸ γράμμασιν ἡμᾶς χρήσασθαι κατὰ τὸν τῆς ἐκείνου παροινίας σκοπὸν, D πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀδελφικὴν μακαριότητα· πρὸς ταῦτα, ὅπως ἡμεῖς τῷ κατ' οἰκονομίαν ἐχρησάμεθα λόγῳ, ὥστε διακρούσασθαι μὲν τὴν τυραννικὴν καὶ ἀνένδοτον ἔνστασιν. πρὸς τὸ μετριώτερον δὲ, τὰ τῆς ἀτοπίας συστεῖλαι, τὴν ὡς ἐν κακοῖς διαφορὰν εἰδότες οὐ πάντῃ ἀπόβλητον, ὅτε μὴ αὐτὸ τὸ καλὸν καθαρῶς κατὰ πρώτην ἔνεστι τάξιν κρατεῖν, αὕτη ἡμῖν μαρτυρήσει ἡ τῶν ἐν καρδίᾳ βουλευμάτων ἔφορος δύναμις· καὶ ἐν ἀνθρώποις δὲ, ὁ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱερωτάτης καθέδρας ἐνδημῶν ἐνταῦθα θεοφιλὴς ἀποκρισιάριος, ὃν ἐν αὐτῇ τῇ ἀκμῇ τοῦ καιροῦ, ἐνωμότως μετὰ τῆς ἀληθείας ἐπληροφορήσαμεν, καθαρὰν αὐτῷ τὴν ἐνυπάρχουσαν ἡμῖν περὶ τὴν ὀρθόδοξον διάθεσιν φανερώσαντες. οἴδατε γὰρ καὶ ὑμεῖς τῇ πείρᾳ σαφῶς μεμαθηκότες, ἁγιώτατοι, ὡς οὐ λίαν" ἀντιτύπως καὶ σκληρῶς ἔχειν πρὸς τὴν τῆς ἐξουσίας ἀνάγκην ἐν τοῖς τοιούτοις, ἄνευ τινὸς τέχνης καὶ περινοίας καθέστηκεν εὐμαρές. ἐπεὶ καὶ Νάθαν ὁ προφήτης, οὐκ ἀπερικάλυπτον τὸν ἔλεγχον τὸν περὶ τῆς μοιχείας τε καὶ τοῦ φόνου προσήγαγε τῷ Δαβίδ. καίτοι καὶ αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ προφητικῷ

A non expectantes, non volentes, & non sine dolore ægreque ac gravate hoc sustinentes provexit ad pontificatus dignitatem & fastigium. Quis enim navigandi omnino imperitus navem conscendat, & freta transmittere audeat? est autem majus quando quis " per æstum maris est peregre profecturus, ei soli committatur clavus navis onerariæ sui & rectorum gubernandorum curam suscipienti. Quod quidem in nobis quoque quilibet intuens (nunquam enim meditati sumus quæ inter pontifices conveniunt in dignitatibus ecclesiasticis splendorem assequuti, soli mysteriorum ministerio vacantes) non B incredibile enim existimabit quod dicimus id nostra voluntate non esse factum ipsum nostræ conscientiæ testimoniū, quod sui gloriatione divinus apostolus definiit, nobis Deo producentibus ad probandam veritatem eorum quæ dicuntur. Iste ergo qui suum decus esse ducebat dedecus ac probrum ecclesiæ parturiebat quidem & studebat impietatis edere basiliscum, malorum auctoris serpentis fœtum ut publice in ecclesia & in episcoporum confessionibus anathemati subjiceretur dicta sancta sexta synodus, & apostolicæ & venerandæ vestræ sedis majores qui venerandum dogma pietatis tenuerunt. Communiter autem confiteremur absurdis C dictionibus, & quæ nullam habent cognationem cum notionibus quæ significant perfectionem ejus quod est in Christo mysterii: ipsum autem verbi humanitatis susceptionis mysterium procul abesset. imo vero quidam jam murmurarent ipsam sanctam Calchedonensem synodum abrogandam, utpote quod ab illa penderet quod ad dogmatum attinet convenientiam, & eam ut ita dicam habere radicem & confirmationem dicta sancta sexta synodus.

Mitto dicere quantas nobis re vera exhibuit molestias, ut ad vestram fraternam beaD titudinē literas dirigeremus cōvenienter scopo illius amentiæ. Ad hæc quomodo nos & quo consilio ita gesserimus ut depelleremus quidem ejus vim tyrannicam & protervam. Ad id autem quod est paulo moderatius deduceremus insolentiam, scientes ut in malis non esse omnino rejiciendam indifferentiam, quando non ipsum bonum licet primo loco obtinere, nobis testimonium feret ipsa potestas quæ cordium consilia intuetur. Quin etiam inter homines, sanctissimæ vestræ sedis religiosus apocrisiarius qui hic agit, cui nos hunc maxime urgente tempestate dato jurejurando satisfecimus, ei puram quæ nobis inerat in orthodoxam fidem affectionem aperientes. EteE nim vos quoque scitis, ut qui experientia aperte didiceritis, o sanctissimi, quod nimis aspere & præfracte se gerere adversus potestatis necessitatem in rebus ejusmodi absque aliqua arte & ingenii solertia nequaquam fuit facile. etenim Nathan quoque propheta non aperta in Davidem usus est reprehensione de admisso adulterio & cæde; sed cum eam colorasset probabili quadam narratione ex illius sententia in eum protulit judicium, licet ipse quoque David esset ornatus

ANNO CHRISTI 712.

" per vastū mare, ex apographo Sirmondi

2. Cor. 1.

2. Reg. 12.

ANNO CHRISTI 712.

spiritu prophetiæ. Propterea nos quoque sicut magnus dicit Basilius, viri moribus parumper cedendum esse censuimus, ut in iis quæ sunt præcipua, si non verbis at sententiis inviolata fidei servaretur confessio. Non enim in verbis sed in rebus est nobis veritas, clamat Gregorius theologus: & rursum definit esse valde absurdum & turpe de sono vocis exiliter differere. Apostolicus quoque Dionysius Areopagita esse a ratione alienum & ineptum pronunciat, vim scopi & instituti non attendere sed dictiones: idque inquit, non est eorum proprium qui volunt intelligentia divina percipere, sed eorum qui solos sonos admittunt, eosque ad aures usque ulterius permeare non valentes extrinsecus continent, & nolunt scire quid hæc quidem dictio significat: quomodo autem eam explicare oporteat per alias quæ tantum valent & evidentius exprimunt. Hæc autem dicimus, non ut qui velimus evertere voces jam synodice definitas, quasque universa Dei ecclesia longo jam tempore est confessa. Nempe dicere in mysterio Christi incarnationis, ex pia & sanctis patribus cognita intelligentia duas naturales voluntates & duas naturales operationes: sed intuentes ad solam tyranni persuasionem, ut nominat apostolus, & ut ea solerti excogitatione verteretur in contrarium, ne aliena dogmata aperte introducerentur in ecclesiam & penitus labefactarentur de re proposita pietatis decreta quæ firma manserant & inconcussa: simul quoque magnum ducentes, uti etiam a nominatæ sanctæ synodi inimicis ex sententia per confessionem admitteretur ejus doctrina, ut non eversionem, sed illius potius confirmationem aperte ostenderent, apud eos quidem certe qui sano & inflexibili oculo rerum contemplationis hæc sciunt considerare, ea quæ tyrannus adversus synodum est machinatus. volendi enim & operandi potestate præditum in altera natura dicere esse Christum, nihil est aliud quam intelligere duas naturales voluntates & duas naturales operationes. Expresse enim hoc sensu has intelligi voces in edicto a se decreto prius decrevit in vestra magna civitate Romana congregata synodus a venerandæ memoriæ Martino qui vestræ præfuit ecclesiæ, ut illa aperte per nos quoque peccatores & minimos dispensarit Dei sapientia, *Qui comprehendit sapientes in astutia eorum*, quæ Gregorius theologus ponit in funebri oratione in magnum Basilium, ubi illum inducit usum consilio Davidis dispensando verba sua in judicio: silentio quidē præteriisse principalem vocem in sancto Spiritu, aliis autem quæ idem valerent vocibus corroborasse piam fidei prædicationem. Quamquam quanta sit differentia utriusque argumenti, ejus inquam quod versatum circa fidem & confessionem divinitatis, & de divina incarnatione, ut idem dicit sanctus Gregorius theologus, meditationum quas subtilis necessario exquirit contemplatio ad indicandam perfectionem in utraque natura seu vivifica Trinitate tractationes & dogmata excellentiam habeant & præstantiam. Sic enim & quæ ob eodem sapienti theologo in oratione de theologia adversus

Galat. 5.

Psal. 111.

A τετιμημένῳ χαρίσματι. κατὰ τοῦτο, καὶ ἡμεῖς, ὅπερ φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος, ἐνδιδόναι μικρὸν τῷ ἤθει τοῦ ἀνδρὸς καταδεξάμεθα, ὥστε τὴν ἐν τοῖς καιρίοις τῆς πίστεως ὁμολογίαν, εἰ καὶ μὴ λέξεσιν, ἀλλά γε ταῖς ἐννοίαις φυλάττεσθαι ἀπαράβατον. οὐ γὰρ ἐν λέξεσιν ἡμῖν, ἀλλ' ἐν πράγμασιν ἡ ἀλήθεια, ὁ θεῖος Γρηγόριος βοᾷ· καὶ πάλιν, ἱκανῶς ἄτοπον καὶ λίαν αἰσχρὸν διορίζεται, τὸ περὶ τὸν ἦχον σμικρολογεῖσθαι· καὶ ὁ ἀποστολικὸς Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, ἄλογον ὁμοῦ καὶ σκαιὸν ἀποφαίνεται, τὸ μὴ τῇ δυνάμει τοῦ σκοποῦ προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς λέξεσι· καὶ ταῦτα οὐκ ἔστι τῶν τὰ θεῖα νοεῖν ἐθελόντων ἴδιον, φησὶν, ἀλλὰ τῶν ἤχους ψιλοὺς καταδεχομένων, καὶ τούτους ἄχρι τῶν ὤτων ἀδιαβάτους ἔξωθεν συνεχόντων, B καὶ οὐκ ἐθελόντων εἰδέναι, τί μὲν ἡ τοιάδε λέξις σημαίνει· πῶς δὲ ταύτην χρὴ, καὶ δι' ἑτέρων ὁμοδυνάμων καὶ ἐκφαντικωτέρων λέξεων διασαφῆσαι. ταῦτα δὲ λέγομεν, οὐχ ὡς ἀνατρέπειν βουλόμενοι τὰς ἤδη συνοδικῶς ὁρισθείσας φωνὰς, καὶ πρὸς πάσης τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, ἐπὶ συχνὸν οὕτως ὁμολογηθείσας τὸν χρόνον· τουτέστι, τὸ λέγειν ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν τῆς σαρκώσεως μυστηρίου, κατὰ τὴν εὐσεβῆ τε καὶ τοῖς ἁγίοις πατράσι γνώριμον ἔννοιαν, δύο φυσικὰ θελήματα, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας· ἀλλὰ πρὸς μόνην ὁρῶντες τοῦ τυράννου τὴν πεισμονὴν, ὡς ὁ ἀπόστολος ὀνομάζει, καὶ τὸ ταύτην δι' ἐπινοίας εἰς τὸ ἐναντίον περιτραπῆναι, ὥστε μὴ ἀλλότρια δόγματα ἀναφανδὸν ἐπεισαχθῆναι τῇ ἐκκλη- C σίᾳ, καὶ τέλεον διασαλευθῆναι τὰ καλῶς πεπηγότα καὶ ἀκράδαντα μείναντα περὶ τὴν προκειμένην τῆς εὐσεβείας θεσπίσματα· καὶ ἅμα μέγα τιθέμενοι, τὸ καὶ παρὰ τῶν πολεμίων τῆς δηλονομασθείσης ἁγίας συνόδου, τὴν κατ' ἔννοιαν αὐτῆς ὁμολογεῖσθαι διδασκαλίαν. ὅθεν μὴ ἀνατροπὴν, ἀλλὰ βεβαίωσιν μᾶλλον ἐκείνης σαφῶς ἀποδείκνυσθαι, παρά γε τοῖς ὑγιεῖ τε καὶ ἀπαρεγκλινεῖ τῷ τῶν πραγμάτων κατανοήσεως ὀφθαλμῷ τὰ τοιαῦτα εἰδόσι σκοπεῖν, αὐτὰ δὴ τὰ κατὰ τῆς συνόδου τῷ τυράννῳ καινουργηθέντα· τὸ γὰρ θελητικόν τε καὶ ἐνεργητικὸν καθ' ἑκατέραν φύσιν λέγειν τὸν Χριστὸν, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ δύο φυσικὰ θελήματα, καὶ δύο φυσικὰς D ἐνεργείας, νοεῖν. κατὰ ταύτην γὰρ ῥητῶς τὴν διάνοιαν τὰς τοιαύτας νοεῖσθαι φωνὰς, ἐν τῷ ἐκφωνηθέντι παρ' αὐτῆς ὅρῳ προεθέσπισεν, ἡ ἐν τῇ καθ' ὑμᾶς μεγαλοπόλει Ῥώμῃ συναχθεῖσα σύνοδος ἱερὰ ἐπὶ τοῦ τῆς σεβασμίας μνήμης Μαρτίνου, τοῦ τῆς ὑμετέρας προεδρεύσαντος ἐκκλησίας· ὡς ἐκεῖνα σαφῶς καὶ ἐπὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἐλαχίστων, τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν οἰκονομῆσαι, τοῦ δρασσομένου τῶν σοφῶν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, ἅπερ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον τίθησιν ἐπιταφίῳ λόγῳ, ἔνθα ἐκεῖνον εἰσάγει συμβούλῳ τῷ θείῳ Δαβὶδ κεχρημένον καὶ οἰκονομοῦντα τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει· παρησυχάσαι μὲν τὴν κυρίαν ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος φωνὴν, ἑτέραις δὲ φωναῖς ταυτὸν δυναμέναις τὸ εὐσεβὲς κρα- E τῦναι τῆς πίστεως κήρυγμα· καίτοι τὸ διάφορον ὅσον ἑκατέρας ὑποθέσεως, τῆς τε περὶ αὐτὴν φημὶ τὴν τῆς θεότητος πίστιν τε καὶ ὁμολογίαν, καὶ τῆς περὶ τῆς θείας σαρκώσεως, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν ἁγίοις θεολόγος Γρηγόριος, φροντισμάτων, ὅσα ἡ λεπτομερὴς ἀναγκαίως ἐπιζητεῖ θεωρία πρὸς ἔνδειξιν τῆς καθ' ἑκατέραν φύσιν τελειότητος, οὐδένα ἂν οἶμαι ἀγνοεῖν. οὐχ ὡς τῶν περὶ τῆς θείας φύσεως, ἤγουν τῆς ζωοποιοῦ τριάδος λόγων τε καὶ δογμάτων, μᾶλλον τὸ προηγούμενον ἐχόντων, ὑπεραναστηκός τε καὶ προτιμότερον, ὅπου γὰρ καὶ τὰ

κατ'

ANNO CHRISTI 712.

κατ' Εὐνομιανῶν περὶ θεολογίας λόγῳ εἰρημένα τῷ αὐτῷ σοφῷ θεολόγῳ ἐκδεξόμεθα, ἐν οἷς τοιάδε φησί· φιλοσόφει μοι περὶ κόσμου, περὶ ὕλης, περὶ ψυχῆς, περὶ λογικῶν φύσεων βελτιόνων τε καὶ χειρόνων, περὶ ἀναστάσεως, κρίσεως, ἀνταποδόσεως, Χριστοῦ παθημάτων. ἐν τούτοις γὰρ, καὶ τὸ ἐπιτυγχάνειν, οὐκ ἄχρηστον· καὶ τὸ ἁμαρτάνειν, ἀκίνδυνον. οὐχ ἁπλῶς γὰρ ταῦτα καὶ ἀπολύτως τέθεικεν ὁ διδάσκαλος, ἀλλὰ τῷ κατὰ ἀντιπαράθεσιν λόγῳ, πρὸς τὰ περὶ τῆς θείας τριάδος λεγόμενά τε καὶ δογματιζόμενα. κατὰ τοῦτον δὴ τὸν τῆς οἰκονομικῆς καὶ κατὰ περίστασιν συμβάσεως τρόπον, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν γεγενημένων προελθεῖν πειθόμενοι, ἁγιώτατοι, μὴ ἀσύγγνωστον ἡμῖν τὸ ἐπὶ τούτοις ἔγκλημα προσαγαγεῖν καταδέξησθε. ἀλλὰ κἄν τι τῆς ἀκριβείας ἡμῖν ἡμαρτῆσθαι ὑπονοῆται, τῇ παραθέσει τῶν ἐκ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν οἰκονομικῶς προελθόντων, ἀπολυέσθω ἀνεύθυνον, καὶ πάσης ἐλεύθερον κατακρίσεως. ἐπεὶ καὶ Κύριλλος ὁ σοφώτατος, μὴ ῥητῶς ἀποκηρύττεσθαι τὸν Μοψουεστίας Θεόδωρον παρεγγυᾷ δι' οἰκονομίαν, χαριζόμενος τοῖς ἔτι ἀσθενέστερον περὶ τοῦτο διακειμένοις, καίτοι ἀρχηγὸν καὶ πατέρα τῆς Νεστορίου κακοδοξίας ἐκεῖνον εἰδώς. καὶ τοῦτο δηλοῖ τὰ περὶ τούτου γραφέντα παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Πρόκλον, τὸν τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας προεδρεύσαντα. καὶ ὁ μὲν ἀνωτέρω δηλωθεὶς τῆς πίστεως τύραννος, κεκαυτηριασμένην ἔχων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, καθώς φησιν ὁ ἱερώτατος Παῦλος, κατακαῦσαι τετόλμηκε τοὺς τόμους τῶν πεπραγμένων τῆς διονομασθείσης ἁγίας ἕκτης συνόδου, τοὺς ἐν τῷ παλατίῳ ἀποκειμένης, οἰόμενος, κατά γε τὸ αὐτοῦ δοκοῦν, συνεξαφανίζειν τούτοις τῆς ἀληθείας τὸν λόγον. ἡμεῖς δὲ τοῦτο ἐάσαντες τῇ ἑαυτοῦ ἐναπατᾶσθαι οἰήσει, καὶ ὡς ἐπὶ μεγάλῳ τινὶ κατορθώματι τῇ οἰκείᾳ συγκαυχᾶσθαι αἰσχύνῃ, ἐπιμελῶς παρεφυλάξαμεν τοὺς παρ' ἡμῖν ἀποκειμένους τῶν πεπραγμένων τόμους τῆς διονομασθείσης ἁγίας ἕκτης συνόδου, ἐν οἷς καὶ αἱ τῶν συνελθόντων ἁπάντων ἐπισκόπων ἐν τῇ τοιαύτῃ ἁγίᾳ συνόδῳ ὑπογραφαὶ μετὰ τῆς βασιλικῆς ὑποσημειώσεως ἐν τῷ παρ' αὐτῆς ἐκτεθέντι ὅρῳ ἐμφέρονται. καὶ ἑτέρως δὲ, ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς χρόνῳ, τὸ ἀδιάπτωτα φυλαχθῆναι τὰ πεπραγμένα τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου φιλοπονώτερον διεσπουδάσθη, καθὸ καὶ βιβλίον ἰδιόγραφον Παύλου τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης προέδρου γεγονότος τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, χάριτι Θεοῦ σώζεται παρ' ἡμῖν, ὃς ἀσηκρῆτις ὑπάρχων, ἐν τῇ τοιαύτῃ συνόδῳ καθυπούργησεν. ὡς ἐκ τούτου τὸ ἀσφαλὲς καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ προσεῖναι, τοῦ μή τινα τῶν πάντων κακονοίᾳ τινὶ, οἷα πολλὰ καινοτομεῖν εἴωθεν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὁ χρόνος, ὑπονοθεύειν ἀποτολμᾶν τὰ ὡς προλέλεκται συνεχῶς πεπραγμένα τῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου, ἢ κακοτρόπως ἑτέροις τὰ τοιαῦτα ἐπιφημίζειν δύνασθαι. τὸ γὰρ ἀπαράγραπτόν τε καὶ γνήσιον τῆς ἀληθείας, καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου βιβλίου πᾶσι δειχθήσεται φανερώτερον. ἐπειδὴ ὁ ἀληθὴς ἡμῶν ἐπιστάτης καὶ σωτὴρ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ πολὺ τῇ ἐν τούτοις ἀνοχῇ ὑπνοῦν οὐκ ἠνέσχετο· διαναστὰς, τῇ οἰκείᾳ ἀγαθότητι καὶ δυνάμει, ἐπετίμησε καὶ νῦν τῷ κλύδωνι, οὐ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ τοῦ ἀθέσμου ἐγχειρήματος· καὶ τὸν μὲν χειμῶνα τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ζάλης κατέπαυσε. ἐδωρήσατο δὲ ἡμῖν τὴν μεγάλην τῶν πραγμάτων γαλήνην, εὐσεβῆ βασιλέα καὶ κατὰ πάντα ἐνάρετον, ἐφάμιλλόν τε καὶ ἄξιον τοῦ ὕψους τῆς βασιλείας, κε-

A Eunomianos dicta sunt. Vbi hæc dicit: philosophare de mundo, de materia, de anima, de rationis compotibus naturis tam præstantioribus quam deterioribus, de resurrectione, judicio, remuneratione, Christi passionibus. In his enim & assequi non inutile, & peccare vacat periculo. Non enim ea simpliciter & absolute posuit doctor, sed quod illa conferret cum iis quæ dicuntur & decernuntur, de divina Trinitate. Hac itaque dispensationis ratione & consilio cetera quoque eorum quæ facta sunt processisse credentes, o sanctissimi, ne velitis propterea eam in nos conferre culpam cui non possit B ignosci. Sed & si quis existimet id quod est accuratum & perfectum nos non esse assequutos, comparatione eorum qui ex sanctis patribus œconomice processerunt absolvamur a culpa & omni condemnatione. Nam Cyrillus quoque sapientissimus non expresse jubet abdicari Theodorum Mopsuestiæ episcopum, certo consilio gratificans iis qui adhuc infirmius in eum erant affecti: & si illum sciret auctorem & patrem perversi Nestorii sententiæ. Idque indicant quæ ab ipso de eo scripta sunt ad sanctum Proclum qui nostiæ sanctissimæ præfuit ecclesiæ. & superius quidem dictus fidei tyrannus, C suam *conscientiam habens cauteriatam* sicut dicit sanctissimus Paulus, ausus est comburere tomos actorum nominatæ sanctæ sextæ synodi, repositos in palatio, existimans, ut sibi videbatur, simul quoque cum iis verbum delere veritatis. Nos autem eum sinentes sua decipi opinione, & tanquam præclaro aliquo facinore suo gloriari dedecore, diligenter custodiimus apud nos repositos actorum tomos nominatæ sanctæ sextæ synodi in quibus etiam omnium quæ in hanc sanctam sextam synodum convenerunt, episcoporum subscriptiones cum imperiali subsignatione, in decreto ab eis edi-D cto continentur. Porro autem aliter nostro tempore, ut conservarentur nec interirent acta ejusdem sanctæ synodi diligentius curatum est. Quandoquidem liber quoque scriptus propria manu Pauli sanctæ memoriæ qui fuit antistes nostrç sanctissimæ ecclesiæ, Dei gratia apud nos servaretur qui cum esset a secretis in hac sancta synodo inservivit. Adeo ut ex hoc apud posteros quoque cautum sit Dei & ecclesiæ, ne quisquam malignitate aliqua, ut multa inter homines solet tempus innovare, audeat adulterare ea quæ ut prius dictum est, continenter acta sunt a sancta sexta synodo: aut perverse aliis ea possit tradere. Germana enim & quæ cir-E cumscribi non potest veritas, vel ex hoc libro omnibus ostendetur apertius. Quandoquidem verus noster præses & servator dominus Iesus Christus, in his diutius tolerandis non sustinuit indormiscere. Sed surgens sua bonitate & potentia, nunc quoque increpavit fluctum, non aquæ, sed nefarii conatus, & sedavit quidem hyemem ecclesiarum tempestatis. Donavit autem nobis magnam rerum tranquillitatem, pium imperatorem & omni ex parte virtute præditum, qui imperiali celsitudini respondentem habet zelum orthodoxæ fidei, morum honestatem

1. Tim. 4.

ANNO CHRISTI 712.

statem & moderationem quique convenienter ejus nomini nempe Anastasii surgere fecit ecclesiasticam pacem & concordiam. Confidimus etiam in eo qui eam nobis donavit quod reipublicæ quoque electionem, ut fert appellatio nominis exorditur.

Vos ergo, o sacrum caput, perspicacissima quæ est in vobis virtute spiritus, benignæ invocationis nobis manum porrigentes miti contactu mutuarum literarum ex more ecclesiastico antisynodicorum scilicet apostolorum caritatis adhibeas medicamentum, quod est in nobis molestum & palpitans studete medicari. Nunquam enim erit nostra relaxatio, aut oculis somnus ascendet & requies temporibus & palpebris nostris dormitatio, donec universam Dei ecclesiam aspexerimus, rursus conservare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Etenim cum sitis illius discipuli & successores qui audiit a domino: *Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos ut cribraret tanquam triticum. Ego etiã rogavi pro te ut non deficeret fides tua & tu aliquãdo cõversus confirma fratres tuos,* deberis quidẽ diligenter inducere quæ fulciunt & stabiliunt ad correctionem, promptius etiam donare quæ sunt clementis animi & misericordis. Nam ipsum summum apostolorum ex eo quod ipsi accidit adhortatur dominus agnoscere quidem carnis infirmitatem: eos autem qui insultu rerum externarum lapsi sunt, ut ipsi quoque usu venit tempore salutaris passionis, non impediri quominus per correctionem restituantur priori impatibilitati:

Luc. 22.

A κτημένον τῆς ὀρθοδοξίας τὸν ζῆλον, καὶ τὸν τρόπον τὸ κόσμιον, φερωνύμως ἀναστήσαντα ἡμῖν τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν· πεπείσμεθα δὲ τῷ ταύτην ἡμῖν χαρισαμένῳ, ὅτι καὶ τὴν τῆς πολιτείας πραγμάτων τὴν ἀνέγερσιν ἡμῖν ἐπωνυμικῶς προοιμιάζεται.

Ὑμεῖς οὖν, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, τῇ ἐν ὑμῖν διορατικωτάτῳ δυνάμει τοῦ πνεύματος, τὴν χεῖρα τῆς εὐμενοῦς ἡμῖν ἐκτείνοντες ἐπικλήσεως πραείᾳ ἐπαφῇ ἀμοιβαίων γραμμάτων κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν, ἤγουν τῇ τῶν ἀντισυνοδικῶν ἀποστολῇ, τὸ τῆς ἀγάπης προσάγοντες φάρμακον, τὸ λυποῦν B ἐν ἡμῖν καὶ ὑποσφύζον, θεραπεῦσαι σπουδάσατε. οὐ γάρ ἐστι ποτὲ ἄνεσις τῇ ψυχῇ, ἢ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιβήσεται ὕπνος, καὶ ἀνάπαυσις τοῖς κροτάφοις, ἢ τοῖς βλεφάροις ἡμῶν νυσταγμὸς, ἕως ἂν τὴν καθόλου θεασώμεθα τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος καὶ αὖθις ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης διασώζουσαν. καὶ γὰρ ἐκείνου ὄντες μαθηταὶ καὶ διάδοχοι, τοῦ παρὰ τοῦ κυρίου ἀκούσαντος· Σίμων, Σίμων· ἰδοὺ ὁ σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον. ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου· καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, στήC ριξον τοὺς ἀδελφούς σου· ὀφειλέται ἐστε, θεοτίμητοι, τὰ μὲν, τοῦ πρὸς ἐπανόρθωσιν στηριγμοῦ ἐπάγειν ἐπιμελῶς, τὰ δὲ, τῆς συμπαθοῦς γνώμης προχειρότερον μᾶλλον χαρίζεσθαι. ἐπεὶ καὶ τὸν κορυφαῖον αὐτὸν, ἐκ τοῦ καθ' ἑαυτὸν προτρέπει ὁ κύριος, συνειδέναι μὲν τῆς σαρκὸς τὴν ἀσθένειαν· τοὺς δὲ κατ' ἐπήρειαν τῶν ἐκτὸς, ὀλίσθου τροπὴν ὑπομείναντας, καθὸ δὴ πέπονθεν καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τοῦ σωτηρίου πάθους καιρῷ, μὴ ἀποστερεῖσθαι τῆς κατ' ἐπανόρθωσιν πρὸς τὴν προτέραν ἀπάθειαν ἀποκαταστάσεως.

Iam vero hoc quoque vestram sacrosanctam non fugiat memoriam, quod quidam ex iis qui impium Eutychen deposuerant tempore Flaviani sanctæ memoriæ, cum in synodo quæ Ephesi postea celebrata est a Dioscoro eum qui juste fuerat condemnatus justum pronunciassent, beatissimum Flavianum iniquissime condemnarunt: in sancta tamen Calchedonensi synodo eis suffecit ad perfectam criminis depulsionem sanctæ cõfessionis depositio: nec de eo multo eis labore & verbis fuit opus. Scit enim fraterna dilectio non diu differre benignitatem & clementiam in proximum. Sanctis enim patribus qui Calchedone fuerant congregati hæc scripsit Leo clarissimus, vestræ sedis apostolicæ, imo vero totius orbis terræ lumen clarissimum: *Sed quoniam multa sæpe accidunt quæ possunt adducere ad pœnitentiam & Dei misericordia vincit delicta peccatorum, propterea suspenditur supplicium ut possit locum habere correctio.* Præterea ad Pulcheriam quoque scribens piæ memoriæ in epistola cujus est principium, *Piam vestræ benignitatis curam quam perpetuo gerit fidei catholicæ,* hæc dicit Leonis mens præstantissima. *Quemadmodum enim ab initio hujus argumenti scripsi frequentissime, inter dissentientes mentes & carnales mentes hanc volo servari moderationem, ut fidei quidem perfectioni nihil liceat addere nec conferre: iis autem qui revertuntur ad unitatem & pacem, præbeatur medela venia: quoniam opera dia-*

Epist. 47.

Epist. 51.

Καὶ τοῦτο δὲ, τὴν ἱερὰν ὑμῶν μνήμην μὴ διαφευγέτω, ὡς τινες τῶν καθελόντων τὸν ἀσεβῆ Εὐτυχέα ἐπὶ τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης Φλαβιανοῦ, ἐν τῇ μετὰ ταῦτα ἐπὶ Διοσκόρου ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ, τὸν ἐνδίκως κατακριθέντα δικαιώσαντες, τὴν ἀδικωτάτην ἐπήρτησαν Φλαβιανοῦ D τῷ μακαριωτάτῳ κατάκρισιν· καὶ ὅμως ἐν τῇ κατὰ Καλχηδόνα ἁγίᾳ συνόδῳ ἤρκεσε τούτοις πρὸς τελείαν ἀποτροπὴν τοῦ ἐγκλήματος ἡ τῆς ὑγιοῦς ὁμολογίας σύνθεσις. καὶ οὐ πολλῶν περὶ τούτου ἐδέησαν πόνων καὶ λόγων. οἶδε γὰρ ἀδελφικὴ στοργὴ, μὴ ἐπιπολὺ ἀναβάλλεσθαι τὸ πρὸς τὸν πέλας προσηνὲς καὶ μείλιχον. ταῦτα γὰρ τοῖς ἐν αὐτῇ τῇ ἐν Καλχηδόνι συνειλεγμένοις πατράσι Λέων ὁ ἁγιώτατος διεστείλατο, ὁ τῆς καθ' ὑμᾶς ἀποστολικῆς καθέδρας, μᾶλλον δὲ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης φανώτατος λαμπτὴρ, τοιάδε γεγραφώς· ἀλλ' ἐπεὶ πολλὰ συμβαίνει πολλάκις τὰ δυνάμενα μετάνοιαν ἐμποιεῖν, καὶ ὁ ἔλεος τοῦ Θεοῦ νικᾷ τῶν ἁμαρτανόντων τὰ E πλημμελήματα, διὰ τοῦτο, τὰ τῆς τιμωρίας ἐν ἀναρτήσει καθίσταται, ὅπως ἂν χώραν ἔχειν ἡ διόρθωσις δυνηθείη. ἔτι μὴν καὶ Πουλχερίᾳ τῇ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως γράφων ἐν ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, τὴν θεοφιλῆ τῆς ὑμετέρας φιλανθρωπίας φροντίδα, ἣν τῇ καθολικῇ πίστει ἀδιάλειπτον ἀπονέμετε, τοιάδε φησὶν ὁ ἀρχικώτατος τοῦ Λέοντος νοῦς· καθάπερ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ταύτης τῆς ὑποθέσεως συχνότατα γέγραφα, ταύτην μεταξὺ τῶν τε διχονοούντων διανοιῶν, καὶ τῶν σαρκικῶν ζηλοτυπιῶν τὴν ἐπιείκειαν βούλομαι φυλαχθῆναι· ὥστε τῇ μὲν τελειότητι τῆς πίστεως μηδὲν ἐξεῖναι προστεθεῖναι, μήτε μὴν ἀφαιρεθῆναι. τοῖς δὲ πρὸς τὴν ἑνότητα καὶ τὴν εἰρήνην ἐπανιοῦσι, τὸ τῆς συγγνώμης ἴαμα παρασχεθῆναι· ἐπειδὴ τότε τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου

βόλου δυνατώτερον καθαιρεῖται, ὅταν πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πλησίον ἀγάπην, αἱ τῶν ἀνθρώπων ἀνακαλῶνται καρδίαι.

Αὐτὸ δὲ τοῦτο πολὺ πρότερον καὶ Κύριλλος ὁ ἀκριβὴς περὶ τὰ θεῖα πεποιηκέναι εὑρίσκεται ἐπὶ τῇ τῶν ἀνατολικῶν ἐπισκόπων πρὸς αὐτὸν διενέξει τε καὶ ἀντιστάσει. ἀπολύειν γὰρ κατακρίσεως ἐκεῖνοι βουλόμενοι τὸν Νεστόριον, καὶ τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ ψῆφον ἀκυροῦν σπεύδοντες, οὐ φορητὰ τετολμήκασιν, ἀλλὰ μέγιστον εἰργάσαντο πλημμέλημα. αὐτὸν γὰρ τὸν μακάριον Κύριλλον, καὶ τὴν κατ᾽ αὐτὸν ἀνεθεμάτισαν σύνοδον. ἀλλὰ κἀκεῖνος ταχεῖαν καὶ οὐκ ἐργώδη προσηγάγετο τὴν ἀνάκτησιν· αὐτὸ μόνον τὸ συνθέσθαι αὐτοῖς τοῖς συνοδικῶς δεδογμένοις, καὶ εὐσεβῶς ὁρισθεῖσι, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς κυρῶσαι τὴν καταδίκην, ἐκείνας ἐπὶ τούτοις τὰς πάσης περιχαρείας ἐπιμέστους φωνὰς ἐκβοήσαντος τοῦ αὐτοῦ θεοφόρου πατρὸς, ἃς ὑπονοήσειέ τις ἐρρῆσθαι ὡς αὐτοῦ μᾶλλον πταίσματος συγχώρησιν δεξαμένου, καὶ οὐ τοῖς πταίσασι συγχωρήσαντος· εὐφραινέσθωσαν γάρ φησιν, οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. λέλυται γὰρ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ διχονοίας ἁπάσης ἀνῄρηται τρόπος, τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ ταῖς ἑαυτοῦ ἐκκλησίαις τὴν εἰρήνην βραβεύσαντος.

Ἔχετε τοίνυν καὶ ὑμεῖς, ὦ θεόληπτοι, τὴν ἀναιρετικὴν τοῦ κατ᾽ ἐπήρειαν σφάλματος, ἀπολογίαν ἰσχυράν τε καὶ ἔννομον, καὶ οὐδαμῶς δυναμένην παρασαλευθῆναι, τὴν καθαρὰν καὶ πεπαρρησιασμένην τῆς ὀρθοδοξίας ὁμολογίαν. μὴ οὖν βραδεῖς τε καὶ ὀκνηροὶ πρὸς τὸ συνηρμοσμένον ὑμῖν καὶ ἀδιάτμητον ἐν πνευματικῇ συμπνοίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ γίνησθε, ὦ μακάριοι, μήτε τοῖς κατὰ βίαν γεγενημένοις προσέχοντες, τοὺς βιασθέντας ἡμᾶς, τῆς ἑαυτῶν ἀγάπης ἀπώσασθε· μηδὲ ὡς ἐχθροὺς ἡγεῖσθε, ὥς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἀλλὰ παρακαλεῖτε ὡς ἀδελφοὺς, τὸ θεομίμητον ἐνδεικνύμενοι.

Πάντως γὰρ λογιεῖσθε, ἁγιώτατοι, ἐκ τῆς κατὰ τὸν Ἀαρὼν τὸν ἅγιον κυρίου, ὡς τὸ θεῖον αὐτὸν ἀνεκήρυξε πνεῦμα, γραφικῆς ἱστορίας ὑπεξαιρουμένης τῆς παντελοῦς ἀρνήσεως λόγου, καὶ τῆς πρὸς τὴν τελείαν ἀθεότητα ὑπαγωγῆς· ὡς τοῖς βεβιασμένοις καὶ οὐ κατὰ γνώμης ἐνδιάθετον πονηρίαν γινομένοις, ἕπεται ἡ συγχώρησις ἔνδικος. ὁ γὰρ Ἀαρὼν ἐκεῖνος, τῇ ὁρμῇ τοῦ πάλαι λαοῦ καθυφεὶς, καὶ ὑπουργήσας αὐτοῖς πρὸς τὴν τῆς εἰδωλοποιΐας τελείωσιν, ἐνεκαλεῖτο μὲν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ἀναγκαστικὴν βίαν ἐν ἀπολογίᾳ προβαλλόμενος, οὐδὲ μίαν παρὰ Θεοῦ ἐπιτίμησιν δέχεται, οὐδὲ τοῦ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀπόκληρος γέγονεν ἀξιώματος· πάντως πρὸς τὸ ἐν διαθέσει περὶ τὸ θεῖον σέβας γνήσιον ἀποβλέψαντος τοῦ πλάσαντος κατὰ μόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, ὥς φησιν ὁ μέγας Δαβὶδ, καὶ οὐ πρὸς τὴν ἔξωθεν περιπέτειαν. δεικνυμένης τοίνυν τῆς περὶ τὸν ὀρθὸν λόγον τοῦ ἡμετέρου φρονήματος ὑγείας τε καὶ συμφυΐας, τῷ ἀνυπερθέτῳ ἑτοιμότητι τοῦ κατακρῖναι μὲν τὰ ἀτόπως γεγενημένα· συστῆσαι δὲ τῇ βεβαιώσει τῆς εἰρημένης ἁγίας ἕκτης συνόδου τῆς εὐσεβείας τὰ δόγματα, περιπτύξασθε ἡμᾶς, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. ἀλλήλων γὰρ τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσετε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ, μεγαλοφωνότατα ἡμῖν ἐκβοᾷ ὁ θεῖος ἀπόστολος· ὡς ἂν ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ πνεύματι δοξάζωμεν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ΥΠΟΓΡΑΦΗ.

Ἐρρωμένος ἐν κυρίῳ, ὑπὲρ ἡμῶν εὔχου ἁγιώτατε καὶ μακαριώτατε ἀδελφέ.

A *boli tunc validius destruuntur quando caritatem in Deum & proximi hominum corda revocant.*

Hoc ipsum autem multo ante Cyrillus quoque divinarum rerum peritissimus fecisse invenitur in episcoporum orientalium in ipsum invectione & decertatione. Illi enim a condemnatione volentes absolvere Nestorium, & in ipsum latam infirmare sententiam contendentes, ausi sunt non tolerabilia, sed maximum delictum admiserunt. Ipsum enim beatum Cyrillum & synodum ejus anathematizarunt. Sed ille quoque celerem & non operosam adhibuit reparationem. B Nempe hoc solum ut consentirent iis quæ synodice fuerant constituta ac pie definita, & comprobarent impii damnationem, illas post hæc omni lætitia plenas voces exclamante ipso divino patre, quas suspicetur quispiam dictas esse quasi ipse potius sui lapsus accepisset condonationem, non autem ipse lapsum condonasset. *Lætentur*, enim, inquit, *cæli & exultet terra: soluta est enim maceria sepis, & omnis dissensionis modus est sublatus, cum omnium nostrum servator Christus suis ecclesiis pacem conciliarit.*

C Habetis ergo vos, o viri divinitus inspirati, delicti per alterius vim & injuriam admissi validam & legitimam defensionem, & quæ nequaquam convelli ac labefactari potest puram & liberam orthodoxæ fidei confessionem. Ne sitis ergo, o beati, pigri & tardi in id quod est vobis conjunctum & individuum in spiritali conspiratione & concordia, neque attendentes ea quæ per vim facta sunt, nos quibus vis est allata expellatis a vestra caritate, neque tanquam inimicos existimetis, ut dicit divinus apostolus, *sed consolemini ut fratres* ostendentes Dei imitationem. (2. Theſſ. 3.)

Omnino enim considerabitis, o sanctissimi, ex scripturæ historia de Aaron sancto domini sicut eum divinus appellavit Spiritus, D quod ea quæ per vim & non ex intrinseca animi malitia fiunt, sequitur justa condonatio, excepta perfecta verbi abnegatione, & ad perfectam impietatem abductione. Aaron enim ille cum prisci populi cessisset imperio & ad idolum fabricandum eis fuisset administer, a fratre quidem fuit reprehensus: sed cum se id per vim coactum fecisse in sua assereret defensione, nullam a Deo accipit increpationem, neque privatur dignitate pontificatus. (Exod. 32.) Omnino ad internum germanum in Deum cultum aspiciente eo *qui sigillatim finxit corda nostra*, ut dicit magnus David, & non ad externam temeritatem. (Pſal. 72.) E Ostensa ergo nostræ in rectum verbum sententiæ sanitate & consensione, ex eo quod citra morem quidem simus parati condemnare quidem ita quæ absurde facta sunt, comprobare autem & confirmare dogmata pietatis dictæ sanctæ sextæ synodi: Nos complectimini, o fratres venerandi. *Alter alterius enim onera portate, & sic implete legem Christi*, voce maxima nobis clamat divinus apostolus, ut unanimes in uno spiritu glorificemus Deum & patrem domini nostri Iesu Christi. (Gal. 2.)

SUBSCRIPTIO.

Fortis in domino, ora pro nobis sanctissime & beatissime frater.

ANNO CHRISTI 712.

CONCILIVM LONDINENSE PRO IMAGINIBVS,

Quod recentiores historici citra auctoritatem majorum tempore Constantini papæ habitum fuisse scribunt.

a *Concilium.*] Referunt Vrspergensis b alii-que recentiores historici; Egvvinum monachum designatum episcopum, Vviceiis divinitus admonitum, ut Dei genitricis imaginem in sua ecclesia collocaret: rem autem in controversiam deductam fuisse delatam ad apostolicam sedem, jussumque Egvvinum sisti coram pontifice, & juratum de visione quam viderat, & aliis testatum esse. Tunc vero Constantinum legatum misisse Bonifacium in Britanniam, qui Londini synodum celebraret. Celebrataque synodo, fuisse in ea probatas visiones Egvvini, & de cultu sacrarum imaginum promulgatum esse decretum. Quæ cum majorum testimonio destituantur, scriptisque Bedæ omnino adversentur illis, quibus ait Anglos una cum sancto euangelio usum sacrarum imaginum ab Augustino apostolo suo suscepisse, facile inducimur ut commentum esse putemus. Nam si cultus imaginum jam diu ante in Anglia receptus fuerat, ad earum receptionem non erat opus alia visione: nisi dicas Anglos primo sæculo suæ conversionis a fide recepta (quod non est verisimile, neque ab ullo hactenus demonstratum) aliqua ex parte recessisse. Beda de Augustino in Angliam veniente, usumque imaginum cum sancti euangelii primordiis introducente, hæc ait: *At illi* (Augustinus videlicet & socii) *non dæmoniaca, sed divina virtute præditi veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam, & imaginem domini salvatoris in tabula depictam, litaniasque canentes, pro sua simul & eorum, propter quos & ad quos venerant, salute æterna domino supplicabant.* Hæc Beda de usu sacrarum imaginum ante centum annos in Anglia recepto: quibus ea de hac Londinensi synodo a recentioribus scripta sunt non parum redarguuntur. Vide Baronium anno 714. numero 3. & 4.

b Hic vero longe post Bedam vixit circa annũ 1230.

ANNO CHRISTI ...

CONCIL. OMNIVM EPISCOPORVM ET PRINCIPVM, PROCERVM, COMITVM & omnium sapientum, seniorum, & populorum totius regni,

Per præceptum regis Inæ habitum, cum jam Gualam filiam Cadvvaladri regis Britonum in uxorem cepisset, unaque Cambriam totam & coronam Cadvvaladri adeptus esset,

In quo de mutuis connubiis habendis inter Anglo-saxones, Britones & Scotos, tum ad delendam fornicationem & immunditiam, tum ad concordiam publicam promovendam, statuitur.

Ll. Ed. cõf. cap. 35. in Auctar.

REX Ina cepit in uxorem suam Gualam nomine, propter quam vocata est Vvallia illa terra, quæ quondam vocabatur Cambria; bigamus enim fuit. Cepit autem cum ultima uxore sua Cambriam, & Cornubiam, & coronam benedictam Britanniæ, quæ fuerat ultimo Cadvvaladro regi Britanniæ. Et universi Angli qui tunc temporis extiterunt, uxores suas ceperunt de Britonum genere, & Britones uxores suas de illustri sanguine & genere Anglorum, hoc est de genere Saxonum. Hoc enim factum fuit per commune concilium & assensum omnium episcoporum & principum, procerum, comitum, & omnium sapientum, seniorum & populorum totius regni, & per præceptum regis Inæ prædicti. Multi vero Angli ceperunt uxores suas de sanguine & genere Anglorum Germaniæ, & quidam Angli ceperunt uxores suas de sanguine & genere Scotorum: proceres vero Scotorum, & Scoti fere omnes ceperunt uxores suas de optimo genere & sanguine Anglorum Germaniæ, & ita fuerunt tunc temporis per universum regnum Britanniæ duo in carne una: & taliter constituit rectum conjugium (& delevit fornicationem & immunditiam a regno) & recta judicia pro stabilitate regni, & confirmatione populorum, benigna sedulitate; & tali modo effecti fuerunt gens una, & populus unus per universum regnum Britanniæ, miseratione diuina.

Recta conjugia instituuntur.

Deinde universi vocaverunt regnum Anglorum quod antea vocatum fuit regnum Britanniæ. Vniversi prædicti semper postea pro communi utilitate coronæ regni insimul, & in unum circiter contra Danos & Norvegienses semper steterunt, & atrocissime unanimi voluntate contra inimicos pugnaverunt, & bella atrocissima gesserunt. Erat enim prædictus rex Ina optimus, largus, sapiens, prudens, moderatus, strenuus, justus, animosus, & bellicosus pro loco & tempore, & in divinis legibus, & in sæcularibus institutis, scriptis, & bonorum operum exhibitionibus, irradiavit gloriosus; rexitque regnum, confœderavit & consolidavit, & in unum pacificavit sapientia & prudentia magna, &, ubi locus adfuit, vi & manu armata.

Inæ regis laus.

ANNO CHRISTI 714.

EPISTOLA CEOLFRIDI ABBATIS AD NAITANVM REGEM PICTORVM, pro catholico pascha & Romana tonsura.

PRÆFATIO BEDÆ.

Bed. lib. 5. cap. 22.

EO tempore Naitanus rex Pictorum (qui septentrionales Britanniæ plagas inhabitant) admonitus ecclesiasticarum frequenti meditatione scripturarum, abrenuntiavit errori quo eatenus in observatione paschæ cum sua gente tenebatur, & se suosque omnes ad catholicam observantiam dominicæ resurrectionis tempus celebrandum perduxit. Quod ut facilius & majori auctoritate perficeret, quæsivit auxilium de gente Anglorum, quos jamdudum ad exemplum sanctæ Romanæ & apostolicæ ecclesiæ suam religionem instituisse cognovit. Siquidem misit legatarios ad virum venerabilem Ceolfridum abbatem monasterii beatorum apostolorum Petri & Pauli, quod est ad ostium Vvyri amnis, & juxta amnem Tinam, in loco qui vocatur Ingrivum, cui ipse post Benedictum (de quo supra diximus) gloriosissime præfuit, postulans ut exhortatorias sibi literas mitteret, quibus potentius confutare posset eos, qui pascha non suo tempore observare præsumerent, simul & de tonsuræ modo vel ratione qua clericos insigniri deceret. Excepto quod etiam ipse in his non parva ex parte esset imbutus. Et architectos sibi mitti petiit, juxta morem Romanorum ecclesiã de lapide ingente ipsius facerent, promittens hanc in honorem beati apostolorum principis dedicandam: se quoque ipsum cum suis omnibus

bus morem sanctæ Romanæ & apostolicæ ecclesiæ semper imitaturum, inquantum dumtaxat tam longe a Romanorum loquela & natione segregati hunc ediscere possent. Cujus religiosis votis ac precibus favens reverendissimus abbas Ceolfridus, misit architectos quos petebat, & literas scriptas in hunc modum.

EPISTOLA CEOLFRIDI ABB.

Domino excellentissimo & gloriosissimo regi Naitano Ceolfridus abbas in domino salutem.

CATHOLICAM sancti paschæ observantiam, quam a nobis rex Deo devote religioso studio quæsisti, promptissime ac libentissime tuo desiderio, juxta quod ab apostolica sede didicimus, patefacere satagimus. Scimus namque cælitus sanctæ ecclesiæ donatum, quotiens ipsi rerum domini discendæ, docendæ, custodiendæ veritati operam impendunt. Nam & vere omnino dixit quidam sæcularium scriptorum, quod felicissimo mundi statu ageretur, si vel reges philosopharentur, vel regnarent philosophi. Quod si de philosophia hujus mundi, vere intelligere de statu hujus mundi, merito diligere potuit homo hunc mundum: quanto magis civibus patriæ cælestis in hoc mundo peregrinantibus optandum est, & totis animi viribus supplicandum, ut quo plus in mundo quique valent, eo amplius ejus qui super omnia est judicis mandatis auscultare contendant, atque ad hæc observanda secum eos quoque qui sibi commissi sunt & exemplis simul & auctoritate instituant.

Tres sunt ergo regulæ sacris inditæ literis, quibus paschæ celebrandi tempus nobis præfinitum nulla prorsus humana licet auctoritate mutari: e quibus duæ in lege Moysi divinitus statutæ, tertia in euangelio per effectum dominicæ passionis & resurrectionis adjuncta est. Præcepit enim lex, ut pascha primo mense anni: & tertia ejusdem mensis septimana, id est, a quintadecima die usque ad vicesimam primã fieri deberet. Additumque est per institutionem apostolicam ex euangelio, ut in ipsa tertia septimana diem dominicam expectare, atque in ea temporis paschalis initium tenere debeamus. Quam videlicet regulam triformem si quis rite custodierit, nunquam in annotatione festi paschalis errabit. Verum si de his singulis enucleatius ac latius audire desideras, scriptum est in Exodo, ubi liberandus de Ægypto populus Israel, primum pascha facere jubetur: quia dixerit dominus ad Moysen & Aaron: *Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad universum cœtum filiorum Israel, & dicite eis: Decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas*. Et paulo post: *Et servabitis eum usque ad quartamdecimam diem mensis hujus. Immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam.* Quibus verbis manifestissime constat, quod ita in observatione paschali mentio fit diei quartædecimæ, ut non tamen ipsa die quartadecima pascha fieri præcipiatur, sed adveniente tandem vespera diei quartædecimæ, id est, quintadecima luna, quæ initium tertiæ septimanæ faciat, in cæli faciem prodeunte, agnus immolari jubeatur. Et quod ipsa sit nox quintædecimæ lunæ, in qua percussis Ægyptiis Israel est a longa servitute redẽptus: *Septem*, inquit, *diebus azyma comedetis.* Quibus iterum verbis tota tertia septimana ejusdem primi mensis decernitur solennis esse debere. Sed ne putaremus easdem septem dies a decimaquarta usque ad vigesimam esse computandas, continuo subjecit: *In die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicumque comederit fermentatum in domibus vestris, peribit anima illa de Israel, a die primo usque ad diem septimum*, &c. usque dum ait: *In eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Ægypti.* Primum ergo diem azymorum appellat eum, in quo exercitum eorum esset educturus de Ægypto. Constat autem, quia non decimaquarta die, in cujus vespera agnus est immolatus, & quæ proprie pascha sive phase dicitur, sed decimaquinta sunt educti ex Ægypto, sicut in libro Numerorum apertissime scribitur: *Profecti igitur de Ramesse quintadecima die mensis primi, altera die fecerunt phase filii Israel in manu excelsa.* Septem ergo dies azymorum, in quarum prima eductus est populus domini ex Ægypto, ab initio (ut diximus) tertiæ septimanæ, hoc est, a quintadecima die mensis primi usque ad vicesimam primam ejusdem mensis diem completam computari oportet. Porro dies quartus decimus extra hunc numerum separatum, sub paschæ titulo prænotatur; sicut Exodi sequentia patenter edocent: Ubi cum dictum esset: *In eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Ægypti*, protinus additum est: *Et custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo. Primo mense quartadecima die mensis comedetis azyma usque ad diem vicesimã primam ejusdem mensis ad vesperam. Septem diebus fermentatũ non invenietur in domibus vestris.* Quis enim non videat a quartadecima usque ad vicesimamprimam non septem solummodo, sed octo potius esse dies, si & ipsa quartadecima annumeretur? Sin autem (ut diligentius explorata scripturæ veritas docet) a vespera diei quartædecimæ usque ad vesperã vicesimæ primæ computaverimus, videbimus profecto, quod ita dies quartamdecimam vesperam suam festi paschalis initium porrigat, ut non amplius tota sacra solennitas quam septem tantummodo noctes cum totidem diebus comprehendat. Unde vera esse probatur nostra diffinitio, qua tempus paschale primo mense anni, & tertia ejus hebdomada celebrandum esse diximus. Veraciter enim tertia agitur hebdomada, quod a vespera decimæquartæ diei incipit, & in vespera vigesimæprimæ completur.

Postquam vero pascha nostrum immolatus est Christus, diemque nobis dominicam, quæ apud antiquos una vel prima sabbati sive sabbatorum vocatur, gaudio suæ resurrectionis fecit esse solennem, ita hanc nunc apostolica traditio festis paschalibus inseruit, ut nihil omnino tempore paschæ legalis præoccupandum, nihil minuendum esse decerneret; quin potius statuit ut expectaretur juxta præceptum legis idem primus anni mensis, expectaretur quartadecima dies illius, expectaretur vespera ejusdem. Et cum hæc dies in sabbatum forte incideret, *tolleret unusquisque agnum per familias & domos suas, & immolarent eum ad vesperam*, id est præpararent omnes ecclesiæ per orbem, quæ unam catholicam faciunt, panẽ & vinum in mysteriũ carnis & sanguinis agni immaculati, qui abstulit peccata mũdi, & præcedente congrua lectionum, orationum, & ceremoniarum paschalium solennitate, offerrent hæc domino in spem futuræ suæ redemptionis. Ipsa est enim eadem nox in qua de

Ibidem. *Ibid.* *Num. 33.* *Exod. 12.* *Pascha ab apostolis ad diem dominicum decernitur.* *Ibidem.*

de Ægypto per ſanguinem agni Iſraelitica plebs erepta eſt, ipſa eſt in qua per reſurrectionem Chriſti liberatus eſt a morte æterna omnis Dei populus. Mane autem illuceſcente die dominica, primam paſchalis feſti diem celebrarent. Ipſa eſt enim dies in qua reſurrectionis ſuæ gloriam dominus multifario piæ revelationis gaudio diſcipulis patefecit. Ipſa prima dies azymorum, de qua multum diſtincte in Levitico ſcriptũ eſt: *Menſe primo, quartadecima die menſis hujus ad veſperam phaſe domini eſt, & quintadecima die menſis hujus ſolennitas azymorum domini eſt. Septem diebus azyma comedetis, dies primus erit celeberrimus ſanctuſque.* Si ergo fieri poſſet, ut ſemper in diem quintumdecimum primi menſis, id eſt in lunam quintamdecimam, dominica dies incurreret, uno ſemper eodemque tempore cum antiquo Dei populo, tamquam ſacramentorum genere diſcreto, ſicut una eademque fide paſcha celebrare poſſemus. Quia vero dies ſeptimanæ non æquali cum luna tramite procurrit, decrevit apoſtolica traditio, quæ per beatum Petrum Romæ prædicata, per Marcum euangeliſtam & interpretem ipſius Alexandriæ confirmata eſt, ut adveniente primo menſe, adveniente in eo veſpera diei quartædecimæ, expectetur etiam dies dominica a quintadecima uſque ad viceſimam primam diem ejuſdem menſis. In quacumque enim harum inventa fuerit, merito in ea paſcha celebrabitur: quia nimirum hæc ad numerum pertinet illarum ſeptem dierum, quibus azyma celebrari jubetur. Itaque fit ut nunquam paſcha noſtrum a ſeptimana menſis primi tertia in utramvis partem declinet, ſed vel totam eam, id eſt omnes ſeptem legalium azymorum dies, vel certe aliquos de illis teneat. Nam etſi ſaltem unum eis, hoc eſt ipſum ſeptimum apprehenderit, quem tam excellenter ſcriptura commendat: *Dies autem*, inquiens, *ſeptimus erit celebrior & ſanctior, nullumque ſervile opus fiet in eo*, nullus arguere nos poterit, quod non recte dominicum paſchæ diem, quem de euangelio ſuſcepimus, in ipſa quam lex ſtatuit tertia primi menſis hebdomada celebremus.

Levit. 23. a — Ibidem.

Error unus

Cujus obſervantiæ catholica ratione patefacta patet e contrario error irrationabilis eorum, qui præfixos in lege terminos nulla cogente neceſſitate vel anticipare vel tranſcendere præſumunt. Namque ſine ratione neceſſitatis alicujus anticipant illi tempus in lege præſcriptum, qui dominicum paſchæ diem a quartadecima menſis primi uſque ad viceſimam putant lunam eſſe ſervandum. Cum enim a veſpera diei tertiædecimę vigilias ſanctæ noctis celebrare incipiunt, claret quod illum in exordio ſui paſchæ diem ſtatuunt, cujus nullam omnino mentionem in decreto legis inveniunt. Et cum viceſimaprima die menſis paſcha dominicum celebrare refugiunt, patet profecto quod illam per omnia diem a ſua ſolennitate ſecernunt, quam lex majore præ ceteris feſtivitate memorabilem ſæpenumero commendat. Sicque diem paſchæ ordine perverſo, & aliquando in ſecunda hebdomada totam compleant, & nunquam in hebdomadæ tertiæ die ſeptimo ponant.

Error alter.

Rurſumque qui a ſextadecima die menſis ſæpedicti uſque ad viceſimamſecundam paſcha celebrandum magis autumant, non minore utique errore (tametſi altero latere) a recto veritatis tramite divertunt, & veluti naufragia Scyllæ fugientes, in Charybdis voraginem ſubmergendi decidunt. Nam cum a luna decimaſexta primi menſis oriente, id eſt a veſpera diei quintædecimæ paſcha incipiendum doceant, nimirum conſtat quod quartamdecimam diem menſis ejuſdem, quam lex primitus & præcipue commendat, a ſua prorſus ſolennitate ſecludunt, ita ut quintædecimæ, in qua populus Dei ab Ægyptiaca ſervitute redemptus eſt, & in qua dominus ſuo mundum ſanguine a peccatorum tenebris liberavit, in qua etiam ſepultus ſpem nobis poſt mortem beatæ quietis tribuit, vix veſperam tangant. Idemque pœnam erroris ſui in ſemetipſos recipientes, cum in viceſimaſecunda die menſis paſchæ diem ſtatuunt dominicum, legitimos utique terminos paſchæ aperta tranſgreſſione violant, utpote qui ab illius diei veſpera paſcha incipiunt, in qua hoc lex conſummari & perfici debere decrevit. Illam in paſcha diem aſſignent primam, cujus in lege mentio nulla uſquam reperitur, id eſt quartæ primam ſeptimanæ. Qui utrique non ſolum in diffinitione & computo lunaris ætatis, ſed & in menſis primi nonnunquam inventione falluntur. Quæ diſputatio major eſt quam epiſtola hac uel valeat comprehendi, vel debeat.

Æquinoctium vernale paſchatis index.

Tantum hoc dicam, quod per æquinoctium vernale ſemper inerrabiliter poſſet inveniri qui menſis juxta computum lunæ primus anni, qui eſſe debeat ultimus. Æquinoctium autem juxta ſententiam omnium orientalium, & maxime Ægyptiorum, qui præ ceteris doctoribus calculandi palmam tenent, duodecimo Kalendarum Aprilium die provenire conſuevit, & etiam ipſi horologica inſpectione probavimus. Quæcumque ergo luna ante æquinoctium plena eſt, quartadecima videlicet vel quintadecima exiſtens, hæc ad præcedentis anni noviſſimum pertinet menſem, ideoque paſchæ celebrando habilis non eſt. Quæ vero poſt æquinoctium, vel in ipſo æquinoctio ſuum plenilunium habet, in hac abſque ulla dubietate, quia primi menſis eſt, & antiquos paſcha celebrare ſolitos, & nos, ubi dominica dies advenerit, celebrare debere noſcendum eſt. Quod ita fieri oportere illa nimirum ratio cogit, quia in Geneſi ſcriptum eſt, quod *Deus fecit duo magna luminaria; luminare majus ut præeſſet diei, & luminare minus ut præeſſet nocti*. Vel, ſicut alia dicit editio, *luminare majus in inchoationem diei, & luminare minus in inchoationem noctis*. Sicut ergo prius ſol a medio præcedens orientis æquinoctium vernale ſuo præfixit exortu, deinde luna ſole ad veſperam occidente, & ipſa plena a medio ſecuta eſt orientis, ita omnibus annis idẽ primus lunæ menſis eodem neceſſe eſt ordine reſervari, ut non ante æquinoctium, ſed vel ipſo æquinoctii die, (ſicut in principio factum eſt) vel eo tranſcenſo plenilunium habere debeat. At ſi uno ſaltem die plenilunium tempus æquinoctii præceſſerit, non hanc primo menſe anni incipientis, ſed ultimo potius præteriti, lunam eſſe adſcribendam, & ideo feſtis paſchalibus inhabilem, memorarata ratio probat.

Geneſ. 1.

Myſtica ratio obſervationum paſchalium.

Quod ſi myſticam quoque vos in his rationem audire delectat, primo menſe anni, qui etiam menſis novorum dictus eſt, paſcha facere jubemur: quia renovato ad amorem cæleſtiũ ſpiritu mentis noſtræ, ſacramenta dominicæ reſurre-

resurrectionis & ereptionis nostræ celebrare debemus. Tertia ejusdem mensis septimana facere præcipimur, quia ante legem & sub lege promissus, tertio tempore sæculi cum gratia venit ipse, qui pascha nostrum immolaretur Christus: quia tertia post immolationem suæ passionis die resurrectionis a mortuis, hanc dominicam vocari, & in ea nos annuatim paschalia ejusdem resurrectionis voluit festa celebrare. Quia nos quoque ita solum veraciter ejus solennia celebramus, si per fidem & caritaté pascha, id est transitum de hoc mundo, ad patrem cum illo facere curamus. Post æquinoctium veris plenilunium mensis præcipimur observare paschalis, ut videlicet primo sol longiorem nocte faciat diem, deinde luna plenum suæ lucis orbem mundo præsentet: quia primo quidem sol justitiæ, in cujus pennis est sanitas, id est dominus Iesus, per resurrectionis suæ triumphum cunctas mortis tenebras superavit, ac sic ascendens in cælos, misso desuper Spiritu, ecclesiam suam, quæ sæpe lunæ vocabulo designetur, internæ gratiæ luce replevit. Quem videlicet ordinem nostræ salutis propheta contemplatus aiebat: *Elevatus est sol, & luna stetit in ordine suo.* Qui ergo plenitudinem lunæ paschalis ante æquinoctium provenire posse contenderit, talis in mysteriorum celebratione maximorum a sanctarum quidem scripturarum doctrina discordat, concordat autem eis qui sine præveniente gratia Christi se salvari posse confidunt. Qui, etsi vera lux tenebras mundi moriendo ac resurgendo nunquam vicisset, perfectam se habere posse justitiam dogmatizare præsumunt. Itaque per æquinoctialem solis exortum post plenilunium primi mensis hunc ex ordine subsequens, id est, post completam diem ejusdé mensis quartamdecimam, quæ cuncta ex lege observanda accepimus, expectamus adhuc, monente euangelio, in ipsa hebdomada tertia tempus diei dominicæ, & sic demum votiva paschæ nostri festa celebramus. Vt indicemus nos non cum antiquis excussum Ægyptiæ servitutis jugum venerari, sed redemptionem totius mundi, quæ in antiqui Dei populi liberatione præfigurata, in Christi autem resurrectione completa est, devota fide ac dilectione colere, ut de resurrectionis etiam nostræ, quam eadem die dominica futuram credimus, spe nos certissima gaudere signemus.

Hic autem, quem vobis sequendum monstramus, computus paschæ decennovennali circulo continetur, qui dudum quidem, hoc est ipsis apostolorum temporibus, jam servari in ecclesia cœpit, maxime Romæ & Ægypti, ut supra jam diximus. Sed per industriam Eusebii, qui a beato martyre Pamphilo cognomen habet, distinctius in ordinem compositus est, ut quod eatenus per Alexandriæ pontificem singulis annis per omnes ecclesias mandari consueverat, jam deinde congesta in ordinem serie lunæ quartædecimæ, facillime posset ab omnibus sciri. Cujus computum paschalis Theophilus Alexandriæ præsul in centum annorum tempus Theodosio imperatori composuit. Item successor ejus Cyrillus seriem nonaginta & quinque annorum in quinque decennovennalibus circulis comprehendit. Post quem Dionysius Exiguus totidem alios ex ordine pari schemate subnexuit, qui ad nostra usque tempora pertingebant. Quibus termino appropinquantibus tanta hodie calculatorum exuberat copia, ut etiam in nostris per Britanniam ecclesiis plures sint, qui mandatis memoriæ veteribus illis Ægyptiorum argumentis facillime possint in quotlibet spatia temporum paschales protendere circulos, etiamsi ad quingentos usque & triginta duos voluerint annos. Quibus expletis, omnia quæ ad solis & lunæ, mensis & septimanæ consequentiam spectant, eodem quo prius ordine recurrunt. Ideo autem circulos eosdem temporum instantium vobis mittere supersedimus, quia de ratione tantum temporis paschalis instrui quærentes, ipsos vobis circulos paschæ catholicos abundare probastis.

De tonsura ecclesiastica.

Verum his de pascha succincte, ut petistis, strictimque commemoratis, tonsuram quoque (de qua pariter vobis literas fieri voluistis) hortor ut ecclesiasticam & Christianæ fidei congruam habere curetis. Et quidem scimus quia neque apostoli omnes uno eodemque sunt modo attonsi, neque nunc ecclesia catholica, sicut una fide, spe, & caritate in Deum consentit, ita & jam una atque indissimili totum per orbem tonsuræ sibi forma congruit. Denique ut superiora, id est, patriarcharum tempora respiciamus, Iob exemplar patientiæ ingruente tribulationum articulo caput totondit: probavit utique, quia tempore felicitatis capillos nutrire consueverat. At Ioseph & ipse castitatis, humilitatis, pietatis, ceterarumque virtutum executor ac doctor eximius, cum esset servitio absolvendus, attonsus esse legitur, patet profecto, quia tempore servitutis intonsis in carcere crinibus manere solebat. Ecce uterque vir Dei diversum ab altero vultus habitum foris præmonstrabat, quorum tamen intus conscientia in parili virtutum sibi gratia concordabat. Verum si profiteri nobis liberum est, quia tonsuræ discrimen non noceat quibus pura in Deum fides & caritas in proximum sincera est, maxime cum nunquam patribus catholicis sicut de paschæ vel fidei diversitate conflictus, ita etiam de tonsuræ differentia legatur aliqua fuisse controversia. Inter omnes tamen quas in ecclesia vel in universo hominum genere reperimus tonsuras, nullam magis sequendam nobis amplectendamque jure dixerim ea quam in capite suo gestabat ille cui se confitenti dominus ait: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, & tibi dabo claves regni cælorum.* (*Matth. 16.*) Nullam vero magis abominandam detestandamque merito cunctis fidelibus crediderim ea quam habebat ille cui gratiam sancti Spiritus comparare volenti dicit idem Petrus: *Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non enim est tibi pars neque sors in sermone hoc.* (*Act. 8.*) Neque vero ob id tantum in coronam attondimur, quia Petrus ita attonsus est: sed quia Petrus in memoriam dominicæ passionis ita attonsus est, idcirco & nos, qui per eamdem passionem salvari desideramus, ipsius passionis signum cum illo in vertice, summa videlicet corporis nostri parte, gestamus. Sicut enim omnis ecclesia, quæ per mortem sui vivificatoris ecclesia facta est, signum sanctæ crucis ejus in fronte portare consuevit, ut crebro vexilli hujus munimine a malignorum spirituum defendatur incursibus, crebra hujus admonitione doceatur, se quoque

quoque carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigere debere, ita etiam oportet eos qui vel monachi votum, vel gradum clericatus habentes, artioribus se necesse habent pro domino continentiæ frenis astringere.

Forma, significatio, & varietas tonsuræ.

Formam quoque coronæ, quam ipse in passione sua spineam portavit in capite, ut spinas ac tribulos peccatorum nostrorum portaret, id est exportaret & auferret a nobis, suo quemque in capite per tonsuram præferre. Vt se etiam irrisiones & opprobria pro illo libenter ac prompto animo sufferre ipso etiam frontispicio doceant. Vt coronam vitæ æternæ, quam repromisit Deus diligentibus se, semper expectare, proque hujus perceptione & adversa se mundi & prospera contemnere designent. Ceterum tonsuram eam quam magnum ferunt habuisse Simonem, quis rogo fidelium non statim cum ipsa magia primo detestetur & merito exsufflet? Quæ aspectu in frontis quidem superficie coronæ videtur speciem præferre, sed ubi ad cervicem considerando perveneris, decurtatam eam quam te videre putabas invenies coronam. Vt merito talem simoniacis & non Christianis habitum convenire cognoscas, qui in præsenti quidem vita a deceptis hominibus putabantur digni perpetuæ gloria coronæ, sed in ea quæ hanc sequitur vitam, non solum omni spe coronæ privati, sed æterna insuper sunt pœna damnati. Neque vero me hæc ita prosecutum æstimes, quasi eos qui hanc tonsuram habent condemnandos judicem, si fide & operibus unitati catholicæ faverint, imo confidenter profiteor plurimos ex eis sanctos, ac Deo dignos extitisse. Ex quibus est Adamnanus abbas & sacerdos Columbiensium egregius, qui cum legatus suæ gentis ad Aldfridum regem missus, nostrum quoque monasterium videre voluisset, miramque in moribus ac verbis prudentiam, humilitatem, religionem ostenderet, dixi illi inter alia colloquens: Obsecro, sancte frater, qui ad coronam te vitæ quæ terminum nesciat tendere credis, quid contrario tuæ fidei habitu terminatam in capite coronæ imaginem portas: Et si consortium beati Petri quæris, cur ejus quem ille anathematizavit tonsuræ imaginem imitaris, & non potius ejus cum quo in æternum beatus vivere cupis, etiam nunc habitum te, quantum potes, diligere monstras? Respondit ille: Scias pro certo, frater mi dilecte, quia etsi Simonis tonsuram ex consuetudine patriæ habeam, simoniacam tamen perfidiam tota mente detestor ac respuo: beatissimi autem apostolorum principis, quantum mea parvitas sufficit, vestigia sequi desidero. At ego: Credo, inquam, vere quod ita sit, sed tamen indicio sit, quod ea quæ apostoli sunt Petri, in abdito cordis amplectimini, si quæ ejus esse nostis etiam in facie tenetis. Namque prudentiam tuam facillime dijudicare reor, quod aptius multo sit ejus, quem toto corde abominaris, cujusque horrendam faciem videre refugis, habitum vultus a tuo vultu Deo jam dicato separare: & econtra ejus, quem apud Deum patrem habere patronum quæris, sicut facta vel monita cupis sequi, sic etiam morem habitus te imitari condeceat. Hæc tunc Adamnano dixi: qui quidem quantum conspectis ecclesiarum nostrarum statutis profecisset, probavit, cum reversus ad Scotiam multas postea gentis ejusdem turbas ad catholicam temporis paschalis observantiam sua prædicatione correxit. Tametsi eos qui in Hii insula morabantur monachos, quibusque speciali rectoris jure præerat, necdum ad viam statuti melioris reducere valebat. Tonsuram quoque, si tantum sibi auctoritatis subesset, emendare meminisset.

Monitio ad regem.

Sed & nunc tuam prudentiam, rex, admoneo, ut ea quæ unitati catholicæ & apostolicæ ecclesiæ concinunt, una cum gente, cui te Rex regum & dominus dominorum præfecit, in omnibus servare contendas. Sic enim fit ut post acceptam temporalis regni potentiam ipse beatissimus apostolorum princeps cælestis quoque regni tibi tuisque cum ceteris electis libens pandat introitum. Gratia te regis æterni longiori tempore regnantem ad nostram omnium pacem custodiat incolumem, dilectissime in Christo fili.

DECRETVM REGIS NAITANI PRO CATHOLICO PASCHA, ET ROMANA tonsura.

Adhuc Beda.

Hæc epistola cum præsente rege Naitano multisque viris doctioribus esset lecta, ac diligenter ab his qui intelligere poterant in linguam ejus propriam interpretata, multum de ejus exhortatione gavisus esse perhibetur, ita ut surgens de medio optimatum suorum consessu genua flecteret in terram, Deo gratias agens, quod tale munusculum de terra Anglorum mereretur accipere. Et quidem & antea novi, inquit, quia hæc erat vera paschæ celebratio, sed intantum modo rationem hujus temporis observandam cognosco, ut parum mihi omnino videar de his antea intellexisse. Vnde palam profiteor, vobisque qui assidetis præsidentibus protestor, quia hoc observare tempus paschæ cum universa mea gente perpetuo volo, & hanc accipere debere tonsuram, quam plenam esse rationis audivimus, omnes qui in regno meo sunt clericos decerno. Nec mora, quæ dixerat regia auctoritate perfecit. Statim namque jussu publico mittebantur ad transcribendum, discendum, observandum per universas Pictorum provincias circuli paschæ decennovennales, obliteratis per omnia erroneis octoginta & quatuor annorum circulis. Attondebantur omnes in coronam ministri altaris ac monachi: & quasi novo se discipulatui beatissimi apostolorum principis Petri subditam, ejusque tutandam patrocinio, gens correcta gaudebat.

VITA EPISTOLÆ, ET DECRETA GREGORII PAPÆ II.

Anno Christi 71[illegible]

Gregorius [a] II. natione Romanus, ex patre Marcello, sedit annos XVI. menses * octo, dies viginti. Fuit autem temporibus Anastasii, Theodosii, Leonis, atque Constantini Augustorum. Hic a parva ætate in patriarchio nutritus sub sanctæ memoriæ domno Sergio papa, subdiaconus atque * saccellarius factus, bibliothecæ * illi est cura commissa, deinde ad diaconatus ordinem provectus est. Et cum viro sancto Constantino pontifice ad regiam profectus est urbem, atque a Iustiniano principe inquisitus, de quibusdam capitulis optima responsione unamquamque solvit

* 9. die[s]

* saccellarius

* cura[m] suscepi[t]

solvit quæstionem. Erat enim vir castus, divinæ scripturæ eruditus, facundus loquela, & constans animo, ecclesiasticarum rerum defensor, & * contrariis fortissimus impugnator. [b] Hic exordio pontificatus sui calcarias decoqui jussit, & * a porta sancti Laurentii inchoans hujus civitatis muros restaurare decreverat, & aliquam partem faciens, emergentibus incongruis variisque tumultibus præpeditus est. [c] Hujus temporibus Ioannes Constantinopolitanus antistes synodicam ei misit, atque ad eum rescriptis idem usus est pontifex. [d] Hic maximam partem basilicæ beati * Pauli apostoli, quæ ceciderat, allatis de Calabria trabibus cooperuit, & altare a novo fecit, & ciborium argenteum quod fuerat ruina quassatum*. Sancti Laurentii pariter ecclesiam foris muros sitam, quæ trabibus confractis ruinæ jam erat vicina, reparavit, atque aquam fistulis compaginatis post multum tempus in eamdem ecclesiam reduxit, diversasque ecclesias in ruinis positas innovavit, quas per ordiné dicere longum est. [e] Hic in Germania per Bonifacium episcopum verbum salutis prædicavit, & gentem illam sedentem in tenebris doctrina lucis convertit ad Christum. Hic monasteria, quæ * secus basilicam sancti Pauli erant, ad solitudinem deducta, innovavit, atque ordinatis servis Dei monachis congregationé post longum tempus constituit, ut ibidem die noctuque Deo redderent laudes. Hic * Gerocomiũ, quod post absidam sanctæ Dei genitricis ad præsepe situm est, monasterium instituit. Atque monasterium sancti Andreæ apostoli, quod Barbaræ nuncupatur, ad nimiam deductum desertionem, * in quo nec unus * habebatur monachus, adscitis monachis ordinavit, ut utraque monasteria ad sanctam Dei genitricem singulis diebus atque noctibus Deo laudes canerent. [f] Eo tempore Luitprandus rex donationem patrimonii Alpium * Cotziarum, quam Aripertus rex fecerat, hicque repetierat, admonitione tanti viri vel increpatione redditam confirmavit. Hujus temporibus signum in luna factum est indictione XIV. & visa est cruentata usque ad mediam noctem. Eo itaque tempore * Teodo dux gentis * Bajoariorum ad apostoli beati Petri limina primus de gente eadem occurrit, orationis voto. Hujus temporibus Anastasius imperator classem navium præparatam in partibus Alexandriæ direxit contra a Deo * destructos Agarenos, qui ad aliud versi consilium, antequam pervenissent ad destinatum locum, ab itinere medio ad regiam regressi sunt urbem, Theodosium orthodoxum inquirentes imperatorem elegerunt, atque coactum in solio imperii confirmaverunt. Anastasius itaque cum civibus, vel quibus potuit de exercitu munitam civitatem Nicæam perrexit, illic cum classe in qua Theodosius fuerat imperator dimicavit, & fere septem millia exercitus sunt interempta. Cujus Anastasii superata pas verbum jam immunitatis expetiit. Datoque sibi sacramento clericus factus, atque presbyter est consecratus. Protinus etiam ut ingressus est memoratus Theodosius regiam urbem, imaginem illam venerandam, in qua sanctæ erant sex synodi depictæ, & a Philippico nec dicendo fuerat deposita, * in pristino erexit loco, ita ut hujus fidei fervore omnis ab ecclesia cessaret quæstio. Eo autem tempore fluvius, qui appellatur Tiberis, alveum suum egressus, sese per campestria dedit, intumuit etiam inundatione aquarum multarum, & per portam, quæ Flaminia dicitur, * ingressus est. Transcendit interea aliquibus in locis, & muros urbis, atque ultra basilicam sancti Marci per plateas se extendit, ita ut in via lata ad unam & semis staturam aqua ejusdem fluminis excrevisset, atque a porta beati Petri apostoli usque ad pontem Milvium aquæ se distenderent, & juxta remissa * in ipsius fluminis alveum se dedit. Domos itaque evertit, agros dissipavit eradicans arbusta & segetes. Nam nec serere ipso potuit tempore pars maxima Romanorum. Pro hoc imminebat tribulatio magna. Per dies autem septem aqua Romam tenebat pervasam. A domno itaque papa litaniæ crebro fiebant. Cumque in oratione & litaniis persisteret, post octavum jam diem misertus Deus aquam amovit, & fluvius ad proprium regressus est alveum per decimam quintam indictionem. Cumanum etiam castrum ipso fuerat tempore a Longobardis pacis dolo pervasum. Quo audito omnes sunt redditi tristes. Adhortans etiam sanctissimus pontifex, & commonens Longobardos ut redderent; qui si non acquiescerent, in iram se divinam incidere pro dolo quem fecerant, suis scriptis * detestabatur: nam & munera eis dare ut restituerent voluit multa. Sed illi turgida mente neque monitis audire, nec reddere sunt passi. Vnde nimis idem sanctus indoluit pontifex, sesesque spei contulit divinæ, atque in munitione ducis Neapolitani & populi vacans, ducatum eis qualiter agerent quotidie scribendo * præsentabat. Cujus mandato obedientes consilio inito mœnia ipsius castri * virtute sub nocturno ingressi sunt silentio: Ioannes scilicet dux cum Theodimo subdiacono, & * rectore, atque exercitu, & Longobardos pene trecentos cum eorum * castaldione interfecerunt, vivos etiam amplius quingentos comprehendentes captos Neapolim duxerunt. Sic castrum recipere potuerunt. Pro cujus redemptione septuaginta auri libras ipse sanctissimus papa, sicut promiserat antea, dedit. Hic Ierusalem ecclesiam sanctam, quæ multo fuerat detecta tempore, & circumquaque porticus vetustate quassatas trabibus deductis cooperuit ac reparavit. Ambonem etiam marmoreum in eadem ecclesia fecit, eamque diversis ditavit linteis, atque ministeriis. Eodem tempore nefanda Agarenorum gens, cum jam Hispaniarum provinciam per decem tenerent annos pervasam, undecimo anno Rhodanum conabantur fluvium transire, ad Francias occupandum, ubi Eudo præerat. Qui facta Francorum generali * motione contra Saracenos, eos circumdantes interfecerunt. Trecenta enim septuaginta quinque millia uno sunt die interfecti, ut ejusdem Eudonis Francorum ducis missa pontifici epistola continebat. Mille tantum quingentos ex Francis fuisse mortuos in eodem * bello dixerunt. Adjiciens quod anno præmisso in benedictionem a prædicto viro eis * directis tribus spõgiis, quibus ad usum mensæ pontificis apponuntur, in hora qua bellum committebatur, idem Eudo Aquitaniæ princeps populo suo per modicas partes tribuens ad sumendum eis, nec unus vulneratus est, nec mortuus ex his qui participati sunt. Eo quoque tempore in Campaniæ partibus combustum triticum, hordeum, seu legumina quasi pluvia in loco quodam e cælo missa sunt. Hic quadragesimali tempore

* egressus
* remissa ejusdẽ fluminis se dederint.
* protestabatur:
* præstabat:
* versuti
* correctore,
* castaldo
* monitione
* libello dicebat.
* directam

tempore ut in quinta feria jejunium atque missarum celebritas fieret in ecclesiis, quod non agebatur, instituit. Oratorium sane in patriarchio in nomine beati Petri apostoli diversis ornatum metallis a novo * refecit, & circumquaque altaris parietes deargentavit, ac depinxit duodecim apostolos, qui pensant libras centum & octuagintæ. g Illis interea diebus Constantinopolis biennium est a * nec dicendis Agarenis obsessa. Sed Deo eis contrario maxima illic eorum parte fame ac bello interempta confusi recesserunt Leone principe. * Nã & ejusdem civitatis populum trecenta dictum est millia diversi sexus & ætatis fuisse necessitate vastatum pestilentiæ. Eo namque tempore moribus certe Honesta & nomine pontificis mater ab hac vita subtracta est. Post cujus obitum Gregorius domum propriam in honorem sanctæ Christi martyris Agathæ additis a fundamento cœnaculis, vel quæ * monasterii erant necessaria a novo construxit. Prædia * illic urbana vel rustica pro monachorum obtulit necessitate. Fecit autem in eadem ecclesia beatæ Agathæ ciborium ex argento, quod pensat libras * septingentas & viginti, arcus argenteos sex pensantes singulos libras quindecim. Canistra decem pensantia singula libras duodecim, & alia dona multa largitus est. Eo tempore castrum est Narniæ a Longobardis pervasum. h Rex vero Longobardorum Luitprandus generali motione facta Ravennam progressus est, atque illam obsedit per dies aliquot, & castrum pervadens classes captas abstulit plures, & opes abstulit innumeras. i Post aliquot * dies Basilius dux, Iordanes chartularius, & Ioannes subdiaconus cognomento Lurion consilium inierunt, ut pontificem interficerent. Quibus assensum Marinus imperialis spatharius, qui Romanum ducatum tenebat, a regia missus urbe imperatore mandante hoc probavit, sed tempus invenire non potuerunt: quia Dei judicio dissolutus & contractus est, & sic a Roma recessit. Postmodum Paulus patricius & exarchus missus in Italiam est. Qui denuo, ut hoc scelus perficerent, meditabantur. Quorum consilium Romanis patefactum est, qui * morte cuncti Iordanem interfecerunt & Ioannem Lurionem. Basilius vero monachus factus, in loco quodam retrusus vitam finivit. Paulus vero exarchus imperatoris jussione eumdem pontificem conabatur interficere, eo quod censum in provincia ponere præpediebat, & cogitaret suis opibus ecclesias denudare, sicut in ceteris actum est locis, atque alium in ejus ordinare loco. Post hunc spatharius cum jussionibus missus est alter, ut pontifex a sua sede amoveretur. Denuo Paulus patricius ad perficiendum tale scelus, quos seducere potuit ex * Ravenna cum suo comite, atque ex castris aliquos misit. Sed motis Romanis, atque undique Longobardis pro defensione pontificis, in Salario ponte Spoletini, atque hinc inde duces Longobardorum circumdantes Romanorum fines hoc præpedierunt. Iusionibus itaque postmodum missis decreverat * imperator, ut nulla imago cujuslibet sancti aut martyris, aut angeli, ubicumque haberetur * maledicta enim omnia asserebat: & si acquiesceret in hoc pontifex gratiam imperatoris haberet: si & hoc fieri præpediret, a suo gradu * decideret. Respiciens ergo pius vir profanam principis jusionem, jam contra imperatorem quasi contra hostem se armavit, renuens hæresim ejus, scribens ubique cavere se Christianos, * eo quod orta fuisset impietas talis. Igitur permoti omnes Pentapolenses, atque Venetiarum exercitus, contra imperatoris jussionem restiterunt, dicentes, nunquam se in ejusdem pontificis condescendere nece, sed pro ejus magis defensione viriliter decertare. Ita ut anathemati Paulum exarchum, * vel qui eum direxerat, ejusque consentaneos submittunt, spernentes ordinationem ejus sibi omnes ubique in Italia * duces elegerunt, atque sic de pontificis, deque sua immunitate cuncti studebant. Cognita vero imperatoris nequitia, omnis Italia consilium iniit, ut sibi eligerent imperatorem, & Constantinopolim ducerent. Sed compescuit tale consilium pontifex, sperans conversionem principis. Ipsis interea diebus Exhilaratus dux Neapolis deceptus diabolica instigatione cum filio suo * Hadriano Campaniæ partes tenuit, seducens populum, ut obedirent imperatori, & occiderent pontificem. Tunc Romani omnes eum secuti comprehenderunt, & cum filio suo interfecerunt. * Post hunc & Petrum ducem, * dicentem contra pontificem imperatori scripsisse, turbaverunt. Igitur dissensione facta in partibus Ravennæ, alii consentientes * impietati imperatoris, alii cum pontifice & fidelibus se tenentes, * intra eos contentione mota, Paulum patricium occiderunt. Longobardis vero Æmiliæ castra * Ferrorianus, Montebelli, Verablum cum suis opidis Buxo & * Pernicteta, Pentapolis quoque & Auximana civitas se tradiderunt. Post aliquod vero tempus Eutychium patricium eunuchum, qui dudum exarchus fuerat, Neapolim misit imperator, ut illud, quod exarchus Paulus, spatharii quoque, & ceteri malorum consiliatores facere nequiverunt, perficeret ille: sed nec sic * innuente Deo latuit miserabilis dolus, sed claruit cunctis pessimum consilium, * quia Christi violare conabantur ecclesias, & perdere cunctos, atque diripere * omnium bona. Cumque mitteret hominem proprium Romam cum scriptis suis, in quibus continebatur, ut pontifex occideretur cum optimatibus Romæ; agnita crudelissima * insania, protinus ipsum patricium missum occidere voluerunt, nisi defensio pontificis nimia præpedisset. Verum eumdem anathematizaverunt Eutychium exarchum, sese magni cum parvis constringentes sacramento nunquam pontificem Christianæ fidei zelotem, & ecclesiarum defensorem se permittere noceri, aut amoveri, sed mori pro illius salute essent omnes parati. Munera tunc hincinde ducibus Longobardorum & regi * pollicentes plurima, ut ab juvamine desisterent pontificis, per suos legatos patricius ille suadebat. Qui * rescriptis detestandam viri dolositatem despicientes, una se quasi fratres fidei catena constrinxerunt Romani atque Longobardi, desiderantes cuncti mortem pro defensione pontificis sustinere gloriosam, nunquam illum passuri perferre molestiam; pro fide vera, & Christianorum * certantem salute. His ita se habentibus elegit majus præsidium * pater ille distribuere pauperibus largissima manu quæ reperiebat, incumbens orationibus & jejuniis, & litaniis Deum quotidie deprecabatur. Et spe ita manebat semper fultus plusquam hominum, gratias tamen voluntati populi referens pro mentis proposito, blando omnes sermone, ut bonis

* fecit
* non nominandis
* De populo vero ejusdem civitatis ccc. millia diversæ ætatis pestilẽtia vastante perierunt.
* monasterio
* illi
* 22.
Ravenna capta a Lõgobardis.
* tempus
* moti
* Ravennatibus
* Leo imperator,
* sed omnes jusserat deponi & incendi:
* discederet.

* quæ (fuisset in pietatem)
* qui il(lud) edictum direxerat
* mori (gerent)
* Andri(a)no
* Post h(unc)
* dicente(s) turbati (quod con)tra ponti(fi)cem que(m)que scri(p)sisset.
* pravit(ati)
* inter
* Frenta(ni) Montell(i) Venafru(m)
* Persic(eta), al. Præcuric(eta)
* jubente
* quo
* omnia (...)ca.
* sententi(a) Romani protinus ipsius patricii mi(ssum)
* pollice(ntes)
* ex scriptis
* certante
* papa

bonis in Deum proficerent actibus, & in fide persisterent, rogabat. Sed ne desisterent ab amore, vel fide Romani imperii, admonebat, sic cunctorum corda molliebat, & dolores continuos mitigabat. Eodem tempore per 11. indictionem dolo a Longobardis pervasum est Sueriense castellum, quod per * centum quadraginta dies ab eisdem Longobardis possessum est. Sed pontificis multis continuis scriptis atque commonitionibus ad regem missis, quamvis multis datis muneribus, * saltim omnibus suis nudatum opibus castrum donationem beatissimis apostolis Petro & Paulo antefatam emittens Longobardorum rex restituit atque donavit. Eo autem tempore indictione 12. mense Ianuario, per decem & amplius dies, stella quæ * antifer vociratur, cum radiis in cælo apparuit in * occiduo, cujus radii partes Aquilonis respiciebant, & usque ad medium cælum se extendebant. Eo uero tempore sæpius dicti Eutychius patricius, & Luitprandus rex inierunt consilium nefarium, ut congregatis exercitibus rex subjiceret duces Spoletanum & Beneventanum, & exarchus Romam, & quæ pridem de pontificis persona jussus fuerat impleret. Qui rex Spoletum veniens, susceptis ab utrisque ducibus sacramentis atque obsidibus, * cum tota sua cohorte in Neronis campum secessit. Ad quē egressus pontifex, eique præsentatus, studuit, ut potuit, regis mollire animum commonitione pia, ita ut se prosterneret ejus pedibus, & promitteret se nulli inferre læsionem: atque sic ad tantam compunctionem piis monitis flexus est, ut quæ fuerat indutus arma exueret, & ante corpus apostoli poneret, mantum * armillausiam, balteum, spatham atque ensem deauratum, nec non coronam auream, & crucem argenteam. Post orationem factam obsecravit pontificem, ut memoratum exarchum ad pacis concordiam suscipere dignaretur, quod & factum est. Et sic recessit rege declinante a malis, quibus inierat consilium cum exarcho. Igitur exarcho Romæ moranti venit in partibus Tusciæ in castrum * Manturianense quidam seductor Tiberius nomine, cui cognomen erat Petasius, qui sibi regnum Romani imperii usurpare conabatur. Leviores quosque decipiēs, ita ut Manturianenses, Lunenses, atque * Bledani sacramenta præstitissent. Exarchus vero hæc audiēs turbatus est, quem sanctissimus papa confortans, & cum eo proceres ecclesiæ mittens, atque exercitus, profecti sunt. Qui venientes in Mantuariensi castello ibidem Petasius interemptus est. Cujus abscissum caput Constantinopolim ad principem missum est, & nec sic Romanis plenā gratiam largitus est imperator. Nam [k] post hæc claruit ejusdem imperatoris malitia, pro qua persequebatur pontificem, ita ut compelleret omnes Constantinopolim habitantes tam * virtute, quamque blandimentis, ut deponerent, ubicumque haberentur, imagines tam salvatoris, quamque ejus genitricis sanctæ, vel omnium sanctorum, easque in medio civitatis, quod dicere crudele est, igni cremarent, & omnes dealbarent depictas ecclesias. Et quia plerique ex ejusdem civitatis populo tale scelus fieri præpediebant, aliquanti capite truncati, alii * partem corporis excisi, pœnam pertulerunt. Pro qua causa etiam Germanum sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ antistitem, eo quod ei consensum præbere noluisset, pontificatu privavit

A * isdem imperator, sibique complicem Anastasium presbyterum in ejus * loco constituit. Qui missa Romam synodica dum tali heresi eum consentientem repperiret, vir sanctus non censuit eum fratrem aut consacerdotem solito vocari, sed rescriptis commonitoriis, nisi ad catholicam converteretur fidem, etiam extorrem a sacerdotali officio esse mandavit. Imperatori quoque suadens salutaria, ut a tali execrabili miseria declinaret scriptis commonuit. Hic fecit calicem aureum præcipuum diversis ornatum lapidibus preciosis, pensantem libras triginta: similiter & patenam auream pensantem libras viginti octo & semis. Hic dimisit omni clero, monasteB riis, diaconiæ, & mansionariis, solidos duo millia, centum sexaginta. Et ad luminaria beati Petri apostoli solidos mille. Hic fecit ordinationes quinque, quatuor per mensem Septembrem, & unam mense Iunio, presbyteros triginta quinque, diaconos quatuor, episcopos per diversa loca centum quinquaginta. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die tertio Idus Februarii indictione 14. Leone & Constantino imperatoribus. Et cessavit episcopatus dies quinque, mensem unum.

*idem

*locum

NOTÆ SEVERINI BINII.

C a *Gregorius.*] Cum post obitum Constantini pontificis, sedes apostolica 42. dies vacasset, Gregorius ejus nominis secundus, summa concordia totius cleri & populi creatus est pontifex, 21. Maii, anno 714. sub Anastasio imperatore contra Panuinum in fastis. Probatur illud imprimis assertione Anastasii bibliothecarii, qui dum numerat sedis ejus annos sexdecim, menses 8. & dies 20. dicitque eumdemque 11. Februarii mortuum esse, necesse est affirmare eum anno 714. sedere cœpisse. Idem confirmat, dum scribit Ioannem Constantinopolitanum episcopum ad Gregorium literas scripsisse. Quod si verum est, Gregorium prædicto tempore pontificatum tenuisse plane est concedendum. Nam auctore Theophane constat prædictum Ioannem episcopatu suo amotum fuisse ab Anastasio imperatore anno imperii illius secundo, qui est Christi 714. Hic pontifex perperam a Græcis antiquioribus & Latinis quibusdam etiam recentioribus Dialogus cognominatur, cum a scriptis dialogorum libris hoc soli Gre-D gorio I. vere conveniat. Gennadius in expositione pro concilio Florentino cap. 5. sect. 16. & cap. 3. sect. 5. & 6. vel inter duos Gregorios ejus nominis pontifices non distinguit, vel utrumque hoc nomine appellandum esse male existimavit. Nam dicto cap. 5. Gregorium II. cap. autem 3. Gregorium I. dialogum cognominat. Vide Baronium anno 726. num. 31.

Anno 714. S. Greg. II. sedere cœpisse probatur contra Panuinum.

Vter duorū Gregoriorum I. an II. Dialog. cognominatus fuerit?

b *Hic exordio pontificatus sui calcarias decoqui jussit.*] Idque metu Longobardorum qui urbi insidiabantur. Vide Baronium anno 715. numero 2.

c *Hujus temporibus.*] Ioannes Constantinopolitanus episcopus hæreticus a Philippico imperatore intrusus, ab Anastasio imperatore episcopatu amotus est, anno, ut scribit Theophanes, Anastasii secundo. Substitutus est in locum amoti sanctus Germanus filius Iustiniani patricii, quem post annos sedis 15. Leo imperator Iconoclasta in exilium relegavit, ut infra dicemus. Epistolam synodicam hominis hæretici Gregorius sine dubio repudiavit: hocque apud Anastasium imperatorem egit, ut pseudopatriarcham throno suo dejiceret. Vide Baronium anno 714 num 3.

E d *Hic maximam partem basilicæ.*] Anno pontificatus sui tertio, quando a tumultibus bellicis paululum cessaretur. Vide Baronium anno 715.

e *Hic in Germania per Bonifacium.*] De rebus a sancto Bonifacio Germaniæ patre, apostolo & martyre, præclare gestis plura reverendus & doctissimus Nicolaus Serarius societatis Iesu theologus, in historia Moguntiaca, lib. 3.

f *Eo tempore Luitprandus.*] Eadem Beda & Paulus diaconus & Oldradus in epistola ad Carolum magnum, ubi tradit hæc primo anno Luitprandi ab ipso facta fuisse.

g *Illis interea diebus Constantinopolis.*] De Constantinopoli biennio sive triennio a Saracenis obsessa, auxilioque deiparæ virginis liberata, post Bedam & Paulum diaconum plura Theophanes. Ejusdem meminit sanctus Gregorius infra epistola ad sanctum Germanum episcopum Constantinopolitanum.

YYyy h *Rex*

Luitprandus rex sacrilegium imperatoris vindicat.

h *Rex vero Longobardorum Ravennam obsedit.*] Luitprandus Longobardorum rex in sacrilego imperatore detestatus quod salvatoris imaginem venerandam deturbasset, indignumque ratus ut catholicis imperaret, qui bellum Christo indixisset, hæc contra ipsum bellico conatu peregit. Paulus diaconus lib. 6. c. 14. vel 48. novæ editionis. Gregorius epistola ad Leonem. Rogatu pontificis Veneti Ravennam recuperaverunt, & invasionibus Longobardorum in gratiam imperii obstiterunt, ut videre est apud Anastasium in verbis sequentibus, & epistola Gregorii ad Vrsum ducem Venetiarum scripta, quæ extat infra. Ita pontifex cupiens imperatorem beneficiis ab errore avocare, literas ad eum scripsit: quarum occasione deinceps in oriente a Theophane & Zonara Græcis scriptoribus, quod vulgo ferebatur, scriptum fuit sanctum Gregorium Italos ad defectionem ab imperio concitasse. Sed accidit illud magna cum injuria sanctissimi pontificis, qui, teste Anastasio, rebellantem populum cohibuit, neve ab imperatore recederent continuit. Vide Baronium anno 726. numero 26. & 27.

Leo imperator pontificis vitæ aliquoties frustra insidiatus est.

[a] Tomi VII pag. 8. D. & 24. D.

i *Post aliquot dies Basilius dux.*] Cum Leonem Iconoclastam Gregorius non tantum per literas binas, [a] in principio concilii Nicæni II. editas, sed etiam per legatos quos ferus barbarus, teste Nicolao pontifice in epistola ad Michaelem, contra jus gentium in carcerem detrusos exilio damnavit, ab errore avocare conatus fuisset; firmo proposito decrevit impius imperator pontificem neci tradere. Tentavit illud sexies ferro, semel muneribus & auro. Verum contra Dei præsidio munitum frustra, ut videre est supra apud Anastasium. Cumque totiens proposito frustratus necdum desisteret, merito tunc pontifex, quod ait Zonaras, cum Carolo Martello Francorum rege tale fœdus iniit, ut, si opus foret, contra imperatorem Romanæ ecclesiæ defensionem præberet. Quo fœdere inter pontificem & Carolum prudenter inito, metu Caroli, qui ob ingentes victorias magni nominis erat, ab incursu Italiæ imperator abstinuit.

Leo imperator a pontifice excommunicatur & deponitur.

k *Post hæc claruit imperatoris malitia.*] Cum Leo imperator piis monitis sancti Gregorii papæ non modo non obtemperaret, sed potius eam tyrannidem, quam hic Anastasius describit, in oriente contra orthodoxos exerceret; tunc demum factum est, quod scribunt in annalibus suis Theophanes, Cedrenus, & Zonaras, ut idem pontifex eumdem imperatorem, velut plane impœnitentem hæreticum cognitum & declaratum, anathemati subjecerit, omnesque imperii subditos in Italia ab ejus obedientia recedere adhortatus fuerit. Quo facto sanctissimus pontifex clarissimum posteris suis reliquit exemplum, ne in ecclesia Christi regere permittantur hæretici principes, si frequenter moniti errori pertinaciter adhærescant.

I. AD BONIFACIVM PRESBYTERVM.

Potestatem illi facit ut fidei mysterium incredulis gentibus annuntiet.

Gregorius servus servorum Dei Bonifacio religioso presbytero.

EXIGIT manifestata nobis religiosi propositi tui pie in Christo flagrantis intentio, & approbata sincerissimæ fidei tuæ perlata relatio, ut ad dispensationem verbi divini, cujus per gratiam Dei curam gerimus, te comministro utamur. Experientes proinde te ab infantia sacras literas didicisse, profectusque indolem ad augmentum crediti cælitus talenti prospectu divini amoris extendere: videlicet gratiam cognitionis cælestis oraculi in laborem salutiferæ prædicationis, ad innotescendum gentibus incredulis mysterium fidei, instanti conatu expendere; E collætamur fidei tuæ, & adjutores effici cupimus gratiæ prærogatæ. Igitur quia præmissi conatus pium affectum, usque ad apostolicæ sedis modesta prævisione perduxisti consultum, ut membrum ex membro proprii corporis caput requirens, motum mentis probares, capitisque arbitrio te humiliter submittens, & ejus directione justo tramite properans solidari, compaginis plenitudo existas: Ideo in nomine indivisibilis Trinitatis, per inconcussam auctoritatem beati Petri apostolorum principis, cujus doctrinæ A magisterii dispensatione fungimur, & locum sacræ sedis administramus, modestiam tuæ religionis instituimus, atque præcipimus, ut in verbo Dei, quo igne salutifero, quem dominus mittere venit in terram, enitere videris, ad gentes quascumque infidelitatis errore detentas properare Deo annuente potueris, mysterium regni Dei per insinuationem nominis Christi domini Dei nostri veritatis suasione designes: & per spiritum virtutis, & dilectionis, ac sobrietatis, prædicationem utriusque testamenti mentibus indoctis consona ratione transfundas. Disciplinam denique sacramenti, quam ad initiandos B Deo prævio credituros tenere studes, ex formula officiorum sanctæ nostræ sedis apostolicæ, instructionis tuæ gratia prælibata, volumus ut intendas. Quod vero actioni susceptæ tibi deesse perspexeris, nobis ut volueris intimare curabis. Bene vale. Data Idibus Maii, imperante domno piissimo Augusto Leone a Deo coronato magno imperatore, anno tertio imperii ejus, indictione undecima.

Indiculus sacramenti quod Bonifacius Romæ, cum episcopus ordinaretur, edidit, & manu sua scriptum obtulit.

IN nomine domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi. C Imperante domno Leone a Deo coronato magno imperatore anno VI. post consulatum [1] ejus anno VI. sed & Constantino magno imperatore ejus filio anno IV. indictione VI. Promitto ego Bonifacius, Dei gratia episcopus, tibi beato Petro apostolorum principi, vicarioque tuo beato Gregorio papæ, & successoribus ejus, per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, Trinitatem inseparabilem, & hoc sacratissimum corpus tuum, me omnem fidem & puritatem sanctæ fidei catholicæ exhibere, & in unitate ejusdem fidei Deo operante persistere, in qua omnis Christianorum salus sine dubio esse comprobatur: nullomodo me contra unitatem communis & universalis ecclesiæ suadente quopiam consentire; sed, ut dixi, fidem D & puritatem meam atque concursum tibi, & utilitatibus ecclesiæ tuæ, cui a domino Deo potestas ligandi solvendique data est, & prædicto vicario tuo, atque successoribus ejus per omnia exhibere. Sed & si cognovero antistites contra instituta antiqua sanctorum patrum conversari, cum eis nullam habere communionem aut conjunctionem, sed magis, si valuero prohibere, prohibebo: sin minus, fideliter statim domno meo apostolico renuntiabo. Quod si, quod absit, contra hujus promissionis meæ seriem aliquid facere quolibet modo, seu ingenio vel occasione tentavero, reus inveniar in æterno judicio; ultionem Ananiæ & Sapphiræ incurram, qui vobis etiam de rebus propriis fraudem facere, vel falsum dicere præsumpserunt. Hunc autem indiculum sacramenti ego Bonifacius exiguus episcopus manu propria scripsi, atque ponens supra sacratissimum corpus beati Petri, ita, ut præscriptum est, Deo teste & judice præstiti sacramentum, quod & servare promitto.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Leonis anno* VI.] Ita in codice Rhemensi, & in Pithœano, male autem in vulgatis anno 7. Leo quippe Isaurus imperium iniit VIII. Kalendas Aprilis, & mox, ut conje- ctura

ctura est, consulatum proximis Kalendis, anno Christi 717. indictione xv. Bonifacius porro episcopus, ut ejus vitæ historia docet, consecratus est pridie Kalendas Decembres, indictione vi. Quare annus is erat imperii & consulatus Leonis sextus, non septimus, Christique annus 722. non, ut aliis placet, 723. tum enim mense Novembri septima fuisset indictio.

II. AD CAROLVM DVCEM, MAIOREM DOMVS REGIÆ FRANCORVM.

Commendat Bonifacium, ut illi faveat in suscepto ministerio.

Domino glorioso filio [1] Carolo duci Gregorius papa.

COMPERIENTES te, in Christo dilectissime, religiosæ mentis affectum gerere in multis opportunitatibus, debito salutis præmisso, notum facimus Deo dilectæ tuæ dignitati, præsentem fratrem Bonifacium, fide & moribus approbatum, a nobis episcopum consecratum, atque institutionibus sanctæ sedis apostolicæ, cui Deo auctore præsidemus, ecclesiæ generali sollicitudine informatum, ad prædicandum plebibus Germaniæ gentis, ac diversis in orientali Rheni fluminis parte consistentibus, gentilitatis errore detentis, vel adhuc ignorantiæ obscuritatibus præpeditis, necessario destinare. Pro quibus eum gloriosæ benevolentiæ tuæ omnimodo commendamus, ut eum in omnibus necessitatibus adjuvetis, & contra quoslibet adversarios, quibus in domino prævaletis, instantissime defendatis; certissime retinentes, Deo vos exhibere quæcumque huic promptissimo impenderitis favore, qui sanctis apostolis suis ad lucem gentium destinatis, a suscipientibus eos se suscipiendum prædixit: quorum institutionibus per nos informatus prædictus antistes, in sortes prædicationis procedit.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

[1] *Carolo duci.*] Sic appellat Carolum Martellum, qui tum major domus erat Theodorici II. regis. Extat inter sancti Galli veteres chartas hujusmodi subscriptio: *Feci mense Iunio, quinto Kalendas Iulias, in anno decimo quinto, regnante domno nostro Theodorico rege supra Carolum majorem domus.* Post Theodorici vero regis obitum, quod memorabile est, nec a scriptoribus nostris observatum, solus sine rege imperavit Carolus idem annos, ut in codice Tiliano reperi, novem, ut in alio Rhemensi, septem. Quo tempore, quia rex nullus erat, in actis publicis annos a Theodorici regis excessu lapsos annotabant, ut in Sandionysianis Caroli ipsius tabulis videre est, quibus Clipiacum villam dat monasterio sancti Dionysii: *Actum Careciaco villa in palatio, mensis Septembris die decimoseptimo, anno quinto post defunctum Theodoricum regem. Signum illustris viri Caroli majoris domus, qui hanc epistolam donationis fieri rogavit.*

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Interregni illius, quod ad nostratis historiæ intelligentiam apprime necessarium videtur, primus, quod hactenus viderim, resciverimve, meminit R. P. Iacobus Sirmondus mox laudatus, & post eum R. P. Dionysius Petavius libro 8. partis primæ rationarii temporum, Aubertus Miræus in notitia ecclesiarum Belgii & in chronico, Andreas Duchesnius in programmate genealogico regum Franciæ, aliique, sed in eo a veritatis aberrarunt tramite, quod Theodorico II. annos duos detraxerint, ejusque mortem alligarint anno æræ Christi 735. & interregni fines non ultra Caroli Martelli mortem produxerint. Nos ut labanti regum Francorum chronologiæ opem ferremus, jam ab aliquot annis, partim in elogiis, partim in miscellaneis nostris historicis, & utroque chronico, quædam antiquitatis venerandæ κειμήλια in medium protulimus, quæ nunc non exiguo lectorum abstrusioris chronologiæ candidatorum emolumento, sub unum aspectum repræsentare aggrediemur.

Ante omnia probandum incumbit Theodericum II. Calensem vulgo dictum, non ante annum Christi 737. vitam finiisse. Quod primo persuadent veteres regum Francorum genealogiæ, quas Duchesnius pagina 781. tomi primi historicorum coætaneorum historiæ Francicæ, aliique publici juris fecerunt, quæque adhuc in tenebris MSS. codicum delitescunt. In iis enim non 15. dumtaxat anni, sed omnino 17. Theoderico huic tribuuntur, quot numerantur ab anno 720. exeunte, aut 721. ineunte, ad annum 737. Deinde idem plane evincit auctor Anonymus, cujus tractatum de computo ecclesiastico habemus in membranis jam ab aliquot sæculis exaratum: *A nativitate domini*, inquit, *usque ad præsentem annum, in quo Theudericus rex Francorum defunctus est* DCCXXXVII. *in quo anno indictione quinta, epacta* XV. *concurr.* I. *luna circulum* XIII. XIV. XII. *Kalendas Aprilis, pascha* IX. *Kal. Aprilis, luna* XVII. XXIV. *de annorum* DXXXII. *secundum Græcos cyclo.* hæc ibi. Accedit huic Fredegarius scholasticus, seu quis alius auctor appendicis ad Gregorii Turonensis historiam adjectæ, qui cum capite seu §. centesimo septimo dixit: *Quo mortuo Theodoricum regem statuerunt in sedem regni, qui nunc locum solii regalis obtinuit, annis vitæ simul præstolatis*, vel quemadmodum corrigendum admonui, *protelatis*, ejusmodi formulis sat dilucide mentem suam expressit, quando finem chronico suo initio anni 736. prima vice imponebat, superstitem adhuc extitisse Theodoricum illum regem. Quod vero de anno 736. præmisi, idem ille auctor capite centesimo nono appendicis aperte innuit his verbis pag. 771. tomi I. editionis Duchesnianæ: *Victor cum pace remeavit, opitulante Christo rege regum, & domino dominorum. Curricula annorum hactenus reperiuntur ab Adam, vel initio sæculi usque diluvium anni 2242. a diluvio usque Abraham anni 942. ab Abraham usque ad Moysen anni 505. a Moyse usque ad Salomonem anni 489. a Salomone usque readificationem templi temporibus Darii regis Persarum anni 512. a restauratione templi usque ad adventum domini nostri Iesu Christi anni 548. certe ab initio mundi usque ad passionem domini nostri Iesu Christi anni 5538. a passione domini usque in istum annum præsentem in cyclo Victoris 177. Kal. Ianuarii die dominica* 735. stylo scilicet Gallico (nam Romano more Kalendis illis inchoabatur annus a Christo nato, 736.) *& ut istud millenarum compleatur, restant anni 265.* (alias, inquit Duchesnius ad oram paginæ citatæ 122. sed male) eadem habet pæne ad verbum Aimoini continuator anonymus capite 54. libri 4. in editione Iacobi Breulii. Vnum tamen non oportet omittere, quod præsentem illum annum 735. asserat fuisse, *decimumnonum principis Caroli*, ab anno scilicet 717. quo Vinciaci Raganfredum fudit fugavitque memorabili prælio in omnem posteritatis memoriam.

Mortuo Theodorico, Carolus Martellus, quamdiu advixit, nullum subrogavit regem: atque inde cœpit interregnum in Francia, quod ab anno 737. inchoatum, desiit ineunte anno 743. post sex septemve annos saltem inchoatos. Interregni illius diserte meminerunt, tum chronicon illud brevissimum a Theodorico I. rege usque ad Childericum, cui Pipinus successit, quod ex codice MS. cœnobii S. Remigii Remensis a Sirmondo nostro descriptum edidit Duchesnius pagina 781. tomi I. historicorum coætaneorum Franciæ: *Theodoricus regnavit annos* XVII. *annos septem interim alius rex non regnavit: Hildericus rex regnavit annis novem.* quæ omnia bellissime quadrant, & cum nostris epilogismis paria faciunt, ut nihil accommodatius ad rem nostram excogitari possit: tum aliud quoque haud paulo prolixius chronicon a Clotario II. rege usque ad Pipini obitum, quod ex MS. codice Tiliano exhibitum reperies eadem pagina apud Duchesnium: sed in eo omni procul controversia corrigendum, quod post obitum Theoderici Carolo Tuditi novem annos tribuat: quamobrem legendum arbitror; *Theodericus regnavit annos* XVII. *Carolus sine alio rege imperavit annos* IV. *aut* V. *Childericus regnavit annos* IX. *Pipinus regnavit annos sedecim cum dimidio.* Idem plane sensus fuit Ercamberti in fragmento, quod nobis superest ex breviario regum Francorum & majorum domus regiæ, extatque eadem pagina tomo primo Duchesnii, at luxatum graviter in calce, & ab interpunctione vitiata pessime distortum: sic itaque restituo; *Theodericum, filium Dagoberti junioris, Franci in regem sibi statuunt, qui natritus in Cala monasterio erat. Regnavit annis* IV. (non sex, ut habet excusum illud fragmentum) *Majordomus ac princeps Carolus, qui jam utraque regna viriliter gubernans,* circum-

circumquaque cum regibus ac ducibus bella semper superando committens, donec eum omnes vincendo, qui ei contrarii fore videbantur, vincere constabat. Quibus verbis apertissime declarat se breviarium illud suum scripsisse, vel anno 740. exeunte, vel 741. currente, antequam fato concederet sub autumnum Carolus Martellus. Hic vero fortissimus princeps ac Francorum subregulus paullo ante mortem, Clipiacensem villam donavit regio monasterio sancti Dionysii, in quo conditus postea fuit, cujus hæc subscriptio sententiam nostram præclare firmat, ut velut aureis characteribus illuminat. *Actum Careciaco villa in palatio, quod fecit mensis September die 17. annum quintum post defunctum Theodoricum regem. Signum inlustro viro Carolo Majorimdomus, qui hanc epistolam donationis fieri rogavit. S. Illustris matronæ Sunechildis consentientis. S. Grifonis filii sui consentientis. Audoenus Capellanus subscripsit. Ego Theudericus subscripsi. Crothgangus jussus hanc epistolam donationis recognovi.* Pene exciderant e memoria tabulæ Roberti comitis Hasbaniensis Lamberti filii, quibus multa confert abbatiæ sancti Trudonis in Hasbania. Eas recitat Aubertus Miræus cap. 16. notitiæ ecclesiarum Belgicarum, sed vitiose consignat anno Christi 745. licet promptum illi fuisset ex iis, quæ pagina vigesima prima ejusdem notitiæ ex Sirmondo descripserat, errorem illum suum agnoscere, quemadmodum alias monuimus: *Ego Robertus anno quinto post obitum Theoderici regis die septimo post Kalendas Aprilis legitima traditione dedi ac deputavi quidnam de allodio meo ad basilicam sancti Trudonensis, quæ est] constructa in villa, nomine Sarcinio,* &c. Plura fortassis occurrent imposterum, quæ iis adtexere non erit operosum, quamquam hæc æquis rerum æstimatoribus ad fidem faciendam abunde sufficient.

Quod ad interregni finem attinet, & Childerici III. regis inaugurationem, ne quid huic annotationi deesse conqueratur jure merito lector chronologicæ subtilitatis amans: hoc mihi videor observasse a Pipino & Carolomanno fratribus uno minimum anno, & aliquot insuper mensibus post Martelli patris obitum, Franciam administratam fuisse, absque ullo rege, quem labente anno 743. in majorum regiam sedem sublimarunt. Lapsos ergo fateare necesse est chronologos hactenus plerosque omnes, qui Childerici exordia ab annis 741. aut 742. arcessunt. Extat apud Petrum Balleuræum a sancto Iuliano, decanum Cabillonensem, in antiquitatibus Matisconensis urbis, necnon apud Iacobum Severtium in Domnolo ep. Matisconensi diploma non dubiæ fidei, ex quo ineunte anno Christi 743. nondum regem Francis datum concludent facillime, vel qui necdum ære lavantur: *Signum Pipini majoris domus. Ego Rodalgus jussus scripsi. Actum Kalendis Ianuarii, in anno secundo principatus ejusdem Pippini, in civitate Metis in palatio regio.* Certiora forte videbuntur aliis argumenta, quæ ex conciliis aliquot per ea tempora celebratis elici posse non abnuo. Primum est Germanicum incerti loci, cui præfixa præfatio annum, quo peractum est, non patitur ignorari: *Ego Carlomannus dux & princeps Francorum anno ab Incarnatione domini* DCCXLII. *undecimo videlicet Kalendas Maii; episcopos, qui in regno meo sunt* (id est in regni parte mihi commissa,) *cum presbyteris ad concilium & synodum pro timore Christi congregavi, Bonifacium archiepiscopum, & Burchardum,* &c. Alterum est Liptinis coactum in villa regia agri Cameracensis, quod sic incipit: *Modo autem in hoc synodali conventu, qui congregatus est ad Calendas Martias* (utique anno æræ Christianæ 743. Romano more.) *in loco qui dicitur Liptinas, omnes venerabiles sacerdotes Dei & comites & præfecti prioris synodi decreta consentientes firmaverunt,* &c. Superest tertium, nempe Suessionense, quod in collectionibus conciliorum exacte revocatur ad annum 744. Hoc initio: *In Dei nomine & Trinitatis. anno 744. ab incarnatione Christi, sub die sexta,* vel potius quinta, ut alii codices MSS. legunt, *Nonas Martii, & luna decimaquarta, in anno secundo Childerici regis Francorum, ego Pippinus dux & princeps Francorum, apud Suessionis civitatem synodum,* &c. Inde vero, donec major aliunde lux affulgeat, hoc unum mihi videtur compertum prorsus atque perspectum, non ante Kalendas Martias anni 743. (gratis enim atque ex mera conjectura, collectores conciliorum Leptinense Kal. Martiis anni 743. celebratum revocant ad annum Childerici III primum, cum nulla in ejus actis regis illius reperiatur mentio) verum post Kalendas ejusdem mensis primo alterove die evectum fuisse ad dignitatem regiam Childericum anno 743. proindeque verissime scriptum fuisse ab antiquo scriptore: *Interea septem annis nullus fuit in Gallia rex:* modo de inchoatis dumtaxat, non de absolutis intelligas.

Ceterum nemini prolixior videri poterit aut injucunda nostra hæc annotatio de argumento magni in rebus chronologicis momenti, neque hactenus qua opus erat accuratione tractato, qui apud se diu multumque perpenderit non inelegantis Poëtæ aureum illud effatum:

> ——— *Si quid tibi forte repertum,*
> *Pluribus indiciis solers fulcire memento.*

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Carolus Francorum dux initio se minus affabilem præfuit Bonifacio, ut insinuat sanctus Ludgerus in vita sancti Gregorii Vltrajectini apud Serarium: sed dum hasce pontificias literas legisset, ipsumque Roma reducem Bonifacium in suam se fidem, dominatum ac tutelam committentem vidisset, illico eum perhumane accepit, & in Germaniæ totiusque Francici regni partibus omnibus, ipsarum suarum literarum auctoritate, sartum tectumque esse voluit: quæ literæ in Virdunensis ecclesiæ codice a reverendo patre Frontone Ducæo inventæ, extant apud Baronium anno 724. numero 2. Serar. histor. Mogunt. notat. 18.

III. AD EPISCOPOS, ET ALIOS OMNIUM ORDINUM, TUM CLERICOS, tum laicos.

Commendat eumdem Bonifacium, & quas ad res missus sit exponit.

Gregorius episcopus servus servorum Dei universis reverentissimis & sanctissimis fratribus coepiscopis, religiosis presbyteris, seu diaconibus, gloriosis ducibus, magnificis castaldis, comitibus etiam, vel cunctis Christianis Deum timentibus.

SOLICITUDINEM nimiam gerentes pro speculatione nobis credita, quia in umbra mortis aliquas gentes in Germaniæ partibus, vel plaga orientali Rheni fluminis, antiquo hoste suadente errare, & quasi sub religione Christiana idolorum culturæ servire cognovimus; aliquos vero, qui nec Dei cognitionem habentes, nec baptismatis sacri unda sunt loti, sed comparatione brutorum animalium pagani factorem suum non recognoscunt; necessarium duximus, pro utrorumque illuminatione, ad prædicandum rectæ fidei verbum, harum literarum portitorem Bonifacium, reverendissimum fratrem & coepiscopum nostrum, ad easdem partes dirigere, ut & illis prædicando verbum salutis vitam provideat sempiternam, & si quos forte ubicumque a rectæ fidei tramite deviasse cognoverit, aut astutia suasos diabolica erroneos repererit, corrigat, atque sui evocatione ad portum restituat salutis, eosque ex apostolicæ sedis hujus doctrina informet, & in eadem catholica fide permanere instituat. Cui etiam hortamur, ob amorem domini nostri Iesu Christi, & apostolorum ejus reverentiam, ut in omnibus solatia exhibeatis, eumque in nomine Iesu Christi recipiatis, ut scriptum est de suis discipulis: *Qui vos recipit, me recipit:* providentes insuper necessaria itineris ejus, comitesque tribuentes: cibum etiam ac potum, vel si quid eguerit largientes: ut uno labore, & socia voluntate, opus sibi creditum pietatis, & negotiū salutis annuente Deo perficiatur, atque præmia laboris percipere mereamini, deque conversione errantium merces vobis adscribatur in cælis. Si quis itaque huic Dei famulo, ad illuminationem gentium ab hac apostolica & catholica Dei ecclesia destinato, assensum vel concursum præbuerit, exorantibus apostolorum principibus; consortia mereatur sanctorum martyrum Christi Iesu. a Si quis

Matth.

a Ivo p. c 118.

quis vero, quod non optamus, adversari ejus laboribus conatus fuerit, aut contrarius extiterit ministerio illi credito, successorumque ejus in eumdem laborem intrantium, ex sententia divina anathematis vinculo percellatur, & perpetuæ damnationi subjaceat Data Kalendis Decembris, imperante domino piissimo Augusto Leone, imperii ejus anno VII. sed & Constantini imperatoris ejus filii anno IV. indictione VI.

IV. AD CLERUM, ORDINEM, ET PLEBEM, CUI BONIFACIUS ORDINATUS fuerat episcopus.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, clero, ordini, & plebi consistenti Thuringiæ, dilectissimis filiis in domino salutem.

PROBABILIBUS desideriis nihil tarditatis præstantes, fratrem jam & coepiscopum nostrum Bonifacium vobis ordinavimus sacerdotem. Cui dedimus in mandatis, ne unquam ordinationes præsumat illicitas, ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex pœnitente, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque, ad sacros ordines permittat accedere; sed si quos hujusmodi forte repererit, non audeat promovere. Afros passim ad ecclesiasticos ordines prætendentes nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati sæpius sunt probati. Ministeria atque ornatum ecclesiæ, vel quidquid illud est in patrimonio ejusdem, non minuere studeat, sed augere. De reditu vero ecclesiæ, vel oblatione fidelium, quatuor faciat portiones, quarum unam sibi ipse retineat, alteram clericis pro officiorum sedulitate distribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam; de quibus divino erit judicio redditurus rationem. Ordinationes vero presbyterorum, sive diaconorum, non nisi quarti, septimi & decimi mensis jejuniis, sed & in ingressu quadragesimali, atque medio, vespere sabbati noverit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi sacramentum, non nisi in paschali festivitate & pentecoste noverit esse præbendum, exceptis iis, quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis subvenire. Huic ergo sedis nostræ præcepta servanti devotis animis obsequi vos oportet, ut irreprehensibile placitumque fiat corpus ecclesiæ, per Christum dominum nostrum, qui vivit & regnat cum Deo Patre omnipotente, per omnia sæcula sæculorum. Deus incolumes vos custodiat dilectissimi. Data Kalendis Decembris, imperante domno piissimo Augusto Leone a Deo coronato magno imperatore, anno VII. sed & Constantino magno imperatore ejus filio anno IV. indictione VI.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S.I.

1 *Probabilibus desideriis.*] Formula est generalis, qua scribi solebat civitati cui ordinatus fuerat episcopus. Totidem enim verbis legitur inter antiquas formulas ecclesiæ Romanæ, & inscribitur, *Synodale quod accipit episcopus.*

V. AD OPTIMATES THURINGORUM.

Laudat illorum in Christi fide constantiam, hortaturque ut Bonifacio episcopo suo sint obedientes.

Viris magnificis filiis Asulfo, Goddavo, Vuillerco, Gunthario, Alvoldo, & omnibus Deo dilectis Thuringis fidelibus Christianis, Gregorius papa.

INSINUATAM nobis magnificæ in Christo fidei vestræ constantiam agnoscentes, quod paganis compellentibus vos ad idola colenda, fide plena responderitis, magis velle feliciter mori, quam fidem semel in Christo acceptam aliquatenus violare; nimia exultatione repleti gratias debitas persolvimus Deo nostro & redemptori, bonorum omnium largitori, cujus gratia comitante vos ad meliora & potiora optamus proficere, & ad confirmandum fidei vestræ propositum sanctæ sedi apostolicæ religiosis mentibus adhærere, &, prout opus poposcerit sacræ religionis, a memorata sancta sede apostolica spirituali omnium fidelium matre solatium quærere, sicut decet filios coheredes regni a regali parente. Ministerio quoque præsentis fratris carissimi Bonifacii, quem ad vos episcopum consecratum in sorte prædicationis destinavimus, apostolicis institutionibus informatum, ad instruendam fidem vestram, in omnibus volumus & hortamur obedientes ei consentire ad complementum in domino vestræ salvationis.

VI. UNIVERSUM POPULUM THURINGORUM.

Ut Bonifacio episcopo suo in omnibus obediant, & episcopia atque ecclesias construant.

Gregorius servus servorum Dei universo populo Thuringorum.

DOMINUS Iesus Christus Filius Dei, & Deus verus, de cælis descendit, homo factus est, & pro nobis pati & crucifigi dignatus est, & sepultus tertia die resurrexit a mortuis, & ascendit in cælum: discipulis etiam suis sanctis ait: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti:* ipse in se credentibus vitam æternam promisit. Cupientes ergo vos in perpetuum nobiscum gaudere, ubi finis gaudii nullus est, nec tribulatio, nec aliqua amaritudo, sed gloria sempiterna; ideo fratrem nostrum sanctissimum Bonifacium episcopum ad vos direximus, ut vos debeat baptizare, & fidem Christi docere, & ab errore ad viam salutis deducere, ut salutem habeatis & vitam sempiternam. Vos ergo ei in omnibus obedite, & sicut patrem vestrum illum honorate, & ad ejus doctrinam corda vestra inclinate. Quia illum non pro lucro aliquo temporali conquirendo direximus, sed pro lucro animarum vestrarum ad vos eum misimus. Diligite ergo dominum, & in nomine ejus baptismum suscipite: quia dominus Deus noster, quod oculus hominis nunquam vidit, nec in cor hominis ascendit, præparavit diligentibus se. Iam recedite a malis operibus, & agite bene: non adoretis idola, nec immoletis carnes, quia Deus non recipit ista: sed in omnibus secundum quod vos frater

frater noster Bonifacius docuerit; observate & agite, & salvi eritis, & vos & filii vestri in sempiternum. Facite ergo & domum, ubi debeat ipse pater vester episcopus habitare, & ecclesias ubi orare debeatis, ut Deus indulgeat peccata vestra, & donet vobis vitam sempiternam.

VII. AD UNIVERSUM POPULUM [a] ALTSAXONUM.

Confirmat illos in fide Christi, quam relicto idolorum cultu amplexi erant.

Gregorius papa universo populo provinciæ Altsaxonum.

SAPIENTIBUS & insipientibus debitor sum, fratres carissimi, volens vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui verbum exhortationis fidei Iesu Christi domini nostri susceperunt, & qui adhuc suscepturi sunt, ut consolentur corda vestra instructa in caritate, & in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei patris Iesu Christi, ut ait egregius apostolus: *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hoc autem dico, quoniam prope est regnum Dei: & nemo vos amplius decipiat in sublimitate sermonum*, ut in quocumque metallo salutem vestram quæratis, adorantes idola manufacta, aurea, argentea, ætea, lapidea, vel de quacumque materia facta, quæ falsidico nomine a paganis antiquis dii appellata sunt. In quibus & dæmones habitare noscuntur, quoniam *omnes dii gentium dæmonia sunt*, ut ait scriptura: *Dominus autem noster cælos fecit.* Quicumque autem in vobis susceperunt Christum Iesum dominum nostrum, in ipso ambulent radicati, & superædificati, & confirmati fide, abundantes in gratiarum actionem. *Videte ne quis vos amplius decipiat per philosophiam & inanem fallaciam.* Astutiores enim sunt filii tenebrarum, quam filii lucis. Discedite filii ab idolorum cultura: accedite, & adorate dominum Deum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt; & vultus vestri non erubescent. Unus enim dominus hominum, volucrum, quadrupedum, & piscium, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Expoliate vos ergo veterem hominem, & induite Christum novum, deponentes omnem malitiam, iram, indignationem, blasphemiam. Turpem sermonem nolite de ore vestro producere, & ab idolorum cultura recedite. Iam enim advesperascit dies sæculi, & tempus tenebrarum appropinquat, ideoque nolite esse otiosi, sed potius operamini opus bonum, ut Christus habitet in vobis. Et *quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & Patri per ipsum*, respuentes gentilitatis sectam; scientes vos dominum habere in cælis. Orationi instantes ad ipsum dominum cor erigite, *quoniam magnus est dominus Deus noster, & laudabilis nimis, & terribilis super omnes Deos: qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire.* Hoc autem commoneo, fratres, ut quicumque voluerit ex vobis ad Christum converti, nullo modo eum prohibeatis, neque vim ei faciatis sculptilia adorare: quia ipse Christus dominus vivit cum Deo Patre omnipotente in unitate Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum, Amen. Carissimi, fidelis est minister, & conservus in domino, frater ac coepiscopus noster Bonifacius, quem misi vobis ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra cum exhortationis verbo in Christo Iesu domino nostro, ut a diabolica liberati fraude mereamini adoptionis filiis aggregari, & ut ab æterna damnatione liberati vitam habeatis æternam.

Coloss. 2. Luc. 21. Psal. 95. Coloss. 2. Coloss. 3. Psalm. 95. 1. Tim. 2.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Altsaxonum.*] Antiqua Saxonia vocatur Germaniæ illa pars, unde orta est recentior in Anglia Saxonia Nam sub annum domini 409. cum ad opem contra hostes ferendam Saxones evocassent, iis etiam apud se habitandi locum dedere; quem & vi paulatim illi retinuerunt, atque amplificarunt. Hinc novi Saxones vel Anglosaxones in Anglia: Saxones vero simpliciter, aut vero Altsaxones, seu antiqui Saxones in Germania sunt. Beda lib. 1. c. 10. 11. 11 15. hist & lib. 5. cap. 10. 11. 12. Pulcra hac de re notavit Serarius lib. 3. hist. Mogunt. notar. 1.

CAROLI MAIORIS DOMUS EPISTOLA GENERALIS.

De suscepto in tuitionem ac defensionem episcopo Bonifacio.

Dominis sanctis & apostolicis in Christo patribus episcopis, ducibus, comitibus, vicariis, domesticis, seu omnibus agentibus junioribus nostris, seu missis decurrentibus, & amicis nostris, illustris vir Carolus major domus bene cupiens vester.

COGNOSCATIS qualiter apostolicus vir, in Christo pater, Bonifacius episcopus ad nos venit, & nobis suggessit quod sub nostro mundeburdo vel defensione eum recipere deberemus. Quod ita gratanti animo nos fecisse cognoscite. Proinde ergo taliter ei manu nostra roboratam dare visi sumus, ut ubicumque ambulare visus fuerit, cum nostro amore, vel sub nostro mundeburdo & defensione, quietus vel conservatus esse debeat: ea ratione ut justitiam reddat, & justitiam faciat & accipiat. Et si aliqua causatio vel necessitas ei advenerit, quæ per legem definiri non potuerit, usque ante nos quietus & conservatus esse debeat, tam ipse, quam qui per ipsum reclamare se & sperare videntur. Ut ei nemo aliquam contrarietatem vel damnationem adversus eum facere præsumat: sed omni tempore sub nostro mundeburdo vel defensione quietus vel conservatus residere debeat. Et ut certius credatur, manu propria subter firmavimus, & de annulo nostro sigillavimus.

VIII. AD BONIFACIUM EPISCOPUM.

Gratulatur de infidelium conversione, hortaturque ut in cœpto verbi ministerio constanter insistat.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Gregorius servus servorum Dei.

CREDITÆ speculationis sollicitudine permoti, evangelica quoque institutione, qua Christus ait: *Obsecrate dominum messis, ut injiciat operarios in messem suam:* tuam proinde reverendam fraternitatem ad imitationem apostolorum (ut domino jubente præcepti sunt, *Euntes prædicate evangelium regni: Gratis accepistis, gratis date*) in partibus* Hesperiarum ad illumi-

Matth. 9. Marc. 16. Matth. 10. *Hessorum

illuminationē Germanicæ gentis in umbra mortis sedentis dirigere prævidimus, lucrum ut inde apportare deberes, quasi servus ille de negotio talenti, sicut scriptum est, fidus in futuro auctori afferit Deo fecisse. Quod quia ex obedientiæ munere ministerium verbi cernimus adolere, & prædicationis præconio populum infidelem, ut innotuisti, audivimus converti, domini potentiæ gratias referentes, ut ipse, a quo bonum procedit, & ad agnitionem vult omnes venire veritatis, tibi optamus ut cooperetur, & a tenebris ad lucem populum illum suæ potentiæ inspiratione reducat. Hinc enim vobis merces copiosa credimus quod ab omnipotente Deo adscribatur in cælis. *Bonum enim certamen*, si perseveraveris, possis cum apostolo dicere, *certavi, cursum consummavi, fidem servavi*. Sed ut coronam percipias laboris insiste: pollicetur enim Deus perseverantibus in finem salutem. Nec te minæ terreant, nec dejiciant terrores: sed fixam in Deo tenens fiduciam veritatis verbum denuntia. Erit enim ex adjutorio divino protectio: tantum sit bonum in voluntate opus. Igitur quantos ab errore converteris, syllabarum tuarum recensito textu cognovimus, læti uberes Deo gratias agentes de lucro animarum exultamus. Porro pro episcopo illo, qui nunc usque desidia quadam in eadem gente prædicationis verbum disseminare neglexerat, & nunc sibi partem quasi in parochiam defendit, Carolo excellentissimo filio nostro patricio, ut eum compescat suadentes, paternis literis scripsimus, & credimus quod hoc vitari præcipiat: ipse vero opportune, importune prædicare quæ sunt salutis non desinas. Igitur Thuringis & Germaniæ populo ea quæ ad animæ respiciunt utilitatem & salutem scribere non omisimus: admonentes inter alia, ut construant episcopia & ecclesias. Ipse enim, qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat, erit omnibus daturus incrementum. Deus te incolumem custodiat. Data pridie Nonas Decembris, imperante domino piissimo Augusto Leone a Deo coronato magno imperatore anno VIII. post consulatum ejus anno VIII. sed & Constantino magno imperante ejus filio anno V. indictione VIII.

IX. AD GERMANUM CONSTANTIN. EPISCOPUM.

Gratulatur de ejus victoria contra hæreticos, & sacras imagines venerandas esse demonstrat.

QUANTA, qualisque animi delectatio nostram sic lætificare animam novit, *&c. Extat infra*" *in concilio Nicano II. actione 4.*

X. AD URSUM DUCEM VENETIARUM.

Pro Ravenna a Longobardis defendenda.

Gregorius episcopus servus servorum Dei dilecto filio Urso duci Venetiarum.

QUIA, peccato faciente, Ravennatum civitas, quæ caput extat omnium, a nec dicenda gente Longobardorum capta est, & filius noster eximius dominus exarchus apud Venetias (ut cognovimus) moratur; debeat nobilitas tua ei adhærere, & cum eo nostra vice pariter decertare, ut ad pristinum statum sanctæ reipublicæ in imperiali servitio dominorum filiorum nostrorum Leonis & Constantini magnorum imperatorum ipsa revocetur Ravennatum civitas, ut zelo & amore sanctæ fidei nostræ in statu reipublicæ & imperiali servitio firmi persistere, domino cooperante, valeamus. Deus te incolumem custodiat, dilectissime fili.

XI. AD LEONEM ISAURUM IMPERATOREM.

De sacris imaginibus.

LITERAS vestræ a Deo custoditæ majestatis ac fraternitatis, *&c. Extat infra*" *inter præambulares concilii Nicani II.*

" Tomo VII. pag. 7. D Græce & Latine.

XII. AD EUMDEM.

De eodem.

ACCEPIMUS vestri a Deo conservati imperii atque in Christo fraternitatis literas, *&c. Extat inter*" *præambulares concilii Nicani II.*

" Tomo VII. pag. 2[illegible] D. Græce Latine.

XIII. AD BONIFACIUM EPISCOPUM.

Respondet ad varias ejus interrogationes & consulta.

Reverentissimo ac sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Gregorius servus servorum Dei.

DESIDERABILEM mihi a te missus Denval religiosus presbyter attulit nuntium, cum te sospitem narravit, & in ministerio, pro quo missus es, favente Deo proficere nuntiavit. Detulit etiam a te missas literas, ubi indicasti, quod ager dominicus, qui incultus jacebat, & spinarum aculeis ex infidelitate riguerat, vomere tuæ doctrinæ exarante, semen verbi suscepit, & fertilem messem protulit fidelitatis. In iisdem literis quædam subnexuisti capitula, sciscitando qualiter teneat vel doceat hæc sancta apostolica Romana ecclesia. Bene satis, quia beatus Petrus apostolus & apostolatus & episcopatus principium extitit, & consulenti tibi de statu ecclesiæ, non ex nobis quasi ex nobis, sed ejus gratia, qui aperit os mutorum, & linguas infantium facit disertas, qualiter tenere debeas apostolici vigoris doctrinam dicimus.

I.

Igitur in primis legebatur, in quota progenie propinquorum matrimonium copulatur. Dicimus quod oportuerat quidem, quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad hujus copulæ non accedere societatem. Sed quia temperantia magis, & præsertim in tam barbara gente, plus placet, quam districtio censuræ, concedendum est ut post quartam generationem jungantur.

II.

32. q. 2. Quod proposuisti.

Nam quod proposuisti, quod si mulier infirmitate correpta non valuerit debitum viro reddere, quid ejus faciat jugalis? Bonum esset si sic permaneret, ut abstinentiæ vacaret. Sed quia hoc magnorum est, ille qui se non poterit continere, nubat magis: non tamen subsidii opem subtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit, & non detestabilis culpa excludit.

III.

III.

2. qu. 5. Presbyter; vel quilibet. " Hincm. Rep. episc. ep. VII.

De presbytero vero, si quilibet sacerdos a populo fuerit accusatus, si certi non fuerint testes, qui criminis illati approbent veritatem, jusjurandum erit in medio, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia; sicque maneat in proprio gradu.

IV.

De consecr. dist. 5. De homine qui.

Nam de homine, qui a pontifice confirmatus fuerit, denuo illi talis reiteratio prohibenda est.

V.

In missarum solenniis illud observandum est, quod dominus noster Iesus Christus sanctis suis tribuit discipulis. Accepit namque calicem dicens: *Hic est calix novi testamenti in meo sanguine: hoc facite quotiescumque sumetis.* Vnde congruum non est duos vel tres calices in altario ponere cum missarum solennia celebrantur.

Luc. 22. 1. Cor. 11.

VI.

De immolatitiis autem escis consuluisti, si a fidelibus superductum fuerit vivificæ crucis signum, edi liceret, an non. Illud sufficit respondere quod beatus Paulus apostolus dicit: *Si quis dixerit quia hoc immolatitium est, nolite edere propter eum qui indicavit, & propter conscientiam.*

1. Cor. 10.

VII.

20. q. 1. Addidistis.

Addidisti adhuc, quod si pater vel mater filium vel filiam intra septa monasterii in infantiæ annis sub regulari tradiderint disciplina; utrum liceat eis, postquam pubertatis impleverint annos, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omnino devitamus, quia nefas est, ut oblatis a parentibus Deo filiis voluptatis frena laxentur.

VIII.

Enimvero quosdam absque interrogatione symboli ab adulteris & indignis presbyteris fassus es baptizatos. In his tua dilectio teneat antiquum morem ecclesiæ: quia quisquis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizatus est, rebaptizari eum minime licet. Non enim in nomine baptizantis, sed in nomine Trinitatis, hujus gratiæ donum percipitur. Et teneatur quod apostolus ait: *Vnus Deus, una fides, unum baptisma.* Doctrinam vero spiritualem talibus studiosius ut impertias demandamus.

Ephes. 4.

IX.

De consecr. dist. 4. Parvulos qui.

De paruulis vero qui a parentibus subtracti sunt, & an baptizati sint an non ignorant, quia interrogasti; hos ut baptizare debeas, secundum patrum traditionem, si non fuerit qui testificetur, ratio poscit.

X.

Leprosis autem, si fideles Christiani fuerint, dominici corporis & sanguinis participatio tribuatur: cum sanis autem convivia celebrare prohibeantur.

XI.

Adjecisti etiam, quod si pestifer morbus, aut mortalitas in ecclesia vel monasteriis irrepserit, hi quos nondum tetigit an debeant a loco fugere, evitantes periculum. Quod valde fatuum videtur: non enim valet quisquam Dei effugere manus.

XII.

In fine epistola continebat, quod sunt quidam presbyteri, seu episcopi, multis vitiis irretiti, quorum vita in seipsis sacerdotium maculat; si tibi liceret cum eis edere aut loqui, nisi coerciti fuerint. Dicimus ut hos ex apostolica auctoritate redarguendo admoneas, & ad munditiam ecclesiasticæ disciplinæ reducas. Et si quidem obedierint, salvabunt animas suas, & ipse mercedem lucratus es. Verumtamen collocutionem & mensam communem cum eis agere non recuses. Plerumque enim contingit, ut quos correctio disciplinæ tardos facit ad percipiendam veritatis normam, conviviorum sedulitas & admonitio blanda ad viam perducat justitiæ. Idipsum autem & in illis proceribus, qui tibi adjutorium præstant observare debebis. Hæc ergo, frater carissime, ex apostolicæ sedis vigore scripta sufficiant. De reliquo, Dei imploramus clementiam, ut qui te illis in regionibus vice nostra ex apostolica auctoritate pergere fecit, & in opacam silvam lumina veritatis per os tuum micare prædestinavit, opitulationis suæ misericordissimum tribuat incrementum; quatenus de fructu operis & ipse valeas præmia percipere, & veniam peccatorum invenire. Deus te incolumen custodiat, reverentissime frater. Data decimo Kalendas Decembris, imperante domino piissimo Augusto Leone a Deo coronato magno imperatore, anno decimo imperii ejus: sed & Constantino magno imperatore, regni ejus anno septimo, indictione decima.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Desiderabilem mihi.*] Hanc epistolam Gratianus Gregorio tertio attribuit, quotiescumque illius testimonio utitur, ut 2. quæst. 5. *Presbyter*, 32. quæst. 7 *Quod proposuisti.* De consecrat. distinctione 4. *Parvulos.* & distinctione 5. *De homine.* Idemque sentire videntur Hincmarus epistola 7. capite 15. & 18. & Ivo parte 8. capite 78. cum Gregorio juniori adscribunt. Hoc enim nomine Gregorium tertium intelligere solebant. Sed quo minus huic tribui possit, reclamant in epistolæ subscriptione annus decimus Leonis & indictio x. quæ congruunt anno Christi 726. quo anno pontifex erat Gregorius II. & non III. qui ante annum 731. sedem non obtinuit. Quare Gregorio II. asserenda est.

XIV. AD SERENVM FOROIVLIENSEM EPISCOPVM.

De Gradensi ecclesia non invadenda.

Gregorius servus servorum Dei dilecto fratri Sereno.

TANTO munere quisque ditatur, quantum in sublimitate positus de se, ex mandato domini redemptoris, humiliter sentit: etenim pastoralis dignitas singulariter ex humilitate ornatur. Spernendos quippe apostolica lectio arguit elatos: *Quid habes quod non accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Nam dum ad cumulum tui honoris, precibus eximii filii nostri regis flexi, † plurimum ecclesia pro rectitudine fidei: per quam te tuamque ecclesiam amplecti cognovimus, provocati, pallium tibi direximus, interdicentes, & inter cetera prohibentes, ne unquam aliena jura invaderes, aut temeritatis ausu usurpares jurisdictionem cujuspiam: sed his esse contentus quæ usque hactenus possedisti. Nunc vero (ut cognovimus) Gradensis patriarchæ niteris invadere jura: atque ex iis quæ possedit omne usque usurpare. Ne ergo in quoquam existas temerator, ex auctoritate apostolica præcipimus, ne ullo modo terminos ab eo possessos* accedas, sed

1. Cor. 4.

† Locus depravatus. * excedas

* excedas

III.

2. qu. 5. Presbyter; vel quilibet. " Hincm. Rep. episc. ep. VII.

De presbytero vero, si quilibet sacerdos a populo fuerit accusatus, si certi non fuerint testes, qui criminis illati approbent veritatem, jusjurandum erit in medio, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia; sicque maneat in proprio gradu.

IV.

De consecr. dist. 5. De homine qui.

Nam de homine, qui a pontifice confirmatus fuerit, denuo illi talis reiteratio prohibenda est.

V.

In missarum solenniis illud observandum est, quod dominus noster Iesus Christus sanctis suis tribuit discipulis. Accepit namque calicem dicens: *Hic est calix novi testamenti in meo sanguine: hoc facite quotiescumque sumetis.* Vnde congruum non est duos vel tres calices in altario ponere cum missarum solennia celebrantur.

Luc. 22. 1. Cor. 11.

VI.

De immolatitiis autem escis consuluisti, si a fidelibus superductum fuerit vivificæ crucis signum, edi liceret, an non. Illud sufficit respondere quod beatus Paulus apostolus dicit: *Si quis dixerit quia hoc immolatitium est, nolite edere propter eum qui indicavit, & propter conscientiam.*

1. Cor. 10.

VII.

20. q. 1. Addidistis.

Addidisti adhuc, quod si pater vel mater filium vel filiam intra septa monasterii in infantiæ annis sub regulari tradiderint disciplina; utrum liceat eis, postquam pubertatis impleverint annos, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omnino devitamus, quia nefas est, ut oblatis a parentibus Deo filiis voluptatis frena laxentur.

VIII.

Enimvero quosdam absque interrogatione symboli ab adulteris & indignis presbyteris fassus es baptizatos. In his tua dilectio teneat antiquum morem ecclesiæ: quia quisquis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizatus est, rebaptizari eum minime licet. Non enim in nomine baptizantis, sed in nomine Trinitatis, hujus gratiæ donum percipitur. Et teneatur quod apostolus ait: *Vnus Deus, una fides, unum baptisma.* Doctrinam vero spiritualem talibus studiosius ut impertias demandamus.

Ephes. 4.

IX.

De consecr. dist. 4. Parvulos qui.

De paruulis vero qui a parentibus subtracti sunt, & an baptizati sint an non ignorant, quia interrogasti; hos ut baptizare debeas, secundum patrum traditionem, si non fuerit qui testificetur, ratio poscit.

X.

Leprosis autem, si fideles Christiani fuerint, dominici corporis & sanguinis participatio tribuatur: cum sanis autem convivia celebrare prohibeantur.

XI.

Adjecisti etiam, quod si pestifer morbus, aut mortalitas in ecclesia vel monasteriis irrepserit, hi quos nondum tetigit an debeant a loco fugere, evitantes periculum. Quod valde fatuum videtur: non enim valet quisquam Dei effugere manus.

XII.

In fine epistola continebat, quod sunt quidam presbyteri, seu episcopi, multis vitiis irretiti, quorum vita in seipsis sacerdotium maculat; si tibi liceret cum eis edere aut loqui, nisi coerciti fuerint. Dicimus ut hos ex apostolica auctoritate redarguendo admoneas, & ad munditiam ecclesiasticæ disciplinæ reducas. Et si quidem obedierint, salvabunt animas suas, & ipse mercedem lucratus es. Verumtamen collocutionem & mensam communem cum eis agere non recuses. Plerumque enim contingit, ut quos correctio disciplinæ tardos facit ad percipiendam veritatis normam, conviviorum sedulitas & admonitio blanda ad viam perducat justitiæ. Idipsum autem & in illis proceribus, qui tibi adjutorium præstant observare debebis. Hæc ergo, frater carissime, ex apostolicæ sedis vigore scripta sufficiant. De reliquo, Dei imploramus clementiam, ut qui te illis in regionibus vice nostra ex apostolica auctoritate pergere fecit, & in opacam silvam lumina veritatis per os tuum micare prædestinavit, opitulationis suæ misericordissimum tribuat incrementum; quatenus de fructu operis & ipse valeas præmia percipere, & veniam peccatorum invenire. Deus te incolumen custodiat, reverentissime frater. Data decimo Kalendas Decembris, imperante domino piissimo Augusto Leone a Deo coronato magno imperatore, anno decimo imperii ejus: sed & Constantino magno imperatore, regni ejus anno septimo, indictione decima.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Desiderabilem mihi.*] Hanc epistolam Gratianus Gregorio tertio attribuit, quotiescumque illius testimonio utitur, ut 2. quæst. 5. *Presbyter*, 32. quæst. 7 *Quod proposuisti.* De consecrat. distinctione 4. *Parvulos.* & distinctione 5. *De homine.* Idemque sentire videntur Hincmarus epistola 7. capite 15. & 18. & Ivo parte 8. capite 78. cum Gregorio juniori adscribunt. Hoc enim nomine Gregorium tertium intelligere solebant. Sed quo minus huic tribui possit, reclamant in epistolæ subscriptione annus decimus Leonis & indictio x. quæ congruunt anno Christi 726. quo anno pontifex erat Gregorius II. & non III. qui ante annum 731. sedem non obtinuit. Quare Gregorio II. asserenda est.

XIV. AD SERENVM FOROIVLIENSEM EPISCOPVM.

De Gradensi ecclesia non invadenda.

Gregorius servus servorum Dei dilecto fratri Sereno.

TANTO munere quisque ditatur, quantum in sublimitate positus de se, ex mandato domini redemptoris, humiliter sentit: etenim pastoralis dignitas singulariter ex humilitate ornatur. Spernendos quippe apostolica lectio arguit elatos: *Quid habes quod non accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Nam dum ad cumulum tui honoris, precibus eximii filii nostri regis flexi, † plurimum ecclesia pro rectitudine fidei: per quam te tuamque ecclesiam amplecti cognovimus, provocati, pallium tibi direximus, interdicentes, & inter cetera prohibentes, ne unquam aliena jura invaderes, aut temeritatis ausu usurpares jurisdictionem cujuspiam: sed his esse contentus quæ usque hactenus possedisti. Nunc vero (ut cognovimus) Gradensis patriarchæ niteris invadere jura: atque ex iis quæ possedit omne usque usurpare. Ne ergo in quoquam existas temerator, ex auctoritate apostolica præcipimus, ne ullo modo terminos ab eo possessos* accedas, sed

1. Cor. 4.

† Locus depravatus. * excedas

* excedas

ſed de his habeto quæ modo uſquepoſſediſti: nec amplius quam in finibus gentis Longobardorum exiſtentibus greſſum tendere præſumas, ut non injuſte ſuſcepiſſe te gratiam collatam pallii ex præſumptione oſtendas: & de apoſtolici vigore conſilii, ſi inobediens fuerit comprobatus, ultione dignus judiceris.

XV. AD DONATUM GRADENSEM PATRIARCHAM EIUSQUE SUBDITOS.

Significat de invadendis alienis provinciis Forojulienſi epiſcopo interdictum eſſe.

Gregorius ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Donato patriarchæ, & epiſcopis, atque Marcello duci, & plebi Venetiæ & Iſtriæ.

QUAMQUAM ex miniſterio, quod ex miſeratione divina gerimus, quidquid provide deliberatum peragere abſque obſtaculo conveniat; verum ne fruſtra judicium egiſſe videremur, illa cupimus proſequi, quæ non ad læſionem cujuſquam, ſed potius ad immunitatem reſpiciant: illa ſatagere, unde non ex poteſtate conceſſa ſupplicia, ſed præmia ſperentur. Convenit enim ut cum alterius votis paremus, alterius jura non fraudentur. Quia igitur miſſa relatione ad nos a Deo ſalvata communitas veſtra petiit contra Forojulienſem antiſtitem agentes, quod cupiebat invadere ditionem Gradenſis patriarchæ. Sed ut nunquam excedere terminum vel jura invadere aliena, ſed ea quæ hactenus poſſedit, ſe eſſe contentum: cui ut eccleſiam in præſenti non * attentet ex auctoritate apoſtolica interdiximus: eique conſenſum ad hanc eſſe conditionem dilectiſſimi ſciatis: cui denique ne præſumat excedere præcipimus. Ne ergo injuria quadam aut diſſidio locum gens eorum inſidiando (ut aſſolet) invadat, pervigiles cavete, potius ſoliciti de veſtra poſt divinum præſidium cogitare ſalute: quia illud non occaſione agitur, ſed ubi poſſunt Deo eis non reſiſtente virtuti obtemperare nitantur, optantes de reliquo in amore domini noſtri Ieſu Chriſti pollere, & ab omni immunes adverſitate manere. Bene valete.

SYN. CONSTANTINOPOLITANA, S. GERMANI PATRIARCHÆ.

" ** *Ex libello ſynodico.*

ΦΙΛΙΠΠΙΚΟΥ δὲ ὑπὸ Ἀψιμάρου ἀφαιρεθέντος, Γερμανὸς ὁ πανόσιος Κυζίκου ἐπίσκοπος τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως ἀνατίθεται· καὶ Θεοδοσίου τοῦ ἀπὸ Δυτικῶν ἐπιθεμένου τῇ βασιλείᾳ, καὶ τὸν Ἀψίμαρον διώξαντος, Γερμανὸς ὁ μακάριος σύνοδον ἑκατὸν ἀρχιερέων θείαν καὶ ἱερὰν ποιησάμενος, Σέργιον, Κῦρον, Πύρρον, Πέτρον, Παῦλον, καὶ Ἰωάννην ἀνεθεμάτισε, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν δύο φύσεις καὶ θελήσεις καὶ ἐνεργείας ἐξεφώνησε.

PHILIPPICO autem per Apſimarum ſublato, Germanus perbeatus Cyzici epiſcopus, ſolio Conſtantinopolitano imponitur. Cum autem Theodoſius ab occidente, imperio inſidiaretur, & Apſimarum perſequeretur: beatus Germanus divina & ſancta centum archipræſulum inſtituta ſynodo: Sergium, Cyrum, Pyrrhum, Petrum, Paulum & Ioannem anathemate notavit, & Chriſti Ieſu veri Dei noſtri duas voluntates & operationes declaravit.

CAPITULARE GREGORII PAPÆ II. DATUM MARTINIANO EPISCOPO, Georgio presbytero, &c. in Bavariam ablegatis.

IN NOMINE DOMINI.

*Incipit capitulare a Gregorio papa urbis Romæ datum reverendiſſimo fratri noſtro † Martiniano epiſcopo *, ſeu Georgio presbytero ſanctæ ſedis apoſtolicæ, atque Dorotheo ſubdiacono prædictæ ſedis, euntibus cum domini auxilio in Baioariam.*

* lege & Georgio

† Concilio Romano anno 721. ſubſcripſit Martianus epiſcopus Gabinas ſive Sabinas, & Georgius presbyter ſacræ Romanæ eccleſiæ titulo ſanctorum Ioannis & Pauli.

CAPITULA.

I.

VT datis noſtris ſcriptis, ita ut cum duce provinciæ deliberetis; quatenus conventus aggregetur ſacerdotum, & judicum, atque univerſorum gentis ejuſdem primariorum, & * ex quæſitis ſacerdotibus, atque miniſtris, quorum canonicam approbaveritis extitiſſe promotionem, ac rectę fidei tenere, aut recipere rationem, his ſacrificandi, & miniſtrandi, ſive etiam pſallendi ex figura, & traditione ſanctæ apoſtolicæ, & Romanæ ſedis eccleſiæ ordine * tradetis poteſtatem. Quorum vero non claruerit recta fides credulitatis, aut approbata ſolennitas canonicæ ordinationis, illis per omnia prohibeatur licentia miniſtrationis, ut ſubrogentur canonice probabiles ſucceſſores.

* lege exquiſitis

Ciacconius in vitis pontificum, anno 715. habet Georgium presbyterum card. titulo ſanctorum Ioannis & Pauli in titulo Pammachii.

* lege traditis

II.

Vt * loco ſingularum eccleſiarum * prævidentes, quomodo unuſquiſque ſacerdos, ſeu miniſter, erga eccleſiam debeat conſervare, vel qualiter ſacra miſſarum ſolennia, ſive cetera diurnarum, atque nocturnarum horarum officia, ſive etiam lectionem ſacrorum novi atque veteris teſtamenti ordinabilia prædicamenta ſtudeat obſervare ſecundum traditum apoſtolicæ ſedis antiquitatis ordinem * diſponetis.

* lege loca

* lege providentes

* lege diſponatis.

III.

Vt conſideratis locorum ſpatiis, juxta gehennationem uniuſcujuſque ducis epiſcopia diſponatis, & ſubjacentia ſingulis ſedibus terminetis. Et ſi tres, aut quatuor, vel majoris numeri viſæ fuerint conſtitutæ ſedes, reſervato præcipuæ ſedis loco pro archiepiſcopo reſedendo adhibito trium epiſcoporum conventu, probabiles fide, ac boni teſtimonii, & eruditos ſana doctrina viros ordinetis antiſtites ex auctoritate beati Petri apoſtoli, & in ſubſequentis vigoris tradita diſpenſatione locis * eos creditis collocantes.

* lege eis

IV.

Vt pręviſo * PP. archiepiſcopum loco ſi talem reperire poteritis virum, qui poſſit doctrinis ſalutiferis & operum exemplis inſtruere ſibi ſubditos ſacerdotes, ac regere prudentiſſime clerum, ac plebem, & amplificare congrue creditas oves; aut datis literis veſtris eum ad nos dirigatis, aut nobiſcum venire faciatis. Si certe talem invenire nō poteritis, hoc aut per vos aut per veſtras literas

* lege propter

innotescatis; quatenus de hac sacra præmissa sede * prævidentes, utilem cum Dei auxilio dirigamus.

*lege providentes,

V.

Vt ordinatis episcopis unicuique illorum hoc detis ex figura * nec ordines in mandatis, ne unquam ordinationes præsumat illicitas, ne digamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet parte corporis vitiatum, aut expœnitentem, vel cuilibet conditioni obnoxium, atque notatum, ad sacros ordines permittat accedere. Sed si quos hujusmodi forte repererit, non audeat promovere. Afros passim ad ecclesiasticos ordines prætendentes nulla ratione suscipiat: quia plerique illorum Manichæi * rebaptizati sæpius sunt probati. Ministeria atque ornatum ecclesiæ, vel quidquid est vel fuerit in patrimonium ejusdem, non minuere studeat, sed augere. De reditu vero ecclesiæ, vel oblationibus fidelium, quatuor faciat portiones: quarum unam sibi retineat, alteram clericis pro suorum officiorum sedulitate distribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam, de quibus divino erit redditurus judicio rationem. Ordinationes vero presbyterorum, seu diaconorum, non nisi quarti, septimi, & decimi mensium jejuniis, * sed in ingressu quadragesimali, atque vespere sabbati noverit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi sacramentum non nisi in paschali festivitate & pentecoste noverit esse præbendum, exceptis his quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis subvenire. Cui de reliquo sedis apostolicæ præmissæ * Romani præcepta servanti cuncta subjacet religio, & universa generalitas populorum Christiani nominis * renotata signaculo, ad obsequendum commoneatur, corde promptissimo, ut irreprehensibile placitum fiat corpus ecclesiæ per Christum dominum nostrum.

*nostræ ordinationis idem supra in epistola ad Thuringos.

*lege & rebaptizati

*lege & in

*lege Romanæ

*lege renovata

VI.

Vt ita nubentibus vel nupturis ordinem ex auctoritate apostolica detis, ut nec continentiæ causa * indicentibus damnabilis * copulæ nuptialis, nec per licentiam nubendi præsumatur occasio fornicandi. Sed sicut masculum & feminam Deus in ipso exordio mundi præcepit conjungi, ut sint duo in carne una; ita, juxta doctrinam apostolicam, *Vnusquisque vir suam uxorem habeat.* Et non * licere ininvicem fraudare, nisi ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, dicente de hoc ipso apostolo: *Alligatus es uxori, noli quærere solutionem;* id est, superstite conjuge, ad * alteram feminae concupitam non velle transire, quia eodem doctore gentium adstruente: *Qui fornicatur, in corpus suum peccat,* hoc est, in * uxore propria, cum qua unum corpus est, cui fraudando per amplexus illicitos semetipsum sub peccati reatu * objurgat. Vnde, nec reputandum est recte conjugium, quod duorum excesserit numerum, quia nisi in duobus non geritur jugum. Ipsum quoque unius viri & uxoris conjugium doceatur in proximitate sanguinis non esse penitus præsumendum, id est, ne quis uxorem patris, aut patrui, aut fratris, sive sororem suam, aut sororem patris, vel matris sive filiam sororis suæ, seu etiam filiam * patris aut matris audeat sibi conjugio copulare, aut in adulterio sociare. Quod si quis aut per conjugalem * copiam, aut adulterandi temerantiam ausus fuerit perpetrare, noverit se incesti facinoris contaminatione obnoxium esse, atque ob hoc indignum fieri sacra communione corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi: sine cujus perceptione nemo poterit salvari. Nuptiis quoque ipsis præferenda fidelium virginum & continentium doceatur integritas.

*lege judicetur

*lege copula

Genes. 2.
1. Cor. 7.

*lege liceat

Ibidem.

*lege alterius feminæ concubitū

1. Cor. 6.

*lege uxorē

*lege obstringit.

*lege sororis patris.

*lege copulam,

VII.

Vt nihil in perceptione ciborum judicetur immundum, nisi quod fuerit idolis immolatum: quia juxta quod magisterio apostolico docetur, *Omnis creatura Dei bona:* & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.

1. Tim. 4.

VIII.

Vt somnia, & auguria, quia, juxta divina oracula, vana sunt, non attendenda penitus doceantur.

IX.

Vt incantationes, & fastidiationes, sive diversæ observationes dierum Kalendarum, quas error tradidit paganorum, prohibeantur, sicut maleficia, & magorum præstigia, seu etiam sortilegium, ac divinantium observatio execranda.

X.

Vt dominicis diebus doceantur non licere omnino jejunare, propter resurrectionis dominicæ sacramentum, neque in festivitatibus dominicis nativitatis, aut apparitionis, sive ascensionis.

XI.

In omnibus ita Christi caritas teneatur, quatenus, secundum statuta sacrorum canonum, oblationes diffidentium, priusquam reconcilientur, nullo modo in ecclesia recipiantur.

XII.

Vt pœnitentiæ remediis nemo se non egere putet, pro quotidianis humanæ fragilitatis excessibus, sine quibus in hac vita esse non possumus.

XIII.

Vt de spe resurrectionis futuræ ita instituantur, ut eodem ordine, eademque forma, qua ipse dominus resurrexit a mortuis, omnes homines resurrecturos esse non dubitent in eodem corpore in quo sumus, & vivimus; non naturam aut sexum mutantes, sed tantum fragilitatem & vitia deponentes. Ipsum quoque satanam, cum angelis suis, atque cultoribus, æterno incendio concremandum, neque, secundum quorumdam sacrilegam disputationem, ad pristinam, id est angelicam dignitatem, unde decidit, reducendum: juxta quod dominus in euangelio se prædixit dicturum reprobis stantibus a sinistris in futuro judicio: *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis ejus.* Bene valete. Datum Idibus Martii, imperante domino Augusto Anastasio a Deo coronato magno imperatore, † anno tertio pontificatus ejus, *&c.*

Matth. 25.
† lege anno primo, & anno secundo imperii ejus, sive patriciatus ejus; Gregoriusenim non pontificatus sed imperii annos adscribere consuevit.

[a] CONCILIVM ROMANVM I.
[b] EPISCOPORVM TRIGINTADVORVM [c] sub Gregorio II.

Adversus illicita conjugia habitum anno domini DCCXXI. ipsis Nonis Aprilis.

ANNO CHRISTI 721.

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *Vt nullus audeat presbyteram in conjugium ducere.*
II. *Item de diacona.*

III. *Item*

innotescatis; quatenus de hac sacra præmissa sede * prævidentes, utilem cum Dei auxilio dirigamus.

*lege providentes,

V.

Vt ordinatis episcopis unicuique illorum hoc detis ex figura * nec ordines in mandatis, ne unquam ordinationes præsumat illicitas, ne digamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet parte corporis vitiatum, aut expœnitentem, vel cuilibet conditioni obnoxium, atque notatum, ad sacros ordines permittat accedere. Sed si quos hujusmodi forte repererit, non audeat promovere. Afros passim ad ecclesiasticos ordines prætendentes nulla ratione suscipiat: quia plerique illorum Manichæi * rebaptizati sæpius sunt probati. Ministeria atque ornatum ecclesiæ, vel quidquid est vel fuerit in patrimonium ejusdem, non minuere studeat, sed augere. De reditu vero ecclesiæ, vel oblationibus fidelium, quatuor faciat portiones: quarum unam sibi retineat, alteram clericis pro suorum officiorum sedulitate distribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam, de quibus divino erit redditurus judicio rationem. Ordinationes vero presbyterorum, seu diaconorum, non nisi quarti, septimi, & decimi mensium jejuniis, * sed in ingressu quadragesimali, atque vespere sabbati noverit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi sacramentum non nisi in paschali festivitate & pentecoste noverit esse præbendum, exceptis his quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis subvenire. Cui de reliquo sedis apostolicæ præmissæ * Romani præcepta servanti cuncta subjacet religio, & universa generalitas populorum Christiani nominis * renotata signaculo, ad obsequendum commoneatur, corde promptissimo, ut irreprehensibile placitum fiat corpus ecclesiæ per Christum dominum nostrum.

*nostræ ordinationis idem supra in epistola ad Thuringos.

*lege & rebaptizati

*lege & in

*lege Romanæ

*lege renovata

VI.

Vt ita nubentibus vel nupturis ordinem ex auctoritate apostolica detis, ut nec continentiæ causa * indicentibus damnabilis * copulæ nuptialis, nec per licentiam nubendi præsumatur occasio fornicandi. Sed sicut masculum & feminam Deus in ipso exordio mundi præcepit conjungi, ut sint duo in carne una; ita, juxta doctrinam apostolicam, *Vnusquisque vir suam uxorem habeat.* Et non * licere ininvicem fraudare, nisi ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, dicente de hoc ipso apostolo: *Alligatus es uxori, noli quærere solutionem*; id est, superstite conjuge, ad * alteram feminę concupitam non velle transire, quia eodem doctore gentium adstruente: *Qui fornicatur, in corpus suum peccat*, hoc est, in * uxore propria, cum qua unum corpus est, cui fraudando per amplexus illicitos semetipsum sub peccati reatu * objurgat. Vnde, nec reputandum est recte conjugium, quod duorum excesserit numerum, quia nisi in duobus non geritur jugum. Ipsum quoque unius viri & uxoris conjugium doceatur in proximitate sanguinis non esse penitus præsumendum, id est, ne quis uxorem patris, aut patrui, aut fratris, sive sororem suam, aut sororem patris, vel matris sive filiam sororis suæ, seu etiam filiam * patris aut matris audeat sibi conjugio copulare, aut in adulterio sociare. Quod si quis aut per conjugalem * copiam, aut adulterandi temerantiam ausus fuerit perpetrare, noverit se incesti facinoris contaminatione obnoxium esse, atque ob hoc indignum fieri sacra communione corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi: sine cujus perceptione nemo poterit salvari. Nuptiis quoque ipsis præferenda fidelium virginum & continentium doceatur integritas.

*lege judicetur

*lege copula

Genes. 2.
1. Cor. 7.

*lege liceat

Ibidem.

*lege alterius feminæ concubitũ

1. Cor. 6.

*lege uxorẽ

*lege obstringit.

*lege sororis patris.

*lege copulam,

VII.

Vt nihil in perceptione ciborum judicetur immundum, nisi quod fuerit idolis immolatum: quia juxta quod magisterio apostolico docetur, *Omnis creatura Dei bona*: & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.

1. Tim.

VIII.

Vt somnia, & auguria, quia, juxta divina oracula, vana sunt, non attendenda penitus doceantur.

IX.

Vt incantationes, & fastidiationes, sive diversæ observationes dierum Kalendarum, quas error tradidit paganorum, prohibeantur, sicut maleficia, & magorum præstigia, seu etiam sortilegium, ac divinantium observatio execranda.

X.

Vt dominicis diebus doceantur non licere omnino jejunare, propter resurrectionis dominicæ sacramentum, neque in festivitatibus dominicis nativitatis, aut apparitionis, sive ascensionis.

XI.

In omnibus ita Christi caritas teneatur, quatenus, secundum statuta sacrorum canonum, oblationes diffidentium, priusquam reconcilientur, nullo modo in ecclesia recipiantur.

XII.

Vt pœnitentiæ remediis nemo se non egere putet, pro quotidianis humanæ fragilitatis excessibus, sine quibus in hac vita esse non possumus.

XIII.

Vt de spe resurrectionis futuræ ita instituantur, ut eodem ordine, eademque forma, qua ipse dominus resurrexit a mortuis, omnes homines resurrecturos esse non dubitent in eodem corpore in quo sumus, & vivimus; non naturam aut sexum mutantes, sed tantum fragilitatem & vitia deponentes. Ipsum quoque satanam, cum angelis suis, atque cultoribus, æterno incendio concremandum, neque, secundum quorumdam sacrilegam disputationem, ad pristinam, id est angelicam dignitatem, unde decidit, reducendum: juxta quod dominus in euangelio se prædixit dicturum reprobis stantibus a sinistris in futuro judicio: *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis ejus.* Bene valete. Datum Idibus Martii, imperante domino Augusto Anastasio a Deo coronato magno imperatore, † anno tertio pontificatus ejus, *&c.*

Matth. 25.
† lege anno primo, & anno secundo imperii ejus, sive patriciatus ejus; Gregorius enim pontificatus sui imperii annos adscribere consuevit.

[a] CONCILIVM ROMANVM I.

[b] EPISCOPORVM TRIGINTADVORVM [c] sub Gregorio II.

Adversus illicita conjugia habitum anno domini DCCXXI. ipsis Nonis Aprilis.

ANNO CHRISTI 721.

TITVLI CAPITVLORVM.

III. *Item*

III. *Item de monacha quam Dei ancillam appellant.*
IV. *Item de commatre spirituali.*
V. *Item de fratris uxore.*
VI. *Item de nepte.*
VII. *Item de noverca aut nuru.*
VIII. *Item de consobrina.*
IX. *Item de propria cognatione, vel quam cognatus habuit.*
X. *Ut viduam nemo furetur in uxorem.*
XI. *Item ut virginem nemo furetur in uxorem.*
XII. *De aruspicibus, vel incantatoribus, seu phylacteriis.*
XIII. *De praeceptis ecclesiae observandis.*
XIV. *De Hadriano filio Exhilarati.*
XV. *De Epiphania diacona.*
XVI. *Ut nullus audeat assensum eis tribuere.*
XVII. *De coma clerici non relaxanda.*

PRÆFATIO.

In nomine domini salvatoris Dei nostri Iesu Christi, imperante domino piissimo Augusto Leone a Deo coronato magno & pacifico imperatore anno VI. [1] post consulatum vero ejus anno " XVI sed & Constantino novo imperatore ejus filio, anno II. mense Aprili, indictione IV. præsidente sanctissimo ac beatissimo Gregorio apostolico papa in basilica beati Petri apostolorum principis, ante confessionem, considentibus etiam sanctissimis episcopis, " Agnello Ferentinati, Agnello Sutrino, Ioanne Veliternensi, Tribunitio Phalaritano, Vitale Alettrino, Anastasio Tiburtino, Opportuno * Maturanensi, Ioanne Blerano, Martiano * Gabinati, Vvilari Narniensi, Georgio Portuensi, Sergio Prænestino, Tiberio Silvæ candidæ, Petro Amerino, Gregorio Anagniæ, Sinderedo archiepiscopo Hispaniæ, Georgio Nepesino, Sedulio episcopo Britanniæ, Ioanne Signino, Fergusto episcopo Scotiæ, Andrea Albanensi, & Majorino Polimartii, seu venerabilibus presbyteris, Sisinnio, Ioanne, item Ioanne, Eustrasio, Georgio, Thalassio, Marino, Constantino, Gregorio, Ioanne, & Ioanne: adstantibus quoque diaconibus, Petro archidiacono, Gregorio, Musco, seu Benedicto, vel cuncto clero, Gregorius sanctissimus ac beatissimus papa ante corpus beatissimi Petri in synodo residens dixit.

Cum simus dominicæ plebis superna miseratione rectores, studiosius nos convenit ' pro eorum sæpe rogitare salute, ne de creditis frustratisque (quod absit) animabus insidiis antiqui hostis, ante pastorem omnium (nisi succedat præveniendo de offensis correctio) districtam cogamus ' solvere rationem, dumque perpendo, vel ad animum reduco, quanta circumspectione nos oporteat invigilando contra sui cujusque sceleris nequitiam obviare, & (si quando insilierit ad perturbandas fidelium mentes) adjutorio superno ictui ejus resistere, valde concutior atque ' nimis tabesco, ne serpentina calliditate (quod absit) leviores quosque decipiat. Deo vero favente, solicitudine nimia, animæquiore mente, divino juvamine freti, pro salute omnium studere debemus, ut inconfuso vultu, non de fraude cujusquam perculsi assistere æterno judici mereamur, & vocem audire inquientem: *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.* Hinc namque est, quod ingemiscens dico, quia populi Christiani aliquos per provinciam Italiam commorantes, audio temere contra catholicam fidem & patrum statuta * patrare, ita ut Deo sacratas feminas ducere præsumant mulieres, & propinquas in conjugio socient. Quod opportunum est spiritali amputari mucrone, atque, si vestræ placeat sanctitati, radicitus evelli, ne seges boni agricolæ, zizaniorum mixta horrentibus frutetis sordescat.

Sanctissimi episcopi seu venerabiles presbyteri responderunt: Vere cognoscimus gratia Spiritus sancti cor apostolatus vestri succensum, & ut radicitus tantæ miseriæ squalores a fidelium mentibus detergantur, & quasi vulnus corpori infixum, aditu talis miseriæ obserato, salutari antidoto curetur (sicut bene provisum est) interdictione anathematis, ne denuo hoc quisquam Romanus, Longobardus, vel cujuscumque sit gentis, sacrique baptismatis unda lotus, attentet, ut non tanti piaculi mole oppressus ' præcipitationem incidat, aut voragine mergatur iniquitatis, vitari debeat, atque radicitus evellatur. Post hanc omnium consonam responsionem, Gregorius apostolicus papa ante corpus memoratum venerabilis Christi apostolorum principis, inferendo sententiam dixit:

CAPITULA.

I.

Si quis [d] presbyteram duxerit in conjugium, anathema sit. " Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

II.

Si quis diaconam in conjugium duxerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

III.

Si quis monacham quam Dei ancillam appellamus, in conjugium duxerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

IV.

Si quis commatrem spiritalem duxerit in conjugium anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

V.

Si quis fratris uxorem duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

VI.

Si quis neptem duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

VII.

Si quis novercam aut nurum suam duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

Marginalia: ...est VI. — ...unt nomina episcoporum ...S. cod. ...lli cum com...nus ex... — ...etau... — ...binati, — ...i præsi... — ...gamur — ...mis — Matth. 25. — * peccare, — Feminæ Deo sacratæ non nubant. — ' f. in præcipitium — ' in conjugio — " istæ responsiones absunt ab eodem cod. Iustelli excepta ultima: alii tamen MS. cod. omnes proferunt.

ANNO CHRISTI 721.

VIII.

Si quis consobrinam duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

IX.

Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, ' duxerit uxorem, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

' induxerit

X.

Si quis viduam rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, ' cum sibi consentientibus, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

' vel consentiens ei

XI.

Si quis virginem, quam sibi non desponsaverit, rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, vel consentiens ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

XII.

Si quis hariolos, aruspices, ' incantatores observaverit, aut phylacteriis usus fuerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

26. q. 5. Si quis hariolos

' vel

XIII.

Si quis in ' quamlibet partem præcepta ante emissa apostolicæ ecclesiæ de olivetis & locis diversis temeraverit, & non in omnibus observaverit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

' totum partemve

XIV.

Hadrianus filius Exhilarati, qui post præstitum sacramentum in apostolica confessione Epiphaniam diaconam illicito ausu ' in uxorem habet, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

XV.

Epiphania diacona, quæ post præstitum sacramentum cum Hadriano Exhilarati filio fuga lapsa est, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

XVI.

Si quis ei in tam crudeli actu ' consensum præbuit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

' assensum

XVII.

Si quis ex clericis ' relaxaverit comam, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

' laxaverit

*SUBSCRIPTIONES.

* absunt hæc a cod. Iustelli

Episcopi.

Gregorius episcopus sanctæ catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ Romanæ huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Agnellus episcopus sanctæ ecclesiæ Ferentinensis huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Ioannes humilis episcopus sanctæ ecclesiæ Veliternensis huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

A

Ego Vitalis episcopus ecclesiæ Aletrinæ subscripsi.

Opportunus episcopus ecclesiæ Maturanensis subscripsi.

Martianus episcopus ecclesiæ Sabinatis subscripsi.

Georgius episcopus ecclesiæ Portuensis subscripsi.

Tiberius episcopus ecclesiæ Silvæ candidæ subscripsi.

Gregorius episcopus ecclesiæ Nepesinæ subscripsi.

B

Gregorius episcopus ecclesiæ Anagninæ subscripsi.

Ioannes indignus episcopus ecclesiæ Signinæ subscripsi.

Andreas episcopus ecclesiæ Albanensis subscripsi.

Anellus peccator episcopus ecclesiæ Sutrinæ subscripsi.

Tribunitius indignus episcopus ecclesiæ Phalaritanæ subscripsi.

Anastasius episcopus ecclesiæ Tiburtinæ subscripsi.

Ioannes episcopus ecclesiæ Bleranæ subscripsi.

C

Vvilaris episcopus ecclesiæ Narniensis subscripsi.

Sergius episcopus ecclesiæ Prænestinæ subscripsi.

Petrus episcopus ecclesiæ Amerinæ subscripsi.

Majorinus episcopus ecclesiæ Polimartii subscripsi.

Sinderedus episcopus ex Hispania huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Sedulius episcopus Britanniæ de genere Scotorum huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Fergustus episcopus Scotiæ Pictus huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Presbyteri.

D

Sisinnius humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Laurentii, qui appellatur Lucinæ, huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Ioannes presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Sixti subscripsi.

Sisinnius presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Cæciliæ subscripsi.

Ioannes presbyter tituli sancti Marcelli huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Ioannes humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ subscripsi.

Eustrasius presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Anastasiæ subscripsi.

E

Gregorius immeritus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctorum Ioannis & Pauli huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Thalassius presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Dei genitricis, quæ appellatur Callisti trans Tiberim, subscripsi.

Marinus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Sabinæ subscripsi.

Constantinus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Cyriaci subscripsi.

Gregorius humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Clementis subscripsi.

Epiphanius

Epiphanius presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Laurentii subscripsi.

Marinus indignus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctorum apostolorum subscripsi.

Ioannes presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Priscæ subscripsi.

Diaconi.

Petrus indignus archidiaconus sanctæ sedis apostolicæ subscripsi.

Muscus humilis diaconus sanctæ sedis apostolicæ subscripsi.

Gregorius indignus & humilis diaconus sanctæ sedis apostolicæ subscripsi.

Benedictus indignus diaconus sanctæ sedis apostolicæ, huic constituto a nobis promulgato subscripsi, die Nonarum Aprilium, imperante domino piissimo Augusto Leone, a Deo coronato magno imperatore anno sexto, post consulatum vero ejus anno [1] decimosexto, sed & Constantino novo imperatore ejus filio anno secundo. indictione quarta.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Romanum I.*] Ita ad discernendum istud a subsequenti placuit inscribere.

b *Episcoporum 22.*] Ex his Sincredum Toletanum fuisse archiepiscopum, qui a civitate a Sarracenis excisa ad Romanam ecclesiam totius religionis Christianæ asylum confugerat, testatur Rodericus rerum Hispanicarum, lib. 3. cap. 16. Ferguslum Scotiæ episcopum diversæ causæ haud dubie Romam perduxerant.

c *Sub Gregorio II.*] Collectio conciliorum Suriana Coloniensis sub Gregorio III. hanc synodum male collocat: nam ex numero quartæ indictionis, & anno secundo Constantini, quem Theophanes tertia indictione die paschatis soleni ritu imperatorem creatum esse scribit, plane asserendum est anno octavo Gregorii II. qui cum anno domini 721. quarta indictione, Leonis sexto, & Constantini secundo coincidit, Romæ celebratam fuisse.

d *Presbyteram.*] Presbytera dicitur (ut supra notavi) quæ ex mutuo consensu a viro ad sacrum ordinem promoto relinquebatur, & castitatem servare tenebatur. Diacona similiter appellatur canone sequenti quæ ex mutuo consensu a viro ad diaconatus ordinem promoto relinquebatur, casteque deinceps vivere cogebatur. Quæ exemplo orientalium propter canonem pseudosextæ synodi ad aliorum connubia transirent illicite, propterea quod toro separati veri conjuges remanerent, hoc constituto synodali opus erat.

NOTÆ FRONTONIS DVCÆI S. I.

1 *Post consulatum vero ejus anno decimosexto.*] In manuscripta collatione canonum ab anno 1048. sub Clemente secundo exarata, quam nobis commodavit vir clarissimus Clericus Parisiensis curiæ supremæ senator, ita lego, ut & apud illustrissimum cardinalem Baronium tomo nono, anno 721. *Post consulatum vero ejus anno sexto:* Et apud Onuphrium Panuinium, qui scribens in fastos consulares, cum anno Christi 723. copulat annum sextum post consulatum Leonis imperatoris, & citat tomum secundum conciliorum, ex hoc opinor concilio: sed addit indictionem sextam, quod non convenit cum hoc textu: nisi forte professionem fidei intelligit potius, quæ reperitur inter epistolas Gregorii II. p. 412. editionis Venetæ, atque edita fuit imperante Leone, anno sexto post consulatum ejus, anno quarto indictionis sextæ. Et tamen epistola sequenti annus tertius imperii ejus jungitur cum indictione secunda, & in altera septimus cum sexta.

Post subscriptiones episcoporum & presbyterorum & diaconorum corrigendum ex manuscripto: *Post consulatum vero ejus anno sexto.*

ANNO CHRISTI 724.

a CONCILIVM ROMANVM II. IN CAVSA SANCTI CORBINIANI Frisingensis episcopi,

Sub Gregorio II. celebratum, anno domini DCCXXIV.

a *Concilium.*] Aribo in actis Corbiniani episcopi apud Surium die 8. Septembris refert, quod Corbinianus Romam profectus, ad pedes pontificis prostratus, amore quietis dimissionem ab episcopatu petiverit; quodque tantam ejus humilitatem summus papa miratus, post illum a se dimissum, ad secreta necessaria synodum presbyterorum & episcoporum in urbe præsentium congregarit, & in eorum præsentia petitionem Corbiniani recitarit. *Quibus illi auditis*, inquit Aribo, *una voce eum reverti debere proclamabant, multis testimoniis scripturarum id confirmantes. His ita dicentibus, virum Dei in medium venire jussit. Quorum verbis se victum considerans, ut injunctum sibi a sancto patre officium nullo modo emitteret, & a lucro vacuus rediret ad aream, cum summo ibi aliquantum temporis retentus honore, & benedictione accepta, valefaciens omnibus tristis recessit.* Hæc de actis synodalibus Aribo prædicto loco.

ANNO CHRISTI 726.

a CONCILIVM ROMANVM III. QVO ICONOCLASTARVM HÆRESIS EST condemnata, usūsque sacrarum imaginum confirmatus, sub Gregorio II. anno domini DCCXXVI.

a *Concilium.*] De hujus concilii auctoritate Hadrianus papa I. in epistola ad Carolum Magnum: *Pro his firmissimis exemplis prædecessor noster dominus Gregorius II. junior papa, in suo sacro concilio, (quod & in alio concilio prædecessoris nostri Stephani papæ una cum sacerdotibus partium Franciæ atque Italiæ octo susceptum & veneratum est) in eo ipso præsidente sanctissimo ac beatissimo quondam domino Gregorio papa per semetipsum similiter dixit: Si contraria sentientibus & irritas facere quærentibus antiquas patrum traditiones, salutis occurreret conversio, sufficerent utique ea quæ superius a nobis ex patrum testimoniis vel sacris dicta sunt documentis: sed quia videmus (quod mœrentes dicimus) plerosque turbatis mentibus statuta conturbare ecclesiæ; ideo fratres carissimi, extenditur sermo, & cupimus ad compescendam erroris insaniam adhuc ex veteribus documentis aliquid dicere: forsan resipiscent inquieti. In libro enim Exodi sic legimus:* Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel ut tollant mihi primitias: ab omni homine qui offert ultroneus, accipietis eas. Hæc sunt autem ea quæ accipere debetis; *& cetera per ordinem usque ad* duos cherubim: qui erunt super arcam testimonii, cuncta quæ mandabo per te filiis Israel. (Exod. 25.) *Nam & aliud protulit testimonium ex libro tertio regum:* Vt sileant garrientes mandato Dei. (3. Reg. 6.) *A Salomone constructo templo inter alia* fecit in oraculo duos cherubim de lignis olivarum. *& infra:* Et sculpsit in eis picturam cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro, & operuit tam cherubim quam palmas & cetera auro. *Ecce, carissimi fratres, consideremus quid Deo mandante Moyses fecerit, quidve Salomon sapientissimus jussu construxerit divino, &c. Quanto debemus puro corde & animo sculptum Christum Deum nostrum, sanctamque semper virginem Mariam, apostolos quoque vel omnes sanctos Dei per eorum sacras effigies atque imagines colere vel adorare, & ad propitiandum nobis petere relaxari delicta? Nos non ob alind nomen imagines facimus & adoramus, sed pro nobis incarnato verbo Dei. Si autem manufacta*

ANNO CHRISTI 726.

facta omnia abjicienda sunt, neque arca fœderis, neque aurei & cælati cherubim ejus debuerunt recipi, quæ per Beseleel & Ooliab facta sunt juxta præceptum Dei. Si vero illa suscepta sunt, & hæ imagines opportune recipiuntur, quoniam secundum Deum fiunt: unde & operantur, sicuti & arca, multa miracula. Nam & arca & cherubim, ut & hæ, sine anima erant, & manufacta, & sculpta: sed sicut illic per illa operabatur Deus & glorificabatur; ita & hæ simili modo secundum visiones & revelationes prophetarum coloribus distinctæ efficiuntur.

Et ne quis aliter propter adorationem, quæ a prædecessoribus nostris sanctissimis præsulibus promulgata est, oblatrare præsumat; sciat ipsos talem adorationem docuisse, qualem prædecessor noster sanctus Gregorius egregius doctor & papa in epistola sua, quam in præfato concilio domini Stephani papæ Herulphus episcopus provinciæ Galliarum civitatis protulit. Vbi inter cetera Secundinum servum Dei inclusum Galliæ docuit, dicens: Scimus quia tu imaginem salvatoris nostri ideo non petis, ut pro Deo, aut quasi Deum colas, sed ob recordationem Filii Dei, & in ejus amore recalescas, cujus te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante divinitatem ante illam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut passum aut in throno sedentem recordamur. Et dum nobis ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducit, animum nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet. Ideoque direximus tibi surtarias duas, imaginem salvatoris & sanctæ Dei genitricis Mariæ beatorumque Petri & Pauli apostolorum continentes, per supradictum filium nostrum diaconum, & unam crucem, & clavem pro benedictione a sanctissimo corpore Petri apostolorum principis, ut per ipsum a maligno sis defensus, per cujus sanctum lignum munitum te esse credis, &c.

Greg. lib. 7. epist. 53. in fine.

Post hæc autem testimoniis sacræ scripturæ demonstrat cultum sacrarum imaginum antiquitus in ecclesia pie receptum fuisse. Hoc eodem concilio Iconoclastarum hæresi ejusque sectatoribus anathema dictum esse testatur Zonaras his verbis: *Gregorius, qui tum Romæ veteris ecclesiam gubernabat, repudiatæ societate præsidis novæ Romæ, Leonis scilicet imperatoris, nec non eorum qui illum sequerentur, illos una cum imperatore synodico anathemate obstrinxit, & vectigalia quæ ad id usque tempus imperio impendebantur inhibuit, icto cum Francis fœdere.* Et inferius: *Igitur papa Gregorius deserta imperatoris obedientia, ob perversam ejus opinionem, (ut dictum est) pacem cum Francis fecit, cum prius sæpe dedisset operam, ut Leonem per literas ab odio Dei revocaret, atque ad cultum sacrarum imaginum reduceret.*

SYN. CONSTANTINOPOLITANA Leonis Isauri imp.

" ** *Ex libello synodico.*

ΛΕΩΝ τοίνυν, ὁ καὶ Κόνων ἐπιλεγόμενος, τὸ γένος Ἴσαυρος, τὴν βασιλείαν Θεοδοσίου διαδεξάμενος, καὶ τῇ πλάνῃ Κωνσταντίνου ἐπισκόπου Νακωλείας, καὶ Βίσηρ πατρικίου σαρακηνόφρονος, τῶν αἱρεσιαρχῶν χραινόμενος, μιαρὰν ἐν τῷ παλατίῳ κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων ποιησάμενος σύνοδον· Γερμανὸν τὸν μακάριον τὴν αὐτῶν ἀναγκάζειν ἐκφωνῆσαι κατένεξιν. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ ἱεράρχης τὸ ὠμοφόριον ἐξῄει τοῦ συνεδρίου ἀποδυσάμενος· ὅντινα μὲν ὁ θηριώνυμος τύραννος, ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ περιώρισε. μετὰ μικρὸν δὲ ἐν τῷ σεμνείῳ τῆς Χώρας, σὺν τῷ ἀρχιδιακόνῳ αὐτοῦ Ἀνθίμῳ, ἀγχόνῃ αὐτὸν ἐξηνάπωσεν. Ἀναστάσιον δὲ τὸν ἀντίθεον, τῷ θρόνῳ ἀναβιβάσας, τὰ ὑστερήματα Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων, ἐν τῇ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ δεινῶς ἀνεπλήρωσεν.

LEO igitur, qui & Conon dicebatur, Isaurus genere, cum Theodosio in Imperio successisset, & errore Constantini Nacoliensis episcopi, & Biser patritii Saracenica sapientis, hæresiarcharum esset pollutus, nefandam in palatio contra sacras imagines instituit synodum, & beatum Germanum, ut earum demolitionem publice renunciaret, coegit. Sacer autem Dei antistes, exuto humerali, e synedrio discessit: quem efferus tyrannus domi suæ conclusit: nec multo post in monasterio Choræ, una cum archidiacono Anthimo, laqueo suffocavit. Anastasium vero Deo inimicum solio intrudens, ea quæ" Græcis & Iudæis in Christi ecclesia persequenda defuerunt, truculenter implevit.

" Gētili

SYN. ROMANA GREGORII PAPÆ.

" ** *Ex eodem libello.*

ΟΠΕΡ μαθὼν ὁ θεόληπτος πάπας Ῥώμης Γρηγόριος, θείαν καὶ ἱερὰν συστησάμενος σύνοδον· τοὺς εἰκονομάχους γενναίως ἀναθέματι καθυπέβαλεν· ἐλέγχοις πολλοῖς καὶ σφοδροῖς πρὸς τὸν βασιλέα χρησάμενος Λέοντα.

QVOD cum divinus papa Romæ Gregorius rescivisset: divina & sancta convocata synodo, imaginum oppugnatores generose anathemati subjecit: multis & vehementibus ad imperatorem Leonem usus argumentis.

SYN. HIEROSOL. THEODORI.

* ** *Ex eodem libello.*

ΟΜΟΙΩΣ τε καὶ Θεόδωρος, ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, ἀθροίσας θεοσύλλεκτον σύνοδον· τὰς ἁγίας ς'. οἰκουμενικὰς συνόδους, ἀριθμῷ καὶ διπτύχοις ἐκήρυξε· τὴν ἀναφυεῖσαν τῶν ἁγιοκαύστων αἵρεσιν ἀναθέματι καθυπέβαλεν.

SIMILITER & Theodorus, Hierosolymitanus episcopus, congregata a-Deo-collecta synodo, sacras sex œcumenicas synodos, numero & tabulis prædicavit: recens autem natam sanctorum-combustricem hæresin anathemati subjecit.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA GREGORII PAPÆ III.

ANNO CHRISTI 731.

^a GREGORIVS tertius, natione Syrus, ex patre Ioanne, ^b sedit annos decem, menses

ſes * octo, dies viginti. Vir mitiſſimus & valde ſapiens, in divinis ſcripturis ſufficienter inſtructus, Græca Latinaque lingua eruditus, pſalmos omnes per ordinem memoriter retinens, & in eorum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus, lingua quoque in lectione politus, exhortator omnium bonorum operum, plebique florentiſſime ſalutaria prædicans, fidei catholicæ & apoſtolicæ immutilate conſervator, perenniter ſuo monitu, corda fidelium corroborans, orthodoxæ fidei æmulator ac defenſor fortiſſimus, paupertatis amator, & * erga inopes proviſor, non ſolum mentis pietate, ſed ſtudii ſui labore ſolicitus, captivorum etiam redemptor, orphanorum quoque & viduarum largitor, neceſſaria tribuens, amator religioſitatis * in Chriſtiana norma, & religioſe volentibus vivere, & Dei timorem * habentibus in ſuis præcordiis * dilector exiſtens, Deo favente pervenit ad ſacrum ordinem presbyteratus. Quem viri Romani, ſeu * omnes populi a magno uſque ad parvum divina inſpiratione permoti, ſubito eum, dum ejus deceſſor de hoc ſæculo migraſſet, dum ante feretrum in obſequio ſui anteceſſoris * eſſet intentus, vi abſtollentes in pontificatus ordinem elegerunt [c]. Fuit autem temporibus Leonis & Conſtantini imperatorum, ea [d] perſecutione graſſante, quæ per ipſos mota eſt ad depoſitionem & deſtructionem sacrarum imaginum domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctæ Dei genitricis, ſanctorum apoſtolorum, omniumque ſanctorum & confeſſorum, pro quibus * iſdem ſanctiſſimus vir, ut ab hoc reſipiſcerent ac ſe removerent errore, commonitoria ſcripta * vigore apoſtolicæ ſedis inſtituta, quemadmodum & ſanctæ memoriæ deceſſor ipſius direxerat, miſit per * Georgium presbyterum. Qui humano ductus timore, non eadem ſcripta imperatori porrexit. Qui revertens, ſecum hæc in civitatem Romanam reducens, ipſi ſanctiſſimo pontifici patefecit, confeſſus ſe faciens reum culpæ. Quem magna comminatione pontifex ipſe voluit ab ordine ſacerdotali privare. Cui * reſidente concilio, ſed obſecrante tam concilio, quam optimatibus, ut non deponeretur, ſed magis iſdem presbyter pœnitentiæ ſubmitteretur. Cui impoſita digna pœnitentia, iterum ſecundo eum cum eiſdem literis ſcriptis apud regiam direxit urbem. Sed nequiter * augmentata diſpoſitio eorumdem imperatorum eadem venerabilia ſcripta in Sicilienſi inſula retinere fecit, nec ad urbem regiam pertranſire permiſit. Sed eumdem portitorem pene per annum integrum in exilium relegavit. Unde [e] majori fidei ardore permotus pontifex ſynodale decretum cum ſacerdotali conventu, coram ſacroſancta confeſſione ſanctiſſimi corporis beati Petri apoſtoli; reſidentibus cum eodem ſummo & venerabili papa, & archiepiſcopis, id eſt Antonio Gradenſi archiepiſcopo, Ioanne epiſcopo Ravennate cum ceteris epiſcopis iſtius Heſperiæ partis numero 93. ſeu presbyteris ſanctæ hujus apoſtolicæ ſedis, adſtantibus diaconibus, cum cuncto clero, nobilibus etiam conſulibus, & reliquis Chriſtianis plebibus adſtantibus, decrevit, ut ſi quis deinceps antiquæ conſuetudinis, & apoſtolicæ eccleſiæ tenentes fidelem uſum contemnens, adverſus eamdem venerationem ſacrarum imaginum, videlicet Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti, & genitricis ejus ſemper virginis immaculatæ atque glorioſæ Mariæ, beatorum apoſtolorum, & omnium ſanctorum depoſitor, atque deſtructor, & profanator, vel blaſphemus exriterit, ſit extorris a corpore & ſanguine domini noſtri Ieſu Chriſti, vel totius eccleſiæ unitate atque compage, quod & ſubſcriptione ſua ſolenniter univerſi firmaverunt. Et inter cetera inſtituta probabilium præceſſorum, orthodoxorum pontificum annectenda ſanxerunt. Poſt peractum igitur hoc memoratum ſuperius ſynodale conſtitutum, iterum [f] miſit alia ſimilia ſcripta commonitoria pro erigendis ſacris imaginibus per Conſtantinum defenſorem, quæ ſimiliter ut anteriora detenta ſunt, & portitorem eorum fortiſſima cuſtodia conſtrinxerunt pene per annum integrum. Poſtmodum autem vi auferentes ei ipſa ſcripta, & comminantes ei, poſt tanti temporis cuſtodiam, cum injuriis eum remiſerunt. Nam & cuncta generalitas iſtius provinciæ Italiæ ſimiliter pro erigendis imaginibus * ſupplicationum ſcripta unanimiter ad eoſdem principes direxerunt, quæ & ipſa ſimiliter ut anteriora ablata ſunt a Sergio patricio * extratico ipſius inſulæ Siciliæ. Ac fere per octo menſes detenti, remiſſi ſunt ſimiliter cum exprobrationis injuria portitores. [g] Et iterum faciens domnus papa adhortatorias literas pro erigendis ſupraſcriptis ſacris imaginibus, & orthodoxæ fidei firmitate direxit per Petrum defenſorem * apud regiam urbem, tam Anaſtaſio invaſori ſedis Conſtantinopolitanæ, quamque principibus Leoni & Conſtantino. [h] Hic conceſſas ſibi columnas ſex onychinas volubiles ab Eutychio exarcho duxit in eccleſiam beati Petri apoſtoli, quas ſtatuit circa presbyterium ante confeſſionem, tres a dextris, & tres a ſiniſtris juxta alias antiquas ſex * filio pares, ſuper quas poſuit trabes, & veſtivit eas argento mundiſſimo; * in quo ſunt expreſſæ ab uno latere effigies ſalvatoris & apoſtolorum, & ab alio latere Dei genitricis & ſanctarum virginum. Poſuitque ſuper eas lilia, & * pharos argenteos penſantes in unum libras * ſeptuaginta [i] Hic fecit oratorium intra eamdem baſilicam juxta arcum principalem * parte virorum, in quo recondidit in honorem ſalvatoris, ſanctæque ejus genitricis, reliquias ſanctorum apoſtolorum, & omnium ſanctorum martyrum ac confeſſorum, perfectorumque juſtorum toto in orbe terrarum requieſcentium. Quorum feſta vigiliarum a monachis trium monaſteriorum illic ſervientium quotidie per ordinem * exiſtentia atque natalitiorum miſſas in eodem loco celebrare * inſtituens, * in canone miſſæ hoc adjecit ita a ſacerdote dicendum: *Quorum ſolennitas hodie in conſpectu tuæ majeſtatis celebratur, domine Deus noſter, in toto orbe terrarum.* Quam inſtitutionem in eodem oratorio tabulis lapideis conſcribere fecit: in quo faciens pergulam, contulit dona diverſarum ſpecierum, id eſt, gabathas aureas duas, & alias ſaxicas numero quinque, cruces pendentes numero quatuor. Item cruces * ſimiliter numero decem. Amulas ſuperauratas, paria duo, pendentia fibulatoria numero quinque. Coronam auream cum cruce pendentem gemmis ornatam ſuper altare, patenam & calicem aureum * par unum in gemmis. Aquamanile argenteum par unum. Et imaginem ſanctæ Dei genitricis diadema aureum habentem cum gemmis, & collare aureum cum gemmis pendentibus, inaures habentes hyacinthinas ſex. Et faciem altaris, & confeſſio-

* ſupplicationis
* & ſtratego
* ad
* lithoparias, *al.* philopateas.
* in quibus
* phara
* ſeptingentas.
* porta
* exiſtentium, *al.* exiſtentibus
* inſtituit
* miſſæ hoc adjecit
* ſimiles
* paratum

confessionem cum regulis vestivit argento, & in tribus lateribus altaris posuit cruces argenteas tres pensantes in unum libras triginta sex. Canistra argentea duo. Calicem argenteum quotidianum. Coronulas argenteas numero quinque, & calicem argenteum unum, qui pendet in absîde ipsius oratorii, & super eamdem absidem cruces argenteas tres, & cetera quæ in ornamentum pergulæ seu ad vestes altaris ordinata sunt. Hic fecit in ecclesia sanctæ Dei genitricis ad præsepe per circuitum super columnas regulare * candelabrum ad instar ecclesię beati Petri apostoli. Fecit & ibidem in oratorio sancto quod præsepe dicitur, imaginem auream Dei genitricis amplectentem salvatorem dominum Deum nostrum * cum gemmis diversis pensantem libras quinque. Hic renovavit tectum S. Chrysogoni martyris, & cameram, sive parietum picturas, ciborium autem de argento, seu arcus quinque pensantes in unum libras 210. ubi obtulit coronas argenteas quatuor, phara canthara duo, patenam argenteam unam, calicem argenteum unum, seu etiam vestes altaris, nec non & vela serica alba ornata blatto circumquaque pendentia. Construxitque monasterium circa eumdem titulum sanctorum martyrum Stephani, Laurentii atque Chrysogoni, constituens ibidem abbatem, & monachorum congregationem ad persolvendas Deo laudes in eodem titulo diurnis atque nocturnis temporibus, ordinatam * secundum instar officiorum ecclesiæ beati Petri apostoli, segregatam videlicet a jure potestatis presbyteri prædicti tituli. In quo monasterio pro sustentatione ibidem idem ipse sanctissimus vir prædia, & dona, atque familiam largitus est. Et diversi alii fideles, & amatores domini nostri Iesu Christi in eodem monasterio sanctorum Stephani, Laurentii, atque Chrysogoni prædia, & dona devotissimi contulerunt. Simili etiam modo renovavit monasterium sanctorum Ioannis euangelistæ, Ioannis Baptistæ, & sancti Pancratii secus ecclesiam salvatoris antiquitus * institutum, quod ab omni ordine * monachio exstiterat nimia incuria destitutum. In quo prædia & dona contulit, & quæ invenerat de ipso monasterio alienata, reddito precio, in eumdem locum restituit: ubi & congregationem monachorum, & abbatem constituit ad persolvenda quotidie sacra officia laudis divinæ in basilica salvatoris domini nostri Iesu Christi, quę Cōstantiniana nuncupatur, juxta Lateranas, diurnis nocturnisque temporibus ordinata, juxta instar officiorum ecclesiæ beati Petri apostoli. Item imaginem sanctæ Dei genitricis antiquam deargentavit, ac investivit argento mundissimo pensante libras 50. Item fecit patenam auream magnam cum diversis lapidibus pensantem libras 26. Et calicem similiter cum gemmis pensantem libras trigintaquatuor. Similiter & euangelia aurea cum gemmis pensantia libras 15. Fecit autem & tectum noviter, simul & cameram S. Andreæ apostoli ad S. Petrum apostolum, quam depinxit, & fecit in eadem basilica imaginem auream in gemmis B. Andreæ apostoli pensantem libras 8. & intra confessionem vestivit argento, quod deauravit auro purissimo. Hic etiam basilicam S. Callisti pontificis & martyris pene a fundamentis dirutam novis fabricis cum tecto construxit, ac totam depinxit. Vbi contulit patenam argenteam simul & calicem & * vestem altaris. Item tectum basilicæ sanctorum Processi & Martiniani a novo construxit, supposita pila fabricis fortissimis post eorumdem sanctorum veneranda corpora, ad firmamentum murorum basilicæ sanctæ. Item in ecclesia B. Genesii martyris tectum noviter restauravit, ubi & altare erexit in nomine salvatoris domini nostri Iesu Christi, in quo contulit patenam argenteam, & calicem, seu coronam argenteam cum delphinis sex, nec non & coronulam auream cum cruce pendentem super altare. Item in basilica sanctæ Dei genitricis, quæ ad martyres dicitur, tectum vetusta incuria demolitum purgari fecit ad purum, & cum calce abundantissima, seu cartis plumbeis a novo restauravit, & quæque per circuitum ejusdem tecti fuerant dissipata novo nitore construxit. Item basilicam sanctæ Dei genitricis, quæ in Aquiro dicitur, in qua antea diaconia & parvum oratorium fuit, eam a fundamentis longiorem & latiorem construxit atque depinxit. Item diaconiam sanctorum Sergii & Bacchi sitam ad beatum Petrum apostolum, in qua pridem parvum oratorium erat, a fundamentis ampliori fabrica dilatavit. Et concedens omnia quæ in usum diaconiæ existunt, statuit perpetuo tempore pro sustentatione pauperum in diaconiæ ministerio deservire. Item in cœmeterio sanctæ Petronillæ stationem annuam dari instituit, ubi obtulit coronam auream, calicem, & patenam argenteam, seu alia diversa ad ornatum ecclesiæ pertinentia. Item * accubita quæ sunt ad B. Petrum in ruinis posita a fundamentis noviter restauravit atque depinxit. Item basilicam beati Marci sitam foris muros hujus civitatis Romanæ via Appia, ejus tectum dirutum a novo refecit. Item in ecclesia beati Pauli apostoli mutavit trabes numero quinque, atque totum ejusdem basilicæ tectum ab arcu altaris usque ad regias resarcivit, ac restauravit. Mutavit autem trabes in sancta Dei genitrice ad præsepe numero quinque. Fecit vero a novo ecclesiam sanctorum Marcellini & Petri juxta Lateranas, etiam & cœmeterium beatorum martyrum Ianuarii, Vrbani, Tiburtii, Valeriani & Maximi, * tectum & eorum in ruinis positum a novo * perfecit. Hujus temporibus plurima pars murorum hujus civitatis Romanæ restaurata est. Alimoniam quoque artificum, & precium ad emendam calcem de proprio tribuit. Hujus temporibus Galliensium castrum recuperatum est, pro quo quotidie expugnabatur ducatus Romanus a ducatu Spoletino, dans pecunias non parvas Trasimundo duci eorum, ut cessarent bella, & quæstiones, potuit causa finire, & in compage sanctæ reipublicæ, atque in corpore Christo dilecti exercitus Romani annecti præcepit. Hic fecit vestes de * altari in ecclesia salvatoris, Dei genitricis, sanctorum apostolorum Petri & Pauli atque Andreæ, & ceterorum in diversis ecclesiis. Nam & in Centumcellensium civitate muros dirutos pene a fundamentis fortissime construi fecit. Et hoc cōstituit, ut secundum constitutum, quod a collegio sacerdotum coram sacro corpore beati Petri factum est pro celebrandis solenniis vigiliarum, atque missarum Christi domini nostri Iesu Christi, sanctæque ejus genitricis, sanctorum apostolorum, vel omnium sanctorum martyrum, ac confessorum perfectorumque justorum toto in orbe terrarum requiescentium, ut in oratorio nomini eorum dedicato intra ecclesiam beati Petri apostoli sub arcu principali a monachis vigiliæ celebrarentur, & a presbyteris

* candelabrorum
* ornatam gemmis
* ad instar
* constructum
* monastico
* vestes
* accubita qui
* tecta in ruinis posita
* refecit
* ad altare in ecclesia sancti salvatoris,

presbyteris hebdomadariis missarum solennia: iisdemque institutis disposuit, ut in cœmeteriis circumquaque positis Romæ in die natalitiorum eorum luminaria ad vigilias faciendas, & oblationes de patriarchio per oblationarium deportarentur ad celebrandas missas, per quem prævideret pontifex, qui pro tempore fuerit, sacerdotem. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros 24. diaconos tres, episcopos per diversa loca numero 80. Qui etiam venerabilem Vulcarium partibus Franciæ in civitate Vienna dato pallio archiepiscopum constituit. Qui sepultus est in basilica beati Petri apostoli, quarto Kalendas Decembris. Et cessavit episcopatus dies quatuor.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Gregorius.*] Anno 731. die 16. Februarii electus est Gregorius III. pontifex optimus, quem sanctus Bonifacius Germanorum apostolus semel per legatos, semel proprio ad urbem accessu de rebus fidei contra gentiles & hæreticos propagandis consuluit. Hujus temporibus Alfonsus a populo Sarracenorum imperium execrante rex Hispaniarum eligitur: de quo hoc memoratu dignissimum est, quod Reccaredi catholici regis successor esse, atque catholicus rex cognominari voluerit. Quem titulum cum successores diu intermisissent, Ferdinandus Aragonius Hispaniæ rex tamquam gloriosissimum regni ornamentum iterum usurpavit, precibusque enixis a Iulio II. impetravit, ut ejusmodi titulus esset hereditarius omnium regum Hispaniæ. Luitprandus Longobardorum rex urbem Romam obsedit, teste Anastasio in vita Zachariæ, & basilicam sancti Petri expoliavit, ut videre est in epistola sexta ad Carolum infra. *De eodem*, inquit Vualfridus, *veluti inauditum quiddam & novum refertur, quod omnes psalmos memoriter tenuerit.* Quibus calumniis eumdem Magdeburgenses perstringant, infra in notis epistolæ ad Bonifacium indicabo.

b *Sedit annos* 10. *menses* 8. *dies* 20.] Anno 741. quarto Kalendas Decembris defunctus, post decennium, mensibus 19. & 12. diebus sedisse, recte scribit Baron. anno prædicto num. 7.

c *Fuit autem temporibus Leonis & Constantini*] Vltimo anno pontificatus Gregorii Leo Isaurus obiit: Constantinus Copronymus impietatis imperiique successor solus regnavit, & contra venerandas imagines edictum ferens; *Ne existimes*, inquit, teste Theophane, *Filium Dei esse quem genuit Maria, quique dicitur Christus, sed purum hominem: Maria autem eum peperit, sicut me peperit mater mea.* Quibus blasphemiis populus valde commotus probra & contumelias in eum jecit.

d *Persecutione.*] Hac persecutione Æmilianus Cyzicenus episcopus, Basilius, Procopius Decapolita, & Theophilus monachus relegati leguntur in menologio Græcorum.

e *Majore fidei ardore permotus.*] Vide quæ dicemus infra in notis concilii Romani II.

f *Misit alia scripta commonitoria pro erigendis imaginibus.*] Eadem Hadrianus in epistola ad Constantinum imperatorem *In magnam tribulationem uterque Gregorius Romani pontifices, per ea tempora sanctissimi, conjecti sunt. Sæpius etiam proavum vestræ serenitatis admonuerunt, ne fineret venerandas imagines de statu suo deiici, verum illorum salutiferæ preces animum illius nequaquam cōmoverunt.*

g *Et iterum faciens adhortatorias literas pro erigendis sacris imaginibus.*] Quas in oriente dejecerat. Nihil sanctum pontificem apud impium imperatorem scriptis suis effecisse reliqua eventa declarant, quando Theodorum Mansuetem Grapsorum episcopum, ut ait Theophanes, aliosque plures sacrarum reliquiarum cultores in longiora exilia amandavit, & Hypatium Lydorum episcopum cum Andrea presbytero dire exanimato necavit.

h *Hic concessas sibi columnas.*] Sacrarum imaginum usum, contra Leonem scriptis defensum, etiam re ipsa confirmavit, quando magni precii, salvatoris, Dei genitricis, apostolorum, & sanctarum virginum imagines in ecclesia beati Petri erexit.

i *Hic fecit oratorium.*] In hoc oratorio idem pontifex sanctorum omnium reliquias, quas toto orbe Christiano colligere poterat, honorifice collocavit; idque ideo quod a Leone Iconoclasta sanctorum reliquiæ contemnerentur.

k *Sacras claves direxit, &c. navali itinere ad partes Franciæ Carolo sagacissimo viro.*] Sunt qui hanc legationem confundant cum illa ad eumdem Carolum a Gregorio II. missa: fuisse autem utramque plane diversam ex eo convincitur, quod prior adversus imperatorem, posterior adversus Longobardos missa, quodque illa, non hæc, reciproca fuerit. Auctor appendicis ad Gregorium Turonensem binæ legationis expresse meminit. Eadem confirmantur auctoritate epistolæ illius quam scripsit ad Carolum.

I. AD BONIFACIUM ARCHIEPISC.

Mittit illi pallium archiepiscopale, docetque quomodo uti eo debeat. Potestatem facit novos episcopatus instituendi. De quodam presbytero, & de diversis ejus interrogationibus respondet.

Reverentissimo ac sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo ad illuminationem gentis Germaniæ, vel circumquaque in umbra mortis morantibus gentibus in errore constitutis ab hac apostolica sede directo, Gregorius servus servorum Dei.

1 MAGNA nos habuit gratulatio lectis sanctissimæ fraternitatis tuæ literis, cum in eis, relecta serie, fuisset repertum, domini nostri Iesu Christi gratia plurimos te a gentilitate & errore ad veræ fidei agnitionem convertisse. Quod quia divina institutione docemur in parabolis, cui quinque talenta credita fuerant, alia quinque fuisse lucratum; in talis commercii lucro cum tota plaudimus ecclesia. Hinc jure tibi sacri pallii direximus munus, quod beati Petri apostoli auctoritate suscipiens induaris, atque inter archiepiscopos unus, Deo auctore, præcipimus ut censearis. Qualiter autem eo utaris, ex mandato apostolico informatus agnosce. Itaque dum missarum solennia agis, vel episcopum te contigerit consecrare, illo tantummodo tempore eo utaris. Quia vero turbas domini gratia in iisdem partibus ad rectam fidem asseris esse conversas, ideoque nequire te occurrere omnibus, & quæ salutis sunt impendere vel intimare, cum jam longe lateque gratia Christi ejus fides in illis propagetur: præcipimus ut juxta sacrorum canonum statuta, ubi multitudo excrevit fidelium, ex vigore apostolicæ sedis debeas ordinare episcopos: pia tamen contemplatione, ut non vilescat dignitas episcopatus. Presbyterum namque, quem præterito asseruisti anno ad nos venisse, nostroque judicio fuisse a suis nefariis absolutum actionibus, credas neque nobis confessionem aliquam fecisse, nec a nobis ut suos expleat libitus absolutum fuisse. Sed si eum errori deditum repereris, hunc apostolicæ sedis vigore ut juxta sanctorum canonum censuram corrigas & emendes præcipimus: vel si quos forsan tales inveneris. Ille enim veniens, Presbyter sum, ait, & commendatitias ad filium nostrum Carolum literas expetiit. Nullam illi aliam concessimus licentiam: quem vitari, si prave conversatur, cum reliquis volumus.

Matth. 25.

16. quæst. 1. Præcipimus ut juxta.

I.

Eosdemque, quos a paganis baptizatos esse asseruisti, si ita habetur, ut denuo baptizes in nomine sanctæ Trinitatis mandamus.

De consec. dist. 4. Quos a paganis.

II.

Inter cetera agrestem caballum aliquantos comedere adjunxisti, plerosque & domesticum. Hoc nequaquam fieri deinceps, sanctissime frater, sinas, sed quibus potueris Christo juvante modis per omnia compesce, & dignam eis impone pœnitentiam; immundum est enim atque execrabile.

III.

Pro obeuntibus quoque consuluisti si liceat offer-

13. quæst. 2.

Pro obeuntibus.

offerre. Sancta sic tenet ecclesia, ut quisque pro suis mortuis vere Christianis offerat oblationes, atque eorum memoriam faciat presbyter. Et quamvis omnes peccatis subjaceamus, congruit tamen ut sacerdos non nisi pro mortuis catholicis memoriam faciat & intercedat. Non enim pro impiis, quamvis Christiani fuerint, tale quid agere licebit.

IV.

Eos etiam qui se dubitant fuisse baptizatos, vel qui a presbytero Iovi mactante, & carnes immolatitias vescente baptizati sunt, ut rebaptizentur præcipimus.

V.

Progenié vero suam unumquemque usque ad septimam generationem observare decrevimus.

VI.

Et si valueris, devitandum doce, ne cui uxor obierit, amplius quam duabus debeat copulari.

VII.

[a] Ivo p. x. c. 179.

De his vero qui patrem, matrem, fratrem, aut sororem occiderint, dicimus ut toto vitæ tempore corpus dominicum non suscipiant, nisi in suo exitu pro viatico. Abstineant etiam se a carnis comestione, & potu vini, donec advixerint: jejunent secunda, quarta & sexta feria, ut sic possint deflentes diluere commissum scelus.

VIII.

Hoc quoque inter alia crimina agi in partibus illis dixisti, quod quidam ex fidelibus ad immolandum paganis sua venumdent mancipia. Quod ut magnopere corrigere debeas, frater, commonemus, nec sinas fieri ultra: scelus est enim, & impietas. Eis ergo qui hæc perpetraverunt, similem homicidæ indices pœnitentiam.

IX.

At quoties episcopum consecraveris, duo vel tres conveniant tecum episcopi, ut Deo sit gratum quod geritur, & eis convenientibus, ipsisque præsentibus consecres. Hæc te, frater carissime, diligenter observare volumus, & studio pietatis cœptum negotium salutis exequi; ut de lucro apportato valeas a domino Deo nostro mercedem percipere in æterna retributione. Privilegium vero juxta quod petisti facientes, his junctum direximus; optantes te domini Dei nostri præsidio de conversione errantium Christo domino plenissimum apportare lucrum. Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Magna nos habuit.*] Hanc vero Gratianus idem 16. quæst. 1. *Præcipimus*, Gregorio juniori attribuit. Quo nomine licet Gregorium III. designare interdum solerent, ut dixi, hunc tamen a Gratiano non intelligi eo liquet, quod eamdem epistolam Gregorio II. diserte tribuat 13 quæst. 2. *Pro obeuntibus.* & de consecrat. dist. 4. *Quos a paganis.* Et Gratiano favet, quod in quibusdam manuscriptis in hujus epistolæ fine legitur: *Hucusque Gregorius a primo secundus, hinc Gregorius a secundo junior*, id est tertius. Quibus verbis Gregorio II. perspicue adscribitur Ceterum Gregorii III. epistolam esse, vel missi ad Bonifacium pallii mentio declarat. Missum quippe a Gregorio III. tradit auctor vitæ Bonifacii lib 1. cap. 31. Huic ergo rectius in eadem vita tribuitur, & apud Ivonem parte 10. cap. 179.

II. AD OMNES EPISCOPOS, PRESBYTEROS, ET ABBATES.

Commendat Bonifacium in Germaniam redeuntem, ut illum adjuvent, &, si quis illi se adjungere velit, non prohibeant.

Gregorius servus servorum Dei dilectissimis nobis omnibus episcopis, venerabilibus presbyteris, religiosis abbatibus, omnium provinciarum.

Domino cooperante, & sermonem confirmante, præsens sanctissimus vir Bonifacius frater & coepiscopus noster, qui verbum veritatis a decessore nostro sanctæ recordationis Gregorio præsule in Germaniæ partes missus fuerat prædicare; jam post multum tempus, anhelanti desiderio orationis, ad limina sacra beatorum apostolorum adveniens, se nobis præsentare voluit. Qui etiam completa oratione, ad cœptum laborem, angelo domini præveniente, a nobis est dimissus. Cui vestra obsecro omnium dilectio, seu reverentia & religiositas, propter Christi amorem juvamina impendere dignetur, dum agnoscitis quæ dominus noster Iesus Christus promisit dicens: *Qui suscipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui suscipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet.* Et si forsitan aliquis ex vestris ministris sese ipsi sanctissimo viro in ministerio exhortationis sanctæ catholicæque fidei adjungere voluerit, nullo modo prohibeatis, carissimi: sed magis concursum præbete, & ex vestro ovili adjutores tribuite, qui possint per Dei gratiam sufficienter gentibus ministrare verbum prædicationis, ut omnipotenti Deo animas lucrifaciant, ut & vestra communitas boni operis portionem sortiatur, atque illi mereantur dominicam vocem audire: *Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.* Bene valete.

Matth. 1[0]

Matth. 1[9]

III. AD OPTIMATES ET POPULUM PROVINCIARUM GERMANIÆ.

Redeunte ad illos Bonifacio monet ut ei obediant, atque ut paganicos omnes ritus procul abjiciant.

Gregorius papa universis optimatibus, & populo provinciarum Germaniæ, Thuringis & Hessis, Botharis & Nistresis, Vvedrinis & Lognais, Suduodis & Graveldis, & omnibus in orientali plaga constitutis.

Quoniam decessor noster sanctæ recordationis Gregorius præsul, nutu divino motus, ad faciendam Deo plebem perfectam, præsentium portitorem literarum Bonifacium reverentissimum fratrem nostrum & coepiscopum ordinans ad vos usque destinavit, eumque regulam & normam apostolicæ & catholicæ fidei Romanæ, cui Deo auctore deservimus, ecclesiæ edocens direxit, & post temporum spatia orationis causa ad limina beatorum apostolorum sese præsentavit, & quæ ad salutem animarum pertinent a nobis poposcit imbui; nos, Deo favente, ut sacra docet scriptura, eum edocentes, ad vos, carissimi, remeaturum absolvimus, hortantes vos in domino, ut digne suscipiatis ab eo verbum exhortationis, & episcopos vel presbyteros quos ipse ordinaverit per apostolicam sibi datam auctoritatem, in ecclesiæ ministerio recipiatis. Et si quos forsan deviantes invenerit a rectæ fidei tramite, seu canonica doctrina,

na, eosque prohibuerit, a vobis nullomodo impediatur, & quod eis impositum fuerit obediendo propter Deum suscipiant. Nam qui temerator extiterit ad obediendum, sibi ipsi damnationem acquirit. Vos autem, carissimi, qui in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis, abstinete & prohibete vosmetipsos ab omni cultu paganorum, non tantum vosmetipsos corrigentes, sed & subditos vestros. Divinos autem & sortilegos, vel sacrificia mortuorum, seu lucorum vel fontium auguria, vel phylacteria, & incantatores, & veneficos, & maleficos, & observationes sacrilegas, quæ in vestris finibus fieri solebant, omnino respuentes atque abjicientes, tota mentis intentione ad Deum convertimini, ipsumque timete, adorate, honorificate; *Sanctorum memoriis communicantes*, ut ait apostolus. Si enim fides vestra, secundum domini nostri dicta, fuerit sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transfer, & transferetur. Ipse enim dominus & salvator noster in suo sacro eloquio docet: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.* Et iterum: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo qui in cælis est.* Item & alibi promittit dicens: *Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, fiet vobis:* & : *Petite & accipietis, quærite & invenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit invenit, & pulsanti aperietur.* Et vos, carissimi, facite fructus dignos, ut in die adventus domini nostri Iesu Christi sidereas mereamini adipisci mansiones. Bene valete.

IV. AD EPISCOPOS BAIOARIÆ ET ALAMANNIÆ.

Vt Bonifacium sedis apostolicæ agentem vices congrue suscipiant, & ad concilia quæ indixerit conveniant.

Dilectissimis nobis episcopis in provincia Baioariorum & Alamanniæ constitutis, Vvigoni, Luidoni, Rodulfo, Vvivilo, seu Addæ, Gregorius papa.

CATHOLICA sanctorum patrum auctoritas jubet, ut bis in anno pro salute populi Christiani, seu exhortatione adoptionis filiorum, synodalia debeant celebrari, & causarum canonicarum examinatio provenire, ut unicuique, prout necessitas uniuscujusque poposcerit, pia judicatione subveniatur. Vnde secundum apostoli doctrinam admoneo & hortor vos, carissimi, per misericordiam Dei, ut digne ambuletis ea vocatione qua vocati estis, ut ministerium vestrum perfectum sit coram domino. Opportunum namque est vos nosse, fratrem & coepiscopum nostrum præsentem Bonifacium, nostram agentem vicem, cum digno ac debito honore pro Christi nomine suscipere; & ministerium ecclesiasticum cum fide catholica secundum morem & normam sanctæ catholicæ & apostolicæ Dei ecclesiæ, cui misericordia Dei præveniente præesse videmur, sicut apostolica auctoritate a nobis destinatus est, ab eo suscipientes dignanter teneatis, & gentilitatis ritum & doctrinam, vel venientium Britonum, vel falsorum sacerdotum & hæreticorum, aut undecumque sint, renuentes ac prohibentes adjiciatis: & ut populum vobis a Deo commissum piis admonitionibus edoceatis, & a sacrificiis mortuorum omnino abstineatis: &, juxta quod fueritis a prædicto nostro consacerdote edocti, ita catholicam & apostolicam doctrinam tenentes, domino Deo & salvatori nostro placere studeatis, & in quo vobis loco ad celebranda concilia convenire mandaverit, sive juxta Danubium, sive in civitate Augusta, vel ubicumque judicaverit, pro nomine Christi parati esse inveniamini, quatenus cognoscamus per ejus mandatum de vestro conventu, ut in die adventus Christi Iesu cum fructu boni operis ante ejus tribunal assistere mereamini dicentes: Ecce nos, & pueri quos dedisti nobis, domine, non perdidimus ex eis quemquam, ut & vos dominicam vocem audire mereamini dicentem: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Bene valete.

Isai. 8. — Matth. 25.

V. AD CAROLUM MARTELLUM MAIOREM DOMUS REGIÆ FRANCIÆ.

Pro suscipienda sanctæ ecclesiæ Romanæ defensione adversus reges Longobardorum, qui illam armis suis vexabant.

Domino excellentissimo filio 1 Carolo subregulo Gregorius papa.

NIMIA fluctuamus tribulatione, & lacrymæ die noctuque ab oculis nostris non deficiunt, quando conspicimus quotidie & undique ecclesiam sanctam Dei a suis, in quibus spes erat vindicandi, destitui filiis. Propterea coartati dolore in gemitu & luctu consistimus, dum cernimus id quod modicum remanserat præterito anno pro subsidio & alimento pauperum Christi, seu luminarium concinnatione, in partibus Ravennatum, nunc gladio & igne cuncta consumi a Luitprando & Hilprando regibus Longobardorum. Sed in istis partibus Romanis mittentes plures exercitus similia nobis fecerunt & faciunt, & omnes scalas sancti Petri destruxerunt, & peculia quæ remanserant abstulerunt. Et nulla nobis abs te, excellentissime fili, refugium facientibus pervenit hactenus consolatio. Sed, ut conspicimus, dum indultum a vobis eisdem regibus est motiones faciendi, quod eorum falsa suggestio plus quam nostra veritas apud vos recepta est, & timemus ne tibi respiciat ad peccatum; quando nunc, ubi resident ipsi reges, ad exprobrationem nostram ita proferunt verba dicentes: Adveniat Carolus, apud quem refugium fecistis, & exercitus Francorum, & si valent adjuvent vos, & eruant de manu nostra. O quam insanabilis dolor pro his exprobrationibus in nostro retinetur pectore, dum tales ac tanti filii suam spiritualem matrem, sanctam Dei ecclesiam, ejusque populum peculiarem non conantur defendere! Potens est, carissime fili, ipse princeps apostolorum, ob a Deo sibi concessam potestatem, suam defendere domum & populum peculiarem, atque de inimicis dare vindictam: sed filiorum fidelium mentes probat. Non credas, fili, falsidicis suggestionibus & suasionibus eorumdem regum. Omnia enim tibi falso suggerunt, scribentes circumventiones, quod quasi aliquam culpam commissam habeant eis duces, id est Spoletinus & Beneventanus. Sed omnia mendacia sunt. Non enim pro alio (satisfaciat tibi veritas, fili) eosdem duces persequuntur crimine, nisi pro eo quod noluerunt præterito anno de suis partibus super nos irruere, & , sicut illi fecerunt, res

res sanctorum apostolorum destruere, & peculiarem populum deprædari, ita dicentes ipsi duces: Quia contra ecclesiam sanctam Dei ejusque populum peculiarem non exercitamus, quoniam & pactum cum eis habemus, & ex ipsa ecclesia fidem accepimus: ideoque mucro eorum desævit contra eos. Nam ipsi prædicti duces parati fuerunt & sunt secundum antiquam consuetudinem eis obedire: sed illi retinentes iram, pro eo quod superius diximus, per exquisitam occasionem volentes illos & nos destruere & invadere; ideo utrosque persequentes vestræ bonitati suggerunt falsa, ut & duces illos nobilissimos degradent, & suos ibidem pravos ordinent duces, & multo amplius quotidie, & ex omni parte Dei ecclesiam expugnent, & res beati Petri principis apostolorum dissipent, atque populum peculiarem captivent. Tamen ut rei veritas vobis penitus declaretur, Christianissime fili, jubeas post ipsorum regnum ad propria reversionem tuum fidelissimum missum, qui non præmiis corrumpatur, huc dirigere, ut propriis oculis persecutionem nostram, & Dei ecclesiæ humiliationem, & ejus rerum desolationem, & peregrinorum lacrymas conspicetur, & tuæ devotioni omnia pandat. Sed hortamur tuam bonitatem coram domino, & ejus terribili judicio, Christianissime fili, ut propter Deum & animæ tuæ salutem subvenias ecclesiæ sancti Petri, & ejus peculiari populo, eosdemque reges sub nimia celeritate refutes, & a nobis repellas, & jubeas eos ad propria reverti. Non despicias deprecationem meam, neque claudas aures a postulatione mea; sic non tibi princeps apostolorum claudat cælestia regna. Conjuro te per Deum vivum & verum, & per ipsas sacratissimas claves confessionis beati Petri, quas vobis ad regnum direximus, ut non præponas amicitiam regum Longobardorum amori principis apostolorum; sed velocius sub nimia festinatione sentiamus post Deum tuam consolationem ad nostram defensionem; ut in omnibus gentibus declaretur vestra fides & bonum nomen: quatenus & nos cum propheta mereamur dicere: *Exaudiat te dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.* (*Psal. 19.*) Harum autem literarum portator Anchardus vester fidelis quod oculis suis vidit, & nos ei injunximus, omnia tuæ benignæ excellentiæ viva voce narrabit. Et petimus bonitatem tuam, coram Deo teste & judice, ut nimis festinanter lonias dolores, & lætabunda nobis celeriter mittas nuntia, ut læto affecti animo die noctuque pro te tuisque fidelibus coram sacris sanctorum principum apostolorum Petri & Pauli confessionibus domino fundamus preces.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Carolo subregulo.*] Edita est cum sequenti a Gretsero nostro in codice epistolarum pontificiarum. In utraque autem subregulum vocat pontifex, quem decessor ejus Gregorius alter ducem in epistola VII. vocarat, & in epistola VIII. patricium; Carolum videlicet Martellum, præfectum palatii, seu majorem domus regiæ. Idem rursus in proxima ad Bonifacium epistola princeps Francorum dicetur: quo titulo usum fuisse Carolum Martellum non meminimus; usos esse Karlomannum & Pippinum Martelli filios docent acta synodi Liptinensis & Suessionicæ.

VI. AD CAROLUM MARTELLUM MAIOREM DOMUS REGIÆ FRANCORUM.

Item pro defensione ecclesiæ Romanæ.

Domino excellentissimo filio Carolo subregulo [1] Gregorius papa.

Ob nimium dolorem cordis & lacrymas iterata vice tuæ excellentiæ necessarium duximus scribendum, confidentes te esse amatorem filium beati Petri principis apostolorum & nostrum; & quod pro ejus reverentia nostris obedias mandatis ad defendendam Dei ecclesiam, & peculiarem populum, qui jam persecutionem & oppressionem gentis Longobardorum sufferre non possumus. Omnia enim luminaria ad honorem ipsius principis apostolorum, & quæ a vestris parentibus, vel a vobis oblata sunt, ipsi abstulerunt. Et quoniam ad te post Deum confugium facimus, propterea ipsi Longobardi in opprobrium habent & opprimunt. Unde & ecclesia sancti Petri denudata est, & in nimiam desolationem redacta. Tamen omnes nostros dolores subtilius in ore posuimus præsenti portatori tuo fideli, quos in auribus tuæ excellentiæ suggerere debeat. Tu autem, fili, habeas cum ipso principe apostolorum, hic & in futura vita coram omnipotente Deo nostro, sicut pro ejus ecclesia & nostra defensione disposueris & decertaveris sub omni velocitate: ut cognoscant omnes gentes tuam fidem & puritatem, atque amorem quem habes erga principem apostolorum beatum Petrum, & nos, ejusque peculiarem populum, zelando & defendendo. Ex hoc enim tibi poteris immortalem & æternam vitam acquirere.

VII. AD BONIFACIUM ARCHIEPISC.

Probat quod Baioariam in quatuor episcopatus divisit. Aliquot ejus quæstionibus respondet. Concilium juxta ripam Danubii celebrari jubet.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio Gregorius servus servorum Dei.

Doctoris gentium egregii B. apostoli Pauli vox est dicentis: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* (*Rom. 8.*) Agnoscentes itaque in syllabis fraternitatis tuæ, quæ innotuisti jam de Germaniæ gentibus, quas sua pietate Deus noster de potestate paganorum liberavit, & ad centum millia animas in sinu matris ecclesiæ, tuo conamine, & [a] Caroli principis Francorum, aggregare dignatus est: sed & in Baioariorum provincia quæ a te acta sunt agnoscentes, datori omnium bonorum domino Deo nostro extensis ad cælum palmis gratias retulimus, qui januam misericordiæ & pietatis in illis partibus Hesperiis ad cognoscendam viam salutis ostium misericordiæ aperuit, & misit angelum suum, qui præparavit viam tuam ante te. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Igitur quia indicasti perrexisse te ad gentem Baioariorum, & invenisse eos extra ordinem ecclesiasticum viventes, dum episcopos non habebant in provincia, nisi unum nomine Vivilo, quem nos ante tempus ordinavimus: & quia cũ assensu Otilonis ducis eorumdem Baioariorum, seu optimatum provinciæ illius, tres alios ordinasses episcopos, & in quatuor partes provinciam illam divisisses, id est in quatuor parochias, ut unusquisque episcopus suã habeat parochiam,

chiam, bene & satis prudenter peregisti, frater, quoniam apostolicam præceptionem ex nostra vice implesti, & sicut tibi præcipimus ita peregisti. Itaque non desinas, frater reverentissime, docendo eos sanctam catholicam & apostolicam Romanæ sedis traditionem, ut illuminentur rudes, & viam salutis teneant, per quam possint ad æterna præmia pervenire. [b] Presbyteros vero quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint viri a quibus sunt ordinati, & dubium est eos episcopos fuisse, an non, qui eos ordinaverunt; si bonæ actionis & catholici viri sunt illi presbyteri, & in ministerio Christi omnique lege sancta edocti, atque apti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant, & consecrentur, & sic ministerio sacro fungantur. [c] Illi vero qui baptizati sunt per diversitatem & declinationem linguarum gentilitatis, tamen quia in nomine Trinitatis baptizati sunt, oportet eos per manus impositionem & sacri chrismatis unctionem confirmari. Nam Vivilo a nobis episcopus est ordinatus; & si aliquid excedit extra canonicam regulam, doce & corrige eum juxta Romanæ ecclesiæ traditionem, quam a nobis accepisti. De concilio vero, ut juxta ripam Danubii debeas celebrare nostra vice, præcipimus fraternitati tuæ apostolica auctoritate ibidem præsentari. Et inquantum dominus tibi vires dederit, prædicare verbum salutis ne cesses, ut religio Christiana in nomine domini crescat & multiplicetur. Nec enim habebis licentiam, frater, pro jure cœpti laboris in uno morari loco: sed confirmatis cordibus fratrum & omnium fidelium, qui rudes sunt in illis Hesperiis partibus, ubi tibi dominus aperuerit viam, salutis verbum prædicare non desistas: & ubi locum inveneris necessarium, secundum canonicam regulam episcopos ordina ex nostra vice, & apostolicam atque catholicam traditionem eos tenere edoce. Ex hoc enim magnum mercedis præmium tibi præparabis, quoniam omnipotenti Deo nostro facies plebem perfectam. Non pigeat, dilectissime frater, itinera carpere aspera & diversa, ut Christiana fides longe lateque tuo conamine extendatur. Scriptum namque est: *Arcta & angusta via est quæ ducit ad vitam.* Operare itaque, frater, bonum opus quod cœpisti, ut in die Christi Dei nostri merearis dicere inter cœtum sanctorum probabilium patrum assistens: *Ecce ego & pueri quos dedisti mihi: non perdidi ex eis quemquam.* Et iterum: *Domine, quinque talenta tradidisti mihi; ecce alia quinque superlucratus sum.* Et ut subsequenter merearis vocem domini audire dicentis: *Euge serve bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.* Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data IV. Kalendas Novembris, imperante domno piissimo Augusto Leone, imperii ejus anno XXIII. sed & Constantino magno imperatore ejus filio, anno XX. indictione VIII.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Caroli principis Francorum.*] Hoc argumento pluribusque aliis a Baronio anno 741. allegatis, convincitur fabulosum esse quod de Caroli Martelli anima apud inferos condemnata refert Gratianus 16. quæst. 1. post canonem 59.

b *Presbyteros vero.*] Ex hoc loco centuriatores Gregorium III. redarguunt sed magna cum injuria: nihil enim aliud hoc loco præcipit, quam ut ordinati a non veris vel dubiis episcopis iterum consecrentur. Bellarminus lib. 4. de Rom. pontif. cap. 12.

c *Illi vero qui baptizati sunt.*] Hoc loco expresse tradit Gregorius papa, non esse iterandum illorum baptisma, qui gentilium ministerio & idiomate in nomine sanctissimæ Trinitatis baptizati essent, sed per manus impositionem, & chrismatis unctionem ut Christianos esse recipiendos. Vera igitur est interpretatio epistolæ, qua a paganis sine expressa Trinitatis invocatione baptizatos iterum mandat baptizari in nomine sanctissimæ Trinitatis. Vide epistolam Zachariæ papæ, quæ incipit: *Sacris liminibus*, qua rescripto ad Bonifacium dato prædecessoris sui Gregorii exemplo respondet, non legitime per expressam sanctissimæ Trinitatis invocationem baptizatos iterum legitima forma baptizari debere.

EXCERPTVM A BEATO GREGORIO PAPA III. EDITVM, EX PATRVM DICTIS canonumque sententiis.

De diversis criminibus & remediis eorum.

PRÆFATIO.

CERNIMVS in ecclesia, quod nos valde solicitat, quoniam ita confusa sunt judicia pœnitentium in presbyterorum nostrorum opusculis, atque ita diversa & inter se discrepantia, & nullius auctoritate suffulta; ut vix propter dissonantiam possint discerni. Vnde fit ut concurrentes ad remedium pœnitentiæ, tam pro librorum confusione, quam etiam pro ingenii tarditate, nullatenus eis valeant subvenire. Quapropter ex multis allegoriarum floribus, & de magnorum tractatibus prolatisque sermonibus, patrum dictis, canonumque sententiis, id est Isidori, Augustini, Gregorii, Bedæ, Gelasii, Innocentii, Theodori, Cassiani, Egberti, vel ceterorum, ad opus consacerdotum nostrorum excerpere, atque insimul colligere hunc libellum pœnitentialem studuimus. Et merito pœnitentialis dicitur, eo quod sit pœnitentiæ conveniens. Pœnitentia autem dicta est a pœnitendo, quod scilicet aliquis corde pœniteat, & se peccasse coram Deo erubescat: quia Deo donante nihil potest contra nos diabolus in sua proficere nequitia, si puram volumus agere pœnitentiam, id est ut vulnera vulneribus non superadjiciamus, & sanata nostra sauciemus, quia posteriora vulnera pejora sunt prioribus. Et hoc animadvertendum est, quo si carnales medici, contra infirmitates corporum diversa constituunt medicamina, quanto magis sacerdotes Dei contra illicitos operæ carnis fructus innumerabilia medendi debeant recompensare solatia? Cum ingenti timore dicimus, quia sunt nonnulli nostri similes, tantæ tarditatis ignavia pressi, qui nec sui nec subditorum errata valent ad purum deducere, & per medicamentum pœnitentiæ minime lapsos sciunt solatiari. Vt arbitramur, de talibus scriptum est: *Canes muti non valentes latrare.* (*Isa. 56.*) Et si indocti ad sacerdotium provehuntur, considerandum est quid de gregibus agatur, quando lupi pastores fiunt. Et sunt nonnulli qui sarcinam sacerdotalem non propter Deum, sed (quod nefas est dicere) magis propter terrenum ambiunt lucrum. Cæci divinæ sapientiæ! de talibus quidam doctor veridicus ait: Timeo, inquit, quod canes assequuntur pastorale officium. Post hæc, necessarium censuimus ut in hoc libello pœnitentiali discretiones personarum, sive culparum, vel temporum prolixitudine, promulgare studeremus,

quomodo unusquisque aut qualiter vel quamdiu cum omni sagacitate * in discernenda judicia unanimes haberemus. Et maxime providendum, ut unicuique peccanti domini adhibeatur misericordia, quia scriptum est: *Fili, in judicando esto misericors.* Vnde & apostolus: *Iudicium sine misericordia erit illi qui non fecit misericordiam.* Ideoque mensuram temporis in agenda pœnitentia non satis attente præfigunt canones pro unoquoque crimine, sed magis in arbitrio antistitis vel presbyterorum relinquendum statuunt, propter misericordiam; quia apud Deum non tam valet mensura temporis quam doloris, nec abstinentia tantum ciborum, sed mortificatio potius vitiorum; propter quod tempora pœnitentiæ fide & conversione pœnitentium abbrevianda præcipiunt. Hanc epistolam commatico sermone perstrinximus, ut ejus breviatio lectori nocivum demat fastidium, & cordis ejus proficuum levet & aperiat intellectum; brevis etenim lectio avidius legitur, citius intelligitur, & memoriæ facilius commendatur; & firmiter retinetur. Necesse est ergo ut hæc medicinalis exceptio frequenter a fidelibus legatur sacerdotibus, & ipsis sapienter, assidue, humiliterque recitetur, quia ibi invenitur sanitas cordis, & animæ medicina reperitur. Constat enim in hoc libello consolatio magna lugentium, spes beata justorum, sanitas infirmorum, fortitudo & refugium periclitantium. Ergo cor pœnitens compungitur, & proficuus ab eo lacrymarum imber roratur: remissio peccatorum in eo concedi promittitur, & laborantibus refectio cum gloria perpetua feliciter præparatur. Est enim in eo thesaurus sapientiæ & scientiæ absconditus, qui vitam æternam fidelibus ministrat pœnitentibus, & sine defectu lugentibus ad aperiendum perpetuus. Nolumus, fratres, accensam in nobis sub modio ponere lucernam, sed præcelso eam superponere candelabro, ut luceat omnibus qui in domo Dei sunt fratribus. Hujus laboris atque operis illius gratia nobis superveniat, qui duobus discipulis euntibus tertium se socium addidit in via, & aperuit illis sensus ut sanctas intelligerent scripturas. Spiritus paracletus omni virtute & doctrina perfecta cum caritatis scientia illustret pectora nostra, benignissimi fratres. Domine Deus rex cælestis, qui nos indignos famulos tuos sanctæ tuæ ecclesiæ præferri voluisti, ut congruo pœnitentes atque lugentes consolaremur medicamine, da propitius, ut hic diutina corporis & animæ sospitate valeamus potiri, & denuo præmiis regni cælestis feliciter participari, ut per salubria medicamina a prædecessoribus inculcata populus instanter gaudeat, & ipsi cui servit totus concentus cæli una nobiscum gratificas laudes in æternum lætus decantet. Hæc autem epistola nulli vilescat, sed sciat a majoribus nostris ex sanctorum sententiis esse collectam a nobis quidem excerptam, ne nimia prolixitate negligentibus lectoribus fastidium generaret.

*for. in discernendo

Tob. 4. Iacob. 2.

INCIPIVNT IVDICIA CONGRVA POENITENTIBVS.

I.

Quæ sit vera remissio peccatorũ

Prima itaque est remissio, qua baptizamur in aqua, secunda, caritatis effectus, tertia, eleemosynarum fructus, quarta, perfusio lacrymarum, quinta, afflictio cordis & corporis, sexta, emendatio morum, hoc est abrenuntiatio vitiorum, septima, intercessio sanctorum, octava misericordiæ & fidei meritum, nona, conversio & salus aliorum, decima, indulgentia & remissio nostra, undecima, passio martyrii, spes unica salutis indulgentiæ, & latroni cruento respondente domino: *Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso.*

Luc. 23.

II.

De furto ecclesiæ quod sacrilegium dicitur.

Sacrilegium, id est sacrarum rerum furtum; & hoc maximum est peccatum: sacrilegus dicitur qui sacra violat, vel qui sacra furatur. Placuit secundum humaniorem definitionem, qui in hoc vitio corruunt, si episcopus fuerit, duodecim annos pœniteat, presbyter decem, diaconus septem, subdiaconus quinque, clerici & laici quatuor. Sed valde considerandum est, & domini misericordia adhibenda, ut ipse beatus adjecit Gregorius. Ex persona namque furis pensandum est qualiter valeat corrigi; sunt enim quidam qui habent subsidia, & furtum perpetrant, & sunt qui in hac re ex inopia delinquunt. Vnde necesse est ut quidam damnis, quidam autem verberibus, quidam districtius, ut judicatum est, quidam autem levius corrigantur, & cum paulo districtius agitur, ex caritate agendum est, & non cum furore, quia ipsi hoc præstatur qui corrigitur; ne gehennæ ignibus tradatur.

III.

De homicidio.

Qui occiderit episcopum aut presbyterum vel diaconum, regi dimittendum est ad judicandum. Qui occiderit minoris ordinis clericum, in judicio episcopi est judicandus, ut arma relinquat, & in monasterio Deo serviat, vel septem annos cum luctu pœniteat. Si quis clericus homicidium fecerit, decem annos pœniteat, & ex his septem exul fiat. Qui patrem vel matrem, sororem aut fratrem occiderit, secundum humaniorem diffinitionem quatuordecim annos pœniteat, & ex his septem exul fiat. Si laicus occiderit alium laicum, quadraginta dies abstineat se ab ecclesia, & secundum antiquam diffinitionem quinque annos pœniteat: si odii meditatione, quatuor: si per iram, tres: pro vindicta fratris, duos: si casu, unum qui in prælio &c. Si qua femina furore zeli accensa flagris verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat; si voluntate, septem annos pœniteat; si casu, quinque: quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiet communionem.

IV.

De adulterio.

Adulterium dicitur, cum quis alterius violat uxorem vel sanctimonialem. Adulter vocatur violator maritalis pudoris, eo quod alterius torum polluit. Si episcopus adulterium commiserit, duodecim annos pœniteat, presbyter decem, diaconus septem, subdiaconus quinque, clerici & laici tres. Si autem in conscientia populi devenerit, extra ecclesiam fiant, & inter laicos pœniteant quamdiu vivunt. Si qua femina cum conscientia mariti fuerit adulterata, & ipse consenserit habitare cum ea, placuit nec in finem dandam eis esse communionem. Si vero eam reliquerit, post quintum annum accipiat communionem. Et si quis vir, vel si femina usque in finem mortis suæ cum aliena femina, vel ipsa cum altero viro, fuerint adulterati, placuit nec in finem percipere communionem.

V. Si

V.

Si quis pontifex faciens fornicationem, secundum humaniorem diffinitionem septem annos pœniteat; presbyter quinque, diaconus quatuor, subdiaconus tres, clerici & laici duos. Si cum sanctimoniali, intelligant se adulterium perpetrasse, secundum antiquam constitutionem plus addatur jejunium, episcopus decem annos pœniteat: presbyter septem, diaconus quinque, subdiaconus quatuor, clerici & laici tres. Qui sæpe faciunt fornicationem, sive clerici, sive laici, sive feminæ, primus canon judicavit ut septem annos pœniteat. Sed si pauerint, humanius definierunt ut tres annos eorum pœnitentia sit.

VI.

In canone Neocæsariense ita habetur: Placuit ut si quis concupiscens mulierem, etiamsi ejus concupiscentia desiderium habeat, non autem subsequuntur effectus, manifestum est hunc fuisse per divinam gratiam liberatum. Ridiculosum est ut pro tactu vel osculo & amplexu mulierum quis damnatus inveniatur.

VII.

Si quis in altare ubi reliquiæ habentur, vel in euangelio perjurium incurrerit, secundum antiquam diffinitionem septem annos pœniteat. Qui alium in perjurium ignorantem inducit, & ipse similiter septem annos pœniteat. Qui autem deductus est ignorans, & postea recognoscit, duos annos pœniteat. Qui vero suspicatur quod in perjurium deducatur, tamen jurat per consensum, & ipse similiter duos annos pœniteat. Si quis coactus pro qualibet culpa causa necessitatis, tres annos pœniteat. Si quis vero in manu episcopi, vel presbyteri, vel in cruce consecrata, secundum antiquam diffinitionem tres annos pœniteat. Humanius unum annum diffinierunt.

VIII.

Placuit, secundum antiquam diffinitionem, si quis episcopus, presbyter aut diaconus in consuetudinem habuerit vitium ebrietatis; aut desinat, aut deponatur. Sed humanius diffinierunt, ut episcopus, presbyter aut diaconus per ebrietatem vomitum facientes quadraginta dies pœniteant: clerici & laici facientes septem dies. Si presbyter aut diaconus pro infirmitate, aut quia longo tempore se abstinuerunt, & in consuetudine non erit ejus multū manducare & bibere, & præ gaudio natalis domini aut paschæ, saltem pro alicujus sanctorum commemoratione hoc fecerunt, & tamen plus non acceperunt quam decretum est a senioribus, nihil eis nocuit. Prorsus quicumque taliter inebriatur, ut statum mentis mutet, & lingua balbutiet, & oculi turbentur, & ventris distensione dolor insequatur, & tunc evomuerit eucharistiam, episcopus nonaginta dies pœniteat, presbyter septuaginta, diaconus quadraginta, subdiaconus viginti, clerici & laici decem. Et si canes comedant tale vomitum, centum dies pœniteant; si non sciunt, quadraginta. Si infirmitas id agere compulerit, in domini pendeat arbitrio. Qui cogit aliquem humanitatis gratia ut inebrietur, ut ebrius pœniteat: si per odium aut pro aliqua nequitia, judicio sacerdotis pœniteat, hoc est quadraginta dies.

A

IX.

Si quis furtum capitale commiserit, id est aurum, argentum, quadrupedes, vel domos effregerit, si potest reddere quod injuste abstulit, multum breviavit pœnitentiam ejus: sin autem, quinque annos pœniteat. Quod si sæpe illud fecerit, septem annos pœniteat. Humanius tres annos diffinierunt. Si puer amplius decem annorum fecerit furtum, quadraginta vel viginti dies pœniteat, prout ætas est & qualitas eruditionis. Pro modico furto, viginti dies pœniteat. Puer decem annorum, aliquid furti faciens, septem dies pœniteat.

De furto.

X.

Prohiberi placuit ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit accepto non ferant: si post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporum a communione esse arcendos.

De idololatria.

B

XI.

Incesti dicuntur, qui proprie illicitam commixtionem perpetrant. Vocati incesti quasi incasti. Incesti namque tales dicti sunt, si filius cum matre, si frater cum sorore, si quis novercam duxerit, aut cognatam, si quis consobrinus consobrinam, aut sororis filiam, si quis relictæ avunculi misceatur aut patrui, vel privignæ concubitu polluatur, vel qui duas sorores, aut illa quæ duos fratres. Si quis filius cum matre tam funestum atque "necessarium vitium perpetraverit, secundum antiquam diffinitionem inermis quindecim annos cum fletu & luctu pœnitentiæ, & uxorem nunquam accipiat, & ex his septem annos extra metas ipsius terræ exul fiat, & non communicet nisi urgente mortis periculo. Si cum filia & sorore, simili sententiæ subjaceat. Si cum nepte vel cum matre, vel quæ superius nominatæ sunt, secundum paternam diffinitionem, duodecim annos se pœnitentiæ subdat, & uxorem nunquam accipiat, & ille vir arma relinquat & exul fiat, nec communicet, nisi imminente diei mortis periculo. Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores habuerit, a communione abstineantur usque ad mortem, in mortem autem eis detur communio pro misericordia. Si vero supervixerint communione accepta, & de infirmitate convaluerint, agant plenam pœnitentiam tempore constituto in eodem concilio. Si quis post obitum uxoris suæ sororem duxerit, & ipsa fuerit fidelis, quinquennium a communione placuit abstineri, nisi forte dari pacem velocius necessitas coegerit infirmitatis.

De incestis.

C

" nefarium arbitror esse legendum.

D

XII.

Delator dictus, eo quod detegit quod latebat. Si quis delator extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit præscriptus vel interfectus, placuit nec in finem percipere communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Sed sic humanius definierunt, post tres annos percipere communionem.

De delatoribus.

E

XIII.

Falsus testis prout est crimen abstinebitur: si tamen non fuerit mortale quod objicit, & probare nequiverit crimen quod impegit, biennii tempore abstinebitur: si autem probaverit, convento clero placuit per quinquennium abstineri.

De falsis testibus.

XIV.

Si quis episcopum, vel presbyterum, vel diaconum falsis criminibus appetierit, & probare nequi-

De iis qui accusāt, nec probant.

nequiverit, nec in finem dandam eis esse communionem censuimus.

XV.

De odio.

Odium pax pellit. Quicumque fratrem suum oderit, necesse est ei ut reconcilietur. Sciat se unusquisque, quamdiu in corde tenuerit odium, tamdiu in pane & aqua pœnitentiæ subdi. Quia si homo homini servat iram, a Deo non potest quærere medelam, dicente domino: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.*

Luc. 6.

XVI.

De auguriis vel divinationibus.

Augures dicuntur, qui in volatus avium vel voces intendunt. Harioli sunt, qui circa aras idolorum sacrificant. Auspicia sunt quæ ab itinerantibus observantur. Si quis auguria, auspicia, divinationes, vel qui votum voverit præter ecclesiam, vel qui divinationes faciunt in incantationibus suis, quod omnino diabolicum est, tres annos pœniteant. Humanius, duos vel unum, aut dimidium juxta qualitatem peccantium.

XVII.

De mulieribus fornicariis & abortum facientibus.

Si qua mulier fornicaverit, & infantem occiderit qui exinde fuerit natus, & quæ studuerit abortum facere, & quod conceptum est necare, aut certe ut non concipiat elaborare, sive ex adulterio, sive ex legitimo conjugio; has tales mulieres in morte recipere communionem priores canones decreverunt: nos tamen pro misericordia sive tales mulieres, sive conscias scelerum ipsarum, decem annos agere pœnitentiam judicamus. Si mulier paupercula occiderit filium suum, in canone septem annos dicit pœnitentiam ejus. Mulier quæ concipit & occidit filium aut filiam in utero ante quadraginta dies, unum annum pœniteat: si post quadraginta dies, homicida pœniteat. Si per culpam sine baptismo, tres annos pœniteat; sine culpa, tres quadragesimas. Illæ namque quæ infantes suos opprimunt negligenter, ut homicidæ pœniteant: sin aliter, in judicio pendeat sacerdotis.

XVIII.

De virginibus corruptis.

Si quis virginem corruperit, nec eam postea sibi uxorem acceperit, aut in sponsam alterius tale facinus attentaverit, secundum antiquam diffinitionem quinque annos pœniteat. Humanius autem tres annos diffinierunt. Si quis sponsæ alterius hominis sorori ejus forsitan intulerit, eique inhæserit tamquam suæ, & sibi expetendam se copulaverit, hanc autem deceptam postea uxorem duxerit desponsatam: illa vero quæ vitium passa est, si forsitan necem sibi intulerit, omnes hi qui hujus facti conscii, decem annos pœniteant secundum canonum institutionem: sed nonnulli septem annos diffinierunt.

XIX.

De his qui rebaptizati sunt quomodo pœniteant.

De his qui in prævaricatione rebaptizati sine aliqua necessitate; placuit ut circa eos illa Nicæni statuti serventur, id est ut septem annos inter catechumenos, & duos inter laicos, & postea moderatione & clementia fidelibus in oblatione & eucharistia communicent.

XX.

De violatoribus sepulcrorum.

Si quis clericus aut laicus in demoliendis sepulcris deprehensus fuerit, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguineum dicitur, oportet in tali scelere proditum a clericatus ordine submoveri, & pœnitentiæ triennio deputari.

XXI.

De Sodomitis.

Si quis ordinatus in scelere Sodomitico coinquinatus fuerit, quod intantum coram Deo abominabile describitur vitium, ut etiam igne & sulphure eorumdem civitates legantur subversæ, decem annos secundum antiquam constitutionem pœniteat. Quidam humanius septem annos diffinierunt. Illi autem qui nesciunt vim hujus flagitii, tres annos præfixerunt ut pœniteant. Pueri vero qui illud exercere sciunt, oportet ut emendare festinent, videlicet quinquaginta dies pœniteant, insuper & verberibus afficiantur: quia necesse est ut seges quæ male pullulat resecetur.

XXII.

De his qui se animalibus commiscuerint.

Si quis autem post vicesimum annum habens uxorem in hoc fœdissimo vitio corruerit; si cum bucula, decem annos pœniteat, & lac ejus nec caro manducetur, sed canibus tradatur. Cum ceteris vero animalibus secundum humaniorem diffinitionem, juniores ætates minusque capaces septem annos pœniteant, aut tres, aut unum.

XXIII.

De maleficiis.

Maleficia dicuntur quæ malefacte vel credite auctores suos excruciant, & ad ima demergunt, nisi pœnituerint. Si quis maleficus aut malefica filium suum aut filiam supra tectum aut in fornace pro sanitate febrium posuerit, vel quando luna obscuratur, vel clamoribus suis, vel maleficiis sacrilego usu se defensare posse confidunt, vel ut frater in honore Iovis vel Beli aut Iani, secundum paganam consuetudinem, honorare præsumpserit, placuit secundum antiquam constitutionem sex annos pœniteant. Humanius tres annos judicaverunt.

XXIV.

De pollutione.

Si quis per impugnationem mentis violenter coinquinatus est, septem dies pœniteat, vel quousque cogitatio vincatur. Qui in somnis voluntate pollutus est, surgat cantetque genua flectendo septem psalmos pœnitentiales, id est *Domine ne in furore*, & ceteros; & in mane triginta psalmos cantet. Volens autem in somnis peccare, si pollutus fit sine voluntate, duodecim psalmos cantet. Peccans non pollutus tredecim psalmos cantet. In somno peccans, si ex cogitatione pollutus, viginti duos psalmos cantet: si in somno peccans sine cogitatione, duodecim psalmos cantet. Si semen fuderit in ecclesia dormiens, cantet psalterium, vel tres dies pœniteat: si voluntarie semen fuderit in ecclesia mala cogitatione, si clericus est quatuordecim dies, diaconus viginti duos, presbyter quadraginta, episcopus quinquaginta. Sed est in eadem illusione valde necessaria discretio, quæ subtiliter pensari debeat: ex qua re accidit menti dormientis, aliquando ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate, aliquando ex necessitate, aliquando ex infirmitate. Omni modo hæc illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulit.

XXV.

De menstruo.

Vir ad mulierem menstruo tempore non accedat: quod si fecerit, quadraginta dies pœniteat. Mulieres menstruo tempore in ecclesiam non intrent: quod si præsumpserint, ut tres hebdomadas pœniteant, nonnulli patres ita definierunt. Si qua mulier consuetudine menstrua patitur, prohiberi in ecclesiam intrare non debet, quia naturæ superfluitas ei in culpa non valet reputari, & per hoc quod invita patitur,

tur, justum non est ut ab ingressu ecclesiæ privetur. Novimus namque quod mulier quæ fluxum patiebatur sanguinis, post tergum domini humiliter veniens, vestimenti ejus fimbriam tetigit, atque ab ea statim sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit domini vestimenta tangere, cur quæ menstrua patitur sanguine, ei non liceat domini ecclesiam intrare? Si igitur bene præsumpsit, quæ vestimentum domini in languore posita tetigit, quod uni ex persona infirmitatis conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus quæ naturæ suæ vitio infirmantur? Sanctæ autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debent prohiberi. Si autem ex veneratione magna accipere non præsumit, laudanda est; sed si susceperit, non dijudicanda. Menstrua enim consuetudo mulieribus non aliqua culpa est, videlicet quia naturaliter accidit.

XXVI.

[...]is qui [...]ibus [...]ant.

Qui immolat dæmonibus in minimis causis, id est ad fontes, vel ad arbores, unum annum pœniteat. Qui in machinis dæmonibus immolaverit, secundum canonicam institutionem decem annos pœniteat. Sed humanius septem annos diffinierunt. Vt arbitror, dæmoniis in machinis immolare, est suis turpissimis imaginationibus credere, vel cum per quasdam quas sanctorum sortes falso vocant divinationis scientiam profitentur, sive in præcantationibus, sive in characteribus, vel in quibuscumque rebus suspendendis atque ligandis, in quibus omnibus ars dæmonum ex quadam pestifera societate hominum & angelorum malorum exorta. Vnde vitanda sunt a Christianis, & omni penitus execratione repudianda atque damnanda.

XXVII.

[...]deli- [...]onju- [...]fi cũ [...]i pec- [...]nt.

Si quis fidelis homo habens uxorem, cum Iudæa vel gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod si eum alius detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ sociari communioni.

XXVIII.

[...]chari- [...]egle-

Si quis eucharistiam, id est sacrificium, causa negligentiæ perdiderit, unum annum vel tres quadragesimas pœniteat. Quod si in terram causa negligentiæ ceciderit, quinquaginta psalmos cantet. Qui negligit sacrificium, ita ut vermes in eo inveniantur, aut colorem saporemque perdiderit, triginta vel viginti dies pœniteat, & in ignem accendatur. Qui fundit calicem in finem missæ solennitatis, quadraginta dies pœniteat. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat, & linteamina quæ tetigerit stilla per tres abluantur vices, calice subterposito; aqua ablutionis in ignem projiciatur.

XXIX.

[...]ffoca- [...]san- [...]non [...]o.

Suffocatum dicimus quod sine sanguinis effusione perimitur, vel quod in laqueo necatur. Si quis a lupo vel a cane aut in laqueo suffocatum invenerit, nullatenus manducetur: nec sanguinem alicujus bestiæ quis manducare aut bibere præsumat. Quod si quis fecerit, quadraginta dies pœniteat.

XXX.

[...]iversis [...]tibus- [...]ulpis.

Siquis autem per temeritatem baptizavit non ordinatus, abjiciendus est & ab ecclesia, & nunquam ordinatus sit. Si quis pœnitentiam vel baptismum negaverit episcopus & presbyter, reus erit animarum, dicente domino: *In quacumque die peccator conversus fuerit, vita vivet & non morietur.* Confessionem suam unicuique soli Deo, si necesse est, licet facere. Si quis abrenuntiaverit sæculo, & postea reversus fuerit in sæcularem habitum, secundum antiquam diffinitionem septem annos pœniteat. Si quis contempserit indictum jejunium contra decreta seniorum, quadraginta dies pœniteat: si vero in quadragesima hoc fecerit, annum integrum. Si quis contempserit Nicænum concilium, & fecerit pascha cum Iudæis decimaquarta luna, exterminabitur ab omni ecclesia in mortem suam, nisi pœnitentiam egerit. Si quis in die dominico per negligentiam jejunaverit, totam hebdomadam abstinere debet. Si illud iteraverit, quadraginta dies pœniteat. Si qua mulier cum altera coitum fecerit, quatuor quadragesimas pœniteat. Molles unum annum pœniteant. Si quis vir cum uxore sua retro nupserit, corripiendus est ne faciat, & in seipso pœniteat. Si qua mulier ante mundum sanguinem ecclesiam intraverit, quia nec in usu habetur, quadraginta dies pœniteat. Si his temporibus nupserit, viginti dies pœniteat. Qui nupserit die dominico, petat a Deo indulgentiam, & unum vel tres dies pœniteat. Qui causa invidiæ detrahit fratrem suum, vel libenter audit detrahentem, septem dies pœniteat. Si quis clericus venationes exercuerit, unum annum pœniteat, diaconus duos, presbyter tres. Si quis per iram alium percusserit, aut debilitaverit, quadraginta dies pœniteat. Si quis aream aut domum cujuscumque voluntarie igne cremaverit, secundum antiquam diffinitionem tres annos pœniteat. Si quis cujuslibet hominis voluntarie membrum truncaverit, tres annos pœniteat: humanius unum annum diffinierunt. Qui morticinia comederit inscius, viginti dies pœniteat; sciens, quadraginta. Quicumque furtivum comederit, & scit, si pauper est vel hebes, septem dies pœniteat; sani qui sciunt, quadraginta; qui sæpe hoc faciunt, tres quadragesimas. Qui comederit vel biberit sordidatum a cane vel a mure, quinquaginta psalmos cantet; sæcularis tres dies pœniteat. Qui dederit alicui liquorem, in quo mus vel mustella mortua inveniuntur, septem dies pœniteat: qui postea noverit quod tale potum biberit psalterium cantet; sæcularis tres dies pœniteat. Si in farina, aut in aliquo sicco cibo, aut in melle, in oleo, aut in lacte coagulato, mus vel mustella mortuæ inveniuntur, quod circa corpora eorum est projiciatur; reliqua aqua sancta conspersa, sana sumantur mente. Si piscis in piscina mortuus fuerit inventus, nullatenus manducetur, & si quis manducaverit septem dies pœniteat.

Ezech 33.

XXXI.

De his qui pœnitentiã petunt in infirmitate.

Si casu, dum ad eum sacerdos invitatus veniet, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesi inventus fuerit, dent testimonium hi qui eum audierant, & sic accipiat pœnitentiam; & si continuo creditur moriturus, infundatur ori ejus eucharistia, & in domini pendeat arbitrio. Si supervixerit, commoneatur a supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, & subdatur pœnitentiæ tempus.

XXXII.

De his qui quacumque violentia sibi mortē inferunt.

Item placuit ut hi qui sibiipsis aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut suspendium, aut quolibet modo violentiam inferunt mortis, nullus in oblatione commemorationem faciat eorum, neque cum psalmis eorum corpora ad sepulturam deportentur. Multi enim hoc sibi per ignorantiam usurparunt. Similiter & de his placuit qui pro suis sceleribus puniuntur.

XXXIII.

De his qui injuste de gradu suo ejecti fuerunt.

Episcopus, presbyter, aut diaconus, si gradu suo injuste dejectus, in secunda synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat. Quod si episcopus fuerit, recipiat coram altare de manibus episcoporum orarium & baculum; si presbyter, orarium & planetam; si diaconus, orarium & albam; subdiaconus patenam & calicem. Sic & reliqui gradus ad reparationem sui suscipiant, quæ cum ordinarentur perceperant.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Concinnatum ex sanctis patribus veterumque conciliorum canonibus a venerabili, ut volunt, Beda libellum pœnitentialem judiciis Gregorii III. papæ subjecissemus tamquam huic maxime loco convenientem. Verum cum a regio collectore in Luparea editione Egberti Eboracensis archiepiscopi excerptionibus adnexus sit, nos illius ordinem interturbare noluimus hac in antecessum admonitione contenti. Illi porro plura ad marginem pagellarum inscripsimus ex Antonii Augustini archiepiscopi Tarraconensis annotationibus selecta. Addidimus quoque ejusdem Egberti dialogum brevem de institutione ecclesiastica per interrogationem & responsionem anno 1664. editum primo Dublinii cum duabus Bedæ epistolis a Ioanne Vvaræo equite aurato.

ANNO CHRISTI 731.

[a] CONCILIUM ROMANUM I. IN CAUSA GREGORII PRESBYTERI legati sedis apostolicæ,

Anno DCCXXXI. celebratum sub Gregorio III.

[a] *Concilium.*] Ad extirpandam Iconoclastarum hæresin scripserat Gregorius ad Leonem imperatorem epistolam adhortatoriam, qua eum ab errore avocare conabatur: hanc Gregorius presbyter legationis apostolicæ munere functurus acceperat, ut eam imperatori coram traderet; sed humano terrore motus non porrexit. Quod cum ille Romam reversus pontifici enarrasset, literasque acceptas agnita culpa reddidisset, hac synodali congregatione sententiam depositionis a presbyterio incurrisset, nisi cœtus episcoporum præsentium pœnam deprecati fuissent. Rem gestam narrat Anastasius supra in vita Gregorii his verbis: *Fuit temporibus Leonis*, &c.

ANNO CHRISTI 732.

[a] CONCILIUM ROMANUM II. PRO IMAGINUM CULTU CELEBRATUM, Anno DCCXXXII. sub Gregorio III.

[a] *Concilium.*] Gregorium presbyterum secunda vice cum literis commonitoriis ad Leonem imperatorem destinaverat pontifex: quem cum imperator Iconomachus in Sicilia aliquamdiu retinuisset, ablatisque scriptis in exilium amandasset; collecto hac de causa Romæ nonaginta trium episcoporum concilio, primum ad confirmandas antiquas patrum traditiones de usu sacrarum imaginum constitutum edidit, eosque diro anathemate percussit, qui huic decreto adversarentur. Additum præterea ex synodo, ad eumdem imperatorem commonitoriam epistolam mittendam esse. Habet hæc omnia Anastasius supra in vita Gregorii III. his verbis. *Majore fidei ardore permotus Gregorius papa synodale fecit decretum*, &c.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA ZACHARIÆ PAPÆ.

ANNO CHRISTI 741.

[a] ZACHARIAS, natione Græcus, ex patre Polychronio, [b] sedit annos decem, menses tres, * dies quatuordecim. Vir mitissimus, atque suavis, omnique bonitate ornatus, amator cleri & omnis populi Romani, tardus ad irascendum, & velox ad miserandum, nulli malum pro malo reddens, neque vindictam secundum meritum tribuens, sed pius ac misericors a tempore ordinationis suæ omnibus factus, etiam & his qui ante sui fuerant persecutores bona pro malis reddidit, eosque honoribus promovens simul & facultate ditavit. Hic invenit totam * Italiam provinciam valde turbatam, simul & ducatum Romanum, persequente Luithprando Longobardorum rege ex occasione * Trasimundi ducis Spoletani, qui in hac Romana urbe, eodem rege persequente, refugium fecerat. Et dum a prædecessore ejus beatæ memoriæ Gregorio papa, atque ab Stephano quondam patricio & duce, vel omni exercitu Romano prædictus Trasimundus redditus non fuisset, obsessione facta, pro eo ab eodem rege ablatæ sunt a Romano ducatu civitates quatuor, id est Ameria, * Hortas, Polimartium, & Blera. Et sic isdem rex ad suum palatium est reversus per mensem Augustum, indictione septima. Trasimundus vero dux, habito consilio cum Romanis, collectoque generali exercitu ducatus Romani, * ingressi sunt per duas partes in fines ducatus Spoletani. Qui continuo timore * ductus, præ multitudine exercitus Romani, eidem Trasimundo se subdiderunt Marsicani, & Forconini, atque * Baluenses, seu Prinéses. Deinde ingressi per * Sabinense territorium venerunt in Reatinam civitatem. * Qui Reatini continuo & ipsi se subdiderunt. Exinde pergentes * ingressus est Spoletum per mensem Decembris prædicta indictione. Eratque magna turbatio inter Romanos & Longobardos. Quoniam & Beneventani & Spoletani cum Romanis * tenebant. Sed dum idem Trasimundus Spoletanus dux noluit implere quæ prædicto pontifici & patricio simul & Romanis promiserat pro recolligendis quatuor civitatibus quæ pro eo perierant, & aliis quæ spoponderat capitula, & prænominatus rex * ad motionem contra ducatum Romanum se prepararet, in his prædictis beatæ memoriæ Gregorius papa divina vocatione ex hac luce subtractus est, & divino nutu prænominatus sanctissimus Zacharias in pontificatum est electus. Cui omnipotens Deus tantam contulit gratiam, ut etiam pro salute populi Romani suam ponere animam non dubitaret. Missa igitur legatione apud jam dictum regem Longobardorum, salutaria illi prædicavit. Cujus sancti viri admonitionibus inclinatus, prænominatas quatuor quas a * ducatu Romano abstulerat civitates reddere promisit. Dumque

* dies ...
* Italiæ ...
* Trasa mundi
* Ortas
* ingressi est
* ducti
* Valver ses, atq Pennens[es]
* Persia mense, Ravenn[a]e se
* quibus
* ingressi sunt Spo[le]tinum
* juncti erant.
* admo[ni]tione ex[er]citus fa[cta]
* duce

Dumque, motione militum facta ad comprehendendum Trasimundum ducem Spoletanum conjungeret se, exhortatione sancti viri, exercitus Romanus, in adjutorium prædicti regis * egressi sunt. Et dum ipse Trasimundus suam deceptionem conspiceret, egressus a Spoletana civitate sese prædicto tradidit regi. Dumque isdem * rex protraheret dilationem ad reddendum juxta suam promissionem jam * factam quatuor civitates, prænominatus pontifex, ut vere pastor populi sibi a Deo crediti spem ponens in Deum, egressus ex hac Romana civitate cum sacerdotibus & clero perrexit fiducialiter & audacter ad ambulandum in locum Interamnensium urbis, ubi in finibus Spoletanis ipse residebat rex. Qui dum in Ortanam convenisset civitatem, ipseque rex ejus cognovisset adventum, misit Grimoaldum missum suum, qui ei obvius factus usque ad Narniensem perduxit civitatem. Ad cujus sancti viri adventum obviam jam nominatus rex misit duces, satrapas suos, * pluremque exercitum, & a Narniensium civitate octavo fere milliario eodem rege eum suscipiente. Sextæ feriæ die perrexerunt ad basilicam beati Valentini episcopi & martyris, sitam in prædicta Interamnensium urbe ducatus * Spoletini. Ante cujus fores basilicæ isdem rex cum reliquis optimatibus & exercitu suo sanctum virum suscepit. Factaque oratione * mutua, & salutatione sibi persolventes, dum divinis fuisset ab eo commonitus colloquiis, impensaque caritate ab eadem egressus ecclesia in ejus obsequium rex dimidium fere milliarium perrexit, & sic in suis tentoriis uterque eadem feriæ sextæ die sunt morati. Sabbato vero iterum convenientes, divina perfusus gratia, Deo placitis admonitionibus eum est allocutus, prædicans * ei ab hostili motione & sanguinis effusione quiescere, & ea quæ pacis sunt semper sectari. Cujus piis eloquiis flexus, * & constantiam sancti viri & admonitionem admiratus, omnia quæcumque ab eo petiit, per gratiam Spiritus sancti obtinuit, & prædictas quatuor civitates, quas ipse ante biennium per obsessionem factam pro prædicto Trasimundo duce Spoletano abstulerat, eidem sancto cum eorum habitatoribus redonavit viro. Quas & per donationem firmavit in oratorio salvatoris sito intra ecclesiam beati Petri apostoli in ejus nomine ædificato. Nam & Sabinense patrimonium, quod per annos prope triginta fuerat ablatum, atque Narniense etiam & Auximanum, atque Anconitanum, necnon & * Numanatense, & vallem quæ vocatur Magna, sitam in territorio Sutrino, per donationis titulum ipsi beato Petro apostolorum principi reconcessit, & pacem cum ducatu Romano ipse rex in viginti confirmavit annos. Sed & captivos omnes quos detinebat ex diversis provinciis Romanorum, missis literis suis tam in Tusciam suam quamque trans Padum, una cum Ravennatibus captivis, Leonem, Sergium, Victorem, & * Agnellum * consules prædicto beatissimo redonavit pontifici. In prædicta vero basilica beati Valentini, per ejusdem regis petitionem, in locum * Consignensis antistitis, qui transierat, alium ordinavit episcopum. In cujus consecratione dum adesset ipse rex cum suis judicibus, compunctione inspirationis divinæ, tanta orationis dulcedine illa ab eo sunt prolata, ut cum sanctum virum conspicerent fundere preces, plures ex eisdem Longobardis ad lacrymas sint permoti. Eodem vero die dominico post peracta missarum solennia ad prādium eumdem regem ad apostolicam benedictionem suscipiendam ipse beatissimus pontifex invitavit. Ubi cum tanta suavitate esum sumpsit, & hilaritate cordis, ut diceret ipse rex tantum se nunquam meminisse * comessatum. Alia vero die, quæ fuit secunda feria, vale faciens ei ipse rex, misit in ejus obsequium * Agiprandum ducem Clusinum nepotem suum, seu Tacipertum castaldum in ejus obsequium, & * Ramingum castaldum Tuscanensem, atque Grimoaldum, qui eidem sancto viro usque ad prædictas civitates obsequium facerent: easdemque civitates cum suis habitatoribus traderent, quod & factum est: in primis Amerinam civitatem, deinde Hortanam. Dumque in Polimartio castro convenissent, eumque recepisset, & fuisset itineris longitudo per circuitum finium reipublicæ eundi usque in Bleranam civitatem per partes Sutrinæ civitatis per fines Longobardorum Tusciæ, quia de propinquo erat, id est per castrum * Viterbium, ipse missus regis Grimoaldus eumdem beatissimum pontificem perduxit usque ad Bleranam civitatem. Quam & ipsi sancto viro prænominatus Ramingus castaldus, & jam dictus Grimoaldus missus contradiderunt. Et sic regressus est Deo propitio cum victoriæ palma in hanc urbem Romam. Qui etiam omnem populum aggregans, eos est allocutus, ut ad persolvendas omnipotenti Deo gratiarum actiones ab ecclesia Dei genitricis, quæ vocatur Ad martyres, egressi omnes cum litania generaliter properarent ad beatum principem apostolorum, & ita factum est. His autem expletis decima indictione, in subsequenti undecima indictione, dum nimium opprimeret prædictus rex provinciam Ravennatium, fuissetque præparatus ad motionem faciendam, & obsidendam Ravennatium urbem, cognita * motione ejusdem regis, Eutychius excellentissimus patricius & exarchus una cum Ioanne archiepiscopo ecclesiæ Ravennatis, atque universo populo prædictæ civitatis, ac civitatum Pentapoleos & Æmiliæ, facta in scriptis obsecratione prædicto sancto miserunt viro, petentes ut pro eorum * curreret liberatione. Qui sanctus vir missa legatione & muneribus ad obsecrandum eumdem regem per Benedictum episcopum & vicedominum atque Ambrosium primicerium notariorum, petiit ut a * motione cessaret, & Cæsenatense Ravennatibus redderet castrum, sed passus non est. Cujus dum duram perseverantiam conspiceret jam nominatus sanctissimus vir, trophæo fidei munitus, relicta Romana urbe jam dicto Stephano patricio & duci ad gubernandum, non sicut mercenarius, sed sicut vere pastor relictis ovibus, ad eas quæ perituræ erant redimendas occurrit. Quo egresso itinere dum se orationibus commendaret beato apostolorum principi Petro cum suis sacerdotibus & clero, cum viatoribus nutu omnipotentis Dei, ut non calore urerentur per diem usque ad locum ubi tentoria figebant, nubes eos tegebat, quæ ad vesperum * residebat. Alio autem die in eorum protectione erat divinitus instituta, cui obviam occurrit denominatus excellentissimus exarchus usque ad basilicam beati Christophori positam

Marginal notes (right): * comedisse al. a se comesum. * Aldeprandum * Raningū * Laterniū * munitione * occurreret * munitione * recedebat.

Marginal notes (left, partly cut off): …ssus …hprā- …fatas …num. …etani. …uam …tio- …con- …a, …ima- …ellum …ulares …sen- …l. Cō- …ni

positam in loco qui vocatur ad Aquilam, quinquagesimo fere millliario a Ravennatium urbe. Ipsa vero nubes cum eis usque ad basilicam sancti Apollinaris in Ravennatium urbem tegendo conviavit. Exinde factum est signum, ut sanctum pontificem quo erat iturus in Ticinensium urbē acies igneæ in nubibus præcederent. Egressus autem de civitate Ravennatensi, viri ac mulieres diversi sexus & ætatis agentes gratias omnipotenti Deo profusis lacrymis eumdem sanctum susceperunt pontificem, clamantes atque dicentes: * Bene venit pastor noster, qui suas reliquit oves, & ad nos qui perituri eramus liberandos occurrit. Ex eadem quoque Ravennatium urbe misit papa ad prænominatum regem, Stephanum presbyterum & Ambrosium primicerium, qui annuntiarent ei suum adventum. Qui viri ingressi in * finibus Longobardorum, in civitatem quæ vocatur Imola, cognoscentes qui * præpeditionem nitebantur facere prædicto sancto viro, ne illuc ambularet, per epistolam scriptam per noctis silentium nuntiaverunt. Quo cognito jam nominatus pontifex, lucescente die sabbato, non mortis timore perterritus, sed Christi fretus auxilio, audacter egressus de Ravennatium urbe in * finibus Longobardorum ingressus, sequipes factus est suis missis. Quos quidem præcedentes ante eum, jam dictus rex dolore perculsus suscipere noluit. Ipse vero summus pontifex vigesimo octavo die mensis Iunii ad Padum convenit. Vbi & ad suscipiendum eum ipse rex suos misit optimates. Cum quibus Ticinum conveniens, ubi ipse residebat rex, foris muros ejusdem civitatis pertransiens ad horam orationis nonam pro vigiliarum beati apostolorum principis Petri celebrandis solenniis missarum, in basilicam ejus, quæ vocatur Ad cælum aureum, perrexit. Et post * completam oblationem in eamdem urbem ingressus, moratus est. Alio quoque die, pro natali celebrando ipsius principis apostolorum in prędicta ecclesia a prænominato rege invitatus, missarum solennia celebravit. Ibique mutuo se invicem salutantes, pariter susceperunt cibos, & sic in prænominatam civitatem regressi sunt. Quem sanctum virum alio die isdem rex per optimates suos ad suum palatium procedere invitavit. * Et ab eodem rege nimis honorifice susceptus salutaribus monitis eum allocutus est, obsecrans ne amplius Ravennatium provinciam oppnimeret facta motione, sed magis & ablatas Ravennatium urbes sibi redonaret, simul & castrum Cæsenatense. Qui prædictus rex post multam duritiam inclinatus est fines Ravennatium urbis dilatare, * sicut primitus detinebantur. Et duas partes territorii Cæsenæ castri ad partem reipublicæ restituit. Tertiam vero partem de eodem castro sub obtentu retinuit, inito constituto, ut usque ad Kalendas Iunias, dum ejus missi a regia reverterentur urbe, idem castrum, & tertiam partem, quam pignoris causa detinebat, parti reipublicæ restitueret. Post hæc autem is ipse rex egressus de loco in locum usque ad Padum * eidem sancto viro conviatus eum deduxit. In quo loco ei vale faciens, cum digna ordinatione eum ad repedandum absolvit, dans in obsequium ejus duces & primates suos, sed & alios viros, qui sæpedicta Ravennatium territoria, & Cæsenam redderent, & ita factum est. Operatus est autem Deus mirabiliter & Ravennatium atque Pentapolensium populos ab oppressione & calamitate qua detinebantur liberavit, & saturati sunt frumento, oleo, & vino. Regressus autem in urbem Romanam cum omnibus qui secum erant, gratias * agentes Deo, denuo natale beatorum principum apostolorum Petri & Pauli cùm omni populo celebravit, & sese in orationibus dedit, petens ab omnipotenti Deo misericordiam, & consolationem fieri populo Ravennatium & Romano ab insidiatore & persecutore illo Luithprando rege. Cujus preces non despiciens divina clementia, eumdem regem ante diem superius constitutum de hac subtraxit luce, & quievit omnis persecutio. Factumque est gaudium non solum Romanis & Ravennatibus, sed etiam genti Longobardorum, quoniam & Aldeprandum nepotem suum, quem ipse reliquerat regem malivolum projecerunt de regno, & Rachisum, qui fuerat dux, sibi Longobardi elegerunt in regem. Ad quem missa * relatione ipse beatissimus pontifex continuo reverētiam principis apostolorum, & ejus precibus inclinatus * usque ad viginti annorum spatium inita pace universus Italiæ quievit populus. Hic in Lateranensi patriarchio ante basilicam beatæ memoriæ Theodori papæ * a novo fecit triclinium, quod diversis marmoribus, & vitro, metallis, atque musivo, & pictura ornavit, sed & sacris imaginibus tam oratorium beati Silvestri, quamque & porticum decoravit. Vbi etiam & omnem substantiam suam per manus Ambrosii primicerii notariorum introduci mandavit. Fecit autem a fundamentis ante scrinium Lateranense porticum atque turrem, ubi & portas æreas, atque cancellos instituit, & * per figuram salvatoris ante fores ornavit. Et per ascendentes scalas in superioribus super eamdem turrem triclinium & cancellos æreos construxit. Vbi & orbis terrarum descriptionem depinxit, atque diversis versiculis ornavit, & omne patriarchium pene a novo restauravit. In magna enim penuria eumdem locum invenerat. Hic in ecclesiis apostolorum principum Petri & Pauli pendentia vela inter columnas ex pallis * Syricis fecit. Hic in ecclesia prædicti principis apostolorum omnes codices domus suæ proprios, qui in circulo anni leguntur ad matutinum, in armarii opere ordinavit. Hic domum * cultam Lauretum noviter ordinavit, adjiciens & massam * Fonteianam, quæ cognominatur * Paunaria.

Hic viginti auri libras pro emendo oleo annue, ut de lucro eorum in * luminariis apostolicis proficiat, instituit. Et constitutum sub anathematis vinculo obligavit. Hic fecit vestem super altare beati Petri ex auro textam, habentem nativitatem domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, ornavitque eam gemmis preciosis. Simulque & vela serica alithyna quatuor, & quæ ornavit * cum rotis, & ornamentis variis auro textis. Item fecit coronam de argento purissimo cum delphinis ex proprio suo, pensantem libras centum viginti. [d] Hic beatissimus vir juxta ritum ecclesiasticum & fidei suæ sponsionem orthodoxam synodicam ecclesiæ misit Constantinopolitanæ, simulque & aliam suggestionem dirigens serenissimo Constantino principi. Et pergentibus apostolicæ sedis responsalibus ad regiam urbem, [e] invenerunt intra palatium regiæ potestatis invasorem quemdam

Marginal notes: * Venit venit — * fines — * proditionem — * fines — * expleta libatione — * Qui — * quos primitus detinebat. — * eumdem sanctum virum conviaus al. comitatus — * ad — * agens — * legatione — * rex — * renovavit — * pergulas al. — * Sericis — * occultam — Laurentum — * Fontinianam — * Paunasis — * luminaribus — * in Rhodiis al. in vestis

quemdam & rebellem, * Artaustum nomine: dum enim iſdem imperator ad dimicandum contra Agarenorum properaſſet gentem, * illico prælatus Artauſtus datis populo qui in regia remanſerunt urbe præmiis, imperiale arripuit ſolium. Et poſtmodum aggregans orientalium exercituum multitudinem * antelatus Conſtantinus princeps, pergenſque Conſtantinopolim, eamdem viriliter expugnans atque extrinſecus circumvallans comprehendit civitatem, & priſtinum regni ſui adeptus eſt faſtigium. Statimque jam fati Artauſti, ejuſque filiorum eruit oculos, & plures ex ſuis rebellibus exules a propriis fecit habitaculis. Poſt hæc requirens * miſſum apoſtolicæ ſedis, qui ibidem in tempore perturbationis contigerat adveniſſe, eumque repertum ad ſedem abſolvit apoſtolicam, & juxta quod beatiſſimus pontifex poſtulaverat, donationem in ſcriptis de duabus * manſis, quæ Nymphas, & Normias appellantur, juris exiſtentes publici eidem ſanctiſſimo ac beatiſſimo papæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ jure perpetuo direxit poſſidendas. Hujus temporibus Carlomannus filius Caroli Francorum regis præſentis vitæ relinquens gloriam, atque poteſtatem terrenam, ad beatum Petrum apoſtolum principem devotus cum aliquantis ſuis advenit fidelibus, ſeſeque eidem Dei contulit apoſtolo, atque in * ſpeciali habitu ſe fore reſpondens permanſurum, clericatus jugum ab eodem ſanctiſſimo ſuſcepit pontifice. Et inter alia multa dona obtulit beato Petro apoſtolo ante confeſſionem arcum argenteum majorem penſantem libras ſeptuaginta. Et poſt aliquantum temporis ad beati Benedicti, quod in Aquinenſium finibus ſitum eſt, profectus eſt monaſterium, in quo & ſuam finiri vitam jure profeſſus eſt jurando. Porro eodem tempore contigit plures Veneticorum hanc Romanam adveniſſe in urbem negotiatores, & mercimonii nundinas peragentes, multitudinem mancipiorum virilis ſcilicet & feminini generis emere viſi ſunt, quos & in Africam ad paganas gentes nitebantur deducere. Quo cognito iſdem ſanctiſſimus pater fieri prohibuit, hoc judicans quod juſtum non eſſet, ut Chriſti abluti baptiſmo paganis gentibus deſervirent. Datoque eidem Veneticis precio, quod in eorum emptione ſe dediſſe probati ſunt, cunctos a jugo ſervitutis redemit, atque more liberorum degendos abſolvit. [f] Ipſis itaque temporibus * Ratchis Longobardorum rex ad capiendam civitatem Peruſinam, ſicut cetera Pentapoleos opida, vehementi profectus eſt cum indignatione, quam & circumdans fortiter expugnabat. Hoc audiens ſanctiſſimus papa, continuo ſpe divina fretus, aſſumptis aliquantis ex ſuo clero, cum optimatibus, quantocius ad eamdem pervenit civitatem. Impenſiſque eidem regi plurimis muneribus atque oppido eum deprecans, opitulante domino, ab * obſeſſione ipſius civitatis eum amovit. Cui & ſalutifera prædicans, Deo auctore, valuit animum ejus ad ſpirituale ſtudium inclinare. Et poſt aliquantos dies iſdem Ratchis rex relinquens regalem dignitatem, devote cum uxore & filiis ad beati Petri principis apoſtolorum conjunxit limina, acceptaque a præfato ſanctiſſimo papa oratione, clericuſque effectus, monachico indutus eſt habitu cum uxore & filiis. Hujus denique temporibus magnum theſaurum dominus Deus noſter in hac Romana urbe per eumdem almificum pontificem propalare dignatus eſt. In venerabili itaque patriarchio ſacratiſſimum beati Georgii martyris iſdem ſanctiſſimus papa in capſa reconditum reperit caput, in quo & * pictacium invenit pariter literis exaratum Græcis, ipſum eſſe ſignificantes. Qui ſanctiſſimus papa omnino hilaris & ſatisfactus, illico aggregato Romanæ urbis populo, cum hymnis & canticis ſpiritualibus in venerabilem diaconiam ejus nominis ſitam in hac Romana civitate, regione ſecunda, Ad velum aureum dictam, illud deduci fecit. Ubi immenſa miracula & beneficia omnipotens Deus ad laudem nominis ſui per eumdem ſacratiſſimum martyrem operari * dignatur. Hujus temporibus defunctus Theodorus major filius * megiſti Cataxanti, ob veniam ſuorum delictorum, prædium, quo ex hereditate fruebatur paterna, ſitum quinto ab hac Romana urbe milliario, via Tiburtina, in quo & oratorium ſanctæ * Cæciliæ eſſe dignoſcitur, beato Petro reliquit. Quod ipſe beatiſſimus papa magnæ conſtructionis fabricis atque picturis decoravit, ampliavitque in eo fines ex omni parte. Data enim digna recompenſatione his qui in vicino ejuſdem loci poſſeſſiones tenere videbantur, nemini vim inferens, ſed magis, ut condecet patri, cuncta ſecus eumdem locum amica pactione precio emit prædia. Et [g] domum cultam beato Petro eumdem locum jure perpetuo ſtatuit permanendum. Quæ domus culta ſanctæ Cæciliæ uſque in hodiernum diem vocatur. Conſtruxit quippe & in ea oratorium ſancti * Abbacyri, ubi & multas ſanctorum condidit reliquias. Quam videlicet domum cultam uſui proprio dominicæ videlicet traditionis deſcripſit. Hic conſtituit aliam domum cultam in decimo quarto milliario ab hac Romana urbe * patrimonium Tuſciæ, & conſtitutionibus obligavit uſui eccleſiæ permanendum, * etiam loca quæ ab Anna relicta quondam Agathonis primicerii beato Petro videntur eſſe conceſſa. Hic maſſas, quæ vocantur Antias & Formias, ſuo ſtudio jure beati Petri acquiſivit, quas & domos cultas ſtatuit.

Et de omnibus ſuperius annexis * domocultis apoſtolicæ * exarationis conſtituta faciens, atque ſacerdotale collegium aggregans, ſub anathematis interdictionibus ſtatuit: nulli quoquo modo ſucceſſorum ejus pontificum, vel alii cuilibet perſonæ licere ipſas domos cultas ab uſu eccleſiæ quoquo modo alienare. Hic fecit veſtem ſuper altare beati Andreæ apoſtoli ad beatum Petrum nimis optimam.

Hic beatiſſimus papa ſtatuit, ut crebris diebus alimentorum ſumptus, qui & eleemoſyna uſque nunc appellatur, de venerabili patriarchio * a paracellariis pauperibus, & peregrinis qui ad beatum Petrum morantur, deportari, eiſque erogari. Nec non & omnibus & inopibus & infirmis per univerſas regiones iſtius Romanæ urbis conſtitutis, eamdem ſimiliter diſtribui ipſe alimentorum conſtituit eleemoſynam. Hujus temporibus contigit ſubito * tegumen tituli B. Chriſti martyris Euſebii cadere. Qui ſanctiſſimus vir cum tota ſua decertans virtute, prudenterque elaborans, ſicut antiquitus fuit, rurſus quod ceciderat reparavit, atque optime reſtauravit. Hic præcipuus pontifex multa loca ſanctorum in meliorem ſtatum perduxit. Et veſtes optimas ſuper altaria earumdem Dei eccleſiarum fecit. Hic dilexit clerum ſuum valde, atque presby-

Marginal notes: * pittaciū; * dignatus eſt.; * regis magnifici Cataxanti; * eccleſiæ; * abbatis Cyri; * in patrimonio; * ut tam loca quam annua relicta quædā; * domibus cultis; * rationis; * a cellariis; * tegumentum

presbyteria eis annue in duplo & amplius tribuit. Omnes utpote pater & bonus pastor amplectens, & utiliter fovens, & penitus quempiam minime tribulari permittens. Hujus itaque temporibus in magna securitate & lætitia populus a Deo illi commissus degens vixit. Hic beatissimus papa suo prudentissimo studio, quos beatæ recordationis Gregorius papa fecit, quatuor dialogorum libros de Latino in Græcum transtulit eloquium, & plures qui Latinam ignorant lectionem per ejusdem lectionis illuminavit historiam. Hic fecit ordinationes tres per mensem Martium, creavit presbyteros 30. diaconos 5. episcopos per diversa loca 85. Qui sepultus est ad beatum Petrum apostolum Idibus Martii, indictione 5. & cessavit episcopatus ejus dies 12.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Zacharias quando pontifex.

a *Zacharias.*] Anno 741. 5. Decembris, qui erat octavus post obitum Gregorii, Zacharias summo omnium consensu creatus est pontifex. Longobardi ad cladem urbi inferendam parati electionem solito citius accelerarunt. Carolus Martellus initio pontificatus Zachariæ defunctus, citra gravem auctoritatem ad inferos delatus esse scribitur a Grat. dist. 16. quæst. 1. post can. 59. Successit illi Carlomannus, qui transacto in regno biennio, relicto sæculo monasticam vitam amplexus est. Hujus temporibus Francorum reges, qui a Meroveo rege Merovingi appellabantur, mollitia, luxu & ignavia sic diffluxerunt, ut sensim præter cassum & inane nomen regis nihil haberent: sed omnia pro imperio & summa sua potestate obtinerent & administrarent qui *majores domus* dicebantur. Et quidem Chilpericus [a] omnium ultimus, qui his temporibus vivebat, nequitia stuporeque animi & ignavia omnes ante se priores vicit & superavit. Qua de causa visum est tum potentissimo majori domus Pippino, aliisque Francorum optimatibus, & populo universo, ut qui regni rem ac vim non haberet, etiam regis nomine careret: & contra, cui regni opes, potentia & virtus adesset, regis quoque nomen gereret. Et quia isti principes ac populi Christiani erant, hæc sua consilia neque posteris rata, neque Deo grata satis futura existimabant, nisi a communi ecclesiæ Christianæ patre ac pastore Christi domini vicario sanctique Petri successore vim & auctoritatem acciperent. Legatos igitur, in quibus facile omnium primus fuit S. Burchardus Herbipolensis episcopus, ad Zachariam Romam miserunt, qui præfata ab eo peterent. Annuit is, decrevitque ac rescripsit, ut detruso in monasterium Chilperico, Pippinum Francorum in Germania & Gallia regem S. Bonifacius renuntiaret & inungeret. Paruit Zachariæ pontifici Bonifacius Moguntinensis ecclesiæ episcopus: Chilpericum (qui & Childericus dicitur) auctoritate sedis apostolicæ exauctoravit, ejusque in locum Pippinum subrogavit. Ita Eginhartus in Caroli Magni vitæ principio. Annal. Francorum anno DCCLI. Paul diac. lib. 22 Marianus Scot. lib. 3. Regino lib. 2. anno dominicæ incarnationis 749. Sigebertus in chron. Lambert. in hist. Germ. Oth. Frising. lib. 5. cap. 21. Ado ætate 6. fol. 213. Aimoinus lib. 4. cap. 61. Recentiores, Naucleros, Æmilios, aliosque plurimos prætermitto. Imo ne ipsi quidem hæretici nostri temporis historiam negant; ut videre est apud Serar. lib. 3. hist. Mogunt. notatione 38 Duas tantum historiæ circumstantias acriter impugnant. Quarum prior est, magna cum injuria Chilperici translationem regni contigisse: posterior est, prædictam translationem, concilii, optimatum & populi consensu citra auctoritatem sedis apostolicæ factam esse. Iustam fuisse regni transferendi causam, his rationibus confirmat Serarius; primo, quod translationem optimi quique fieri postulaverint & exoptarint, & ad impetrandam illam consilio auxilioque cooperati fuerint: secundo, quod sanctus Burchardus Herbipolensis episcopus legationis munere functus apud sedem apostolicam pro futura translatione solicitarit: tertio, quod Zacharias eam fieri mandaverit, & sanctissimus Bonifacius jussu pontificis executus fuerit, quodque divino testimonio approbatam, inter sacros canones 15. quæst. 6. cap. *Alius*, relatam, a nullo historicorum antiquorum, de quibus supra, non laudatam vel improbatam, soli novatores hæretici, novitatis, arrogantiæ & perduellionis amantissimi, suo perverso judicio per contumelias & mendacia dumtaxat improbarint. Auctoritate sedis apostolicæ a Chilperico in Pippinum factam esse translationem, tam expresse omnes, quos supra enumeravi, enarrant historici, ut mirum sit qua fronte novantes hæretici illud in dubium vocare ausint. Nisi prolixitas nimia prohiberet, singulorum verba hoc loco recenserem: quisquis ea in unum locum congesta requirit, Serarii historiam Moguntiacam, notatione 43. legat. An Pippinum sanctus Bonifacius, vel, ut opinantur alii, Stephanus papa II inunxerit, dicam infra in notis ad vitam Stephani II.

Regnum Franciæ a Merovingis transfertur ad Pippinum.

[a] Childericus III.

Iustam fuisse regni translationem probatur contra hæreticos.

Translatio facta est auctoritate apostolica.

Ad postremum illud hoc loco non est prætereundum, ab eodem hoc Zacharia pontifice Pippino regi Francorum concessam esse nominationem, quam vocant, sive postulationem episcoporum pro ecclesiis in regno suo vacantibus. Unde si alibi legas, quod reges Galliæ ecclesiæ episcopos dederint, memineris id non jure proprio, sed concessione sedis apostolicæ factum esse. Frustra itaque hoc argumento freti gloriantur novatores hæretici, qui ecclesiam regibus subjicere conantur. Vide Baronium anno 752.

b *Sedit annos 10. menses 3. dies. 14*] Supra assignatum numerum annorum, & mensium 10 dies decem sedisse, ex initio & fine suscepti pontificatus recte colligitur.

c *Denique idem rex Luithprandus.*] Hæc anno 742. magna omnium admiratione contigerunt. Nam ut inermis vicarius Christi, armatum hostem conveniens vicerit & fugarit, prope miraculum fuisse videtur.

Indictione 11. anno 743. Ex his vide, inquit Baronius, quam injustæ sint querelæ orientalium de Romano pontifice, quod exuerit occidentali imperio orientales imperatores.

d *Hic beatissimus vir.*] A Zacharia pontifice sæpius ad resipiscentiam monitum esse Constantinum Copronymum, testatur Hadrianus papa in epistola ad Constantinum & Irenem, actione 2. concilii Nicæni II

e *Invenere invasorem & rebellem.*] Artabasdum nomine, de quo plura apud Theophanem in annalibus.

Rachis Luithprandi successor monasterium ingressus.

f *Ipsis temporibus Rachis Longobardorum rex.*] Hic successerat Luithprando. Qui non obstante vicennalis pacis fœdere cum papa inito, turbata tota Italia Perusiam obsedit, Dei permissu, ut sic regem justitiæ & religionis amantissimum, peracta in statu religionis digna pœnitentia ad sublimiorem gloriæ gradum in cælis sublimaret. Hæc eadem describit Leo Ostiensis in chron. Cass. cap. 8. ubi hæc addit: *Moxque ad hoc sancti Benedicti monasterium, eodem apostolico jubente perveniens, ac sub regulari magisterio se instituendum tradens, post aliquot in sancto religionis proposito ac Deo placita conversatione peractos annos, Deo spiritum reddidit*, &c. Successit Rachisi in Longobardorum regno Aistulphus ejus frater, de quo plura infra apud Anastasium in vita Stephani.

Domus culta quæ dicatur.

g *Domum cultam.*] Per domum cultam intellige latifundium, cui ad culturam adscriptæ sunt familiæ colonorum, quæ satis esse possent, quibusque ad habitandum domus erectæ fuerant. Quæ domus nominantur cultæ, quod omnibus ad cultum agri necessariis refertæ sint. Non enim vox, *culta*, ad ornatum, sed ad utilitatem spectat, ob id, quod domus ipsa hominibus, jumentis, & rusticis instrumentis, aliisque utensilibus ad agri cultum spectantibus bene composita esset. Baronius anno 752. num. 6.

EPISTOLA BONIFACII EPISCOPI AD ZACHARIAM PAPAM.

I. *Quod tres episcopatus in Germania instituerit.*

II. *Quod Carlomannus synodum in regno Franciæ congregari cupiat.*

III. *Quid statuendum de episcopis, presbyteris, diaconibus, qui fornicarii vel sanguinarii fuerint deprehensi.*

IV. *De eligendo sibi successore.*

V. *De incestis nuptiis laici cujusdam viri primarii.*

VI. *De paganis ritibus, qui Romæ observari dicebantur.*

VII. *De indignis episcopis & presbyteris, qui concessam sibi a sede apostolica ministrandi facultatem obtendunt.*

Domino carissimo, summi pontificatus infula prædito, viro apostolico Zachariæ Bonifacius servus servorum Dei.

CONFITEMUR, domine pater, quia postquam per nuntios referentes audivimus, quod

quod venerandæ memoriæ apostolatus vestri prædecessor Gregorius, pontifex apostolicæ sedis, ergastulo corporis absolutus ad dominum migravit, majorem lætitiam, & majus gaudium nobis non audivimus, & suspensis ad æthera palmis Deo gratias agimus, quam quod clementem paternitatem vestram altissimus arbiter canonica jura regere, & apostolicæ sedis gubernacula tenere concessit. Ergo non aliter quam ut ante vestigia vestra geniculantes intimis subnixe flagitamus precibus, ut sicut prædecessorum vestrorum pro auctoritate sancti Petri servi devoti, & subditi discipuli fuimus, sic & vestræ pietatis servi obedientes subditi sub jure canonico fieri mereamur, optantes catholicam fidem & unitatem Romanæ ecclesiæ servando, dilatare, & quantoscumque audientes vel discipulos in ista legatione mihi Deus donaverit, ad obedientiam apostolicæ sedis invitare & inclinare.

I.

Necesse quoque habemus indicare paternitati vestræ, quia per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantulum percussis vel correctis, tres ordinavimus episcopos, & provinciam in tres parochias discrevimus, & illa tria opida sive urbes, in quibus constituti & ordinati sunt, scriptis auctoritatis vestræ confirmari & stabiliri precantes desideramus. Vnam esse sedem episcopatus decrevimus in castello quod dicitur Vvirtzburg; & alteram in opido quod nominatur Buraburg; tertiam in loco qui dicitur Erphesfurt, qui fuit jam olim urbs paganorum rusticorum. Hæc tria loca propria auctoritate & charta apostolatus vestri roborari & confirmari diligenter postulamus; ut, si dominus voluerit, per auctoritatem & præceptum sancti Petri jussionibus apostolicis fundatæ & stabilitæ sint tres in Germania episcopales sedes; & ut præsentes & futuræ generationes non præsumant vel parochias corrumpere, vel violare præceptum sedis apostolicæ.

II.

Notum similiter sit paternitati vestræ, quod Carlomannus dux Francorum me accersitum ad se rogavit in parte regni Francorum, quæ in sua est potestate, synodum incipere congregare, & promisit se de ecclesiastica religione, quæ jam longo tempore, id est non minus quam per LX. vel LXX. annos calcata & dissipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle. Quapropter si hoc, Deo inspirante, veraciter implere voluerit, consilium & præceptum sanctæ vestræ auctoritatis, id est apostolicæ sedis, habere & sapere debeo. Franci enim, ut seniores dicunt, plusquam per tempus octoginta annorum synodum non fecerunt, nec archiepiscopum habuerunt, nec ecclesiæ canonica jura alicubi fundabant vel renovabant. Modo autem maxima ex parte per civitates, episcopales sedes traditæ sunt laicis cupidis ad possidendum, vel adulteratis clericis, scortatoribus & publicanis sæculariter ad perfruendum. Nam si per verbum vestrum hoc negotium, duce rogante supradicto, movere & incipere debeo, præceptum & judicium apostolicæ sedis cum canonibus ecclesiasticis præsto habere cupio.

III.

Si invenero inter illos diacones quos nominant, qui a pueritia sua semper in stupri, semper in adulteriis, & in omnibus semper spurcitiis vitam ducentes, sub tali testimonio venerunt ad diaconatum, & modo in diaconatu concubinas quatuor, vel quinque, vel plures noctu in lectulo habentes, euangelium tamen legere, & diaconos se nominari nec erubescunt nec metuunt; & sic in talibus incestis ad ordinem presbyteratus venientes, in eisdem peccatis perdurantes, & peccata peccatis adjicientes, presbyteratus officio fungentes, dicunt se pro populo posse intercedere, & sacras oblationes offerre; ac novissime, quod pejus est, sub talibus testimoniis per gradus singulos ascendentes ordinantur & nominantur episcopi: ut habeant præceptum & conscriptum auctoritatis vestræ, quid de talibus definiatis, & per responsum apostolicum convincantur & arguantur peccatores. Et inveniuntur quidam inter eos episcopi, qui licet dicant se fornicarios vel adulteros non esse, sunt tamen ebriosi & injuriosi, vel venatores, & qui pugnant in exercitu armati, & effundunt propria manu sanguinem hominum, sive paganorum, sive Christianorum. Et quia servus & legatus apostolicæ sedis esse dignoscor, unum sit verbum & meum hic, & vestrum ibi, si contingat ad judicium auctoritatis vestræ ut pariter missos dirigamus.

IV.

Præterea de una re & consilium quærere, & licentiam petere necesse habeo; eo quod venerandæ memoriæ prædecessor vester, sicut audistis, in præsentia vestra mihi præcepit, ut presbyterum post obitum meum, Deo volente, in ecclesiastico ministerio heredem & successorem constituere deberem. Et hoc mihi, si Dei voluntas est, placet: sed modo dubito, & nescio si fieri possit; quia postea frater illius avunculum ducis Francorum occidit, & adhuc ignoramus qualiter ista discordia pacificari & finiri valeat. Obsecro itaque, ut auctoritatis vestræ licentia sit, ut cum consilio servorum Dei de ista electione faciam quod nobis in commune, pro Deo & pro utilitate ecclesiæ, vel fructu spiritali & defensione religionis, optimum esse videatur: ut consensum vestrum habeam de hoc facere quod optimum esse videatur, & mihi inspirare dignetur Deus, quia hoc non videtur posse fieri, si contrarius princeps fuerit.

V.

Præterea quærere & interrogare paternitatis vestræ consilium debeo de quadam confusione & scandalo prædicationis, quæ nuper ad nos veniens mentem nostram conturbavit, & sacerdotibus ecclesiarum verecundiam incussit. Quia laicus quidam magnæ personæ ad nos veniens, dicebat ipsi ab apostolicæ sedis pontifice sanctæ memoriæ Gregorio datam fuisse licentiam, ut in matrimonium acciperet viduam avunculi sui, quæ & ipsa fuit uxor consobrini sui, & ipsa, illo vivente, discessit ab eo, & isti viro, qui nunc eam accipere desiderans affirmat sibi licentiam datam, in tertio geniculo propinqua esse dignoscitur, & votum vovit Deo castitatis, & velata fuit, & iterum abjecto velamine maritata. Tale enim matrimonium supradictus homo ab apostolica sede sibi affirmat esse concessum. Quod non æstimamus verum; quia synodus & ecclesia, in qua natus & nutritus fui, id est in transmarina Saxonia Lundunensis synodus, quæ in primis a discipulis sancti Gregorii, id est Augustino, Laurentio, Iusto, Mellito archiepiscopis, constituta & ordinata fuit, talem copulam & matrimo-

matrimonium maximum scelus & incestum, & horribile flagitium, & damnabile piaculum esse ex auctoritate sanctæ scripturæ judicabant. Quapropter paternitas vestra hujus rei veritatem nobis indicare non dedignetur, ut ecclesiæ sacerdotibus vel populo Christiano inde scandala, vel schismata, vel novi errores non oriantur, vel concrescant: quia carnales homines idiotæ, Alamanni, vel Bajuarii, vel Franci, si juxta Romanam urbem aliquid fieri viderint ex his peccatis quæ nos prohibemus, licitum & concessum a sacerdotibus esse putant: & dum nobis improperium deputant, sibi scandalum vitæ accipiunt.

VI.

Sicut affirmant se vidisse annis singulis in Romana urbe, & juxta ecclesiam sancti Petri, in die vel nocte quando Kalendæ Ianuarii intrant, paganorum consuetudine choros ducere per plateas, & acclamationes ritu gentilium, & cantationes sacrilegas celebrare, & mensas illa die vel nocte dapibus onerare, & nullum de domo sua vel ignem, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino suo præstare velle. Dicunt quoque se ibi vidisse mulieres pagano ritu phylacteria & ligaturas in brachiis & in cruribus ligatas habere, & publice ad vendendum venales ad comparandum aliis offerre. Quæ omnia eo quod ibi a carnalibus & insipientibus videntur, nobis hic improperium & impedimentum prædicationis & doctrinæ faciunt. De talibus ait apostolus increpans: *Dies observatis & tempora: timeo ne sine causa laboraverim in vobis.* Et sanctus Augustinus dixit: Nam qui prædictis malis, id est caragis, & divinis, & aruspicibus, vel phylacteriis, & aliis quibuslibet auguriis crediderit, etsi jejunet, etsi oret, etsi jugiter ad ecclesias currat, etsi largas eleemosynas faciat, etsi corpusculum suum in omni afflictione cruciaverit, nihil illi proderit, quamdiu sacrilegia illa non reliquerit. Nam si istas paganias paternitas vestra ibi in Romana urbe prohibuerit, & sibi mercedem, & nobis maximum profectum in doctrina ecclesiastica perficiet.

Gal. 4.

Serm. de tempore 241.

VII.

Episcopi quoque & presbyteri generis Francorum qui fuerunt adulteri vel fornicatores acerrimi, quos in gradu episcopatus vel presbyterii fornicationum filii nati arguunt, revenientes ab apostolica sede, dicunt sibi Romanum pontificem licentiam dedisse ministerium episcopale in ecclesia ministrare. Quos contra contendimus, quia apostolicam sedem nequaquam contra decreta canonum audivimus judicasse. Hæc omnia, domine carissime, propterea vobis nota facimus, ut vestræ auctoritatis responsum talibus dare possimus, ut per cautelam vestræ doctrinæ oves ecclesiæ non seducantur, & lupi rapaces convicti & superati pereant. Interea munuscula parva vobis direximus; non quia sint digna paternitate vestra, sed pro indicio caritatis, & obedientiæ devotionis: id est villosam unam, & argenti & auri tantillum. Dextera domini protegente incolumem valere, & in Christo proficere beatitudinem vestram in longitudine dierum optamus.

EPISTOLA I. ZACHARIÆ PAPÆ
AD BONIFACIUM ARCHIEPISCOPUM.

Respōdet ad singula capita epistolæ præcedentis.

I. *Probari sibi episcopatus in Germania institutos.*
II. *Item ut synodus in Francia regno celebretur.*
III. *Interim ut fornicarios & sanguinarios sacerdotio fungi non permittat.*
IV. *Ut sibi successorem, nisi instante morte, non designet.*
V. *Non credendum illi qui sibi incestas nuptias concessas fuisse aiebat.*
VI. *Paganicos ritus, qui Romæ erant, interdictos in posterum fuisse.*
VII. *Fides ne habeatur sacerdotibus illis, qui sibi a sede apostolica indultum jactabant.*

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio episcopo Zacharias servus servorum Dei.

Susceptis sanctissimæ fraternitatis tuæ literis per Deneardum religiosum presbyterum tuum, quia sospitem te, ut semper cupimus, esse cognovimus, omnipotenti ac misericordissimo Deo nostro magnas retulimus gratias, qui tibi in omnibus bonis prosperari dignatur. Magnam enim in cordibus nostris infundis lætitiam, quoties nobis sanctitatis tuæ scripta mittuntur, quando reperimus quæ ad salutem respiciunt animarum: dum quotidie in gremio sanctæ matris ecclesiæ per tuam prædicationem novi populi adduntur.

I.

Vbi & tres episcopos per loca singula secundum seriem syllabarum tuarum te ordinasse cognovimus, qui eidem populo, quem sibi dominus Deus noster per tuam sanctitatem aggregare dignatus est, præesse debeant, & petisti ut per auctoritatem nostræ sedis episcopales ibidem sedes firmentur. Sed tua sancta fraternitas mature pertractet, & subtili consideratione discernat, si expedit, aut si loca vel populorum turbæ talia esse probantur, ut episcopos habere mereantur. Meministi enim, carissime, quid in sacris canonibus præcipimur observare, ut minime in villulas, vel in modicas civitates episcopos ordinemus, ne vilescat nomen episcopi. Sed nos tuis sincerissimis atque a nobis dilectis syllabis provocati, quæ poposcisti absque mora concedi patimur, & statuimus per apostolicam auctoritatem episcopales illic esse sedes, quæ per successionem episcopos mereantur, & populis præsint, atque in quibus prædicationis verbum subjectis insinuetur: id est in castello quod dicitur Vvirtzburg, & alterum in opido quod nominatur Buraburg, tertium in loco qui dicitur Erphesfurt: ita ut nulli posthæc liceat cuiquam hæc quæ a nobis sancita sunt quoquomodo violare, quæ auctoritate beati Petri apostoli firma esse decrevimus.

II.

De eo autem quod nobis intimasti, quod te Carlomannus filius noster ad se rogavit accedere, ut in urbe regni Francorum, in sua ditione sive potestate constituta, synodum celebrare debeas, eo quod omnis ecclesiastica regula, sive disciplina ab eadem provincia funditus est abolita, quod nimis mœrendum est, quod per spatia temporum ibidem synodus sacerdotum minime celebrata sit; & hoc libenter concedimus, & fieri præcipimus. Neque enim quid sit sacerdotium, neque quid fiat ab eis qui se sacerdotes nominant, cognoscitur.

III.

Sed dum, juvante Deo, quæ a præfato filio nostro promissa sunt, ad effectum perducta fuerint,

rint, tuaque fraternitas in memorato concilio consederit cum eodem excellentissimo viro, si quos repererit episcopos, presbyteros, aut diaconos, contra canones vel statuta patrum excessisse, id est si in adulterio vel fornicatione inventi fuerint, vel si plures uxores habuerunt, aut si sanguinem Christianorum, sive paganorum effuderunt, vel etiam aliis capitulum canonum obviasse eos repererit tua sanctitas, nulla ratione apostolica auctoritate permittat sacerdotio fungi, quia tales a suo proprio ore falsi nominantur sacerdotes, & pejores ac deteriores sæcularibus esse noscuntur, qui se neque a fornicationibus, neque a nefariis matrimoniis abstinent, neque ab hominum sanguinis effusione manus servant innoxias. Quales se esse sacerdotes existiment, aut quid inde sentiant, dicente Deo: *Sacerdotes mei semel nubant?* Et apostolus: *Unius uxoris virum*, &c. Et hoc ante susceptum sacerdotium uti licitum est. Nam a die suscepti sacerdotii etiam ab ipso proprio conjugio prohibendi sunt. Quomodo sacerdotio fungi desiderant, qui talibus sceleribus involuti esse monstrantur, ut neque sæculares fideles his facinoribus obvolutos optemus? Quomodo non pertimescunt divina mysteria contingere? aut quomodo ad orandum pro peccatis accedere præsumunt, dum sacri canones neque purum clericum, cui sacerdotium non est, secundis copulari nuptiis præcipiunt? Isti enim e contrario non solum post susceptum sacerdotium se abstinere ab una uxore nolunt, imo luxuria obvoluti pejora sæcularium scelera committunt, ut plures uxores habere præsumant, quibus neque unam concessum est post susceptum ministerium attrectare. Sed ista parvipendentes, atque Deum ad iracundiam provocantes, majora committunt facinora, dum propriis manibus Christianos atque paganos homines necant. Et fit, ut quibus in remissionem peccatorum debuerunt lavacrum regenerationis impendere, atque Christi sacramenta donare, ne in æternum perirent, eorumdem sacrilegis manibus ipsi extinguantur. Quis enim sapiens habens cor eos æstimet sacerdotes, qui neque a fornicationibus abstinent, neque ab effusione sanguinum manus servant innoxias? Quisve eorum sacrificiis Deum credit esse placatum, dicente Propheta: *Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus?* Isti namque, ut præmisi, ne sacerdotio fungantur, neque divina contingant mysteria, commonemus. Quidquid vero aliud, ut dictum est, eos contra ecclesiasticam regulam excessisse repereris, canones sive instituta patrum præ manibus habeto, & juxta quod in eis edoctus fueris discerne.

IV.

De eo autem quod tibi successorem constitui velle dixisti, ut te vivente in loco tuo eligatur episcopus, hoc nulla ratione concedi patimur: quia contra omnem ecclesiasticam regulam, vel instituta patrum esse monstratur. Sed volumus ut tibi ministret, & sit in euangelio Christi adjutor, dicente apostolo: *Si quis bene ministraverit, bonum sibi gradum acquiret.* Nimis enim reprehensibile esse manifestum est, ut te vivente tibi alium substituamus. Sed hoc commonemus, ut quamdiu te divina jusserit clementia superesse, sine intermissione ores, ut tibi Deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis; & populum, quem ad suam gratiam per tuæ sanctitatis industriam vocare voluit, irreprehensibiliter regere valeat, atque ad viam vitæ elaboret perducere. Nam quomodo hæc quæ poposcisti, si & voluerimus, concedere possumus, dum nos fragiles homines existentes, & sub conditione mortis constituti ignorantes quid superventura dies pariat, non valemus investigare quis de nobis prior de præsenti sæculo migret? Sin autem & eumdem divina voluerit clementia post tui diem transitus superesse, si eum aptum esse cognoveris, & in tua voluntate fuerit definitum, ea hora qua te de præsenti sæculo migraturum cognoveris, præsentibus cunctis tibi successorem designa, ut huc veniat ordinandus. Hoc nulli alii concedi patimur, quod tibi caritate cogente largiri censuimus.

V.

De illo namque qui viduam avunculi sui, quæ & ipsa fuit uxor consobrini sui, & sacrum velamen habere monstrata est, & a beatæ memoriæ prædecessore nostro sibi licentiam concessam esse divulgavit, ut eam in pernicioso matrimonio assumere debuisset, absit ut hoc prædecessor noster ita credatur præcepisse. Nec enim ab hac apostolica sede illa diriguntur, quæ contraria esse patrum sive canonum instituris inveniantur. Ergo admonere, hortari, increpare eos, frater, ne cesses, quatenus a tali scelesti recedant matrimonio, ut non in æternum pereant. Reminiscantur enim se Christi sanguine redemptos esse, & non sponte se contradant (nisi ab ipso recesserint incesto matrimonio) diaboli potestati: sed magis ipsi Deo, & Christo filio ejus, & Spiritui sancto, in cujus nomine ab illius antiqui hostis erepti sunt potestate. Elabora namque, sanctissime frater, in eis, quia scriptum cognoscis: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, & suorum operit multitudinem peccatorum.* Nam & nos pro hoc commonitoria scripta direximus.

VI.

De Kalendis vero Ianuariis, vel ceteris auguriis, uel phylacteriis, & incantationibus, vel aliis diversis obseruationibus, quæ gentili more observari dixisti apud beatum Petrum apostolum, vel in urbe Roma; hoc & nobis, & omnibus Christianis detestabile & perniciosum esse judicamus, dicente Deo: *Non augurabimini, nec observabitis somnia.* Et iterum: *Non est augurium in Israel, nec observatio in domo Iacob.* Ita & a nobis cavendum esse censemus, ut nullis auguriis vel observationibus attendamus, quia omnia hæc abscissa esse a patribus sumus edocti. Et quia per instigationem diaboli iterum pullulabant, a die qua nos jussit divina clementia (quamquam immeriti existamus) apostoli vicem gerere, illico omnia hæc amputavimus. Pari etenim modo volumus tuam sanctitatem populis sibi subditis prædicare, atque ad viam æternæ perducere vitæ. Nam & sanctæ recordationis prædecessoris atque nutritoris nostri domni Gregorii papæ constitutione omnia hæc pie ac fideliter amputata sunt, & alia diversa quamplura, quæ diabolo suggerente pullulabant in Christi ovile: cujus instar pro illius populi salute dirigere maturavimus.

VII.

Nam & de sacerdotibus illis qui falsa opinantur, qui etiam adulteri & fornicatores probantur, & sibi ab apostolica sede indultum esse testantur, & e contrario licentiam sibi prædicationis concessam esse; hoc nulla ratione credat tua sancta

7. q. 1 Petisti. § Si eumdem.

Iac. 5.

Levit. 19.

Num. 23.

sancta fraternitas; sed similiter in eis canonicam exercere vindictam, quemadmodum de his de quibus superius a nobis edoctus monstraris. Non enim aliud te agere volumus, præterquam quæ sacri præcipiunt canones, vel etiam ab hac apostolica sede instructus esse dignosceris. Secundum tuæ namque sanctitatis petitionem, & tribus episcopis tuis singulas confirmationis epistolas misimus, quas per tuæ sanctitatis manus eis largiri volumus: & Carlomanno filio nostro alia scripta direximus, ut quæ tibi promisit adimplere festinet, atque adminicula præstet. Sed hæc, frater carissime, de omnibus superius comprehensis capitulis, ut dominus donavit respondimus ad amputanda omnia diabolicæ fraudis scandala. Tua vero sancta fraternitas, si quid de cetero evenerit, ut sacri docent canones, studeat emendare in plebibus sibi a Deo commissis. Non enim aliud nobis convenit prædicare, præter quod a sanctis patribus sumus edocti. Si vero novi aliquid inimici astutia agente acciderit, quod tua sancta fraternitas minime per canonum instituta discernere possit, hoc nobis non pigeat te insinuare: quatenus Deo juvante quæcumque ad emendationem novæ plebis esse possunt, tibi absque tarditate respondere maturemus. Cognoscat enim, frater carissime, tua sancta fraternitas, ita dilectionem tuam nos habere in nostris præcordiis, ut te præsentialiter videre quotidie desideremus, & ita te in nostro consortio habeamus, ut certe ministrum Dei, & dispensatorem ecclesiarum Christi. De cetero namque confortare in domino, frater carissime, & esto robustus, & elabora in opus, ad quod te divina voluit vocare clementia. Magna enim te spes remunerationis exspectat, quam promisit Deus diligentibus se. Et nos licet peccatores existamus, tamen Dei nostri non cessamus absque intermissione immensam exorare clementiam, ut qui cœpit in vobis perficiat opus bonum usque adhuc. Et beatus apostolorum princeps Petrus cooperetur tibi in omnibus bonis, quæ ei parere desideras. Deus te incolumem custodiat, reverentissime & sanctissime frater. Data Kalendis Aprilis, imperante domino piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore, anno XXIV. imperii ejus anno secundo, indictione XI.

II. AD BURCHARDUM EPISCOPUM VUIRTZIBURGENSEM.

Confirmat ejus sedem episcopalem a Bonifacio archiepiscopo institutam.

Dilectissimo nobis Burchardo sanctæ ecclesiæ Vuirtziburgensis episcopo Zacharias papa.

Domino cooperante, & sermonem confirmante, ad dilatandam Christianitatis legem, & orthodoxæ fidei tramitem, ad docendum juxta quod prædicat sancta hæc Romana, cui Deo auctore præsidemus, ecclesia, innotuit nobis sanctissimus ac reverentissimus frater & coepiscopus noster Bonifacius, nuper se discrevisse & ordinasse in Germaniæ partibus episcopales sedes, ubi præest vestra dilectio, & provinciam in tres divisisse parochias. Quo cognito, cum magna exultatione extensis ad sidera palmis, illuminatori & datori omnium bonorum domino Deo, & salvatori nostro Iesu Christo gratias egimus, qui facit utraque unum. Flagitavit autem a nobis per suas syllabas jam dictus sanctissimus vir, per apostolicam auctoritatem vestras confirmari sedes. Pro quo & nos ardenti animo, & divino juvamine, ac auctoritate beati Petri apostolorum principis, cui data est a Deo & salvatore nostro Iesu Christo ligandi solvendique potestas peccata hominum in cælo & in terra, confirmamus, atque solidas permanere vestras episcopales sedes sancimus. Interdicentes ipsius principis apostolorum auctoritate omnibus præsentibus & futuris generationibus, ut nullus audeat contra eamdem vestram venire ordinationem, quæ dignante Deo ex nostra præceptione in vobis facta est. Et hoc interdicentes, ut nullus audeat, juxta sanctorum canonum traditionem, ex alio episcopatu ibidem translatari, aut ordinare episcopum, post vestram de hoc sæculo evocationem, nisi is qui apostolicæ nostræ sedis in illis partibus præsentaverit vicem. Sed nec quisquam alterius parochias invadere, aut ecclesias subtrahere præsumat. Nam, quod non credimus, si quis ille fuerit, qui contra hanc nostram præceptionem temerario ausu venire tentaverit, sciat se æterno Dei judicio anathematis vinculo esse innodatum. Si quis vero apostolica servaverit præcepta, & normam rectæ & orthodoxæ fidei fuerit assecutus, benedictionis gratiam consequatur. De cetero petimus divinam clementiam, ut confirmet & corroboret hoc quod operatus est dominus in vobis. Et caritas Dei & pax, atque gratia sit cum spiritu vestro, sanctissimi & dilectissimi nobis. Toto conamine elaborate pro fide Christi, & ad ministerium ejus perficiendum decertate, ut cum egregio apostolo mereamini dicere: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi dominus in illum diem justus judex.* (2. Tim. 4.) Salutantes vos in domino valere optamus. Bene valete. Data Kalendis Aprilis, imperante domino Constantino magno imperatore anno XXIV. imperii ejus anno II. indictione XI.

III. AD FRANCOS ET GALLOS.

Referente nobis Bonifacio, *&c. Extat infra post concilium Liptinense.*

IV. AD BONIFACIUM ARCHIEPISC.

Mittit pallia pro tribus metropolitanis: & de duobus pseudoprophetis in Francia deprehensis.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei.

Legimus in libro actuum apostolorum Spiritum sanctum apostolis præcepisse: *Separate mihi Barnabam & Paulum in opus quo assumpsi eos*, (Actor. 13.) id est ut per prædicationem Christianæ religionis, & ejusdem Spiritus sancti gratiam, mundum illuminarent universum. Quorum illuminatione prædicationis atque doctrinæ Christi præsidio mansit & manet catholica Dei ecclesia præfulgens, horum & beati apostolorum principis Petri illuminata doctrinis: & eorum sequipedem ex inspiratione divina tuam sanctissimam fraternitatem in partibus illis credimus esse destinatam, ut etiam instar eorum idem Spiritus sanctus in eodem te assumpsit opere ad illuminationem gentium illarum. Vnde nimis exultamus in domino, & ejus omnipotentiæ immensas referimus laudes. Dum vero & series syllabarum tuarum nobis panderetur per singula, multo amplius

amplius lætati sumus in domino, qui tibi suam gratiam ita largiri dignatus est, ut sic duræ gentis corda lenires; quatenus libenti animo inclinarentur ad obediendum fidei, & divinis obtemperarent præceptis. Indicasti etenim nobis, quomodo & qualiter tetigisset Deus corda excellentissimorum filiorum nostrorum Pippini & Carlomanni, ut tibi in prædicatione socii & adjutores esse niterentur ex inspiratione divina: quorum merces copiosa manet in cælis, quoniam benedictus homo per quem benedicitur Deus. De episcopis vero metropolitanis, id est Grimone, quem nos jam compertum habemus, & de Abel & Artberto, quos per unamquamque metropolim per provincias constituisti, hoc per tuum testimonium confirmamus, & pallia dirigimus ad eorum firmissimam stabilitatem, & ecclesiæ Dei augmentum, ut in meliori proficiant statu. Qualiter enim mos pallii sit, vel quomodo fidem suam exponere debeant hi qui pallio uti conceduntur, eis direximus, informantes eos, ut sciant quod sit pallii usus, ut subjectis viam prædicent salutis, & ut ecclesiastica disciplina in ecclesiis eorum servetur, & maneat inconcussa, & ut sacerdotium, quod in eis fuerit, non pollutum, ut antea fuit, sed mundum & acceptum Deo esse possit, quantum humana conditio valet: ita ut nullus inveniatur eorum a sacris deviare canonibus, & sacrificium eorum mundum Deo immoletur: ita ut dominus eorum placetur muneribus, & populus Dei purificatis mentibus, ex omni vitiorum squalore sincerum valeat Deo servitium exhibere. Retulisti etiam nobis, carissime frater, quod duos pseudoprophetas in eadem Francorum provincia invenisses, quos non pseudoprophetas, sed magis pseudochristianos appellare debemus. Ex quibus unum quidem novum " Simonem juxta tenorem tuarum syllabarum reperimus; qui & sacerdotium sibi vindicabat, & a luxuria minime se continebat, seducens populum, & inania prædicans: non solum suam animam juri diaboli tradens, sed & populorum corda in interitum demergens, & ab ecclesia Dei eos seductionibus suis abstrahens, & cruces in campis statuens, & oratoriola ad seducendum populum instituens, publicasque & antiquas ecclesias relinquens, & sanctitatis nomine se vocari faciens, & in suo nomine ecclesias consecrans; nomina etiam angelorum, imo magis dæmoniorum se scire affirmans." Alium vero ita luxuriæ deditum, ut concubinam haberet, & duos ex ea filios procrearet: & tamen sacerdotium sibimet vendicabat, affirmans hoc justum esse juxta traditionem veteris testamenti, ut defuncti fratris superstes frater ducat uxorem: & quia Christus resurgens ab inferis nullum ibi reliquisset, sed omnes inde abstraxisset: quæ omnia hæc detestabilia & scelesta judicamus. Bene enim tua fraterna sanctitas juxta ecclesiasticam regulam eos damnavit, & in custodiam reclusit, & optime vocavit antichristi ministros & præcursores. De cetero decerta, carissime, & viriliter age, & pervigil permane in ministerio Christi, ut amplius Christi grex augeatur, & tibi præmium æternæ retributionis maneat copiosum, & cum sanctis & electis Dei, ut credimus, habeas consortium. Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data x. Kalendas Iulias, imperante domno Artavasdo a Deo coronato magno imperatore anno III. post consulatum ejus anno III. sed & Nicephoro magno imperatore anno III. indictione XII.

[Margin: Aldebertum. ... Clemente ...]

V. AD BONIFACIUM ARCHIEPISCOPUM.

I. *Miratur quod pallium pro uno Grimone nunc petat, cum pro tribus antea postularit.*

II. *Refellit calumniam de labe simoniaca, cujus insimulabatur.*

III. *Suas illi vices non in Baioaria solum, sed per Galliam omnem delegat.*

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei.

I.

Suscipientes sanctissimæ fraternitatis tuæ literas per præsentium gerulum, & relegentes quæ in eis continebantur, in ecstasi quadam incidimus, & admiratione magna, eo quod nimis repertæ sint dissonare ab eis syllabis quæ a tua directæ sunt fraternitate per elapsum Augustum mensem; ubi nobis indicasti, quod & concilium adjuvante Deo, & Carlomanno præbente consensum & contestante factum est, & qualiter falsos sacerdotes, qui divinum digni non erant attrectare ministerium, a sacro munere suspendisti, & quia tres archiepiscopos per singulas metropoles ordinasses reserasti, id est Grimonem in civitate quæ dicitur † Rodomas, secundum vero Abel in civitate quæ dicitur Rhemorum, tertium quoque Artbertum in civitate quæ dicitur Sennis: qui & apud nos fuit, & tua nobis & Carlomanni atque Pippini detulit scripta, per quæ suggessisti, ut tria pallia iisdem tribus prænominatis metropolitanis dirigere deberemus; quæ & largiti sumus pro adunatione & reformatione ecclesiarum Christi. Nunc autem denuo tuas suscipientes syllabas, valde sumus, ut diximus, mirati, eo quod antea nobis una cum memoratis principibus Galliarum pro tribus palliis suggessisti, & postea pro solo Grimone. Sed volumus ut tua nobis indicet fraternitas, cur nobis ita direxisti antea pro tribus, & postmodum pro uno, ut & nos certi redditi ex hoc nullam ambiguitatem retineamus.

† Legendum Rodomus, vel Rodomum, unde Rodomensis episcopus Remigius apud Sigebertum, anno 751. id est Rothomagensis.

II.

Reperimus etiam in memoratis tuis literis, quæ nimis animos nostros conturbant, quod talia a te nobis referantur, quasi nos corruptores simus canonum, & patrum rescindere traditiones quæramus; ac per hoc, quod absit, cum nostris clericis in simoniacam hæresin incidamus, accipientes & compellentes, ut hi, quibus pallia tribuimus, nobis præmia largiantur, expetentes ab illis pecunias. Sed carissime frater, hortamur caritatem tuam, ut nobis deinceps tale aliquid minime tua fraternitas scribat: quia fastidiosum a nobis & injuriosum suscipitur, dum illud nobis ingeritur quod nos omnino detestamur. Absit enim a nobis & a nostris clericis, ut donum, quod per Spiritus sancti gratiam suscepimus, precio venumdemus: dum & illa tria pallia, quæ te suggerente, ut prædiximus, sumus flagitati, nullum ab eis quispiam commodum expetiit. Insuper & chartas, quæ secundum morem a nostro scrinio pro tua confirmatione atque doctrina tribuuntur, de nostro concessimus, nihil ab eis auferentes; absit ut sic quidpiam a tua fraternitate criminis nobis simoniaci objiciatur. Anathematizamus namque omnes quicumque ausi fuerint donum Spiritus sancti precio venumdare.

III.

Suggessisti etiam nobis per alia tua scripta, quod in Baioaria unum reperisses falsum sacerdotem, qui affirmabat quod a nobis fuisset episcopus ordinatus; & tua hoc fraternitas optime egit, dum ei non credidit, quia falsus homo omnia false suggessit, & falsum reperiens sacerdotio suspende. Sic enim auctoritate B. Petri apostolorum principis tibi præcipimus, ut quemcumque repereris sacris canonibus deviare, nulla ratione patiaris sacrum ministerium tractare. Et quia sciscitatus es an deberes in Baioaria provincia jus habere prædicationis, quam a decessore nostro habuisti concessam; nos Deo auxiliante ea quæ tibi largitus est decessor & prædecessor noster non minuimus, sed augemus: & non solum Baioariam, sed etiam omnem Galliarum provinciam, donec te divina jusserit superesse majestas, nostra vice per prædicationem tibi injunctam, si repereris contra Christianam sentire religionem, vel canonum instituta, spiritaliter ad normam studeas rectitudinis reformare. Dominus te incolumem custodiat, reverentissime & sanctissime frater. Data Nonis Novembris, imperante domno piissimo Augusto Artavasdo a Deo coronato magno imperatore anno III. post consulatum ejus anno III. sed & Nicephoro magno imperatore ejus filio anno III. indictione XIII.

* Hincm. ep. VI.

VI. AD BONIFACIUM EPISCOPUM.

Non iterandum esse baptismum, quem imperitus sacerdos infractis verbis administrat.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio episcopo Zacharias servus servorum Dei.

De cōsecr. dist.14. Retulerunt nuntii.

VIRGILIUS & Sidonius religiosi viri apud Baioariorum provinciam degentes, suis apud nos literis usi sunt, per quas intimaverunt, quod tua reverenda fraternitas eis injungeret Christianos denuo baptizare. Quod audientes nimis fuimus conturbati, & in admirationem quamdam incidimus, si habetur ut dictum est. Retulerunt quippe quod fuerit in eadem provincia sacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, nesciens Latini eloquii, infringens linguam diceret: Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritu sancta; ac per hoc tua reverenda fraternitas consideravit rebaptizare. Sed, sanctissime frater, si ille qui baptizavit non errorem introducens aut hæresin, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, ut supra fati sumus, baptizans dixisset, non possumus consentire ut denuo baptizentur: quia (quod tua bene compertum habet sancta fraternitas) quicumque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nullo modo debet rebaptizari, sed per solam manus impositionem purgari. Nam, sanctissime frater, si ita est, ut nobis relatum est, non amplius a te illis prædicentur hujusmodi, sed, ut patres sancti docent & prædicant, tua sanctitas studeat conservare. Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data Kalendis Iulii, imperante domno piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore, anno XXVI. imperii ejus anno IV. indictione XIV.

VII. AD PIPPINUM MAIOREM DOMUS, ITEMQUE AD EPISCOPOS, ABBATES, & proceres Francorum.

Respondet de diversis capitulis a Pippino per Ardobanium missis.

I. *De honore metropolitanorum.*
II. *De damnatis episcopis, presbyteris, & diaconis.*
III. *De presbyteris superbientibus.*
IV. *De presbyteris agrorum.*
V. *De monachis ancillis Dei.*
VI. *De viduis non velandis.*
VII. *De laico pellente suam conjugem.*
VIII. *De presbyteris & diaconis qui seorsum collectas faciunt.*
IX. *De clericis & monachis non manentibus in suo proposito.*
X. *De clericis qui sunt in parochiis, monasteriis, & martyriis.*
XI. *Qui clerici ab uxoribus abstinere debeant.*
XII. *De iis qui uxores aut viros dimittunt.*
XIII. *De monachis qui clerici fiunt.*
XIV. *De presbyteris & diaconis in crimen prolapsis.*
XV. *De ecclesiis quas laici in suis proprietatibus construunt.*
XVI. *De clericis qui suas ecclesias relinquunt.*
XVII. *De episcopis qui aliorum clericos suscipiunt.*
XVIII. *Qui clerici uxores ducere possint.*
XIX. *Ut presbyteri & diaconi sine commendatitiis non suscipiantur.*
XX. *De virginibus velatis, si deviaverint.*
XXI. *De non velatis virginibus, si deviaverint.*
XXII. *De his quæ duobus fratribus nupserint, vel qui duas sorores uxores acceperint.*
XXIII. *De his qui homicidium sponte perpetrant.*
XXIV. *De his qui homicidium non sponte perpetrant.*
XXV. *De his qui adulteras habent uxores, vel ipsi sunt adulteri.*
XXVI. *De monachis & virginibus propositum non servantibus.*
XXVII. *De his quæ suscepto virginitatis proposito nubunt.*

Domino excellentissimo atque Christianissimo Pippino majori domus, seu dilectissimis nobis universis episcopis ecclesiarum, & religiosis abbatibus, atque cunctis Deum timentibus principibus in regione Francorum constitutis, Zacharias episcopus sanctæ Dei ecclesiæ catholicæ & apostolicæ Romanæ in domino salutem. Gratia vobis & pax a Deo patre omnipotente, & domino Iesu Christo unico filio ejus, & Spiritu sancto ministretur.

GAUDIO magno gaudemus in domino, addiscentes per relationem subtilissimi atque a Deo servati prædilecti filii nostri Pippini vestram omnium bonam conversationem: & quod ut in bonis & Deo placitis dispositionibus unanimes atque cooperatores estis, ita & ecclesiæ Dei venerabilia loca per universam vestram provinciam sita, atque eorum præsules, sacerdotes, & religiosos abbates, ut condecet, in sancto habitu & conversatione sacerdotali conservetis, vacantes orationibus, insistentes precibus ad implorandam divinam potentiam, & cælitus victoriam tribuendam adversus paga-

nas

nas & infideles gentes propugnatoribus vestris. Etenim vobis in vera confessione & simplici corde ad Deum accedentibus, sicut Moyses ille amicus Dei orando pugnabat, & Iesu Nave cum populo Israel bella domini præliando vincebat, ita & vos agere oportet, carissimi mihi, ut sitis adjutores populo vestro orando, & bonis actibus inhærendo, declinantes a curis & negotiis sæcularibus. Scriptum est enim: *Vacate & videte, quoniam suavis est dominus*: Et iterum: *Accedite ad eum & illuminamini, & vultus vestri non erubescent.* Principes & sæculares homines, atque bellatores, convenit curam habere & solicitudinem contra inimicorum astutiam, & provinciæ defensionem. Præsulibus vero, sacerdotibus, atque Dei servis pertinet salutaribus consiliis & orationibus vacare; ut vobis orantibus, & illis bellantibus, Deo præstante, provincia salva persistat, fiatque vobis in salutem, laudem, & mercedem perpetuam. Ex hoc quippe præsulatus vester apparebit in sanctitate, & principatus dilecti filii nostri Pippini approbabitur per subjectorum potestatem, & bonum dispositum. Itaque ut flagitavit a nobis cum vestro consultu superius effatus filius noster Pippinus, ut de omnibus capitulis quibus innotuit responsum demus, inquantum domino valemus; de unoquoque capitulo inferius conscriptum, juxta quod a sanctis patribus traditum habemus, & sacrorum canonum sanxit auctoritas: etiam nos, quod Deo inspirante apostolica auctoritate decernere potuimus, mandavimus in responsis.

I.

Quomodo honorari debeat metropolitanus episcopus coram episcopis & parochialibus presbyteris, in canone sanctorum apostolorum capitulo XXXV. scriptum est: Episcopos gentium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existiment, & nihil amplius præter ejus conscientiam gerant, quam illa sola singuli, quæ parochiæ propriæ, & villis quæ sub ea sunt, competant: sed nec ille præter omnium conscientiam faciat aliquid. Sic enim unanimitas erit, & glorificabitur Deus per Christum in Spiritu sancto. Item in canone concilii Antiocheni, capitulo IX. continetur ita: Per singulas regiones episcopos convenit nosse metropolitanum episcopum totius provinciæ solicitudinem gerere; propter quod ad metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrent. Vnde placuit eum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum ceteros episcopos agere, secundum antiquam a patribus regulam constitutam, nisi ea tantum quæ ad suam diœcesim pertinent possessionesque subjectas. Vnusquisque enim episcopus habeat suæ parochiæ potestatem, ut regat juxta reverentiam singulis competentem, & providentiam gerat omnis possessionis quæ sub ejus est potestate. Ita ut presbyteros & diaconos ordinet, & singula suo judicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet præter antistitē metropolitanum; nec metropolitanus aliquid gerat sine ceterorum sacerdotum consilio. Item ex libro decretorum beati Leonis, capitulo XXXII. continetur: Igitur secundum sanctorum patrum canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos, metropolitanos singularum provinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur, jus traditæ sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita ut a regulis præstitutis nulla aut negligentia aut præsumptione discedant; aut in habitu, aut incessu sanctitatis. Nam & nos ab apostolica auctoritate subjungimus, ut episcopus juxta dignitatem suam indumentis utatur. Simili modo & presbyteri cardinales, & qui in monastica vita velle habeant vivendi, plebi quidem sibi subjectæ præclariori veste induti debitum prædicationis persolvant, & in secreto propositum servent sui cordis, ut qui videt in abscondito Deus reddat illis in palam. Scriptum quippe est: *Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.* Non enim nos honor commendat vestium, sed splendor animarum. Monachi vero lanea indumenta, juxta normam & regulam monasticæ disciplinæ, atque traditionem sanctorum probabilium patrum, sine intermissione utantur. Si enim abrenuntiantes ea quæ sæculi sunt, tota se Deo intentione contulerunt, de omnibus illicitis debent abstinere: ut quantum corpore suo sustinuerint laborem, tantum remunerationis præmium a Deo percipere mereantur. Apostolis quippe divinum datum est mandatum duas tunicas non habendi. Tunicas dixit Christus, utique laneas, non lineas. Qui ergo obedierit dominico præcepto, bonis actibus inhærens, habebit vitam æternam. Item ex canone Antiocheni concilii, capitulo X. de his qui vocantur chorepiscopi decretum est: Qui in vicis vel possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint, & ut episcopi consecrati sint; tamen sanctæ synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, & gubernent subjectas sibi ecclesias, earumque moderamine curaque contenti sint. Ordinent etiam lectores, & subdiaconos, atque exorcistas, quibus promotiones istæ sufficiant. Nec presbyterum vero, nec diaconum audeant ordinare præter civitatis episcopum, cui ipse cum possessione subjectus est. Si quis autem transgredi statuta tentaverit, depositus quo utebatur honore privetur. Chorepiscopum vero civitatis episcopus ordinet, cui ille subjectus est,

II.

De episcopis, presbyteris, & diaconis damnatis, quod pristinum officium usurpare non debeant, ex libro canonum sanctorum apostolorum, capitulo XXIX. dictum est: Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus depositus juste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab ecclesia penitus abscindatur.

III.

De presbyteris superbientibus, ex concilio Carthaginensi, capitulo IX. Si quis presbyter contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit. Ab universis episcopis dictum est: Si quis presbyter a præposito suo correptus fuerit, debet utique apud vicinos episcopos conqueri, ut ab ipsis ejus causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia, quod absit, inflatus, secernendo se ab episcopi sui communione subduxerit, ac separatim cum aliquibus faciens sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. Si querimoniam justam ad- versus

Psalm. 4. Matth. 10.

versus episcopum non habuerit, inquirendum erit.

IV.

De presbyteris agrorum, quam obedientiam debeant exhibere episcopis, & presbyteris cardinalibus, ex concilio Neocæsariensi, capitulo XIII. ita continetur: Presbyteri ruris in ecclesia civitatis, episcopo præsente, vel presbyteris urbis ipsius, offerre non possunt, nec panem sanctificatum dare, calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, soli dare debebunt. Chorepiscopi quoque ad exemplum quidem & formam septuaginta videntur esse, ut cum ministraverint, propter studium quod erga pauperes exhibent, honorentur.

V.

De monachis, id est ancillis Dei, de quibus flagitatum, si liceat eas ad missarum solennia, aut sabbato sancto publice lectiones legere, & ad missas psallere, aut alleluia, vel responsorium: de his in libro decretorum beati Gelasii papæ, capitulo XXVI. destinatum est, quod nefas sit feminas sacris altaribus ministrare, vel aliquid ex his quæ virorum sunt officiis deputata præsumere. Nihilo minus impatienter audivimus tantum sacrarum rerum subiisse despectum, ut feminæ sacris altaribus ministrare ferantur, & cuncta, quæ non nisi virorum famulatui deputata sunt, sexum cui non competit exhibere: nisi quod omnium delictorum, quæ sigillatim perstrinximus, noxiorum reatus omnis & crimen eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando, pravis excessibus se favere significant.

VI.

De viduis, si possint in propriis habitaculis suis salvare animas, item ex eodem libro capitulo XXI. ita continetur: Ut viduæ non velentur a pontificibus; & si professam continentiam, proposito mutato, calcaverint, ipsæ pro se rationem Deo pro suis sint actibus redituræ. Nam de viduis sub nulla benedictione velandis, superius latius duximus differendum, quæ si propria voluntate professam conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit, quali Deum debeant satisfactione placare. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundum apostolum nullatenus nubere vetabantur, sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitiæ fidem debuerunt custodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus injicere, sed solam adhortationem præmii sempiterni, pœnasque proponere divini judicii; ut nostra sit absoluta conscientia, & illarum pro se rationem Deo reddat intentio.

1. *Tim.* 5.

VII.

De laico pellente suam conjugem ex canone sanctorum apostolorum, capitulo XLVIII. Si quis laicus uxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, communione privetur.

VIII.

De presbyteris & diaconibus, qui se a ministerio ecclesiastico subtrahunt, & seorsum collectas faciunt, ex canone Antiocheni concilii, capitulo V. promulgatum est: Si quis presbyter, aut diaconus, episcopum proprium contemnens, se ab ecclesia sequestraverit, & seorsum colligens altare constituit, & commonenti episcopo non acquieverit, nec consentire vel obedire voluerit semel & iterum vocanti; hic damnetur omni modo, nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quod si ecclesiam turbare & solicitare persistit, tamquam seditiosus per potestates exteras opprimatur.

IX.

De clericis & monachis non manentibus in suo proposito quod interrogatum est, in canone Calchedonensi, capitulo VII. decretum est: Qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetiverunt, statuimus neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam: sed hoc tentantes, & non agentes pœnitentiam, quo minus redeant ad id quod propter Deum primitus elegerant, anathematizari.

X.

De clericis qui sunt in ptochiis, monasteriis, atque martyriis, ex canone Calchedonensis concilii, capitulo IX. ita decretum est: Clerici qui præficiuntur ptochiis, vel qui ordinantur in monasteriis, & basilicis martyrum, sub episcoporum, qui in unaquaque civitate sunt, secundum sanctorum patrum traditiones, potestate permaneant, nec per contumaciam ab episcopo suo desiliant. Qui vero audent evertere hujusmodi formam quocumque modo, nec proprio subjiciuntur episcopo, si quidem clerici sunt, canonum correptionibus subjacebunt; si vero laici vel monachi fuerint, communione priventur.

XI.

Qui clerici etiam ab uxoribus abstinere debeant, ex concilio Africano, capitulo XXXVII. ita continetur: Præterea cum de quorumdam clericorum (quamvis erga proprias uxores) incontinentia referretur, placuit episcopos & presbyteros, seu diaconos, secundum propria statuta, etiam ab uxoribus continere: quod nisi fecerint, ab ecclesiastico officio removeantur. Ceteros autem clericos ad id non cogi, sed secundum uniuscujusque ecclesiæ consuetudinem observari debere.

XII.

De his qui uxores aut viros dimittunt, ut sic maneant, ex concilio suprascripto Africano, capitulo LXIX. ita continetur: Placuit ut secundum euangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito, alteri conjungantur; sed ita maneant, aut sibi inuicem reconcilientur: Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur.

XIII.

Quod inquisitum est, monachus si clericus factus fuerit, quid agi debeat, ex decreto beati Innocentii papæ capitulo XVII. continetur: De monachis, qui diu morantur in monasteriis, & postea ad clericatus ordinem pervenerint, non debere eos a proprio proposito deviare. Aut enim sicut in monasterio fuit, & quod diu servavit, in meliori gradu positus amittere non debet: aut si corruptus postea baptizatus, & in monasterio sedens ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non potest, quia nec benedici cum sponsa potest jam antea corruptus. Quæ forma servatur in clericis, maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quisque corruptus baptizatus clericus esse voluisset, sponderet se uxorem omnino non ducere.

XIV.

XIV.

Quod presbyteri, aut diaconi, si in aliquo crimine prolapsi fuerint, non possint per manus impositionem pœnitentiæ remedium consequi, in decreto beati Leonis papæ capitulo XVI. decretum est ita: Alienum est a consuetudine ecclesiastica, ut qui in presbyterali honore, aut diaconi gradu fuerint consecrati, hi pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi. Quod sine dubio ex apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: *Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro illo?* Unde hujusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei secreta est expetenda secessio, ubi illis satisfactio fuerit digna, & etiam fructuosa.

XV.

Pro eo quod interrogatum est de laicis qui ecclesias in suis proprietatibus construunt, quis ipsas debeat regere, aut gubernare; a sanctis patribus ita statutum est, & in præceptis apostolicis sic continetur, juxta petitoris imploratum, ut si in quolibet fundo cujuscumque juris oratorium sive basilica fuerit constructa, pro ejus devotione in honorem cujuscumque sancti, in cujus episcopi parochia fuerit fundatum oratorium, percepta primitus donatione legitima, id est præstante tot, gestisque municipalibus alligata, prædictum oratorium absque missis publicis solenniter consecrabit: ita ut in eodem loco, nec futuris temporibus baptisteria construantur, nec presbyter constituatur cardinalis: sed & si missas ibi facere maluerint, ab episcopo noverit presbyterum postulandum, quatenus nihil a quolibet alio sacerdote ullatenus præsumatur, nisi ab episcopo fuerit ordinatum.

XVI.

De clericis qui proprias ecclesias relinquunt, quid de eis agi debeat, ex canone sanctorum apostolorum capitulo XV. ita continetur. Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum, relinquens propriam parochiam pergat ad alienam, & omnino demigrans præter episcopi sui conscientiam in aliena parochia commoretur, hunc ulterius ministrare non patimur: præcipue si vocatus ab episcopo redire contempserit, in sua inquietudine perseverans. Verumtamen tamquam laicus ibi communicet.

XVII.

Item pro episcopis qui alterius clericos susceperint, ut excommunicentur, in eodem canone capitulo XVI. continetur: Episcopus vero, apud quem memoratos esse constiterit, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tamquam clericos forte susceperit, velut magister inquietudinis communione privetur.

XVIII.

Qui clerici uxores sortiri debeant, in XXVII. capite canonum sanctorum apostolorum decretum est: Innuptis autem, qui ad clerum provecti sunt, præcipimus, ut si voluerint uxores accipiant, sed lectores cantoresque tantummodo.

XIX.

Ut nullus presbyter, aut diaconus, sine commendatitiis epistolis suscipiatur, in eodem canone sanctorum apostolorum continetur: Nullus episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, seu diaconorum, sine commendatitiis suscipiatur epistolis: & cum scripta detulerint, discutiantur attentius, & ita suscipiantur, si prædicatores pietatis extiterint: sin minus, neque necessaria subministrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia a surreptione multa proveniunt.

XX.

De virginibus velatis, si deviaverint, quid de illis agendum sit, in libro decretorum beati Innocentii papæ capitulo XIX. assertum est: Quæ Christo spiritaliter nubunt, & a sacerdote velantur, si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi is, cui se junxerant, de mundo recesserit. Si enim de hominibus hæc ratio custoditur, ut quæcumque vivente viro alteri nupserit habeatur adultera, nec eis agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi unus ex his fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortali se sponso conjunxerat, & postea ad humanas nuptias transmigravit?

XXI.

Item de non velatis virginibus, si deviaverint, in eodem libro XX. capite continetur: Hæ vero quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere, licet velatæ non fuerint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia est, quia sponsio earum a domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit? Nam si apostolus Paulus, quæ a proposito viduitatis discesserant, dixit eas habere damnationem, quæ primam fidem irritam fecerunt, quanto potius virgines, quæ prioris promissionis fidem frangere sunt conatæ?

XXII.

De his quæ duobus fratribus nupserunt, vel qui duas sorores acceperint, in concilio Neocæsariensi capitulo II. continetur: Mulier si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem. Verumtamen in exitu, propter misericordiam, si promiserit, quod facta incolumis hujus conjunctionis vincula dissolvat, fructum pœnitentiæ consequatur. Quod si defecerit mulier aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti. Nos autem, gratia divina suffragante, juxta prædecessorum & antecessorum pontificum decreta, multo amplius confirmantes dicimus, ut dum usque sese generatio cognoverit, juxta ritum & normam Christianitatis & religionis Romanorum, non copuletur conjugiis. Sed nec spiritualem, id est commatrem, aut filiam, quod absit, quis ducat temerario ausu uxorem. Est namque nefas, & perniciosum peccatum coram Deo & angelis ejus. Intantum enim grave est, ut nullus sanctorum patrum, neque sanctarum synodorum assertione, vel etiam in imperialibus legibus quispiam judicatus sit; sed terribile judicium Dei metuentes siluerunt sententiam dare.

XXIII.

De his qui homicidium sponte perpetraverunt in XXI. capitulo Ancyrani concilii continetur: Qui voluntarie homidium fecerunt, pœnitentiæ jugiter se submittant, perfectionem vero circa vitæ exitum consequantur.

XXIV.

XXIV.

De his qui homicidium non sponte perpetraverunt, in eodem canone XXII. capitulo continetur: De homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septem annorum pœnitentiam perfectionem consequi præcepit, secunda vero quinquennii tempus explere.

XXV.

De his qui adulteras habent uxores, vel ipsi adulteri comprobantur in concilio Ancyrano capitulo XIX. continetur: Si cujus uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem consequi secundum pristinos gradus.

XXVI.

De monachis & virginibus propositum non servantibus in libro decretorum beati Siricii papæ capitulo VI. continetur: Præterea monachorum quosdam, atque monacharum, abjecto proposito sanctitatis, in tantam protestaris demersos esse lasciviam, ut prius clanculo vel sub monasteriorum prætextu illicita ac sacrilega se contagione miscuerint, postea vero in abruptum conscientiæ desperatione perducti, de illicitis complexibus libere filios procrearint, quod & publicæ leges, & ecclesiastica jura condemnant. Has igitur impudicas detestabilesque personas a monasteriorum cœtu clericorumque conventibus eliminandas esse; quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificato possint pœnitudinis igne decoquere, ut eis vel ad mortem saltem, solius misericordiæ intuitu, per communionis gratiam possit indulgentia subvenire.

XXVII.

De his quæ non coacte, sed propria voluntate virginitatis propositum susceperunt, quod delinquant cum nupserint, etsi nondum fuerint consecratæ, in libro decretorum beati Leonis papæ capite XXVII. continetur: Puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, sed spontaneo judicio, virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, prævaricantur, etiamsi nondum eis gratia consecrationis accessit: cujus utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent.

Hæc itaque, carissimi nobis & dilectissimi, quæ superius annexa sunt, inquantum miserante Deo valuimus, inter cetera capita deflorantes, tam sanctorum apostolorum, quam etiam beatorum patrum sanctiones, seu etiam probabilium beatissimorum pontificum decreta, ut uniuscujusque capituli sententia continet, in brevi eloquio perstringentes, ad vestri præsulatus notitiam & prædicationem, atque populi vobis a Deo crediti ædificationem, mandavimus ministranda atque perficienda: hortantes vestram omnium prudentissimam sanctitatem, & procerum dilectionem, ut omnimoda ratione non declinantes a dextris aut sinistris, sed viam regiam incedentes, constantissime observetis apostolica mandata. Ceterum hæc, amantissimi nobis, dedimus vobis in mandatis, ut nec nos coram Deo de taciturnitate judicemur, nec vos de neglectu coram eo cogamini reddere rationem, sicut scriptum est in dominico præcepto: *Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent.* (Ioan. 15.) Itaque nihil excusationis adhibentes, omnium rationabilium animarum salutem procuretis, ita curA rentes in agone, ut non vituperetur ministerium vestrum, sed magis de palma victoriæ bravium accipiatis, juxta egregii apostoli dictum, habentes bonis actibus inhærendo repositam coronam justitiæ in siderea mansione, quam vobis reddat in illum diem justus judex dominus Deus & salvator noster Iesus Christus, qui vivit in unitate cum Deo Patre omnipotente, & Spiritu sancto per omnia sæcula sæculorum. Amen.

VIII. AD BONIFACIUM ARCHIEPISCOPUM.

Ut recitentur in concilio quæ ad Pippini capitula rescripsit, discutianturque iterum Aldebertus, Godolsatius, & Clemens.

B *Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei.*

EGREGIE nos admonet beatus apostolus Paulus in eo quod ait: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* (1. Cor.) Hinc est ergo, ut per speciale caritatis vinculum, etsi corpore absentes, spiritu vero semper sanctæ fraternitati tuæ simus præsentes: ita ut in nostris visceribus te habentes carissimum fratrem & consacerdotem, licet peccatores, tamen spe divina freti, assidue in nostris orationibus &emoriam tui agere non desistimus, petentes immensam Christi Dei nostri divinitatem, ut in peragendum suum te C confirmet ministerium: quatenus in diem adventus ejus illam placabilem merearis exprimere vocem: *Ecce ego, & pueri quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* (Isa. 8.) Ut continuo altisona & desiderabilis vox inter illos, qui ab initio mundi ei placuere, consonanter te illorum invitatione submittat, in qua dicturus est: *Venite benedicti patris mei, percipite vobis paratum regnum ab origine mundi.* (Matth.) His ita se agentibus agnoscas, carissime, flagitasse a nobis Pippinum excellentissimum majorem domus gentis Francorum per suum hominem, nomine Ardobanium, religiosum presbyterum, aliquanta capitula de sacerdotali ordine, & quæ ad anima- D rum salutem pertinent; simul etiam & pro illicita copula, qualiter sese debeant custodire juxta ritum Christianæ religionis, & sacrorum canonum instituta. Et quamquam de hoc jam experta sit tua fraterna sanctitas quæ a nobis sunt decreta, illius tamen votis aurem accommodantes, in brevi eloquio conscripta apostolica documenta direximus. Pro quibus ut in sacerdotali collegio lectione pandantur, & tuam fraternam sanctitatem inibi evocari dedimus in mandatis: & dum pro hac re fuerit aggregatum concilium, ad medium deducantur sacrilegi illi & contumaces, Aldebertus, & Godolsa- E tius, & Clemens exepiscopi, ut eorum denuo subtili indagatione cribraretur causa. Quos si deviantes a rectitudinis tramite usquequaque repereritis, & convicti fuerint inclinari ad viam converti rectitudinis, ut bonum atque placitũ in oculis vestris paruerit, cum principe provinciæ disponite secundum sacrorum canonum sancita. Sin autem in superbia perstiterint, contumaciter proclamantes reos se non esse, tunc cum probatissimis atque prudentissimis sacerdotibus, duobus vel tribus, prædictos ad nos dirigatis viros, ut profunda inquisitione coram sede apostolica eorum inquiratur causa, & juxta quod

quod meruerint finem suscipiant. Age itaque, dilectissime frater, in ministerio tibi commisso, ab omnipotente Deo mercedis præmium recipiens, æternam vitam consequi merearis. Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data Nonis Ianuarii, imperante domno nostro piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore anno XXVIII. imperii ejus anno VI. indictione XV.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Hæc epistola sine anno & indictione data habetur in vita sancti Bonifacii apud Serarium in historia Moguntina: in Romana (quam nos hic secuti sumus) editione data habetur anno XXVIII. Constantini, ex quo cum patre regnare cœpit: & anno sexto, ex quo solus regnavit post obitum patris. Verumtamen, inquit Baronius, errorem in numerum oportet irrepsisse, si quidem non sibi cohæreant: nam vigesimus octavus imperii annus idem octavus erit, & non sextus, ex quo solus regnare cœpit, cum tamen uterque numerus reperiatur esse mendosus. Vide infra acta concilii Romani II.

IX. AD BONIFACIUM ARCHIEPISCOP.

Rescribit ad ternas ejus literas, inter alia de censu annuo duodecimo denariorum ecclesiis pendendo a singulis conjugiis servorum. de actis in synodo Romana contra Aldebertum & Clementem. & de metropolitana sede Coloniæ Agrippinæ constituenda.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei.

Cum nobis sanctissimæ fraternitatis tuæ syllabæ delatæ fuissent, atque per singula relegi fecissemus, & reperissemus in earumdem literarum tuarum serie, quod peccatis nostris facientibus, dum dominici tritici semina quæreres elaborare ad augendam segetem spiritalé, subito inimici superseminant zizania, ut sanctitatem tuam in bono opere impediant, indoluimus. Sed tua sancta fraternitas elaborare non desinat, & incessanter orationi cum fratribus qui tecum sunt intendat; & spiritales sarculos construens, & zizania eradicans deportet ad comburendum, ut ait B. Gregorius papa: Bonum enim, inquit, vobis opus sit in voluntate: nam ex divino adjutorio erit in perfectione. His ita se habentibus, carissime frater, confortare in domino, & ipse erit adjutor tuus. De incursione autem gentium, quæ in tuis plebibus facta est, mœrendum nobis est. Sed hæc adversitas nullatenus tuam fraternitatem conturbet, quia & Romana civitas ex accidentibus facinoribus sæpius est depopulata: & tamen omnipotentia sua dominus ex supernis dignatus est eam consolari. Sic etenim credimus, quia & vos consolabitur. Populo ergo tibi commisso, reverentissime frater, prædica jejunium, & supplicationes ad Deum litaniarum, & supereminens ejus clementia adjuvabit vos. Te autem, ut prædiximus, nullatenus adversa perturbent: sed in bono opere quod cœpisti nullomodo deficias. Nos vero, licet immeriti & peccatores, nostris precibus, vel consacerdotum nostrorum, inquantum possumus, adjuvabimus. De synodo autem congregata apud Francorum provinciam, mediantibus Pippino & Carlomanno excellentissimis filiis nostris, juxta nostrarum syllabarum commonitionem, peragente nostras vices tua sanctitate, qualiter egeris cognovimus, & omnipotenti Deo nostro gratias egimus, qui eorum corda confirmavit, ut in hoc pio opere adjutores tui existerent: & omnia optime & canonice peregisti, tam de falsis episcopis, & fornicariis, & schismaticis, quam etiam & in reliquis nomine sacerdotibus, contra canonum statuta agentibus, vel contra catholicam Dei & apostolicam ecclesiam, de quibus secundum tuam relationem per singula respondemus. De eo namque quod suggessisti, quod elegerunt civitatem unam omnes Francorum principes, contingentem usque ad paganorum fines, & partes Germanicarum gentium, ubi ante prædicasti, quatenus ibi sedem metropolitanam perpetuo tempore habere debeas, ut inde ceteros episcopos ad viam instruas rectitudinis, & post te tui successores perpetuo jure possideant; hoc quod decreverunt læto nos suscipimus animo, eo quod ex Dei nutu constat esse factum. Quod vero quidam falsi sacerdotes & schismatici hoc impedire conati sunt, eorum vanum agonem dominus dissipabit, & illa faciet stabilita, quæ sanctorum patrum statutis conveniunt concordare. Et quia tibi ipsi principes Francorum in hoc etiam adjutores extiterunt, retribuat illis omnipotens Deus vicissitudinis præmium, & innumera largiatur bona. Nam similiter de illo falso episcopo, quem dixisti adulterati clerici & homicidæ filium, ac in adulterio natum, & absque disciplina nutritum, & cetera mala horribilia quæ per singula enarrasti, ac per hoc & sui similes sacerdotes consecravit; de hoc meminit tua reverenda fraternitas, quot vicibus jam tibi scripsimus, ut nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator sacrum ministerium debeat attrectare: sed neque pœnitens, aut talis, qualem sacri canones prohibent esse sacerdotem. De baptizatis vero ab illo, seu ecclesiis consecratis, requirat tua fraternitas, si aut ecclesias in nomine sanctæ Trinitatis consecravit, aut parvulos similiter baptizavit, dum sacerdotio fungebatur, & sic & consecratio ecclesiarum & parvulorum baptisma sint confirmata. Et hoc pariter suggessisti, quod illi qui a te projecti sunt sacerdotes, a nobis se absolutos apud Francorum provinciam divulgent: quod tua sanctitas nullo modo credat: quia, quod impossibile est, si hoc fecissemus, tuæ caritati per nostras indicassemus literas. Sed hoc quod impossibile est, nullo modo credas, quia non aliud prædicamus, & aliud agimus, aut dirigimus, ut illi garriunt, sed, auxiliante Deo, illud quod prædicamus fine tenus observandum censemus. Hoc autem sanctitatem tuam firmissime ut teneas hortamur, ut sanctorum patrum institutis, & consultis sacrorum canonum omnino obsequi debeas, quia nos nullatenus aliud prædicamus, & aliud agimus. Nã & de eo quod obsecrasti, ut Francorum principibus vel ceteris Francis scriberemus, ut petisti eis per singula scripsimus, ut tibi & amici sint, & adjutores in dominico opere existant. De censu vero expetendo, eo quod impetrare a Francis ad reddendum ecclesiis vel monasteriis non potuisti aliud, quam ut vertente anno ab unoquoque conjugio servorum XII. denarii reddantur; & hoc gratias Deo quia potuisti impetrare, & dum dominus donaverit quietem, augeantur & luminaria sanctorum, pro eo quod nunc tribulatio accidit Saracenorum, Saxonum vel Frisonum, sicut tu ipse nobis innotuisti.

Ivo part. 1, cap. 150.

De eo namque quod interrogasti, quod illi qui A depositi sunt pro capitalibus peccatis de gradu sacerdotali, dum eos reperisses adulteros aut homicidas, ut nec sacerdotes nec clerici esse possint, nec sub pœnitentia monachi esse volunt; sed pergentes apud palatium regis Francorum, rogant ut eis loca tribuat ecclesiarum vel monasteriorum, ut laica vita vivant, & dispergant loca sanctorum: sed & de hoc pariter qualiter fieri debeat, Francorum principibus commonentes dereximus.

In alia quippe tua epistola reperimus contineri omnia, quæ contra te egerunt falsi & schismatici episcopi Aldebertus & Clemens, per quæ omnia acta ipsorum & impiissimum errorem indicasti. Nos vero congregatis fratribus & consacerdotibus nostris, eorumdem pravorum sceleratissima acta in eorum præsentia relegi fecimus: & dum nobis coram omni concilio relecta fuissent, pio studio omnes eadem schismatica dogmata ipsorum, atque iniquissimas traditiones, seu sceleratissimam vitam, quam sibi Aldebertus conscribere fecit, damnaverunt, & una voce exclamaverunt, ut igne cremarentur. Sed nos hoc non rectum judicavimus, pro eo quod ad reservandum, sive in æternum eos condemnandum, in scrinio sanctæ ecclesiæ reservanda mandavimus, conscribentes ipsi dignam sententiam: cujus instar actionis ad tuam direximus, frater, sanctitatem, ut relecta ea in provincia Francorum, omnis schismaticus audiens taliter a sancta Dei catholica & apostolica ecclesia judicatum, a sensus sui pravitate resipiscat.

In tertia quoque tua epistola intimasti nobis de alio seductore, nomine Geolebo, qui antea falso episcopi nomine & honore fungebatur. Sed quia sine cujuscumque licentia & consultu ad nos properat, dum advenerit, ut, domino placuerit, ita fiet. Tua autem reverentia, ut, domino auxiliante, cœpit, vice nostra volumus ut omni anno apto tempore in Francorum provincia concilium debeat celebrare, ut frequentia sacerdotum, sive institutis sacrorum canonum mediantibus, illic quid adversum nullo modo audeat pullulare, sed magis ecclesiæ Dei unitate, & disciplina ecclesiastica atque apostolica ubique in illis partibus dilatata, cunctæ populorum turbæ etiam in occiduis partibus veri catholici esse possint, & non amplius per falsos sacerdotes erroribus involuti demergãtur in interitum. Dum vero concilium aggregaveris, sic tua fraternitas conflictum habeat cum metropolitanis quos confirmavimus, de eo quod dixisti, ut nullus sine commendatitiis epistolis suscipiatur. Tamen & pro hoc ipso, & pro omnibus utilitatibus sanctæ ecclesiæ, Francorum principibus commonitionis direximus literas, ut jam superius fati sumus. De civitate namque illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc vero E Colonia, juxta petitionem Francorum, per nostræ auctoritatis præceptum nomini tuo metropolim confirmavimus, & tuæ sanctitati direximus pro futuris temporibus ejusdem metropolitanæ ecclesiæ stabilitatem. Deus te incolumem custodiat, reverentissime & carissime frater. Data pridie Kalendas Novembris, imperante domno piissimo Augusto 2 Constantino a Deo coronato magno imperatore, anno XXVII. imperii ejus anno V. indictione XIV.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Zachariæ epistola* IX.] Citatur hujus epistolæ locus: *Nam similiter de illo falso episcopo*, ab Ivone Carnotensi parte I. capite 150. sed falso titulo, tamquam ex epistola Gregorii III. cum sit Zachariæ.

2 *Constantini anno* XXVII.] Res exigit ut legatur anno XXVI. sicut in synodo Romana: scripta enim est continuo post synodum, ut inscriptionis quoque nota indicat, & sequens epistola Gemmuli diaconi.

X. AD BONIFACIUM ARCHIEPISCOP.

Respondet ad literas quas Burchardus episcopus attulerat, præcipue de forma & ministro baptismi, de vagis quibusdam episcopis & presbyteris, de Samsonis presbyteri Scoti hæresi circa baptismum, de Virgilio item presbytero, ejusque alio errore. De sede metropolitana non Coloniæ, sed Moguntiæ defixa. Permittit denique, ut sibi deligat successorem.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei.

SACRIS liminibus beati apostolorum principis Petri, & nostris obtutibus præsentatus præsens Burchardus, dilectus nobis episcopus, fraternæ sanctitatis tuæ nobis attulit affatus, per quorum scriptum tenorem agnovimus magnum habere certamen, & studiose elaborare fraternitatem tuam in prædicatione euangelii Christi C Dei nostri, & exhortatione sanctæ catholicæ & orthodoxæ rectæ fidei, quam a redemptore nostro Deo & domino Iesu Christo, per institutum a se beatum principem apostolorum Petrum, & vas electionis Paulum, omnesque apostolos traditam suscepimus. Quibus agnitis, etsi peccatores extensis ad æthera palmis omnipotenti Deo immensas egimus gratias, petentes ejus ineffabilem divinitatem, ut multo amplius confirmet atque corroboret cor fraternitatis tuæ, & sospitem atque robustum corpore annuat permanere, usquequo ejus divinitas te superstitem in hac jusserit esse vita, ad perficiendum ministerium tibi impositum, & ad portan- D lum lucrum animarum in diem Christi Iesu, ut illam merearis audire vocem desiderabilem, quã dicturus est dominus diligentibus se: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum paratum vobis ab origine mundi.* (Matth. 25.) Erant autem inserta in eisdem tuis affatibus diversa capitula, de quibus judicium & consilium atque solatium sedis apostolicæ tibi dirigi flagitasti. Primum capitulum pro synodo provinciæ, in qua natus & nutritus es, quam & in gentem Anglorum & Saxonum in Britannia insula primi prædicatores ab apostolica sede missi, Augustinus, Laurẽtius, Iustus, & Honorius, & novissime tuis tẽporibus Theodorus ex Græco Latinus ante philosophus, & Athenis eruditus, Romæ ordinatus, pallio sublimatus, ad præfatam Britanniam transmissus, judicabat & gubernabat. In illa tale decretum & judicium firmissime præceptum, & diligenter demonstratum esse dignoscitur, ut quicumque sine invocatione Trinitatis lotus fuisset, sacramentum regenerationis non haberet. (De consecr. dist. 14. In synodo Anglorum.) Quod omnino verũ est, quia si mersus in fonte baptismatis quis fuit sine invocatione Trinitatis, perfectus non est, nisi fuerit in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti baptizatus. De illo autẽ quod per quosdam affirmari scripsisti, ut si euangelicis quis verbis, invocata Trinitate, juxta regulam a domino

a domino positam, quicumque mersus esset in A nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quod sacramentum sine dubio haberet: & ita fortiter verbis evangelicis fuisset consecratum baptisma, ut quamvis sceleratissimus quisque hæreticus, vel schismaticus, aut latro, aut fur, sive adulter, hoc homini petenti ministraret, tamen Christi esset baptisma verbis evangelicis consecratum: & econtra, licet minister justus fuerit, si Trinitatem juxta regulam a domino positam in lavacro non dixisset, verum baptisma non esset quod dedit. De illis itaque immundis & incertis viris hæreticis atque schismaticis, qui in nomine Trinitatis petentes baptizant; sed & de his qui sine invocatione Trinitatis mergunt in fonte baptismatis, fraternitati tuæ notum est, quid de B illis sacrorum canonum series continet, quod & tenere te firmiter hortamur. Scriptum quippe est dicente domino: *Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum.* Quod suscepisti, frater, a prædecessore nostro sanctæ recordationis Gregorio, hujus apostolicæ sedis pontifice, in eo permane, & ab evangelica & apostolica, seu sanctorum patrum tradita doctrina nullo modo declines: sed indutus loricam fidei & galeam salutis, viriliter contra nequitiam diabolicæ fraudis apostolicam præsentando vicem resiste. Scriptum namque est: *Ecce dedi faciem tuam potentem adversus faciem eorum, & constantiam tuam confortabo adversus contentiones eorum, & erit fortior petra constantia tua.* Pro sacrilegis itaque C presbyteris, ut scripsisti, qui tauros & hircos diis paganorum immolabant, manducantes sacrificia mortuorum, habentes & pollutum ministerium, ipsique adulteri esse inventi sunt & defuncti; modo vero incognitum esse, utrum baptizantes Trinitatem dixissent, an non; & timent illi qui vivi sunt, quod in tali ministerio non sint baptizati: quibus respondens, jussisti omnes baptizare. Hoc quoque observasse in dicta synodo sacerdotes, ut qui vel unam de Trinitate personam in baptismo non nominaret, illud baptisma verum esse non posset: quod pro certo verum est, quia qui unam ex sancta Trinitate confessus non fuerit, perfectus Christianus esse non potest. Qui enim D confitetur Patrem & Filium, si confessus non fuerit Spiritum sanctum, nec Patrem habet, nec Filium: & qui confessus fuerit Patrem & Spiritum sanctum, & Filium non fuerit confessus; nec Patrem habet, nec Spiritum sanctum, sed vacuus est a gratia divina. Eos autem quos reperisse affata est fraternitas tua pseudosacerdotes, multo majoris numeri quam catholicos, erroneos simulatores sub nomine episcoporum vel presbyterorum, qui nunquam ab episcopis catholicis fuerunt ordinati, illudentes populo, & ministeria ecclesiæ confundentes & conturbantes, falsos, gyrovagos, adulteros, homicidas, molles, masculorum concubitores, sacrilegos, E hypocritas, & multos servos tonsuratos, qui fugerunt dominos suos, servos diaboli transfigurantes se in ministros Christi, qui sine episcopis proprio arbitrio viventes, populares defensores habentes contra episcopos, ut sceleratos mores eorum non confringant, seorsum populum consentaneum congregant, & illud erroneum ministerium non in ecclesia catholica, sed per agrestia loca, per cellas rusticorum, ubi eorum imperita stultitia celari episcopos possit, perpetrant: nec fidem catholicam paganis prædicant, nec ipsi fidem rectam habent, sed nec ipsa verba solennia, quæ debet unusquisque catechumenus, si talis ætatis est ut jam intellectum habeat, sensu cordis sui percipere & intelligere, nec vocant, nec quærunt ab eis quos baptizare debent, id est, Abrenuntiare satanæ, &c. Sed neque signaculo Christi eos muniunt, quæ præcedere debent baptismum: sed nec aliquam credulitatem unius deitatis, & sanctæ Trinitatis docent, neque ab eis quærunt ut corde credant ad justitiam, & oris confessio fiat illis in salutem. Hos itaque ministros satanæ, & non Christi, ubicumque repereris, carissime nobis, aggregato provinciali & sacerdotali collegio omni modo devita, & sacerdotali honore privatos sub regula monachica & pœnitentia summissos, vitam finire ordinabis: ut carne afflicti quandoque ad viam rectitudinis redeant. & si corde crediderint, oris eorum vera confessio illis fiat in salutem. Si vero non fuerint conversi, tua prædicantis non periet justitia. Habebis enim solatiantem te contra nequitiam malignantium, sanctorum apostolorum & ceterorum probabilium patrum canonicam sanctionem. Confortare itaque, reverentissime mihi, & prævale in lege, & in evangelio Christi, & prædicatione catholicæ ac orthodoxæ fidei, quia ipsa glorificabit te. Tribulatio enim corporis nostri temporalis est, & finem habet; probatio autem, spem: *Spes vero non confundit*, ut ait apostolus, *quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Quis namque nos separabit a caritate Christi? tribulatio, an angustia?* & cetera. Et si dejicimur, frater, non perimus: consecramus autem mortem Iesu in corpore nostro, ut vita Iesu in die adventus sui fiat in corpore nostro manifesta, sicut per ejus divinam edocti sumus vocem: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam eorum est regnum calorum.* Conforta itaque & dilectissimos nobis omnes orthodoxos episcopos, & sacerdotes atque Levitas, vel clericos, vel religiosos abbates, & monachos, seu gloriosissimos duces, cunctosque optimates Christianæ legis servatores, ut nobis sint adjutores contra adversarios orthodoxæ fidei, omnesque hæreticos & schismaticos: quatenus & ipsi de fructu boni operis gaudere mereantur in cælestibus regnis, sicut scriptum est: *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo, & scribam super illum nomen meũ.* Interea scripsit reverenda fraternitas tua, reperisse quemdam presbyterum genere Scotum, nomine Samson, errantem a via veritatis, dicentem & affirmantem, sine mystica invocatione, aut lavacro regenerationis, posse fieri catholicum Christianum per episcopalis manus impositionem. Hic autem qui dicit hoc, vacuus est Spiritu sancto, & alienus a gratia Christi, atque a consortio sacerdotali abjiciendus. Quis enim nisi baptizetur, juxta præceptum domini, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & sic per manus impositionem consecretur, potest esse catholicus? Hunc nequissimum virum talia prædicantem ab ecclesia sancta Dei condemnatũ expelle. Illos autem viros qui ab hæreticis baptizati sunt, & dubietas tenet quod in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti non sint baptizati, inquisita rei veritate, si ab erroneis sacerdotibus baptizati sunt, hos sine dubio, juxta prædecessoris nostri bonæ memoriæ Gregorii papæ & sacrorum canonum traditum tibi mandatum, implere non omittas, ne in æternum pereant,

Margin: Levit. 21. — Ezech. 3. — Rom. 5. — Ibidem. — Matth. 5. — Apoc. 3.

sed potius euangelica consecratione salventur. A Intuiti autem sumus & volumen a te directum universis episcopis, presbyteris, diaconibus, vel ceteris religiosam vitam degentibus, de unitate fidei catholicæ & doctrina apostolica scriptum, & valde nobis acceptabile esse cognoscas, quoniam per Spiritus sancti gratiam in te diffusam, carissime, hoc operari studuisti. Interea per alia scripta fraternitatis tuæ petisti, ut sacerdos a nobis dirigatur in partibus Franciæ & Galliæ ad concilia celebranda. Sed dum, Deo propitio, tua sanctitas superstes existit, quæ sedis apostolicæ & nostram illic præsentat vicem, alium illic dirigere necessarium non est. Quos autem repereris, amantissime frater, habentes scientiam sacræ doctrinæ, & sanctam tenentes legem, atque orthodoxam sine dubio defendentes fidem, hos mittere stude, in quibus B prævideris locis, ad prædicandum verbum salutis. Concilia vero aggregatis episcopis provincialibus, ut tibi & ubi rectum videtur, celebranda procura, & quos deviantes inveneris, confunde facies eorum ignominia, ut sint coram hominibus sine honore. Dominus enim Deus noster erit tecum. Suscepimus vero & chartam conscriptam veræ atque orthodoxæ professionis & catholicæ unitatis, quam cum dilectissimis nobis episcopis partis Francorum tua direxit reverenda fraternitas, quam referantes nimio gaudio sumus repleti, innumerabiles gratias agentes Deo Patri omnipotenti, C quia unanimitatem eorum ad societatem nostram revocare dignatus est, ut spiritualis eorum mater sancta lætetur ecclesia. Nostra autem vice, carissime, omnes in osculo pacis Christi saluta: quia & nos dilectioni eorum gratias agentes apostolicas misimus literas. Nam & hoc intimatum est a tua fraterna sanctitate, quod Virgilius ille, nescimus si dicatur presbyter, malignatur adversum te, pro eo quod confundebatur a te erroneum se esse a catholica doctrina, immissiones faciens Otiloni duci Baioariorum, ut odium inter te & illum seminaret, aiens quod & a nobis esset absolutus, ut unius defuncti ex quatuor illis episcopis, quos tua illic ordinavit fraternitas, diœcesim obtineret; quod nequaquam verum est, quia mentita est iniquitas sibi. De perversa autem & iniqua D doctrina ejus, qui contra Deum & animam suam locutus est, si clarificatum fuerit ita eum confiteri, quod alius mundus, & alii homines sub terra sint, seu sol & luna, hunc habito consilio ab ecclesia pelle, sacerdotii honore privatum. Attamen & nos scribentes præfato duci, evocatorias prænominato Virgilio mittimus literas, ut nobis præsentatus, & subtili indagatione requisitus, si erroneus fuerit inventus, canonicis sanctionibus condemnetur. Qui enim seminant dolores, ipsi metunt eos. Sic enim scriptum est: *Perversæ cogitationes separant a Deo: probata autem virtus corripit insipientes.* (Sap. 1.) Pro E Sidonio autem supradicto & Virgilio presbyteris quod scripsit sanctitas tua cognovimus. Illis quidem ut condecebat scripsimus comminando: tuæ autem fraternitati plus credulitas quam illis admittitur. Si autem placuerit domino, vita comite, sedi apostolicæ eos missis apostolicis literis, ut prælatum est, evocamus. Docuisti enim eos, & non susceperunt, & factum in illis sicut scriptum est: *Sapientiam qui docet fatuum quasi qui conglutinat testam. Arenam, & salem,* (Eccl. 22.) *& massam ferri facilius est portare, quam hominem imprudentem, & fatuum, & impium:* (Ibidem.) quoniam *qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens & errans cogitat stulta.* (Eccl. 16.) Non ergo ad iracundiam provocetur cor tuum, frater: sed in patientia tua ubi tales repereris admone, obsecra, argue, increpa, ut convertantur ab errore ad viam veritatis: & si conversi fuerint salvasti animam eorum; si vero in duritia permanserint, mercedem ministerii tui non perdes. Illos autem juxta vocem apostoli devita. (1. Tim. [6].) Alia denique scriptura tuæ fraternitatis cótinebat quod jam olim de Agrippina civitate scripsisti, quod Franci non perseveraverunt in verbo quod promiserunt, & nunc moratur tua fraternitas in civitate Moguntina. (7. quæst. 1. Petiisti ut cum.) Petisti autem ut cum nostro consultu superveniente tibi senectute, & plena dierum ætate, atque imbecillitate corporis, si invenire potueris alium, in eamdem sedem, in qua præes, pro tui persona debeas collocare. Tu vero, carissime, legatus & missus es, ut fuisti, sedis apostolicæ. Nos vero, adjutore Deo, consilium præbemus tuæ reverendæ sanctitati, ut pro salute animarum rationabilium factore Christo, sedem quam obtines sanctæ Moguntinæ ecclesiæ nequaquam relinquas: ut impleatur dominicum in te præceptum: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* (Matth. 10.) Sin vero, si dominus dederit juxta tuam petitionem hominem perfectum, qui possit solicitudinem habere & curam pro salute animarum, pro tui persona illum ordinabis episcopum, eritque in euangelio tibi credito, & ministerio Christi portando in omni loco requirens & confortans ecclesiam Dei. Oramus itaque dominum & redemptorem nostrum, ut sacris interventionibus sanctæ suæ genitricis semper virginis Mariæ dominæ nostræ, & beatorum principum apostolorum Petri & Pauli, orantem pro nobis fraternam sanctitatem tuam sospitem & incolumem conservare dignetur. Deus te incolumem custodiat, reverentissime & sanctissime frater. Data Kalendis Maii, imperante domino piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno pacifico imperatore, anno XXIX. post consulatum ejus anno VII. indictione I.

XI. AD DIVERSOS EPISCOPOS GALLIÆ ET GERMANIÆ.

Laudat illorum inter se, & cum ecclesia Romana conjunctionem: hortaturque ut ministeriis suis constanter insistant cum Bonifacio archiepiscopo, sedis apostolicæ vicario.

Dilectissimi nobis Reginfrido Rotomagensi episcopo, Raimberto Ambianensi episcopo, Deodato Bellovacensi episcopo, Eliseo Noviomensi episcopo, Fulcario Tungrensi episcopo, David Spironensi episcopo, Ætherio Tarvanensi episcopo, Trevvardo Cameracensi episcopo, Burchardo Vuirtzburgensi episcopo, Genebaudo Laudunensi episcopo, Romano Meldensi episcopo, Agilulfo Coloniensi episcopo, Heddo Stratsburgensi episcopo, & ceteris amantissimis coepiscopis, presbyteris etiam & diaconis, cunctisque orthodoxiæ ecclesiarum Dei clericis apostolicam doctrinam tenentibus, Zacharias divina gratia præditus, apostolicæ sedis pontifex, servus autem servorum Dei in domino salutem dicit.

GRATIAS ago Deo Patri omnipotenti, & domino Iesu Christo unico filio ejus, & Spiritui

Spiritui sancto, qui vestra omnium corda inflammare dignatus est per infusam a se gratiam, ut in unitate fidei, & vinculo pacis ambuletis, & sit splendor domini Dei nostri super vos, dilectissimi mihi, & abundans gratia pacis & caritatis, ut sitis unum corpus spiritalis matris vestræ sanctæ catholicæ & apostolicæ Dei ecclesiæ, in qua Deo auctore, quamvis tanto fastigio viribus longe impares, præsumus, implentes illud propheticum dictum: *Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum.* Etenim & si pro itineris longitudine, corpore simus absentes, in spiritu tamen dilectionis semper sumus vobis præsentes, habentes vos in visceribus nostris, & assidue orantes, ut Deus & dominus noster Iesus Christus multo amplius confirmet corda vestra, & corroboret in exhortatione euangelii, in ministerio quo fungimini, ut credita vobis plebs vestris admonitionibus, adjutore Deo, a diabolica fraude liberata salva persistat, vosque mereamini de eorum animabus in diem Christi apportare lucrum. Scriptum quippe est: *Filii sapientiæ ecclesia justorum, & natio eorum obedientia & caritas. Obsecro ergo vos*, carissimi mihi, *ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, ut decet sanctos, cum multa patientia, supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis & caritatis*: quia *finis præcepti caritas est, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Gaudeo in vobis, carissimi, quoniam fides vestra, & unitas erga nos preciosa est & manifesta, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus, dum ad fautorem & magistrum vestrum a Deo constitutum beatum apostolorum principem Petrum benignissima voluntate conversi estis. Laudabilis fides vestra & bona fama, quoniam idipsum sapitis quod oportet sapere. Et nunc Deo cooperante est aggregata sanctitas vestra nostræ societati in uno pastorali ovili: & est nobis unus pastor, qui a pastore pastorum domino Deo & salvatore nostro Iesu Christo princeps apostolorum, & noster doctor est institutus. Habetis itaque nostra vice ad confirmandam dilectionem vestram, & collaborandum vobis in euangelium Christi, sanctissimum ac reverentissimum Bonifacium fratrem nostrum archiepiscopum, apostolicæ sedis legatum, & nostram præsentantem vicem. Sit ergo constantia vestra adversus contentiones eorum qui adversa sapiunt, & non quæ Dei sunt: & erit fortior petra constantia vestra, sicut est scriptum: *Ne timueritis ex eis, neque terreamini a facie eorum qui corpus occidunt, animam vero non possunt occidere. Quod autem in ore auditis, prædicate in lumine, illum timentes, qui potest animam & corpus occidere & mittere in gehennam. Fratres mei, in carne ambulantes non secundum carnem militemus. Arma enim militiæ nostræ non carnalia, sed potentia sunt Deo, ad destructionem munitionum inimici consilia salubria impendentes, & omnem impietatem extollentem se adversus scientiam Dei destruentes, & in captivitatem redigentes omnem intellectum, & omnem cogitationem in obsequium Christo perducentes. De cetero fratres, confortamini in domino, & in potentia virtutis ejus.* Pax vobis multa, & gratia a Deo & domino nostro Iesu Christo ministretur. Amplectimur & osculamur ac si præsentes, caritatem vestram in unitate spiritus, in vinculo pacis & caritatis Christi. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi nobis.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Zachariæ epistola* XI.] Nulla est hujus epistolæ subscriptio, quæ annum doceat. Sed cum in manuscriptis postponatur concilio Romano, & ex Ragenfredi Rothomagensis episcopi nomine constet, aliquanto post obitum Grimonis, de quo in superioribus epistolis actum est, scriptam fuisse, facile assentior Baronio, qui anno Christi DCCXLVIII. scriptam putat, cum altera Zachariæ ad Bonifacium per Burchardum missa. Quare eo potius transferenda est.

2 *David Spironensi.*] A Spira Nemetum, quæ Spiracia ab eodem Zacharia dicitur in epistola XIII. Male autem *Corsopitensi* legebatur, & mox *Ætherio Cenomanensi*, pro *Tarvanensi*, seu Morinensi.

XII. AD BONIFACIUM ARCHIEPISCOP.

Respondet ad epistolam Bonifacii, & ad varias ejus quæstiones, quas per Lullum proposuerat.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei.

BENEDICTUS Deus Pater domini nostri Iesu Christi, qui dispersa congregat, & congregata conservat, augetque fidem & fiduciam servis suis ad prædicandum verbum euangelii Iesu Christi domini nostri, cum eodem Patre, in unitate Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum: ipsi gloria & laus, qui adjutor & protector est in se credentibus. Ipse enim dixit: *Qui credit in me, vita vivet, & non morietur:* quoniam *ego sum via, veritas, & vita.* Laudamus & superexaltamus sanctum nomen ejus, læti & gaudentes per horum gerulos, & sanctæ fraternitatis tuæ literis allatis superstitem in hac vita, & in domino te valere cognoscentes, petentes immensam Dei nostri divinitatem, ut ad prædicandum multo amplius euangelii atque sanctæ fidei ejus sacramentum, longævum te servet, suaque protectione te muniat, & ab adversantium insidiis pie miserando custodiat. Suggessit itaque sancta fraternitas tua in suis apicibus, quod prædecessor noster beatæ memoriæ Gregorius, hujus sanctæ sedis apostolicæ præsul, dum ad prædicandum verbum euangelii tuam misisset fraternitatem in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis, ab eo te esse commonitum, ita ut orthodoxos episcopos, presbyteros, vel quoscumque reperire potuisses in verbo exhortationis perfectos, amplius confirmares, & eis communicares quod & factum est: si quos vero seductores episcopos, aut pseudopresbyteros, vel quoscumque a recto fidei tramite deviantes reperisses, nulla tibi cum eis esset communio; quod te Deo solatiante usque ad præsens spiritaliter servasse confessus es: vel si omnino, propter principalem & humanum favorem gentis Francorum, dum ad eos accessisses, corporaliter abstinere non valuisti, cogente necessitate ecclesiarum Dei; attamen in eorum concilio & consensu communionis anima tua non est coinquinata. Itaque propter hoc quod cum eis conversatus es, non consentiens iniquitati eorum, nullum tibi est detrimentum coram Deo. Te enim prædicante si obedirent, salvi essent: sin autem in iniquitate sua permanerent, ipsi perirent. *Tu autem*, juxta prophetæ dictum, *salvasti animam tuam.* De episcopis autem & palliis Francorum scripsisti, quod juxta promissionem suam nondum quod dixerant impleverunt. Qui si impleverint juxta verbum suum, habe-

Ioan. 11.
Ioan. 14.
12. quest. 1. Quod prædecessor.
Ezech. 33.

habebunt ex eo laudem: sin vero aliter egerint, ipsi videbunt. Nos enim, divina gratia largiente, quod gratis accepimus gratis damus. Tua quidem propter hoc benigna voluntas a nobis suscepta est. Igitur & hoc petisti, monasterium in vastissima solitudine, & in medio gentium quibus prædicas constitutum & a te fundatum, atque in honore salvatoris Dei nostri dedicatum, ubi etiam & monachos sub regula beati Benedicti degere ordinasti, hoc, inquam, venerabile monasterium petisti privilegio sedis apostolicæ muniri. Quod votis tuis acquiescentes ordinavimus juxta petitionem & desiderium tuum. Congruit enim divini ministerii prædicatorem, optimumque ministrum ad desiderata pertingere, & cœptum bonum opus in finem usque perducere, sicut scriptum in dominico precepto: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Et: *Beatus servus ille, quem cum venerit dominus, invenerit sic facientem: etenim super omnia bona sua constituet eum.* Interea prædictus tuus gerulus Lul, cum ceteris suis concomitibus, quæ injuncta fuerunt a tua sancta fraternitate, tam in verbo quam in scripto, omnia liquidius suggerentes innotuerunt, de quibus tam in verbo quam in scripto responsum dantes, tuæ remisimus fraternitati. Continebant enim capitula in pitacio ab eis porrecto, quæ inferius annexa sunt, de quibus flagitasti a nobis quæ recipienda, vel quæ respuenda sunt. In primis de volatilibus, id est graculis, & corniculis, atque ciconiis, quæ omnino cavendæ sunt ab esu Christianorum: etiam & fibri, atque lepores, & equi silvatici multo amplius evitandi. Attamen, sanctissime frater, de omnibus scripturis sacris bene compertus es. De igne autem paschali quod inquisisti, a sanctis priscis patribus, ex quo per Dei & domini nostri Iesu Christi gratiam, & pretioso sanguine ejus ecclesia dedicata est, quinta feria paschæ, dum sacrum chrisma consecratur, tres lampades magnæ capacitatis, ex diversis candelis ecclesiæ oleo collecto, in secretiori ecclesiæ loco ad figuram interioris tabernaculi insistente, indeficienter cum multa diligentia ardebunt, ita ut oleum ipsum sufficere possit usque ad tertium diem. De quibus candelis sabbato sancto pro sacri fontis baptismate sumptus ignis per sacerdotem renovabitur. De crystallis autem, ut asseruisti, nullam habemus traditionem. De his qui regio morbo vexantur inquisisti, sive homines, sive equi sint, quid faciendum sit de illis. Si homines ex nativitate, aut ex genere, hujus morbi sunt, hi extra civitatem commanere debebunt, ad eleemosynam vero accipiendam a populo non devitari. Si autem contigerit magnum vel parvum non nativitate, sed superveniente ægritudine vexari, non est projiciendus, sed si possibile est curandus. Attamen in ecclesia, dum ad communionem venerit, post omnium impletionem erit ingressurus ad participandum munus. Equi vero, qui præfato morbo fuerint inquinati, si curari non valuerint, in puteis & foveis projiciendi sunt, ne ejusdem morbi contagione ceteri coinquinentur. De animalibus autem, quæ a furentibus, id est rabidis lupis & canibus fuerint lacerata, oportet ea a ceteris separari, ne per furentes & mordentes cetera coinquinentur. Quod si pauca sunt, ut supra diximus, in foveas projicienda sunt. Nam & hoc inquisivit fraternitas tua, si liceat sanctimonialibus feminis, quemadmodum viris, sibi invicem pedes abluere, tam in cœna domini, quamque in aliis diebus. Hoc dominicum præceptum est, quod qui per fidem impleverit, habebit ex eo laudem. Etenim viri & mulieres unum dominum habemus qui in cælis est. Pro benedictionibus autem quas faciunt Galli, ut nosti, frater, multis vitiis variantur. Nam non ex apostolica traditione hoc faciunt, sed per vanam gloriam hoc operantur, sibiipsis damnationem adhibentes dum scriptum est: *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod evangelizatum est, anathema sit.* Regulam catholicæ traditionis suscepisti, frater amantissime: sic omnibus prædica, omnesque doce, sicut a sancta Romana, cui Deo auctore deservimus, accepisti ecclesia. Inquisisti etiam & hoc, si ante tricesimum annum liceat sacerdotem ordinari. Bonum & congruum est, carissime frater, si fieri & inveniri potest, ut provectæ ætatis & boni testimonii viri, juxta sacrorum canonum instituta, ordinentur sacerdotes. Si autem minime reperiuntur, & necessitas exposcit, a viginti quinque annis & supra Levitę & sacerdotes ordinentur, quemadmodum in lege domini continetur. De Milone autem, & similibus ejusmodi, qui ecclesiis Dei plurimum nocent, ut a tali opere nefario recedant, juxta apostoli vocem, *opportune, importune prædica.* Si acquieverint admonitionibus tuis, salvabunt animas suas. Sin vero, ipsi peribunt obvoluti in peccatis suis; tu autem, qui recte prædicas, non perdes mercedem tuam. Nam & hoc inquisisti, post quantum temporis debet lardum comedi. Nobis a patribus constitutum pro hoc non est. Tibi autem petenti consilium præbemus, quod non oporteat illud mandi, priusquam fumo siccetur, aut igne coquatur. Si vero libet ut incoctum manducetur, post paschalem festivitatem erit manducandum. Episcopus autem condemnatus, de quo inquisisti, qui pugnator & fornicator existit, atque res ecclesiæ post degradationem sibi vendicare nititur, hic omnino ac detestabiliter respuendus est. *Quæ enim portio fideli cum infideli? aut quæ communio Christi ad Belial?* Hunc & sanctorum patrum traditiones, & sanctorum canonum instituta condemnaverunt. De ordinatione etiam presbyterorum & diaconorum*, cogente necessitate & paupertate rogantium non legitimis temporibus & diebus a te promoveri, te offensionem incurrisse insinuasti. Dicimus autem tibi, frater, ut bene nosti, quod sacri canones docent aptis temporibus sacerdotes ordinandos. Attamen in eo quod a te propter zelum fidei actum est, a domino Deo nostro indulgentiam postulamus. De censu autem ecclesiarum, id est solidum de casata suscipe, & nullam habeas hæsitationem, dum ex eo poteris eleemosynam tribuere, ac in Christi pauperes partiri, & opus perficere sanctarum ecclesiarum juxta canonũ instituta. Si quos vero presbyteros, qui de laicis promoti fuerint, & antea criminalibus causis obvoluti, celantes peccatum suum ordinati sunt, postmodum vero manifestata est eorum iniqua actio; hos sacerdotali habitu privatos pœnitentiæ submitte. Non enim odit Deus peccantem & confitentem, sed peccantem & negantem. Nam & hoc flagitasti a nobis, si liceat persecutionem paganorum fugere, an non. Et pro hoc, frater, salutare consilium damus. Si fieri potest, & locum inveneris, insta ad prædicandum illis: si autem supportare non valueris

Matth. 10. Idem 24. — Gal. 1. — Dist. 78. Si triginta annorum. — 2. Tim. 4. — 2. Cor. 15.

valueris eorum persecutionem, habes præceptum dominicum, ut in aliam ingrediaris civitatem. Nam & hoc inquisisti, quid fiendum sit de excommunicato episcopo, & apostolicam auctoritatem negligente. Hic detestabilis est coram Deo & hominibus, cui condemnato incondemnatus non communicabit. Ipsi enim condemnabuntur in die iræ, & revelationis domini & salvatoris nostri Iesu Christi, cum sederit ad judicandum genus humanum, sicut scriptum est: *Superbis ego resistam, dicit dominus.* Etenim de Sclavis Christianorum terram inhabitantibus, si oporteat censum accipere, interrogasti. Hoc quidem consilio non indiget, dum rei causa est manifesta. Si enim sine tributo sederint, ipsam quandoque propriam sibi vindicabunt terram. Si vero tributum dederint, norunt dominatorem ipsam terram habere. Nam & hoc flagitasti a nobis, sanctissime frater, in sacri canonis celebratione quot in locis cruces fieri debeant, ut tuæ significemus sanctitati. Votis autem tuis clementer inclinati, in rotulo dato Lul religioso presbytero tuo, per loca signa sãctę crucis quanta fieri debeant infiximus. His autem ita se habentibus, domini deprecamur clementiam, licet peccatores, ut suo te muniat & confortet auxilio, nosque annuat prosperitatis tuæ semper læta suscipere nuntia Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater. Data II. Nonas Novembris, imperante domino piissimo Augusto Constantino, a Deo coronato magno imperatore anno XXXII. post consulatum ejus anno XI. indictione V.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Zachariæ epistola* XII.] Milo is est cui pulso sancto Rigoberto episcopatum Rhemensem concesserat Martellus. Flodoardus lib. II. cap. 2. *Carolus Rigobertum episcopatu deturbavit, & cuidam Miloni sola tonsura clerico, qui secum processerat ad bellum, dedit episcopatum.* De eodem Milone iterum agens inferius, hæc ipsa etiam Zachariæ verba commemorat.

XIII. AD BONIFACIVM ARCHIEPISCOPVM.

Moguntinæ sedis in metropolim erectio.

Reverentissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo Zacharias servus servorum Dei.

QVALITER dominus Deus noster sanctæ ecclesiæ propitiatus sit, & laboribus sanctissimæ fraternitatis tuæ cooperator extiterit, per singula edicere longum est: tamen ut hæc quæ objicimus confirmemus, quæ ex parte te narrante perspeximus enarramus. Igitur dum in Germania provincia tua fraterna sanctitas ad prædicandum fuisset directa a sanctæ recordationis prædecessore nostro domno Gregorio papa, & post inchoatum opus, & aliqua ex parte spiritaliter ædificatum, Romam reversus, ab eo episcopus ordinatus, & illic ad prædicandum denuo remissus es, & laborasti Deo prævio nuncusque per annos XXV. in eadem prædicatione, ex quo episcopatum suscepisti. Sed & in provincia Francorum nostra vice concilium egisti, & juxta canonum instituta, Deo eis annuente, omnes flexi sunt obedire. Et dum in his piis operibus occupata esset tua fraternitas, nuncusque cathedralem sedem minime sibi vindicavit. At vero ubi Deus prædicationem tuam auxit, obtinere voluisti ut tibi cathedralem ecclesiam vel successoribus tuis confirmare debeamus, juxta eorumdem filiorum Francorum petitionem. Et idcirco beati Petri apostoli auctoritate sancimus, ut supradicta ecclesia Moguntina perpetuis temporibus tibi & successoribus tuis in metropolim sit confirmata; habens sub se has quinque civitates, id est Tungris, Coloniam, Vvormatiam, Spiraciam, & Trectis, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per suam prædicationem Christi lumen agnoscere fecit. His a nobis definitis, per hujus confirmationis paginam, in tua ecclesia perpetuis temporibus pro sui confirmatione conservandam esse mandamus. Bene valete. Data pridie Nonas Novembris imperante domno piissimo Augusto Constantino magno imperatore anno XXXII. post consulatum ejus anno XI. indictione V.

XIV. AD BONIFACIVM ARCHIEPISCOPVM.

Privilegium monasterii Fuldensis.

Zacharias papa Bonifacio episcopo, & per eum in monasterio ab eo constructo successuris abbatibus in perpetuum.

QVONIAM semper sunt concedenda quæ rationabilibus congruunt desideriis, oportet ut devotio conditoris piæ constructionis oraculo in privilegiis præstandis minime denegetur. Igitur quia postulasti a nobis, quatenus monasterium salvatoris a te constructum, situm in loco, qui vocatur Buchonia, erga ripam fluminis Fuldæ, privilegii sedis apostolicæ infulis decoretur, ut sub jurisdictione sanctæ nostræ, cui Deo auctore deservimus, ecclesiæ constitutum, nullius alterius ecclesiæ ditionibus submittatur. Pro qua re piis desideriis faventes, hac nostra auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus. Et ideo omnem cujuslibet ecclesiæ sacerdotem in præfato monasterio ditionem quamlibet habere hac auctoritate, præter sedem apostolicam, prohibemus. Ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum solennitatem ibidem quispiam præsumat omnimodo celebrare, ut profecto, juxta id quod subjecti apostolicis privilegiis consistunt, inconcusse locus dotatus permaneat. Constituentes per hujus decreti nostri paginam, atque interdicentes omnibus omnino cujuslibet ecclesiæ præsulibus, vel quacumque dignitate præditis personis, sub anathematis interpositione, qui hujus præsumpserit præsentis constituti a nobis præfato monasterio indulti, quolibet modo existere temerator. Bene valete.

1 EPIST. BONIFACII AD GRIPHONEM FRATREM PIPPINI MAIORIS DOMVS.

Commendat illi clericos & monachos qui sunt in Thuringia, ut eos defendat ab injuriis paganorum.

Bonifacius servus servorum Dei Griphoni filio Carli optabilem in Christo salutem.

OBSECRO & adjuro pietatem vestram, per Deum patrem omnipotentem, & per Iesum Christum filium ejus, & per Spiritum sanctum, per sanctam trinitatem, & unitatem Dei, ut si tibi Deus potestatem donaverit, ut adjuvare studeas servos Dei sacerdotes presbyteros qui sunt in Thuringia, & monachos & ancillas Christi

Christi defendere contra paganorum malitiam, A & adjuvare Christianum populum, ut eos pagani non perdant, ut ante tribunal Christi mercedem habeas perpetuam. Et cognoscite, quod memoria vestra nobiscum est coram Deo, sicut & pater vester vivus & mater jam olim mihi commendarunt. Deprecamur Deum salvatorem mundi, ut dirigat viam vestram & vitam ad salutem animæ vestræ, ut in gratia Dei semper hic & in futuro sæculo permaneatis. Interea mementote, filii carissimi, quia juxta vocem psalmophraphi: *Omnis homo sicut fenum dies ejus, & sicut flos agri ita florescet.* Et apostolus ait: *Totus mundus in maligno positus est.* Et item in B euangelio veritas dixit: *Quid enim proderit homini, si lucretur universum mundum, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* Et iterum in euangelio de gloria justorum: *Ecce fulgebunt justi sicut sol in regno Patris eorum.* Et Paulus apostolus de beatitudine vitæ æternæ: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quod præparavit Deus diligentibus se.* Facite ergo, filii, ut mercedis vestræ præmia in alto cælorum culmine clarescant & crescant. Valere vos in longitudine dierum in Christo optamus.

Psal. 102. — 1. Ioan. 5. — Matth. 16. — Matth. 13. — 1. Cor. 2.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Epistola ad Griphonem.*] Extat inter epistolas Bonifacii numero 26. Griphonis autem, ejusque cum Pippi- C no fratre dissidii, meminere per hos annos annales tum Pithœani, tum alii, qui post Caroli magni vitam ab Eginharto scriptam editi sunt sine auctoris nomine; revera autem ejusdem sunt Eginharti, ut docet præfatio libelli manuscripti de miraculis S. Sebastiani Ludovico Pio regnante compositi.

XV. AD EPISCOPOS FRANCORUM.

De concordia & pace inter Pippinum & Griphonem concilianda, & de corpore sancti Benedicti Cassinatibus restituendo.

Zacharias episcopus servus servorum Dei omnibus sacerdotibus & presbyteris Francorum.

EGREGIUS apostolus docet: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Et iterum idem ipse: *Dum tempus habemus operemur* D *bonum ad omnes.* In alio autem loco scriptura testatur: *Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona!* Ergo quia innotuerunt nobis Optatus religiosus abbas presbyter monasterii sancti Benedicti, & Carolomannus Deo amabilis monachus germanus filii nostri Pippini excellentissimi majoris domus, per hos religiosos Dei servos monachos, concordiæ & pacis sermones inter eum & Griphonem fratrem ejus misisse, ut & nos in ea ipsa admonendo dirigamus excellentiam ejus, ut ad pacis concordiam redeant, vobis propter Deum pacifice mediantibus: verum etiam & pro corpore beati Benedicti, quod furtive ablatum est a suo sepulcro, ut restituatur. In hoc opere æqui- E tatis & misericordiæ libenter aurem accommodantes, hortamur dilectionem ac sanctitatem vestram, ut primum omnium frater cum suo fratre ad pacis redeant unitatem, & confundatur iniquitas in medio eorum. Caritas vero Dei vobis prædicantibus & ministrantibus exuperet inter eos. Deinde & præfati B. Benedicti corpus, juxta petitionem Dei servorum monachorum, illius sublimitas, & vestra sanctitas indubie ad proprium remittat locum: ut & ipsi gaudeant de suo restituto patre, vosque perennem habeatis mercedem & laudem, pro eo quod juste operati fueritis ipsum ad suum reverti tumulum, ex quo clam tultus est. Nec enim habet sanctitas vestra quid offensionis in hoc bono opere restitutionis ejus pertimescere debeat coram Deo, dum creditur quia ad obtinendum hoc opus, ipsius suffragantibus orationibus, & voluntate præfati religiosi Dei servi sunt permoti. Bene valete.

Rom. 8. — Gal. 6. — Rom. 10.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Zachariæ epistola.* XV.] Hanc vero descripsimus ex schedis Pithœanis, quamquam eadem etiam legitur apud Adrevaldum lib. 1. de miraculis sancti Benedicti cap. 15. Sed alieno loco eam recitat, Zachariæ & Stephani tempora confundens; Optati præterea nomen omisit, abbatis Casinensis, cujus meminit Stephanus papa, sub finem epistolę VIII. ad Pippinum in codice Carolino: ad quem etiam extat Bonifacii epistola numero CVI. *Reverentissimo fratri, imo dilectissimo consacerdoti, Optato abbati, & universæ sanctæ congregationi sub cura illius regularis vitæ normam custodienti, Bonifacius.*

EPIST. BONIFACII ARCHIEPISCOPI AD ZACHARIAM PAPAM PER LULLUM presbyterum missa.

Exponit quomodo in iis se gesserit quæ Gregorius II. papa ipsi præceperat: & de monasterio Fuldensi quod construxerat.

Reverentissimo patri dilectissimo domino cum timore & honore venerando magistro, apostolici honoris privilegio prædito, pontificatus infula apostolicæ sedis sublimato Zachariæ, Bonifacius exiguus servus vester, licet indignus & ultimus, tamen legatus Germanicus devotissimus, optabilem in Christo immarcessibilis caritatis salutem.

PATERNÆ pietatis vestræ sanctitatem subnixis precibus obsecro, ut hunc presbyterum meum, portitorem literarum mearum, nomine Lul, grato animo clementer suscipiatis. Habet enim secreta quædam mea quæ soli pietati vestræ profiteri debet, quædam viva voce vobis dicere, quædam per literas notata ostendere, de quibusdam vero necessitatibus meis inquirere & interrogare, & mihi paternitatis vestræ responsum & consilium ex auctoritate sancti Petri principis apostolorum ad solatium senectutis repræsentare: ut his omnibus auditis & consideratis, si quæ sint quæ vobis placeant facta, adaugere Deo volente studeam; si autem quid, ut timendum est, displiceat, ex præcepto apostolatus vestri vel indulgentiam merear, vel dignam pœnitentiam persolvam. Antecessor enim præcessoris vestri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinavit, & ad prædicandum verbum fidei Germanicis gentibus misit, sacramento me constrinxit, ut canonicis & justis episcopis & presbyteris, in verbo & facto, in consensu adstipulator & adjutor fierem: hoc autem cum divina gratia implere studui: falsos autem sacerdotes, hypocritas & seductores populorum vel corrigerem ad viam salutis, vel declinarem, & abstinerem a communione ipsorum: quod ex parte servavi, & ex parte custodire & implere non potui. Spiritaliter implevi sacramentum, quia in consensum & in consilium illorum non venit anima mea. Corporaliter autem ab eis omnino abstinere non potui, dum venissem ad principem Francorum, cogente ecclesiarum necessitate, cum tales ibi reperi, quales nolui: sed tamen in sancta communione corporis

corporis Christi illis non communicavi. Præcepit quoque mihi præfatus apostolicus pontifex, ut populorum, quoscumque visitassem, conversationem & mores apostolicæ sedis pontifici indicarem; quod in domino confido me fecisse. De eo autem quod jam præterito tempore de archiepiscopis, & de palliis a Romana ecclesia petendis, juxta promissa Francorum, sanctitati vestræ notum feci, indulgentiam apostolicæ sedis flagito, quia quod promiserunt, tardantes non impleverunt; & adhuc differtur & ventilatur; quid inde perficere voluerint ignoratur; sed mea voluntate impleta esset promissio. Est præterea locus silvaticus in eremo vastissimæ solitudinis, in medio nationum prædicationis nostræ, in quo monasterium construentes monachos constituimus sub regula sancti patris Benedicti viventes, viros strictæ abstinentiæ, absque carne & vino, absque sicera & servis, proprio manuum suarum labore contentos. Hunc locum supradictum per viros religiosos & Deum timentes, maxime Carlomannum quondam principem Francorum, justo labore acquisivi, & in honore sancti salvatoris dedicavi. In quo loco, cum consensu pietatis vestræ, proposui aliquantulum vel paucis diebus fessum senectute corpus requiescendo recuperare & post mortem jacere. Quatuor etenim populi, quibus verbum Christi per gratiam Dei diximus, in circuitu loci hujus habitare dignoscuntur, quibus cum vestra intercessione, quamdiu vivo vel sapio, utilis esse possum. Cupio enim vestris orationibus, comitante gratia Dei, in familiaritate Romanæ ecclesiæ, & vestro servitio, inter Germanicas gentes, ad quas missus fui, perseverare, & præcepto vestro obedire, sicut scriptum est: *Judicium patris audite, filii dilecti; & sic facite ut salvi sitis.* Et alibi: *Qui honorat patrem suum vita vivet longiore.* Et iterum: *Honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio a domino.* &: *Benedictio patris firmat domos filiorum.*

"** XVI. AD FRANCOS ET GALLOS.
Illa mox subjicietur post cōcilium Liptinense."

" ** XVII. AD AUSTROBERTUM ARCHIEP. VIENNENSEM.

Mittit exemplar synodi Romæ celebratæ XI. Kal. Aprilis, ac rescribit quid agendum sit de episcopis per pecuniam ordinatis.

Zacharias servus servorum Dei reverentissimo fratri Austroberto sanctæ ecclesiæ Viennensis archiepiscopo.

VENIT ad nos presbyter Clemens missus a sanctitate vestra, referens a concussione gentium turbatas ecclesias provinciæ vestræ. Unde & nos valde tristes effecti sumus. Sed quid sanctitas vestra de talibus miratur, cum omnia prædicta a domino in euangelio cognoscat? Abundavit, inquit, iniquitas, & refrigescet caritas multorum. Nam & Longobardi, quorum sævitia ubique crevit, ita nostros fines devastant, sicut de rege Babyloniæ propheta dicit: Exossaverunt nos. Consideremus Dei justa judicia & contabescamus iniquitatibus nostris. Ceterum XI. Kalendas Aprilis synodum Romæ fecimus, cujus exemplar dilectus presbyter noster vestræ sanctitati portabit. De episcopis vero per pecuniam ordinatis hoc vobis rescribimus, ut si utiles sint, pro tali facto severissime corrigantur, non tamen penitus dejiciantur a suo ordine, doleantque se per quod illicite in tanto ordine ab eis commissum est. Deinceps tamen videat vestra prudentia ne talis hæresis in provincia vestra locum habeat. Dalmaticam usibus vestris misimus, ut quia ecclesia vestra ab hac sede doctrinam fidei percepit, morem habitus sacerdotalis ab ista etiam percipiat decorem honoris. Data Nonas Martii Constantini Augusti anno imperii primo.

"** XVIII. AD THEODORUM EPISCOPUM TICINENSEM.

Non licere filium in matrimonium ducere illam quam pater de sacri fonte baptismatis suscepit.

Zacharias episcopus servus servorum Dei reverentissimo fratri Theodoro episcopo ecclesiæ Ticinensis.

PICTATIUM quod nobis tua venerāda fraternitas obtulit, per quod nos sciscitari studuisti, si licet filium cujus pater alterius filiam ex sacri fonte baptismatis habet susceptam, id est spiritualem ejusdem patris filium, quod dici crudele est, in matrimonium suscipere liceat, quod apud te enormiter asseruisti contigisse. Sed bene tua sancta fraternitas compertum habet quod dominus per Moysen præcipit dicens, *Turpitudinem patris tui non revelabis. Turpitudinem sororis tuæ non revelabis.* Filia enim prius his est. Turpitudo enim patris tui, & turpitudo sororis tuæ, turpitudo tua est. Turpitudinem enim non revelare dicitur, dum a propria consanguinitate præcipit abstinere" omni occasione aut argumento seposito. sub nimia districtione nos cavere convenit, ne in iram divini hominis incidamus. Si quis tali facinore mixtus minime restrinxerit " venam luxuriæ durissime restringi cogatur. Unde & omnes omnino cavendæ sunt talis sceleris commixtiones, ne in æternum pereant. Sed & eum, qui ejus perniciosæ temeritatis auctor animæ suæ salutem despiciens impiissimo sese miscuit matrimonio, per omnia fraternitas tua studeat separare, & pœnitentiæ dignæ submittere. Quatenus ab æterna erutas damnatione animas eorum lucretis, ipso præstante domino Deo & salvatore nostro Iesu Christo.

" ** *In alio cod. hæc sequuntur.* De filiis autem qui ex eis nati esse probantur retulisti, si liceat eos conjugio copulari. Sed hi cur prohibeantur a cōjugio aut pro hujusmodi pœnitentiam agere cōpellantur? Dum ex hoc absque condemnatione esse perhibentur, quia non pater pro filio, neque filius pro patre sustinebit tormenta, dicente domino per prophetam, *Anima patris est mea & anima filii est mea. anima quæ peccaverit ipsa morietur.* Sed & frater carissime de his dixisse sufficiat. Cave autem ne aliter agere subjectis concedas, ne a recto tramite inveniaris deviare.

Levit. 18.

" al. Multo magis a spirituali patris nostri filia omni occasione

" frena

Ezech. 18.

CONCILIUM APUD CLOVESHO CELEBRATUM,

ANNO CHRISTI 742.

Anno domini DCCXLII. præsidente eidem Æthelbaldo rege Merciorum, cum Cuthberto archiepiscopo Doroberniæ, ceterisque episcopis simul assidentibus.

In quo inclytum regis Vuithredi privilegium de libertate ecclesiarum Cantii, ab Æthelbaldo confirmatur per regnum Merciorum observandum.

ANNO dominicæ incarnationis DCCXLII. congregatum est magnum concilium apud Clovesho,

ANNO CHRISTI 742.

Clovesho, præsidente eidem concilio Æthelbaldo rege Merciorum, cum Cuthberto archiepiscopo Dorobernię, ceterisque episcopis simul assidentibus, diligenter examinantes: * circa necessaria totius religionis, & de symbolo ex antiquis sanctorum patrum institutionibus tradito, studioseque perquirentes qualiter in primordio nascentis ecclesiæ hic in Anglia jubebatur haberi, aut ubi honor cœnobiorum secundum normam æquitatis.

Privilegiū regis Vvithredi producitur.

Hæc & his similia anxius inquirentes, antiquaque privilegia recitantes, tandem pervenit ad manus libertas ecclesiarum, & institutio vel præceptum Vvithredi gloriosi regis, de electione & auctoritate cœnobiorum in regno Cantiæ, quomodo & qualiter secundum imperium & electionem Cantuariensis metropolitani fieri & stare præcipitur. Ex præcepto itaque Æthelbaldi lectum est coram omnibus privilegium præfati Vvithredi gloriosi regis, & placuit cunctis hoc audientibus, pariterque dixerunt: Nullum aliud tam nobile tamque prudenter constitutum decretum inveniri potuisse secundum ecclesiasticam disciplinam, & ideo hoc ab omnibus firmari sanxerunt.

Et confirmatur.

Igitur ego Æthelbaldus rex Merciorum, pro salute animæ meæ, & stabilitate regni mei, proque reverentia venerabilis archiepiscopi Cuthberti, propria manu mea munifica subscribens confirmo: ut per omnia libertas, honor, auctoritas, & securitas Christi ecclesiæ a nulla persona denegetur, sed sit libera ab omnibus sæcularibus servitiis, & omnes terræ ad illam pertinentes, exceptis expeditione, pontis & arcis constructione. Et, sicut ipse præfatus rex Vvithredus pro se suisque constituit servandum, ita per omnia irrefragabiliter & immutabiliter perdurare præcipimus.

Anathema.

Si quis autem regum successorum nostrorum, seu episcoporum, seu principum hoc salubre decretum infringere tentaverit, reddat rationem Deo omnipotenti in die tremendo.

Si autem comes, presbyter, diaconus, clericus, vel monachus, huic constitutioni restiterit, sit suo gradu privatus, & a participatione corporis & sanguinis domini separatus, & alienus a regno Dei, nisi ante placita satisfactione emendaverit, quod malo superbiæ inique gessit. Scriptum est enim: *Quacumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælo: & quacumque solveris super terram, erunt soluta & in cælo.*

Matth. 16.

ANNO CHRISTI 742.

[a] CONCILIUM [a] GERMANICUM [b] I. AUCTORITATE SANCTI BONIFACII [c] Ratisbonæ vel Augustæ Vindelicorum.

[a] Hujus concilii ac sequentis Liptinensis habentur descripti canones in vetustissimo codice Palatino bibliothecæ Vaticanæ antiquo charactere Francico exarato, unde nonnulla adnotavit Holstenius mox subjicienda ad oram canonum.

Celebratum XI. Kalendas Maii, anno domini DCCXLII. tempore Zachariæ papæ, sub Carlomanno majore domus regiæ.

TITULI CAPITULORUM.

I. *De episcopis in Germania constitutis, & de synodo singulis annis congreganda.*

II. *Ut clerici arma non tractent, neque ad exercitum pergant, præter eos qui sacrorum causa electi fuerint. Item ut a venationibus abstineant.*

III. *Ut presbyteri parochiarum episcopo suo sint subjecti, & ministerii sui rationem illi reddant; paratique sint ad illum in visitatione suscipiendum: ab illo chrisma novum accipiant: illum castitatis, vitæ, fidei, & doctrinæ suæ testem habeant.*

IV. *Ut ignoti episcopi ac presbyteri sine probatione ad ministerium non admittantur.*

V. *Ut episcopus cum comite provideat, ne populus paganas observationes faciat.*

VI. *De pœna clericorum, vel monachorum, aut monialium, quæ in fornicationem inciderint.*

VII. *Ut presbyteri & diaconi sagis non utantur, sed casulis. & ut in domo sua mulieres non habeant. Item, ut monachi & moniales juxta sancti Benedicti regulam vivere studeant.*

PRÆFATIO.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Ego ' Carlomannus dux & princeps Francorum, anno ab incarnatione domini DCCXLII. XI. videlicet Kalendas Maii, cum consilio servorum Dei, & optimatum meorum, episcopos qui in regno meo sunt, cum presbyteris ad concilium & synodum pro timore Christi congregavi: id est Bonifacium archiepiscopum, & ' Burchardum, & Regenfridum, ' Vvintanum, & ' Vvitbaldum, & Dadanum, & Eddanum, ac reliquos episcopos, cum ' presbyteris eorum, ut mihi consilium dedissent, quomodo lex Dei, & ecclesiastica religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum principum dissipata corruit; & qualiter populus Christianus ad salutem animæ pervenire possit, & per falsos sacerdotes deceptus non pereat.

' Karlomannus ' Burghardum ' Huvitanū ' Vvillabaldum. ' presbyteriis

CANONES.

I.

Itaque per consilium sacerdotum religiosorum, & optimatum meorum, ordinavimus " per civitates episcopos, & constituimus super eos archiepiscopum Bonifacium, qui est missus sancti Petri. Statuimusque per annos singulos synodum congregari; ut nobis præsentibus canonum decreta, & ecclesiæ jura restaurentur, & religio Christiana emendetur. Et fraudatas pecunias ecclesiarum ecclesiis restituimus: ' falsos vero presbyteros, ' vel fornicatores diaconos & clericos de pecuniis ecclesiarum abstulimus, & degradavimus, & ad pœnitentiam coegimus.

" canonistæ tribuitur Liptinensi synodo apud Hincmarum ep. 37. & in ep. Attiniacensis synodi ad Ludovicum Germaniæ regem data anno 858. ut in observatione paulo post monebimus. ' & reddimus ' & adulteros

II.

Servis Dei per omnia armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum & in hostem pergere omnino prohibuimus: nisi illis tantum, qui propter divinum mysterium, missarum scilicet solennia adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt. id est unum vel duos episcopos, cum capellanis & presbyteris eorum princeps secum habeat: & unusquisque præfectus unum presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus judicare, & indicare pœnitentiam possit. Nec non & illas venationes, & silvaticas vagationes cum canibus, omnibus servis Dei interdiximus: & ut accipitres & falcones non habeant.

III.

Decrevimus quoque juxta sanctorum canones, ut unusquisque presbyter in parochia

parochia habitans ſubjectus ſit illi epiſcopo in cujus parochia habitat ; & ſemper in quadrageſima rationem & ordinem miniſterii ſui, ſive de baptiſmo, ſive de fide catholica, ſive de precibus & ordine miſſarum, ipſi epiſcopo reddat & oſtendat. Et quandocumque jure canonico epiſcopus circumierit parochiam ad confirmandos populos, presbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum epiſcopum, cum collectione & adjutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in cœna domini ſemper novum chriſma accipiat ab epiſcopo. Et ut epiſcopus teſtis ſit caſtitatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius.

IV.

Statuimus etiam ut ſecundum canonicam cautelam, omnes undecumque venientes ignotos epiſcopos, vel presbyteros, ante probationem ſynodalem in eccleſiaſticum miniſterium non admitteremus.

V.

Decrevimus quoque, ut ſecundum canones unuſquiſque epiſcopus in ſua parochia ſolicitudinem gerat, adjuvante gravione, qui defenſor eccleſiæ ejus eſt, ut populus Dei paganias non faciat, ſed omnes ſpurcitias gentilitatis abjiciat & reſpuat; ſive profana ſacrificia mortuorum, ſive ſortilegos, vel divinos, ſive phylacteria & auguria, ſive incantationes, ſive hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines juxta eccleſias ritu pagano faciunt, ſub nomine ſanctorum martyrum vel confeſſorum, Deum & ſanctos ſuos ad iracundiam provocantes: ſive illos ſacrilegos ignes, quos Nedfratres vocant, ſive omnes, quæcumque ſunt, paganorum obſervationes diligenter prohibeant.

VI.

Statuimus ſimiliter, ut poſt hanc ſynodum, quæ fuit XI. Kalendas Maii, quiſquis ſervorum Dei, vel ancillarum Chriſti, in crimen fornicationis lapſus fuerit, in carcere pœnitentiam faciat in pane & aqua. Et ſi ordinatus presbyter ſit, duos annos in carcere permaneat, & antea flagellatus & ſcorticatus videatur, & poſt epiſcopus adaugeat. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum inciderit, poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus, vertente anno ibi pœnitentiam agat. Similiter & nonnę velatæ eadem pœnitentia contineantur, & radantur omnes capilli capitis ejus.

VII.

Decrevimus quoque, ut presbyteri vel diaconi non ſagis, la[...]orum more, ſed caſulis utantur, ritu ſ[...]vorum Dei: & nullus in ſua domo mulieres habitare permittat. Et ut monachi, & ancillæ Dei monaſteriales, juxta regulam ſancti Benedicti, cœnobia vel xenodochia ſua ordinare, gubernare, vivere ſtudeant: & vitam propriam degere ſecundum prædicti patris ordinationem non negligant.

ANNO CHRISTI 743.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium*] Zacharias pontifex per literas præceperat ſancto Bonifacio, ut juxta ripam Danubii concilium celebraret; quas cum accepiſſet, ſolicitus juſſa illius implere, continuo ſe contulit ad Carlomannum, deque congreganda epiſcoporum ſynodo conſenſum impetravit, ut patet in vita ſancti Bonifacii apud Surium tom. 3. die 5. Iunii, & apud Serar. lib 3 hiſt. Mogunt. cap. 41.

A quo indictum.

b *Primum.*] Othlonus in vita ſancti Bonifacii apud Serar. lib 3. hiſt. Mogunt. cap. 41. 42 & 44. ſignificare videtur, hunc conventum unicum fuiſſe. Sed intelligendus, inquit doctiſſimus Serarius, ſive in eo generatim conventus, ſive unus, ſive alter & tertius fuerit; aut conventus ſynodorum, quotquot hæ tandem fuerint. Fuiſſe autem plures ab eo, qui & archiepiſcopus & apoſtolicæ ſedis legatus erat, convocatas ſynodos, perſuadet non tantum pontificis Gregorii præceptio, de qua duabus epiſtolis ſupra, ſed etiam Vvillibaldi de ingraveſcente illius ætate, ob quam non ita frequenter uti antea conciliis intereſſe poſſet, admonitio. Clare vero Egilvvaldus lib. 1. cap. 3. *Generalia*, inquit, *Concilia Ciſalpinis in eccleſiis congregavit, ibique multa corrigenda correxit.* Benedictus Levita in lib 5 præfat. *Sequuntur*, ait, *duo ſynodales conventus, quos ſancta & apoſtolica Romana eccleſia archiepiſcopus, vicepapa Zacharia, una cum Carlomanno Francorum principe canonice tenuit.* Duas item ſynodos recenſet generatione 25. Naucletus. Et cum tam a Benedicto quam a Nauclero ſynodales duo tradantur conventus, jam quidem una plures demonſtrantur ſynodi, non tamen duabus plures negantur. Ideoque tres ad minimum ſtatuendas eſſe ſentit Baronius, unam anno domini 742. alteram 743. tertiam 745. Hæc Seratius prædicto loco. Duarum priorum ſynodorum ſtatuta a Benedicto & Baronio locis citatis ita dividuntur, ut prima finiatur excluſive ibi: *Decrevimus quoque, ut presbyteri vel diaconi non ſagis*: a Nauclero autem ad eadem verba uſque incluſive. Quia vero in ſecunda ſynodo tam propter temporis quam rerum vicinitatem recepta ſunt omnia quæ in prima ſancita erant, idcirco interdum velut una & eadem conjunguntur. Ita enim apud Benedictum loquuntur ejuſdem ſecundæ patres: *Modo in hoc ſynodali conventu, qui congregatus eſt ad Kalendas Martias, in loco qui dicitur Liptinas, omnes venerabiles ſacerdotes Dei, & comites, & præfecti prioris ſynodi decreta conſentientes firmaverunt, ſeque ea implere velle & obſervare promiſerunt.* Tertia ſynodus geſta tantum, nulla autem ſtatuta continet.

Quot ſynodi a Bonifacio in Germania celebratæ.

Acta ſynodorũ quæ.

c *Ratiſbona vel Auguſta.*] Auguſtam Vindelicorum fuiſſe locum hujus ſynodi primæ exiſtimant aliqui, conjectura accepta ex Gregorii III. epiſtola 4. quæ incipit *Catholica*, verbis hiſce: *Bonifacio, in quo vobis loco ad celebranda concilia convenire mandaverit, ſive juxta Danubium, ſive in civitate Auguſta, vel ubicumque indicaverit, pro nomine Chriſti parati eſſe inveniamini.* At, inquit liber de SS. Auguſtanorum imaginibus, hæc concilium nihilo magis Auguſtæ, quam ſive ad Danubium, ſive alio quocumque loco indictum evincunt. Baronius anno 740 numero primo, *Auguſtane*, inquit, *an alibi prope Danubium fuerit celebratum concilium (uterque enim locus literis pontificiis nominatus reperitur) haud ſatis exploratum habetur.* Serarius, libro de ſancto Kiliano capite nono, pluribus rationibus confirmat hanc ſynodum Ratisbonæ fuiſſe celebratam. Primo, cum Gregorius pontifex epiſtola, quæ incipit *Catholica*, tria loca diſiunctive notaſſet, aut Danubianum, aut Auguſtanum, aut alium, quicumque vel ubicumque libuiſſet, antequam ei reſponderet ſanctus Bonifacius, e tribus unum locum delegit, cumque ſolum ceteris omiſſis abs ſe delectum pontifici reſcripſit: eratque is Danubius prout Ratiſbona eſt. Colligitur autem illud, non ex iſta Bonifacii reſcriptione, quæ an uſpiam extet neſcio; ſed ex pontificis ad eam reſcriptionem reſponſoria epiſtola ſupra extante. *De concilio*, ait, *ut juxta ripam Danubii debeas celebrare, noſtra vice præcipimus fraternitati tuæ apoſtolica auctoritate ſe ibidem præſentari.* Secundo videtur Danubianus iſte locus ſanct[...] [...]cio ex Italia venienti, Bavariamque [...] [...]ſe adeo, ut epiſcopum ei novum dederit

An prima ſynodus Auguſtæ celebrata fuerit.

Ratisbonæ celebratam fuiſſe probat Serar. 1. ratio.

2

dederit; & Othlonus lib 1. cap. 39. in vita sancti Bonifacii apud Serarium, eam urbem præ tribus aliis, quibus novos etiam præfecerat ille pontifices, commendat, vocans eam non simpliciter *civitatem Ratisbonensem*, sed addens, *quæ metropolis Bagoariæ est*. Tertio, ubi aut commodius aut utilius, quam in tanta metropoli sacrum haberi potuerat concilium, cum ad illam præsertim Bavari ducis Vtilonis in religionem & sanctum Bonifacium summa invitaret observantia? Quarto erat eadem urbs in Carlomanni [a] regno: at in eo synodum ille congregari cupiebat, ut ex Bonifacii ad Zachariam pontificem epistola constat. Vnus est scrupulus, quo movetur Serarius, Qua ratione Gouviboldus Ratisbonensis episcopus concilio ibidem celebrato non adscriptus habeatur. Vide illius historiam Mogunt. lib. 3. notatione 31.

3. ratio.

4. ratio.

[a] ducatu

ANNO CHRISTI 743.

[a] CONCILIVM [b] LIPTINENSE,

IN QVO APPROBANTVR SVPERIORIS synodi Germanicæ decreta, novaque sanciuntur, [1] sub Carlomanno majore domus regiæ celebratum Kalendis Martiis anni DCCXLIII.

TITVLI CANONVM.

CANONES.

I.

[2] MODO autem in hoc synodali conventu, qui congregatus est ad Kalendas Martias, in loco qui dicitur Liptinas, omnes venerabiles sacerdotes Dei, & comites, & præfecti, prioris synodi decreta consentientes firmaverunt, seque ea implere velle & observare promiserunt. Et omnis ecclesiastici ordinis clerus, episcopi, & presbyteri, & diaconi, cum reliquis clericis, suscipientes antiquorum patrum canones, promiserunt se velle ecclesiastica jura moribus, & doctrinis, & ministerio recuperare. Abbates vero & monachi receperunt regulam sancti patris Benedicti, ad restaurandam normam regularis vitæ. Fornicatores autem & adulteros, qui sancta loca vel monasteria ante tenentes coinquinaverunt, præcepimus inde tollere, & ad pœnitentiam redigere. Et si post hanc definitionem in crimen fornicationis vel adulterii ciciderint, prioris synodi judicium sustineant. Similiter & monachi & nonnæ.

II.

Statuimus quoque, cum consilio servorum Dei & populi Christiani, propter imminentia bella, & persecutiones ceterarum gentium, quæ in circuitu nostro sunt, ut sub precario & censu aliquam partem ecclesialis pecuniæ in adjutorium exercitus nostri, cum indulgentia Dei, aliquanto tempore retineamus, ea conditione ut annis singulis de unaquaque [d] casata solidus, id est duodecim denarii, ad ecclesiam vel monasterium reddantur: eo modo ut si moriatur ille cui pecunia commodata fuit, ecclesia cum propria pecunia revestita sit. Et iterum, si necessitas cogat, aut princeps jubeat, [e] precarium renovetur, & rescribatur novum. Et omnino observetur, ut ecclesiæ vel monasteria penuriam paupertatemque non patiantur, quorum pecunia in precario præstita sit: & si paupertas cogat, ecclesiæ vel domui Dei integra reddatur possessio.

ANNO CHRISTI 743.

III.

Similiter præcipimus, ut juxta canonum decreta, adulteria & incesta matrimonia, quæ non sunt legitima, prohibeantur & emendentur episcoporum judicio. Et ut mancipia Christiana paganis non tradantur.

IV.

Decrevimus quoque, quod & pater meus ante præcipiebat, ut qui paganas observationes in aliqua re fecerit, multetur & damnetur xv. solidis.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

Ejusdem Liptinensis synodi mentionem habes in epistola 37. Hincmari archiepiscopi Remensis ad Rodulfum Bituricensem & Frotarium Burdigalensem archiepiscopos his verbis: *Et in synodo apud Liptinas habita cui sub Carolomanno principe Georgius episcopus & Ioannes sacellarius ac S. Bonifacius, ex præcepto Zachariæ papæ præsederunt*, *legitur:* Vt si vir mulieri desponsatæ, dotatæ ac publicis nuptiis ductæ secundum apostolum debitum conjugale non potuerit reddere, & hoc aut amborum confessione, aut certa qualibet approbatione fuerit manifestum ut separentur: & mulier, si continere nequiverit alteri viro legaliter nubat. *Videlicet, quia secundum diffinitionem S. Leonis papæ*, &c. Ejusdem quoque Georgii episcopi apostolicæ sedis legati meminerunt Hincmarus idem aliique præsules qui anno 858. ex Carisiacensi synodo prolixam scripserunt epistolam ad Ludovicum Germaniæ regem cum ad occupandum Caroli fratris sui regnum seditiosorum impulsu venisset: *Quod cognoscens filius ejus* (Caroli Martelli) *Pippinus synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum S. Bonifacio legatus apostolorum sedis Georgius nomine. Nam & synodum ipsam habemus, & quantumcumque de rebus ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, potuit, ecclesiis reddere procuravit. Et quoniam omnes res ecclesiis, a quibus ablatæ erant, restituere*, &c. Sunt quoque qui ad hanc synodum Liptinēsem respexisse velint Lupum Ferrariensem abbatem in ep. 81. quam ex parte Guenilonis arch. Senonensis & Gerardi comitis scripsit ad Amulum præsidem Lugdunensem cum ait: *Nam Pippinus, a quo per maximum Karolum & religiosissimum Ludovicum imperatores ducit rex noster originem, exposita necessitate hujus regni Zachariæ Romano papæ in synodo, cui martyr Bonifacius interfuit, ejus accepit consensum, ut acerbitati temporis industria sibi probatissimorum decedentibus episcopis mederetur, ne forte simplicitate pontificum posset contingere*, &c. Pippinus certe quæ a fratre Carlomanno per consilium sacerdotum, & optimatum in synodo Germanica decreta & Liptinis postea unanimi consensu confirmata fuerant, in alteram quoque sibi commissam [re]gni Francici partem transtulit, consultóque prius ea de re Zacharia pontifice, ac per consilium sacerdotum & optimatum, constituit super electos a se episcopos Abelem Remorum & Ardobertum sive Artbertum Senonum archiepiscopos, ut docet tertius illius synodi Suessionicæ canon.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI S.I.

1 *Sub Carlomanno.*] Duo, ut res docet, ſub Carlomanno concilia fuerunt, unum in Germania, cujus locus non proditur, celebratum anno Chriſti DCCXLII. alterum anno ſequenti apud Liptinas in Gallia, in quo ſuperioris quoque concilii canones relecti & approbati ſunt. Quinam ad Germanicam ſynodum epiſcopi convenerint, præfatio declarat: in Liptinenſi qui adfuerint, non eſt proditum. Præfuiſſe utrique Bonifacium, ſedis apoſtolicæ vicarium, compertum eſt.

2 *Modo autem in hac ſynodo.*] Hæc proprie ſpectant ad ſynodum apud Liptinas habitam; quod nomen olim palatii & villæ regiæ fuit in pago Cameracenſi, ut ab aliis jam obſervatum. Leptinos ſcriptum eſt apud Aimoinum, qui ſitum loci aperte confirmat lib. 5. cap. 25. Caroli Calvi reditum deſcribens a Procaſpide ſuper Moſam, ubi regnum Lotharii cum Ludovico fratre diviſerat: *Ludovicus*, inquit, *Aquiſgranum rediit, Carolus" Leptinos uxorem ſuam ſibi obviam venire juſſit. Inde per monaſterium ſancti Quintini ad Silvacum, & inde per Cariſiacum Compendium venit.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] De hac ſecunda ſynodo Bonifacii Benedictus Levita in exordio libri quinti capitularium regum Francorum hæc ſcribit: *Item altera ſynodus a ſupraſcriptis epiſcopis ac principe auctoritate apoſtolica ad Kalendas Martias ad Liptinas habita.* Ex qua hæc in capitularia inſerit.

Modo in hoc ſynodali conventu, qui congregatus eſt ad Kalendas Martias, in loco qui dicitur Liptinas: &c. ut ſupra.

Hac eadem ſynodo a ſancto Bonifacio damnatos fuiſſe duos impoſtores hæreticos ſceleratiſſimos, Adalbertum natione Gallum, & Clementem Scotum, ex vita ſancti Bonifacii affirmat Baronius, atque idem illud epiſtola Zachariæ ad Bonifacium hoc tempore ſcripta confirmat. Verum Othlonus in vita ſancti Bonifacii, quam habet Serarius lib. 3 hiſtoriæ Moguntinæ, cap. 44 horum coercitionem loco allegato ita deſcribit, quaſi eadem in ſynodo contigiſſet illa ſequente, qua ſanctus Bonifacius in throno archiepiſcopali Moguntino collocatus fuit. Mirum eſt quod de hac diſputatione notat Serarius, & ex quodam Hagiologo refert his verbis: *Revicit ſanctus Bonifacius diſputando Aldebertum: nam is pene reduxerat Carolum. Porro ab eo conflictu dehortati fuerant Bonifacium ſui clerici, Lullus, Megingauſus, Sturmio, & alii. At ille reſponderat: Major eſt qui in nobis regnat, quam diabolus qui illum poſſidet. Victus phantaſta, & carcere Fuldenſis monaſterii reclusus diu vexabatur.* At neſcio, inquiens Serarius ſubjungit, quo poſtea modo elapſus eſt, & novas rurſum cum Clemente, ac tertio quodam Godalſchalcho concitare turbas cœpit, adeo ut novum contra hydras iſtas prælium iterandum fuerit, prout indicat Zacharias pontifex in epiſtola quæ incipit *Sacris liminibus*, ad Bonifacium. *Decretum præterea hic fuit*, inquit Baronius allegato loco, *ut pro tribus metropolitanis epiſcopis, Trevirenſi & duobus aliis, pallia peterentur ab ipſo Romano pontifice:* idque probat ex epiſtola Zachariæ nona, *Legimus*, quam Zacharias papa reſcripſit ad Bonifacium, qua indicatur quod horum gratia ipſi Francorum principes cum ſancto Bonifacio ad Zachariam literas miſerunt. Huic concilio interfuiſſe videntur præter alios tres, metropolitani hi," Germo, Abel, Arbertus, ſive Hartbertus: quia his pallia petita eſſe patet ex epiſtola Zachariæ nona & decima, quarum illa incipit *Legimus*; hæc *Suſcipientes*. De confirmatione hujus concilii vide quæ habet Baronius anno 742. num. 16.

b *Liptinenſe.*] De loco hujus concilii hæc Serarius lib. 3. hiſtoriæ Moguntinæ notatione 31. *Secunda vero ſynodi locus in Benedicto Levita dicitur ad Leptinas: a Baronio Leptinenſis ſynodus, & quidem in Germania, prout ejus habet margo in anno* DCCXLIII. *& a Magdeburgicis centuriatoribus, centuria 8. cap. 9. Liſtinenſis ſed cum Lepte ac Leptis, e Ptolomæo ac Plinio nota mihi ſit, hæ tamen in Germania Liptina ac Liſtina ignota. ivi mente aliquando Lipſiam, aliquando in Livoniam, quæ vulgo* Leifflandt, *& quia, Reginone teſte, fuit ad Valentinianas, anno* DCCLXXI. *ſynodus, ſuſpicatus fortaſſis etiam ſancti Bonifacii tempore aliquam fuiſſe quæ ad Veltinas diceretur, cum & hodie Valentinus vulgo* Veltin *dicatur. Sed cum inanes viderentur cogitationes, magiſtros conſului plures; tam mutos quam loquentes. Ex his, quod præ aliis allubeſceret, reſponſum dedit Ioannes Hammerus ſocietatis noſtræ collegii Hildesheimenſis exrector, in hæc verba: De nomine arbitror Liſtinas vel Liphtinas numero multitudinis, vel etiam Liphtinam aut Liſtinam dici, unde alii abjecta aſpiratione fecerint Liptinas. Cur vero Baronius aliquoties Leptinas vel Leptinenſe nominet concilium, ſecundamque vocalem pro tertia uſurpet, non video, niſi forſan affinitas, quam nomen hoc cum Græcis nonnullis vocibus habere videtur, ei perſuaſerit ut η in e Latinum putaverit mutandum. At meo judicio barbarum hoc nomen eſt, quod diverſi ſcriptores nunc Liphtinas nunc Liſtinas appellando juxta patriam quiſque dialectum diverſimode ſcripſerint, cujuſmodi varietas in nominibus propriis aut literarum aliqua immutatio non raro nec difficulter contingit, & apud auctores frequens eſt.*

ANNO CHRISTI 743.

De loco vero ſuſpicor Liphtinam ſeu Liptinam eſſe regiam quamdam ſedem in Gallia Belgica non longe a Valentianis aut Aquiſgrano ſitam, quam Baronius ex Surio, & Surius ex Eginharto, ſeu Eginhartus ipſe vocat Liſtinam, tom. 9. Baronii anno 827. ibi namque commemorat Eginhartus miraculum apud reliquias ſanctorum martyrum Petri & Marcellini Valentianis contigiſſe in juvene quodam de villa regis, quæ Liſtina vocatur. Suſpicor Eginhartum ſcripſiſſe Liſtinas, & Surium legiſſe Liſtinas, niſi error typographo apud Surium imputetur. Unde etiam Baronius tranſcripſerit pro Liſtinas Liſtinas, facilis fuit error, pro ſt ponere aut legere ſt. Nec veriſimile eſt a Ludovico vel Carolo villam hanc regis primum ædificatam, ſed potius a prioribus regibus, & inter hos a Carlomanno inhabitatam. Conſtat præterea imperatores hoſce in ejuſmodi villis regiis frequenter ſynodos cogere conſueviſſe, & maxime in Aquiſgranenſi ditione, eo quod ſuos comites, præfectos, & ſimiles interdum advocarent ad concilia, ut ex hoc ipſo Liſtinenſi patet; vel ut ſimul de aliis politicis tractarent, vel certe ut ſcirent quænam ipſis exequenda forent conciliorum decreta. In anonyma vero Caroli magni vita, ſuper fluvium Adarna locus eſt, qui dicitur Lthesi. Poſt hæc in Moguntina hiſtoria edita emendans quæ de loco prius ſenſerat, in notis epiſtolæ Bonifacii ait: *Recte in Iliad. α Euſtathius:* εὐπορίας γνωστικῆς μήτηρ ἡ ζητητικὴ εὐπορία. *Quærendo & interrogando fit homo ſemper doctior. Ergo poſtea quam de Liſtinis diu multumque, ut lib. 3. Moguntinæ hiſtoriæ notatione 31. inquiſivi, ecce tibi Antuerpiæ vir doctiſſimus & antiquitatis egregie gnarus R. D. Aubertus Miræus, qui digito pene illas monſtravit, dum illinc ad me ſic:* Fulcuinus abbas Lobienſis in monaſterii ſui chronico, cujus fragmentum apud me eſt, manuſcripto teſtatur eas olim ſitas fuiſſe apud Lobienſe ſeu Laubienſe celeberrimum hodieque Benedictinorum in diœceſi Cameracenſi monaſterium, quod quidem tertio fere lapide diſtat a Binceio Hannoniæ opido

Liptina quis qualiſve locus.

c *Modo autem.*] Liptinenſis concilii occaſio refertur mira in Gratiano 16. quæſt. 1. poſt c. *Quia juxta*, ubi de Caroli Martelli anima damnata narrare ſancto Bonifacio inducitur ſanctus Eucherius Aurelianenſis epiſcopus. Sed eam narrationem improbat reverendiſſimus Baronius anno 741.

De anima Caroli Martelli damnata.

d *Caſata.*] Scribitur quoque caſſata. Suſpicor, ait in conſtitutione Caroli magni Amerbachius (velut hic caſatam) eſſe Germanicum, etſi a Latino deflexum, *geſat*, aut rectius *leſat*, id eſt ſatum. Sicque dum ait Carolus de caſatis hoc aut illud dandum, intelligeretur cenſus quidam arualis, ſeu ex aruis vel agris. Subindicat idem tamen Amerbachius fortaſſis a caſa, id eſt domo, dictum, ut ſit quod hodie *Hauzinz, Rauchgelt, Herdeſchilling.*

e *Precarium.*] Precarium pecunia eſt quæ alicui ad ejus preces ſeu precario datur mutua, quoadusque voluerit qui dederit, lege prima, digeſtis de precario. Ludovicus Molina de contractibus 2. diſputatione 294. & 298.

Precarium quid.

f *Pater meus.*] Carolus Martellus. Hæc Serarius in notis epiſtolarum, & vita ſancti Bonifacii.

ALTERA OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

In antiquiſſima collectione canonum cod. MS. Palat. 542. poſt concilium ad Liſtinas habitum a Carlomanno duce, quod Sirmondus ex Anſegiſi capitulari edidit Tom. I. concil. Gall. pag. 537. & ex Sirmondo collector regius, ſubjungitur teſte Luca Holſtenio V. C. abrenuntiatio diaboli operumque ejus lingua Theotiſca veteri, cum indiculo ſuperſtitionum paganicarum, a quibus populum epiſcoporum ſollicitudine revocandum concilium illud ſtatuit part. 1. can. 5. Indiculum proxime ſequitur gemina allocutio ad plebem de inceſtis matrimoniis fugiendis, quæ idem concilium part. 2. can. 3 ab epiſcopis prohiberi præcipit. Itaque hæc ad concilii illius acta pertinere dubium non videtur.

I. *Abrenuntiatio diaboli operumque ejus & superstitionum.*

FORSACHISTU diobolae? *Et respons.* Ec forsacho diobolae. End allum diobol gelde? *Resp.* End ei forsacho allum diobol gelde. End allum dioboles vuercum? *Resp.* End ec forsacho allum dioboles vuercum, und vuordum thuna eren devuoden ende saxnote, ende albemthem unholdum, the hira genotas sint. Gelobistu in got almehtigan fadaer? *Resp.* Ec gelobo in got almehtigan fadaer. Gelobistu in crist godes suno? *Resp.* Ec gelobo in Crist gotes suno. Gelobistu in halogan gast? *Resp.* Ec gelobo in halogan gast.

II. *Indiculus superstitionum & paganiarum.*

De sacrilegio ad sepulcra mortuorum.
De sacrilegio super defunctos. i. dadsisas.
De spurcalibus in Februario.
De casulis, id est, fanis.
De sacrilegiis per ecclesias.
De sacris silvarum, quæ Nimidas vocant.
De his quæ faciunt super petras.
De sacris Mercurii vel Iovis.
De sacrificio quod alicui sanctorum.
De filacteriis & ligaturis.
De fontibus sacrificiorum.
De incantationibus.
De auguriis, vel avium, vel equorum, vel boum stercorib. vel sternutationes.
De divinis vel sortilegis.
De igne fricato de ligno, id est Nodfyr.
De cerebro animalium.
De observatione pagana, vel in inchoatione rei alicujus.
De incertis locis quæ colunt pro sanctis.
De petendo quod boni vocant sanctæ Mariæ.
De feriis quæ faciunt Iovi vel Mercurio.
De lunæ defectione, quod dicunt vinceluna.
De tempestatibus, & cornibus, & cocleis.
De sulcis circa villas.
De pagano cursu, quem Yrias nominant scissis pannis vel calceis.
De eo quod sibi sanctos fingunt quoslibet mortuos.
De simulacro de consparsa farina.
De simulacris de pannis factis.
De simulacro quod per campos portant.
De ligneis pedibus vel manibus pagano ritu.
De eo quod credunt quia feminæ lunam comendent, quod possint corda hominum tollere juxta paganos.

III. *Allocutio sacerdotum de conjugiis inlicitis ad plebem.*

Ezech. 3. *Fili hominis speculatorem posui te in populo meo. audiens ergo ex ore meo sermonem annuntiabis eis ex me, non ex te. Si me dicente ad impium: Impie morte morieris; non fueris locutus ut se custodiat impius a via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem ejus de manu tua requiram. Si autem adnuntiaveris impio, & ille non fuerit conversus ab impietate sua & via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur; tu autem animam tuam lucri fecisti. Sed & si conversus justus a justitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo, ipse morietur; quia non adnuntiasti ei, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria justitiæ ejus quas fecit. sanguinem vero ejus de manu tua requiram. Si autem tu adnuntiaveris justo, ut non peccet justus, & ille non peccaverit, vivens vivet, quia adnuntiasti ei, & tu animam tuam liberasti.*

Videte filii carissimi quale nobis incumbit periculum, si tacemus. Absit, absit, ut nostrum silentium vestrum fiat exitium. si vos amamus, prodere debemus quod lædit, ne veniat quod occidit. Ergo diligenter advertite voces Dei nostri, quibus vos vetat a conjugiis criminalibus, ut vivatis æternis ejus muneribus. Clamat ecce Deus noster, & humanæ libidinis inlicitam rabiem prævidens contestatur, ne quis polluatur cum matre, non cum noverca, non cum sorore ex patre nata; non cum sorore ex matre nata; sive intus sive foris nata sit. Non cum filia filiæ, non cum nepte ex filia nata, non cum filia novercæ, non cum sorore patris, non cum sorore matris. Non cum uxore patrui, non cum nuru, non cum uxore fratris. Non cum filia uxoris. Non cum filia filii uxoris tuæ, non cum filia filiæ ejus. Non cum sorore uxoris tuæ; non cum menstruata muliere, non cum uxore proximi, non cum duabus simul mulieribus, sive ancillæ sint, sive liberæ; seu libera & ancilla: Non cum masculo coitu femineo, non cum pecore aliquo: non cum socri tua. Non mulier succumbat jumento; non vir cum filia & matre: Non cum uxore avunculi tui. Dicit etiam de sacerdote futuro: non cum repudiata a marito, non cum scorto, non cum vidua, sed virgine. Ecce carissimi qualem ad vos legationem perferimus, non cujuscumque, qui pretio possit redimi; sed cujus sanguini pro vobis fuso estis obnoxii. Ammonemus sanctitatem vestram, vivite cum conjugibus licitis: vivite continenter. Nemo se ulterius inlicitis maculet. Nemo talibus sociatus ante pœnitentiæ dignum servitium ad tanti domini corpus accedat: ne non remedium, sed vulnus accipiat. Quia quod indigne sumitur, pœna est, non medela. Carissimi homines sumus pleni squaloribus, & tamen nolumus ab inquinatis membra nostra contingi, & credimus quod unigenitus Dei filius nostrorum criminum sordes in suum corpus libenter excipiat. Fratres, ecce rex noster, qui nos dignos hac legatione credidit, post nos continuo sequitur, paremus ei mundas domus nostras, si eum in ipsis corporibus nostris volumus habitare.

IV. *Alia allocutio.*

Rogamus vos carissimi filii, rogamus vos viscera sanctæ matris ecclesiæ, ut qui soletis leges sæculi formidare, legem Dei nostri audire patienter dignemini. Ille est qui ad vos per linguæ nostræ servitium loquitur. Cujus paulo ante paschalia beneficia celebrastis. Qui unigenito suo inter manus persequentium parcere noluit, ut nos in hereditatem adscriberet filiorum. Si agnovistis quantum nobis munus in passione ejus præstitum, celerius ipsius audite præceptum. Ne dum jussionibus ejus inobedientes existimus, ingrati beneficiis judicemur. Non est dubium, filii carissimi, esse quosdam, atque utinam paucos, qui de nostra negligentia conquerantur, quare tardius salutis vestræ remedia prædica-[illegible] quorum tamen justus dolor est, si vel mo-[illegible] [illegible]nam. Nam [illegible] de medici [illegible] tarditate,

tarditate quid queritur? Immo quanto longior præcessit infirmitas, tanto major succedere debet humilitas. Nam quis ferat ægrotum superbum, qui & incurrisse se causatur in ægritudinem, & non vult recipere sanitatem? Quam multos invenimus, filii carissimi, qui cum turpiter vivant, tamen calumniantur, dicentes, quare tardius Christus advenerit: quare tot millia hominum ante incarnationem suam perire perpessus sit. Horum si querelam recipimus etiam post tanti munus medici necesse est ægrotemus. Quid accusas homo solem justitiæ quod tardius ortus sit; qui post ortum quoque ejus in tenebris ambulas? An quia frequenter nubes diutius occupant cælum, non debemus gaudere redisse tranquillum? Quid fluctuaris frater, quid fluctuaris inaniter? Ecce jam licet ad serenitatis quietem reverti, quid iterum scopulosa desideras? Nemo te in tempestate periturum retinere voluit, quia tardius portus occurrit.

V. *De Sabbato.*

Magnificentissimi patres nostri apud Laudiciam Phrygiæ congregati, memores salutis nostræ, multa censuerunt, quæ nos observare convenit. Inter cetera, filii carissimi, de Christianis qui sabbatizare, vel juxta quemdam modum judaizare noscuntur. Quia sub anathemate decreverunt, qui eos imitari noscuntur. Nam & nos vobis de eo insinuare curamus. Qui baptizati & regenerati estis in Christo, ecce facti estis membra Christi. Ammonemus vos, timemus vos, non tantum a paganis, non tantum ab hæreticis, sed etiam a perfidis Iudæis, qui vos cupiunt judaizare & otiari in sabbato; ut nomen Christi, quod accepistis, in vobis maculetur. Sed ita agendum est secundum patrum definitionem, qui nobis jubent operari in sabbato; secundum domini sententiam, qui in euangelio ait: Sabbatū propter hominem factum est; non homo propter sabbatum: itaque dominus est filius hominis etiam sabbati. Et cum in synagoga observassent eum Iudæi, si in sabbato curaret, ut accusarent eum, ait homini habenti manum aridam; Surge in medium, & dicit eis: Licet sabbatis bene facere an male? animam salvam facere, an perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitatem cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam: & extendit, & restituta est manus illius. Item secundum Lucam euangelistam, erat Iesus docens in synagoga eorum sabbatis, & curavit ibi mulierem, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo. Dum ergo indigne ferrent Iudæi, ait eis: Hypocritæ, unusquisque vestrum sabbato non solvet bovem suum, aut asinum a præsepi, & ducit adaquare? hanc autem filiam Abrahæ non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati. Etiam pro hoc erubescebant Iudæi. Videtis, carissimi nobis, quia dominus pro hoc sabbatis operabatur, quia nos qui Christiani sumus, secundum literam sabbatum observare non debemus. Christiani enim sabbatum observare ita debemus, abstinere nos a rapinis, a fraudibus, a perjuriis, a blasphemiis, ab inlicitis rebus, a munere accipiendo super innocentes, a jurgiis. Fornicationes enim sic timeamus, sicut mortem; non quæ animam solvit a corpore, sed ubi anima semper ardet cum corpore. Obsecro vos per nomen quod super vos invocatum est; per sacramenta, quæ accepistis, ut eos imitemini, quos in populo Dei bene agere videbitis; ut illius sacramentum maneat in vobis, qui de ligno descendere noluit, sed de sepulcro resurgere dignatus est. Qui vivit & regnat cum patre & Spiritu sancto, in sæcula sæculorum.

DE CANONIBUS ET STATUTIS SYNODI A BONIFACIO IUSSU PONTIFICIS Romani, & rogatu principum Francorum & Gallorum, celebratæ.

Excerptum ex ejusdem Bonifacii epistola 105. *ad Cudbertum archiepiscopum.*

SCRIPTUM est in libro Salomonis: *Beatus homo qui invenit amicum.* Post alia. Major enim nobis solicitudo ecclesiarum, & cura populorum propter pallia credita & recepta, quam ceteris episcopis, qui proprias tantum procurant parochias, incumbit. Propterea, carissime, non quia vestræ prudentiæ opus sit rusticitatis nostræ statuta audire vel legere, sed propter bonam & humilem & sanctam voluntatem vestram, putamus vos libentius scire velle, quam nescire, quæ hic sacerdotes nobiscum servanda decreverunt vobis emendanda & corrigenda destinamus.

Eccl. 25.

Decrevimus autem in nostro synodali conventu, & confessi sumus fidem catholicam, & unitatem, & subjectionem Romanę ecclesiæ, fine tenus vitæ nostræ velle servare sancto Petro, & vicario ejus velle subjici, synodum per omnes annos congregare, metropolitanos pallia ab illa sede quęrere, & per omnia præcepta Petri canonice sequi desiderare, ut inter oves sibi commendatas numeremur. Et isti confessioni universi consensimus, & subscripsimus, & ad corpus S. Petri principis apostolorum direximus, quod gratulando clerus & pontifex Romanus suscepit.

Statuimus ut per annos singulos canonum decreta, & ecclesiæ jura, & norma regularis vitæ in synodo legantur & recuperentur.

Decrevimus, ut metropolitanus, qui sit pallio sublimatus, hortetur ceteros, & admoneat, & investiget quis sit inter eos curiosus de salute populi, quisve negligens servus Dei.

Venationes & silvaticas vagationes cum canibus, & ne accipitres & falcones habeant, prohibuimus.

Statuimus ut per annos singulos unusquisque presbyter episcopo suo in quadragesima rationem ministerii sui reddat, sive de fide catholica, sive de baptismo, sive de omni ordine ministerii sui.

Statuimus ut singulis annis unusquisque episcopus parochiam suam circumeat, populum confirmare, & plebem docere, & investigare, & prohibere paganas observationes, vel omnes spurcitias Gentilium.

Interdiximus servis Dei, ne pompato habitu, vel sagis, vel armis utantur.

Statuimus quod proprium sit metropolitano, juxta canonum statuta, subjectorum sibi episcoporum investigare mores, & solicitudinem circa populos, quales sint. Et moneat, ut episcopi a synodo venientes, in propria parochia cum presbyteris & abbatibus conventus habentes, præcepta synodi servare insinuando præcipiant;

præcipiant: & unusquisque episcopus: si quid in sua diœcesi corrigere vel emendare nequiverit, ibidem in synodo coram archiepiscopo, & palam omnibus ad corrigendum insinuet, eodem modo quo Romana ecclesia nos ordinatos cum sacramento constrinxit, ut si sacerdotes vel plebes a lege Dei deviasse viderim, & corrigere non potuerim, fideliter semper sedi apostolicæ & vicario sancti Petri ad emendandum indicaverim. Sic enim, ni fallor, omnes episcopi debent metropolitano, & ipse Romano pontifici, si quid de corrigendis populis apud eos impossibile est, notum facere: & sic alieni fient a sanguine animarum perditarum.

EPISTOLA ZACHARIÆ PAPÆ AD FRANCOS ET GALLOS.

Laudat illos ob ea quæ in synodo recte fuerant constituta, hortaturque ut Bonifacii monitis obtemperare pergant.

Zacharias papa universis episcopis, presbyteris, diaconibus, abbatibus, cunctis etiam ducibus, comitibus, omnibusque Deum timentibus, per Gallias & Francorum provincias constitutis.

Capitular. lib. 5. cap. 1.

REFERENTE nobis Bonifacio reverentissimo atque sanctissimo fratre nostro episcopo, quod dum synodus aggregata esset in provincia vestra, juxta nostram commonitionem, mediantibus filiis nostris Pippino & Carlomanno principibus vestris, peragente etiam vicem nostram præfato Bonifacio, dominus inclinasset corda vestra cum principibus vestris in prædicationem ejus, ut omnibus commonitionibus ejus obediretis, & falsos, & schismaticos, & homicidas, & fornicarios a vobis expelleretis sacerdotes; omnipotenti Deo nostro gratias egimus, & pro vobis incessanter sumus orantes, ut qui cœpit in vobis opus bonum perficiat usque in finem. Obsecro enim vos omnes coram Deo, ut ejus commonitionibus firmiter obediatis. Ipsum enim vice nostra in partibus illis ad prædicandum constitutum habemus, ut vos Deo propitio ad viam perducat rectitudinis, & a cunctis facinoribus salvi esse possitis. Habuistis enim peccatis facientibus nuncusque falsos & erroneos sacerdotes, unde & cunctæ paganæ gentes vobis pugnantibus prævalebant, quia non erat differentia inter laicos & sacerdotes, quibus pugnare licitum non est. Qualis enim victoria dari potest, ubi sacerdotes una hora dominica pertractant mysteria, & Christianis corpus dominicum porrigunt pro suarum animarum redemptione, & postea Christianos, quibus hoc ministrare debuerant, aut paganos, quibus Christum prædicare, propriis sacrilegisque manibus necant? & fit secundum domini verbum: *Vos estis sal terræ; quod si sal evanuerit, in quo condietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Et dum hæc ita sint, & tales in vobis fuerint sacerdotes, quomodo victores contra inimicos vestros esse poteritis? Nam si mundos & castos ab omni fornicatione & homicidio liberos habueritis sacerdotes, ut sacri præcipiunt canones, & nostra vice prædicat præfatus Bonifacius frater noster, & ei in omnibus obedientes extiteritis, nulla gens ante vestrum conspectum poterit stare, sed corruent ante faciem vestram omnes paganæ gentes, & eritis victores; insuper & bene agentes vitam æternam possidebitis. Vos autem, fratres carissimi, qui estis veri sacerdotes, vel sub regulari disciplina constituti, sic vosmetipsos exhibete, ut certe ministros Dei, & dispensatores mysteriorum Dei, ut non vituperetur ministerium nostrum, ne fiat in vobis, sicut scriptum est: *Erit sicut populus sic sacerdos*, & si hoc fuerit, qualis vobis erit ab hominibus laus, aut qualis a Deo expectatur retributio? Sed sic vos corrigite ut veri sacerdotes, & tales ad sacerdotium perducite, ut & vobis & illis testimonium maneat bonum ab his qui foris sunt: quatenus ab hominibus vobis acquiratis laudem, & Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini: eo quod per vos ad Christi rectam fidem perducti multi sunt, innoxios habentes sacerdotes. Ad synodum namque omni anno convenite ad pertractandum de unitate ecclesiæ, ut si quid adversi acciderit, radicitus amputetur, Dei & ecclesia maneat inconcussa. Bene valete.

Matth. 5. — Isai. 24.

CONCILIVM ROMANVM I.

CONGREGATVM A ZACHARIA PAPA, anno domini DCCXLIII. indictione XII. anno tertio Artabasdi, & Luithprandi regis XXXII.

ZACHARIAS sanctissimus ac beatissimus episcopus sedis apostolicæ, cum omnibus episcopis, presbyteris, & diaconibus, domino volente & auxiliante ita decrevit, qualiter singulis capitulis nunc subter declaratur:

CAPITVLA.

I.

Vt episcopi cum mulieribus omnino non habitent, ne antiqui hostis fraude decipiantur: *ut*, juxta apostolicam vocem, *non vituperetur ministerium nostrum*, quia scriptum est: *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* Cavere nos oportet, fratres mei, ab illicitis, ut mundas valeamus ad Deum levare manus; scriptum est enim: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dicit dominus.*

2. Cor. 6. — 1. Cor. 3. — Levit. 11.

II.

Vt presbyteri vel diaconi subintroductas mulieres nullo modo secum audeant * habitare, nisi forsitan matrem suam aut proximitatem * generis sibi habentes, quæ suspiciones effugiant, sicut in synodo Nicæna continetur. Si quis vero præsumpserit præter statuta agere, sacerdotii sui privetur honore.

* habere * generationis

III.

Vt episcopus, presbyter, & diaconus sæculari indumento minime utantur, nisi ut condecet tunica sacerdotali; sed nec dum ambulaverit in civitate, aut in via, aut in plateis, sine operimento præsumat ambulare, præter si in itinere longo ambulaverit. Quia sicut *mulier orans in ecclesia non velato capite, deturpat caput suum,*

21. q. 4. Episcopi. c. 3. — 1. Cor. 11.

ANNO CHRISTI 743.

suum, juxta apostoli vocem, ita sacerdos sine operimento deturpat suum sacerdotium. Nam si temere præsumpserit contra statuta agere, communione privetur, donec quæ statuta sunt adimplere maturet.

IV.

Vt juxta sanctorum patrum & canonum statuta, omnes episcopi, qui hujus apostolicæ sedis ordinationi subjacebunt, qui propinqui sunt, annue Idibus mensis Maii sanctorum principum apostolorum Petri & Pauli liminibus præsententur, omni occasione seposita. Qui vero de longinquo, juxta chirographum suum impleant. Nam qui hujus constitutionis contemptor extiterit, præter si ægritudine valida fuerit detentus, sciat se canonibus subjacere.

V.

Vt presbyteram, diaconam, nonnam, aut monacham, vel etiam spiritualem commatrem, nullus sibi præsumat nefario conjugio copulare. Nam qui hujusmodi opus * penetraverit, sciat se anathematis vinculo esse obligatum, & Dei judicio condemnatum, atque a sacro corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi alienum. Statuentes apostolica censura, ut quicumque sacerdotum eos communicare præsumpserit, eorum consortio condemnatus sacerdotii sui honore privetur. Si autem sic qui conjuncti sunt admoniti declinaverint, & ab alterutro fuerint divisi, pœnitentiæ submittantur, ut sacerdos loci providerit.

VI.

Vt consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione, nullus præsumat in conjugio copulare, quia scriptum est in lege domini: *Turpitudinem uxoris patris, uxoris fratris, atque sororis tuæ non revelabis: turpitudo enim tua est.* Et si ab Hebraico populo ante incarnationem unigeniti Filii sui hæc servanda mandavit; quanto amplius nos, qui Christianæ religionis documenta tenemus, ab illicitis connubiis * observare debemus, ne demersi in voragine, ignis æterni concrememur incendio. Si quis vero in hoc nefario conjugio convenerit, & in eo permanserit, sciat se auctoritate apostolica anathematis * vinculo esse innodatum. Et nullus sacerdos illi tribuat communionem, ut in superiori capitulo continetur. Et si inclinatus divisusque fuerit ab illicita copula, pœnitentiæ subdatur, ut sacerdos loci considerAVerit.

VII.

Si quis temerario ausu præsumpserit virginem aut viduam furari in uxorem, præter si desponsatam habuerit, anathema sit.

VIII.

Vt nullus clericus aut monachus comam laxare præsumat. Si quis clericus aut monachus comam laxare præsumpserit, anathema sit.

IX.

Vt nullus Kalendas Ianuarias & broma colere præsumpserit, aut mensas cum dapibus in domibus præparare, aut per vicos & plateas cantationes & choros ducere, quod maxima iniquitas est coram Deo: anathema sit.

X.

Si quis Christianus filiam suam Iudæo in conjugio copulare præsumpserit, nisi perfecte crediderit Christo, & baptizatus fuerit; vel servum aut ancillam eidem Iudæo Christianus venumdare præsumpserit, & si vidua Christiana Iudæum duxerit virum, vel consentientibus ei, anathema sit.

XI.

In multis conciliis hoc statutum est, etiam & nunc confirmatum a vestra prudentia, sanctissimi fratres, ut primi, quarti, septimi, & decimi mensis horum sacerdotum debeant fieri ordinationes. Aliqui enim ex nostris per incuriam, ignorantes annorum seriem, illicitam fecerunt ordinationem. Sed dum nostris insonuisset auribus, canonicam susceperunt disciplinam, pro quo omnibus apostolica auctoritate interdico. * At qui norunt canonum seriem, observent, & qui nesciunt, meditentur, ne dum fuerint lapsi, canonicæ succumbant sententiæ. Sed & hoc interdicimus, ut nullus episcoporum audeat, juxta sanctorum canonum instituta, quemlibet clericum bigamum, aut qui viduam duxerit uxorem, ad sacros ordines promovere, aut alterius civitatis clericum sine dimissoriis sui episcopi suscipere, vel ordinare, neque eum usurpet, nisi episcopus ejus precibus exoratus concedere voluerit, quia hoc sancti patres statuerunt. Si quis vero præsumpserit, canonicas damnationes sentiat.

XII.

De presbyteris, diaconibus, seu clericis, qui inter se causam habuerint, nullo modo præsumat publicis actoribus interpellationem facere, nisi suo episcopo. Et si forsitan * episcopus contra eum habuerit, ad vicinum episcopum confugium faciat, juxta canonum statuta: & si minime convenerit ut decidatur inter eos intentio, apud apostolicam veniat sedem. Si quis præter statuta agere præsumpserit, gradus sui honore privetur, & ab ecclesia pellatur * domusque causa susceperit finem.

Marginal notes: [left] ...st. 93. — ...ide de conci...um Gregorii II. — * perpetraverit. — ...vit. 18. ...ide syno...m Eugen. ...& Leon. ...Can 38. ...o part. 9. ...p. 21. — * abstinere — * vinculis — ...ncil. ...gorii. [right] ANNO CHRISTI 743. Ibidem. — 26. quæst. 7. Si quis Kalendas. — Vide synodum V 1. cap. 26. Veron. parte 14. c. 10 — Initium est canonis 44. Concilii Carthag. III. — * Et qui — * episcopum contrarium. — * dum usque

ANNO CHRISTI 743.

XIII.

Veron.parte 4.cap.13. De consecr. dist. 1. cap. Nullus.

Vt nullus episcopus, presbyter, aut diaconus, ad celebrandum Missarum solennia præsumat cum baculo introire, aut velato capite altario Dei assistere, quoniam & apostolus prohibet viros velato capite orare in ecclesia: & si temere præsumpserit, communione privetur.

XIV.

Vt episcopus aut presbyter, dum ingressus fuerit ad Missarum solennia celebranda, nullo modo audeat * data oratione recedere, ut ab alio episcopo aut presbytero suppleantur Missarum solennia: sed qui initium ponit, suppleat usque ad finem; quia scriptum est: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Si quis vero præsumpserit præter quod posuimus agere, a sacro corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi sit suspensus.

* dicta

Matth. 10.

XV.

Scripsimus de gradibus cognationum, vel quomodo debeant quilibet amodo & deinceps legitimo conjugio copulari. Et quia divina clementia nos congregavit in unum, ut ea quæ necessaria sunt pro salute animarum *, capitula vobis ea, quæ sæpius scripta sunt, enarrare studui; ad memoriam vobis quippe reducens, quod beatæ memoriæ præcessor noster Gregorius, hujus apostolicæ sedis junior papa, propter aliquas illicitas conjunctiones, quæ fiebant per hanc Italiam, seu Longobardorum provinciam, vel in aliis locis, aggregato sacerdotali collegio promulgata sententia, anathematis vinculo obligavit. Sed dum cerno adhuc populos in eodem errore persistere (quod ingemiscens dico) quoniam Christianorum animæ dum diabolica fraude decipiuntur, timeo ne nos qui rectores animarum vocamur, si earum salutem providere neglexerimus, justo judice pro illis torqueamur. Sed neque hoc silendum est, quod in Germaniæ partibus ita diu vulgatum est, quod quidem in archivo nostræ sanctæ ecclesiæ scriptum minime reperimus, ipsis tamen asserentibus hominibus de Germaniæ partibus didicimus, quod beatæ recordationis sanctus Gregorius papa, dum eos ad religionem Christianitatis divina gratia illustraret, licentiam illis dedisset in quarta se copulare generatione, † *quod quidem Christianis licitum non est, dum usque se cognoverint*, sed dum rudes erant & invitandi ad fidem, quamquam minime scriptum, ut dictum est, reperimus, credere non ambigimus: Deo autem largiente, *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, præteritis annis literas miserunt archiepiscopi & reges provinciæ

* deest for. decerneremus,

Ivo part. 9. cap. 19.

†.Hæc desunt in originali, sunt in collectione Ivonis, idque notatum ad marginem.

Ioan. 1.

illius, petentes apostolica præcepta, qualiter liceat eis conjugia copulare, & quomodo debeant observare. Quibus quantum dominus dare dignatus est, admonitionis præcepta direximus. Sed neque hoc silendum est, pervenisse ad nos (quod cum grandi tristitia animi dico) per diversa loca hujus Italiæ, & Longobardorum partes, sacerdotes cum sanctimonialibus feminis, id est monachis, habitare. Quod nefarium est dicere vel audire contra canones * esse sancita. Vbi enim talis fuerit commorantium habitatio, antiqui hostis stimuli non desunt: unde omnino cavendum & vitandum est, fratres mei, ne fallant, & impleatur in eis prophetæ dictum: *Sacerdotes ejus contaminant sancta, & reprobant legem.* Quod & alius propheta increpat dicens: *Vos sacerdotes qui fallitis nomen meum, & dixistis: In qua re fefellimus nomen tuum?* Quibus * respondendum est: *Offerentes ad altare meum panem pollutum. Non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris.* Pro quo timeo, dilecti mei, ne nobis in capite positis, si neglexerimus, illud contingat quod dominus per prophetam dicit: *Ideo pastores audite verbum domini. Ecce lac devoratis, & lanis eorum cooperitis vos, & quod crassum est jugulastis, & oves meas dispersistis. Quod infirmum erat non confirmastis, in eo quod male habebat non curastis, & contritum non alligastis, & quod errabat non convertistis, & quod perierat non requisistis, & dispersæ sunt oves meæ, eo quod non sint pastores: & factæ sunt in devorationem omnibus bestiis agri, nec erat qui requireret, neque qui revocaret.* Propterea oportet nos solicitos esse, ut de credito ministerio, cum venerit dominus, qui talentum nobis ad tempus credidit, duplum illi apportemus lucrum, & ut ipse in bonis suis nos respiciat, quia scriptum est: *Beatus servus ille, quem, cum venerit dominus, invenerit sic facientem.*

* & decre

Sophon 3.

Malach

* respondendum est:

Ezech. 34.

Matth. 24.

Hucusque Zachariæ papæ capitula sive decreta, vel dixeris canones, quos congregatæ ad hoc synodo cognoscendos obtulit: de qua synodo ista leguntur, sed mendosissime in omnibus quæ extant exemplaribus.

PRÆSIDENTE sanctissimo ac ter beatissimo Zacharia papa in basilica beati apostolorum principis Petri, ante confessionem, pro supra memoratis capitulis declarandis una cum episcopis sanctissimis, quorum nomina subter annectimus, ad hæc capitula pertractanda considentibus, sicut dictum est, sanctissimis episcopis, Ioanne Segnensi, Sabatio Alatrensi, * Haudensio Perusio, Arcadio Clusino, Mauritio Hortano, Ioanne Fallaritano, Thoma Florentino, Gaudioso Bladero, Petro Esino, * Hirtioso Sutrino, Andrea Pisaurensi, Marco * Lucerino,

* Gaudentio

* Gratiosо

ANNO CHRISTI 743.

* Lucerino, Lando Conselino, Pelagio Consentino, Aufredo Tarentino, Munualdo........ Niceta Gabinate, Vitaliano Auximensi., * Theophanio Silvæ candidæ, Martino Verulano, * Venantio Prænestino, Agnello Ariminensi, * Armato Fanensi, Ioanne Polimartiensi, Benedicto Numentano, Ioanne Nepesino, Griso Trebiano, Anderamo Bisuntiano, Cæsareo Beneventano, Ambrosio Anagnino, Theodoro Capuano, Amantio * Niciano, Theodoro Ostiæ, Gregorio Orbevetano, Grosso Senensi, * Isso Sabinensi, Tiburtino Albano, Gratioso " Villeterno Anconitano, Gregorio Portuensi, Tudertino...... & venerabilibus presbyteris, Ioanne archipresbytero, Gregorio, Stephano, alio Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Andrea, Petro, Iordane, Leone, item Leone, Gregorio, Eustachio, Anastasio, Georgio, Ioanne, Sergio, Theophanio, Procopio, Gaudentio, Epiphanio. Astantibus quoque Theophylacto, Arcidio, Gemmulo, Theodoro, Stephano, & Paulo diaconibus, vel cuncto clero ecclesiæ sanctæ.

Luceria Epiphanio Valentio Amato Nuceri- Coriffo Velitер-, Anco-ano,

Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Sanctorum probabilium patrum exempla nos provocant, quæ ad firmitatem orthodoxæ fidei & status sanctæ catholicæ atque apostolicæ Dei ecclesiæ, seu Christianæ religionis decreverunt documenta prosequi, & ut vere speculatores animarum a Deo constituti * curam dominici gregis habere, ut jam & a torpentibus & illicitis causis, juxta egregii apostoli vocem, monendo, arguendo, & increpando, subjectorum animas, a fauce deceptoris, & antiqui hostis humani generis servatas, valeamus revelata facie gloriam Dei speculari ac dicere: Ecce nos & pueri quos dedisti nobis, non perdidimus ex eis quemquam: ita ut & nos unusquisque mereamur audire desiderabilem domini vocem dicentis: *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.* Sanctissimi episcopi & venerabiles presbyteri & diaconi omnes responderunt: Spiritus sancti gratia diffusa cor apostolatus vestri succensum est, ut nostrarum simul & subjectorum animarum divino ardore & zelo constantiæ provideat; * quæ quantum assiduæ magistræ & dominæ nostræ apostolicæ sedis præsentamur, * tantum amplius docemur nobis a Deo creditis esse plebibus quæ necessaria sunt ad regendam plebem Dei educatis. Animarum lucra sectemur, & quia a pia consideratione bene provisum est, quæ a vestro sancto apostolatu decreta sunt capitula cum præmissis, nobis lectione pandantur, ut antidoto salutari morbus a grege domini * compellatur, ne deinceps quisque Romanus aut Longobardus vel cujuscumque gentis qui * in te baptizati sunt attentare præsumat, ut non * ante iniquitatis pondere oppressus cum diabolo & angelis ejus pereat. Placeat potius ut illicita vitentur, & funditus evellantur. *sicque recitata sunt superius scripta capitula atque probata: in fine autem ista leguntur:* Factum est hoc concilium anno * secundo Artabasdi imperatoris, nec non & Luithprandi regis anno trigesimo secundo, indictione duodecima. Feliciter.

pram dominicum egem. Tim. 4. br. 2. atth. 25. x concil. eg. II. quia quã- ;anto expellaur, inter baptizatos tantæ

CONCILIUM SUESSIONENSE

ANNO CHRISTI 744.

SUB PIPPINO MAIORE DOMUS REGIÆ, ab episcopis XXIII. celebratum [1] VI. Nonas Martias, anno Christi DCCXLIV. Zachariæ papæ III. [2] Childerici III. regis secundo.

TITULI CAPITULORUM.

PRÆFATIO.

In Dei nomine & Trinitatis. Anno DCCXLIV. ab incarnatione Christi, sub die VI. " Nonas Martii, & luna XIV. in anno secundo Childerici regis Francorum, ego Pippinus dux & princeps Francorum. Dum pluribus non habetur incognitum, qualiter nos in Dei nomine, una cum consensu episcoporum, sive sacerdotum, vel servorum Dei consilio, sive comitum & optimatum Francorum colloquio, apud Suessionis civitatem synodum vel concilium facere decrevimus, quod ita in Dei nomine & fecimus.

" emendatius quinta, ut codices MSS. habẽt & docet adscriptus lunæ dies. Vide supra observationem nostrã, pag. 1441. E.

CANONES.

I.

In primis constituimus fidem catholicam, quam constituerunt CCCXVIII. episcopi in Nicæno concilio, ut denuntiaretur per universam regionem nostram: & judicia canonica aliorum sanctorum, quæ constituerunt in synodis suis: quo modo lex Dei, & ecclesiastica regula recuperetur, quæ in diebus priorum principum dissipata corruit.

II.

Propterea nos una cum consensu episcoporum, sive sacerdotum, seu servorum

Dei & optimatum eorum consilio decrevimus, ut annis singulis synodum renovare debeamus, qualiter populus Christianus ad salutem animarum pervenire possit: & ut hæresis amplius in populo non resurgat, sicut invenimus [3] in Adalberto hæresim; quem publicitus una voce condemnaverunt XXIII. episcopi, & alii multi sacerdotes, cum consensu principis & populi, ita condemnaverunt ipsum Adalbertum, ut amplius populus per falsos sacerdotes deceptus non pereat.

III.

Idcirco constituimus per consilium sacerdotum & optimatum eorum, & ordinavimus per civitates legitimos episcopos; & idcirco constituimus super eos archiepiscopos [4] Abel & Ardobertum, ut ad judicia eorum de omni necessitate ecclesiastica recurrant tam episcopi, quam alius populus; ut ordo monachorum vel ancillarum Dei secundum regulam sanctam stabilis permaneat, & de rebus ecclesiasticis' subtractis monachis vel ancillis Dei consolentur, usque dum illorum necessitati satisfaciant; [5] & quod superaverit, census levetur; & abbates legitimi hostem non faciant, nisi tantum homines eorum transmittant. Et omnes clerici fornicationem non faciant, nec habitum laicorum portent, nec apud canes venationes faciant, [6] nec accipitres portent.

' Subtraditis monachi vel ancillę Dei consolentur, *ex cod. Vat.*

IV.

Similiter decrevimus, ut laici homines legitime vivant, & diversas fornicationes non faciant, & perjuria in ecclesia non consentiant, & falsa testimonia non dicant, & ecclesiam Dei in omni necessitate conservent. Et unusquisque presbyter qui in parochia est, episcopo obediens & subjectus sit, & semper in cœna domini rationem & ordinem ministerii suo episcopo reddat, & chrisma & oleum petat: & quando jure canonico episcopus circumit parochiam ad confirmandum populum, abbates & presbyteri parati sint ad suscipiendum episcopum in adjutorium necessitatis.

V.

Et statuimus, ut supervenientes episcopi vel presbyteri de aliis regionibus non suscipiantur in ministerium ecclesiæ, nisi prius fuerint probati ab episcopo, cujus parochia est.

VI.

Et omnino decrevimus, ut unusquisque episcopus in sua parochia solicitudinem habeat, ut populus Christianus paganismum non faciat: & per omnes civitates legitimus forus & mensura fiat, secundum abundantiam temporis.

VII.

Similiter constituimus, ut [7] illas cruciculas, quas Adalbertus per parochiam plantaverat, omnes igne consumantur.

VIII.

Similiter diximus, ut neque clericus mulierem habeat in domo sua, quæ cum illo habitet, nisi matrem, aut sororem, aut neptem suam.

IX.

Similiter constituimus, ut nullus laicus homo Deo sacratam feminam ad mulierem habeat, nec suam parentem, nec marito vivente suam mulierem alius accipiat, nec mulier vivente suo viro alium accipiat: quia maritus mulierem suam non debet dimittere, excepto causa fornicationis deprehensæ.

X.

Si quis contra hoc decretũ, quod XXIII. episcopi cum aliis sacerdotibus vel servis Dei, una cum consensu principis Pippini, vel optimatum Francorum consilio constituerunt, transgredi, vel legem irrumpere voluerit, vel despexerit, judicandus sit ab ipso principe, vel episcopis, vel comitibus, & componat secundum quod in lege scriptum est, Unusquisque juxta ordinem suum. Et si hæc omnia observaverimus quæ superius scripta sunt, Christi misericordiam invenire poterimus in sæcula sæculorum. Amen.

[8] † Signum illustris viri Pippini majoris domus.
Signum Radbodi.
Signum Ariberti.
Signum Helmigaudi.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1. *VI. Nonas Martii.*] Ita & vetus exemplar Metense, & alterum Flandricum. In Bellovacensi tamen legitur *V. Nonas*, quod magis fortasse cohæret cum luna XIV. quam numerabant.

2. *Childerici* III. *regis* II.] Postremi Merovingorum regis, qui post aliquot annorum interregnum, quibus rerum potitum esse diximus Carolum Martellum, illo mortuo rex tandem ab ejus filiis renuntiatus est. Qui a Martello ipso renuntiatum volunt, non animadvertunt Childerici regis, si superstite Martello regnum iniisset, cum is anno Christi DCCXLI. vivere desierit, annum hunc fore non secundum, sed tertium.

3. *In Adalberto.*] Vulgati *Adlaberto*: item codex Bellovacensis cum Flandrico. Nos Metensem hoc loco, ut in ceteris, secuti sumus. Idem Aldebertus vocatur in epistola Bonifacii ad Zachariam, & in synodo Romana. Can. 2.

4. *Abel & Ardobertum.*] Alterum Rhemorum, alterum Senonum, ut est in epistola V. Zachariæ ad Bonifacium, ubi posterior Artbertus appellatur. Can. 3.

5. Et *quod superaverit.*] Metensis, *si quid superaverit.* De hoc vero casu cautum fuerat in synodo Liptinensi Can. 2.

6. *Nec accipitres portent.*] Bellovacensis, *acceptores.* quod idem est, ut in lege Salica cap. VII. *Si quis acceptorem de arbore furaverit.*

7. *Illas cruciculas.*] Ita Metensis & Flandricus. In Bellovacensi vero *crucilias*, sicut in vulgatis. Sed cruciculas idem habet Bonifacius, de iisdem agens in epistola ad Zachariam. Can. 7.

8 *Signum*

8 *Signum illustris viri*] Hæ subscriptiones aberant a vulgatis: extant autem in tribus manuscriptis Metensi, Bellovacensi, & Flandrico.

a CONCILIVM GERMANICVM III.

AVCTORITATE SANCTI BONIFACII Romanæ sedis legati congregatum anno domini DCCXLV. tempore Zachariæ papæ,

In quo Aldebertus & Clemens hæretici damnantur: & post Gervilionem Moguntiæ episcopum ob crimen homicidii depositum, sanctus Bonifacius factus est primus archiepiscopus Moguntinus.

Extat apud Serar. l. 3. c. 14. hist. Mogunt. Gerius exdonis.

CVM ita, Carlomanno jubente, & Bonifacio consulente synodus haberetur, multi illi non solum clerici quilibet hæretica pravitate infecti extra ecclesiæ communionem pellebantur, sed etiam episcopi capitalium criminum maculis infames deponebantur. Totius autem erroris qui tum in Germania grassabatur, præcipui auctores duo fuere hæretici, Clemens & Aldebertus, de quibus postea, cum epistolas ad Zachariam pontificem datas protulerimus, opportunius dicetur. In iis enim illorum hæresis exitialis commemoratur. Depositus est etiam tunc Gervilio Moguntinæ sedis antistes; cujus quidem depositionis causa fuit hæc.

Ea tempestate Saxonibus Thuringiam vastantibus, ejus provinciæ homines Carlomanni opem implorabant. Ille mox exercitum mittit, & cum eo Geroldum Moguntinum episcopum Gervilionis patrem. In ipso autem conflictu Geroldus cum plerisque aliis cæsus est. Gervilio vero filius ejus qui tum adhuc laicus in palatio versabatur, in clerum adsciscitur leniendi doloris causa, quem ex patris morte conceperat, eidemque in Moguntino pontificatu subrogatur. Non diu post Carlomannus rursus colligit militem, proficiscitur contra Saxones, Gervilionem secum ducit. Exercitu utroque ultra citraque ripam fluminis Visurgis (*auctor vocat Vvisaraham*) considente, Gervilio jubet puerum suum ire ad hostium castra, diligenter illic inquirere nomen ejus qui patrem ipsius interfecerat. Abit puer, discit ex quodam non longe abesse eum quem quæreret: rogat ut ad domini sui colloquium properare velit. Venit ille, & adventu ejus denuntiato, paratis equis, episcopus Gervilio ei procedit obviam, & cum in medio flumine inter se colloquerentur, Gervilio clam ferens gladium, hominem confodit, ita dicens: *Accipe jam ferrum, quo patrem vindico carum.* Ille mox ex equo corruens, in flumine exhalat spiritum. Repente autem ejus comperta cæde, sublato clamore utrimque ad arma concurritur. Fit pugna atrox, Saxonibus victis, Carlomannus ad sua se recipit, nemine tum id quod Gervilio fecerat pro homicidio ei imputante. Itaque reversus domum, perrexit solito more episcopi munia obire.

At sanctus præsul Bonifacius inter cetera hoc etiam in synodo pronuntiavit: Neminem qui hominis cæde pollutus sit sacerdotio fungi posse. Tum etiam objecit ei, suis se conspexisse oculis illum cum avibus & canibus ludentem, quod episcopo fas non esset. Gervilio his auditis, sentiens se nullo pacto contra stimulum vel sæcularis potentiæ, vel canonicæ auctoritatis, quæ per sanctum Bonifacium in præsentes omnes proferebatur, calcitrare posse; omnium de se calculis subscripsit, & exauctoratus est. Eo autem deposito, sanctus Bonifacius a Carlomanno & Pippino fratre ejus. Moguntinę sedi præficitur. Et ut ejus dignitas esset eminentior, statuerunt iidem principes ecclesiam Moguntinam, quæ tum alteri subjecta erat, in totius Germaniæ metropolim provehere: missaque mox legatione a Romano pontifice id impetrarunt.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] De hac synodo lib. 3. historiæ Moguntinæ notatione 31. circa medium, hæc Serarius. *Tertia synodi locus dici potest Moguntia, quia episcopus nomine Guvilieb, Moguntiæ civitati prælatus tunc deponebatur, inquit lib. 1. vitæ cap. 44. Othlonus, tumque Moguntinus archiepiscopus primus designabatur ipse sanctus Bonifacius, ut ibidem narratur.* Et paulo post subjungit. *Huic synodo interfuisse episcopos istos, quorum nomina habentur in titulo illius epistolæ, quam ex hoc concilio scripsit sanctus Bonifacius ad Æthelbaldum sive ad Athelbaldum regem Merciorum in Anglia, scelestissimam vitam agentem, quæque apud Baronium ex vita sancti Bonifacii descripta reperitur anno septuagesimo quadragesimo quinto numero quinto, postquam ibidem subjungit quod sanctus Bonifacius ad Romanum pontificem legaverit Deneardum presbyterum cum literis & actis suorum conciliorum, petens ea apostolica auctoritate confirmari, quæ contra Aldebertum & Clementem definivisset.*

Locus synodi quis? Qui interfuerint.

a CONCILIVM ROMANVM II.

DE HÆRETICIS ALDEBERTO ET CLEMENTE, quos Bonifacius in Franciæ synodo condemnarat, in patriarchio Lateranensi a Zacharia papa celebratum mense Octobri, indictione XIV. hoc est anno Christi DCCXLV. Zachariæ ejusdem papæ, & Childerici III. Francorum regis IV.

ACTIO PRIMA.

IN nomine domini nostri Iesu Christi. Imperante domno piissimo Augusto Constantino imperatore anno XXVI. post consulatum ejus anno V. mense Octobri die XXV. indictione XIV. præsidente sanctissimo ac beatissimo domno Zacharia papa, in patriarchio Lateranensi, in basilica quæ appellatur Theodori. Considentibus etiam cum eo sanctissimis episcopis, Epiphanio de Silva candida, Benedicto Nomento, Venantio Præneste, Gregorio Portuense, Niceta Gabiis, Theodoro Ostiense, Gratioso Velitris: seu venerabilibus presbyteris, id est Ioanne archipresbytero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Georgio, Sergio, Iordane, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Eustachio, Procopio, atque Theophanio. Propositis in medio sacrosanctis euangeliis: adstantibus quoque diaconibus, vel cuncto clero. Gregorius notarius regionarius & b nomenculator dixit: Deneardus religiosus presbyter, legatus Bonifacii sanctissimi archiepiscopi provinciæ Germaniæ, directus apud vestrum apostolatum, c præ velo est, & petit se ingredi: quid præcipitis? Dictum est: Ingrediatur. Cumque ingressus fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa sanctæ Dei catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ dixit: Ante hos dies syllabas reverentissimi atque sanctissimi fratris nostri Bonifacii archiepiscopi nobis retulisti, per quas nobis quæ opportuna ei visa sunt indicavit: quid ergo denuo secretaria nostra te ingredi postulasti? Deneardus religiosus presbyter dixit: Domine mi, dum juxta sancti apostolatus vestri præceptionem dominus meus Bonifacius episcopus, famulus pietatis vestræ, in

ANNO CHRISTI 745.

in provincia Francorum synodum aggregasset, & repperisset illic falsos sacerdotes, hæreticos & schismaticos, id est Aldebertum & Clementem, eos sacerdotio privans una cum principibus Francorum retrudi fecit in custodiam. Illi autem impœnitentes permanent contra quod judicatum est, & adhuc populum seducunt. Pro qua re hanc epistolam præfati domini mei, quam in manibus gero, vestro sancto apostolatui missus offero, ut eam coram sacrosancto concilio relegi faciatis. Dictum est: Suscipiatur epistola, & coram nostra præsentia relegatur. Et accipiens Theophanius notarius regionarius & sacellarius relegit in his sermonibus:

EPISTOLA BONIFACII AD ZACHARIAM PAPAM.

Excellentissimo patri, atque apostolico pontifici, & ex auctoritate sancti Petri principis apostolorum magisterio freto, Zachariæ papæ, Bonifacius exiguus servus servorum Dei optabilem in Christo caritatis salutem.

POSTQUAM me ante annos prope XXX. sub familiaritate & servitio apostolicæ sedis, annuente & jubente venerandæ memoriæ antistite apostolico Gregorio, anteriore voto constrinxi, quidquid mihi lætitiæ vel tristitiæ acciderat, apostolico pontifici solebā indicare, ut in lætis simul laudaremus Deum, & in tristibus ejus consilio roborarer. Et sicut tunc, ita & nunc mihi liceat, pietati vestræ supplico, sicut scriptum est: *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, seniores tuos, & dicent tibi.* (Deut. 32.) Notum enim sit paternitati vestræ, quia postquam indigno mihi mandastis in provincia Francorum, sicut & ipsi rogaverunt sacerdotes, concilio synodali & conventui præesse, multas injurias & persecutiones passus sum, maxime a falsis sacerdotibus, ab adulteratis diaconibus, & fornicariis clericis. Maximus tamen mihi labor fuit contra duos hæreticos pessimos & publicos, & blasphemos contra Deum, & contra catholicam fidem. Unus eorum, qui dicitur Aldebertus, natione generis Gallus est; alter qui dicitur Clemens, genere Scotus est: specie erroris diversi, sed pondere peccatorum pares. Contra istos obsecro apostolicam auctoritatem vestram, quo meam mediocritatem defendere & adjuvare, & per scripta vestra populum Francorum & Gallorum corrigere studeatis: ut hæreticorum fabulas, & vana prodigia, & signa præcursoris antichristi non sectentur: sed ad canonica jura, & ad viam veræ doctrinæ convertantur. Et ut per verbum vestrum isti duo hæretici mittantur in carcerem, si vobis justum esse videatur, cum vitam & doctrinam illorum vobis intimavero: & nemo cum eis loquatur, vel communionem habeat; ne forte fermento doctrinæ illorum fermentatus aliquis pereat: sed segregati vivant, & juxta dictum apostoli hujusmodi traditi satanæ in interitum carnis sint, (1. Cor. 5.) ut spiritus salvus sit in die domini: & juxta euangelicum præceptum, (Matth. 18.) dum ecclesiam non audierint, sint nobis sicut ethnici & publicani, donec discant non blasphemare, nec scindere tunicam Christi. Propter istos enim persecutiones & inimicitias & maledictiones multorum populorum patior, & ecclesia Christi impedimentum fidei & doctrinæ sanctæ sustinet. Dicunt enim de Aldeberto, quod eis sanctissimum apostolum abstulerim, patronum & oratorem, & virtutum factorem, & signorum ostensorem abstraxerim. Sed pietas vestra audiens vitam ejus, judicet ex fructu operum, utrum vestimentis ovium indutus, intus autem lupus rapax sit, an non. In primæva enim ætate hypocrita fuit, dicens quod sibi angelus domini in specie hominis de extremis finibus mundi miræ & tamen incertæ sanctitatis reliquias attulerit, & exinde posset omnia quæcumque a Deo posceret impetrare: & tunc demum per illam simulationem, sicut Paulus apostolus prædixit, (2. Tim. 3.) domos multorum penetravit, & captivas post se mulierculas duxit oneratas peccatis, quæ ducebantur variis desideriis, & multitudinem rusticorum seduxit, dicentium quod ipse esset vir apostolicæ sanctitatis, & signa atque prodigia faceret. Deinde conduxit episcopos indoctos, qui se contra præcepta canonum absolute ordinarunt. Tumque demum in tantam superbiam elatus est, ut se æquipararet apostolis Christi. Et dedignabatur in alicujus honore apostolorum vel martyrum ecclesiam consecrare; improperans hominibus etiam cur tantopere studerent sanctorum apostolorum limina visitare. Postea, quod absurdum est, in proprii nominis honore dedicavit oratoria; vel, ut verius dicam, sordidavit. Fecit quoque [d] cruciculas & oratoriola in campis, & ad fontes, vel ubicumque sibi visum fuit: & jussit ibi publicas orationes celebrari, donec multitudines populorum, spretis ceteris episcopis, & dimissis antiquis ecclesiis, in talibus locis conventus celebrarent, dicentes: Merita sancti Aldeberti adjuvabunt nos. Ungulas quoque & capillos suos dedit ad honorificandum, & portandum cum reliquiis sancti Petri principis apostolorum. Tum demum, quod maximum scelus, & blasphemia contra Deum esse videbatur, fecit. Venienti enim populo & prostrato ante pedes ejus, & cupienti confiteri peccata sua dixit: Scio omnia peccata vestra, quia mihi cognita sunt omnia occulta. Non est opus confiteri, sed dimissa sunt peccata vestra præterita: securi & absoluti redite ad domos vestras cum pace. Et omnia quæcumque sanctum euangelium hypocritas fecisse testatur, suo habitu, & incessu, & moribus imitatus est. Alter autem hæreticus, qui dicitur Clemens, contra catholicam contendit ecclesiam, & canones ecclesiarum Christi abnegat & refutat: tractatus & sermones sanctorum patrum, Hieronymi, Augustini, Gregorii recusat. Synodalia jura spernens, proprio sensu affirmat, se post duos filios sibi in adulterio natos sub nomine episcopi esse posse Christianæ legis episcopum. Iudaismum inducens judicat justum esse Christiano, ut si voluerit viduam fratris defuncti accipiat uxorem. Contra fidem quoque sanctorum patrum contendit, dicens quod Christus Filius Dei descendens ad inferos, omnes quos inferni carcer detinuit inde liberavit, credulos & incredulos, laudatores Dei simul & cultores idolorum: & multa alia horribilia de prædestinatione Dei contraria fidei catholicæ affirmat. Quapropter de hoc quoque hæretico precor, ut per literas vestras mandare curetis duci Carlomanno, ut mittatur in custodiam; quatenus semina satanæ latius non seminet, & ne forte ovis morbida totum gregem contaminet. Valere sanctitatem vestram, & prosperis provectibus gaudere in longitudine dierum optamus.

Cumque relecta esset, Zacharias sanctissimus ac

ac beatissimus papa dixit : Audistis, fratres carissimi, quid in ista epistola relectum sit ex sacrilegis illis, qui se ad suam condemnationem apostolis prætulerunt. Sanctissimi episcopi & venerabiles presbyteri responderunt : Audivimus certe per omnia, non apostolos, sed ministros Satanæ, & præcursores Antichristi. Quis enim aliquando apostolorum, aut quilibet sanctorum, ex capillis suis, aut ungulis, sanctuaria populis exhibuerunt, ut iste sacrilegus & perniciosus Aldebertus? Sed hoc scelus a vestro sancto apostolatu est resecandum, tam de illo, quam etiam de illo transgressore Clemente, qui sacros canones spernit, atque expositiones sanctorum patrum, & dicta sanctorum, ut pro transgressionibus suis dignam suscipiant sententiam. Sanctissimus ac beatissimus papa Zacharias dixit : Quia hodie jam tardior hora est, venturo [e] secretario, relectis iterum vita eorum & actibus, communi consensu, mediante Deo, quid fieri debeat pertractandum est.

ACTIO SECVNDA.

In nomine domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi, imperante domino piissimo Augusto Constantino magno imperatore anno XXVI. post consulatum ejus anno V. mense Octobris, die XXV. indictione XIV. præsidente sanctissimo ac beatissimo Zacharia papa in patriarchio Lateranensi, in basilica quæ appellatur Theodori : considentibus etiam cum eo sanctissimis episcopis Epiphanio Silvæ candidæ, Benedicto Nomento, Venantio Præneste, Gregorio Portuense, Niceta Gabiis, Theodoro Ostiense, Gratioso Velitris : seu venerabilibus presbyteris, id est Ioanne archipresbytero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Georgio, Sergio, Iordane, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Eustachio, Procopio, atque Theophanio. Propositis in medio sacrosanctis evangeliis : adstantibus quoque diaconibus, vel cuncto clero, Gregorius notarius regionarius & nomenculator dixit : Iuxta vestri sancti apostolatus præceptionem, quam in præterito secretario jussistis, Denéardus religiosus presbyter adest præ velo : quid præcipitis? Dictum est : Ingrediatur. Cumque ingressus esset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit : Actus illius nefandissimi Aldeberti, sive cetera quæ de eo sunt scripta, quæ præterito secretario præ manibus gerebas, coram præsente concilio porrige legenda. Et accipiens Theophanius notarius regionarius & sacellarius relegit vitam illius, cujus initium tale est.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Incipit vita sancti & beati Dei famuli, & præclari atque per totum speciosi, ex electione Dei nati; sancti Aldeberti episcopi.

De simplicibus parentibus fuit procreatus, & de gratia Dei est coronatus : quia dum in utero matris esset, ibi gratiam Dei accepit, & antequam pervenisset beatissima nativitas ejus, quasi per visionem, egredientem vitulum de dextero latere suo : qui vitulus designabat gratiam illam, quam ab angelo acceperat antequam exiret de vulva.

Cumque hic libellus usque ad finem lectus fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit : Quid ad hæc blasphema respondetis, sanctissimi fratres? Epiphanius sanctissimus episcopus Silvæ candidæ dixit : Certe, apostolice domine, ex divina inspiratione motum est cor sancti vestri apostolatus, ut prædictum Bonifacium sanctissimum fratrem nostrum episcopum, atque Francorum principes commoneretis; quatenus in partibus illis post longa tempora concilium aggregaretur sacerdotum, ut hæc schismata & blasphemiæ usquequaque sancto vestro apostolatui minime celarentur. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit : Si quid adhuc habet Deneardus religiosus presbyter nobis porrigere relegendum, porrigat. Deneardus religiosus presbyter respondit : Ecce, domine, [f] epistolam qua utebatur, & divulgabat eam esse Iesu, & de cælo cecidisse. Et accipiens Theophanius notarius regionarius & sacellarius relegit, cujus initium tale est :

In Dei nomine incipit epistola domini nostri Iesu Christi Filii Dei, quæ in Hierosolyma cecidit, & per Michaël archangelum inventa est ad portam Ephrem, & per manus sacerdotis nomine Leoræ epistola ista relecta fuit, & exemplata : & transmisit eam ad Hieremiam civitatem ad alium sacerdotem nomine Talasium; & ipse Talasius transmisit eamdem ad Arabiam civitatem, ad alium sacerdotem Leobanium ; & ipse Leobanius transmisit epistolam istam ad Vetsaviam civitatem quam recepit Macherius sacerdos Dei, & transmisit in montem sancti Michaël archangeli. Et ipsa epistola per manus angeli domini pervenit ad Romanam civitatem ad locum sepulcri sancti Petri, ubi claves regni cælorum constitutæ sunt : & duodecim papati, qui sunt in Romana civitate, triduanas fecerunt vigilias, & in iejuniis & orationibus permanserunt diebus ac noctibus : & cætera usque ad finem perlecta.

Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit : Pro certo, fratres carissimi, iste Aldebertus in insaniam est conversus, & omnes qui hac utuntur scelerata epistola, more parvulorum, absque memoria mentium sunt, & muliebribus sensibus insaniunt. Sed ne leviores adhuc amplius decipiantur, indiscussam & absque sententia causam hanc in eum relinquere minime possumus. Sanctissimi episcopi & venerabiles presbyteri responderunt : Ex divina illustratione cognoscimus, cor vestri sancti apostolatus illuminatum & quæ a vobis dicta sunt ex administratione sancti Spiritus emanarunt. Et idcirco, ut a vobis prævisum fuerit, in utrosque sententia promulgetur. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Non ut nobis solum visum fuerit, sed pariter cum sanctitate vestra est pertractandum : sed si domino placuerit, in futuro secretario, quod rectum prævisum fuerit, & dominus suis famulis administraverit, ex omnibus ejus actis promulgabitur sententia.

ACTIO TERTIA.

In nomine domini Dei nostri salvatoris Iesu Christi, imperante domino piissimo Augusto Constantino magno imperatore anno XXVI. post consulatum ejus anno V. mense Octobris, die XXV. indictione XIV. præsidente sanctissimo ac beatissimo domino Zacharia papa in patriarchio Lateranensi, in basilica quæ appellatur Theodori : considentibus etiam cum eo sanctissimis

episcopis

ANNO CHRISTI 745.

episcopis Epiphanio de Silva candida, Benedicto Nomento, Venantio Præneste, Gregorio Portuense, Niceta Gabiis, Theodoro Ostiense, Gratioso Velitris: atque venerabilibus presbyteris, Ioanne archipresbytero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Georgio, Sergio, Iordane, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Eustachio, Procopio, Theophanio. Propositis in medio sanctis euangeliis, adstantibus quoque diaconibus, vel cuncto clero. Gregorius notarius regionarius & nomenculator dixit: Secundum quod a vestro sancto apostolatu præceptum est in præterito secretario, ut Deneardus religiosus presbyter hodie se vestris obtutibus præsentaret, præsto est pro foribus, quid præcipitis? Dictum est: Ingrediatur. Cumque ingressus fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Habes adhuc ex sacrilegorum illorum conscripto quod coram hoc sancto concilio porrigas ad relegendum? Deneardus religiosus presbyter respondit: Etiam, domine mi, habeo orationem quam sibi Aldebertus componere nisus est. Et ecce præ manibus eam gero, iubete eam suscipi. Et accipiens eam Theophanius notarius relegit coram omnibus, cujus initium tale est:

Domine Deus omnipotens, Christi filii Dei domini nostri Iesu Christi Pater, A, & Ω, qui sedes super septimum thronum, & super cherubim & seraphim, tu pietas magna, & dulcedinis est tibi satis. Pater sanctorum angelorum, qui fecisti cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt; te invoco & reclamo, & invito te super me miserrimum, quia tu dignatus fuisti dicere: Quodcunque petieritis a Patre in nomine meo hoc faciam. *Ergo ego te peto, quia in te confidit anima mea. Cumque per ordinem legeretur, ventum est ad locum vbi dicebat: Precor vos, & coniuro vos, & supplico me ad vos, angele Vriel, angele Raguel, angele Tubuel, angele Michael, angele Inias, angele Tubuas, angele Sabaoc, angele Simiel.*

Ioan. 16.

Dum vero hæc oratio sacrilega vsque in finem perlecta fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Quid ad hæc sanctissimi fratres respondetis? Sanctissimi episcopi & venerabiles presbyteri responderunt: Quid aliud agendum est, nisi ut omnia quæ nobis relecta sunt igni concrementur, auctores vero eorum anathematis vinculo percellantur? Non enim nomina angelorum, præter nomen Michaëlis, sed nomina dæmonum sunt, quæ in suis orationibus invocavit ad præstandum auxilium sibi. Nos autem, ut a vestro sancto apostolatu edocemur, & divina tradit auctoritas, non plus quam trium angelorum nomina cognoscimus, id est Michael, Gabriel, Raphael: alioqui de mysterio sub obtentu angelorum dæmonum nomina introduxit. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: Optime provisum est a vestra sanctitate, ut scripta illius omnia igne crementur. Sed opportunum est, ut in scrinio nostro ad reprobationem & ad perpetuam confusionem ejus reserventur. Nunc vero, quia omnia perlecta sunt, de utrorumque sententia, quorum superius mentio facta est, pertractandum est. Universum concilium dixit: Aldebertus, cujus nobis actus & nefaria commenta relecta sunt, quia se apostolum censuit nominare, & capillos atque vngulas suas populis pro sanctuario exhibuit, seducens populum diversis erroribus, & quoniam sub obtentu angelorum in suo auxilio dæmones invocavit, ab omni officio sacerdotali deponatur, agens pœnitentiam pro commissis, & amplius jam populum minime seducat. Sin autem in his erroribus perseveraverit, & populum amplius seduxerit, sit ei anathema, & æterno Dei judicio condemnetur, omnisque qui ei consenserit, vel ejus secutus fuerit doctrinam, aut adjunctus illi fuerit. Similiter autem & Clemens, qui per suam stultitiam sanctorum patrum scripta respuit, vel omnia synodalia acta parvipendit, inferens etiam Christianis Iudaismum, dum prædicat fratris defuncti uxorem posse in matrimonio jungi, insuper & dominum Iesum Christum descendentem ad inferos pios & impios simul inde abstraxisse, ab omni etiam sacerdotali officio deponatur, & anathematis vinculo obligetur, atque, nisi resipuerit, æterno Dei judicio condemnetur, vel etiam omnes qui ejus sacrilegis consenserint prædicationibus.

SVBSCRIPTIONES.

Zacharias episcopus sanctæ Dei catholicæ atque apostolicæ urbis Romæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Epiphanius episcopus sanctæ ecclesiæ Silvæ candidæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Benedictus episcopus sanctæ ecclesiæ Nomentanæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Venantius episcopus sanctæ ecclesiæ Prænestinæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Gregorius episcopus sanctæ ecclesiæ Portuensis his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Nicetas episcopus sanctæ ecclesiæ Gabinatis his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Theodorus episcopus sanctæ ecclesiæ Ostiensis his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Gratiosus episcopus sanctæ ecclesiæ Veliternensis his gestis atque sententiæ à nobis promulgatis subscripsi.

Ioannes archipresbyter tituli sanctæ Susannæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Gregorius humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Clementis his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Stephanus Dei gratia presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Marci his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Stephanus indignus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Eusebii his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Dominicus humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Priscæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Theodorus humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Laurentii his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Anastasius indignus presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Mariæ his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Georgius humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctorũ Ioannis & Pauli his gestis atque sententiæ a nobis promulgatis subscripsi.

Sergius humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Potentianæ his gestis atque sententiæ

ANNO CHRISTI 745.

ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſi.

Iordanes indignus preſbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Sabinæ his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſi.

Theophanius humilis preſbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctorum quatuor coronatorum his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſi.

Leo indignus presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Anaſtaſiæ his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſi.

Leo humilis presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli Damaſi his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſi.

Gregorius indignus presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſanctæ Balbinæ his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſi.

Stephanus presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Chryſogoni his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſi.

Euſtachius humilis presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſi.

Procopius indignus presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Cyriaci his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſi.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Anno Christi* DCCXLV.] Huic anno congruit indictio XIV. menſe Octobri. Conſtantini autem annorum duplex epocha memoratur. Prior ex quo cum Leone Iſauro patre regnare cœperat, XII. Kalendas Maias, anno DCCXX. altera annorum, quibus poſt patris obitum ſolus imperabat, ex die XIV. Kalendas Iulias, indictione IX. id eſt anno Chriſti DCCXLI. Quamquam enim hoc loco non imperii annos computat, ſed poſt conſulatum, res eodem recidit: quia Conſtantinus paucis diebus poſt imperii natale conſulatum dediſſe videtur, ſicut de patre dictum eſt. Quare ad hanc normam exigendæ & caſtigandæ ſunt reliquarum quoque epiſtolarum ſubſcriptiones.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Cauſa concilii.

a *Concilium Romanum.*] Zacharias papa, poſt legationes & literas ſancti Bonifacii de confirmandis actis ſynodalibus contra Aldebertum & Clementem acceptas, concilium epiſcoporum collegit, in quo eoſdem hæreticos condemnavit. Epiſtola Bonifacii, quam Deneardus preſbyter ad ſedem apoſtolicam legatus attulerat, inter acta ſynodalia recitatur.

Nomenclator quis.

b *Nomenculator.*] Alias nomenclator, de quo, ſicut & de ſaccellario, cujus in fine mentio habetur, agit Onuphrius libro de vocibus eccleſiæ, & Briſſonius libro de vocibus, eſtque is cui ſaccus ſeu ſaccellus, de quo ſanctus Auguſtinus conc. 3. pſalm. commiſſus. Hodie *Theſaurarius.* In Caroli magni conſtitutionibus *Caſtularius*, hodie *Raſtmeiſter* a ciſta: in quibuſdam monaſteriis *Burſarii*, qui forte ſunt illi quos Hincmarus epiſtola 3. vocat *Berſarios.*

c *Præ velo eſt.*] De velis multa citarunt paulo ante Roa l. 6. ſingul. cap. 21. & Baronius tom. 1. &c.

d *Cruciculas.*] De cruciculis vide epiſtolam Bonifacii 144.

Secretarium quid.

e *Secretario.*] Secretarium hic ſumitur pro eo quod alias in conciliis dici ſolet ſeſſio, aut conventus, & congregatio, prout declarant adjunctæ ſæpius voces, *præteritum & futurum* aut *venturum* Alias eſt locus in templo arcanior, ut apud Venerabilem Bedam lib. 2. hiſt. c. 1. Et accepit nomen ipſe conventus, quod in eo loco fieret. Apud ſanctum Auguſtinum conc. 2. in pſalm. 65. *Secretaria mentis* leguntur.

Commentitia & hæretica ſcripta comburenda.

f *Epiſtolam.*] Tales e cælo epiſtolæ commentitiæ plures apud Sigebertum anno 1032. Dodechinum anno 1096. Paralipom. Vrſpergenſ. in hiſtoria Flagell. Ita Serarius. Adde quæ in capitularibus Caroli habentur his verbis: *Pſeudographa & dubia narrationes, vel quæ omnino contra catholicam fidem ſunt, ut epiſtola peſſima & falſiſſima, quam tranſacto anno dicebant aliqui errantes & in errorem mittentes, quod de cælo cecidiſſet, nec credantur, nec legantur, ſed comburantur*, &c.

g *Non plus quam trium angelorum nomina.*] Concilium iſtud, inquit Serarius in notis ad epiſtolas Bonifacii, Romanum inter concilia edita in Germania, vel in Italia non reperio. Vnde nonnihil nutat auctoritas iſtius hiſtoriæ, de angelorum ſcilicet nominibus. Ita quidem diligentiſſimus magicarum rerum diſquiſitor noſter ſcripſerat lib. 1. cap. 4. quæſt. 4. ſed reprehendit ipſemet ac revocat, uti patet poſt libri ſecundi finem pag. 176. Et recte: quam multa enim paſſim concilia, eaque certiſſima, quotidie variis in locis inveniuntur & eduntur, quæ in illis conciliorum tomis aut Italicis aut Germanicis non ſunt. Hoc tamen ipſum Romanum in Germania ſane apud Surium in ſancti Bonifacii vita editum eſt. Et quot vitę hujus exemplaria vel pręlo vel manu ſcripta extant, (extant autem, ut lib. 3. hiſt. Mogunt. oſtenſum, non pauca) tot concilii hujus teſtes, fidique cuſtodes ſunt. Ad ſententiæ tamen hujus confirmationem addo concilii Aurelianenſis capitulum 3. quod a D. Burchardo citatur lib. 3. cap. 198. Nihil aliud in eccleſia legatur, aut cantetur, niſi ea quæ auctoritatis divinæ ſunt, & patrum orthodoxorum ſanxit auctoritas: ne falſa angelorum nomina colant, ſed ea tantum quæ prophetica & euangelica docet ſcriptura, id eſt Michael, Gabriel, Raphael. Habuerunt quidem Eſſeni, ut ex Ioſepho retulit lib. 3. Trith. cap. 4. pag. 218. arcana quædam angelorum nomina; ſed quæ illa fuerint, non eſt memoriæ proditum. Hæc Serarius in notis hujus concilii poſt finem epiſt. S. Bonifacii. Hinc pulcre infert Baronius: Perſpicuo intelligis librum quartum Eſdræ nomine vulgatum, in quo frequens eſt mentio angeli Vriel, ab eccleſia Romana proſcriptum, penituſque rejectum. De tribus tantum angelorum nominibus eadem habentur infra in capitularibus Caroli magni lib. 1. cap. 16.

EPISTOLA GEMMVLI DIACONI ECCLESIÆ ROMANÆ AD BONIFACIVM archiepiſcopum.

De actis in ſynodo Romana contra Aldebertum & Clementem.

Domino ſanctiſſimo apoſtolorumque meritis decorato Bonifacio archiepiſcopo Gemmulus indignus diaconus ſanctæ ſedis apoſtolicæ.

SVMMIS & Deo amabilibus apicibus, cum magno & omni quo condecet honore & veneratione relegi. Et quia poſt tot tempora merui ex veſtris ſyllabis viſitari, omnipotenti Deo noſtro gratias egi, qui me indignum famulum ſuum etiam de veſtra lætificavit incolumitate. Igitur omnia, quæ nobis per nunc directas literas præcepiſtis, ut dominus vires donare dignatus eſt adimplemus. Sed & ea quæ domino apoſtolico ſuggeſſiſtis, per nos ſunt ſuſcepta & annuntiata atque relecta: & vos ea pertractantes omnia ſcripta, quæ vobis ab ea directa ſunt, a nobis eſſe dictata juxta veſtram voluntatem cognoſcite. Sed &, quod vos non ſperabatis fieri, ſuggeſſimus, & facta eſt ſynodus ſacerdotum, præſidente domino apoſtolico, & relecta eſt ſacrilega illius Aldeberti nefandiſſimi vita, & omnia opuſcula illius coram ſynodo, pariter & epiſtola ſanctiſſimæ paternitatis veſtræ, ubi de illo, & de Clementis dementia ſuggeſſiſtis: & ſic geſtis peractis ſententia anathematis in eos promulgata eſt, vel in omnes, qui eorum nefandam ſecuti ſunt ſectam: cuius inſtar vobis a domino apoſtolico directum eſt. Et hæc coram præſentia præſentis patris noſtri Deneardi venerabilis presbyteri acta ſunt: & ipſe vobis ore proprio poterit enarrare, quod omnia iſta per nos acta ſunt. Nam pro certo cognoſcite, ſanctiſſime pater, quia in omnibus paratum me offero veſtris obtemperaturum pręceptis. Scio enim quia veſtris orationibus adjutus erutus ſum a tentationibus inimici & miſertus dominus ſuo famulo medelam tribuit: & diverſis infirmitatibus circumdatus, quamquam indignus, illud apoſtoli ſequor conſolationis donum, quo ait: *Dum infirmor tunc potens ſum. Et libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me* per veſtras ſanctas preces *virtus Chriſti.* Venerandas namque ſorores noſtras, & Dei ancillas, quæ apud

1 Cor. 12.

ANNO CHRISTI 747.

apud limina sanctorum principum apostolorum properaverunt, quas etiam nobis vestra sancta paternitas commendare iussit, inquantum dominus vires donare dignatus fuerit, curam earum habemus propter vestram sanctam præceptionem. Benedictionem etenim, quam nobis direxistis, suscepimus, id est poculum argenteum, & sindonem unam, quam in duplici suscepimus benedictione, eo quod a tanto patre meruimus visitari. Et licet tribuere non valeamus, tamen ad vicem caritatis, cum magna reverentia direximus cinnamomum unc. IV. costum unc. IV. piper lib. II. cozumbrem lib. I. Quæ peto ut absque injuria suscipere jubeatis, & ut pro nobis orare dignemini omnino deposco. Incolumem sanctissimam paternitatem vestram divina conservet majestas orantem pro nobis, domine, & meritis apostolorum decorate pater.

CONCILIVM CLOVESHOVIÆ

HABITVM SVB CVTHBERTO DOROBERNIÆ archiepiscopo, præsente Ædilbaldo rege Merciorum anno Domini DCCXLVII. regni ejusdem Ædilbaldi XXXII.

In quo decernitur de vnitate ecclesiæ, de statu Christianæ religionis & de concordia & de pace promovendis.

EPISTOLA SANCTI BONIFACII AD CVTHBERTVM ARCHIEPISCOPUM Cantii.

De corrigendis vitiis Anglorum, & Synodo convocanda.

Spiritalis affinitas necessitudine copulando fratri archipontificatus infula sublimato coepiscopo Cuthberto, Bonifacius legatus Germanicus catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ, optabilem in Christo intima caritatis salutem.

SCRIPTVM enim est in libro Salomonis: *Beatus homo qui invenit amicum, cum quo loqui possit quasi cum semetipso.* Cum muneribus munificentiæ vestræ dulcissimas literas vestras fraterna caritate * interlatas, magnas Deo & vobis gratias agentes filio vestro diacono Cyneberhtho offerente suscepimus. Vivæ vocis quoque melliflua colloquia vestra de fraternis consiliis per illum nobis caritas vestra mandavit, quę consiliorum spiritalia colloquia optamus vt Deo volente, quamdiu in hac mortali vita vivemus, inter nos jugiter insinuentur, illo præstante a quo solo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: vos melius & plenius quibus Deus in multis donavit, & prudentius nosse, & melius & plenius posse: nos quasi in paucis fideles, tamen & devoti studeamus instrui; aureo cælestis amoris vinculo, quod rumpi non potest, invicem catenati. Nam labor nostri ministerii vnius & ejusdem causæ esse dignoscitur: & æqualis speculatio in curis ecclesiarum sive populorum creditæ sunt, sive in docendo, sive in hortando & monendo, sive in defendendo canonicos gradus vel plebeios. Idcirco humillima prece deposco, ut dum vobis salubre consilium Deus inspiraverit, vel suo spiritu, vel colloquio synodalium consultuum, nobis insinuare non pigeat: & nos similiter, si parvitati nostræ Deus aliquid tale vobis quod necessarium vel amabile insinuaverit, similia faciemus. Major enim nobis sollicitudo ecclesiarum, & cura populorum propter pallia credita & recepta, quam ceteris episcopis, qui proprias tantum procurant parochias, incumbit.

* lege calatas, " f. legend. interlitas.

Petit mutuam opem in promovenda re ecclesiæ.

Propterea, carissimi, non quia vestræ prudentiæ opus sit rusticitatis nostræ statuta audire vel legere, sed propter bonam & humilem & sanctam voluntatem vestram, putamus vos libentius scire quam nescire, quæ hic sacerdotes nobiscum servanda decreverunt, & vobis emendanda & corrigenda destinamus.

Mittit Synodi suæ canones intuendos.

Decrevimus hæc in nostro synodali conventu, & confessi sumus fidem catholicam; & vnitatem, & subjectionem Romanæ Ecclesiæ, fine tenus vitæ nostræ velle servare sancto Petro, & vicario ejus velle subjici: Synodum per omnes annos congregare: metropolitanos pallia ab illa sede quærere, & per omnia præcepta sancti Petri canonice sequi desiderare, vt inter oves sibi commendatas numerentur. Et isti confessioni vniversi consensimus, & subscripsimus, & ad corpus sancti Petri principis apostolorum direximus, quod gratulando clerus Romanus & pontifex suscepit.

Fidem catholicam & Romanæ ecclesiæ subjectionem tenendam. Canones Synodi Augustanæ.

Statuimus ut per annos singulos canonum decreta, & ecclesiæ jura, & norma regularis vitæ in Synodo legantur & recuperentur.

Decrevimus ut metropolitanus qui sit pallio sublimatus, hortetur ceteros & admoneat, & investiget quis sit inter eos curiosus de salute populi, quisve negligens seruus Dei.

Archiepiscopi cura.

Venationes & silvaticas vagationes cũ canibus, & vt accipitres, falcones habeant prohibemus.

Venatio prohibita.

Statuimus ut per annos singulos unusquisque presbyter episcopo suo in quadragesima rationem ministerii sui reddat, sive de fide catholica, sive de baptismo, sive de omni ordine ministerii sui.

Presbyteri annue examinandi.

Statuimus ut singulis annis unusquisque episcopus parochiam suam solicite circumeat, populum confirmare, & plebes docere, & investigare, & prohibere paganas observationes, divinos vel sortilegos, auguria, phylacteria, incantationes, vel omnes spurcitias Gentilium.

Cuthberthi can. 3. Episcopus annue parochiam circumeat.

Interdiximus servis Dei, vt pompatico habitu, vel sago, vel armis vtantur.

Arma.

Statuimus quod proprium sit metropolitani, juxta canonum statuta, subjectorum sibi episcoporum investigare mores, & solicitudinem circa populos, qualis sit, & moneat.

Archiepiscopi proprium.

Vt episcopi a synodo venientes in propria parochia cum presbyteris & abbatibus conventum habentes, præcepta synodi servare insinuando præcipiant: & unusquisque episcopus, si quid in sua diœcesi corrigere vel emendare nequiverit, idem in synodo coram archiepiscopo, & palam omnibus ad corrigendum insinuet, eodem modo quo Romana ecclesia nos ordinatos cum sacramento constrinxit.

Cuthberti can. 25. Episcopus præcepta Synodi publicet.

Vt si sacerdotes vel plebes a lege Dei deviasse viderim, & corrigere non potuerim, fideliter semper sedi apostolicæ & vicario sancti Petri ad emendandum indicaverim. Sic enim, nisi fallor, omnes episcopi debent metropolitano, & ipse Romano pontifici, si quid de corrigendis populis apud eos impossibile est, notum facere: & sic alieni fient a sanguine animarum perditarum.

Incorrigibiles papæ sistendi.

De cetero, frater carissime, quia nobis æqualis labor, & majus periculum imminet, quam ceteris sacerdotibus, quia canones antiqui præcipiunt ut omnes sciant, metropolitanum solicitudinem totius provinciæ gerere: & , ut verbi gratia dicam, sicut timeo, navem gubernandam inter fluctus feri maris suscepimus, quam nec caute regere,

Ecclesiæ cura propter rerum turbines non deserenda.

regere, nec sine peccato dimittere valeamus; quia, ut quidam sapientium dicit, si periculosum est navem inter fluctus caute non regere, quanto periculosius est eam undis intumescentibus fluctuantem in tempestate relinquere. Et idcirco ecclesia quæ velut navis magna per mare mundi hujus enavigat, quæ diversis tentationum fluctibus in hac vita tunditur, non est tamen relinquenda, sed regenda: cujus rei in exemplo priores patres habemus Clementem & Cornelium, & ceteros complures in urbe Romana, Cyprianum in Carthagine, Athanasium in Alexandria, qui sub paganis imperatoribus navem Christi, imo carissimam sponsam ejus, ecclesiam scilicet, docendo, defendendo, laborando, & patiendo, usque ad sanguinis effusionem gubernabant. Possum enim de memetipso pro certo juxta vocem Cantici canticorum dicere: *Filii matris meæ pugnaverunt contra me; posuerunt me custodem in vineis; vineam meam non custodivi.* Vinea enim secundum prophetam domini sabaoth, domus Israel est: nunc videlicet ecclesia catholica esse comprobatur, cujus synodum congregandam & hortandam jussu pontificis Romani, & rogatu principum Francorum & Gallorum, sub spe restaurandæ legis Christi: *Suscepi, circumfodi, cophinum stercoris apportavi, sed non custodivi, quia cum expectarem ut faceret uvas, fecit labruscas:* & juxta alium prophetam: *Mentietur opus olivæ, & campi non facient escas:* sed, proh dolor, officium laboris mei rerum collatione simillimum esse videtur cani latranti, & videnti fures & latrones frangere & subfodere & vastare domum domini sui: & quia defensionis auxiliatores non habeat, submurmurans ingemiscat & lugeat. Nunc hoc quod mihi in tali periculo posito justum & cautum esse videtur salubre consilium vestrum quærens & scire desiderans, insinuo libertatem, prædicandi dico, ut in Actibus apostolorum Paulus apostolus sacerdotibus intimavit dicens: *Contestor vos hodierna die, quia mundus sum ab omnium sanguine. Non enim subterfugi quo minus annuntiarem vobis omne consilium Dei. Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Regnum*, inquit, *Dei inter vos ambulans prædicavi, ut me alienum ab omnium perditione servarem.* Nam apostolus episcopum, propheta speculatorem, Salvator mundi pastorem, ecclesiæ sacerdotem appellat: & omnes tacentes peccata populi doctorem reum sanguinis animarum perditarum sub silentio esse comprobant.

[Cant. 1.] [Isa. 5.] [Habacuc 3.] [Consilium petit.] [Act. 20.]

Propter hoc horribilis & maxima necessitas cogit, ut iuxta dictum apostoli nos formam debeamus exhibere fidelibus, hoc est, nisi me fallat opinio, ita juste vivendum est sacerdoti, ne dicta sua repugnantibus factis evacuet, & ne cum sibi de proprio caute vivat, tacens alieno damnetur peccato: quia ad hoc est ecclesiæ Dei præpositus, ut non solum bene vivendo alios exemplo instituat, sed etiam fiducialiter prædicando, singulos ante oculos constituat, & quæ pœna maneat duros, quæ gloria obedientes ostendat; quia, juxta verbum domini ad Ezechielem, cui dispensatio verbi commissa est, etiamsi sancte vivat, & tamen perdite viventes arguere aut erubescat aut metuat, cum omnibus qui eo tacente perierint, perit: & quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? Taciturnitatem quidem sacerdotis dominus ad Ezechielem loquens terribiliter prohibet, & speculatorem sacerdotem appellat: & sicut speculatoris est de loco editiori plus omnibus contemplari, ita sacerdos debet esse meritorum sublimitate celsior, & majoris scientiæ habere gratiam, qua possit ceteros instruere. *Audies*, inquit divinus sermo, *sermonem, & annuntiabis eis ex me*, indicat ut hoc dicat sacerdos quod ex divina lectione didicerat, quod illi Deus inspiraverit, non quod humani sensus invenerint. *Annuntiabis eis*, inquit, *ex me: ex me*, non ex te, mea verba loqueris, non est quod ex his tamquam de tuis infleris *ex me*, inquit, *eis annuntiabis. Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris, non fueris locutus, ut se custodiat impius a via sua; ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem vero ejus de manu tua requiram:* ac si aperte dixisset, si ei peccata sua non annuntiaveris, & si eum non argueris, ut convertatur & vivat; & te, qui non increpasti, & ipsum, qui tacente te peccavit, flammis perennibus tradam. Non simus tam saxei vel tam ferrei pectoris, ut nos ista verba non terreant: non simus tam alienati a fide, ut his verbis domini nō credamus; sed excitemus & exhortemur fratres nostros verbis venerandis sancti Petri apostoli: *Sobrii estote, & vigilate, & excitamini; quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret: cui resistite fortiter in fide, scientes eamdem passionem, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri.* Et episcopos synodis nostris subjectos, adjuratione sancti Pauli apostoli admoneamus Timotheo dicentis: *Testificor coram Deo & Christo Iesu, qui judicaturus est vivos ac mortuos, per adventum ipsius, & regnum ejus, prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina.* Est enim jam prædicatum ab apostolo, *tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros*, &c. Clamemus in fortitudine, juxta dictum prophetæ, qui annuntiamus pacem in terris hominibus bonæ voluntatis. Ille namque in fortitudine clamat, quem nec metus, nec verecundia prædicare verbum vitæ impedit. Contendamus, auxiliante domino, ut non simus inter illos falsos pastores ovium quos propheta accusat, dicens: *Hæc dicit dominus Deus: Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos: nonne greges pascuntur a pastoribus? lac comedebatis, & lanis operiebamini: quod crassum erat occidebatis: gregem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis; & quod ægrotum, non sanastis: quod fractum est non alligastis, & quod abjectum est non reduxistis, & quod perierat non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset pastor, & factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri.*

[Sacerdotis vita officium periculosum.] [Ezech. 3.] [1. Petr. 5.] [2. Tim. 4.] [Ibidem.] [Exhortatio.] [Ezech 34.]

Væ, quod propheta dicit pro maledicto posuit: per pastores, episcopos significat: greges domini, id est fidelis populus ad pascendum: *sed semetipsos pascunt*, quasi diceret, non populi salutem, sed suas voluntates attendunt. lac & lanam ovium Christi oblationibus quotidianis ac decimis fidelium suscipiunt, & curam gregis domini deponunt, non sanant spirituali consilio infirmum peccatis, non solidant sacerdotali ope diversis tribulationibus fractum, non revocant erroneum ad viam salutis, non requirunt solicitudine pastorali veniæ desperatione perditum; nec afflictos contra violentiam potentum, qui in eos ferarum more desæviunt, defendunt; nec divites peccantes vel potentes non solum non arguunt,

[Comminatio in pastores nequam.]

ANNO CHRISTI 747.

guunt, sed etiam venerantur; & ideo minaciter superbiam talium sermo divinus contundit, dicens: *Væ pastoribus Israel*: & iterum: *Propterea pastores audite verbum domini. Hæc dicit dominus: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius semetipsos.* Quod quid est aliud quam pastores, qui semetipsos, non greges pascunt, de sublimitate honoris, inter reprobos & inter maledictos projiciam? Ad hæc omnia quis non tremescat, nisi qui * furata .·. non credit. Sed omnia quæ Deus voluit observari, tam aperte posuit, sui nominis auctoritate firmavit, ut eo facilius, quod dictu quoque nefas est, contemnamus, quam nos non intelligere tam aperta & divina mentientes fingamus. Quando audimus: *Hæc dicit Deus*; quis futurum esse non credat quod dicit Deus, nisi qui Deo non credit? Horum & his similium consideratione perterritus sum, & timor & tremor venerunt super me, & pene contexerunt me peccatorum meorum tenebræ, & semel susceptum gubernaculum navis ecclesiæ libuisset, si licuisset, mihi omnino demittere, si valerem vel exempla patrum, vel scripturas sacras consentaneas invenire.

Ezech. 34.

* fort. futura

Ibidem.

Idcirco, frater carissime, quia hæc omnia ita se habent, & veritas * vatigare potest, vinci hæc & falli non potest, fatigata mens nostra confugiat ad illum qui per Salomonem dicit: *Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos*: & alibi dixit: *Turris fortissima nomen domini, ad ipsam confugit justus, & salvabitur*: Stemus in justitiam .·. & præparemus animas nostras ad tentationem, ut sustineamus sustentationem Dei, & dicamus ei: *Domine refugium factus es nobis a generatione & progenie*: confidamus in eum qui nobis onus imposuit quod portare non possumus, portemus per illum qui est omnipotens, qui dicit: *Iugum enim meum suave est, & onus meum leve.* Stemus in prælio in die domini, quia dies tribulationis & angustiæ venerunt super nos: moriamur, si Deus voluerit, pro sanctis legibus patrum nostrorum, ut hereditatem cum aliis æternam consequi mereamur. Non simus canes muti, non simus taciti speculatores, non simus mercenarii lupum fugientes, sed pastores solicite vigilantes supra gregem Christi, prædicantes majori & minori, diviti & pauperi omne consilium Dei, omnibus gradibus vel ætatibus, inquantum Deus donaverit posse, opportune, importune, eo modo quo sanctus Gregorius in libro pastorali conscripsit. Propterea non taceo caritati vestræ, quia omnibus servis Dei qui hic vel in scriptura, vel in timore Dei probatissimi videntur, quod bonum consilium & * honestas & pudicitiæ vestræ aliquod velamentum turpitudinis sit; si prohiberet synodus & principes vestri mulieribus & velatis feminis illud iter & frequentiam, quam ad Romanam civitatem veniendo & redeundo faciunt, quia magna ex parte pereunt, paucis remanentibus integris. Perpaucæ enim sunt civitates in Longobardia, vel in Francia, aut in Gallia, in * qua non sit adultera uel meretrix generis Anglorum, quod scandalum est & turpitudo totius ecclesiæ vestræ.

Incitatio, * forte devitare * fatigari Prov. 3.

Prov. 18.

Psal. 89.

Matth. 11.

Mulieribus & velatis prohibendum Romam peregrinari.

* honestati

* quibus

Illud hoc, quod laicus homo, vel imperator, vel rex, aut aliquis præfectorum vel comitum in sæculari potestate fultus, sibi per violentiam rapiat monasterium de potestate episcopi, vel abbatis aut * abbatissæ, & incipiat ipse vice abbatis regere, & habere sub se monachos, & pecuniam possidere quæ fuit Christi sanguine comparata; talem hominem antiqui patres nominabant raptorem & sacrilegum, homicidam pauperum, & lupum diaboli intrantem in ovile Christi, & maximo anathematis vinculo damnandum ante tribunal Christi. De talibus memorare sancti Pauli Apostoli ad Timotheum dicentis: *Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Domino*, qui præstat omnia talibus, si ecclesiæ correptionem non recipiunt: quia ethnici & publicani sunt, nec vivis nec mortuis communicat ecclesia Dei talibus, quia hic & ibi reperiuntur, cum tuba Dei clangemus, ne tacentes damnaremur.

Sacrilegium.

* abbæ

1. Tim. 6.

Supervacuam autem & Deo odibilem vestimentorum superstitionem omni intentione prohibere stude, quia illa ornamenta vestium, ut illis videtur, quod ab aliis turpitudo dicitur, latissimis clavis & vermium imaginibus clavata adventum Antichristi ab illo transmissa præcurrunt: illius calliditate, per ministros suos introducere intra claustra monasteriorum fornicationem & luxuriam clavatorum iuvenum, & fœda consortia, & tædium lectionis & orationis, & perditionem animarum. Hæc indumenta nuditatem animæ significantia, signa in se ostendunt arrogantiæ, & superbiæ, & luxuriæ, & vanitatis; de quibus Sapientia dicit: *Arrogantiam, & superbiam, & viam pravam, & os bilingue detestor.*

Vestium luxus.

Prov. 8.

Fertur quoque in parochiis vestris ebrietatis malum nimis assuetum esse, ut non solum episcopi quidam non prohibeant, sed etiam ipsi nimis bibentes inebrientur, & alios porrectis poculis maioribus cogant vt inebrientur, quod absque dubio nefas est omni servo Dei facere vel fecisse; quod canones patrum ebrium episcopum vel presbyterum aut cessare, aut degradare iubent, & ipsa veritas dixit: *Attendite ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate.* Et Paulus apostolus: *Nolite inebriari vino in quo est luxuria.* Et Isaias propheta: *Væ vobis qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem*: hoc enim malum speciale est paganorum, & nostræ gentis: hoc nec Franci, nec Galli, nec Longobardi, nec Græci faciunt. Et hoc scelus similiter synodali decreto, & interdictu scripturarum compescamus, si possumus: sin autem, vitantes & interdicentes, absolvamus animas nostras a sanguine perditorum.

Ebrietas.

Luc. 21.

Ephes. 5.

Isai. 5.

De violenta quoque monachorum servitute, operibus & ædificiis regalibus, quæ in toto mundo Christianorum non auditur facta, nisi tantum in gente Anglorum; quod sacerdotibus Dei non tacendum nec consentiendum est, quod auditum malum est præteritis sæculis. Venerandam fraternitatis vestræ dilectionem contra omnia adversa illæsam pro nobis intercedentem dextra Dei custodire dignetur.

Opera servilia monachis imposita.

TITVLI CAPITVLORVM.

institutiones, non negotia sæcularia prosequantur.
II. *De unitate pacis.*
III. *Vt omni anno episcopi parochias peragrent.*
IV. *Vt episcopi abbates & abbatissas moneant regulariter vivere.*
V. *De monasteriis sæcularium.*
VI. *De examinatione eorum qui ordinandi sunt.*
VII. *De lectionis studio per singula monasteria.*
VIII. *Vt presbyteri diligenter considerent officium suum.*
IX. *Vt presbyteri baptizent, & in suos euangelii officium diligenter exerceant.*
X. *Vt presbyteri quoque symbolum & missarum verba in sua lingua discant scire.*
XI. *Vt omnes presbyteri uno modo sua ministeria peragant.*
XII. *Item ut presbyteri simplici voce & modesta sancta canant in ecclesiis.*
XIII. *Vt uno eodemque tempore ubique festivitates dominicæ, seu martyrum nativitates peragantur.*
XIV. *De honore & observatione dominici diei.*
XV. *De septem canonicis horis.*
XVI. *De diebus litaniarum.*
XVII. *De festivitate colenda sancti Gregorii & Augustini.*
XVIII. *De jejunio quarti, septimi, & decimi mensis.*
XIX. *De moribus & habitu monasterialium.*
XX. *De honestate eorumdem.*
XXI. *De fugiendo ebrietatis malum.*
XXII. *De communione corporis & sanguinis Christi monasterialibus.*
XXIII. *Item de communione laicorum.*
XXIV. *Vt sæculares prius probentur, & sic sanctæ conversationis tonsuram accipiant.*
XXV. *Vt episcopi synodi præcepta per oparchias suas omnes scire faciant.*
XXVI. *De eleemosynis.*
XXVII. *De sancta psalmodiæ utilitate.*
XXVIII. *Vt nemo suscipiat majorem congregationem quam sustentare possit.*
XXIX. *Vt nullus servorum Dei inter laicos habitet.*
XXX. *De modo cohibendi simultatem inter ecclesiasticos & laicos, & de orando pro regibus, &c.*

ALIA CAPITVLORVM ENARRATIO.

CVM igitur (inquit Malmesburius de gest. pontif. lib. I. in Cuthberto) ex diversis Britanniæ provinciis sacri ordinis præfati præsules cum minoris ordinis dignitatibus convenissent, & recitata essent scripta in duabus chartis venerandi papæ Zachariæ, quibus admonebat Anglos ut castigatius viverent, & contemnentes excommunicare minabatur; decreverunt capitulo

PRIMO, *Vt episcopi solicitius amodo viverent, & solicitius subditos admonerent.*
II. *Vt pacifico animo viverent, quamvis locis discreti degerent.*
III. *Vt omni anno parochias suas singuli circumirent.*
IV. *Vt quisque in sua diœcesi abbates & monachos moneat regulariter vivere, & prælatos subjectos suos non opprimere, sed diligere.*
V. *Vt etiam monasteria, quæ sæculares homines pervaserant, nec tunc ab eis auferre poterant, docerent regulariter vivere.*

A VI. *Ne aliquis ordinetur, nisi prius ejus vita examinetur.*
VII. *Vt per monasteria, lectio sacrarum scripturarum frequentetur.*
VIII. *Vt presbyteri non sint negotiorum sæcularium dispositores.*
IX. *Vt ipsi presbyteri non accipiant precium pro baptizandis pueris.*
X. *Vt dominicam orationem & symbolum Anglice discant & doceant.*
XI. *Vt omnes uno eodemque modo sua ministeria peragant.*
XII. *Vt modesta voce sacra in ecclesiis canant.*
B XIII. *Vt uno eodemque tempore, ubique dominicæ festivitates, & sanctorum natalia celebrentur.*
XIV. *Vt honorabiliter observetur dominicus dies.*
XV. *Vt septem canonicæ horæ diebus singulis observentur.*
XVI. *Vt rogationum dies, & minorum, & majorum non omittantur.*
XVII. *Vt festivitas sancti Gregorii & Augustini patris nostri observetur.*
XVIII. *Vt jejunia quatuor temporum observentur.*
XIX. *Vt monachi & sanctimoniales regulariter vestiantur.*
C XX. *Vt episcopi observent, ne ista decreta negligantur.*
XXI. *Ne ecclesiasticus ordo inebrietur.*
XXII. *Vt communio ab ecclesiasticis non negligatur.*
XXIII. *Vt idem a laicis pro temporibus observetur.*
XXIV. *Vt prius probentur laici, quam monachentur.*
XXV. *Vt eleemosynæ non negligantur.*
XXVI. *Vt hæc præcepta singuli episcopi subjectis notificent.*
XXVII. *De utilitate eleemosynæ disputatum est.*
D XXVIII. *De utilitate psalmodiæ.*
XXIX. *Vt congregatio pro modo facultatum constituatur.*
XXX. *Vt monachi inter laicos non habitent.*
XXXI *Vt pro regibus & principibus publice oretur.*

Cujus synodi actionem (nam capitula tantum retigimus) Cuthbertus archiepiscopus statim per Kinebertum diaconum suum, Bonifacio Moguntino archipræsuli misit; ipse congratulans eleganter rescripsit, sicut suo loco lector inveniet.

E
SYNODVS CVTHBERTI ARCHIEPISCOPI.

PRÆFATIO.

REGNANTE in perpetuum domino nostro Iesu Christo, qui cuncta Patris imperio, ac pariter sancti Spiritus gratia vivificante disponit, hæc quæ subter habentur synodalia gesta Septembris mensis initio, prope loca quæ vocantur Clobeshoas peracta sunt: præsentibus his Deo dilectis præsulibus ecclesiarum Christi, hoc est, honorabili archiepiscopo Cuthberto, & venerabili Roffensis ecclesiæ antistite Dunno, atque reverentissimis episcopis Merciorum Totta & Huita, ac Podda; sed & probatissi-

Ex codice vetustissimo manuscripto literis Saxonicis.

Locus sessionis. Confidentes.

ANNO CHRISTI 747.

probatissimis præsulibus occidentalium, Hunferdo & Hercuvaldo, venerabilibusque sacerdotibus, Heardulfo orientalium Anglorum, atque Egulfo orientalium Saxonum, & Milredo Hucciorum; sed & honorabilibus quoque episcopis Alvviho Lindissæ provinciæ, atque Sicga Australium Saxonum. Anno dominicæ incarnationis DCCXLVII. indictione XV. Anno hoc regni Ædilbardi regis Merciorum (qui tunc aderat cum suis principibus ac ducibus) * XXXII.

Tempus. * Malm. gest. pont. lib. I. ait XXXIII

Cum igitur ex diversis Britanniæ provinciis sacri ordinis præfati præsules, cum plurimis sacerdotibus domini, & minoribus quoque ecclesiastici gradus dignitatibus, ad locum synodalem cum prædicto venerabili archiepiscopo Cuthberto convenerunt, & de unitate ecclesiæ, ac statu Christianæ religionis, & concordia pacis tractanda confirmandaque pariter consederunt; tum etenim post devotam adinvicem salutationem, imprimis a præsidente præfato metropolitano scripta toto orbe venerandi pontificis domni apostolici papæ Zachariæ in duabus chartis in medium prolata sunt, & cum magna diligentia, iuxta quod ipse apostolica sua auctoritate præcepit, & manifeste recitata, & in nostra quoque lingua apertius interpretata sunt. Quibus namque scriptis isdem præclarus pontifex Zacharias Britannicæ hujus insulæ nostri generis accolas, diversæ videlicet dignitatis & conditionis gradus familiariter præmonebat, & veraciter conveniebat, ac postremo amabiliter exorabat; & hæc omnia contemnentibus, atque in sua pertinaci malitia permanentibus, anathematis inter cetera sententiam procul dubio proferendam insinuabat, uti in eis legentibus liquido clarescit. Unde nimirum post illarum recitationem, & * tenendæ invectionis admonitionem, ipsi præsules, qui ceteris magisterii loco a Deo prælati sunt, ad seipsos verba mutuæ exhortationis verterunt, ac sese suumque officium, quo ceteri ad Dei famulatum instrui quotidie debent, in homiliis quoque beati patris Gregorii, & sanctorum patrum canonicis decretis, quasi in specula splendiflua considerantes.

* for. tremendæ

CANONES.

I.

Atque deinde primo suorum loco decretorum, hoc rata sanctione condixerunt: Ut unusquisque episcoporum curam sibi pastoralem creditam, canonicasque Christi ecclesiæ institutiones, summo conamine, contra diversa ac prava tentamenta, Deo patrocinante & adjuvante, defendere sit promptus, nec ullatenus deinceps negligenter vivendo, segniter docendo, negotiis sæcularibus plus quam Dei servitiis, quod absit, subditus existat, sed bonis utique moribus, abstinentiæ virtutibus, iustitiæ operibus, doctrinæ studiis adornatus, ut, secundum apostolum, populum Dei suis exemplis bene corrigere, & sanæ quoque doctrinæ sermonibus instruere prævaleat.

II.

Secundo loco, sub testificatione quadam confirmaverunt, ut pacis intimæ & sinceræ caritatis devotio ubique inter eos perpetuo permaneat, atque ut una sit omnium concordia in omnibus viris ecclesiasticæ religionis; in sermone, in opere, in judicio, sine cujusquam adulatione personæ; utpote unius domini ministri, uniusque ministerii conservi; ut licet sedibus sint divisi per diversa loca, tamen mentibus conjuncti in uno spiritu, Deo in fide, & spe, & caritate deserviant, orantes diligenter pro invicem, ut sui certaminis cursum fideliter unusquisque consummare possit.

III.

Tertio sanxerunt loco, ut singulis annis unusquisque episcopus parochiam suam pertranseundo, & circumeundo, speculandoque visitare non * præsideat, populumque diversæ conditionis ac sexus per competentia ad se convocet loca, aperteque doceat, utpote eos qui raro audiunt verbum Dei, prohibens & inter cetera peccamina paganas observationes, id est divinos, sortilegos, auguria, auspicia, phylacteria, incantationes, sive omnes spurcitias impiorum, gentiliumque errata.

* for. prætermittat,

IV.

Quarto definierunt condicto, ut episcopi in suis parochiis abbates atque abbatissas moneant, quatenus seipsos primo ponant exemplum bene vivendi, deinde subjectos sibi ut regulariter conversentur diligenti cura exerceant: ita tamen ut familias suas meminerint digne in domino diligere, & non in vice servorum, sed in vice filiorum habere, & necessaria eis secundum monasticæ vitæ, prout possibilitas rerum subministrat, studeant impendere, & ut præpositi præpositæque monasteriorum curam sibi injunctam in rebus monasterii fideliter dispensent, caveantque omnimodo ne * aliqua subripiat illos.

* aliquis surripiat illas.

V.

Quinto disputatum est loco, ut episcopi monasteria, si tamen ea fas est ita nominare, quæ utique, quamvis temporibus istis propter vim tyrannicæ quædam avaritiæ, ad religionis Christianæ statum nullatenus immutari possint, id est quæ a sæcularibus, non divinæ scilicet legis ordinatione, sed humanæ adinventionis præsumptione, utcumque tenentur; tamen pro salute animarum in eisdem commorantium adire debeant, sit necesse: & ut inter cetera exhortamenta prævideant, ne sine sacerdotis ministerio aliquod illorum deinceps debilitatum periclitetur, juvantibus ad hoc eorum possessoribus.

VI.

VI.

Sexto ſtatuitur decreto, ut epiſcopi nullum de clericis ſeu monachis ad ſacrum preſbyterii gradum ordinent, niſi prius ejus vitam qualis extiterit, vel tunc quæ morum probitas ac ſcientia fidei exiſtat, manifeſte perquirant: qua namque poteſt ratione aliis integritatem fidei prædicare, ſermonis ſcientiam conferre, peccantibus diſcretionem pœnitentiæ indicare, niſi prius vigilanti intentione, hæc pro viribus ingenioli ſui ſtudeat ediſcere, ut juxta apoſtolum; *Potens ſit exhortare in doctrina ſana?*

VII.

Septimo decreverunt condicto, ut epiſcopi, abbates atque abbatiſſæ......ſtudeant, & diligenti cura provideant, ut per familias ſuas lectionis ſtudium indeſinenter in plurimorum pectoribus verſetur, & ad lucrum animarum laudemque regis æterni multorum vocibus innoteſcat; nam dictu dolendum eſt, quod his temporibus perpauci inveniantur, qui ex intimo corde ſacræ ſcientiæ rapiantur amore; & vix aliquid elaborare in diſcendo voluerint; quin potius a juvenili ætate vanitatibus diverſis, & inanis gloriæ cupiditatibus occupantur, atque præſentis vitæ inſtabilitatem pluſquam ſacrarum ſcripturarum aſſiduitatem vagabunda mente ſequuntur. Proinde coerceantur & exerceantur in ſcholis pueri ad dilectionem ſacræ ſcientiæ, ut per hoc bene eruditi inveniri poſſint ad omnimodam eccleſiæ Dei utilitatem, nec ſint rectores terrenæ tam avidi operationis, ut domus Dei deſolatione ſpiritalis ornaturæ vileſcat.

VIII.

Octavo monuerunt capitulo, ut preſbyteri indeſinenter reminiſcant, ad quod divina ordinatione præ ceteris promoti ſint; quod Dei videlicet miniſtri & diſpenſatores myſteriorum Chriſti vocantur, & tunc *quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur:* unde ſciant ſe neceſſario pro Dei intuitu debere a ſæcularibus negotiis cauſiſque, inquantum prævaleant, vacare; altaris officium divinique cultus obſequium ſumma intentione perſolvere: oratorii domum, & cuncta ad cultum ipſius pertinentia ſub ſua cura conſervare; lectioni, orationi, miſſarum celebrationi, pſalmiſque canendis invigilare, abbatibuſque ſuis ſive abbatiſſis diligenter ac fideliter ubicumque opus fuerit, auxilium præbere, pro injuncto ſcilicet ſibi divinitus officio reminiſcant, id eſt in admonendo, & corripiendo, atque exhortando ſubjectos, ut pariter & exemplis & hortamentis illorum alii, ut decet, ad Dei famulatum ſemper incitentur.

IX.

Nono conſequenter addiderunt capitulo, ut presbyteri per loca & regiones laicorum; quæ ſibi ab epiſcopis provinciæ inſinuata & juncta ſunt, euangelicæ atque apoſtolicæ prædicationis officium in baptizando, & docendo, ac viſitando ſub legitimo ritu ac diligenti cura ſtudeant explere, ut ſecundum apoſtolum, *duplici honore digni habeantur:* caveantque omnino, ut decet Dei miniſtros, ne aliqua contemnendæ ac pravæ converſationis exempla de ſe ſæcularibus ſive monaſterialibus præbeant, id eſt (ut cetera taceantur) vel in ebrioſitate, vel turpis lucri gratia, ſeu turpi eloquio, & his ſimilibus.

X.

Decimo docuerunt decreto, ut preſbyteri omne ſui gradus officium legitimo ritu per omnia diſcant exhibere noſſe: deinde ut ſymbolum fidei ac dominicam orationem, ſed & ſacroſancta quoque verba quæ in miſſæ celebratione & officio baptiſmi ſolenniter dicuntur, interpretari atque exponere poſſe propria lingua qui neſciant, diſcant; nec non & ipſa ſacramenta quæ in miſſa ac baptiſmate, vel in aliis eccleſiaſticis officiis viſibiliter conficiuntur, quid ſpiritaliter ſignificent; & diſcere ſtudeant. Ne vel inipſis interceſſionibus quibus pro populi delictis Deum exorare noſcuntur, vel miniſterii ſui officiis inveniantur quaſi muti & ignari, ſi non intelligant nec verborum ſuorum ſenſum, nec ſacramenta quibus per eos alii ad æternam proficiunt ſalutem.

XI.

Vndecimo proſecuti ſunt mandato, ut cuncti presbyteri omne ſacerdotale ſuum miniſterium uno eodemque modo ac ratione in baptizando, & docendo, ac judicando, ubique ſtudeant agere, &, quod primum eſt, de fide ſacræ Trinitatis recte ac ſincere ſapiant, omneſque ad ſe venientes, de ſua vita conſulentibus, hanc primitus doceant, quia *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo.* Symbolum quoque eis diligenter inſinuent, ut intelligant quid credere, quid ſperare debeant, infantibuſque illud, vel eis qui eos in baptiſmate ſuſcipere voluerint, tradant, abrenuntiationemque doceant diabolicis pompis atque auguriis divinationibuſque dicere, & poſt hæc legitimas profeſſiones profiteri ſolerter inſtruant.

Marginal notes: 1. Tim. 5. — 1. Cor. 4. — Vt dominicam orationem & ſymbolum Anglice diſcant & doceant, ait Malmeſb. — Hebr. 11.

XII.

XII.

Duodecimo adjunxerunt edicto, ut presbyteri sæcularium poetarum modo in ecclesia non garriant, ne tragico sono sacrorum verborum compositionem ac distinctionem corrumpant vel confundant, sed simplicem sanctamque melodiam secundum morem ecclesiæ sectentur: qui vero id non est idoneus assequi, pronuntiantis modo simpliciter legendo, dicat atque recitet quidquid instantis temporis ratio poscit; & qui episcopi sunt, non præsumant. Interea quoque presbyteri, de his quæ propria sunt episcoporum in quibusdam ecclesiasticis officiis, nihil omnino tentent & præsumant agere.

XIII.

Tertiodecimo definitur decreto, ut uno eodemque modo dominicæ dispensationis in carne sacrosanctæ festivitates, in omnibus ad eas rite competentibus rebus, id est in baptismi officio, in missarum celebratione, in cantilenæ modo celebrentur, juxta exemplar videlicet quod scriptum de Romana habemus ecclesia. Itemque ut per gyrum totius anni natalitia sanctorum uno eodemque die, juxta martyrologium ejusdem Romanæ ecclesiæ, cum sua sibi convenienti psalmodia seu cantilena venerentur.

XIV.

Quartodecimo statuitur loco, ut dominicus dies legitima veneratione a cunctis celebretur: sitque divino tantum cultui dedicatus, omnesque abbates ac presbyteri isto sacratissimo die in suis monasteriis atque ecclesiis maneant, missarumque solennia agant, omissisque exterioribus negotiis, ac sæcularium convenientibus, atque itineribus, nisi inexcusabilis qualibet causa urgeat, religiosæ conversationis ac bene vivendi normulam de sacræ scripturæ eloquiis subjectis famulis prædicando insinuent: sed & hoc quoque decernitur quod eo die, sive per alias festivitates majores, populus per sacerdotes Dei ad ecclesiam sæpius invitatus, ad audiendum verbum Dei conveniat: missarumque sacramentis, ac doctrinæ sermonibus frequentius adsit.

XV.

Quintodecimo definierunt capitulo, ut septem canonicæ orationum diei & noctis horæ diligenti cura cum psalmodia & cantilena sibimet convenienti observentur, & ut eamdem monasterialis psalmodiæ parilitatem ubique sectentur, nihilque quod communis usus non admittit, præsumant cantare aut legere, sed tantum quod ex sacrarum scripturarum A auctoritate descendit, & quod Romanæ ecclesiæ consuetudo permittit, cantent vel legant, quatenus unanimes uno ore laudent Deum. Sed & hoc quoque condixerunt, ut non solum pro se ecclesiastici sive monasteriales, sed etiam pro regibus, & totius populi Christiani incolumitate divinæ pietatis clementiam exorare, per competentes orationum reminiscant horas.

XVI.

Sextodecimo condixerunt capitulo, ut litaniæ, id est rogationes, a clero omnique populo his diebus cum magna reverentia agantur, id est die septimo B Kalendarum Maiarum, juxta ritum Romanæ ecclesiæ: quæ & litania major apud eam vocatur. Et item quoque, secundum morem priorum nostrorum, tres dies ante ascensionem domini in cælos cum jejunio usque ad horam nonam, & missarum celebratione venerentur; non admixtis vanitatibus, uti mos est plurimis, vel negligentibus, vel imperitis, id est in ludis, & equorum cursibus, & epulis majoribus, sed magis cum timore & tremore, signo passionis Christi, nostræque æternæ redemptionis, & reliquiis sanctorum ejus coram portatis, omnis populus genu flectendo divinam pro delictis humiliter exorat indulgentiam.

XVII.

Septimodecimo constitutum est præcepto, ut dies natalitius beati papæ Gregorii, & dies quoque depositionis, qui est VII. Kalendas Iunii, sancti Augustini archiepiscopi atque confessoris, qui genti Anglorum missus a præfato papa D & patre nostro Gregorio, scientiam fidei, baptismi sacramentum, & cælestis patriæ notitiam primus attulit, ab omnibus, sicut decet, honorifice venerentur. Ita ut uterque dies ab ecclesiasticis & monasterialibus feriatus habeatur, nomenque ejusdem beati patris & doctoris nostri Augustini in litaniæ decantatione, post sancti Gregorii vocationem, semper dicatur.

XVIII.

Octavodecimo statutum est mandato, E ut jejuniorum tempora, id est quarti, septimi, & decimi mensis nullus negligere præsumat: sed ante horum initia per singulos annos admoneatur plebs, quatenus legitima uniuersalis ecclesiæ sciat atque obseruet jejunia, concorditerque uniuersi id faciant, nec ullatenus in ejusmodi discrepent obseruatione, sed secundum exemplar, quod juxta ritum Romanæ ecclesiæ descriptum, studeant celebrare.

XIX.

XIX.

Nonodecimo præceptum est loco, ut monachi seu nunnones suo majori regulariter constituto humiliter subjecti sint, & quietam ac regularem vitam agant, & sine dissensionibus, quæ habitus sui proposito competent, firmiter conservent; nec pompaticis, & quæ ad inanem gloriam more sæcularium pertineant, utantur indumentis, sed simplici propositoque congruenti eorum vestiantur habitu.

XX.

Vicesimo sancitur decreto, ut provideant vigilanti perspectione episcopi in suis parochiis, ut sint monasteria juxta vocabulum nominis sui, id est honesta silentium, quietorum, atque pro Deo laborantium, habitacula, & non sint ludicrarum artium receptacula, hoc est poetarum, citharistarum, musicorum, scurrarum; sed orantium, legentium, Deumque laudantium habitationes, & ut non habeant sæculares quique vagandi licentiam, per inconvenientia sibi loca, vel discursus per interiora monasterii domuncula, ne materiam aliquando reprehendendi inde sumant, si aliquid intra claustra monasterii aliter quam decet videant vel audiant. Nam satis nociva atque vitiosa consuetudo est illa laicorum familiaritas, & maxime in nunnorum minus regulariter conversantium monasteriis: quia ob hoc sæpius diversarum sive nefandarum suspicionum causæ non solum oriuntur, sed & perpetrantur ac diffamantur ad infamiam professionis nostræ. Vnde [*non*] sint sanctimonialium domicilia turpium confabulationum, comessationum, ebrietatum, luxuriantiumque cubilia; sed continentium sobrieque viventium, ac legentium, psallentiumque habitacula, magisque legendis libris, vel canendis psalmis, quam texendis vario colore inanis gloriæ vestibus, studeant operam dare.

XXI.

Vicesimo primo constituitur loco, ut monasteriales, sive ecclesiastici, ebrietatis malum non sectentur aut expetant, sed velut mortiferum vitent venenum, apostolo denuntiante, quod *ebriosi regnum Dei non possident*: & alibi: *Nolite inebriari vino in quo est luxuria.* Sed neque alios cogant intemperanter bibere; sed pura ac sobria sint eorum convivia, non luxuriosa, neque deliciis vel scurrilitatibus mixta, ne habitus sui reverentia contemptibilis apud sæculares habeatur, & inter eos merito valde infametur; & ut si nulla necessitas infirmitatis cogat, ante canonicam horam, id est diei tertiam completam, potationibus ebriosorum more non serviant.

1. Cor. 6. Ephes. 5.

XXII.

Vicesimo secundo decretum est capitulo: ut monasteriales quique, sive ecclesiastici, admoneantur sacrosanctæ communioni corporis & sanguinis domini, dignos se indesinenter præparare: & ut ipsi rectores diligenti circumspectione considerent, ne aliquis de subditis tam negligenter tamque perdite vivat, ut culpis exigentibus, nec altaris participatione societur, nec sua curet confiteri & emendare vitia: quod si aliquis talis inveniatur, acrius corripiatur.

XXIII.

Vigesimotertio adjunctum est loco quod laici pueri similiter hortandi sint, qui necdum videlicet lascivientis ætatis corruptela sint vitiati, ut sæpius communicent: nec non & provectioris quoque ætatis, seu cælibes, seu etiam conjugati, qui peccare desinunt, ad hoc ipsum admonendi sint, quatenus frequentius communicent, ne salutaris cibi potusque inopia deficiant, dicente domino: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis manentem.*

Ioan. 6.

XXIV.

Vicesimoquarto sancitum est capitulo, ut si quis sæcularium sanctæ professionis famulatum subire desiderat, non antea tonsuræ habitum suscipiat, quam illius conversatio ac morum qualitas secundum monasticæ regulæ definitionem manifestius probetur, juxta apostolicum præceptum: *Probate*, inquiens, *spiritus si ex Deo sint*, nisi aliqua rationabilis causa, ut antea suscipiatur in congregationem, rite persuadeat. Ceterum sciant episcopi ecclesiarum, sive rectores monasteriorum, eo diligentius unumquemque, ante cœnobialem conversationem, adhuc in laico habitu constitutum, tentare ac perscrutare se debere, quo (post susceptionem si displicet, & indoctus existeret) eum talem tolerare, qualem antea tentaverat ac docuerit vel docet, nec ullo modo eum statim abjicere qualibet ex causa, ut per laicorum domunculas ad infamiam necessariæ conversationis criminose vagatur, nisi talis quædam existat causa, qualis synodali decreto si contingat, definitum est eum dimittere, & anathematizatum esse ab omnibus in omni loco, nisi ad satisfactionem redeat.

1. Cor. 2.

XXV.

Vicesimoquinto definitum est capitulo, ut episcopi a synodo venientes in propria parochia cum presbyteris, & abbatibus & præpositis conventum habentes,

tes, præcepta synodi servare insinuando præcipiant, & unusquisque episcoporum, si quid in sua diœcesi corrigere & emendare nequiverit, item in synodo coram archiepiscopo & palam omnibus ad corrigendum insinuet.

XXVI.

Eleemosyna quare eroganda.

Vicesimosexto loco de utilitate eleemosynæ patrum sententiæ prolatæ sunt; quod eleemosynæ necessario ad hoc quotidie fidelibus essent agendæ, ut delinquentibus, ac dein per debitum jejunium pœnitentiam agentibus, peccata præterita citius ac plenius a Deo, quem offenderunt, remittantur: & ne eadem iterentur, vel alia similia insuper agantur, divinæ per eas adipiscendum protectionis patrocinium. Sed & religiose quoque viventibus, ut pro temporalium rerum largitione in terris, & conservata hic in præsenti clementius a Deo puritate innocentiæ illarum, & in futuro æternarum rerum remuneratio recompensetur in cælis. Et non ad hoc sine dubio dandæ, ut quælibet vel minima saltem peccata eo licentius cuiquam agere liceat, quo vel ipse vel alius quilibet pro eo eleemosynas faciat, sed eo videlicet quo prædictum est modo; eleemosyna quippe nomen & opus est misericordiæ. Vnde quisque animæ suæ jam veraciter misereri desiderat; non sit eleemosyna illius ex injusta aliorum rapina, sed ex propria ac probe acquisita facultate; quia si ex crudelitate, vel violenter ab aliquo expetita prorogatur, per hanc magis offenditur quam placatur divina justitia; quia juxta scripturam *eleemosyna quæ fit ex substantia pauperum, quasi qui mactat filium in conspectu patris sui.* Non sit quoque eleemosyna illius ad hoc esurienti data, ut seipsum comessationibus, ebrietatibusque illicitis supra modum ingurgitet; ne per hoc quod venalem Dei justitiam ponat, ab eadem non solum acrius, sed citius juxta merita illius judicetur. Non sint item, ut generaliter dicatur, eleemosynæ quorumlibet quotidie pro Deo ad hoc datæ, ut eo magis quasi impune suas eis quaslibet corporis voluptates liceat perficere, quia frustra suas tantum eleemosynas, & non intermixta flagitia supernum pensare judicem cæco suo libitu volunt & optant; hoc enim modo facientes sive æstimantes sua Deo dare videntur, seipsos diabolo per flagitia dare non dubitant.

Non fiat ex injuste adeptis.

Eccl. 24.

Nec ad minuendum satisfactionem.

Postremo igitur (sicuti nova adinventio, juxta placitum scilicet propriæ voluntatis suæ, nunc plurimis periculosa consuetudo est) non sit eleemosyna porrecta ad minuendam vel ad mutandam satisfactionem per jejunium, & reliqua expiationis opera, a sacerdote Dei pro suis criminibus jure canonico indictam, sed magis ad augmentandam emendationem suam, ut eo citius placetur divinæ indignationis ira, quam suis provocavit sibi propriis meritis: & inter hæc sciat quod quanto magis "inclyta perpetravit, tanto magis a licitis se abstinere debet: & quanto majora mala fecit, tanto majores fructus bonorum operum exhibere Deo debet, & non alia per alia quælibet amittere vel imminuere bona debet. Nam bonum est omnino psalmodiæ insistere; bonum est genua sæpius veraci flectere intentione; bonum est eleemosynas quotidie dare: sed pro his non est abstinentia remittenda, non est jejunium impositum semel juxta ecclesiæ regulam, sine qua non remittuntur ulla peccata, relaxandum Sed & hæc & his similia fiant argumenta ad majorem expiationem peccatorum quia necesse est, ut caro quæ nos læta per incontinentiam traxit ad culpam, afflicta per jejunium reducat ad veniam festinanter, etenim quibuscumque prævaleat plus actibus homini: expianda sunt talia piacula, quæ videlicet regnum Dei claudere, si non corrigantur, aperte describuntur, quia indubitanter latet quid ei pariet superventura dies, atque quanto tempore ei liceat pro malis suis actibus bona quælibet agere, quia qui veniam peccanti spopondit, crastinum diem non promisit.

"leg. haud dubie, illicita.

XXVII.

Psalmodia quid.

Vicesimoseptimo, multa de his, qui sive sanctam psalmorum ac spiritalem cantilenam utiliter, sive de his qui negligenter præsumunt agere, multa differentes in hunc modum: *Psalmodia* (inquiunt) *opus divinum spiritu & mente agentibus, magnum est ac multiplex animarum medicamentum suarum.* Voce hanc sine sensu cordis canentibus, sonitum ad cuivis rei facere simillimum est, unde quamvis psallendo Latina quis nesciat verba, suas tamen cordis intentiones ad ea quæ in præsenti poscenda sunt a Deo suppliciter referre, ac pro viribus detinere debet. Nam psalmi, sancto Spiritu jam olim ad solatium generi humano per os Prophetæ prolati, cum intima intentione cordis & corporis congrua humiliatione, ad hoc canendi sunt, quatenus per divinæ laudis oracula, & nostræ salutis sacramenta, & humillimam quoque confessionem delictorum, sive eorumdem suppliciter imploratam remissionem de quacumque re digna, divinæ pietatis exorantes pulsaverunt aures, eo digniores exaudiri mereantur, quo ipsi Deo appropinquare vel placare gestiunt,

ANNO CHRISTI 747.

gestiunt, per ea quæ prædixi tam sacrosancti ac divini specialiter famulatus officii servitium, sive dum pro se ut faciant in illa sancta modulatione, Deum multiplici modo & laudant & orant: sive etiam præ aliis viventibus seu mortuis eum expleta quantalibet psalmodia, genu flectentes in orationem, & lingua Latina, vel qui eam non didicerunt sua Saxonica dicunt: *Domine miserere illi, & parce peccatis illius, & converte illum ut faciat voluntatem tuam:* Sive id pro mortuis: *Domine secundum magnam misericordiam tuam, da requiem animæ illius, atque ei pro tua immensa pietate, gaudia lucis æternæ donare cum tuis sanctis dignare.* At vero petitores pro se psalmodiæ fidem, tum magna reverentia adhibeant sibi magnopere eam juxta prædictum modum prodesse, si tamen ipsi in expectatione debita suorum facinorum, & non in passione consistunt adhuc vitiorum, hoc est, ut per orationes & intercessiones Deo digne psallentium atque orantium, facilius ac citius pervenire mereantur ad divinæ reconciliationis gratiam, sive ut ad meliora proficiant, sive ad ea quæ impræsentiarum juste petantur obtinenda. Non scilicet * non ut eo licentius, ac quasi liberius, vel ad momentum peccare, vel bona aliqua præterire, vel jejunium pro peccatis indictum relaxare, vel eleemosynas minus largire, ullo modo licet, quo pro ipsis alios psalmos cantari putant, vel jejunare. Quia sine dubio sciat unusquisque, quod ipsa illius caro quæ illicita ac nefanda contraxit desideria, ipsam a licitis quod abstinere debet, ipsamque hic in præsenti punire juxta modum reatus sui debet, si non vult in futuro ab æterno judice esse punitam.

[Margin: Latine nescientes vulgari utantur lingua. Oratio pro defunctis.]

[Margin: * non videtur redundare.]

Ipse imprimis cum gemitu cordis pro sui restauratione divinam incessanter exorare clementiam debet: & deinde quoque quoscumque potest fideles famulos Dei, ut pro se communiter cum eo Deum exorent, adhibere. Nam si aliter inter eos quam prædictum est vel promittitur, vel creditur, sive agitur, hinc non minuunt, sed addunt peccata peccatis: quia per hoc (insuper alia) superni judicis iracundiam provocant; quod ejus quotidie justitiam inter se quasi venalem statuere, * immensa adulationis atque illecebrose ex luxuriosæ conversationis audent. De hoc prolixius ideo disputandum est, quia nuper quidam dives secundum hoc fæculum, petens reconciliationem pro magno quodam facinore suo citius sibi dari; affirmans in suis literis * idem nefas juxta multorum promissa intantum esse expiatum, ut, si deinceps vivere posset trecentorum annorum, pro eo plene jejunium satisfactionum modis, per aliorum scilicet psalmodiam, & jejunium, & eleemosynas persolutum esset, excepto illius jejunio, & quamvis ipse [a] utrumque vel parum jejunaret. Ergo si ita placari per alios potest divina justitia, cur divites (o stulti promissores!) qui pro suis flagitiis aliorum innumera suis possunt præmiis jejunia redimere, *difficilius* (voce veritatis) *regnum intrare cælorum; quam per foramen acus camelum transire* dicuntur; utinam vos soli pietatis per suas sortes peccatorum & nomine portarum inferni merito vocati, antequam plures vestra errabunda adulatione implicantur sive deducantur ad perniciem perpetuæ indignationis Dei. Homo se non fallat, Deus neminem fallit, dicendo per apostolum suum: *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi,* & reliqua.

[Margin: * l. eodem]

[Margin: a utcumque]

[Margin: Matth. 19.]

[Margin: Rom. 14.]

XXVIII.

Vicesimooctavo præceperunt mandato, ut nemo suscipiat majorem congregationem quam sustentare possit, & eis necessaria præstare. Si quis hoc vel si qua ante hoc incaute susciperet, minus proinde operis ab eis violenter exigeret, antequam illis victum ac vestimentum juxta habitum professionis suæ possit concedere, & ut inter alias regularis vitæ observantias, vestibus consuetis, juxta formam videlicet priorum, sive clerici, sive monachi deinceps utantur, nec imitentur sæculares in vestitu crurum per fasciolas, nec per coculas in circumdatione capitis modo pallii laicorum contra morem ecclesiæ.

Similiter quod non debeant sanctimoniales a sacerdote velatæ post susceptum sanctæ professionis habitum iterum habere indumenta sæcularia, & ornatis ac nitidis vestibus incedere, quibus laicæ puellæ uti solent; sed studeant accepta pudicitiæ vestimenta, humilitatem videlicet cordis, & contemptum mundi significantia, jugiter conservare, ne aspectu illarum aliorum corda polluantur, & ipsæ illius pariter contaminationis ex prædictis rebus reæ coram Deo inveniantur.

XXIX.

Vicesimo nono decreverunt regulari edicto, quod post hanc synodum non liceat clericos, vel monachos, vel sanctimoniales ulterius apud laicos habitare in domibus sæcularium, sed repetant monasteria ubi primitus habitum sanctæ professionis sumpserant; de quibus, sive voluntate propria exierint, sive aliorum violentia disturbati essent, ut in plurimis locis factum esse constat, nec eis redeuntibus pro qualibet culpa jam ante perpetrata,

perpetrata, aditus introeundi denegetur. Si autem aliqui vel aliquæ non sub maledicto, sed accepta licentia & benedictione, postea ab aliis pacifice assumpti fuerunt in consortium familiaritatis; sed inde tamen post paululum recedentes inter laicos, huc illucque discurrunt semper vagi, & nunquam stabiles, quorum siquidem imperata & prædicata reversio non pertinet ad locum vnde regulariter egressi sunt, sed ad eum locum vbi ex convenientia amborum licenter suscepti sunt in contubernium familiaritatis.

XXX.

Tricesimo capitulo, sermo diutius inter sacerdotes Dei atque minoris gradus dignitates in medium prolatus est, quærentes quomodo sub statu præsentis temporis, quorumdam de se malam suspicionem, vel malæ suspicioni similia verba, sedare funditus prævalerent: cum sibi internus arbiter secretorum testis esset, talem de se frustra ac falso æstimare opinionem, hoc est quod reges cum ducibus & principibus suis, ac deinde minoris potestatis persuasi plurimi de eis dicere soleant, quod non tantum sincero eos non diligant affectu, sed insuper eorum bonis præsentibus, ac prosperitatibus quibusque felicioribus magis invideant, animo nimis infesto quam devoto satis congaudeant corde, eorumque conversationis statum odibili quadam detractione dilacerare non desinant. Hæc etenim & his similia pro nonnullis causis satis indignum de se æstimare vel dicere quemlibet potioris vitæ ac dignitatis virum diiudicabant, quia non solum hoc proposito habitus sui, sed etiam euangelicæ atque apostolicæ (quam generaliter cunctis prædicare debuerant) satis doctrinæ contrarium esset, hoc est, vt prædicator pacis & caritatis in Deum & homines, qui ad imaginem Dei conditi sunt, fomitem in se odii vel invidiæ aliquando præsumeret, vel ad momentum suscipere. Vt igitur immunes eos per omnia ab hoc detestando vitio, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, certius ipsi accusatores agnoscerent; statuerunt ut deinceps per canonicas orationum horas non solum pro se ecclesiastici sive monasteriales, sed etiam pro regibus ac ducibus, totiusque populi Christiani incolumitate, divinam incessanter exorent clementiam, quatenus quietam ac tranquillam vitam sub eorum pia defensione mereantur agere: & ut ita post hæc unanimes existerent in Deum, fide, spe, & caritate, & seipsos invicem diligerent, ut etiam post hujus peregrinationis curricula ad supernam pervenire pariter mereantur patriam: & pro illis quicumque nunc pium frequentius patrocinium Christi protenderint ecclesiis diligentius: & ut pro viventibus divina precaretur clementia, & pro mortuis piæ placationis celebratio sæpius pro illarum requie animarum per plurimorum officia sacerdotum Christi ageretur: si tamen ipsi hoc munere dignos viventes præparare meminerint.

EXCERPTIONES EGBERTI EBORACENSIS ARCHIEPISCOPI.

E dictis & canonibus sanctorum patrum concinnatæ, & ad ecclesiasticæ politiæ institutionem conducentes.

PRÆFATIO.

DE CANONIBVS.

Canones dicimus regulas quas sancti patres constituerunt, in quibus scriptum est quomodo canonici, id est regulares clerici, vivere debent.

Augustinus Aureliensis episcopus dicit: Vt nulli sacerdotum suos liceat canones ignorare, nec quidquam facere quod patrum possit regulis obviare. Et ne excusatio de ignoratione nascatur, vel per oblivionem aliquid negligatur, frequenter in hoc libello quasi in speculo prospiciant quod canonum est regulis definitum. Verumtamen non omnes clerici judicia canonicæ constitutionis usurpare aut legere debent, sed solummodo presbyteri. Sicut enim sacrificium offerre non debent nisi episcopi & presbyteri, sic nec judicia ista alii vsurpare debent.

EXCERPTIONES DOMINI EGBERTI ARCHIEPISCOPI EBORACÆ CIVITATIS de sacerdotali jure.

Item jus sacerdotale.

Vnusquisque sacerdos ecclesiam suam cum omni diligentia ædificet, & reliquias sanctorum cum summo studio vigiliarum noctis & divinis officiis conservet.

[Margin: Sacerdos. In Oxoniensi manuscripto priores istæ 21. exceptiones ante lib. pœnitential. Egberti inferuntur sub titulo, *Hæc sunt jura sacerdotum quæ tenere debent.*]

II. *Item.*

Vt omnes sacerdotes horis competentibus diei & noctis, suarum sonent ecclesiarum signa, & sacra tunc Deo celebrent officia, & populos erudiant, quomodo aut quibus Deus adorandus est horis.

[Margin: Celebrare.]

III. *Item.*

Vt omnibus festis & diebus dominicis unusquisque sacerdos euangelium Christi prædicet populo.

[Margin: Prædicare.]

IV. *Item.*

Vt unusquisque sacerdos cunctos sibi pertinentes erudiat, ut sciant qualiter decimas totius facultatis ecclesiis divinis debite offerant.

[Margin: De decimis.]

V. *Item.*

Vt ipsi sacerdotes a populis suscipiant decimas, & nomina eorum quicumque dederint scripta habeant, & secundum auctoritatem canonicam coram timentibus dividant, & ad ornamentum ecclesiæ primam eligant partem, secundam autem ad usum pauperum atque peregrinorum per eorum manus misericorditer cum omni humilitate dispensent, tertiam vero sibimetipsis sacerdotes reservent.

[Margin: Decimarum distributio.]

VI. *Item*

VI. *Item.*

Vt unusquisque sacerdos orationem dominicam & symbolum populo sibi commisso curiose insinuet, ac totius religionis studium, & Christianitatis cultum eorum mentibus ostendat.

VII. *Item.*

Vt cuncti sacerdotes precibus assiduis pro vita & imperio domini imperatoris, & filiorum ac filiarum salute orent.

VIII *Item.*

Vt unusquisque sacerdos quotidianis assistat orationibus pro pontifice, cujus gubernatur regimine.

IX *Item.*

Vt nullus sacerdos in domibus vel aliis locis, nisi in ecclesiis dedicatis celebrare Missas audeat.

X. *Item.*

Vt a cunctis sacerdotibus jus & tempus baptismatis temporibus congruis secundum canonicam institutionem cautissime observetur.

XI. *Item.*

Vt omnes sacerdotes, quibuscumque horis, omnibus indigentibus baptismum infirmitatis causa diligentissime tribuant.

XII. *Item.*

Vt nullus presbyter sacrum officium, sive baptismatis sacramentum, aut aliquid donorum spiritalium pro aliquo precioso vendere præsumat; ne vendentes & ementes in templo columbas imitetur, & pro his quæ adepti sunt per gratiam divinam, non precia concupiscant terrena, sed solam regni cælestis gloriam promereantur accipere.

XIII. *Item.*

Vt nullus presbyter a sede propria sanctæ ecclesiæ sub cujus titulo ordinatus fuerit, admonitionis causa, ad alienam pergat ecclesiam, sed ibidem devotus usque ad vitæ permaneat exitum.

XIV. *Item.*

Vt nullus ex sacerdotum numero ebrietatis vitium nutriat, nec alios cogat per suam jussionem inebriari.

XV. *Item.*

Vt nullus sacerdos extranearum mulierum habeat familiaritatem, nec in sua domo in qua ipse habitat ullam mulierem vnquam permittat habitare.

XVI. *Item.*

Vt nulli sacerdotum liceat fidejussorem esse, neque * relicta propria lege ad sæcularia judicia * accedere.

XVII. *Item.*

Vt nemo sacerdotum ex numero arma pugnantium unquam portet; nec litem contra proximum ullam excitet.

XVIII. *Item.*

Vt nullus presbyter edendi aut bibendi causa gradiatur in tabernas.

XIX. *Item.*

Vt nullus sacerdos quicumque cum juramento juret, sed simpliciter cum puritate & veritate omnia dicat.

XX. *Item.*

Vt cuncti sacerdotes omnibus illis confitentibus eorum crimina dignam pœnitentiam cum summa vigilantia ipsis indicent, & omnibus infirmis ante exitum vitæ viaticum & communionem corporis Christi misericorditer tribuant.

XXI. *Item.*

Vt secundum definitionem sanctorum patrum, si quis infirmatur, a sacerdotibus oleo sanctificato cum orationibus diligenter ungatur.

XXII. *Item.*

Vt presbyter eucharistiam habeat semper paratam ad infirmos, ne sine communione moriantur.

XXIII. *Item.*

Vt sine auctoritate vel consensu episcoporum presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur, nec expellantur.

XXIV. *Item.*

Vt ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec alia ulla possessione priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur.

XXV. *Item.*

Vnicuique ecclesiæ vel vna mansa integra absque alio servitio attribuatur, & presbyteri in eis constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, nec de domibus, neque de atriis vel hortis juxta ecclesiam positis, neque de præscripta mansa aliquod servitium faciant præter ecclesiasticum, & si aliquod amplius habuerint, inde senioribus suis secundum patriæ morem debitum servitium impendant.

XXVI. *Item.*

Vt episcopi & presbyteri non longe ab ecclesia hospitiolum habeant.

XXVII. *Item.*

Vt episcopus in ecclesia consensu presbyterorum sublimior sedeat, intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat.

XXVIII. *Item.*

Vnusquisque episcopus in sua parochia diligenter provideat, ut ecclesiæ Dei bene constructe, & restaurate, & ornate fiant, tam in officio, & luminaribus, quamque in reliqua restauratione, & ut servi Dei regulariter vivant, unusquisque secundum sui ordinis gradum, maxime episcopus curã habeat, sed & canonicas horas ut tempore statuto simul celebrent ipse præcaveat.

Septem igitur synaxes sancti patres canendas constituerunt, quas omni die clerus singulis horis canere debet; quarum prima est nocturnalis synaxis, secunda prima hora diei, tertia ipsa hora est quam tertiam vocamus, quarta vero sexta hora est, quinta nona hora est, sexta autem synaxis vespera hora est, septimam namque synaxim completorium vocitamus. Has ergo septem synaxes omni die debemus solicite reddere Deo pro nobis & pro omni populo Christiano, sicut Psalmista testatur, dicens: *Septies in die laudem dixi tibi super judicia justitiæ tuæ.* Et insuper Missas non omittere, sicut fecerunt sancti patres, quos confessores nuncupauimus, id est episcopi & presbyteri qui in castitate servierunt Deo.

XXIX. *De episcopis Paulus dicit.*

Oportet enim episcopum per omnia irreprehensibilem esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, sanctum, &c.

XXX. *Item Apostolus.*

Oportet igitur episcopum testimonium habere ab his qui foris sunt, ut doctrinam Dei nostri ordinet in omnibus.

XXXI. *De magna synodo.*

De subintroductis mulieribus.

Ex Concilio Nicæno.

* Interdicit per omnia magna synodus, non epi-

Marginalia: Synod. Cuthberti c. 11. — Oratio dominica. — Oratio pro imperatore. — Pro episcopo. — Missæ. — Baptismus. — Idem. — Sacra non vendenda. — Ebrietas. — Consors mulieris. — * derelicta * accedere præsumat. Fidejussor. &c. Arma. — Taberna. — Iuramentũ. — Pœnitentia & viaticũ. — Vnctio. — Eucharistia. — Presbyteri ejectio. — Res Ecclesiæ. — Ecclesiæ mansa & terra libera. — Hospitiolum. — Presbyter collega episcopi. — Officium episcopi. Septem synaxes. — Psal. 118. — 1. Timoth. 3. Episcopus qualis. — Ibidem. — * Indicit.

Mulieres prohibitæ. episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam mulierem habere.

XXXII. *Et item.*

Bigamus, &c. Canones quoque docent, ut si quis acceperit viduam aut dimissam mulierem, aut qui bis duxerit uxorem, nunquam fiat diaconus, nunquam sacerdos.

XXXIII. *Itemque.*

Ordinatus flagitii reus. Episcopus, presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furtis, aut homicidio captus est, deponatur.

XXXIV. *Institutiones sanctorum patrum.*

Episcoporū studium. Observandum itaque est episcopis, ut in caritate radicati & fundati, veram pacem & concordiam integram invicem habeant, ita ut sit in omnibus quasi cor unum & anima una, & in ore omnium veræ fidei integra doctrina.

* * * * *

XXXV.

Nescio quid hic defuit in manuscripto codice, numeros autē nos adjecimus, ac si nihil desideratū esset. Non oportet aliquid ponere in ecclesia, nisi quæ ad ministeria ecclesiastica pertinent: in deuteronomio scriptum est: *Non plantabis lucum nec statuam juxta sanctuarium domini.*

XXXVI. *Incipit de sabbato.*

Deut. 16. Ratio sabbati. Deus creator omnium creavit hominem in sexta feria, & in sabbato requievit ab operibus suis, & sanctificavit sabbatum propter futuram significationē passionis Christi, & quietis in sepulchro. Non ideo requievit quia lassus esset, qui omnia sine labore fecit, cujus omnipotentia non potest lassari, & sic requievit ab operibus suis, ut non alias creaturas quam antea fecerat, postea fecisset. Non fecit alias creaturas postea, sed ipsas quascumque fecit, omni anno usque in finem sæculi facit. Homines creat in animabus & corporibus, & animalia & bestias sine animabus; omnis anima hominis a Deo datur, & ipse renovat creaturas suas, sicut Christus in euangelio ait: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* Christus pro nobis passus est in sexta ætate mundi, in sexta feria; & reformavit perditum hominem passione sua, & operatis miraculis suis, requievit in sepulchro per sabbatum, & sanctificavit dominicam diem resurrectione sua: nam dominica dies prima dies sæculi est, & dies resurrectionis Christi, & dies pentecostes, & ideo sancta est, & nos ipsi debemus esse spiritaliter sabbatum sabbatizantes, id est, vacantes ab operibus servitutis, id est peccatis, quia, *Qui facit peccatū, servus est peccati.* Sed quia non possumus esse sine peccatis, caveamus inquantum possumus, & emendemus quidquid peccaverimus. Demus bona exempla subditis nobis, & corrigamus nosmetipsos & subditos, & exhortemur ad meliora jugiter. Amen.

Ioan. 5.

1. Ioan. 3.

XXXVII. *Item sanctorum patrum.*

Pascha. Pascha certis temporibus celebrare omnibus generaliter satagendum, id est, post XIV. lunam primi mensis.

XXXVIII. *Synodus Agathensis.*

Communicandum. Sæculares qui in natale domini, pascha & pentecoste non communicaverint, catholici non credantur.

XXXIX. *Canon Africanensis.*

Pœnitētes. Pœnitentes secundum canones non debent communicare ante consummationem pœnitentiæ, nos autem pro misericordia miserantis Dei, post annum, vel duos, vel tres, aliquibus licentiam damus.

XL. *Item sanctorum patrum.*

Baptisma & pœnitentia. Baptismatis sacramenta indifferenter presbyteri indigentibus tribuant, & pœnitentiam quærentibus citissime succurrant, nullum exinde precium requirentes, nisi aut parentes eorum, seu elemosynarii, sponte aliquid dederint.

Si quis vero his institutionibus contraire tentaverit, aut excommunicationis sentiet pœnam, aut carceris ærumnam diu sustineat.

XLI. *Canon patrum.*

Baptismus incertus. Placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes qui eos baptizatos esse testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque ullo scrupulo hos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari.

XLII. *Item.*

Cum vino. Sunt quidam qui miscent vinum cum aqua baptismatis, non recte, & Christus non jussit baptizari vino, sed aqua.

XLIII. *Canon apostolorum.*

Simoniacus. Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, dejiciatur & ipse & ordinator ejus, & communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon magus a Petro.

XLIV. *Canon Africanensis.*

Ordinatio. Episcopus absque concilio presbyterorum clericos non ordinet.

XLV. *Canon.*

Auditio. Episcopus nullius causam audiat absque præsentia clericorū suorū, excepta causa confessionis.

XLVI. *Canon Carthaginensis.*

Rector. Nihil rector sine fratrum suorum consilio faciat: scriptum est enim: *Omnia fac cum consilio, & post factum non pœnitebis.* *Eccles. 24.*

XLVII. *Canon.*

Decretum. Firmum decretum esse non potest quod non plurimorum videbitur habuisse consensum.

XLVII. *Canon Romanus.*

Quæstiones. Si in qualibet provincia ortæ fuerint quæstiones, ad majorem sedem vel synodum, seu etiam ad apostolicam sedem Romæ referantur.

XLIX. *Canon episcoporum.*

Excommunicatio. Non temere quemquam communione privet episcopus, ne justo judicio & quem alius episcopus ab ecclesia expulerit, sive clericum sive laicum, suscipiat alius.

L. *Canon Nicænus.*

Ordinatio. Nemo eum qui ad alium pertinet subripiens in sua ecclesia ordinet, absque consensu illius ad quem pertinet.

LI. *Canon Calchedonensis.*

Ordinatio. Ut nullus absolute ordinetur & sine pronuntiatione loci ad quem ordinandus.

Altaria. Altaria nisi lapidea chrismatis unguine non consecrentur.

LII. *Canon Epaonensis.*

Celebrare. Non oportet in domibus non dedicatis oblationes celebrari ab episcopis vel presbyteris.

LIII. *Canon sanctorum.*

Preces. Nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet; sed cum altari assistitur, semper ad Patrem dirigatur oratio.

LIV. *Canon. Item.*

Missa. Et sufficit sacerdoti unam missam in una die celebrare, quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit: in Levitico quoque scriptum est, non debere Aaron ingredi assidue interius in Sancta.

LV. *Canon Aurelianensis.*

Episcopus pauperibus & infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum & vestimentum inquantum possibilitas fuerit largiatur.

LVI. *Theodorus dicit:*

Statutum est ut sine auctoritate vel consensu episcoporum presbyteri in quibuslibet ecclesiis non constituantur, nec inde expellantur, & si quis hoc facere tentaverit, synodali sententia feriatur.

LVII. *Canon episcoporum.*

Episcopi nullatenus sæcularibus negotiis, plusquam Dei servitiis, (quod absit) subditi existant, sed maxime curam animarum habeant, ut secundum apostolum populum Dei exemplis bene corrigant, & sanæ quoque doctrinæ sermonibus instruant.

LVIII. *Canon.*

Clerici omni subjectione episcopis subjecti illis debitam præbeant obedientiam, & nullo jactantiæ suæ studio semetipsos attollant.

LIX. *Canon Calchedonensis.*

Si qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint conjurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes episcopis, gradu proprio penitus abjiciantur.

LX. *Canon Nicænus.*

Si quis alicujus episcopi clericum vel monachum susceperit absque consensu illius, sacrilegus judicetur, & a communione suspendatur, quoadusque clericum vel monachum proprio episcopo restituat: quod etsi clericus contumax redire voluerit, anathema sit.

LXI. *Canon Hibernensis.*

Qui levaverit manum cum hasta aut gladio ad percutiendum aliquem juxta episcopum, redimat manum, vel perdat; quod & si vulneraverit, tondet caput cum barba, & Deo servat: primo tamen episcopo & cui læsit satisfaciat. Si quis autem clericum vulneraverit, vel alicui ex ecclesiastico ordine nocuerit, secundum ordinis quantitatem septempliciter emendet, & secundum ordinis dignitatem pœniteat, aut extorris propria patria exulet: dominus enim per prophetam dicit: *Nolite tangere christos meos*, &c.

LXII. *Canon Aurelianensis.*

Abbates pro humilitatis religione in episcoporum potestate consistant, & si quid extra regulam fecerint ab episcopis corrigantur; qui semel in anno, in loco ubi episcopus elegerit, accepta convocatione conveniant. Monachi autem abbatibus omni se obedientiæ devotione subjiciant. Quod si quis per contumaciam extiterit indevotus, aut per loca aliqua evagari, aut peculiare aliquid habere præsumpserit, omnia quæ acquisierit ab abbatibus auferantur, secundum regulam monasterio profuturam. Ipsi autem qui fuerint pervagati, cum auxilio episcopi tamquam fugaces sub custodia revocentur, & reum se ille abbati futurum esse cognoscat, qui hujusmodi personas non regulari animadversione distrinxerit, vel etiam qui monachum susceperit alienum.

LXIII. *Canon Aurelianensis.*

Si quis autem abbas cautus in regimine, & humilis, castus, sobriusque, misericors, & discretus non fuerit, ac divina præcepta verbis & exemplis non ostenderit, ab episcopo, in cujus consistit territorio, & a vicinis abbatibus, & ceteris domini timentibus, a suo arceatur honore, etiamsi omnis congregatio vitiis suis consentiens abbatem eum habere voluerit.

LXIV. *Canon apostolorum.*

Si extiterit abbas divinis jussionibus prævaricator, regulæque sanctæ contemptor, ab episcopo civitatis cum consensu abbatum, aliorumque monachorum timentium Deum, honore abbatis privetur: convenit enim episcopum civitatis, ut sancta & magna synodus Calchedonensis decrevit, competentem monasteriorum providentiam gerere.

LXV. *Leo papa dicit:*

Propositum monachi deseri non potest aliquo pacto: quod enim quis vovit Deo, reddere debet. Psalmista namque dicit: *Vovete, & reddite domino Deo vestro.*

LXVI. *Theodorus dicit.*

Monachi non migrent de loco ad locum, sed in ea permaneant obedientia quam tempore suæ conversionis promiserunt.

LXVII. *Fructuosus dicit:*

Monachus sanctæ regulæ violator sive contemptor, vel parvulorum incestuose aut adolescentium consectator, publice verberetur, coronam capitis quam gestat amittat, decalvatusque turpiter opprobria patiatur, vel vinculis arctatus ferreis carcerali angustia maceretur.

LXVIII. *Canon Agathensis:*

Si quis monachus adulterium aut furtum fecerit, quod potius sacrilegium dici potest, id censuimus ordinando; ut virgis cæsus tanti criminis reus, nunquam officium clericatus excipiat. Si vero jam clericus in id facinus fuerit deprehensus, nominis ipsius dignitate privetur.

LXIX. *Aureliensis episcopus dicit:*

Carnes in cibo monachi nunquam sumant: pulli vero vel altilia cuncta in congregatione non ministrentur; infirmis tantum provideantur, & accipere liceat.

LXX. * *Insid. episcopus dicit:*

Abbati vel monacho, monasterii servum non licet facere liberum. *Impium est, ut qui res ecclesiæ non contulerit, damnum inferat.*

XXI. *Canon.*

Si quis episcoporum, aut presbyterorum, vel ministrorum, ex rebus ecclesiæ quæ in quibuscumque locis a fidelibus largiuntur, aliquid aufert; & male rapta cum confusione restituet, & excommunicationis annuæ sententiam subibit.

LXXII. *Canon Hibernensis.*

Pecunia ecclesiastica furata sive rapta reddatur quadruplum, popularia dupliciter.

LXXIII. *Item Canon Hibernensis.*

Si quis furatus fuerit pecuniam ab ecclesia, mittatur sors, ut aut illius manus abscindatur, aut in carcerem mittatur, diu jejunans & gemens; & reddat integrum quod abstulit, aut peregrinus abjiciatur, & restituat duplum, & si in patria permanserit, quadruplum restituat, & semper pœniteat.

LXXIV. *Canon Toletanus.*

Si clericus in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus, a clericatus ordine pro sacrilegio submoveatur. Si quis sepulcrum violaverit VII. annos pœniteat; tres ex his in pane & aqua.

LXXV.

Marginalia: [Ep]iscopus [el]eemosy[n]arius. — [Pr]esbyter. — [E]piscopus [s]æcularia [cu]rans. — [C]lerici [ob]ediant [e]piscopis. — [C]onjurantes [in] episcopū. — [C]lericum [al]terius susc[i]piens. — [P]ercutiens [ju]xta episcopum. — [C]lerico no[cen]s. — [P]sal. 104. — [A]bbates. — [M]onachi. — Abbas indiscretus. — Monachus vovens. — Psal. 75. — Migrans. — Sodomita. — Adulter. — Carnes non edat. — * leg. *Isidorus.* — Manumissio. — Ecclesiasticus subtrahens rem ecclesiæ. — Restitutio. — Furans rem ecclesiæ. — Sepulcri violator.

LXXV. *Canon* * *Hibritanensis.*

* leg. *Hibern.*

Confugiū ad ecclesiam violans. Can. Hib.

Eos qui ad ecclesiam confugerint trahi non oportet, sed eos domini sui promissa intercessione persuadeant. Quod si ab ecclesia exeuntibus pœnale aliquid dominus intulerit, ut ecclesiæ inimicus habeatur excommunicatus. Si quis alicui aliqua ratione nocuerit sub confugio ecclesiastico, vel sub aliquo sanctimonii signaculo, septempliciter emendet, reddat, & restituat, sed & VII. annos in dura pœnitentia permaneat, sin aliter, excommunicandus est, ab omni ecclesia catholica.

LXXVI. *Hieronymus dicit:*

Tutela ecclesiæ qualis.

Ecclesia defendit quos in sinu suo recepit, more gallinæ, quæ pullos proprios & alienos nutrit & defendit; ita & ecclesia cunctos fugientes in se defendere debet.

LXXVII. *Canon Hibernensis.*

Homicidiū in monasterio.

Qui occiderit hominem intra septa monasterii, exul cum damnatione exeat, vel projectis armis, raso capite & barba, reliquum vitæ suæ tempus Deo serviet; primo tamen Deo & parentibus satisfaciens.

LXXVIII. *Hieronymus dicit:*

Pœna vbi peccatum.

Qui peccant in loco sancto, in eodem quoque occidendi sunt: in loco castrorum Phinees interfecit virum & meretricem. Mathathias Iudæum qui immolabat simulacro. Quicumque enim maculaverit sanctum, sancta non defendent eum. Christus malefacientes in templo flagris compescuit.

LXXIX. *Hieronymus dicit:*

Mali.

Qui percusserit malos, eo quod mali sunt, minister domini est.

LXXX. *Item Hieronymus dicit:*

Homicida & sacrilegus.

Homicidas & sacrilegos punire, non est effusio sanguinis, sed legum * mysterium; noceat itaque bonis, qui parcit malis.

LXXXI. *Arausianensis.*

Amentes.

Amentibus quæcumque pietatis sunt conferenda.

LXXXII. *Canon Carthaginensis.*

Exorcista.

Omni die exorcistæ energumenis manus imponant.

LXXXIII. *Canon Arausicanensis.*

Palam arrepti.

Qui palam aliquando arrepti sunt, non solum non assumendi ad ullum ordinem clericatus, sed si jam aliqui ordinati sunt, ab imposito officio repellendi.

LXXXIV. *Canon Carthaginensis.*

Egrediens ecclesia.

Sacerdote verbum in ecclesia faciente, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

LXXXV. *Canon Carthaginensis.*

Laicus non prædicet.

Laicus præsentibus clericis, nisi ipsis provocandis, docere non audeat.

LXXXVI. *Isidorus dicit:*

Nec judicet res ecclesiæ.

Omnis mundialis sapiens, si sapiens fit, non judicet judicia ecclesiæ.

LXXXVII. *Canon Carthaginensis.*

Mulier non doceat.

Mulier quamvis docta & sancta fit, viros in conventu docere non audeat.

LXXXVIII. *Canon Carthaginensis.*

Sponsus & sponsa.

Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus aut paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

LXXXIX. *Canon dicit.*

Secundæ nuptiæ.

Presbyterum convivio secundarum nuptiarum interesse non debere, maxime cum petatur secundis nuptiis pœnitentiam tribuere.

XC. *Gelasius papa.*

Moniali, *al.* Velamē.

Devotis Deo virginibus, vel viduis, nisi aut in epiphania, aut in albis paschalibus, aut in apostolorum natalitiis sacrum minime velamen imponant, nisi forsitan, sicut de baptismate dictum, gravi languore correptis, ne sine hoc munere de sæculo transeant, implorantibus non negetur.

XCI. *Canon Carthaginensis.*

Ætas ecclesiastica.

Placuit ut ante annos XXV. ætatis, nec diaconus ordinetur, nec virgines consecrentur, nisi rationabili necessitate cogente.

XCII. *Basilii episcopi.*

Infantes oblati.

Oportet tam infantes cum voluntate & consensu parentum, imo ab ipsis parentibus oblatos sub testimonio plurimorum suscipi.

XCIII *Isidori.*

Quicumque a parentibus propriis in monasterio fuerit deligatus, noverit se ibi perpetuo mansurum. Nam Anna Samuel puerum natum & ablactatum Deo obtulit, qui in ministerio templi permansit.

XCIV. *Canon Romanorum & Francorum.*

Parvulorū castigatio.

Parvulus usque annos XV. pro delicto corporali disciplina castigetur, post hanc vero ætatem quidquid deliquerit, vel si furatur, retribuat, seu etiam secundum legem exolvat.

XCV. *Canon Neocæsariensis.*

Presbyterī ordinatio.

Vt nullatenus presbyter ordinetur ante tricesimum ætatis annum, nisi rationabili necessitate cogente, quia dominus Iesus non prædicavit ante trigesimum ætatis annum.

XCVI. *Canon Nicænus.*

Episcopi ordinatio.

Vt episcopus, si fieri potest, a totius provinciæ episcopis ordinetur, & si hoc difficile est, certe non minus a tribus. Episcoporum ordinationes fieri oportet dominicis diebus, non in agris vel in villulis, sed in vrbibus præcipuis, pro tanti nominis dignitate.

XCVII.

Ordinatio-num tēpus.

Presbyterorum vero & diaconorum in quatuor temporum sabbatis scilicet, ut dum hæc ordinatio coram populo agitur, sub omnium testificatione electorum ordinatorumque opinio discutiatur.

XCVIII. *Canon sanctorum.*

Panis, vinum, aqua.

Sacerdotes Dei diligenter semper procurent, ut panis, & vinum, & aqua, sine quibus nequaquam Missæ celebrantur, pura & munda fiant, quia si aliter agatur, cum his qui acetum cum felle mixtum domino obtulerint, nisi vera pœnitentia subvenerit, punientur.

XCIX. *De decimis.*

Decimæ. Exod. 22. Levit. 27.

In lege domini scriptum est: *Decimas & primitias non tardabis offerre.* Et in Levitico: *Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, domini sunt; boves & oves, & capreæ, quæ sub pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur domino. Non eligitur nec bonum nec malum, nec alterum commutabitur.*

C. *Augustinus dicit:*

Ibidem.

Decimæ igitur tributa sunt ecclesiarum & egentium animarum. O homo, inde Dominus decimas expetit unde vivis. De militia, de negotio, de artificio redde decimas: non enim eget dominus noster, non præmia postulat, sed honorem.

CI. *Item.*

Moralitas. Levit. 19.

Cum messueris segetem terræ tuæ, non tondebis usque ad solam superficiem terræ, nec remanentes spicas

spicas colliges, neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes.

CII. *Et in lege.*

Ibidem. *Si intraveris in segetem amici tui, frange spicas, & in manu contere, falce autem non metas.* Hoc & discipuli salvatoris fecerunt, spicas videlicet manibus fricantes & manducantes sabbatis, ut euangelium dicit.

CIII. *Item in lege.*

Ibidem. *Ingressus itaque vineā proximi tui, comedes uvas quantum tibi placuerit, foras autem ne feras tecum.*

CIV. *Institutio patrum.*

Dies dominica. Et paschales. Die dominico nihil aliud agendum est, nisi Deo vacandum in hymnis, & psalmis, & canticis spiritalibus: dies quoque paschalis hebdomadæ omnes æquali religione colendi sunt.

CV. *Canon Aurelianensis.*

Incarcerati ab episcopo die dominica pascendi. Id etiam miserationis intuitu æquum duximus custodire, ut qui pro quibuscumque culpis carceribus deputantur, ab archidiacono seu a præposito ecclesiæ singulis dominicis diebus requirantur, ut necessitas vinctorum secundum præceptum divinum misericorditer sublevetur, atque a pontifice competens victus de domo ecclesiæ tribuatur.

CVI. *Item.*

Nuptiarum tempora prohibita. Qui dominica nocte nupserit, VII. dies pœniteat.

Qui quarta vel sexta feria III. dies pœniteat,

Qui in quadragesima ante pascha, I. annum pœniteat.

CVII. *Item.*

Jejunia. Indicta jejunia nullus præsumat infringere vel violare, ne iram Dei incurrat.

CVIII. *Ex Concilio* Bra....rens.*

Non oportet homines religiosos ante * sacram diei III. cibum sumere, nec convivia inire, neque clericos aliquando, nisi hymno dicto, edere panem, .. post cibos gratias auctori referre.

* *lege Bracarensi.* * *lege horam* Tempus cibi.

XIC. *Canon sanctorum.*

Conjugati communicantes. Qui in matrimonio sunt, abstineant se III noctes antequam communicent, & unam postquam communicaverint. Inde ait Apostolus: *Nolite fraudare invicem, nisi ex consensu, ut vacetis orationi ad tempus.*

CX. *Gregorius dicit:*

Idem. Si quis conjugem suam, si fieri potest, non cupidine voluntatis, sed solummodo creandorum liberorum gratia utitur, iste profecto sive de ingressu ecclesiæ, seu de sumendo dominici corporis sanguinisque mysterio, suo est relinquendus judicio, quia a nobis prohiberi non debet, cum ei, juxta præfinitam sententiam, etiam ecclesiam licuerit intrare: verumtamen quia ipsa licita admixtio conjugis sine voluntate carnis fieri non potest, ideo aliquando a sacri loci ingressu abstinendum est, quia voluntas ipsa esse sine culpa nullatenus potest.

CXI. *De conjugio scriptum est in lege:*

Virginem seducens. *Exod 22.* *Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem.*

CXII. *Augustinus dicit:*

Uxorem capiens. Qui uxorem optat accipere, sicut illam virginem invenire desiderat, ita & ipse usque ad nuptias virginitatem custodiat.

CXIII. *Synodus Romana dicit:*

Puberes. Filii cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri, sic & filiæ eadem ætate debent eamdem legem servare.

CXIV. *Paulus apostolus dicit:*

Fornicatio. 1. Cor. 7. *Propter fornicationem unusquisque suam propriam uxorem habeat, & unaquæque virum suum.* Legitimum quoque conjugium nullus separare præsumat: *Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.*

CXV. *Paulus dicit:*

Mulier. 1. Cor. 17. *Mulier sui corporis potestatem non habet sed vir: similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.*

CXVI. *Synodus dixit:*

Tempus bigamiæ. Muliere mortua, licet viro post mensem accipere alteram: post annum vero licet mulieri accipere alterum virum.

CXVII. *Paulus apostolus dicit:*

Mulier alligata. 1. Cor. 7. *Mulier alligata est legi, quanto tempore vivit vir ejus. Quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat; tantum in domino. Beatior autem erit, si sic permanserit.*

CXVIII. *Item Canon Africanensis.*

Conjugum separatio. Legitimum igitur conjugium non licet separari sine consensu amborum: potest tamen alter alteri cum consilio episcopi licentiam dare ad serviturem Dei accedere. Quidam etiam dicunt: Si vir sive mulier ex consensu religionem ceperit, licet alterum accipere novum conjugium; sed puellam vel puerum, si continens esse non poterit. Quod non laudo. Sed si quis vult conjugatus converti ad monasterium, non est recipiendus, nisi prius a conjuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Nam si, illo vivente, per incontinentiam alteri nupserit, procul dubio adultera erit: & qui eam dimisit, particeps erit peccati illius.

CXIX. *Item de legitimo conjugio.*

Legitimum enim conjugium nullus separare præsumat, nisi ex amborum consensu, & propter amorem Christi qui ait: *Qui reliquerit uxorem*, & reliqua, *centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Et nemo aliter uxorem dimittat nisi propter fornicationem, quia *Pharisæi tentantes dominum Iesum Christum, interrogaverunt eum, si licet hominem dimittere uxorem suam pro quacumque causa. Respondit Iesus, & ait eis: Non legistis quia qui fecit ab initio, masculum & feminam fecit eos? & dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii, & dimittere? Ait illis: Quamquam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras, ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur.* Vnde & apostolus dicit: *Præcipio, non ego, sed dominus, uxorem a viro non discedere*: & iterum: *Alligatus es uxori? noli quærere solutionem: solutus es ab uxore? ne quæsieris uxorem.* Alibi namque de adulterio vel fornicatione scriptum est: *Qui adulteram tenet, stultus & impius est*: de filiis quoque adulterarum eijciendis cum matribus suis, & Ezechiel dicens: *Eiicite matrem fornicariam & filios fornicationis*, & reliqua. Et Augustinus dicit: Si mulier fornicata fuerit, relinquenda est, sed illa vivente altera non est ducenda. Vbicumque igitur est fornicatio, & fornicationis vera suspicio, libere uxor dimittitur: aliter ergo, etiamsi sterilis est, si deformis,

Matth. 19. Ibidem. 1. Cor. 7. Ibidem. Prov. 18.

si fœtida, si temulenta, si iracunda, si malis moribus, si luxuriosa, si fatua, si gulosa, si vaga, si nugatrix, si maledica, tenenda erit velis nolis, & qualiscumque accepta est, habenda erit: Apostolus enim dicit: *Cum enim eras liber, sponte servituti te subjecisti.*

I. Cor. 9.

CXX. *Canon Africanensis.*

Vxor dimissa.

Secundum euangelicam disciplinam, nec uxor a viro dimissa alium accipiat virum, vivente viro suo, nec vir aliam accipiat uxorem, vivente uxore priore; sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur.

CXXI. *Augustinus dicit:*

Si mulier fornicata fuerit, relinquenda est, sed illa vivente, altera non est ducenda.

CXXII. *Canon dicit:*

Desertus post septem annos, nubat.

Si mulier discesserit a viro suo, despiciens eum, nolens revertere & reconciliari viro post quinque vel septem annos, cum consensu episcopi, ipse aliam accipiat uxorem, si continens esse non poterit, & pœniteat tres annos, vel etiam quamdiu vixerit, quia juxta sententiam domini mœchus comprobatur.

CXXIII *Item.*

Idem.

Si cujus uxor in captivitatem ducta fuerit, & ea redimi non poterit, post annum septimum alteram accipiat: & si postea propria, id est prior mulier, de captivitate reversa fuerit, accipiat eam, posterioremque dimittat. Similiter autem & illa, sicut superius diximus, si viro talia contigerint, faciat.

CXXIV. *De matrimonio servulorum.*

Servus & ancilla nubentes.

Si servum & ancillam dominus amborum in matrimonio conjunxerit, postea liberato servo vel ancilla, si non potest redimi qui in servitio est, libero licet (sicut quibusdam placet) ingenuo conjungere; sed tamen, juxta sententiam domini, mœchus probatur. Qui vero taliter egerit, id est, ut propter primam uxorem servitium humanum dimittat, & postea liberam ducat uxorem, III. annos pœniteat, unum in pane & aqua; sed & quamdiucumque vixerit, semper aliquid pœniteat. Similiter quoque & mulier pœniteat, si taliter fecerit. Si quis liber ancillam aut suam aut alterius in matrimonio acceperit, non habet licentiam dimittere eam, si ante cum consensu amborum conjuncti sint: si vero dimiserit eam, & aliam ducit uxorem, sive ancillam, sive liberam, ut supra scriptum est, pœniteat.

CXXV. *De concubinis.*

Mos adhibendi concubinas.

Augustinus dicit: Quale est quod multi virorum ante nuptias concubinas sibi adhibere non erubescunt, quas post annos dimittant: & sic postea legitimas uxores accipiant? Vnde coram domino & coram angelis ejus testor atque denuntio, Deum ista conjugia semper prohibuisse, & nunquam placuisse, & præcipue temporibus Christianis, concubinas habere nunquam licuit, nunquam licet, nunquam licebit.

CXXVI. *Item in lege:*

Illicita conjugia. Levit. 18.

Nemo incestis conjunctionibus se inquinet, quia in Levitico scriptum est: *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus.* Et iterum: *Anima quæ fecerit quidpiam ex istis, peribit de medio populi sui.* Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

CXXVII. *Synodus dicit:*

Quicumque illicito matrimonio fuerint commixti, post pœnitentiam non debent fieri in una domu, ne se invicem causa amoris copulent.

CXXVIII. *Item synodus de toro fratris defuncti.*

Vxor fratris. Genes. 2.

Audi decreta synodi: Superstes frater torum defuncti fratris non ascendat, domino dicente: *Et unt duo in carne una.* Ergo uxor fratris tui soror tua est.

CXXIX. *Gregorius dicit:*

Non ducendæ.

Si quis monacham, vel commatrem spiritalem, vel fratris uxorem, vel neptem, vel novercam, vel consobrinam, vel de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit.

CXXX. *Item de consanguineis, Gregorius interrogationibus Augustini ita respondit:*

Tertia vel quarta generatio.

Quædam terrena lex in Romana republica permittit, ut sive frater & soror, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius & filia misceantur: sed experimento didicimus ex tali conjugio sobolem non posse succrescere: & sacra lex Mosaica prohibet cognationis turpitudinem revelare: unde necesse est, ut jam tertia vel quarta generatio fidelium licenter jungi debeat; nam secunda quam prædiximus a se omnimodo abstinere debet.

CXXXI. *Item de rationabili causa.*

Regist. lib. 12. epist. 31. Responsio Gregorii ad sextam interrogationem Augustini modificatur.

Vere post multum temporis a Felice Messanæ Siciliæ præsule requisitus Gregorius, utrum Augustino scripsisset, ut Anglorum quarta generatione contracta matrimonia minime solverentur; humillimus pater inter cetera talem reddidit rationem. Quod scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, nostro alumno, videlicet de consanguinitatis conjunctione, ipsi & Anglorum genti quæ nuper ad fidem venerat, ne a bono quod cœperat, metuendo austeriora, recederet, specialiter & non generaliter ceteris me scripsisse cognoscas. Vnde & mihi omnis Romana civitas testis existit, nec ea intentione hæc illis scriptis mandavi, ut postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inventi fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est usque ad septimam generationem conjungantur. Sed adhuc illos neophytos existentes, cœpisse eos prius illicita docere, & verbis & exemplis instruere, & quæ post de talibus egerint, rationabiliter & fideliter excludere oportet: nam juxta Apostolum, qui ait: *Lac vobis potum dedi, non escam*; ista illis, modo, non posteris, ut præfixum est, temporibus tenenda indulsimus, ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat, * exureretur, sed aliquantulum firmaretur, & usque ad perfectionem custodiretur.

I. Cor. 3.

* lege eradicaretur.

CXXXII. *Canon Romanus.*

Indebite nubentes.

Laicus maculans se cum ancilla Dei, vel cum spiritali commatre, vel cum propinqua, aut forte cum illa quam antea cognatus habuit, primitus anathematizetur, postea annos VII. pœniteat, III. in pane & aqua. Similiter & illa pœniteat: quia Christiana religio fornicationem in utroque sexu pari ratione condemnat.

CXXXIII. *Item.*

Presbytera

Gregorius apostolicus papa ante corpus beatissimi Petri in synodo residens, dixit: Si quis presbyteram duxerit in conjugium, anathema sit.

CXXXIV. *Item.*

Monacha.

Si quis monacham, quam Dei ancillam appellant, duxerit in conjugium, anathema sit.

CXXXV. *Item.*

Cognata.

Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit, ac respondentes omnes dixerunt, Amen.

CXXXVI. *Item,*

CXXXVI. *Item.*

Si quis cum duabus cognatis fornicationem fecerit, primitus anathematizetur, deinde VII. vel X. annos pœniteat.

[Fornicans cum duabus cognatis.]

CXXXVII. *Item Gregorius Felici episcopo.*

[Regist. lib. 12. indict. 7. epist. 31. Progenies usque ad septimam generationem servanda.]

Progeniem suam unumquemque usque ad septimam servare decernimus generationem: & quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos, in conjugium ducere nulli profecto Christianorum licet vel licebit. & nolumus nos in hac re a vobis sive a ceteris fidelibus reprehendi, quia in his Anglorum genti indulsimus; non formam dando, sed consideratione, ne Christianitatis bonum quod ceperant imperfectum dimitterent, egimus.

CXXXVIII. *De *scematibus.*

[*lege *stemmatibus.* Stemmata quid.]

Scemata dicuntur ramusculi in genere, cum gradus cognationum partiuntur: ut puta ille filius, ille pater, ille avus, ille agnatus, & ceteri quorum figuræ in subsequentibus apparent. Et hæc consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum subtraxerit, & propinquitas esse desierit, eam rursus lex matrimonii vinculo repetit, & quodammodo revocat fugientem. Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur, ita & propinquitas generis tot gradibus terminaretur. Inter hos itaque propinquitatis gradus, ad conjugalem copulam nemini accedere convenit; nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate conjugem habuit, in conjugem ducere nulli profecto Christianorum licet vel licebit: quia incestuosus talis coitus abominabilis est Deo. Incestuosos & nullo conjugis nomine deputandos a sanctis patribus dudum statutum esse legimus.

[Consanguinitas manet in sextum gradum.]

CXXXIX. *Vigilius papa.*

[Cur ecclesia denuo consecranda.]

Si motum fuerit altare, denuo consecretur ecclesia. Si parietes tantum mutantur, & non altare, sale & aqua exorcizetur. Si homicidio vel adulterio fuerit violata, diligentissime expurgetur, & denuo consecretur.

CXL. *Vigilius papa. Ex Concilio Carthaginensi, Gregorius.*

Quis, cum ad judicium venerit, si noluerit clericus, & necesse fuerit, induciæ ei petenti a patribus constitutæ absque impedimento concedantur, & judices selecti tribuantur,...... si ibi vim aliquam temerariæ multitudinis metuerit, locum is congruum eligat, quo absque timore suos, si necesse fuerit, testes habere, & absque impedimento suam canonice sententiam finire valeat, quia multa pro surreptione evenire solent, sententiam fratris,.... misericordiam vetat non solum tenere, sed & audire refugite, quia potior est omnibus holocaustis, misericordia. Non ita agendum in ecclesiasticis negotiis, sicut in sæcularibus: nam in sæcularibus, priusquam qui legibus est coactus venerit & decantaverit, & responsum dederit, ante peractam causam non potest recedere. In ecclesiasticis vero dicta causa licet recedere, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit.

CXLI. *In Nicana synodo.*

[Judices.]

Statutum est quod judices alii non synodo deberent esse, nisi quos ipse qui impetitur elegerit, aut quos consensu suo ejus primates auctoritate hujus sacræ sedis constituerint; quia indignum est ut ab externis judicetur, qui provinciales & a se electos debet habere judices.

Irrita erit donatio episcopi, vel venditio, vel commutatio rei ecclesiasticæ, absque collaudatione & subscriptione clericorum.

[Donatio episcopi.]

CXLII. *Romanum Concilium.*

[Laicus non fit testis contra clericum.]

Tempore Constantini Augusti, congregavit Silvester papa synodum Romæ cum LXXIII. episcopis, quorum consensu & superscriptione constitutum est: Ut nullus laicus clerico cuiquam audeat inferre testimonium: ergo laici adversus clericum non recipiantur. Accusatores, consanguinei, nec familiares, nec domo prodeuntes, adversus extraneos testimonium non dicant, nec accusatores, nec testes suspecti recipiantur, quia propinquitatis, ac dominationis, ac familiaritatis affectus, plerumque veritatem impedire solet: sed, si noluerint, & invicem consenserint inter se parentes, testificentur, non in alios: amor enim carnalis atque timor, & amaritudo plerumque sensus hebetant humanos, & pervertunt opiniones.

[Testes alii quales.]

CXLIII.

[Monachus nō judicet. Pœna.]

Nullus monachorum præsumat judicare, nec accusationem sæcularem in clericum audeat accipere. Quod si quis probatur admittere, velut *exauctor furoris, aut usurarum possessor, secundum statuta patrum se sentiat degradandum. In gravibus peccatis quis positus, dum suis premitur, aliena non diluit.

[*lege *exactor fenoris.*]

CXLIV. *De conjugio antiquo.*

[Relictam patris ducere semper prohibitū.]

Satis igitur manifestum est non posse filios Adam in primordio sæculi uxores accepisse, nisi proprias sorores aut propinquas consanguineas; sed semper erat illicitum ab initio uxorem aut concubinam patris violare. Unde Iacob patriarcha dixit filio suo Ruben: *Effusus es sicut aqua: non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum ejus.* Unde & Paulus apostolus doctor gentium de tali sacrilegio scripsit dicens: *Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris aliquis habeat, & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tolleretur de medio vestrum qui hoc opus fecit.* Ecce apostolus "indicavit de medio Christianorum auferri, qui novercam violare præsumpsit, dicens: *Nec inter gentes*, id est paganos, *tale scelus fieri.* Verum itaque est, & satis late patet, Deum omnipotentem in lege Moysi prohibuisse uxorem patris, & fratris, & proximi accipere, aut cum ea concumbere; sed & hoc quod in Deuteronomio scriptum est, ut *frater scilicet accipiat uxorem defuncti fratris, & suscitet semen fratri suo*, non carnaliter intelligendum est, sed spiritaliter tenendum. Et valde cæcus doctor est, qui nescit discretionem inter vetus testamentum & novum, sed adhuc errat cæcatus umbra antiquæ caliginis, nesciens veritatem gratiæ Christi, & nescit legem & prophetas usque ad Ioannem Baptistam prophetasse: nam ipse dominus ait: *Lex & prophetæ usque ad Ioannem; a diebus Ioannis Baptistæ usque nunc regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud;* & quicumque cæcatus corde adhuc solam literam sequitur cum Iudæis, sine spiritu vivificante & gratia Christi perdurat, manducans crustas panis, & non micas internas.

[Genes. 24. 1. Cor. 5. " judicavit. Deut. 25. Relictā fratris ducere. Marc. 11.]

Magna distantia est inter literam occidentem & spiritum vivificantem; & valde ignarus, & ignavus, & insipiens doctor est, qui post tot annos & post tot tractatores qui libros de lege Moysi

[Iudæis mādatum carnale.]

Moysi tractaverunt, a Deo inspirati adhuc judaizare vult, contemnendo Christum & omnes sanctos doctores. In Deuteronomio enim legimus: *Vt quando habitaverint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus, & suscitabit semen fratris sui: & primogenitum ex ea filium nomine ejus appellabit, ut non deleatur nomen ejus ex Israel. Sin autem noluerit accipere uxorem fratris sui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam civitatis, & interpellabit majores natu, & dicet: Non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israel, nec me in conjugium sumere; & statim accersiri eum facient, & interrogabunt eum. Si responderit: Nolo eam uxorem accipere; accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pede ejus, spuetque in faciem ejus, & dicet: Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui, & vocabitur nomen ejus in Israel domus discalceati.* (Deut. 25.)

De hoc enim quod in Deuteronomio scriptum est, & in euangelio: *Quod frater accepit uxorem defuncti fratris, ut suscitaret semen fratri suo*; non est Christianis tenendum carnaliter, sed spiritaliter. Christus ait in euangelio: *Omnes autem vos fratres estis, & unus est Pater vester qui in cælis est.* Et cum habitaverint fratres spirituales simul, & ille frater qui præest ecclesiæ Dei transierit de sęculo ad Christum, accipiat tum frater ejus ecclesiam Dei regendam, & suscitet spiritales filios Deo, ne deficiente uno doctore, mortali conditione, sterilis fiat sponsa Christi, quæ est mater omnium nostrum. Et si quispiam doctor non vult regere ecclesiam, post obitum alterius doctoris, non curans de salute aliorum, sed de sua propria, erit tunc discalceatus, & contra hoc quod Paulus dixit: *Et calceati pedes in præparatione euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* Si non vult verbum Dei seminare, etsi potest, sed talentum Christi in sudario, hoc est torpore ignaviæ suæ, abscondere, erit consputus ab ecclesia in facie confusione dignus, *projectus in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium.* Sed accipiat semper doctor post doctorem ecclesiam Dei regendam usque in finem sæculi, ut suscitentur spiritales filii Christo de sponsa sua virgine, sicut ipse instituit; quia *qui non vult laborare pro Deo, non est dignus mercede.* (Christianis spirituale. Matth. 23. Ephes. 6. Rom. 10. Matth. 8.)

CCXLV. *Canon Laodicensis.*

Vt nullus Christianus judaizare præsumat, sed nec conviviis eorum participare. (Iudaizare.)

EX EIUSDEM EGBERTI POENITENTIALIS LIBRO SECUNDO IN PUBLICA BIBLIOTHECA OXONIENSI, sub titulo

Abhinc diversa ex diversis excessibus judicia.

I.

Si quis tardius vel tepidius orationis debitum persolvit, fletibus, doloribus, orationibusque redimatur. (In oratione)

II.

Siquis in oratione prostratus dormitaverit, hanc culpam triplicatis orationibus, cum triplicata decantatione psalmi quinquagesimi, prostratus terræ expurget. (Dormitans.)

III.

Si quis tempore orationis ludere, fabulisque vacare præsumpserit, quod nequissimum est vigiliis, fletibus, orationibus expietur. Si in consuetudinem habuerit, majore pœnitentia expietur. (Fabulans.)

IV.

Si quis decantans psalmum vel modicum titubaverit, prostratus orationi pavimento indulgentiam a domino exposcat. (Titubans.)

V.

Si quis clericus aut monachus corporis sanitate consistens vigiliis & quotidianis officiis defuerit, perdat communionem. (Deficiēs in sacris officiis.)

VI.

Si quis clericus absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendio privatus excommunicetur. (Idem.)

VII.

Si quis clericus dato signo non statim ad ecclesiam properaverit, correptionibus subjacebit. (Idem.)

VIII.

Si quis tempore orationis & psalmorum vagationis tædiique causa hac illacque discurrerit, vel in ipso officio vagis obtutibus aberraverit, juxta arbitrium prioris pœniteat. (Idem.)

IX.

Clericum, quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur, triginta dierum spatio a communione statuimus submovendum, aut corporali dandum supplicio. (Ebrius.)

X.

Si quis clericus aut monachus ebriosus fuerit, tribus mensibus in pane & aqua pœniteat. (Ebriosus.)

XI.

Si quis clericus lascivus, petulans, subsannator, turpiloquus, ridiculosus, inconstans, iracundus, tumidus, obstinatus, juxta prioris arbitrium triduo pœniteat. (Lascivus, &c.)

XII.

Si quis clericus per creaturas juraverit, acerrime objurgetur, si perstiterit in vitio, excommunicetur. (Iurans.)

XIII.

Clericus absque prioris sui jussu si per plateas civitatis inutiles decursus peragat, pœnitentiam agat. (Decurrens.)

XIV.

Clericus per plateas & † andronas, nisi certa & maximi officii sui necessitate, non ambulet. (Idem. † id est, populi confluentias.)

XV.

Si quis clericus solus cum sola absque testibus duobus aut tribus loqui præsumpserit, quod antiqua canonum statuta prohibent, acerrime corripiatur, & secundum modum peccati publicam agat pœnitentiam. Hoc sancti patres Augustinus, Hieronymus, Basilius, Gregorius, & ceteri quam multi edictis suis prohibuerunt. (Solus cum sola.)

XVI.

Si quis cogitaverit aliquid quod secundum mandatum domini est, & non fecerit, ut mendax & contemptor a domino condemnabitur, nisi pœnitentiam in hac egerit vi a. (Bonas cogitationes negligens.)

XVII.

Si quis definierit aliqua agere quę domino non placent, juxta modum peccati pœnitentiam agat, & hoc quod temere & injuste definivit irritum revocetur. (Mala cogitans.)

XVIII.

Si quis hospitibus & peregrinis cum gaudio & alacritate juxta possibilitatem suam necessaria non prębuerit obsequia, si laicus est, ad arbitrium sacer- (In hospitalis.)

cerdotis pœnitentiam agat, & de cetero emendetur, ne a domino audiat: *Hospes fui, & non recepistis me.* Si autem in aliquo gradu in ecclesiastico præfixus fuerit, secundum consecrationis suæ sublimitatem, ampliorem cum lacrymis & orationibus agat pœnitentiam, & postmodum emendetur.

XIX.

Si quis cogitationes malas & inutiles corde volutat, mox suo manifestet sacerdoti, & secundum ejus consilium, jejuniis, eleemosynis, fletibus & orationibus divinum exposcat adjutorium, quoadusque recedat hujusmodi passio.

XX.

Si quis in clero constitutus alicui damnum parvissimæ rei intulerit, reddat aliena, & triduo pœniteat: laicus biduo.

XXI.

Si quis verbo in aliquem hominem peccaverit, si statim reminiscens, ad veniam poscendam fuerit inclinatus, percipiat ab eo indulgentiam cui cognoscitur fecisse injuriam. Qui autem aut non petit, aut non ex animo postulat, juxta excessum injuriæ congruæ subjaceat pœnitentiæ.

XXII.

Si quis non acquiescit, ut satisfaciat qui intulit injuriam, admoneatur ut satisfactionem ei exhibeat. *Si autem non audierit, sit nobis sicut Gentilis & publicanus.*

XXIII.

Si quis contristatus noluerit reconciliari, satisfaciente eo qui contristavit, acerrimis maceretur inediis, usquedum gratanti animo recipiat satisfactionem.

XXIV.

Qui sibimet invicem convicia objiciunt, si invicem sibi celeriter laxanda cognoscunt, hi jam ab alio judicandi non sunt, quia pariter sibi veniam dare festinaverint; si tamen excedere frequentius in semetipsis non præsumunt.

XXV.

Si quis clericus superbire præsumpserit, sæpius proprio † excommunicetur cibo. Lascivus item simili subjacebit sententiæ.

XXVI.

Si quis in aliquo ecclesiastico gradu sacratus, percussor extiterit, (quod esse non debet) corripiatur ecclesiasticis satisfactionibus acerrime: si non emendaverit, tribus mensibus studiosissime subjectus fletibus pœniteat tantummodo in pane & aqua.

XXVII.

Si quis presbyter, diaconus aut monachus, otiositatem, stultiloquium, scurrilitatem, garrulitatem, somnum, pigritiam, torporem, & his similia dilexerit, triduo pœniteat.

XXVIII.

Si quis monachus sanctionem regulæ violaverit, & contra usum veterum, vesci carnibus præsumpserit, per sex mensium spatium retrusioni & pœnitentiæ subjacebit.

XXIX.

Qui detrahit, aut libenter audit detrahentem, triduo pœniteat: si autem prælato, septem diebus pœniteat.

XXX.

Qui detrahit, de fratre, aut audit detrahentem, & patitur, excommunicari debet. Quod

[Margin: ...atth. 25. — ...ala cogi...ns. — ...nificus. — ...lúniator. — ...olens satisfacere. ...atth. 18. — ...olens satisfieri. — ...vicê conviciantes. — ...perbus & lascivus. Vide infra ...p. 32. — ...rcussor. — ...tiosus, ...c. — ...dem. — ...etractor. — ...dem.]

A si de eo qui præest, amplius excommunicetur.

XXXI.

Si quis non vult reconciliari fratri suo quem odio habet, tamdiu in pane & aqua pœniteat, usquedum reconcilietur ei.

[Margin: Nolens reconciliari.]

XXXII.

Si quis excitatur & contristatur, & irascitur adversus eum qui ad orationem illum excitavit, * excommunicari debet, & non manducare quoadusque compunctus agnoscat stultitiam suam, & ita conversus recipiat indulgentiam.

[Margin: Iratus bene monenti. * proprio excommunicetur cibo. ut supra cap. 25.]

XXXIII.

B Si quis Christianus mendax reperitur, quod esse non debet, quia Christus dominus noster, a quo nomen accepit, veritas est, secundum qualitatem quantitatemque mendacii pœnitentiam agat. Scriptum est enim: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Et, *omne mendacium a diabolo est.*

[Margin: Mendax. — Psal. 5.]

XXXIV.

Si qui Christianus fabulis otiosis, stultiloquiis, verbis jocularibus, risumque moventibus studuerit, quod secundum domini definitionem, & sancti Pauli apostoli ejus, peccatum esse dignoscitur; sacerdoti suo manifestet, & secundum arbitrium ejus modumque delicti pœniteat. C Nemo Christianus parum pendat aut negligat sua etiam minima peccata, quæ fieri solent in vanis & ventosis cogitationibus, in locutionibus superfluis & otiosis, in operibus absque necessitate peractis, sicut est appetitus ciborum, immoderatus risus, superfluus somnus, & innumerabilia talia: sed potius pro his ante tribunal districti judicis assistere rationem redditurus pertimescat. Scriptum est enim: *De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem Deo in die judicii.* Et item scriptura: *Nihil impunitum derelinquet Deus.* Et ideo pro his aliisque peccatis pœnitentiam agat.

[Margin: Fabulatores, risores, joculatores, mimique, peccati rei. — Matth 12.]

XXXV.

D Si quis est contentiosus vel contradictor sanctis imperiis, aut mendax aut inobediens, aut in locutione clamosus, aut iracundus, aut subsannator, aut plus joco quam honestum est deditus, aut dure respondens, & omnino quidquid contra scripturarum sacrarum auctoritatem est; secundum mensuram opusque peccati, ad sacerdotis arbitrium pœniteat.

[Margin: Contentiosus, inobediens, &c.]

"** EIUSDEM EGBERTI DIALOGUS PER INTERROGATIONES ET RESPONSIONES de institutione ecclesiastica"

[Margin: " Editus Dublinii 1664. opera Ioannis Varæi equitis.]

E PRIMA fronte præsentis paginæ, tuam venerabilem petimus sanctitatem, ut ea quæ sacrorum apicum attestatione, ad pontificalem providentiam à nobis directa sunt, grato animo cum charitate suscipias, (charitas enim ædificat) & si qua in eis acceptione videntur digna, fraternitatis tuæ Chirographo firmentur; si qua vero minus apte prolata noscuntur, tu quasi subtilissimus interpres utiliora interserere non dedigneris: & post informationem eorum quæ ad te missa sunt verborum, beatitudinis tuæ consilia nobis litterarum characteribus insinuare cupimus; quatenus vicissim membranis discurrentibus, unum atque idipsum sentiamus vinculis charitatis innexi. Ut autem fraternitas tua certius

tius de supradictis judicare possit; proponimus utraque simul, consulta videlicet & responsa.

I. Interrogatio.

Si necessitas coegerit, in quantum valet juramentum episcopi, presbyteri, vel diaconi, vel monachi?

Responsio.

Ordines supradicti secundum gradus promotionis habeant potestatem protestandi: Presbyter secundum numerum 120. tributariorum; diaconus vero juxta numerum 60 manentium; monachus vero secundum numerum 30. tributariorum. Sed hoc in criminali causa. Cæterum si de terminis agrorum oritur altercatio, presbytero liceat juramenti sui attestatione terram videlicet unius tributarii, in jus transferre ecclesiæ. Duobus quoque diaconis idipsum conceditur. Testificatio vero trium monachorum in idipsum sufficiat.

II. Interrogatio.

Presbyter, diaconus, si possunt testes fieri verborum novissimorum, quæ a morientibus fiunt de rebus suis?

Responsio.

Adsumat etiam secum unum vel duos: ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, ne forte sub prætextu avaritiæ propinqui defunctorum his contradicant quæ ab ecclesiasticis dicuntur, solo presbytero vel diacono perhibente testimonium.

III. Interrogatio.

Presbyter, diaconus, sive monachus, si in nefandis accusantur facinoribus, nullo existente evidenti argumento: qua ratione si inculpabiles sunt, possunt expiari?

Responsio.

Dum constat fidele testimonium esse in ore duorum vel trium testium; nos ne forte videamur angusto judicio eum qui sine peccato est opprimere, & facta testium difficultate obruatur innocentia: liceat accusato sub regula constituto cuilibet ex his tribus gradibus, presbyteri scilicet, diaconi vel monachi, testes producere ad purificandum se. Sat enim satis est, exinde duos vel tres quos poterit secum educere ad defensionem sui. Cui vero desunt excusatores, vel propter terrorem accusantium, ipse solus sibi sufficiat in defensione innocentiæ suæ, quem nec visus testium, nec filii procreati produnt culpabilem. Inhonestum est enim ut aut per negligentiam sacerdotum iniquitas cumuletur, aut per inopiam * jurium opprimatur puritas. Proideirco sancimus, eum cui crimen impingitur, ut ponat super caput suum crucem domini, & testetur per viventem in sæcula, cujus patibulum est crux, sese immunem esse à peccato hujusmodi: & sic omnia dimittenda sunt judicio Dei.

* F. virium

IV. Interrogatio.

Presbyter vel diaconus, si examinati corrupti inveniuntur, qua vigilantia pastorum præcavendum est, ne ab officio quidem remoti in alia diœcesi prætentent ministrare, ac per hoc nonnulli scandalizentur?

Responsio.

Presbyter vel diaconus, si clarescentibus culpis a proprio episcopo ejectus in ecclesia alia ministrare pertentaverit: mox ut cognitum fuerit, ab episcopo cujus est diœcesis expellatur; & sic per omnes sedes ecclesiarum nunquam stabilis, semper vagus & profugus versetur, donec longa afflictione humiliatus redeat ad sustinenda jura ecclesiastica.

V. Interrogatio.

Quid habemus de sacris ministeriis quæ ante damnationem, presbyter corruptus peregit, vel quæ postea damnatus inconsulte usurpavit.

Responsio.

Ministeria vero quæ usurpato nomine sacerdotis, non dicatus ignorante populo peregit, minime credimus abjicienda: nam male bona ministrando ipse sibi reus, aliis non nocuit. Scienti autem causas minime detersas, & qui tamen particeps factus est damnati, quomodo tribuitur ei perfectio quæ in dante non erat, quam ipse accipere potest damnationem, utique qui per quod habuit per prava officia dedit, ut ejus particeps similem sortiatur excommunicationis sententiam. Sed hoc de baptismo accipi fas non est, quod iterari non debeat: reliqua vero ministeria per indignum data, minus firma videntur.

VI. Interrogatio.

Presbyter, diaconus, sine nutu prioris sui transiliens in alia, si liceat diœcesi ministrare?

Responsio.

Desertorem vero propriæ ecclesiæ interdictum habemus in alia ministrare; ministrantem vero taliter a suo submoveri officio, donec reconcilietur ecclesiæ suæ.

VII. Interrogatio.

Si quis cujuscunque dignitatis transfugam clericum vel monachum ausu improbo sub se habere præsumpserit; quid de his, carissimi, decernitis?

Responsio.

Quisquis vero fratrum contra interdicta venerabilium canonum transfugam clericum vel monachum sine litteris pacificis susceperit, & conventus in hac obstinatione perduraverit, reddat quod statutum est, xxx. quidem siclos, xv. vero episcopo loci, xv. abbati, cujus monachum sine nutu prioris sui susceperat; & fugitivum dimittat, aut amplius excommunicatus periclitetur. Quicunque vero ex laicis qui monasteriis præesse noscuntur, taliter aliquem ad se minime pertinentem susceperit; reddat debitum statutum, regi quidem x. siclos, x. vero abbati cujus domesticum sine consensu ecclesiæ susceperat: & desertorem relinquat, aut tantam adhuc reddat pecuniam, quantam & ante dedisse cognoscitur. Iam postea excommunicetur usque ad satisfactionem: quatenus obstinati quique qui Deum minime timentes censuram excommunicationis omnino spernunt, saltem amissione rerum suarum ex parte damnati minime præsumant statutis contraria. Hæc autem definitio maneat erga monasteria virginum, quæ sub regula esse probantur.

VIII. Interrogatio.

*Si quis monachorum sacrilega se contagione miscuerit, vindicta quidem sceleris * si pertinet ad laicos qui sunt eorum propinqui, nunc persequamini?*

* id est, utrum pertineat

Responsio.

De his qui intra ecclesiam in gravibus vel in levibus commissis delinquunt, nihil vindictæ pertinet ad eos qui foris sunt: maxime cum apostolus dicat, omnes causas ecclesiæ debere apud sacerdotes dijudicari. Si qui vero ecclesiastici crimen aliquod inter laicos perpetraverint, homicidium, vel fornicationem, vel furtum agentes. Hos placuit à secularibus in quos peccaverunt

peccaverunt omnimodo occupari; nisi animo fuerit ecclesiæ pro talibus satisfacere. Laici vero qui sacrilega se contagione miscuerint velatis, non eodem modo lex quo publica fornicarios puniri percensuit, sed duplicata xxx siclorum pecunia: hoc est, LX. argenteos volumus dare ecclesiæ adulterantes: quia graves causæ graviores & acriores quærunt curas.

IX. Interrogatio.

Si permittendum est presbyteris, sive peregrinis, sive nostri generis, passim ministrare absque conscientia episcopi loci, in cujus diœcesi interim demorantur, maxime sub laicis, nusquam stabiles, nec loco, nec auctoritate pontificali primitus fundati?

Responsio.

Presbyteros peregrinos, vel absolute ordinatos, sine literis commendatitiis circumeuntes provincias nusquam eos ministrare patimur, vel sacramenta tradere absque conscientia episcopi loci. Quæ vero necessaria sunt placuit eos administrare: ad ministeria tamen sacrorum tales nolumus admitti, sine grandi discretione.

X. Interrogatio.

Si quis frater vel soror aliqua ad se pertinentia, ut æstimat, non ita repetit, ut judicantibus ecclesiarum præsulibus ei pacifice restituantur, sed contempto proprio episcopo irrationabiliter rerum properat obtinere ea quæ sibi juste vel injuste vindicat: quid ad hæc dicitis?

Responsio.

Quicumque frater vel soror rem aliquam ad se (ut æstimat) pertinentem non ita repetit, ut judicantibus ecclesiarum sacerdotibus, sed per exteras potestates, vim faciens obtineat, etiam hoc quod violentus evicit omnino perdat, aut ab ecclesia expellatur. Nec tamen ecclesiæ suæ præjudicium imponimus: sed post obitum anathematisati integris omnibus in statu suo manentibus partibusque in medio collocatis, quid antiquitas aut veritas habeat diligenter requiratur; & sic dimittendum est judicio episcoporum.

XI. Interrogatio.

Quid ad hæc dicitis? quoniam quidem nonnulli propria habentes monasteria, ita ea inconsulte disponunt, ut post obitum illorum, duo simul utriusque sexus unum possideant monasterium aut æquali sorte dividant, si interesse non convenerint?

Responsio.

Venerabilis congregatio unum ex duobus eligat quem sibi præesse desiderat: & hic cum consilio episcopi loci constituatur abbas. Eo vero defuncto qui prælatus est, iste secundus qui connumeratus est initio hæres accipiat regimen totius monasterii, quod ante non ex toto sed ex parte sibi concessum gaudebat. Si tamen dignus inveniatur, suo episcopo judicante. Quod si aliter factum fuerit, hujusmodi votum inefficax atque irritum judicetur: sitque faciens, vel consentiens, accipiensque anathema.

XII. Interrogatio.

Quod si quis ex laicis clericum vel monachum occiderit, utrum pretium sanguinis secundum legem natalium parentum propinquis ejus reddendum sit, an ampliori pecunia senioribus suis satisfaciendum sit, vestra unanimitas sanciat?

Responsio.

Quicumque vero ex laicis occiderit episcopum, presbyterum vel diaconum, aut monachum, agat pœnitentiam secundum gradus pœnitentiæ constitutos; & reddat pretium ecclesiæ suæ episcopo secundum universalis concilii, pro presbytero octingentos siclos, pro diacono sexingentos, pro monacho vero quadringentos argenteos: nisi aut dignitas natalium, vel nobilitas generis majus reposcat pretium. Non enim justum est, ut servitium sanctæ professionis in meliore gradu perdat, quod exterior vita sub laico habitu habuisse jure parentum dignoscitur. Cui vero non est substantia ut redimat se a perpetrato homicidio, regi dimittendus est ad puniendum: ne interfectores servorum Dei se putent impune posse peccare. Hæc vero vindicta quam de homicidiis presbyterorum percensuimus; maneat erga abbates qui sunt sine ordine: nisi aliquem ex his synodale collegium altiori consilio aut superiorem aut inferiorem judicaverit.

XIII. Interrogatio.

Quod si ex convenientia amborum legitimum dissolvitur conjugium, propter infirmitatem viri vel uxoris, si liceat sano incontinenti secundum inire connubium infirmo consensum præbente, & promittente sese continentiam in perpetuo servaturum: vestra sanctitas quid de hoc judicat?

Responsio.

Nemo contra euangelium, nemo contra apostolum sine vindicta facit: idcirco consensum minime præbemus adulteris. Onera tamen quæ sine periculo portari non possunt, nemini imponimus: ea vero quæ Dei sunt mandata confidenter indicimus. Quem autem infirmitas implendi præpedit, uno profecto multum reservamus judicio Dei. Igitur ne forte videamur silentio fovere adulteros, aut diabolus qui decipit adulteros de adulteris exultet, ultoribus audi, *quod Deus conjunxit homo non separet*; & item, *Qui potest capere capiat.* Sæpe namque temporum permutatione, necessitas legem frangit. Quid enim fecit David quando esuriit? & tamen sine peccato est. Ergo in ambiguis non est ferenda sententia. Sed consilia necesse est periclitari pro salute aliorum; hac conditione interposita, ut ei qui se continentiæ devovit nullo modo concedatur secundas inire nuptias, vivente priore.

XIV. Interrogatio.

Quid ad hæc dicimus; si quis de laicis clericum vel monachum obnoxium esse pronuntiat pro causis aliquibus, jampridem sub laico habitu perpetratis, sed nec dum finitis: sive quia minime prævaluit, sive quod ante dissimulando tacuit usque nunc, & modo ecclesiæ molestus & importunus insistit?

Responsio.

Quisquis vero secularis servitium sanctæ professionis subire desiderat, si interrogatus respondeat, conditionis servilis sese non esse obnoxium, nec homicidium palam perpetrasse inemendatum, neque res alieni juris modo sub se habere dicat: iste profecto nemini quicquam debeat, nisi Deo, cujus est servus, propter offensam peccati: quod si fefellit ecclesiam Dei, & crimen suum dolose celaverit: placuit ecclesiam habere potestatem dimittendi eum, vel satisfacere pro eo si voluerit. Eos vero qui tales inveniuntur, ab ecclesiæ limine per vim volumus abstrahi, neque a die conventionis tempus ecclesiæ concedi reos deinceps ad occultandos; sed ut Deo agatur reverentia, absque ulla læsione veriusque relinquendi sunt: quod ecclesia domus propitiationis est, non spelunca latronum. Lege dedicationem templi Salomonis. Res

vero

vero si quas ecclesiæ obtulerat, eas sacerdos reddat, ut habeat unde se redimat.

XV. Interrogatio.

Pro quibus criminibus nullus sacerdos potest fieri; vel pro quibus jampridem ordinatus deponitur?

Responsio.

Hujusmodi tunc ordinatio episcopi, presbyteri vel diaconi, rata esse dicetur; si nullo gravi facinore probatur infectus; si secundam non habuit uxorem, nec a marito relictam; si pœnitentiam publicam non gessit, nec ulla corporis parte vitiatus apparet; si servilis aut ex origine non est conditionis obnoxius; si curiæ probatur nexibus absolutus; si adsecutus est litteras, hunc elegimus ad sacerdotium promoveri. Pro his vero criminibus nullum licet ordinari; sed promotos quosque dicimus deponendos. Idola scilicet adorantes; per aruspices & divinos atque incantatores captivos se diabolo tradentes; fidem suam falso testimonio expugnantes; homicidiis, vel fornicationibus contaminatos; furta perpetrantes; sacrum veritatis nomen perjurii temeritate violantes. Eos tamen nisi per pœnitentiam publicam non oportet admitti ad promerendam communionis gratiam; non ad recuperandum pristinæ dignitatis honorem. Alienum est enim ab ecclesia pœnitentes sacrosancta ministrare, qui dudum vasa fuerant vitiorum.

XVI. Interrogatio de jejunio quatuor temporum.

Legitima jejunia mensis primi, quarti, septimi, & decimi utrum initio ipsorum mensium, an aliter celebranda sint; & quo auctore, aut quomodo, aut pro quibus causis instituta; consona sententia exponite; uniformiter ab omnibus celebrentur, per universas dilectionis vestræ sedes, & Anglorum ecclesias?

Responsio.

Quia igitur mundus quatuor plagis continetur, Orientis, Occidentis, Meridiei & Aquilonis; & homo quatuor elementis constat, id est, igne, aere, aqua & terra; & interior sensus ex quatuor continetur virtutibus, prudentia, temperantia, fortitudine atque justitia; & quatuor flumina Paradisi ad irrigandam universam terram, in typo quatuor euangeliorum profluunt; & quatuor temporibus annus, vere, æstate, autumno & hyeme convertitur, & ex omni parte quadratus numerus perfectus dignoscitur; idcirco autem quatuor temporum jejunia veteres Patres instituerunt, secundum Dei legem, & nunc in novo Testamento sancti viri atque apostolici doctores.

I. De primo mense dominus ait ad Moysen: *mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* Et iterum dominus ad Moysen: *Observate mensem novarum frugum, quando egressi estis de terra Ægypti, legitimum in generationibus vestris.* Quod jejunium sancti Patres in prima hebdomada mensis primi statuerunt, quarta & sexta feria, & sabbato, exceptis diebus quadragesimalibus. Nos autem in ecclesia Anglorum idem primi mensis jejunium, (ut noster didascalus beatus Gregorius, in suo antiphonario & missali libro, per pædagogum nostrum beatum Augustinum transmisit ordinatum & rescriptum) indifferenter de prima hebdomada quadragesimæ servamus.

II. Secundum jejunium quarti mensis a veteri lege exortum est, quando lex data est Moysi in monte Sinai; & præceptum est a domino ut sit populus paratus ad audiendam vocem in diem tertium, & ne appropinquent uxoribus suis. Et iterum dominus ad Moysen: *Tolletis de cunctis frugibus vestris primitias, & offeretis ea domino Deo vestro.* Quod & in novo Testamento constitutum est, juxta id quod dominus ait: *Non possunt filii sponsi jejunare, quandiu cum illis est sponsus*, & reliqua. Quod juxta congruentiam temporum post ascensionem domini ad cœlos, præsentia corporali subtracta, tunc indictum est jejunium quarti mensis, secundo sabbato. Hoc autem jejunium idem beatus Gregorius per præfatum legatum, in antiphonario suo & missali, in plena hebdomada post Pentecosten, Anglorum ecclesiæ celebrandum destinavit. Quod non solum nostra testantur antiphonaria; sed & ipsa quæ cum missalibus suis conspeximus apud apostolorum Petri & Pauli limina.

III. Tertium jejuniū septimi mensis, a domino per Moysen præcipitur dicentem: *Loquere filiis Israel, & dices ad eos; Decimus dies mensis septimi vocabitur sanctus, humiliabitis animas vestras in jejunio. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hoc, peribit de populo suo.* Idcirco autem in ecclesia hoc jejunium celebratur secundum antiquam consuetudinem, vel quia decrescunt dies, & nox augetur: quia ad defectum solis & noctis augmentum vita nostra deficere adveniente morte ostenditur; quæ mors in judicio Dei & resurrectione reparabitur ad vitam: & si vitæ nostræ terminus, defectione dierum exprimitur, mortisque adventus in augmento noctis; necessarium duximus ut ob memoriam & recordationem tanti mysterii, omni anno humiliemus animas nostras, ut filios Israel hoc in tempore fecisse legimus, in jejunio & afflictione, non solum a cibis, sed ab omnibus vitiorum contagiis: attendentes sermonem euangelii; *Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant, veniet autem nox quando nemo potest operari.* Hoc Anglorum ecclesia in plena hebdomada ante æquinoctium, neglecta tertiæ hebdomadæ computatione, solet celebrare.

IV. Quartum jejunium mense Novembrio, a veteribus colebatur, juxta præceptum domini ad Ieremiam dicentis; *Tolle volumen libri, & scribe in eo omnia verba quæ locutus sum adversus Israel & Iudam. Et factum est in mense nono prædicaverunt jejunium in conspectu domini omni populo in Ierusalem.* Hac ergo auctoritate divinarum scripturarum, ecclesia Catholica morem obtinet, & jejunium atque observationem mense celebrat decimo, sabbato quarto, propter advenientem venerabilem solemnitatem domini nostri Iesu Christi: ubi ante plures dies & continentia carnis & jejunia exhibenda sunt, ut unusquisque fidelis præparet se ad communionem corporis & sanguinis Christi, cum devotione sumendam. Quod & Anglorum semper in plena hebdomada ante natale domini consuevit, non solum quarta & sexta feria, & sabbato, sed & juges XII. dies in jejuniis, & vigiliis & orationibus, eleemosynarum largitionibus, & in monasteriis & in plebibus, ante natale domini quasi legitimum jejunium exercuisse perhibetur. Nam hæc, (Deo gratias) a temporibus Vitaliani papæ & Theodori Dorobernensis archiepiscopi inolevit in ecclesia Anglorum consuetudo, & quasi legitima tenebatur, ut non solum clerici in monasteriis, sed etiam laici cum conjugibus & familiis suis ad confessores suos pervenirent, & se fletibus

bus & carnalis concupiscentiæ consortio his duodecim diebus cum eleemosynarum largitione mundarent; quatenus puriores dominicæ communionis perceptionem in natale domini perciperent; præter hæc namque constituta jejunia, quarta & sexta feria propter passionem Christi, & sabbato, propter quod ipso die jacuit in sepulcro, plerique jejunaverunt.

VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI CANONES DE REMEDIIS PECCATORVM.

PRÆFATIO.

De remediis peccatorum paucissima hæc quæ sequuntur ex priorum monimentis excerpsimus; in quibus tamen omnibus non auctoritate censoris, sed consilio potius compatientis vsi sumus, solerter admonentes doctum quemque sacerdotem Christi, ut in universis quæ hic annotata reperit, sexum, ætatem, conditionem, statum, personam cujusque pœnitentiam agere volentis, ipsum quoque cor pœnitentis curiose discernat, & secundum hæc, ut sibi visum fuerit, singula quæque judicet. Quibusdam namque a cibis abstinendo, " nonnullis genua sæpius flectendo, sive in cruce stando, aut aliud aliquid hujusmodi, quod ad purgationem peccatorum " pertineat, faciendo, plurimis universa hæc agendo, sua necesse est errata corrigere: quæ universa in examine discreti debent pendere judicis.

[Marg.: aliis eleemosynas dando. / ad animæ salutem.]

Excerptum de canonibus Catholicorum patrum, vel pœnitentiæ ad remedium animarum domini Agberti archiepiscopi.

I.

[Marg.: *Titulus 1.* Cap. Salutare antidotum animarum: *vel* de qualitate culparum & de disciplina atque doctrina sacerdotum.]

Institutio illa sancta, quæ fiebat in diebus patrum nostrorum, rectas vias nunquam deseruit, qui instituerunt pœnitentibus atque lugentibus suas passiones ad vera medicamenta salutis: quia diversitas culparum diversitatem facit pœnitentibus medicamentorum, vel sicut medici corporum diversa medicamina vel potiones solent facere contra diversitatem infirmitatum, vel judices sæcularium causarum. Diversa igitur judicia, qui boni sunt & recti, pensant & tractant, quomodo recte judicent inter miseros & divites, inter causam & causam. Quanto magis igitur, o sacerdotes Dei, diversa medicamenta animarum invisibilium hominibus pensare & tractare oporteat, ne per stultum medicum vulnera animarum " fiant peiora, Propheta dicente: *Computruerunt & deterioraverunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ.* O stulte medice, noli decipere animam tuam, & illius ne duplicem pœnam accipies, " vel septupla vel millena. Audi Christum dicentem: *Si cæcus cæcum duxerit, ambo cadent in foveam.* Si tu non cogitas judicium meum, alter homo non audit neque videt, qui me judicet. O non intelligis quia Deus judex justus & fortis videt & audit, & in palam abscondita deducit, & reddit secundum opera: & item vere sunt nonnulli cæcorum canum similitudine currentium ad cadavera mortuorum, vel coruorum volantium, qui ad sacerdotium vehuntur, qui non propter dominum, sed plus propter honorem terrenum inhiantes, cæci " divina sapientia. De talibus dixit Gregorius Nazianzenus: Timeo hoc quod canes

[Marg.: " putrescant & / " vel septuplas vel millenas. / " divinæ sapientiæ.]

A assectantur officium pastorale, maxime cum in semetipsis nihil pastoralis præparaverint disciplinæ. Ezechiel namque ait: *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, & non gregem: lac bibebant, & lanis eorum operiebantur, & quod crassum fuit manducabant, quod fractum fuit non alligabant*, &c. Item Ezechiel ait: *Væ sacerdotibus qui comedunt populi mei peccata*, hoc est, sibi eorum sumentes victimas, & non orantes pro eis. Comedentes hostias, & non corripientes: qui vbi morituros homines audiunt, inde gaudentes præparant se ad prædam, quasi corui ad cadavera mortuorum. Nunc ergo, fratres, qui voluerit " sacerdotalem auctoritatem accipere, in primis cogitet propter Deum, & præparet arma ejus antequam manus episcopi tangat caput, id est psalterium, lectionarium, antiphonarium, missale, baptisterium, " martyrologium, in anno circuli ad prædicationem cum bonis operibus, & computum cum cyclo, " hoc est jus sacerdotum. Postea autem suum pœnitentialem, qui hoc ordine secundum auctoritatem canonum ordinatur, ut discretiones omnium causarum investiget primitus, sine quibus rectum judicium non potest stare, quia scriptum est: *In nulla re appareas indiscretus*, sed distingue quid, vbi, quamdiu, quando, qualiter debeas facere. Non omnibus ergo in vna eademque libra pensandum est, licet in vno constringantur vitio: sed discretio sit unoquoque eorum, hoc est inter divitem & pauperem; liberum, servum; infantem, puerum, juvenem, adolescentem, ætate senem, hebetem, gnarum; laicum, clericum; monachum, episcopum, presbyterum, diaconum, subdiaconum, lectorem; in gradu, vel sine; in conjugio, vel sine; peregrinum, " virginem, feminam, " canonicam, vel sanctimonialem, " debilem, infirmum, sanum. De qualitate pecudum vel hominum, continens vel incontinens, voluntate " vel in casu, in publico vel in abscondito, quasi compunctione emendet necessitate vel in voluntate, loca & tempora collationum constituerunt sancti apostoli. Deinde sancti patres, & sanctus Penufius: deinde canones sanctorum patrum, deinde alii atque alii, ut Hieronymus, & Augustinus, & Gregorius, & Theodorus. Ex quorum omnium ista descripsimus dictis & sententiis veraciter, ut salui sint omnes, & non pusillanimes, quia *potentes potenter tormenta patientur.* Item in Iesu filii Sirach: *In judicando esto misericors, pusillis ut pater, & pro viro matri illorum.* Item sanctus Iacobus dixit: *Iudicium sine misericordia erit illi qui non facit misericordiam: superexaltat autem misericordia judicium*, ut idem ipse consequatur: ut sanctus Benedictus, hoc est qui veram pœnitentiam faciunt in jejunio & fletu, in eleemosynis, in orationibus, & perpetrata iterum non faciunt; & si faciunt, tamen non perseverarent in eis, quia Deus dixit: *Malum cogitasti, ignovi; malum dixisti, ignovi; malum fecisti, ignovi; perseverare vis in malo, non ignosco.* Ergo qui perseverant in malo, non ignosce, sed judica judicium districtum secundum canones, ut alii timorem habeant.

[Marg.: *Osee 4.* / " sacerdotis nomen habere. / " computus, canon pœnitentialis. / " cum commendationibus animarum, homilias per circulum anni dominicis diebus & singulis festivitatibus plebibus prædicandas. / " indigenam / " viduam / " monacham / " vol. necessitate vel casu / " Paphnutius / *Sap. 6.* / *Eccles. 4.* / *Iac. 2.*]

II. *De fornicatione.*

" Adolescens si cum virgine peccaverit, annum unum pœniteat. Si semel & fortuito, levietur, & tamen usque ad annum plenum. Si intra viginti annos puella adolescens, tres quadragesimas, & ferias legitimas. Si propter hoc peccatum servitio humano addicti sunt, quadraginta dies: si nitens tantum, & non coinquinatus, viginti dies pœniteat.

[Marg.: " Multos ex canonibus hujus sequentiumque capitum reperire est apud Burcardum]

Ivonem, Anselmū, Gratiarum, Panormiam, similesque juris canonici promosondos, ut observavit V.C. Antonius Augustinus in notis ad hoc pœnitentiale.

pœniteat. Si vidua obstuprata, annum totum, A & dies jejuniorum in altero: si usque ad generatum filium, annos duos integros, & duos alios levius. Si & occiderint, annos tres, & alios quatuor levius. Si monachus laicam, tres annos pœniteat; illa duos, & legitimas ferias. Si monacham laicus, duos annos pœniteat, & legitimas ferias; illa tres. Si usque ad generatum filium, annos quatuor: si & occiderint, septem annos pœniteat. Si quis vacans alterius uxorem polluit, duos annos pœniteat. Si uxoratus virginem, similiter; ita ut primo horum a sua contineat, si ei consenserit; alioquin addatur modus pœnitentiæ. Si uxoratus uxorem alterius, tres annos pœniteat; primo ho- B rum a propria consentiente abstineat. Si uxoratus ancillam suam, annum unum pœniteat, & tres quadragesimas, & legitimas ferias tribus mensibus primis, & a sua se contineat. Illa si invita passa est, quadraginta dies pœniteat: si consentiens, tres quadragesimas, & legitimas ferias. Si adolescens sororem, septem annos pœniteat: si matrem, septem annos, & quamdiu vixerit, nunquam sine pœnitentia. Si sodomitæ, annos septem; si in consuetudine, annos septem; vel si monachus, annos septem. Qui cum pecude peccat, annum unum; si monachus est, duos annos. Qui sæpe fornicantur, laicus cum laica, tres annos C pœniteant, & quanto sæpius aut negligentius, tanto magis & tempus addat & modum. Qui diutius fornicationi, perjurio, latrociniis, ceterisque flagitiis servivit, annos septem pœniteat. Qui complexu feminæ illecebroso, vel osculo polluitur, dies triginta pœniteat. Qui contactu ejus inverecundo ad carnem, tres menses pœniteat. Puer seipsum voluntate polluens, triginta dies pœniteat; juvenis quadraginta. Qui in turpiloquio polluitur negligens, septem dies pœniteat. Qui impugnatione cogitationis & naturæ inquinatur nolens, per quatuor dies quinquagenos psalmos canat, & quarta & sexta feria jejunet ad nonam vel ad vesperam. Qui in ecclesia consecrata nubunt.* qui in ecclesia per somnium pollui- D tur, tres dies pœniteat; uxoratus contineat se quadraginta dies anni ante pascha & natale domini, & omni die dominico, & quarta & sexta feria a conceptione manifestata, usque post natam sobolem. Vir contineat se ab uxore tres menses. Uxor post natam sobolem abstineat se ab ecclesia, si filius est, dies triginta, si filia quadraginta. Sed in tempore menstrui sanguinis,* nam qui tunc " sumpserit, triginta dies pœniteat, qui septem dies. Parens, cujus filius per negligentiam non baptizatus obiit, unum annum pœniteat, & nunquam sine aliqua pœnitentia. Si sacerdos, ad quem pertinebat, vocatus venire neglexerit, ipse ob damnationem animæ judicio episcopi sui castigetur. Sed in omnibus licet fidelibus, ubi forte morituros invenerint non baptizatos, imo præceptum E est, animas eripere a diabolo per baptisma: id est benedictam simpliciter aquam in nomine domini, baptizare illos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Intincto autem superfusus aqua, unde oportet eos qui possunt., fideles monachos maxime, & scientiam habere baptizandi, & si longius alicubi exierint," eucharistiam semper secum habere.

" nupserit vel junxerit.

" f. Chrisma, inquit Ant. Aug.

III. *De occisione.*

Qui occiderit monachum aut clericum, arma relinquat, & Deo serviat, vel septem annos pœniteat. Qui laicum, odii meditatione, vel possidendæ hereditatis ejus, annos quatuor. Qui pro vindicta fratris, unum annum. Et in sequentibus duos annos, tres quadragesimas ac legitimas ferias. Qui per iram subitam & rixam, tres annos pœniteat. Qui casu, unum annum. Qui in bello publico, dies quadraginta. Qui jubente domino suo servus, dies quadraginta. Qui liber jubente majore suo innocentem, annum unum, & sequentes duas tres quadragesimas, & legitimas ferias. Qui super rixam ictu debilem vel deformem hominem reddit, impensas in medicos, & maculæ precium, & opus ejus, donec sanetur, restituat, & dimidium annum. Si vero non habet unde restituat hæc, annum integrum. Qui ad feriendum hominem surrexerit, volens eum occidere, duas septimanas pœniteat. Si clericus fuit, septem menses. Quod & si vulneraverit, dies quadraginta. Si clericus, annum totum. Sed & pecuniam pro modo vulneris, licet lex non " commendat, cui inflixit tribuat, ne læsus " scandalizet. Mulier partum suum ante dies quadraginta sponte perdens, unum annum pœniteat. Si vero post quadraginta dies, tres annos pœniteat. Si vero postquam natus fuit, quasi homicida. Sed distat multum, utrum paupercula " per difficultatem nutriendi, an fornicaria, causa sceleris celandi faciat. Qui perjurat sciens, compulsus a domino suo, tres quadragesimas pœniteat, ac legitimas ferias. Qui sciens virtutem juramenti vel perjurii, perjurat in manu episcopi aut presbyteri, vel altari, vel cruce consecrata, tres annos pœniteat. Si vero in cruce non consecrata, unum annum pœniteat. Si autem in manu hominis, apud " Græcos nihil est. Qui " seducit nescium perjurare, pernoxio, qui & postea perjurium suum cognovit, unum annum pœniteat.

" jubeat, imperet

" scandalizetur

" pro difficultate.

" paganos ἕλληνας videtur intelligere.

" seductus nescius perjurare, pejerat & postea

IV. *De immunda carne.*

Qui manducat carnem immundam aut dilaceratam a bestiis, quadraginta dies pœniteat. Si necessitate famis cogente, multo levius. Mus si ceciderit in liquorem, tollatur inde, & aspergatur liquor ille aqua benedicta: si vero mortua sit, abiiciatur totus liquor, nec ab hominibus sumatur, sive lac sit, sive cerevisia, vel aliquid hujusmodi. quod si mortuus sit, liquor ille in quo mus vel mustella incidens moritur, purgetur, & aspergatur aqua sancta, & sumatur, si necessitas sit. Si avis stercoraverit in quemcumque liquorem, hujusmodi tollatur stercus, & mundetur cibus aqua benedicta, & sumatur. Qui sanguinem nescius cum saliva sorbet, non ei nocebit; qui manducans proprio polluitur inscius, non ei nocet. Si autem scit, pœnitentiam agat juxta modum pollutionis.

V. *De capitalibus criminibus.*

Nunc igitur capitalia crimina secundum canones explicabo. Prima " superbia, invidia, fornicatio, inanis gloria, ira longo tempore, tristitia sæculi, avaritia, ventris ingluvies. Augustinus adjecit sacrilegium, id est sacrarum rerum furtum, & hoc est maximum furtum, vel idololatriis servientem, id est auspiciis, & reliqua. Deinde adulterium, falsum testmonium, furtum, rapina, ebrietas assidua, idololatria. Molles, sodomitæ, maledici, perjuri. Ista sunt ergo capitalia crimina. Sanctus Paulus & Augustinus & alii sancti computaverunt, pro istis fieri oportere eleemosynas largas, & longum tempus jejunium teneatur. Id est, ut alii judicant, pro capitalibus, id est adulteris, homicidis, perjuris, fornicariis, & similibus. Laicus quatuor annos pœniteat; clericus

De singulis criminum generibus copiose Egbertus per capita singula in manuscriptis codicibus.

" septem capitalia crimina vulgo hac voce consignantur. S. A. L. I. G I. A. Veteres variant.

clericus quinque, subdiaconus sex, diaconus octo, presbyter decem, episcopus duodecim, si consuetudo erat.

VI. *De minoribus peccatis.*

Id est furtum, falsum testimonium, & similibus. Laici annum unum, clerici duos, subdiaconus tres, diaconus quatuor, presbyter quinque, episcopus septem annos pœniteant. Item sodomitis si consuetudo erat, episcopus quatuordecim annos pœniteat, presbyter duodecim, diaconus decem, subdiaconi octo, clerici septem, laici quinque. monachus si fornicationem facit cum ancilla Dei, quatuor annos pœniteat: si cum puella, septem annos pœniteat. De parricidis vel fratricidis, quidam septem, quidam quatuordecim & septem.

VII. *De cupiditate ceterisque flagitiis.*

Item cupidus vel avarus, vel ebriosus, vel superbus, vel invidus, vel rapax, vel "iracundia longa, vel maledicus, vel his" similia, quæ enumerare longum est, tres annos pœniteat. Item" si clericus cum quadrupede fornicaverit, duos annos pœniteat, subdiaconus tres, diaconus quinque, presbyter septem, episcopus decem annos pœniteat. Qui cum matre fornicaverit, quindecim annos pœniteat. Si cum filia vel sorore, duodecim annos pœniteat. Qui cum fratre naturali fornicaverit per commixtionem carnis, ab omni carne se abstineat, quindecim annos pœniteat. Si clericus venationes exercuerit, annum unum pœniteat, diaconus duos, presbyter tres. Si presbyter, vel diaconus, vel monachus uxorem duxerit, in conscientia populi deponatur. Si adulterium perpetraverit cum ea, & in conscientia populi devenit, proiiciatur extra ecclesiam, & inter laicos pœniteat quamdiu vixerit. Qui dimiserit uxorem suam alteri conjugi, septem annos pœniteat. Si clericus homicidium fecerit, & proximum suum occiderit, decem annos pœniteat, exul septem pœniteat, si odii meditatio fuit. Si laicus homicidium fecerit per furorem, & meditationem, quatuor annos pœniteat, vel quinque, vel septem annos pœniteat. Si per rixam, quatuor annos pœniteat. Item qui immolat dæmonibus in magnis, si consuetudo est, decem annos pœniteat: in minimis annum unum: auguriis & divinationibus, quinque annos pœniteat. Emissores tempestatum septem annos pœniteant; ut pœnitentia semper isto ordine servata sit ab uno anno, & deinceps de qualicumque peccato: id est in unaquaque hebdomada tres dies vino, & sine medone, carne: & jejunet usque ad vesperam, & manducet de sicco cibo, & tres quadragesimas semper de sicco cibo, & jejunet tres dies ad nonam, & tres ad vesperam; & in diebus dominicis, & in natale domini quatuor dies, & in epiphaniam & in pascha, usque in albas, & ascensionem domini, & pentecosten, & sancti Michael, & sanctæ Mariæ, & sancti Ioannis Baptistæ, & duodecim apostolorum, & sancti Martini, & illius sancti festivitatem, qui in illa provincia est, in his prædictis diebus " faciat caritatem, sicut sui compares, clerici sive laici. Ebrietatem & ventris distensionem in omnibus caveant. Faciant quod Apostolus dicit: *Sive manducatis, sive bibitis, vel quidquid facitis, omnia ad gloriam Dei facite.* Tunc ergo digna pœnitentia est, si hoc impleatur.

VIII. *De clericorum pœnitentia.*

Item in canone apostolorū " indicatur, ut episcopus, presbyter, diaconus, qui in fornicatione aut perjurio aut furto captus est, deponatur, non tamen communione privetur, quia non " judicat Deus bis in idipsum. Si quis pontifex fornicationem faciens, naturalem judicabit, duodecim annos pœniteat; per multas lacrymas & eleemosynas veniam a domino petat; post annos tres vel quatuor levius. Presbyter cum puella non prælato, * monachi voto annos tres vel quatuor pœniteat, tres quadragesimas, & quartas & sextas ferias semper de sicco cibo. Si cum ancilla Dei, aut cum masculo, plus addetur, id est septem annos pœniteat, si consuetudo est. Similiter diaconi, si monachi non sunt, duos vel tres annos pœniteant. Sic & monachus sine gradu, si cum puella, annos tres. Si diaconus vel monachi sunt, quinque vel septem annos pœniteant. Monachi cum gradu, septem annos pœniteant: si sine voto, monachi cum puella novem annos vel decem pœniteant. Clericus sine voto monachi fornicatus, unum annum pœniteat. Si frequenter, duos annos pœniteat. Si cum canonica, duos annos; frequenter, tres. Si genuerit filium, plus pœniteat, id est quatuor vel quinque annos, alii dicunt septem exul fiat. Sic & virgo sanctimonialis cum laicis sine gradu, si clericus, qui canonici sunt unum annum; frequenter, duos. In gradu autem, sicut monachus, id est tres annos. Theodorus dixit: Monachus faciens fornicationem, & non invenit, unum annum pœniteat & dimidium. Item monachus faciens cum puella, sex annos pœniteat. Laicus maculans se cum ancilla Dei, annos duos pœniteat. Si genuerit ex ea, tres annos pœniteat. Si sine conjugio sunt, tres quadragesimas; quidam quadraginta dies judicant, id est, consuetum. Item sodomitæ quidam, decem, ist est, qui sæpe fecerit, vel in gradu quidam septem annos, quidam annum, ut mollis quidam centum dies, ut pueri, viri inter annos, si pueri duos annos. Qui cum pecude peccaverit, vel jumento, decem annos pœniteat, quidam septem, quidam tres, quidam unum, quidam centum dies, ut pueri. Oportebat discretionem esse inter qualitatem pecudum, vel hominum, sicut supra diximus. Item episcopus, si cum quadrupede fornicaverit, octo annos pœniteat. Si consuetudo decem, presbyter quinque, diaconus tres, clericus duo.

IX. *De juramento.*

Qui juramentum fecerit in ecclesia, aut in euangelio, sive in reliquiis sanctorum, septem annos pœniteat. Alii duodecim annos judicant. Sive in manu episcopi, aut presbyteri vel diaconi, sive in cruce consecrata, unum annum pœniteat. Alii tres vel quatuor judicant. Et in cruce non consecrata, unum annum, vel septem menses, ut aliis: qui autem seductus ignorans, & postea cognoscit, unum annum pœniteat, vel tres quadragesimas, vel quadraginta dies pœniteat. Si quis coactus pro qualibet causa necessitatis, tres quadragesimas, alii tres, annum unum, & ex eis in pane & aqua, ut alii judicant. Item perjuri tres annos, qui suspicatur priusquam jumentum ducatur, & tamen jurat per consensum, duos annos pœniteat. Si quis in manu laici juraverit, apud Græcos nihil est.

X. *De abstinentia mulierum.*

Mulier abstineat se a viro suo, quando conceperit, antequam pepererit: & post partum quadraginta dies. Qui autem nupserit his diebus, decem dies pœniteat, vel triginta, vel viginti. Qui in matrimonio sunt, abstineant se tres quadragesimas, &

Marginal notes: Vide Cassianum, Theodulphum, Burchardum & pœnitentiales libros, vel reliquis. — in 1. l. ositus faciens Perturbari ordinem putat ...nt. Aug. quod hæc ex diversis scriptoribus variis temporibus fuerint sumpta. — " id est utatur eodem cibo ac potu quo illi. — 1. Cor. 10. — " c. 25. al. dicitur. — * Nahum & c. 70. — A, B, C, D, E.

pœniteat, vel triginta, vel viginti. Qui in matrimonio sunt, abstineant se tres quadragesimas, & in dominica nocte, & in sabbato & feria quarta & tertia, qui legitime sunt, & tres noctes abstineant se, antequam communicent. Qui in quadragesima ante pascha cognoscit uxorem suam, & noluit abstinere, unum annum pœniteat, vel suum precium reddat ad ecclesiam, vel pauperibus dividat, vel viginti sex solidos reddat. Si per ebrietatem vel aliqua causa accesserit sine consuetudine, quadraginta dies pœniteat. Mulier si divinationes fecerit, vel incantationes diabolicas, unum annum pœniteat, vel tres quadragesimas, vel quadraginta dies, juxta qualitatem culpæ. Mulier si aliquem interfecerit, imitantem maleficia sua, id est per poculum, aut per artem aliquam, quatuor annos pœniteat. Si paupercula, quatuor annos. Mulier si occiderit filium suum per homicidium, undecim annos pœniteat.

XI. *De auguriis vel divinationibus.*

Auguria vel sortes, quæ dicuntur falsa sanctorum, vel divinationibus observare, vel quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt, vel votum voverit" in arborem vel in quamlibet rem, excepta ecclesia, si clericus laici, excommunicentur ab ecclesia, vel tres annos clericus pœniteat, laici duo vel uno & dimidio. Mulier si filium suum supra tectum ponit, vel in fornacem, pro sanitate febrium, quinque annos pœniteat. Nolite exercere, quando luna obscuratur, ut clamoribus ac maleficiis sacrilego usu, se deffensare posse confidunt." Caragios & divinos præcantatores", laici tres dies sine cervisia vel vino & carne, alii duodecim dies. Si fidelis laicus sit, qui pro nequitia inebriat alterum, quadraginta dies pœniteat. Si vomitum facit infirmitatis causa, sine culpa est.

" vel per sol verit ad arborem vel lapidem vel ad.

" cariagios: *alibi dicuntur*, divini, divinatores, sacrilegi, sorticularii, &c.

" phylacteria etiã diabolica & vel characteres diabolicos, vel herbas, vel succos suis, vel sibi impendere tẽtaverint.

XII. *De ebrietate.*

Si per ebrietatem vel voracitatem evomuerit eucharistiam, quadraginta dies pœniteat clericus monachus, diaconus sexaginta, presbyter septuaginta, episcopus" centum decem. Si infirmitatis causa septem dies unusquisque: sine infirmitatis causa, sacrificii die quatuor dies. quidam psalterium, quidam bis psalterium" suum sacrificii die in ignem projecit, vel in flumine, centum psalmos cantet. Si canes comedunt talem vomitum, centum diebus, si scit: si non scit, quadraginta. Qui vero inebriantur contra præceptum domini, si votum sanctitatis habent, (hoc est ebrietas, quando statum mentis mutat, & linguæ balbutiunt, & oculi turbantur, & vertigo erit, & ventris distensio, ac dolor sequitur) si clericus sit, quatuor dies pœniteat, monachus quatuordecim, diaconus quatuor hebdomadas, presbyter quatuor, episcopus quinque, prælati tres sine vino & carne.

" nonaginta: *facilis lapsus ex* XC. *in* CX

" *hæc sic emẽdat Ant. Aug.* si suum sacrificium, &c.

XIII. *De eucharistia.*

Siquis eucharistiam negligentiæ causa perdiderit, unum annum pœniteat, tres quadragesimas, seu quadraginta dies pœniteat. Si sacrificium in terra ceciderit causa negligentiæ, quinquaginta psalmos cantet. Qui neglexerit sacrificium, ut vermes in eo sint, ut colorem non habeat, saporemque, viginti dies pœniteat, vel triginta, vel quadraginta, & in" igne accendetur: cinis ejus sub altare abscondatur. Si usque ad terram ceciderit, unum diem pœniteat. si" stella arserit, altare ceciderit, triginta dies pœniteat. Qui in ecclesia modicam partem perdiderit, & non invenerit, viginti dies pœniteat, unoquoque die psalmos quadraginta cantet. Qui autem in" plebem suum chrismalem perdiderit, & non invenerit, quadraginta dies pœniteat, vel tres quadragesimas. Qui perfuderit" calicem in finem solennitatis, triginta dies pœniteat.

" & vermis cõburatur

" stillaverit & in alt. c.

" plebe..

" aliquid super altare, de calice dũ solemnitas missæ celebratur.

XIV *De diversis causis.*

Qui" creaturam perdiderit, thus, tabulas, aut schedulam suam, sal benedictum, panem novum consecratum, vel aliquid huic simile, quatuor dies pœniteat. Qui morticinum inscius comederit, quadraginta dies pœniteat: si autem sciens, centum dies pœniteat. Qui" fraudatum comedit, & est inops vel hebes, quatuor dies pœniteat: sani autem & infirmi, si sciunt, quadraginta dies pœniteant. Qui sæpe faciunt, tres quadragesimas, vel annum. Qui comedit vel bibit intinctum a familiari bestia, id est cane, vel catto, & scit, centum psalmos cantet, vel unum diem jejunet. Si quis dederit alicui liquorem, in quo mus vel mustella mortua inveniuntur; si secularis, quatuor dies pœniteat, in cœnobiis trecentos psalmos cantet. Qui postea noverit quod talem potum biberit, psalterium" cantet. Si quis semicoctum comederit inscius, tres dies pœniteat, vel psalterium cantet. Sciens autem, quatuor dies pœniteat. Pro modico furto, triginta dies pœniteat in viginti annos. Pueri decem annorum aliquod furtum facientes, quatuor dies pœniteant. Si quis intinxerit manum in aliquo cibo, & non idonea manu, centum" palmadas emendetur. Si in farina aut in aliquo cibo sicco aut in pulte aut lacte coagulato mus vel mustella mortua inveniuntur, quod in circuitu ejus remanserit, projicietur foras: & quod reliquum est manducetur. Item qui autem, quod impœnitentiale scriptum est, implere poterit, bonum est: qui autem non potest, consilium damus per misericordiam Dei in primitus pro uno die in pane & aqua quinquaginta psalmos" genuflectendo, aut sine flexu septuaginta psalmos, intra ecclesiam, vel in uno loco per ordinem psallat: & pro uno die valent ducentæ genuflexiones, vel unus denarius" pro die valet, & tres eleemosynas tres pauperes valent: quidam dicunt quinquaginta" percussiones, quinquaginta psalmi pro uno die valent. Id est in hieme, in autumno, & in verno, centum percussiones vel psalmos, & in æstate, centum quinquaginta psalmos vel percussiones. Item pro uno mense, quod in pane & aqua pœnitere debet, psalmos in" genuflexu, vel sine flexu, id est sexcentos octoginta, & postea omnes dies reficiant ad sextam, nisi quarta & sexta feria jejunet ad nonam. A carne" & vino abstineat se, alium cibum postquam psallat sumat. In secundo anno remissior pœnitentia erit, de natali domini usque in epiphania, & illos prædictos dies, qui supra scribuntur, qui impœnitentiæ non computantur. Item qui non potest sic agere pœnitentiam, sicut superius diximus, in primo anno eroget in eleemosyna solidos viginti tres, pro uno anno in pane & aqua, donet in eleemosyna solidos viginti duos, & in unaquaque hebdomade unum diem jejunet ad nonam, & alium ad vesperum, & 3. quadr. in 2. viginti solidos, pro tribus annis octodecim solidos, quæ sunt sexaginta quatuor solidi. Potentes homines pro culpis criminalibus faciunt, ut Zachæus ait: *Domine omnium bonorum meorum dimidium do pauperibus*,

" crateram *Ant. Aug.*

" furto aut fraude quæsitum. *Idem.*

" CL. psalmos.

" palmatias

" genibus flexis in ecclesia.

" si pauper est: si dives tres denarii.

" palmatas.

" genuflexo.

" & sagimine

Luc. 19.

bus, & si quid aliquid injusti abstuli, in quadruplum reddam. & de mancipiis dimittat liberos, & captivos redimat, & a quo die desinat peccare, non desinat communicare, sicut apostolus ait: " *Qui per corpus peccat, per corpus emendat*, hoc est jejuniis & vigiliis, & orationibus ad dominum, qui conversus fuerit, & omne malum fecit, in effundendum sanguinem in furto, in fornicatione, in mendacio, & juramento, & omnibus malis: & postea Deo servire vult usque in finem, tres & duos annos pœniteat, vel quomodo sacerdos judicet. Ipse tamen cogitet de medicamento animarum, quomodo suam vel eorum animas servare valeat in erudiendo, in docendo sanum sermonem, quod qui bene ministrat, bonum gradum sibi acquirit apud eum qui est super omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

xv. *Item de pretio anni, vel die.*

" Primo anno quidam promiserunt quatuor triduanas, interveniente una nocte. Alii aiunt duodecim triduanæ: hoc est semel in uno mense triduanas quidam dixerunt. Quidam verberibus aut in vigiliis insistendo, quatriduum: alii sic, alii vero sic. Precium autem diei, hoc est " agapen, duobus vel tribus pauperibus. Alii totum psalterium, id est in æstate, in hieme vero, & in verno vel autumno quinquaginta psalmos: Quidam duodecim plagas vel percussiones, vel plus minus, vel discernat tempora. Quidam in labore alieno, vel inflectendo quadraginta bis desinat, quadraginta ter desinat, 120. sexies desinat, & addetur 10. secundo 20. superiori 30. si labor non sit.

VITA,
EPISTOLÆ ET DECRETA
STEPHANI PAPÆ II.

ANNO CHRISTI 752.

" STEPHANUS II. natione Romanus, ex patre Constantino, sedit annos quinque, dies viginti octo. Hic post patris sui transitum parvus derelictus in venerabili cubiculo Lateranensi " pro doctrina apostolicæ traditionis sub prædecessoribus beatæ memoriæ pontificibus permansit, quem sigillatim per * ecclesiasticos ordines promoventes, ad diaconatus ordinem eum ordinaverunt. Defuncto vero beatæ memoriæ " domno Zacharia papa Stephanum quemdam presbyterum ad ordinem pontificatus cunctus populus sibi elegit, & intra Lateranense patriarchium misit, ubi biduo manens tertio die postquam a suo surgeret somno, & sedens familiares causas suas disponeret, subito dum sederet alienatus obmutuit, & sequenti die defunctus est. Post hæc vero cunctus Dei populus congregatus est intra venerabilem basilicam sanctæ Dei genitricis ad præsepe. Ubi & omnes misericordiam domini Dei nostri petentes, & in ipsius dominæ nostræ sanctæ, semperque virginis Dei genitricis Mariæ bono animo, & consona voce prædictum beatissimum virum sibi eligunt pontificem. Quem omnes sincera mente cum laudis præconiis in basilicam salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, deportaverunt, & exinde intus venerunt, & in patriarchium juxta morem intromiserunt. Erat enim isdem beatissimus papa amator ecclesiarum Dei, traditionem etiam ecclesiasticam firma stabilitate * conservans. Pauperum Christi velox subventor, & verbi Dei in magna constantia prædicator. Viduas & pupillos † multo melius visitans, fortissimus etiam ovilis sui cum Dei virtute defensor. Mox vero restauravit quatuor in hac Romana urbe sita antiquitus xenodochia, quæ a diuturnis & longinquis temporibus destituta manebant, & in eis ordinavit omnem utilitatem in diversis eorum locis disponens intus etiam, & foris, in quibus & multa contulit dona. Quæ & per privilegii paginam sub anathematis interdicto confirmavit. Pari modo a novo fundasse dignoscitur & xenodochium in * plantana centum pauperum Christi dispositum illic faciens, quotidianum videlicet victum eorum decernens tribui. Nam & foris muros hujus civitatis Romanæ secus basilicam beati Petri apostoli duo fecit xenodochia, in quibus & plura contulit dona, quæ & sociavit venerabilibus diaconiis illic foris existentibus * perenniter permanere, id est diaconiæ sanctæ Dei genitricis, & beati Silvestri duæ, & privilegiis apostolicis perenniter permanenda munivit. Inter hæc vero dum magna persecutio a Longobardorum rege * Aistulfo in hac Romana urbe, vel subjacentibus ei civitatibus extitisset, & vehemens ejusdem regis sævitia immineret, illico isdem beatissimus papa tertio apostolatus ordinationis suæ mense disponens suum germanum sanctissimum, scilicet Paulum diaconum, atque Ambrosium primicerium * plurimis cum muneribus ad eundem Longobardorum regem Aistulfum ad pacis ordinandum atque confirmandum fœdera misit. Qui præfati viri ad eum convenientes impertitis muneribus, quo facilius eadem pro re apud eum impetrarent, in quadraginta annorum spatia, pacis fœdus cum eo ordinantes confirmaverunt. At vero isdem protervus Longobardorum rex antiqui hostis invasus versutia, ipsa fœdera pacis post pene quatuor menses, in perjurii incidens reatum, disrupit. Multas jam fato sanctissimo viro vel cuncto populo Romano ingerens contumelias, varias illi minas * dirigens. Cupiens quippe Deo sibi non contrario cunctam hanc provinciam invadere, & onerosum tributum hujus Romanæ urbis inhabitantibus * adhibere nitebatur. Per unumquodque scilicet caput singulos auri solidos annue * inferre inhiabat. Et suæ jurisdictioni civitatem hanc Romanam, vel subjacentia ei castra subdere indignanter asserebat. Cernens vero idem sanctissimus papa valide præfati regis perniciosam imminere sævitiam, magnopere ad se accersitis venerabilium monasteriorum sanctorum Vincentii, & Benedicti religiosis abbatibus, sua vice eidem crudelissimo misit regi, obnixe per eos postulans pacis fœdera, * & quietem utrarumque partium populi Dei obtinere * confirmandam. Quos nempe suscipiens & omnino contemptui habens, sprevit eorum * monita, & ad suæ animæ detrimentum sine effectu causæ confusos ad propria absoluit monasteria, obtestans eos minime ad sanctissimum papam declinare. Quod audiens ipse præcipuus pater extemplo (juxta ut crebro cõsueverat) omnipotenti domino Deo nostro suã populique sibi commissi commendans contulit causam hanc lugubrem ejus divinæ majestati insinuavit lamentationem. Et dum hæc agerentur * conjunxit Romam Ioannes imperialis silentiarius, deferens eidem sanctissimo pontifici regiam jussionem, simulque & aliam ad nomen prædicti regis

Marginal notes (right): * conservabat. † eleemosynis scilicet quam corporali præsentia. * Plataria. * ut perenniter permanerent. * Aistulpho. * & plures. * dirigebat. * adjicere. * auferre. * cum quiete. * confirmanda. * munera. * convenit.

* annexa verba

regis impii detulit adhortationis* annexam jussionem, ut reipublicæ loca diabolico ab eo usurpata ingenio, proprio restitueret dominio. Quem videlicet imperialem missum confestim sæpefatus sanctissimus papa cum suo germano prædicto sanctissimo Paulo diacono ad eundem misit nequissimum Aistulfum Ravennam. Quibus susceptis, cum inani eos absolvit responso, * adhærens eidem imperiali misso quemdam propriæ gentis nefarium virum diabolicis imbutum consiliis ad regiam* properandum † urbem; reversique legati Romam: ac præsentati eidem sanctissimo papæ enarraverunt ei nihil se egisse. Tunc præfatus sanctissimus vir agnito maligni regis consilio misit in regiam urbem suos missos, & apostolicos affatus cum imperiali præfato misso, deprecans imperialem clementiam, ut juxta quod ei sæpius scripserat, cum exercitu ad tuendas has Italiæ partes modis omnibus adveniret, & de iniquitatis filii morsibus Romanam hanc urbem vel cunctam Italiam provinciam liberaret.

*id est. conjungens * profectu rum. † Constantinopolim scilicet.

Ioanne silentiario.

*nequitia

Inter hæc vero permanens in sua * pernicie præfatus atrocissimus Longobardorum rex, exarsit furore vehementi, & fremens ut leo pestiferas minas Romanis dirigere non desinebat, asserens omnes uno gladio jugulari, nisi suæ ut præfatum est, sese subderent ditioni.* Rursumque antefatus sanctissimus pater cougregato universo Romano cœtu taliter eos paterno amore admonuit inquiens: Quæso vos, filii carissimi, pro nostrorum delictorum mole domini imploremus clementiam, & ipse noster erit adjutor, liberabitque nos sua providentissima misericordia a persequentium manibus. Cujus salutiferis admonitionibus cunctus obediens populus, congregati unanimiter omnes, lacrymis fusis, omnipotentem dominum nostrum deprecati sunt. In una vero dierum cum multa humilitate solicite procedens in litania cum sacratissima imagine domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, quæ* antheropsita nuncupatur, simulque & cum ea alia diversa sacra *ministeria recipiens, proprioque humero ipsam sanctam imaginem cum reliquis sacerdotibus idem sanctissimus papa gestans, nudisque pedibus tam ipse quamque universa plebs incedentes in ecclesiam sanctæ Dei genitricis, quæ Ad præsepe nuncupatur, posito in omnium capitibus populorum cinere, cum maximo* ululatu pergentes, misericordissimum dominum nostrnm deprecati sunt, alligans connectensque adorandæ cruci Dei nostri pactum illud, quod nefandus rex Longobardorum disrupit. Hic beatissimus papa omnes suos sacerdotes & clerum in Lateranensi patriarchio sedule aggregans, admonebat divinam totis nisibus scrutari scripturam, & in lectione vacare spirituali, ut efficaces invenirentur in omni responso & assertione adversariorum ecclesiæ Dei. Nec enim cessabat indesinenter admonendo & confortando cunctum Dei populum, sobrie pieque agere, atque ab omni pravitate sese custodire. Hic beatissimus vir pro salute provinciæ, & omnium Christianorum, omni sabbatorum die litaniam omni postposito neglectu fieri statuit. Vnum quidem sabbatum ad sanctam Dei genitricem Ad præsepe, alium vero ad beatum Petrum apostolum, & alium ad beatum Paulum apostolum. Hic beatissimus papa restauravit basilicam sancti Laurentii super sanctum Clementem sitam regione tertia; quæ a diu-

*Rursusque

* forto * acheropœta * mysteria.

*ejulatu.

turnis temporibus diruta manebat. Restauravit & tegumen cœmeterii sanctæ Soteris, quod ceciderat. Itaque dum isdem sanctissimus vir jam fatum pestiferum Longobardorum regem immensis vicibus innumerabilia tribuens munera deprecatur pro gregibus sibi a Deo commissis, & perditis * ovibus, scilicet pro universo * exercitu Ravennæ, atque cuncto istius Italiæ provinciæ populo, quos diabolica fraude ipse impius deceperat rex, & possidebat. Et dum ab eo nihil hac de re obtineret, cernens * præsertim & ab imperiali potentia nullum esse subveniendi auxilium; tunc quemadmodum prædecessores ejus beatæ memoriæ domnus Gregorius, & Gregorius alius, & domnus Zacharias beatissimi pontifices Carolo excellentissimæ memoriæ regi Francorum direxerunt, petentes sibi subveniri propter oppressiones ac invasiones, quas & ipsi in hac Romanorum provincia nefanda Lōgobardorum gente perpessi sunt, ita modo & ipse venerabilis pater, divina gratia * inspirante, clam per quemdam peregrinum suas misit litteras Pippino regi Francorum nimio dolore huic provinciæ inhærenti conscriptas.

* civibus, *exarchatu

*præterea

*inspiratus

* Ad hunc etiam nunc cessavit dirigens, ut suos hic Romam ipse Francorum rex mitteret missos, per quos eum ad se accersiri fecisset. Et dum * valide ab eodem Longobardorum rege civitates & provincia * ista Romanorum opprimerentur, subito conjunxit missus jam fati regis Francorum, nomine * Rodigangus abbas, per quem misit in responsis omnem voluntatem ac petitionem prædicti sanctissimi papæ se adimplere. Et postmodum alius missus familiaris ejus conjunxit, ea ipsa annuntians. Cumque a Longobardis, ut præfatum est, antiqua Romana urbs, & castra universa distringerentur, ita etiam ut Ciccanense castellum, quod colonorum sanctæ Dei ecclesiæ existebat, usurparet, illico * ad regiam urbem conjunxit sæpefatus Ioannes imperialis silentiarius cum missis ipsius sanctissimi pontificis, deferens secum & quæ deportaverat iniqui Longobardorum regis missus, simul & jussionem imperialem, in qua * inerat insertum, * a Longobardorum rege sanctissimum papam esse properaturum ob recipiendam Ravennatium urbem, & civitates * ei pertinentes. Pro quo & de præsenti Stephanus papa direxit ad eumdem blasphemum regem suum missum pro sua, & qui cum eo ituri erant, indemnitate. Ipsoque reverso, extemplo & missi jam fati Pippini regis Francorum conjunxerunt, id est * Rodigangus episcopus, & Anthcarius dux, quatenus prædictum sanctissimum papam (juxta quod petendo miserat) ad suum * Franciæ regem deducerent, quem etiam paratum invenerunt ad prædictum Longobardorum regem properandum pro recolligendis universis dominicis perditis * ovilibus. Tunc * consulens idem beatissimus papa omnipotentis Dei nostri misericordiam, egressus est ab hac Romana urbe ad beatum Petrum apostolum decimoquarto die mensis Octobris, indictione septima: secutique sunt eum plures Romanorum, & ceterarum civitatum populi flentes ululantesque, & nequaquam eum penitus ambulare sinebant. Qui videlicet sanctissimus vir sese in Dei virtute, protectione sanctæ Dei genitricis, &

*Adhuc etiam non

* valde * pervenit scilicet.

* Rodigaudus.

*a regia urbe venit.

* erat * ad regem * ad eam

*Rothingandus.

*in Franciam

* ovibus, *cernens

& beatorum principum apostolorum confidens A constanter pro salute omnium, licet infirmitate corporis detentus, laboriosum aggressus est iter, confortans atque commendans cunctam dominicam plebem bono pastori domino nostro, & beato apostolorum principi Petro. Et assumens secum ex * hac sancta ecclesia quosdam sacerdotes, proceres etiam & ceteros clericorum ordinis, necnon & ex militiæ optimatibus, Christo prævio, cœptum prosecutus est iter, magnam illi cæli serenitatem domino in ipso itinere tribuente. Igitur * conjungente eo fere quadragesimum milliarium Longobardorum finium, in una noctium signum in cælo magnum apparuit, quasi globus igneus ad partem australem declinans a Galliæ partibus in Longobardorum partes. Itaque unus ex eisdem Francorum missis scilicet Antcharius dux quantocius præcedens Ticinum, eum præstolatus est. Cum vero appropinquasset jam fatus beatissimus papa ad civitatem Papiam, direxit ad eum sæpefatus Aistulfus nequissimus rex missos suos, obtestans eum nulla penitus ratione audere verbum illi dicere petendi Ravennatium civitatem, & exarchatum ei pertinentem, vel de reliquis reipublicæ locis, quæ ipse vel ejus prædecessores Longobardorum reges invaserant. Ille vero ita ei misit in responsis, asserens, quod * nullius trepidationis terrore sileret hujuscemodi petendi causam. Conjungente vero eo Papiam civitatem, & prædicto nefando regi præsentato, plura illi tribuit munera, & nimis eum obsecratus est, atque lacrymis profusis eum petivit, ut dominicas, quas abstulerat, redderet oves, & propria propriis restitueret. Sed nullo modo apud eum hæc impetrare valuit. Nam & imperialis missus, & ille simili modo petiit, & imperiales literas illi tribuit, & nil obtinere potuit. Prædicti vero Francorum missi imminebant fortiter apud eumdem Aistulfum, ut præfatum sanctissimum papam in Franciam pergere relaxaret. Ad hæc convocans jam dictum beatissimum virum interrogavit, si * ejus in Franciam properandi esset voluntas? Quod videlicet ille nequaquam siluit, sed suam illi propalavit voluntatem. Vnde ille ut leo dentibus fremebat, pro quo & diversis vicibus suos satellites ad eum clam misit, ut eum quoquo modo a tali * intentu declinarent. Alias vero, præsente Rodigando sanctissimo episcopo, interrogavit eumdem beatissimum papam jam fatus Longobardorum rex * si velle haberet in Franciam ambulandi, & ita * affatus est: Quod si tua voluntas est me relaxandi, mea omnino est ambulandi. Tunc absolutus est ab eo, & assumens ex hujus sanctæ Dei ecclesiæ sacerdotibus & clero, id est Georgium episcopum Ostiensem, * Vvilearium episcopum Numentanum, Leonem, Philippum, Georgium, & Stephanum presbyteros, Theophylactum archidiaconum, Pardum & Gemmulum diaconos, Ambrosium primicerium, Bonifacium, secundum, hoc est alium Leonem, & Christophorum regionarios secum, & ceteros. Quintadecima die mensis Novembris prędictę septimę indictionis a civitate Papia movens suum in Franciam profectus est iter. Et post ejus absolutionem adhuc nitebatur suprascriptus Longobardorum rex a prædicto itinere eum deviare, quod minime ipsum sanctissimum virum latuit. Vnde & cum nimia celeritate Deo prævio ad [e] Francorum * conjunxit Clusas. Quas ingressus cum his qui cum eo erant, confestim laudes omnipotenti Deo reddidit. Et cœptum gradiens iter ad venerabile monasterium sancti Christi martyris Mauricii pervenit. In quo & constitutum erat pariter secum Francorum regem convenire, annuente domino sospes isdem beatissimus pontifex cum omnibus qui cum eo erant advenit. In quo & aliquantis demorantes diebus * conjunxerunt in prædicto venerabili monasterio Fulradus abbas, & * Rothardus dux directi a sæpefato Pippino excellentissimo Francorum rege, petentes eumdem sanctissimum pontificem ad suum progredi regem. Quem & cum magno honore cum omnibus ad eum deduxerunt. Audiens vero isdem rex ejusdem beatissimi pontificis adventum, nimis festinanter in ejus advenit occursum una cum conjuge, filius etiam, & primatibus, B * pro quo & * afferens centum millia filium suum nomine Carolum in occursum ipsius coangelici papæ direxit cum aliquibus ex suis optimatibus. Ipseque in palatio suo in loco, qui vocatur Ponticone, ad fere trium millium spatium descendens de equo suo cum magna humilitate terræ prostratus, una cum sua conjuge, filiis, & optimatibus, eumdem sanctissimum papam suscepit. Cui & vice stratoris usque in aliquantum locum juxta ejus sellarem properavit. Tunc prædictus almificus vir cum omnibus suis * extensa voce gloriam, & incessabiles laudes omnipotenti Deo referens cum hymnis & canticis spiritualibus usque ad præfatum palatium pariter cum rege omnes profecti sunt, sexta Ianuarii mensis die, in C apparitionis domini & Salvatoris nostri Iesu Christi sacratissima solennitate, ibique intus oratorium pariter consedentibus, mox idem beatissimus papa prædictum Christianissimum regem lacrymabiliter deprecatus est, ut per pacis fœdera causam beati Petri, & reipublicæ Romanorum disponeret. Qui de præsenti jurejurando eidem beatissimo papæ satisfecit, omnibus mandatis ejus & admonitionibus sese totis * nisibus obedire, & ut illi placitum fuerit, exarchatum Ravennæ, & * reipublicæ jura, seu loca reddere modis omnibus. Sed quia tempus imminebat hiemale, eumdem sanctissimum papam cum suis omnibus * Parisios apud venerabile monasterium beati Dionysii ad * habitandum pergere curavit. D Quo peracto, & eo in eodem venerabili monasterio cum jam fato Christianissimo Pippino * conjungente, domino annuente, post aliquantos dies isdem Christianissimus [b] Pippinus res ab eodem sanctissimo papa Christi gratia cum duobus filiis suis reges uncti sunt Francorum. Postea vero beatissimus papa præ nimio labore itineris atque temporis inæqualitate fortiter infirmatus est, ut etiam omnes tam sui, quamque etiam * Francorum ibidem existentium omnes eum desperarent. Sed domini Dei nostri ineffabilis clementia, qui non deserit sperantes in se, salvum cupiens * domnum Christianissimum, dum eum mane mortuum invenire sperabant, subito E illo die sanus repertus est. Pippinus vero rex cum admonitione, gratia & oratione ipsius venerabilis pontificis absolutus, * in loco qui * Carisiacus appellatur pergens, ibique congregans cunctos proceres regiæ suæ potestatis, & eos tanti patris admonitione imbuens, statuit cum eis quæ semel [c] Christo favente una cum eodem beatissimo papa decreverat perficere. Interea nefandissimus Aistulphus * [d] Carolomannum fratrem benignissimi Pippini regis a monasterio beati Benedicti, in quo devote per revolutum temporis

Marginal notes:
* hujus sanctæ ecclesiæ clero
* pervenite eo Longobardorum finibus
* nullo trepidationis terrore sileret ab hujuscemodi petendi causa
* ei
* intentione
* si vellet ire in Franciam, respondit:
* Vvillarium
* pervenit Clusas.
* convenerunt
* Rothaldus
* & fere ad
* offerens
* excelsa
* viribus
* seu cetera loca juri reipublicæ,
* modis omnibus reddere.
* Parisia cum
* hibernandum
* comitante
* Franci ibidem existentes de ejus vita desperarent.
* omnem fieri hominem, dum cum
* ad locum
* Parisiacus
* Carolo magno fratri

temporis ſpatium * monachice degebat, diabolicis ei ſuaſionibus ſuadens, * in Franciam provinciam ad objiciendum atque adverſandum cauſæ redemptionis ſanctæ Dei eccleſiæ, & reipublicæ Romanæ, direxit. Dumque illuc * conjunxiſſet, nitebatur omnino, & vehementius decertabat ſanctæ Dei eccleſiæ cauſam ſubvertere, juxta quod a præfato nec dicendo Aiſtulpho tyranno fuerat directus. Sed propitiante domino minime valuit ſui germani Chriſtianiſſimi Pippini regis Francorum in hoc firmiſſimum cor inclinare. Potius autem, comperta nequiſſimi Aiſtulphi verſutia, tota ſe virtute idem excellentiſſimus Pippinus Francorum rex profeſſus eſt decertare pro cauſa ſanctæ Dei eccleſiæ, ſicut pridem jam fato beatiſſimo ſpoponderat pontifici. Tunc pari conſilio iſdem ſanctiſſimus papa cum denominato Francorum rege conſilio initio juxta id quod præfatus Carolomannus Deo ſe devoverat monachicam degere vitam, in monaſterio eum † illic in Francia collocaverunt. Vbi & poſt aliquantos dies divina vocatione de hac luce migravit anno domini DCCLV. Porro Chriſtianiſſimus Pippinus Francorum rex, ut vere beati Petri fidelis, atque jam fati ſanctiſſimi pontificis ſalutiferis obtemperans * monitis, direxit ſuos miſſos Aiſtulpho nequiſſimo Longobardorum regi, propter pacis fœdera, & * proprietatis ſanctæ Dei eccleſiæ ac reipublicæ reſtituenda jura, atque bis, & tertio, juxta ſæpefati beatiſſimi papæ admonitionem, eum deprecatus eſt, & plura ei pollicitus eſt munera, ut tantummodo pacifice propria reſtitueret propriis. Sed ille, peccato imminente, obedire diſtulit. Ad hoc iſdem eximius Francorum rex cernens, quod atrociſſimi Aiſtulphi nequaquam valeret quoquo modo ſaxeum mollire cor, generalem contra eum decrevit facere motionem. Et dum jam fere medium itineris ſpatium Francorum exercituum graderentur cunei, rurſum ipſe ſanctiſſimus vir præfatum benigniſſimum deprecatus eſt Pippinum regem, * demum ſæviſſimo Aiſtulpho, diro Longobardorum regi, ſi quo modo potuiſſet, vel ſero tandem ejus ſedare ſævitiam, & propria propriis ſaluberrime ſuaderet reddere, abſque humani effuſione ſanguinis. Et ita factum eſt: atque denuo ipſe benigniſſimus Francorum rex ſuos eidem Aiſtulpho miſit miſſos. Sed beatiſſimus iſdem papa, ut vere pater, & bonus paſtor, ne ſanguis effunderetur Chriſtianorum, admonitionis & obſecrationis apoſtolicas ei direxit literas, per eas & fortiter per omnia divina myſteria, & futuri examinis diem conjurans atque obteſtans, ut pacifice ſine ulla ſanguinis effuſione propria ſanctæ Dei eccleſiæ & reipublicæ Romanorum redderet jura: ſed, iniquitate ejus obſiſtente, nequaquam acquieſcere voluit. Potius autem e contrario minas & indignationes præfato pontifici & excellentiſſimo Pippino regi, vel cunctis Francis direxit. Tunc * fixus in omnipotentis Dei miſericordia antefatus Pippinus Francorum rex iter ſuum * profectus eſt, præmittens ante ſuum occurſum aliquos ex ſuis proceribus, & cum eis exercituales viros ad cuſtodiendum proprias Francorum * cluſas. Ibique conjungentes remoti reſidebant, proprii regis præſtolantes adventum. Audiens itaque protervus ille Aiſtulphus" parvos fuiſſe Francos illos, qui ad cuſtodiam propriarum advenerant cluſarum, fidens in ſua * ferocitate, ſubito aperiens cluſas, ſuper eos diluculo cum plurimis exercitibus irruit. Sed juſtus judex dominus, & Deus ſalvator noſter

*monachus * cum in Franciæ provinciam ad ſibi obediendum, * perveniſſet, † Viennæ. * collocaverunt. * juſſis, * præfatæ ſanctæ * ut denuo, * fiſus * profecutus * Clauſas, " paucos * fortitudine,

A Ieſus Chriſtus victoriam pauciſſimis illis tribuit Francis. Et multitudinem illam Longobardorum ſuperantes trucidaverunt, ita ut ipſe Aiſtulphus fuga arreptus vix ab eorum evadere potuiſſet manibus, niſi uſque in Papiam civitatem abſque armis fugam arripuiſſet. In qua & præ timore Francorum cum aliquantis ſe retruſit. Ipſi vero Franci introeuntes cluſas cunctorum † foſſatum Longobardorum poſt peractam cædem abſtulerunt, ſpolia multa auferentes. Conjungens vero Chriſtianiſſimus Pippinus Francorum rex, ſequipes etiam ejus & antefatus beatiſſimus papa factus, uſque ad muros civitatis Papiæ utrique pervenerunt. Quam & obſidentes per aliquantos dies viriliter eam Francorum exercitus * conſtrinB xerunt. Tunc jam fatus beatiſſimus & coangelicus papa Pippinum deprecatus eſt benigniſſimum regem, ut jam amplius malum hoc non * proveniret, neque ſanguis effunderetur Chriſtianorum, imminens ſalutifera prædicatione, ut pacifice cauſæ finirentur. * Ad hæc Chriſtianiſſimus Pippinus Francorum rex ejuſdem beatiſſimi patris & boni paſtoris audiens adimplenſque admonitionem, Deo dilectam pacem inientes, atque in ſcripto fœdera partium affirmantes inter Romanos, Francos & Longobardos, & obſides Longobardorum iſdem Francorum rex abſtollens, ſpopondit ipſe Aiſtulphus cum univerſis ſuis judicibus ſub terribili & fortiſſimo ſacramento, atC que in eodem pacti fœdere per ſcriptam paginam affirmavit ſe illico redditurum civitatem Ravennatium cum aliis diverſis civitatibus. Et poſt hoc facta pace inter Romanos, Francos & Longobardos rex Pippinus obſides Longobardorum ſecum ducens in finibus ſuis rediit. Cumque abinvicem eſſent ſegregati, ſolitum in perjurii reatum infidelis ille Aiſtulphus Longobardorum rex incidens quod jurejurando promiſit reddere diſtulit. Dum enim ſæpefatus ſanctiſſimus papa conjungeret Romam, poſt aliquanti temporis ſpatium furore vehementi repletus adverſarius ille, & ſuæ animæ inimicus Aiſtulphus, Deo ſibi contrario, non ſolum quia ea quæ promiſerat minime adimplevit, ſed etiam generalem faciens commoD tionem cum univerſo regni ſui Longobardorum populo contra hanc Romanam venit urbem, quam per trium menſium ſpatia obſidens, atque ex omni circumdans parte, quotidie fortiter eam expugnabat; omnia quæ erant extra urbem ferro & igne devaſtans, atque funditus demoliens conſumpſit. Imminens vehementius iſdem peſtifer Aiſtulphus, vt hanc Romanam capere poſſet urbem, nam & multa corpora ſanctorum effodiens, eorum ſacra * myſteria ad magnum animæ ſuæ detrimentum abſtulit. Hæc itaque impie ab eodem Aiſtulpho geſta quanto citius ſæpedicti Francorum * inſonuere in aures. Sed & beatiſſimus ponE tifex per marinum iter ſuos ordinans, ad eum in Franciam dirigit miſſos, una cum quodam religioſo viro Vvarnerio nomine, qui ab eodem Francorum rege huc Romam directus fuerat. Cuncta quæ geſta ſunt, & quæ crudeliter tyrannus ille peregit Aiſtulphus * ſubtili fictione ſuis apoſtolicis relationibus ſæpefato Chriſtianiſſimo & Dei cultori Pippino Francorum intimavit regi, adjurans eum fortiter, firmiterque * ſub divina diei judicii obteſtatione, cuncta quæ beato Petro pollicitus eſt ad implendum. At vero ad hæc Chriſtianiſſimus Pippinus rex Francorum fervore fidei motus iterum cum Dei virtute generalem faciens motionem in Longobardorum partes * conjunxit,

† foſſatum idest caſtra * conſtrinxit. * perveniret, * Ad hoc Pippinus rex audiens eos paci inhiantes, atque in ſcripto fœdera pactum promittentes, dixit ſummo pontifici: Fiat ſecundum præceptum tuum beatiſſime pater. * cœmeteria * innotuerunt auribus * ſubtiliter ſuis * ſub divini judicii die obteſtans, ut cuncta quæ beato Petro pollicitus eſt adimpleret,

* conjunxit, & clusas funditus eorumdem evertit Longobardorum. Etenim cum ad prædictas Longobardorum clusas jam fatus Christianissimus Pippinus Francorum appropinquaret rex, * conjunxerunt in hanc Romanam urbem imperiales missi, Gregorius scilicet * protosecreta; & Ioannes silentiarius directi ad prædictum Francorum regum. Quos suscipiens beatissimus papa eisdem motionem præfati Francorum regis nuntiavit: quod quidem illi dubium habuerunt credendi. Et adhærens eis missum apostolicæ sedis, eos in Franciam ire † absoluit. Et pergentes marino itinere quantocius Massiliam advenerunt. In quam ingredientes didicerunt jam prædictum Francorum regem Longobardorum fines fuisse ingressum, juxta adhortationem antefati beatissimi papæ, & promissionem quam beato Petro jurejurando obtulerat. Et hæc cognoscentes ipsi imperiales missi tristes effecti nitebantur dolose missum apostolicæ sedis detinere Massiliæ, ut minime ad prædictum properaret regem, affligentes eum * valide. Sed interveniente beato Petro apostolorum principe eorum callida ad nihilum redacta est versutia. Itaque unus ex ipsis * protosecreta præcedens apostolicæ sedis missum celeriter prænominatum Francorum assecutus est regem: quem & in finibus Longobardorum non procul a Papia reperit civitate: & nimis eum deprecans, atque plura spondens * tribui imperialia munera, ut Ravennatium urbem vel ceteras ejusdem exarchatus civitates & castra imperiali tribuens concederet ditioni. At nequaquam valuit firmissimum jam fati Christianissimi atque benignissimi fidelis Dei & amatoris beati Petri apostoli, scilicet antefati Pippini Francorum regis, inclinare cor, ut easdem civitates & loca imperiali tribueret ditioni. Asserens isdem Dei cultor, mitissimus rex, nulla penitus ratione easdem civitates a potestate beati Petri, & jure ecclesiæ Romanæ, vel pontificis apostolicæ sedis quoquo modo alienari pati: affirmans etiam sub juramento, quod per nullius hominis favorem sese certamini sæpius dedisset, nisi pro amore beati Petri & venia delictorum; asserens & hoc, quod nulla * eum thesauri copia suadere valeret, ut quod semel beato Petro obtulit auferret. Et hoc prædicto imperiali misso reddens in responsis, continuo eum ad propria remeandum per aliam viam absoluit, & sine effectu Romam conjunxit. Dum vero antefatus benignissimus Pippinus Francorum rex Papiam obsidens constringeret civitatem; tunc Aistulphus atrocissimus rex Longobardorum, ut veniam illi tribueret, rogavit, & ab obsidione cessaret; quas prius contempserat conscriptas in pacti fœdere reddere civitates, se modis omnibus professus est redditurum. Et denuo confirmato anteriore pacto, quod per elapsam octavam indictionem inter partes convenerat; restituit ipsas civitates prælatas, addens & castrum quod cognominatur * Comiaclum.

De quibus omnibus receptis civitatibus donationem in scriptis a beato Petro, atque a sancta Romana ecclesia, vel omnibus in perpetuum pontificibus apostolicæ sedis emisit possidendam, quæ usque hactenus in archivo sanctæ ecclesiæ recondita tenetur. Ad recipiendas vero ipsas civitates misit ipse Christianissimus Francorum rex suum consiliarium, id est, Fulradum venerabilem abbatem & presbyterum. Et continuo ejus * eximietas feliciter cum suis exercitibus Franciam repedavit. Prænominatus autem Fulradus venerabilis abbas, & presbyter Ravennatium partes cum missis jam fati Aistulphi regis conjungens, & per singulas ingrediens civitates tam Pentapoleos quam & Æmiliæ, easque recipiens, & obsides * per unamquamque auferens, atque primates secum una cum clavibus portarum civitatum deferens, Romam conjunxit. Et ipsas claves tam Ravennatium urbis, quamque diversarum civitatum ipsius Ravennatium exarchatus una cum suprascripta donatione de eis a suo rege emissa in confessione beati Petri ponens, eidem apostolo, & ejus vicario sanctissimo papæ, atque omnibus ejus successoribus pontificibus perenniter possidendas atque disponendas tradidit, id est, Ravennam, Ariminum, Pisaurum, atque Fanum, Cesenas, Senogallias, Æsium, Forum Pompilii, Forum Livii, cum castro Sussubio, montem Feretri, Acerragium, montem Lucari, Serram, castellum sancti Mariani, Bobium, Vrbinum, Gallium, Luceolos, Eugubium, Comiaclum, nec non & civitatem Narniensem; quæ a * ducatu Spoletino a parte Romanorum per evoluta annorum spatia fuerat invasa. Dum ergo hæc agerentur, ipse infelix Aistulphus quodam loco in venationem pergens divino ictu percussus defunctus est. Tunc Desiderius quidam dux Longobardorum, qui ab eodem nequissimo Aistulpho Tusciæ in partes erat directus, audiens præfatum obiisse Aistulphum; illico aggregans ipsius Tusciæ universam exercituum multitudinem, regni Longobardorum arripere nixus est fastigium. Cujus personam despectui habens * Radchisus dudum rex, & postmodum monachus, germanus præfati Aistulphi, sed & alii plures Longobardorum optimates, cum eo eumdem Desiderium spernentes; plurimam trans Alpes vel cetera Longobardorum loca exercituum multitudinem aggregantes, ad dimicandum contra eum profecti sunt.

Ad hæc præfatus Desiderius obnixe præfatum beatissimum pontificem deprecatus est sibi auxilium ferre, quatenus ipsam regiam valeret assumere dignitatem, spondens jurejurando omnem præfati beatissimi pontificis adimplere voluntatem. Insuper & reipublicæ se redditurum professus est civitates quæ remanserant, imo & copiosa daturum munera. Tunc isdem præcipuus pater & bonus pastor inito consilio cum sæpefato Fulrado venerabili presbytero & abbate, atque consiliario Christianissimi Pippini Francorum regis, misit suum germanum, Paulum scilicet diaconum, atque Christophorum consiliarium una cum præfato Fulrado in partes Tusciæ ad prædictum Desiderium. Cum quo loquentes confestim per scriptam paginam terribili juramento isdem Desiderius cunctam professus est superius annexam sponsionem adimplere. Post hæc vero peracta statim suum missum, id est Stephanum venerabilem presbyterum, cum apostolicis exhortatoriis literis præfato Rachisi, vel cunctæ genti Longobardorum direxit, properans & prædictus Fulradus venire cum aliquantis Francis in auxilium ipsius Desiderii: sed & plures exercitus Romanorum, si necessitas exigeret, in ejus disposuit * occurri adjutorium. Et suffragantibus prædicti sanctissimi pontificis Deo acceptis precibus, ita omnipotens

Marginalia: * ipse rex — * de unaquaque tollens. — * duce Spoletano — * Rachis — * occurrere — [left margin, partly cut off:] ...nerunt ...anc ur- — ...oto a ...tis — ...soluit, † dimi- — ...alde. — ...egorius ...licet. ...roto a ...retis — ...ibuit — ...ei — ...Comia- ...um.

nipotens dominus disposuit, ut sine ulla animarum periclitatione antefatus Desiderius per jam dicti coangelici papæ * concursum eamdem, quam ambiebat, assumeret regalem dignitatem. Dum vero hæc agerentur, direxit missum suum sanctissimus pontifex, & abstulit ipsis civitatibus, quas sæpedictus Desiderius rex reddere promiserat beatissimo eidem papæ, id est, Faventiam, cum castro Tiberiano, seu Gabellum, universum ducatum Ferrariæ in integro. Et annuente Deo, rempublicam dilatans, & universam dominicam plebem, videlicet rationales sibi commissas oves, ut bonus pastor, animam suam ponens, omnes ab insidiis eruit inimicorum: cursumque consummans, & omnia utiliter perficiens, Dei vocatione vitam finiens ad æternam migravit requiem. Qui fecit ordinationem unam per mensem Martium, presbyteros undecim, diaconos duos, episcopos per diversa loca numero viginti: & cessavit episcopatus dies triginta quinque. Sepultus est in basilica beati Petri apostolorum principis, sexto Kalendas Maii, indictione decima. Et cessavit episcopatus ejus diebus triginta duobus.

* consensum

Rachis vero redit ad monasterium.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Stephanus II. papa factus quo tempore?

a *Stephanus.*] Duodecimo die post obitum Zachariæ, vigesima septima Martii, anno domini septingentesimo quinquagesimo secundo electus est Stephanus secundus; qui sicut prima ætate teste Anastasio pie est institutus, ita primordia pontificatus, institutis & restauratis pauperum xenodochiis a pietate inchoavit: tertio mense pontificatus fœdus quadraginta annorum cum Aistulpho Longobardorum rege iniit: quod cum rex fœdifragus quarto post mense rupisset, nihilque apud eum iteratis muneribus atque legationibus pacem expetentibus profecisset, auxilium oravit a Constantino imperatore, sed non exoravit. Itaque frequentatis per urbem publicis litaniis, precibus, & processionibus, a Pippino subsidium petiturus urbe egressus Aistulphum adiit: sed cum nihil ibi profecisset, ad Pippinum in Gallias perrexit; quo honorifice exceptus, spem & promissionem subsidii impetravit, cujus causa Roma in Gallias profectus erat. Vt beneficia ab eodem accepta compensaret, Parisiis Pippinum cum filiis reges Galliæ consecravit. In morbum vitę suę periculosissimum dum ibidem incidisset, beneficio sancti martyris Dionysii, ut fatetur in diplomate quodam apud Hilduinum in Areopagiticis, subito pręter omnium expectationem convaluit. Dum Parisiis ageret, teste Vvalfrido Strabone, ecclesiam Gallicanam in sacro cantu per Romanos clericos perfecte instruxit. Aistulphus autem rex Longobardorum interea Carlomannum fratrem Pippini a monasterio Cassinensi, quod ingressus erat, abstractum, accedente abbatis jussu misit in Galliam, ut fratrem Pippinum a subsidio Romanæ ecclesiæ ferendo avocaret. Quod cum ille Romanæ ecclesiæ observantissimus ea dumtaxat intentione proposuisset, ut barbari regis furor ab inferenda clade Cassinensi monasterio abstineret, adeoque non ex propria sententia hoc demandatum negotium peregisset, nihilque apud fratrem obtinuisset, parata est Francorum contra Longobardos expeditio. Habita pugna, fusoque Longobardorum exercitu, Aistulphus Papiæ urbis ingressu ab internecione se liberavit. Verum cum Pippinus eamdem urbem obsidione cinctam deditione incolarum subegisset, rogatu & intercessione pontificis; Aistulpho ea conditione reddita, ut jurato promitteret se Ravennam, aliasve quas nullo jure inuaserat Romanæ ecclesiæ civitates, propediem redditurum esse. Quod cum Aistulpus rex non gravato præstitisset, Pippinus cum suis in Gallias, Stephanus papa reliquiis sancti Dionysii donatus in urbem rediit; ubi summo gaudio a suis exceptus dignas Deo laudes pro tot tantisque acceptis beneficiis publice apud basilicam sancti Petri ex more persoluit. Aistulphus post abitum Pippini timore solutus, non modo nihil ecclesiæ restituit, sed potius comparato undequaque exercitu, ipsius urbis obsidionem præparavit. Videns ea Stephanus papa, nova legatione in Gallias missa, novum subsidium implorat per literas infra subsequentes. Quas cum rex Pippinus accepisset, citissime parato exercitu Italiam ingreditur, cogitque Aistulphum, ut quas invaserat Ravennatis exarchatus urbes statim restitueret, atque possessione evacuaret. Pippinus receptas una cum multis aliis supra recensitis Romanæ ecclesiæ donavit, factamque donationem scripto instrumento publico, quod etiamnum in archivis Romanæ ecclesiæ continetur, corroboravit. Et ne bis perjurus tertio adversus Deum ejusque sanctos bella moveret, Aistulphum vita simul & regno Deus spoliavit: delatoque auctoritate sedis apostolicæ regno Longobardorum ad Desiderium ducem Tusciæ, factum est justo Dei judicio, ut qui noluerunt Romanam ecclesiam quidquam jurium in Italiæ civitatibus possidere, iidem, ut videre est apud Anastasium supra, ab ipsa supplices regnum petere debuerint.

Compendium rerum ab eo gestarum.

Pippinus rex Galliæ fit.

Pippinus Longobardos bis vicit.

Longobardi regnum a pontifice expetunt.

Hujus temporibus sanctus Bonifacius & Hildebertus Coloniensis archiepiscopus circa Trajectensem ecclesiam de jure diœceseos controverterunt, ut patet ex epistola Bonifacii ad Stephanum papam.

b *Pippinus rex ab eodem sanctissimo papa Christi gratia cum duobus filiis suis reges uncti sunt Francorum.*] Idem præter Anastasium hic asserunt Theoph. lib. 22. Paulus diaconus lib. 6. cap. 5. Egilvvaldus lib. 2. cap. 1. & ipse Ludovicus imperator in epistola ad Hilduinum scripta, quæ in Areopagiticorum antiqua versione invenitur. Vnctum vero esse Pippinum a sancto Bonifacio affirmant prisci Francorum annales, tam Nuerianiani quam Pithœani. Aimonius libro 4. cap. 61. Marianus, Regino, Lambertus, Sigebertus, & historici omnes Latini, ut ait Baronius anno 754. *Possunt tamen*, inquit Serarius, notat. 38. lib. 3. histor. Mogunt. *qui discordes videntur in concordiam non difficulter adduci, si dicamus ab utroque unctum Pippinum; a Bonifacio scilicet uno tempore, tamquam a pontificis ipsius legato; a Stephano deinde alio secreto tempore, tamquam ab ipsomet pontifice. Nam eumdem regem ungi sæpius quid vetat? An non etiam aliquando factum? Mitto Caroli Magni ejusque filiorum historias. Saul rex nonne bis unctus?* 1. *Regum* 10. *David vero nonne ter?* 1. *Regum* 16. 2. *Reg. cap.* 2. *&* 5. *Hujusmodi enim interdum ceremoniæ ac ritus ad majorem auctoritatem, solennitatem, & confirmationem iterantur: prout recte dixit libro* 2. *Regum cap.* 5. *quæstione* 4. *Tostatus. Idem factum esse Pippino notant Aimoinus libro* 4. *cap.* 61. *& Tilius libro de regibus Franciæ.* Hæc Serarius libr. 3. Mog. historiæ notat. 38.

An Pippinus a Stephano vel a Bonifacio unctus fuerit in regem Galliæ.

c *Christo prævio.*] *Hic*, inquit Baronius anno 753. num. 9. *allusisse eum putamus ad ritum illum Romanæ ecclesiæ, quo sacratissima eucharistia soleret peregrinantes Romanos pontifices præcedere.*

d *Carlomannum fratrem Pippini.*] Carlomannum non sui animi consilio hæc præstitisse, sed jussu illius, cui voverat Dei nomine obedire, abbatis Cassinensis monasterii, testatur Leo Ostiensis lib. 1. cap. 7. in fine his verbis: *Postmodum vero cum ab Aistulpho Longobardorum rege rogaretur, ut pro quibusdam regni sui negotiis ad Pippinum fratrem suum Francorum regem pergeret, abbate quoque id fieri postulante, ægre consentiens profectus tandem est*, &c. Hæc de Carlomanno Leo Ostiensis.

An Carlomannus monachus contra ecclesiam solicitando peccaverit.

e *Francorum clausas.*] Clausæ sunt angustiæ Alpium, quibus velut ostiis accessus hostium vetabatur.

I. AD PIPPINVM REGEM FRANCORVM.

Gratias agit de promissis per Droctegangum abbatem, qui a Pippino missus ad Stephanum papam fuerat, cum is in Franciam venire se velle significasset.

Domino excellentissimo filio Pippino regi Stephanus papa.

Epist. 16. codicis Carolini.

PRÆSENS Droctegangus abbas, sacris liminibus protectoris tui beati apostolorum principis Petri, & nostris obtutibus præsentatus, imposita sibi verba salutationis ac sospitatis exposuit a Deo servatæ atque amantissimæ excellentiæ tuæ. Vnde innumeras omnipotenti Deo læti effecti gratias referentes egimus, petentes ejus divinam misericordiam, licet peccatores & indigni, ut pro sua te protegat pietate, excellentissime fili, & multo amplius atque perfectius suo timore tuum regnum confirmet, & amore apostolico; quatenus & præsenti vita longe feliciter fruaris, & æternæ beatitudinis consors fructu apostolici amoris effici merearis. Etenim

Etenim præsens Droctegangus, fidelis tuus A missus, juxta quod nobis locutus fuit, congruum per eum tuæ sublimissimæ bonitati in ore ponentes remisimus responsum: cui & in omnibus credere jubeas, fili, quia in omnibus quæ mandasti, Christo cooperante, salutaria tibi mandavimus. Sed imple dominicum dictum, sicut scriptum est: *Quoniam qui perseveraverit usque in finem salvus erit.* Ex hoc enim centuplum accipies, & vitam possidebis æternam. Hoc autem petimus, fili, ut dum missos tuos ad nos remittere jusseris cum responsis, hunc Ioannem, virum religiosum, cum eis mittere jubeas: fidelis enim tuus est, & prudenter reportat responsa. Bene vale. B

Matth. 10.

II. AD PROCERES FRANCORUM.

Vt ipsius apud Pippinum regem petitioni faveant, eique in suscipienda ecclesiæ causa operam suam conferant.

Stephanus episcopus servus servorum Dei viris gloriosis nostrisque filiis omnibus ducibus gentis Francorum.

LÆTA gaudet sancta mater ecclesia in provectu fidelium filiorum. Propterea etsi corpore absentes, spiritu vero præsentes, gloriosam prudentiam atque dilectionem vestram, sublimissimi filii, ac si præsentialiter amplectentes in osculo pacis, salutamus in domino, dicentes: *Benefac, domine, bonis & rectis corde.* Quoniam fiduciam habemus, quod Deum timetis, & protectorem vestrum beatum Petrum, principem apostolorum diligitis, & cum tota mentis devotione pro ejus perficienda utilitate in nostra obsecratione cooperatores & adjutores eritis: pro certo tenentes, quod per certamen, quod in ejus sanctam ecclesiam, vestram spiritualem matrem, feceritis, ab ipso principe apostolorum vestra dimittantur peccata, & pro capti cursu laboris centuplum accipiatis de manu Dei, & vitam possideatis æternam. Idcirco obsecramus atque conjuramus vestram sapientissimam caritatem per Deum & per dominum nostrum Iesum Christum, & diem futurum examinis, in quo omnes pro nostris facinoribus erimus reddituri rationem ante tribunal æterni judicis, ut nulla interponatur occasio, ut non sitis adjutores ad obtinendum filium nostrum a Deo servatum Pippinum, excellentissimum regem, pro perficienda utilitate fautoris vestri beati apostolorum principis Petri, sicut per præsentem Droctegangum religiosum abbatem, ejusque concomites direximus: quatenus vobis concurrentibus, dum nostra deprecatio fuerit impleta, ipso principe apostolorum, cujus causa est, largiente, vestra deleantur peccata, & ut habet potestatem a Deo concessam, sicut claviger regni cælorum vobis aperiat januam, & ad vitam introducat æternam. Sed attendite, filii, & ad participiandum hoc quod optavimus studiosius elaborate: scientes quod si quis declinaverit in aliam partem, ab æternæ beatitudinis hereditate erit alienus. Scriptum quippe est: *Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Diligentibus namque Deum omnia cooperantur in bonum.* Bene valete.

Epist. 11. Codicis Carolini. — Psal. 124. — Matth. 10. — Rom. 8.

III. AD PIPPINUM, EIUSQUE FILIOS REGES.

Cunctante Aistulpho civitates restituere, novisque infestationibus ecclesiam vexante, regem obtestatur, ut opem ferat, & donationem sancto Petro promissam re ipsa implere studeat.

Dominis excellentissimis filiis Pippino regi, & nostro spiritali compatri, seu Carolo & Carolomanno item regibus, & utrisque patriciis Romanorum, Stephanus papa.

PROVIDI & sapientissimi Salomonis prophetica ita fertur assertio: *Nomen bonum super misericordiam.* Nomen quippe bonum est, fidem, quam quis pollicitus fuerit, immaculato corde & pura conscientia custodire, & operibus implere. Nomen enim bonum est, totis viribus ad exaltationem sanctæ Dei ecclesiæ, per quam & salus Christianorum existit, decertare. Bonum enim inter omnes gentes de vobis exiit nomen, si operibus fuisset impletum. Redemptor namque noster, misericors & multum miserator dominus, illis propitiator existit, quos omnino tota mentis integritate fideles, & defensores sanctæ suæ ecclesiæ cognoverit. C Qualis remuneratio, aut merces sub cælo existimanda & coæquanda est ad eam, quæ pro defensione Dei ecclesiæ & domus beati Petri est rependenda? Ideo namque excellentissimam, & a Deo protectam bonitatem vestram, super turbas populorum, & multarum gentium, idem rex regum, & dominus dominantium salvos vos instituit, ut per vos sancta Dei ecclesia exaltetur. Potuerat namque alio modo, ut illi placitum fuisset, sanctam suam vindicare ecclesiam, & justitiam sui principis apostolorum exigere: sed quia mentem & conscientiam vestram, a Deo protecte spiritalis compater, & dulcissimi filii, probare voluit, ideo nostram infelicitatem ad D vos venire præcepit. Tradidimus enim corpus & animam nostram in magnis laboribus ad viam spatiosam & longinquam provinciam, valde sisi in vestra fide: per Dei nutum illuc profecti sumus, afflicti in nive & frigore, æstu & aquarum inundatione, atque validis fluminibus, & atrocissimis montibus, seu diversis periculis. Etenim dum vestris mellifluis obtutibus præsentati sumus, omnes causas principis apostolorum in vestris manibus commendavimus: quoniam quidem inspirati a Deo aurem petitionibus nostris accomodare dignati estis, & vos beato Petro polliciti estis ejus justitiam exigere, & E defensionem sanctæ Dei ecclesiæ procurare: & ut vere fideles Deo, pura mente pro defensione Dei ecclesiæ dimicandum properastis. Sed omnipotens dominus, qui conterit bella ab initio, qui superbos humiliat, & humiles exaltat, illico justitiam beati Petri vestræ bonitati, & omnibus Christianis demonstravit, & tale præfulgidum miraculum ostendit, quale omnino gloriosum est referendum. Illi enim inimici Dei & sanctæ ecclesiæ, qui in sua ferocitate confidebant, veloces pedes habentes ad effundendum sanguinem, super brevem numerum populi vestri irruerunt, & ita per manum beati Petri omnipotens dominus victoriam vobis largiri dignatus est, ut illi, qui innumerabiles existebant, a paucis hominibus fuissent interempti. Et humiliati

Codicis Carolini 7. — Eccl. 7.

liati sunt ipsi inimici beati Petri usque ad terram; A & ita timorem & tremorem in illis dominus immisit per intercessiones beati Petri, ut ad nihilum devenirent. Non enim gladius hominis, sed gladius Dei est qui pugnat. Videns namque suam deceptionem iniquus Aistulphus rex, cum suis a Deo destructis judicibus, per blandos sermones & suasiones atque sacramenta illuserunt prudentiam vestram, & plus illis falsa dicentibus, quam nobis veritatem asserentibus credidistis. Magno namque dolore & tristitia, excellentissimi filii, cor nostrum repletum est, cur minime bonitas vestra nos audire voluit. Omnia denique, quæ per Dei jussionem vobis locuti sumus, veraciter ediximus, & jam patefacta sunt, ut facta ipsa B demonstrant. Etenim, sicut primitus Christianitati vestræ ediximus, iniquus Aistulphus rex, ingresso in ejus corde perfido diabolo, omnia quæ per sacramentum beato Petro per vestros missos restituenda promisit, irrita fecit, & nec unius palmi terræ spatium beato Petro reddere voluit. A die enim illo, quo a melliflua bonitate vestra separati sumus, tantum nos affligere & tribulare visus est, quantum non potest os hominis enarrare. In magna namque despectione sanctam Dei ecclesiam, & nostram humilitatem, & vestros missos habere visus est, quia etiam & C ad propriam nostram animam auferendam mala ejus imperatio & summissio facta est. Quid multa dicimus? Tantum nos tribulavit, quia etiam, si dici potest, & ipsi lapides pro nobis flerent. Tamen omnia vester consiliarius Fulradus presbyter & abbas, una cum suis sociis, si Deum præ oculis habent, omnia vobis enarrare possunt. Non enim quia jam reddere, ut constituit, propria beati Petri voluit, sed etiam scamaras atque deprædationes, seu devastationes in civitatibus & locis beati Petri facere sua imperatione nec cessavit, nec cessat. Oblitus quippe est Deum qui fecit eum, & fidem Christianam transgressus est. Quomodo ulterius credendus est, sive ipse, sive ejus consentanei, qui tanta in Dei mysteriis sacramenta præbuerunt, & noluerunt conserva- D re? Vere enim omnia vobis prædiximus de ejusdem impii regis mendacio & falsitate: & quemadmodum diximus manifesta sunt vobis, & perjurium ejus declaratum est. Pro quo peto vos, excellentissimi & a Deo protecti filii, & nimis obsecro, doleat vobis pro sancta Dei ecclesia, & beati Petri causa: & quod per donationem beato Petro offerendum promisistis, ei possidendum contradere debeatis. Mementote, & semper in vestris præcordiis firmiter tenete quod promisistis eidem janitori regni cælorum. Nulla jam vos seducat suasio, aut acceptilatio. Considerate quam fortis existit exactor idem princeps apostolorum beatus Petrus. Videte omnia quæ E ei promisistis, & per donationem offerendum polliciti estis, contradere festinate, ut non lugeatis in æternum, & condemnati maneatis in futura vita. Vita enim hujus mundi brevis est, & sicut umbra declinatur, & sicut vestimentum inveterascit. Illam vitam æternam, quam vobis beatus Petrus pro sua causa & justitia promisit, tota mente & integro corde quærite. Decertate bonum opus, quod cœpistis, implere, & quæ per donationem manu vestra confirmastis, protectori vestro beato Petro reddere festinate; quoniam scriptum est: *Melius est non vovere, quam vovere, & votum non reddere.* (Eccles. 5.) Sciatis enim, quia sicut chirographum vestram donationem princeps apostolorum firmiter tenet, & necesse est ut ipsum chirographum expleatis: ne dum justus Iudex ad judicandum vivos & mortuos, & sæculum per ignem advenerit, in futuro judicio idem princeps apostolorum idem chirographum demonstrans nullam habere firmitatem, districtas faciatis cum eo rationes. Sed magis explete quod promisistis velociter, ut iterum vitam æternam, quam ab ipso principe apostolorum promissam habetis, possideatis. Conjuro vos, excellentissimi & a Deo protecti filii, per Deum omnipotentem, qui continet omnia sua potentia, & per sanctam ejus matrem gloriosam semper virginem Mariam dominam nostram, atque virtutes cælorum; & per beatos principes apostolorum Petrum & Paulum, atque per tremendum judicii diem, ubi omnes constricte ad reddendum de nostris factis rationem assistere habemus, ubi nulla est ingeniosa excusatio, velociter & sine ullo impedimento, quod beato Petro promisistis per donationem vestram; civitates & loca, atque omnes obsides & captivos beato Petro reddite, vel omnia quæ ipsa donatio continet: quia ideo vos dominus per humilitatem meam, mediante beato Petro, unxit in reges; ut per vos sancta sua exaltetur ecclesia, & princeps apostolorum suam justitiam suscipiat. Magnum desiderium in nostro corde habebamus vestros mellifluos vultus aspicere, & de vestræ jucunditatis lætitia gaudere, juxta quod sapientissimus ait Salomon: *Per vicos & plateas quæsivi quem dilexit anima mea.* (Cant. 3.) Et certe quos dileximus, per Dei jussionem invenimus, & quos desideravimus amplexi sumus: pro quo diffusa est super vos benedictio & gratia beati Petri, ut domini fuit provisio. Quod nullus de vestris parentibus meruit suscipere, vos suscepistis; & princeps apostolorum præ ceteris regibus & gentibus vos suos peculiares faciens, omnes suas causas vobis commisit: & vos reddetis rationem Deo quomodo pro justitia ipsius ianitoris regni cælorum decertaveritis. Cunctus namque noster populus reipublicæ Romanorum magno dolore, & amarissimis lacrymis una nobiscum tribulantur pro eo, dum ad tam longam & spatiosam provinciam properavimus, & præ fatigio validi itineris caro nostra minuata est; sic vacui & infructuosi sine effectu justitiæ reversi sumus. Attamen nos infelices juxta dominicum præceptum egimus, & omnes causas beati Petri vobis commendavimus; & vobis pertinet hoc, sive ad peccatum, sive ad mercedem. Nam & omnes gentes ita firmiter tenebant, quod beatus Petrus nunc per vestrum fortissimum brachium suam percepisset justitiam, & factum non est, & in magno cordis stupore de hoc omnes evenerunt. Sed peto excellentissimam bonitatem vestram, ut vituperium hoc a gentibus auferatis, & omnibus fidem vestram operibus ostendite, eo quod fides, ut scriptum est, sine operibus otiosa est. Cum qua enim fiducia, aut fortitudine, ad expugnandos inimicos vestros pergere potestis, si justitiam beati Petri, ut promisistis & initiastis, non perfeceritis? Si enim ut cœpistis operibus adimpleveritis, eritis semper victores & fortissimi super vestros inimicos: & præsens regnum per multorum annorum spatia cum bona possidebitis fama, & vitam percipietis æternam. Tanto operi direximus ad vos

Vvillarium

Vvillarium reverentissimum & sanctissimum A fratrem & coepiscopum & fidelem, qui vobis omnia de nostra tribulatione, & causa beati Petri proprio ore enarret: cui in omnibus credere jubeatis, & exitum bonum in causa beati Petri ponere. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

IV. AD PIPPINUM REGEM.

Romana urbe ab Aistulpho & Longobardis obsessa lacrymabiles literas scribit, quibus opem a Pippino iterum votis omnibus implorat.

Domino excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum, Stephanus papa. B

Codicis Carolini 6.

QUANTA luctuosa & amarissima tristitia circumvallati, quantaque anxietate atque angustia coarctati simus, & quantas, crebrescentibus continuis malis, oculi nostri distillantes profundant lacrymas, credimus quod & ipsa omnium elementorum figmenta enarrent. Quis enim harũ tribulationum conspector non lugeat? Quis auditor harum nobis inhærentium calamitatum non ululet? Quamobrem cujusdam bonæ mulieris Susannæ pudicitiæ verba loquimur: *Angustiæ nobis undique, & quid agamus ignoramus.* O fili excellentissime & Christianissime, C utinam omnipotens rerum creator dominus, quemadmodum priscis temporibus Habacuc illum prophetam ad refocillandum & consolandum Danielem, præcipuum prophetam, abstrusum in leonum lacu, repentino volatu apportatum ab angelo miserat; ita & nunc, si dici potest, ejus misericordissima longanimitas a Deo servatam excellentiam tuam; vel unius horæ momento præsentem fecisset, ad contemplandas ærumnosas & lugubres angustias & tribulationes, quas immaniter a Longobardorum gente, & eorum nefando rege, patimur. Ecce venerunt nobis dies angustiæ, præsto sunt dies fletus & amaritudinis, dies anxietatis, & gemitus, & doloris; quoniã quod timebamus evenit, & quod verebamur accidit. Pro quo angustiati, afflicti, atque oppressi, & ex omni circũquaque parte circumdati a nequissimo Aistulpho rege & Longobardorum gente, profusis lacrymis, percussoque pectore, cum propheta dominum deprecantes dicimus; *Adjuva nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui libera nos.* Et rursum: *Apprehende arma & scutum; & exurge in adjutorium nostrum. Domine judica nocentes nos, & expugna impugnantes nos.* Etenim sæpius bonitati tuæ innotescere videmur licet nostras tribulationes, tamen & nunc luctu & gemitu referendum E malorum pericula, quæ ab eodem protervo rege passi sumus, & ejus gente Longobardorum, magno cogente periculo, significandum statuimus. Iam credimus, Christianissime & excellentissime fili & spiritalis compater, omnia nobilitati tuæ esse cognita, quomodo pacis fœdera ab impio Aistulpho rege & ejus gente dissipata sunt: & qualiter nihil juxta ut constituit, & per vinculum sacramenti confirmatum est, valuimus impetrare. Et jam quia nullum augmentum nobis factum est, potius autem post desolationem totius nostræ provinciæ, & plura homicidia ab eadem gente perpetrata, etiam quod cum magnis lacrymis & dolore cordis di-

Daniel. 13.

Dan. 14.

Psal. 78.

Psal. 34.

cimus agnoscas, excellentissime fili & spiritalis compater. In ipsis Ianuariis Kalendis cunctus ejusdem Aistulphi Longobardorum regis exercitus e Tusciæ partibus in hanc civitatem Romanam conjunxerunt, & resederunt juxta portam beati Petri, atque beati Pancratii, & Portuensẽ. Ipse vero Aistulphus cum aliis exercitibus conjunxit ex alia parte, & sua fixit tentoria juxta portam Salariam, & ceteras portas, & nobis direxit dicens: Aperite mihi portam Salariam & ingrediar civitatem, & tradite mihi pontificem vestrum, & habebo in vobis compassionem: alioquin muros subvertens, uno vos gladio interficiam, & videam qui vos eruere possit de manibus meis. Sed & Beneventani omnes generaliter in hanc Romanam urbem conjungentes, resederunt juxta portam B. Pauli apostoli, & ceteras istius Romanæ civitatis portas, & omnia extra urbem prædia longe lateq; ferro & igni consumpserunt, domos omnes comburẽtes, pene ad fundamenta destruxerunt. Ecclesias Dei incenderũt, & sacratissimas sanctorum imagines in ignẽ projicientes suis gladiis consumpserunt: & munera sancta, id est corpus domini nostri Iesu Christi, in suis contaminatis vasibus, quos folles vocant, miserunt, & cibo carnium copioso saturati comedebant eadem munera. Velamina altarium, ecclesiarum Dei omnia ornamenta, quod nimis crudele dici est, auferentes, in propriis utilitatibus usi sunt. Servos Dei monachos, qui pro officio divino in monasteriis morabantur, plagis maximis tundentes, plures laniaverunt; & sanctimoniales feminas, atque reclusas, quæ ab infantia & pubertatis tempore pro Dei amore sese clausuræ tradiderunt, abstrahentes cum magna crudelitate polluerunt: quin etiã & in ipsa contaminatione alias interficere nisi sunt. Et omnes domos cultas beati Petri igni cõbusserunt, vel omnium Romanorum, ut dictum est, domos comburentes extra urbem funditus destruxerunt, & omnia peculia abstulerunt, & vineas fere ad radices absciderunt, & messes conterentes omnino devoraverũt. Et neque domui sanctæ nostræ ecclesiæ, neque cuiquã in hac Romana urbe commoranti spes remansit vivendi, D quia, ut dictum est, omnia ferro & igni consumpserunt, & multos homines interfecerunt. Sed copiosam familiam beati Petri, & omnium Romanorum, tam viros quam mulieres jugulaverunt, & alios plures captivos duxerunt. Nam & innocentes infantulos a mamillis matrum suarum separantes, ipsosque vi polluentes interemerunt ipsi impii Longobardi. Et tanta mala in hac Romana urbe fecerunt, quanta certe nec paganę gentes aliquando perpetrarunt: quin etiam, si dici potest, & ipsi lapides nostras desolationes videntes ululant nobiscum. Quinquaginta & quinque dies hanc afflictam Romanam civitatem obsidentes, & ex omni parte circumdantes, prælia fortissima die noctuque cũ pessimo furore incessanter contra nos ad muros istius Romanæ urbis commiserunt. Et non deficiebant impugnantes nos, ut suæ potestati, quod avertat divinitas, subjiciens omnes uno gladio idem iniquus Aistulphus interimeret. Ita enim nobis exprobrantes asserebant: Ecce circumdati estis a nobis, & non effugietis manus nostras: veniant nunc Franci, & eruant vos de manibus nostris. Nam & civitatem Narniensem, quam beato Petro tua Christianitas concessit, abstulerunt, & aliquas civitates nostras comprehenderunt.

Quamobrem

constricti vix potuimus per maximum ingenium marino itinere præsentes nostras literas, & missos ad tuam excellentissimam Christianitatem dirigere, quas & cum magnis lacrymis scripsimus. Qui etiam probante veritate dicimus, per unamquamque literam lacrymas sanguine mixtas exprimeremus: & utinam præstaret nobis dominus, ut qua hora nostram luctuosam exhortationem legeris, in præsentia tua per omnem literam sanguine plenæ lacrymæ fluerent. Vnde, fili excellentissime, & spiritalis compater, peto te, & tamquam specialiter assistens, provolutus terræ, & tuis vestigiis me prosternens, cum divinis mysteriis conjuro coram Deo vivo & vero, & ejus principe apostolorum beato Petro; ut sub nimia festinatione, & maxima celeritate nobis subvenias ne pereamus: quoniam post dominum in tuis manibus nostrum omnium Romanorum commisimus animas. Non nos derelinquas: sic non te derelinquat dominus in omnibus actibus & operibus. Non nos spernas: sic non te spernat dominus invocantem ejus potentiam. Ne elonges a nobis auxilium tuum, Christianissime fili, & spiritalis compater: sic non elonget dominus auxilium suum & protectionem a te tuaque gente, dum ingressi fueritis contra inimicos vestros ad dimicandum. Adjuva nos, & auxiliare nostri sub magna velocitate, Christianissime, sic adjutorium sumas a Deo omnipotente, qui te vnxit super turbas populorum per institutionem beati Petri in regem. Occurre, occurre, fili, & subveni nobis, antequam gladius inimicorum ad cor nostrum pertingat. Peto te, ne pereamus, ne quando dicant gentes quæ in cuncto orbe terrarum sunt: Vbi est fiducia Romanorum, quam post dominum in regibus Francorum habebant? Non nos patiaris perire, & ne moreris, aut differas nobis ad solatiandum, nec a tuo nos separes auxilio: sic non sis alienus a regno Dei, & inseparatus a tua dulcissima conjuge, excellentissima regina, & spiritali nostra commatre. Non nos amplius anxiari & periclitari, atque in luctu & fletu perseverare permittas, bone excellentissime fili, & spiritalis compater: sic non superveniat tibi luctus de tuis meisque dulcissimis filiis, domno Carolo & Carolomanno excellentissimis regibus & patriciis. Non obdures aurem tuam ad audiendum nos, & ne avertas faciem tuam a nobis, ne confundamur in nostris petitionibus, & ne periclitemur usque in finem: sic non obduret dominus aurem suam tuas ad exaudiendum preces; & ne avertat faciem suam a te in illo futuri examinis die, quando cum beato Petro, & ceteris suis apostolis ad judicandum sederit omnem ordinem, omnem sexum, omnemque potestatem humanam, & sæculum per ignem, dicaturque tibi, quod avertat divinitas: Nescio te, quia non auxiliatus es Dei ecclesiæ, & defendere minime procurasti ejus peculiare populum periclitantem. Audi me, fili, audi me, & subveni nobis Ecce adest tempus salvandi nos: salva nos antequam pereamus Christianissime rex. Quid enim melius, quidve elegantius, quam periclitantes & in angustia positos salvare? Scriptum quippe est: *Qui salvat tamquam qui ædificat.* Hinc enim præcipuus Isaias propheta ait: *Subvenite oppresso.* Omnes enim gentes, quæ circumquaque sunt positæ, & ad vestram per Dei potentiam Francorum fortissimam gentem refugium fecerunt, salvæ factæ sunt. Et si omnibus gentibus auxilium impertire non differtis, & per vos salvæ efficiuntur, multo amplius sanctam Dei ecclesiam, & ejus populum de inimicorum impugnatione debueratis liberare. O quanta fiducia in nostro inerat corde, quando vestrum mellifluum conspicere meruimus vultum, & in caritatis vinculo sumus alligati atque connexi, in magna quiete & securitate nos permanere! Sed dum a vobis sperabamus lucem videre, eruperunt tenebræ, & facta sunt novissima nostra pejora prioribus. Considera fili, considera, & omnino percogita, per Deum vivum te conjuro, quoniam & nostra & omnis Romanorum populi animæ, post Deum & ejus principem apostolorum in tua a Deo protecta excellentia, & gente Francorum a Deo tibi commissa pendent: quia, ut prælatum est, in gremio tuo nostras commisimus animas; & si perire, quod absit & avertat divina clementia, nos contingerit, perpende, obsecro, & omni modo perpensa, in cujus animam respiciat ad peccatum. Certe enim omnino crede, Christianissime, si nobis aliqua evenerit calamitas, quod absit, periclitandi, tu de omnibus, a Deo protecte & dilectissime nobis, ante tribunal Dei eris redditurus rationem cum omnibus tuis judicibus: quoniam ut prælatum est, nulli alio nisi tantummodo tuæ amantissimæ excellentiæ, vel dulcissimis filiis, & cunctæ genti Francorum per Dei præceptionem, & beati Petri, sanctam Dei ecclesiam, & nostrum Romanorum reipublicæ populum commisimus protegendum. Ecce omnes nostros dolores & anxietates atque angustias tuæ a Deo protectę bonitati innotuimus. Tu vero, excellentissime fili, & spiritalis compater, age & libera post dominum in te confugientes, ut fructum bonum afferens in futuri examinis die merearis dicere: Domine meus, princeps apostolorum beate Petre, ecce ego clientulus tuus, cursum consummans, fidem tibi servans, ecclesiam a superna clementia tibi commendatam de manibus persequentium defendens liberavi, & assistens immaculatus coram te, offero tibi pueros quos mihi commisisti de manibus inimicorum eruendos, sospites atque incolumes existentes. Tunc & in præsenti vita regni gubernacula tenens, etiam & in futuro sæculo cum Christo regnans, cælestium præmiorum gaudia adipisci merearis; audiens nimirum paternam desiderabilem vocem illam inquientis: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis præparatum est ab origine mundi.* Incolumem excellentiam tuam superna gratia custodiat.

Isa. 1.

Matth. 25.

EMBOLVM.

Magnopere direximus ad vestram Christianissimam excellentiam præsentem nostrum missum Georgium reverentissimum ac sanctissimum fratrem & coepiscopum nostrum, atque Vvarneharium religiosum abbatem, missum vestrum, seu Thomaricum & comitem, magnificos item missos nostros, qui vobis nostros omnes dolores, & cunctas desolationes, quas a Longobardorum gente, & eorum protervo rege passi sumus & assidue patimur, vobis subtili enarratione, sicut propriis oculis viderunt, viva voce dicere debeant: quibus & in omnibus tamquam nobismetipsis credere jubeat Christianissima excellentia

lentia vestra, & nostram liberationem nimis festinanter procurare. Et conjuro te per Deum vivum & verum, a Deo protecte fili & spiritalis compater, ut nequaquam amplius discredas nostras afflictiones, & nullo modo neglectum ponatis ad liberandum nos: ne, quod absit, si amplius credere distuleris, & neglexeris nos eruendum, nobis, quod avertat divinitas, irruat calamitas pereundi, & vobis pertineat ad magnum detrimentum, & peccatum atque condemnationem in præsenti & æterna vita: quia vobis animas omnium nostrum Romanorum tradidimus. Sed magis magisque, ut prælatum est, conjuramus te, a Deo servate excellentissime fili & spiritalis compater, per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, Trinitatem indivisam, ut nostras tribulationes & angustias, atque dolores & desolationes credere jubeatis, sine qualibet ambiguitate, & nobis propter Deum subvenire, & ad liberandum nos de manibus Longobardorum inimicorum nostrorum nimis festinanter occurrere digneris: ut fructum offerens copiosum victor, intercedente beato Petro, super omnes barbaras nationes efficiaris, & vitam æternam possideas. Præfatus vero Vvarneharius abbas pro amore beati Petri loricam se induens, per muros istius afflictæ Romanæ civitatis die noctuque vigilavit, & pro nostra omnium Romanorum defensione atque liberatione, ut bonus athleta Christi, totis suis viribus decertavit.

V. AD FRANCOS.

Missa fuit sub nomine Petri apostoli & Stephani ad eosdem pro subsidio contra Longobardos.

Petrus vocatus apostolus a Iesu Christo Dei vivi Filio, qui ante omnia sæcula cum Patre regnans in unitate Spiritus sancti, in ultimis temporibus pro nostra omnium salute incarnatus & homo factus, nos suo redemit precioso sanguine, per voluntatem paternæ gloriæ, quemadmodum per sanctos suos destinavit prophetas, in scripturis sanctis; & per me omnis Dei catholica & apostolica Romana ecclesia, caput omnium ecclesiarum Dei, ipsius redemptoris nostri sanguine supra firmam fundata petram, atque ejusdem almæ ecclesiæ Stephanus præsul, gratia, pax, & virtus ad eruendam eamdem sanctam Dei ecclesiam; & ejus Romanum populum mihi commissum de manibus persequentium, plenius ministretur a domino Deo nostro: vobis viris excellentissimis Pippino, Carolo, & Carolomano tribus regibus, atque sanctissimis episcopis, abbatibus, presbyteris, vel cunctis religiosis monachis; verum etiam ducibus, comitibus, & cunctis generalibus exercitibus; & populo Franciæ commorantibus.

Ego Petrus apostolus, dum a Christo Dei vivi filio vocatus sum supernæ clementiæ arbitrio, illuminator ab ejus potentia totius mundi sum præordinatus, ipso domino Deo nostro confirmante: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Et iterum: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis*: & mihi suo exiguo servo & vocato apostolo sigillatim suas commendans oves, ait: *Pasce oves meas, pasce agnos meos.* Et rursus: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, &* [Matth. 2. / Iohan. 20. / Iohan. 21. / Matth. 16.] *portæ inferorum non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum: quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis.* Quamobrem omnes qui meam audientes impleverunt prædicationem, profecto credant sua in hoc mundo Dei præceptione relaxari peccata, & mundi atque sine macula in illam progredientur vitam. Etenim * quibus illuminatio Spiritus sancti in vestris refulsit præfulgidis cordibus, vosque amatores effecti estis sanctæ & vnicæ Trinitatis per susceptum euangelicæ prædicationis verbum, profecto in hac apostolica Dei Romana ecclesia nobis commissa vestra futuræ retributionis spes tenetur annexa. [* quia]

Ideoque ego apostolus Dei Petrus, qui vos adoptivos habeo filios, ad defendendum de manibus adversariorum hanc Romanam civitatem, & populum mihi a Deo commissum, seu & domum, ubi secundum carnem requiesco, de contaminatione gentium eruendam, vestram omnium provocans dilectionem adhortor, & ad liberandam ecclesiam Dei mihi a divina potentia commendatam omnino protestans admoneo, pro eo quod maximas afflictiones & oppressiones a pessima Longobardorum gente patiuntur. Nequaquam aliter teneatis, amantissimi, sed pro certo confidite, memetipsum tamquam in carne coram vobis vivum assistere, & per hanc adhortationem validis constringere atque obligare adjurationibus. Quia secundum promissionem quam ab eodem domino Deo & redemptore nostro accepimus, peculiares inter omnes gentes, vos omnes Francorum populos habemus. Itaque protestor, & admoneo tamquam in * ænigmate, & firma obligatione conjuro vos Christianissimos reges, Pippinum, Carolum, & Carolomannum, atque omnes sacerdotes, episcopos, abbates, presbyteros, vel universos religiosos monachos, & vel cunctos judices; item duces, comites, & cunctum Francorum regni populum, & tamquam præsentialiter in carne vivus assistens coram vobis, ago ego apostolus Dei Petrus: ita firmiter credite vobis per adhortationis alloqui verbum: quia etsi carnaliter desum, spiritualiter autem a vobis non desim. Quoniam scriptum est: *Qui suscipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem suscipit.* [Franci peculiares filii sancti Petri. / Matth. 10.]

Sed & domina nostra Dei genitrix semper virgo Maria nobiscum vos magnis obligationibus adjurans protestatur, atque monet, & jubet, simul etiam & throni, atque dominationes, vel cunctus cælestis militiæ exercitus; nec non & martyres atque confessores Christi, & omnes omnino deo placentes, & hi nobiscum adhortantes, & conjurantes protestantur: quatenus doleat vobis pro civitate ista Romana, nobis a domino Deo commissa, & ovibus dominicis in ea commorantibus, nec non & pro sancta Dei ecclesia mihi a domino commendata: defendite atque liberate eam sub nimia festinatione de manibus persequentium Longobardorum, ne (quod absit) corpus meum, quod pro domino Iesu Christo tormenta perpessum est, & domus mea, ubi per Dei præceptionem requiescit, ab eis contaminentur, & populus meus peculiaris lanietur amplius, nec trucidetur ab ipsa Longobardorum gente, qui tanto flagitio perjuri, rei existunt, & transgressores diuinarum scripturarum probantur. Præstate ergo populo meo Romano, mihi [Nomine Dei genitricis; & omnium sanctorum agit.]

mihi a deo commisso, in hac vita fratribus vestris, domino cooperante, præsidia totis vestris viribus, ut ego Petrus vocatus Dei apostolus in hac vita, & in die futuri examinis vobis alterna impendens patrocinia, in regno Dei lucidissima ac præclara vobis præparem tabernacula, atque præmia æternæ retributionis, & infinita paradisi gaudia vobis pollicens ad vicem tribuam: dummodo meum peculiarem populum, & Romanam meam civitatem, fratres vestros Romanos de manibus iniquorum Longobardorum nimis velociter defenderitis.

Efficaces ingerit Stephanus preces.

Currite per deum vivum & verum vos adhortor & protestor. Currite & subvenite, antequam fons vivus, unde sacrati & renati estis, arescat: antequam ipsa modica favilla de flagrantissima flamma remanens, de qua vestram lucem cognovistis, extinguatur: antequam mater vestra spiritualis sancta Dei ecclesia, in qua vitam speratis accipere æternam, humilietur, invadatur, & ab impiis violetur atque contaminetur. Protestor vos, dilectissimi filii mei adoptivi, per gratiam spiritus sancti protestor, & nimis coram Deo terribili, creatore omnium, adhortor atque admoneo ego apostolus Dei Petrus & una mecum sancta Dei catholica & apostolica ecclesia, quam mihi dominus commisit, ne patiamini perire hanc civitatem Romanam, in qua corpus meum constituit dominus, quam & mihi commendavit, & fundamentum fidei constituit: liberate eam, & ejus Romanum populum, fratres vestros; & nequaquam invadi permittatis a gente Longobardorum. Sic enim sunt invasæ provinciæ & possessiones vestræ a gentibus quas ignoratis. Non separemini a populo meo Romano: sic enim non sitis alieni aut separati a regno Dei, & vita æterna. Quidquid enim poscetis a me, subveniam vobis, videlicet, & patrocinium impendam. Subvenite populo meo Romano fratribus vestris, & perfectius decertate, atque * finem imponite ad liberandum eos. Nullus enim accipit coronam, nisi qui legitime decertaverit: & vos decertate fortiter pro liberatione sanctæ Dei ecclesiæ, ne in æternum pereatis.

*fidem impendite.

Vrget vehementius precibus papa.

Conjuro vos, (ut præfatum est) dilectissimi, per Deum vivum, & omnino protestor, minime permitttatis hanc civitatem meam Romanam, & in ea habitantem populum amplius a gente Longobardorum laniari, ne lanientur & crucientur corpora & animæ vestræ in æterno atque inextinguibili igni Tartareo cum diabolo, & ejus pestiferis angelis: & ne dispergantur amplius oves dominici gregis a Deo commissi, videlicet populus Romanus: ne vos dispergat & projiciat dominus, sicut Israeliticus populus dispersus est.

Excellit gens Francorum omnes gentes. * exstitit;

Declaratum quippe est quod super omnes gentes, quæ sub cælo sunt, vestra Francorum gens apostolo Dei Petro prima * extitit; & ideo ecclesiam, quam mihi dominus tradidit, vobis per manus vicarii mei commendavi ad liberandum de manibus inimicorum. Firmissime enim tenete, quod ego servus Dei vocatus apostolus omnibus vestris necessitatibus, cum modo precati estis, auxiliatus sum, & victoriam per Dei virtutem vobis de inimicis vestris tribui: & inante attribuam nihilo minus, credite; si ad liberandum hanc meam civitatem Romanam nimis celeriter accurretis. Mementote & hoc, quomodo & inimicos sanctæ Dei ecclesiæ, dum contra vos prælium inceperunt a vobis, qui parvo numero contra eos fuistis, prosterni feci. Pro quo decertate hanc meam velociter adimplere admonitionem, ut perfectius mereamini meum auxilium adipisci per gratiam quæ mihi data est a Christo domino Deo nostro.

Comminatur excommunicationem.

Ecce, filii carissimi, prædicans admonui vos. Si obedieritis velociter, erit vobis pertingens ad magnam mercedem, & meis suffragiis adjuvari, & in præsenti vita omnes vestros inimicos superantes, & longævi existentes, bona terræ comedetis, & æterna procul dubio fruemini vita. Sin autem, quod non credimus, & aliquam posueritis moram, aut adinventionem minime velociter hanc nostram adimplendam adhortationem, ad liberandam hanc meam civitatem Romanam, & populum in ea commorantem, & sanctam Dei apostolicam ecclesiam a domino mihi commissam, simul & ejus præsulem: sciatis vos ex auctoritate sanctæ & unicæ Trinitatis per gratiam apostolatus, quæ data est mihi a Christo domino, vos alienari pro transgressione nostræ adhortationis a regno Dei, & vita æterna. Sed Deus & dominus noster Iesus Christus, qui nos suo pretioso sanguine redimens, ad lucem perduxit veritatis, nos quoque prædicatores & illuminatores totius mundi constituit, det vobis ea sapere & intelligere, eaque disponere nimis velociter; ut celerius hanc civitatem Romanam, & ejus populum, seu sanctam Dei ecclesiam mihi a Deo commissam ad eruendum occurratis, quatenus misericorditer, sicut fidelibus suæ potentiæ, meis pro vobis intervenientibus suffragiis, & in præsenti vita longævos, sospites, & victores conservare jubeat, & venturo in sæculo dona suæ remunerationis faciat multiplicius promereri cum sanctis & electis suis. Bene valete.

VI. AD PIPPINUM REGEM.

Gratias agit ob urbem liberatam, collatumque in ecclesiam Romanam beneficium. De Aistulphi regis morte, & Desiderio ejus successore. Orat ut reliquas exarchatus & Pentapolis civitates nondum redditas a Desiderio iuxta fidem ab eo datam restitui jubeat. Missa per Georgium episcopum & Ioannem sacellarium legatos.

Domino excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum, Stephanus papa.

Codicis Carolini 8.

EXPLERE lingua, excellentissime fili, non valemus quantum tuo opere, tua vita, delectamur. Facta quippe diebus nostris virtute divina miracula vidimus; quod per excellentiam tuam sancta omnium ecclesiarum Dei mater & caput, fundamentum fidei Christianæ, Romana ecclesia, quæ valde ab hostium impugnatione periculorum impugnationibus lamentabatur, magna nunc gaudii soliditate nimirum est translata atque confirmata, & mœrentes Christianorum animæ tuo fortissimo præsidio maxima sunt relevatæ lætitia. Pro quo in vestro opere, & nostra exultatione, libet cum angelis exclamare: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Et quia elapso anno, isto in tempore, valde ab hostium depopulosa impugnatione sauciati, & ultra citraque circumdati affligebamur; nunc autem tuo potentissimo auxilio erepti ab imminentibus periculis, immenso exultamus gaudio, & benedicentes nomen domini

Luc. 2.

Psal. 76. Psal. 29.

domini cum Psalmographo consona dicimus voce: *Hæc est immutatio dexteræ Altissimi.* Et rursum: *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Cujus enim vel saxeum pectus, tam benigno opere a tua præclara bonitate peracto, cognitoque, non statim in omnipotentis Dei laudibus, atque in tuæ excellentiæ amorem mollescat? Hæc me, fateor, excellentissime fili & spiritalis compater, quæ per te mirabiliter facta sunt, sæpe convenientibus ex universo orbe terrarum nationibus dicere, sæpe cum eis pariter admirari delectat, & extensa voce mellifluæ tuæ excellentiæ laudes persolvere indeficienter. Hæc me plerumque etiam in momento horarum excitant, indeflexibili oculo pro immensa bonitatis tuæ, & universæ gentis Francorum sospitate, omnipotenti Deo fundere preces. Denique, amantissime, & Deo inspirate, victor, felix, & divina providentia fortissime rex; qualiter beatus Petrus apostolorum princeps tuæ devotionis affectum, quem pro ejus causa decertans adhibuisti, susceperit, ipsa liquido cunctis vita vestra testatur. Scriptum quippe: *Vota justorum placabilia.* Libet quippe omnino, excellentissime fili, tuæ bonitati magnas gratiarum persolvere laudes, & nomen domini pro tam maxima benignitate glorificantes exhilarata voce canere: Benedictus dominus Deus Israel, quia visitans plebem suam, & redemptionem facere cupiens populo suo, suscitavit nobis, Christianissime victor, nostris diebus fortissimum liberatorem. Quid enim aliud quam novum te dixerim Moysem, & præfulgidum asseram David regem? quoniam quemadmodum illi ab oppressionibus Allophylorum populum Dei liberaverunt; ita quoque tu benedicte a Deo victor, fortissime rex, tuo certamine ecclesiam Dei, & ejus afflictum populū ab hostium impugnatione eruere studuisti. Benedictus es, eximie fili, a Deo excelso qui fecit cælum & terram: & benedictus Deus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Benedicat tibi dominus pulcritudo justitiæ, & tuos amantissimos natos, meosque spiritales filios, domnum Carolum & Carolomannum, a Deo institutos reges Francorum, & patricios Romanorum, cum Christianissima eorum matre, excellentissima regina, dulcissimaque conjuge, fidele Dei, spiritali nostra commatre, tueatur, & in omnibus protegat. Dilatet Deus semen vestrum, & benedicat in æternum, atque solium regni fruendum perenniter concedat, & universam gentem Francorum sub vestra ditione permanentem illæsam custodiat. Vale in domino, rex benignissime, quia per te sanctæ Dei ecclesiæ inimici humiliati sunt, & magna lætitia ipsa sancta Dei ecclesia est relevata, & ejus peculiaris populus jucundatur, & per te benedicitur Deus: pro quo & ejus benedictio super te plenius est effusa: gaudium enim uberrimum in universum terrarum orbem intulisti. Magna sunt hæc, & omnipotentis Dei laudibus tribuenda, sed inter hęc misericordissimi Dei nostri clementiam indesinenter petimus, ut cælestis sui regni gaudia vobis tribuat vicissitudine. Quapropter cum magna fiducia, tamquam præsentialiter coram tuo mellifluo consistens aspectu, flexis genibus petens peto te, & omnino coram Deo vivo deprecor, ut jubeas firmiter in hoc bono opere, sicut certe confidimus, usque in finem permanere, pro sanctæ Dei ecclesiæ perfecta exaltatione, & ejus populi deliberatione, & integra securi-

Prov. 15.

A tate: & plenariam justitiam eidem Dei ecclesiæ tribuere digneris, atque optimum & velocem finem in causa fautoris tui beati Petri adhibere jubeas: ut civitates reliquas, quæ sub unius dominii ditione erant connexæ, atque constitutos fines, territoria etiam loca, & saltora, in integro matri tuę spiritali sanctæ ecclesiæ restituere præcipiatis: ut populus Dei, quem a manibus inimicorum redemisti, in magna securitate & delectatione tuo auxilio adjutus vivere valeat; quoniam & filius noster Deo amabilis Fulradus, fidelis vester, omnia conspiciens satisfactus est, quod nequaquam ipse populus vivere possit extra eorum fines, & territoria atque possessiones, absque civitatibus illis, quæ semper cum eis sub unius dominii ditione erant connexæ. Peto te, fili, peto te coram Deo vivo, & fortiter conjuro, spiritalis compater, ut in hoc bono opere perfectius maneas, & non hominum blandimentis, aut suasionibus, vel promissionibus, quod absit, faveas, & in aliam declines partem; sed magis vere timens Deum, omnia quæ beato Petro sub jurejurando promisisti, adimplere jubeas, & sicut cœpisti plenariam justitiam illi impertire. Etenim tyrannus ille sequax diaboli Aistulphus, devorator sanguinum Christianorum, ecclesiarum Dei destructor, divino ictu percussus est, & in inferni voraginem demersus. In ipsis C quippe diebus, quibus ad hanc Romanam urbem devastandam profectus est post annui spatii circulum, ita divino mucrone percussus est, ut profecto in eo tempore quo fidem suam tentans diversa piaculi scelera perpetratus est, in eo & suam impiam finiret vitam. Nunc autem Dei providentia, per manus sui principis apostolorum beati Petri, simul per tuum fortissimum brachium, præcurrente industria Deo amabilis viri Fulradi, tui fidelis, nostri dilecti filii, ordinatus est rex super gentem Longobardorum Desiderius vir mitissimus, & in præsentia ipsius Fulradi sub jurejurando pollicitus est restituendum beato Petro civitates reliquas, Faventiam, Imolam, & D Ferrariam, cum earum finibus: simul etiam & saltora, & omnia territoria, nec non & Auximum, Anconam, & Numanam civitates, cum earum territoriis. Et postmodum per Garinodum ducem, & Grimoaldum, nobis reddendum spopondit civitatem Bononiam, cum finibus ejus, & in pacis quiete cum eadem Dei ecclesia & nostro populo semper mansurum professus est, atque fidelem erga a Deo protectum regnum vestrum esse testatus est. Et petiit nos quatenus bonitatem tuam deprecaremur, ut cum eo & cuncta gente Longobardorum magnam pacis concordiam confirmare jubeas. Nam & Spoletani ducatus generalitas, per manus beati Petri, & E tuum fortissimum brachium, constituerunt sibi ducem: & tam ipsi Spoletani, quamque etiam Beneventani, omnes se commendare per nos a Deo servatæ excellentiæ tuæ cupiunt, & imminent anhelantius in hoc deprecando bonitatem tuam. Unde petimus te, excellentissime fili & spiritalis compater, ut si prædictus Desiderius quemadmodum spopondit, justitiam sanctæ Dei ecclesiæ, sive reipublicæ Romanorum, beato Petro protectori tuo, plenius restituere, & in pacis quiete cum ecclesia Dei & nostro populo, sicut in pactis a tua bonitate confirmatis continetur, permanserit cum universa sua gente, jubeas in id quod petiit tuas a Deo inspiratas aures inclinare. Hoc interea anhelan-

anhelantius, ut nimis velociter eidem Desiderio regi, obtestando, admonendo, etiam & præcipiendo; dirigere jubeas; ut reliquas civitates, loca, & territoria, atque patrimonia, & saltora, in integro sanctæ ecclesiæ reddere debeat: & tale fundamentum, & optimum finem in causa ejus imponere jubeas, ut auxiliante domino ipsa sancta Dei ecclesia secura maneat in finem sæculi, & plenaria justitia a justo judice domino Deo nostro; & memoriale nomen tibi in sæcula maneat, ut etiam cunctę a Christo protectæ genti vestræ Francorum. Inspiratus autem a Deo nimis festinanter causam sanctæ ecclesię perficies: quia sunt aliæ canonicę causę, quas perficere debeamus, pertinentes ad magnam regni tui laudem, & magnam animæ tuæ, vel cunctæ gentis Francorum immensam mercedem. Et hoc obnixe postulamus præcelsam bonitatem tuam, ut inspiratus a Deo, & ejus principe apostolorum beato Petro, ita disponere jubeas de parte Græcorum, ut fides sancta catholica & apostolica, per te integra & inconcussa permaneat in æternum, & sancta Dei ecclesia, sicut & ab aliis, & ab eorum pestifera malitia liberetur, & secura reddatur, atque omnia proprietatis suæ percipiat; unde pro animæ vestræ salute indefessa luminarium concinnatio Dei ecclesiis permaneat, & esuries pauperum, egenorum vel peregrinorum nihilo minus resecetur, & ad veram saturitatem perveniant. Qualiter autem cum silentiario locuti fueritis, vel quomodo cum tua bonitas absolverit, una cum exemplari literarum, quas ei dederitis, nos certiores reddite, ut sciamus qualiter in communi concordia agamus, sicut inter nos & Fulradum Deo amabilem constitit. Ipse vero dilectus filius noster Fulradus in omnibus causis juxta tuam præceptionem peregit: & maximas gratias illi egimus pro suo certamine. Qui videlicet ad vos revertens, omnia qualiter acta sunt bonitati vestræ intimabit. Præsentes vero fidelissimos nostros, id est Georgium reverentissimum ac sanctissimum fratrem & coepiscopum nostrum, atque Ioannem regionarium, nostrumque sacellarium, petimus ut hilariori suscipiens vultu, in omnibus acceptari jubeas; & quidquid nostra vice bonitati tuæ locuti fuerint, eis in omnibus credere digneris, atque cũ effectu causæ, & lætabundis nuntiis ad nos remeandas absolvere jubeas. Nam & hoc obsecramus bonitatem tuam, ut nimis celeriter ad nos * conjungendum absolvere præcipias reverentissimum fratrem & coepiscopum nostrum Vvileharium. Omnipotens autem Deus in cunctis actibus tuis, excellentissime victor rex, suæ dextræ extensione te protegat, tibique & præsentis vitæ prospera, & post multorum annorum curricula, gaudia æterna concedat, faciatque cum tua dulcissima conjuge, excellentissima regina, spiritali nostra commatre, & vestris meisque dulcissimis filiis, maximo gaudio jucundari, & regni vestri gubernaculo a Deo vobis concesso perfrui: & qui in præsenti vita regni potestatem tenetis, etiam futuro in sæculo cum Christo in æternum regnetis; promerentes illam dominicam promissionem audire: Venite benedicti patris mei: pro eo quod certamen bonum certastis, cursum consummastis, fidem servastis, sumite repositas vobis coronas, & accipite regnum vobis ab origine mundi præparatum. Nam & ex hoc præcelsę, & a Deo custoditæ excellentiæ vestræ innotescimus, quia petit nobis Optatus religiosus abbas vestri monasterii sancti Benedicti, pro monachis suis, qui cum tuo germano profecti sunt, ut eos absolvere jubeas: sed qualiter tua fuerit voluntas, ita de eis exponere jubeas. Incolumem excellentiam tuam gratia superna custodiat.

* commigrandum.

Matth. 25.

PRÆCEPTUM STEPHANI PAPÆ II.

De hospitali & domo Romæ Fulrado abbati concessa.

Stephanus episcopus servus servorum Dei Fulrado amabili presbytero & abbati.

PETENTIUM desideriis ita nos convenit impertire assensum, ut tamen sequentibus temporibus nullis ecclesiastica utilitas valeat submitti dispendiis. Nam tunc petitorum postulatio congruum videtur suscipere effectum, quando ecclesiastica prædia congrue ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. Igitur quia petistis a nobis, quatenus hospitale positum infra basilicam beati Petri, juxta sepulcrum beati Leonis papæ, quod tenuit Ratchis monachus, juris ipsius basilicæ B. Petri; nec non & domum positam juxta monasterium B. Martini, cum inferioribus & superioribus suis, cum metatu suo & horticello, quam tenuit Nazarius monachus, juris venerabilis monasterii sancti Stephani cata Galla patricia, vobis ad tempus emissa præceptione concedere deberemus; inclinati precibus vestris, per hujus præcepti seriem suprascriptum hospitale, & domum positam, cum inferioribus & superioribus suis, vel omnibus in integro pertinentibus, a præsenti decima indictione, diebus vitæ vestræ vobis concedimus detinendum. Post vero obitum vestrum, utrumque hospitale & domum, ut superius legitur, ad jus suprascriptorum piorum locorum, cujus & est proprietas, in integro nihilo minus revertantur. Bene valete.

PRIVILEGIUM STEPHANI PAPÆ II. EIDEM FULRADO ABBATI INDULTUM, ejusque successoribus.

De libertate monasteriorum, quæ ipsi per diversa Franciæ loca condiderint.

Stephanus episcopus servus servorum Dei Fulrado Deo amabili archipresbytero & abbati venerabilium monasteriorum ab eodem auspice fundatorum, & per seriem omnibus successoribus vicissim abbatibus in perpetuum.

QUONIAM semper sunt concedenda quæ rationabilibus congruunt desideriis, oportet ut devotio conditoris piæ constructionis oraculi in privilegiis pręstandis minime denegetur. Igitur quia postulasti nobis, dilectissime noster fili, quatenus in provincia Francia, ubi & ubi tibi placitum fuerit in diversis locis, sive in his quæ proprietatis tuę juri pertinent, sive etiam iis, quæ per emptionis paginam tibi advenerunt, quamque etiam in rebus parentum tuorum, vel unde unde tibi contingat, monasteria construendi licentiam tribueremus, ipsaque monasteria a te fundata privilegiis sedis apostolicæ in futuro munirentur, ut sub jurisdictione sanctæ, cui Deo auctore deservimus, ecclesiæ constituta, nullius alterius ecclesiæ jurisdictionibus

nibus summittantur. Pro qua re piis desideriis A faventes, hac nostra auctoritate, id quod exposcitur effectui mancipamus. Et ideo per hanc apostolicam auctoritatem tibi, cui supra dilecto filio nostro Fulrado, vel ceteris tuis successoribus abbatibus, licentiam & potestatem largientes concedimus ædificandi monasteria ubicumque in Franciæ provincia volueritis, sive in locis proprietatis vestræ, sive etiam in his quæ per comparationis seriem tibi prædicto filio nostro obvenerunt, aut obvenerint, vel unde ad te pervenerunt, vel pervenerint. Et omnem cujuslibet ecclesiæ episcopum, aut alium quempiam sacerdotem, in præfatis monasteriis ditionem quamlibet habere, præter sedem aposto- B licam, hac auctoritate prohibemus. Ita ut nullus episcopus, aut alius sacerdos, vel etiam quispiam e laicis, in quoquam contrarietatem eisdem monasteriis inferre præsumant; nisi tu, Deo amabilis vir, vel successores tui abbates, quempiam forsitan sacerdotum permiseris ad quodlibet spiritale opus peragendum, quando ipsa venerabilia loca ædificaveris. Sed & hoc omnino interdicimus, ut nullus episcoporum præsumat presbyterum, aut diaconum, vel reliquos ordines ecclesiasticos in prædictis monasteriis ordinare, vel missas ibidem celebrare, nisi ille qui ab abbate in tempore existente fuerit invitatus. Episcopum illũ, qui hujusmodi consecra- C tionem sacri ordinis in ipsis cœnobiis cõstituerit, nullo modo alius cujuslibet ecclesiæ episcopus procadem causa cõdemnare audeat. Sed & tabulas & chrisma similiter consecrandi vobis licentiam tribuimus. Et hoc B. Petri principis apostolorum auctoritate promulgantes sancimus, ut nullo modo concilium episcoporum & laicorum, absque voluntate excellentissimi filii nostri Pippini regis, vel tuæ dilectionis, Deo amabilis vir, te audeat quoquo modo episcopum consecrare. Et omnes c usas tuas, vel cœnobii tui, per sedem sacratissimam apostolicam reclamare licentiam habeas, & proprietate tua in D omnibus fruaris, dum rationes deducere malueris, una cum misso Francorum, ad sedem apostolicam: & interim nullus te condemnet; potius autem, sicut vere sacratissimæ sedis apostolicæ proprius familiaris, ab omnibus optimi vigoris honorem percipias: ipsaque venerabilia ædificata a te monasteria, sub ditione sacratissimæ sedis beati Petri apostolorum principis confirmata, protectione apostolica in omnibus ut tueãtur promulgamus; qualiter profecto, juxta id quod stabilita apostolicis privilegiis consistunt, inconcusse dotanda permaneant. Constituentes per hujus decreti nostri paginam, atque interdicentes omnibus cujuslibet ecclesiæ præ- E sulibus, vel cujuscumque dignitatis præditis potestate, sub anathematis interpositione, qui eis præsumpserit præsentis constituti, a nobis præfatis monasteriis indulti, quolibet modo existere temerator. Bene valete. IV. Kalendas Martias imperante domno piissimo Constantino a Deo coronato magno imperatore, anno XXXVII. post ejus consulatum, anno XVIII. sed Leone majore imperatore ejus filio, anno IV. indictione X.

"** Alia duo privilegia ab eodem Stephano II. papa Fulrado eidem concessa MSS. in exemplaribus reperimus, quæ lectori, spero, non erunt ingrata.

I.

Stephanus Episcopus servus servorum Dei Fulrado religioso presbytero & Abbati nostro dilecto.

CURA nobis atque sollicitudo est summa, religiosa venientibus, & Christi amore ferventes in corde gerentibus viris Deo amabilibus digne ad *amorem* suscepti ornatum apostolici vestimenti concedendum. certe creditur & ad laudẽ sanctæ Dei ecclesiæ pertinet quatenus & si qui ea digne induuntur invitati valeant pro nobis Christo Deo nostro fundere preces. accedere tuos nos instantes bonæ actionis mores, & maximo amore ducti excellentissimi filii nostri PIPINI regis declinantes prævidimus tuam nobis dilectam adornare religionem: udonis ac subtularis calceamẽtum, & super sellam equitanti, mappulum, quæ omnia prædicta tuo usque tantum a te fiet. Nos aut ullomodo post te facturo presbytero redditurum Immo magis dum obire contigerit, eadem tibi indumenta' contineri decernimus, quatenus "cohumari. hac potius benedictione & honore, die noctuque pro vita & incolumitate filii nostri Pipini regis, & nostra salute Christum dominum incessanter depreceris. . . . . . .

II.

Stephanus episcopus servus servorum Dei Fulrado religioso presbytero, & abbati venerabilis monasterii sancti Christi martyris Dionysii, & per eum in eodem venerabili monasterio in perpetuum.

CURA nobis atque sollicitudo est nimia, illis conferre sacerdotalem honorem, qui per omnia religiose casteque vivere ac Deo placere norunt, quatenus & hi quibus dignitas confertur in diem illum terribilem, cum ante divinum judicẽ adstiterint, irreprehensibiles comprobentur; & nos si digni extiterint, de sibi collati sacri honore noxam peccatorum minime incurramus. Itaque nimio ducti amore prædicti honorabilis monasterii protectoris nostri atque fautoris beati Christi martyris Dionysii intus provinciam Franciæ constituti, congruum prospeximus apostolica nostra auctoritate ad honorem sacri altaris dignos ordinis, & testimonio bono comprobatos sex constituere diaconos, qui stolam dalmaticæ decoris induantur, ut sic sacrum peragant omni tempore ministerium, quatenus nostris tẽporibus ob decoratum ordinem diaconatus in præfato venerabili monasterio & nobis merces adcrescat, & a nunc pro tali beneficio in posteris tẽporibus sine dubio nostri nominis indesinenter memoriam ad sacras missas facere non obliviscantur, atque etiam pro impenso beneficio missis sanctæ nostræ ecclesiæ euntibus & redeuntibus, in quantum possibilitas erit humanitatis susceptionem in jam fato venerabili monasterio facere non desistant, ut ex hoc & religiosi monachi illic degentes laudem sibi bonam apud hanc sanctam sedem apostolicam adquirant, & apud omnipotentem dominum Deum & salvatorem Iesum Christum, & ipsum dominum & auctorem nostrum beatum principem apostolum Petrum æternam possideant bonitatem. Bene valete.

" gesta v. kal. Aug. 754.

" REVELATIO STEPHANI PAPÆ II.

Cum in sancti Dionysii monasterio exitiali morbo teneretur, ejusdem sancti martyris beneficio divinitus liberatum fuisse testatus est.

Stephanus episcopus servus servorum Dei.

SICUT nemo se debet jactare de suis meritis, sic non debet opera Dei, quæ in illo per suos sanctos fiunt sine suis meritis, silentiare, sed prædicare: quia sic angelus admonet Tobiam. Vnde ego pro oppressione sanctæ ecclesiæ a rege atrocissimo & blasphemo, nec dicendo Aistulpho, ad optimum & sancti Petri fidelem dominum Pippinum Christianissimum regem in Franciam veni, ubi ægrotavi usque ad mortem, & mansi aliquod tempus apud pagum Parisiacum in venorabili monasterio beati martyris Christi Dionysii. Quo cum jam me medici desperarent, fui in oratione in ecclesia ejusdem beati martyris subtus campanas, & vidi ante altare bonum pastorem dominum Petrum, & magistrum gentium dominum Paulum, & nota mente illos recognovi de illorum surtariis, & ter beatum dominum Dionysium ad dexteram domini Petri, subtilem & longiorem, pulcra facie, capillis candidis, colobio indutum candidissimo, purpura clavato, pallio toto purpureo, auro interstellato, & sermocinabantur inter se lætantes. Dixitque bonus pastor dominus Petrus: Hic frater noster postulat sanitatem: & dixit beatus dominus Paulus: Modo sanabitur: & appropinquans misit manum suam ad pectus domini Dionysii amicabiliter, respexitque ad dominum Petrum: Et dixit dominus Petrus ad dominum Dionysium hilariter: Tua gratia sanitas est ejus. Et statim beatus Dionysius thuribulum incensi, & palmam in manu tenens, cum presbytero & diacono qui in parte stabant, venit ad me, & dixit mihi: Pax tecum, frater, noli timere, non morieris, donec ad sedem tuam prospere revertaris. Surge sanus, & hoc altare in honorem Dei, & apostolorum ejus Petri & Pauli, quos vides, dedica, missas gratiarum agens. Erat enim ibi inæstimabilis claritas & suavitas. Moxque sanus gratia Dei factus, volebam implere quod mihi præceptum erat. Et dicebant qui ibi aderant quod dementabar. Quapropter retuli " illis, & regi, suisque optimatibus quæ videram, & quomodo sanus fuerim: & implevi quæ jussa sunt mihi." Benedictus Deus.

Tob. 12.

Hæc contigerunt anno Christi 754

" ex ordine.

" omnia.

" ** *In veteri codice Floriacensi de gestis pontificum hæc leguntur:* Huic papæ sanctissimo Stephano revelatio & memoria ostensa est de consecratione altaris apostolorum Petri & Pauli, quod est situm ante sepulcrum SS. Dionysii, Rustici & Eleutherii quinto Kalendas Augusti, qui pro oppressione atrocissimi & nec nominandi Haistulfi Pipinum regem Francorum adiit, & in monasterio sanctorum Dionysii sociorumque ejus diu infirmus jacuit, sed sanctorum precibus sanitati redditus altare consecravit, & non multo post tempore Pipinum & duos filios ejus Karolum & Karolomannum in reges Francorum apud Ferrarias benedixit & contestatus est, ut nullus nisi de eorum progenie per succedentium temporum curricula in regno Franciæ rex crearetur. Acta sunt hæc anno incarnationis dominicæ DCCLIV.

RESPONSA STEPHANI PAPÆ II.

Quæ cum in Francia esset in Carisiaco villa, Brittaniaco monasterio dedit ad varia consulta, de quibus fuerat interrogatus, anno Christi DCCLIV.

I. *De eo qui abjecta ancilla uxorem ingenuam ducit.*
II. *Si alter conjugum debitum reddere non possit.*
III. *De eo qui uxorem habet in patria, & in alia regione versatur.*
IV. *Si quis commatrem de baptismo vel confirmatione duxerit.*
V. *An liceat viro qui uxorem repudiavit aliam ducere.*
VI. *De virginibus non velatis, si nupserint.*
VII. *De monachis & nonnis, si nuptias ineant.*
VIII. *De vidua quæ suscepto velo postea nubit.*
IX. *Si sanus vir leprosam duxerit uxorem.*
X. *De eo qui nesciens a quo sit ordinatus missas fecit & baptizavit, tum postea dimisso officio uxorem duxit.*
XI. *De presbytero, qui cum deesset aqua, periclitantem infantem vino baptizavit.*
XII. *An liceat aqua concha vel manibus infusa baptizare.*
XIII. *De presbytero qui baptizavit nesciens symbolum, nec orationem dominicam, nec psalmos, & an ipse ordinatus esset.*
XIV. *De presbytero qui baptismi formulæ quædam adjecit, & nescit utrum episcopus fuerit, qui eum ordinavit.*
XV. *De episcopis accusatis & condemnatis.*
XVI. *De presbyteris & diaconis accusatis.*
XVII. *De presbytero cujus crimen, quod ante ordinationem admiserat, innotuit.*
XVIII. *De coma clericis aut monachis non laxanda.*
XIX. *De femina quæ alteri nupserat, cum ejus vir in aliena provincia falso mortuus putaretur.*

I.

IN epistola Leonis papæ ad Rusticum Narbonensem episcopum cap. 5. ita continetur: Ancillam a toro abiicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus est honestatis.

32. q. 2. Ancillam.

II.

Si quis se in conjugio copulaverit, & uni eorum contigerit, ut debitum reddere non possit, non liceat eos separare: nec pro alia infirmitate, excepto si dæmonii infirmitas, aut lepræ macula supervenerit: ceterum si ab his duabus infirmitatibus liberi fuerint invicem conjuncti unus alteri servitium exhibeat.

III.

Si quis in aliena patria ancillam duxerit in consortium, postea in propriam reversus ingenuam acceperit; & iterum contigerit, ut ad ipsam qua inantea fuerat patriam revertatur, & illa ancilla quam prius habuit, alii viro sociata fuerat; hic talis potest aliam accipere, tamen non illa vivente ingenua, quam in patria propria habuit.

IV.

Vt nullus habeat commatrem suam spiritalem, tam de fonte sacro, quam de confirmatione, neque sibi clam in neutra parte conjugio sociatam. Quod si conjuncti fuerint, separentur.

V.

V.

Si uxor a viro repudiata fuerit, utrum liceat viro illa vivente aliam ducere, in epistola domni Innocentii papæ directa ad Exuperium Tolosanum episcopum continetur: Qui interveniente repudio alii se matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est: qui vero vel uxore vivente, quamvis desociati videantur esse a conjugio, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri: intantum ut etiam eæ personæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur, secundum illud quod legimus in euangelio: *Qui dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit mœchatur*. Et ideo omnes a communione abstinendos.

[Margin: atth. 19.]

VI.

De his qui promissam virginitatem transgredientes matrimonium inierunt, in epistola beati Innocentii papæ directa Victricio Rothomagensi episcopo cap. 15. ita continetur. Eæ vero, quæ necdum sacro velamine sunt tectæ, tamen in proposito virginali semper vivere se promiserant, licet velatæ non sint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia, quia sponsio earum a domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non debet? Nam si apostolus Paulus quæ a proposito viduitatis discesserunt, dixerit eas habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerint, quanto magis virgines quæ pactionis suæ fidem minime servaverunt?

[Margin: .q. 1. Hæ ro quæ. — Tim. 5.]

VII.

De monachis & nonnis de monasterio fugientibus, in concilio Calchedonensi cap. 16. ita continetur. Virginem quæ se Deo consecraverit, similiter & monachum non licere nuptialia jura contrahere. Quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus, ut habeat auctoritatem ejusdem loci episcopus humanitatem misericordiamque largiri.

[Margin: . q. 1. Si a virgo.]

VIII.

De muliere quæ post mortē viri sui velata fuerit aliquantum temporis. & postea virum accipit, in epistola Siricii papæ ad episcopum Himerium Tarraconensem directa cap. 5. ita continetur: De his vero qui acta pœnitentia, tamquam canes ac sues ad vomitus pristinos & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, & illicitos denuo appetiere concubitus; quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia jam suffugium non habent pœnitendi, id diximus decernendum, ut sola in ecclesia fidelibus oratione jungantur, sacræ mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, intersint: a dominicæ autem mensæ convivio segregentur; ut hac saltim districtione correpti, & ipsi se castigent, & alii a talibus retrahantur. Quos tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cum ad Deum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus sublevari. Quam formam & circa mulieres, quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus devinxerint, servandam esse censemus. Qua de re juxta hujus venerabilis viri sententiam, eamdem mulierem, quæ tali nefario conjugio abjecto monastico habitu copulata est, & in id quod Deo promisit non perduravit, decernimus in monasterium sine mora mittendam, ut illic in sua pœnitentia finiat vitam.

[Margin: . q. 2. De is vero ui.]

IX.

Si sanus vir leprosam duxerit uxorem, " ut [* £ aut] postmodum ei superveniat lepra, postposita negligentia tales separentur, ne concepti filii lepræ macula polluantur. Fas namque est, ut mundus ad mundam jungatur.

X.

De illo presbytero, qui dicit se nescire qui eum benedixit, & tamen aliquantum temporis Missas fecit, & baptizavit; postea autem ipsum officium dimittens uxorem duxit. Hunc vero presbyterum quis ambigat omnino culpabilem, qui sacrilego ausu quod sibi collatum ignorabat uti minime debuit? Pro quo omnimodo abiiciendus est, & in monasterium mittendus, ut illic sub digna pœnitentia suam lugendo finiat vitam. Infantes vero illi, quos baptizavit, si in nomine sanctæ Trinitatis sunt baptizati, omnimodo probantur baptizati, pro eo quod & laicis, si necessitas vrget, ut non illi qui baptizandi sunt in æternum pereant, licentia data est in hoc succurrere. Mulier vero illa, quam in uxorem sacrilegus ille pseudopresbyter accepit, si cognovit quia officium presbyteri fungebatur, & ita cum eo juncta est, & illa in monasterio pœnitentiæ submittatur. Si vero ignoranter hoc egit, nulla ei adscribitur culpa.

XI.

Si in vino quis, propterea quod aquam non inveniebat, omnino periclitantem infantem baptizavit, nulla ei exinde adscribitur culpa." [Infantes sic permaneant in ipso baptismo.] Nam si aqua adfuit præsens, ille presbyter excommunicetur, & pœnitentiæ submittatur, quia contra canonum sententiam agere præsumpsit.

[Margin: " Quod anfulis clausimus, glossema est, aut e margine in textum a librario temere intrusum, aut ex proximis canonibus per incuriam translatum, vel certe mutato numero arbitramur sic esse legendum: *Infans autem sic permaneat in ipso baptismo.* Capitulis vero 10. 13. & 14 numerus pluralis omnino competit, ut res ipsa loquitur.]

XII.

Si licet per necessitatem cum concha, aut cum manibus, infanti in infirmitate posito aquam super caput fundere, & sic baptizare. Hoc baptisma, si in nomine sanctæ Trinitatis peractum fuerit, firmiter permanebit: præsertim cum & necessitas exposcit, ut ille qui ægritudine detentus est hoc modo renatus particeps Dei regni efficiatur.

XIII.

De illo presbytero qui baptizavit, tamen nec symbolum, nec orationem dominicam, nec psalmos tenet, nec scit si episcopus eum benedixit. Hic primum omnium dignitatem, qua illicita uti præsumpsit, amittens, sub districta pœnitentia, & in monasterium mittatur, & omnibus diebus vitæ suæ plangens quod incongrue egit, degat vita monastica. Infantes vero, quos baptizavit, si in nomine sanctæ Trinitatis baptizati sunt, in hoc baptismo permaneant.

XIV.

De illo presbytero qui baptizavit isto modo sic rustice: In nomine Patris mergo, & Filii mergo, & Spiritus sancti mergo; & ipse presbyter nescit si episcopus fuit qui eum benedixit. Hic qui ordinationem suam ignorat omnino abiiciendus est, & sub arta pœnitentia in monasterio mittendus, ut omnibus diebus vitæ suæ in luctu & fletu sub monastico habitu conversetur. Infantes vero illi quos baptizavit, licet rustice, quia in nomine sanctæ Trinitatis sunt baptizati, in eo permaneant baptismo.

XV.

De episcopo accusato in concilio Antiocheno cap. 15. ita continetur: Si quis episcopus de certis criminibus accusatus condemnetur ab omnibus episcopis ejusdem provinciæ, cunctique consonanter eamdem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo judicari, sed firmam concordantium episcoporum provinciæ manere sententiam.

6. q. 4. Si quis episcopus.

XVI.

De presbyteris vel diaconibus accusatis in concilio Carthaginensi cap. 20. ita continetur: Si autem presbyteri aut diaconi fuerint accusati, adjuncto sibi ex vicinis locis cum proprio episcopo legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est una secum in presbyteri nomine sex, in diaconi tres, ipsorum causam discutiant, eadem dierum & dilationum, & discussionis personarum inter accusatores, & eos qui accusantur, forma servata: reliquorum autem clericorum causas etiam solus episcopus loci cognoscat & finiat.

15. q. 7. Si autem presbyteri.

XVII.

De presbytero qui in culpam criminalem incidit, & peccatum ejus publicatum est, in concilio Neocæsariensi cap. 9. ita continetur: Presbyter si præoccupatus corporali peccato provehatur, & confessus fuerit de se quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis propter studium bonum. Nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impositionem posse dimitti. Quod si de se non fuerit confessus, & argui manifeste nequiverit, potestatis suę judicio relinquatur.

15. q. 1. Qui admisit.

XVIII.

Ut nullus clericus aut monachus comam laxare præsumat, aut anathema sit.

XIX.

De separata a marito, si vir ejus in aliena provincia vivere putabatur, in epistola beati Leonis papæ directa ad Nicetam Aquileiensem episcopum ita continetur: Cum ergo per bellicam cladem, & per gravissimos hostilitatis incursus, ita quædam dicatis divisa esse conjugia, ut abductis in captivitatem viris feminæ eorum remanserint destitutæ, quæ viros proprios, aut interemptos putarint, aut nunquam a dominatione crediderint liberandos, & aliorum conjugium * solitudine cogente transierint. Cumque nunc statu rerum auxiliante domino, in meliora converso, nonnulli eorum qui putabantur periisse remeaverint, merito caritas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ aliis junctæ sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, quod a Deo jungitur mulier Deo & iterum præceptum agnovimus, ut quod Deus junxit homo non separet, necesse est ut legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quæ hostilitas intulit, unicuique id quod legitime habuit, reformetur: omnique studio procurandum est, ut recipiat unusquisque quod proprium est. Nec tamen culpabilis judicetur, & tamquam alieni juris pervasor habeatur, qui personam ejus mariti, qui jam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos qui in captivitatem ducti sunt pertinebant, in jus alienum transire potuerunt: & tamen plenum justitiæ est, ut iisdem reversis propria reformentur. Quod si in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus ac possessionibus rite servatur, quanto magis in conjugiorum redintegratione faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur? Et ideo si viri post longam captivitatem reversi, ita in dilectione suarum conjugum perseverant, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est, & inculpabile judicandum quod necessitas intulit, & restituendum est quod fides poscit. Si autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, ut malint his cohærere, quam ad legitimum redire consortium, merito sunt notandæ, ita ut etiam ecclesiastica communione priventur, quæ de re excusabili contaminationem criminis elegerint, ostendentes sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod justa remissio potuit expiare. Redeant ergo ad suum statum voluntaria redintegratione conjugia: neque ullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahant, quod conditio necessitatis extorsit: quia sicut hæ mulieres, quæ reverti ad viros suos nolunt, impiæ sunt habendæ; ita illæ, quæ in affectum ex Deo initum redeunt, merito sunt laudabiles judicandæ.

34. q. 1. Cum per bellicā.

*solicitudine

Prov. 19.

Matth. 19.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Brittaniaco monasterio.*] Codex Laudunensis in fine sic habet. *Expliciunt quæ domnus papa Stephanus in Carisiaco villa Brittaniaco monasterio ad interrogata dedit responsa.* Brittaniacensibus ergo monachis privatim apud Carisiacum data intelligimus. Carisiaci villæ, ubi regium erat palatium ad Isaram fluvium, mentio facta est in Anastasii narratione de Stephani papæ adventu in Franciam: Brittaniaci vero monasterii situm docet Hincmarus in examine Vuilleberti episcopi Catalaunensis: *Denuntiatus est omnibus locus ordinationis ejus in monasterio quod Brittennacus dicitur, in parochia Noviomagensi.*

EPISTOLA BONIFACII AD STEPHANUM PAPAM II.

Novo pontifici solitam offert fidei atque obedientiæ devotionem, & tarditatem excusat.

Domino excellentissimo, & præ ceteris pontificibus præferendo & amando, & apostolatus privilegio prædito, Stephano papæ Bonifacius exiguus episcopus, discipulus Romanæ ecclesiæ, optabilem in Christo caritatis salutem.

SANCTITATIS vestræ clementiam intimis ac visceratis obnixe flagito precibus, ut familiaritatem & unitatem sanctæ sedis apostolicæ ab almitatis vestræ clementia impetrare & habere merear, & in discipulatu pietatis vestræ sedi apostolicæ serviendo, servus vester fidelis ac devotus permanere possim, eodem modo quo ante sub tribus præcessoribus vestris apostolicæ sedi serviebam, venerabilis memoriæ duobus Gregoriis, & Zacharia, qui me semper hortatione & auctoritate literarum suarum muniebant & adjuvabant: quod & pietatem vestram agere deprecor, ut præceptum paternitatis vestræ eo melius perficere & implere possim. Nam si quid in ista legatione Romana, qua per triginta & sex annos fungebar, utilitatis ecclesiæ præfatæ peregi, adhuc implere & augere desidero. Si autem minus perite, aut injuste a me factum aliquid vel dictum repetitur, judicio ecclesiæ Romanæ prompta voluntate & humilitate emendare me velle spondeo. Interea deprecor, ut pietas domini mei non indignetur, quia tam tarde missum meum & literas ad præsentiam vestram direxi. Sed hoc idcirco contigit, quia

præoccupatus

præoccupatus fui in restauratione ecclesiarum quas pagani incenderunt; qui per titulos & cellas nostras plusquam triginta ecclesias vastaverunt & incenderunt. Et hæc fuit occasio tarditatis literarum & appellationis paternitatis vestræ, & non aliqua negligentiæ incuria.

EPISTOLA BONIFACII AD FULRADUM ABBATEM SANCTI DIONYSII, PIPPINI regis cappellanum.

Brevi se moriturum præsagiens Pippino regi discipulos suos per Fulradum commendat, ac præcipue Lullum, quem sibi successorem designat.

Bonifacius servus servorum Dei, gratia Christi episcopus, carissimo consacerdoti Fulrado presbytero perennem in Christo caritatis salutem.

FRATERNÆ dilectioni tuæ ob spiritalem amicitiam, quam sæpe in necessitatibus meis pro Dei intuitu fecisti, dignas gratias persolvere non possum: sed Deum omnipotentem deprecor, ut tibi in alto cælorum culmine mercedis præmia in gaudio angelorum æternaliter retribuat. Nunc autem in Christi nomine deprecor, ut quod bono initio cœpisti, cum bono fine perficias: id est ut meo verbo gloriosum & amabilem regem nostrum Pippinum salutaveris, & illi magnas gratias referas de omnibus pietatis operibus, quæ mecum fecit; & ut illi referas, quod mihi & amicis meis similiter videtur, ut vitam istam temporalem, & cursum dierum meorum per istas infirmitates cito debeam finire. Propterea deprecor celsitudinem regis nostri, pro nomine Christi Filii Dei, ut mihi nunc viventi indicare & mandare dignetur circa discipulos meos, qualem mercedem postea de illis facere voluerit. Sunt enim pene omnes peregrini; quidam presbyteri per multa loca ad ministerium ecclesiæ & populorum constituti: quidam sunt monachi per cellulas nostras, & infantes ad legendum literas ordinati sunt: & aliqui seniores, qui longo tempore mecum viventes laboraverunt, & me adjuvabant. De his omnibus solicitus sum, ut post obitum meum non dispergantur; sed ut habeant mercedis vestræ consilium & patrocinium celsitudinis vestræ, & non sint dispersi, sicut oves non habentes pastorem, & populi prope marcam paganorum non perdant legem Christi. Præterea almitatis vestræ clementiam diligenter in Dei nomine deprecor, ut filiolum meum Lullum, & coepiscopum, si Deus voluerit, & sic clementiæ vestræ placeat, in hoc ministerium populorum & ecclesiarum componere & constituere faciatis prædicatorem & doctorem presbyterorum & populorum. Et spero, si Deus voluerit, quod in illo habeant presbyteri magistrum, & monachi regularem doctorem, & populi Christiani fidelem prædicatorem & pastorem. Propterea hoc maxime fieri peto, quia presbyteri mei prope marcam paganorum pauperculam vitam habent. Panem ad manducandum acquirere possunt; sed vestimenta ibi invenire non possunt, nisi aliunde consilium & adjutorem habeant, ut sustinere & indurare in illis locis ad ministerium populi possint, eodem modo sicut ego illos adjuvi. Et si pietas Christi hoc vobis inspiraverit, & hoc quod peto consentire & facere volueritis, per hos missos meos præsentes, aut per literas pietatis vestræ hoc mihi mandare & indicare dignemini, ut eo lætior in mercede vestra vivam vel moriar.

EPISTOLA BONIFACII AD PIPPINUM REGEM FRANCORUM.

Gratias agens petit an ad placitum venire debeat; & de Ansfridi fallacia.

Domino excellentissimo Pippino regi Francorum Bonifacius episcopus in domino salutem.

CELSITUDINIS vestræ clementiæ magnas gratias agimus, dominum Iesum Christum precantes, ut vobis in regno cælorum æternam mercedem retribuat, eo quod petitiones nostras clementer exaudire dignati estis, & senectutem meam atque infirmitatem consolari. Nunc autem, gloriose fili, cognoscas quia per misericordiam Dei credo quod possim in servitio vestro iterum esse. Propterea petimus vos, ut nobis indicetis, si ad placitum vestrum debeamus venire, ut vestram voluntatem perficiamus. Quidam servus ecclesiæ nostræ, & ipse mendacissimus, qui nos ante fugiebat, Ansfrid nomine, venit ad nos cum indiculo vestro, rogans ut ei justitiam faceremus: misimus illum ad vos cum ipsis literis cum ipso nostro, ut cognoscatis quia mentitus vobis est; petentes ut nos pro mercede vestra defendatis contra tales falsarios, & eorum mendaciis non credatis. Valete in Deo semper.

CONCILIUM VERMERIENSE QUOD APUD VERMERIAM PALATIUM

præsente Pippino rege, sub ejus regni ut videtur exordia celebratum est, anno Christi DCCLII. Stephani II. papæ, & Pippini ejusdem regis I.

TITULI CANONUM.

I. *De conjugiis in tertio & quarto gradu.*
II. *De eo qui cum uxoris suæ filia carnale commercium habuit.*
III. *Quod relictam sacerdotis uxorem ducere non liceat.*
IV. *De feminis sponte, vel invito, vel sine virorum consensu velatis.*
V. *De eo cui mortem uxor cum aliis machinata est.*
VI. *De ingenuo qui ancillam duxit pro ingenua; quæ servo nupsit pro ingenuo.*
VII. *De servo qui ancillam suam concubinam habuit, & illa relicta domini ancillam vult ducere.*
VIII. *Servus a domino libertate donatus, si postea cum ejus ancilla mœchatur, cogi potest ut uxorem illam habeat.*
IX. *De muliere quæ virum suum in alio pago sequi non vult.*
X. *De filio qui cum noverca mœchatus est.*
XI. *De eo qui cum privigna vel cum uxoris sorore mœchatur.*
XII. *De eo qui cum duabus sororibus dormierit.*
XIII. *Qui ancillam volens uxorem duxit, cum ea permaneat.*
XIV. *Ut ab episcopis vagis presbyteri non ordinentur.*
XV. *Presbyter degradatus potest in necessitate baptizare.*

XVI. *Ne*

ANNO CHRISTI 752.

XVI. *Ne clerici arma gerant.*

XVII. *De muliere quæ viri impotentiam causatur.*

XVIII. *De eo qui cum uxoris suæ consobrina mœchatur.*

XIX. *De servo & ancilla, si per venditionem separentur.*

XX. *Ut chartularius qui cum ancilla fornicatur, eam libertate donatam uxorem habere cogatur.*

XXI. *Qui uxorem velari permisit, aliam ne ducat.*

CANONES.

I.

In tertio genu ' conjuncti separantur, & post pœnitentiam actam, si ita voluerint, licentiam habent aliis se conjungere. In quarta autem conjunctione si inventi fuerint, eos non separamus, sed pœnitentiam eis * judicamus: attamen si factum non fuerit, nullam facultatem conjungendi in quarta generatione damus.

veenueloſi- 'g genuculo exmſſ.cc. *indicimus

II.

Si aliquis cum filiastra sua manet, nec matrem, nec filiam ipsius potest habere, nec ille, nec illa aliis se poterunt conjungere ullo unquam tempore. Attamen uxor ejus, si ita voluerit, se continere non potest, si posteaquam cognovit quod cum filia sua vir ejus fuit in adulterio, carnale commercium cum eo non habet, nisi voluntate ' abstinet, potest ' alio nubere.

Burch. lib. 17. cap. 10. De eo qui cognovit consf. uxoris cap. 1. ' ab illo se ' alii

III.

Si quis presbyter ' neptem suam uxorem habuerit, ipsam dimittat, & gradum perdat. Si alius eam acceperit, & ipsam a se reiiciat: si se continere non potest, aliam accipiat: quia reprehensibile est, ut relictam sacerdotis alius homo habeat.

'ordinatus *leg. in c. Pal. Vat. a quo absunt hæc verba, neptẽ suã; & merito. Nam ingenere loquitur de quacumque uxore.*

IV.

Ut quolibet modo femina velum acceperit, in hoc permaneat, nisi se invitam aut reclamantem velaverit aliquis. Tamen prædicandum est ut cum velo suo permaneat, si voluerit. Quod si presbyter eam invitam reclamantemque velaverit, gradum suum pro hac causa perdat. Quod si contigerit ut mulier sine * convenientia viri sui se velare præsumat, in potestate viri ejus erit ut in hoc permaneat aut non.

*conniventia

V.

Si qua mulier mortem viri sui cum aliis hominibus consiliavit, & ipse vir ipsius hominem se defendendo occiderit, & hoc probare potest, ille vir potest ipsam uxorem dimittere, & si voluerit aliam accipiat.

31. 1. q. 1. Si qua mulier. De divortiis cap. 1.

VI.

Si quis ingenuus homo ancillam uxorem acceperit pro ingenua, si ipsa femina postea fuerit infervita, si redimi non potest, si ita voluerit, liceat ei aliam accipere. Similiter & mulier ingenua si servum accipiat pro ingenuo, & postea pro qualicumque causa inservitus fuerit; nisi pro inopia fame cogente se vendiderit, & ipsa hoc consenserit, & de precio viri sui a fame liberata fuerit; si voluerit potest eum dimittere, &, si se continere non potest, alium ducere. Similiter & de muliere, si se vendiderit, & vir ejus ita consenserit, taliter potest stare si se separaverint. Pœnitentia tamen amborum necessaria est. Nam qui de precio paris sui de tali necessitate liberatus fuerit, in tali conjugio debet permanere, & non separari.

29 q. 2. Si quis ingenuus.

VII.

Si servus suam ancillam concubinam habuerit, si ita placet, potest illa dimissa comparem suam ancillam domini sui accipere: sed melius est suam ancillam tenere.

VIII.

Si quis servus libertate a domino suo accepta postea cum ancilla ejus adulterium perpetrauerit, si dominus ejus vult, velit nolit ipsam ad uxorem habebit. Quod si ipsam dimiserit, & aliam duxerit, cogatur omnino ut posteriorem dimittat, & ipsam, cum qua prius adulterium fecit, recipiat, aut illa vivente nullam aliam habeat.

XI.

Si quis necessitate inevitabili cogente in alium ducatum seu provinciam fugerit, aut seniorem suum cui fidem mentiri non poterat, secutus fuerit, & uxor ejus, cum valet & potest, amore parentum aut rerum suarum, eum sequi noluerit, ipsa omni tempore, quamdiu vir ejus, quem secuta non fuit, vivit, semper innupta permaneat. "Nam ille vir ejus, qui necessitate cogente in alium locum fugit, si se abstinere non potest, aliam uxorem cum pœnitentia potest accipere.

34. q. 1. & 2. Si quis necessitate. "Burch. lib. 9. 54. '' Ivo viii. 189. "hic desinit Ivo & Gratianus. Burchardus vero omnia refert. Burchard. lib. 17. c. 11. "& 111 q. 7. apud Grat.

X.

Si filius cum noverca sua uxore patris sui dormierit, nec ille nec illa possunt ad conjugium pervenire. Sed ille vir si vult potest aliam uxorem habere, sed melius est abstinere.

XI.

Si quis cum filiastra sua dormierit, simili sententia stare potest: & ' cum sorore uxoris suæ, simili modo stare potest.

Ibidem.

XII.

Qui dormierit cum duabus sororibus, & una ex illis antea uxor fuerit, nullam ex illis habeat: nec illa adultera soror, nec ille vir qui cum illa adulteravit, alios unquam accipiant.

32. q. 7. Qui dormierit.

XIII.

Anno Christi 752.

XIII.

Qui scit uxorem suam ancillam esse, & accepit eam voluntarie, semper postea permaneat cum ea.

XIV.

Vt ab episcopis ambulantibus per patrias ordinatio presbyterorum non fiat: si autem boni sunt illi presbyteri, iterum consecrentur.

XV.

Presbyter degradatus, certa necessitate cogente pro periculo mortis, si alius non adest, potest infirmum baptizare.

XVI.

Vt arma clerici non portent.

XVII.

Si qua mulier se reclamaverit, quod vir suus nunquam cum ea mansisset, exeant inde ad crucem, & si verum fuerit separentur, & illa faciat quod vult.

(…vo part 8. … 179.)

XVIII.

Qui cum consobrina uxoris suæ manet, sua careat, & nullam aliam habeat: illa mulier quam habuit faciat quod vult. Hoc ecclesia non recipit.

XIX.

Si servus aut ancilla per venditionis causam separati fuerint, prædicandi sunt ut sic maneant, si eos rejungere non possumus.

XX.

Vt ille [3] chartellarius qui cum ancilla manserit, cum eam juxta legem libertate domino suo accepta dimiserit aliam accipiens posteriorem dimittat.

XXI.

Qui uxorem suam dimiserit velare, aliam non accipiat.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI S. I.

1 *Concilium*] Citant subinde ejus synodi canones Burchardus, Ivo, & Gratianus, appellantque *concilium apud Vvermeriam, cui interfuit Pippinus*, vel *temporibus regis*. Citatur & in decretalibus cap. 1. De divortiis, & cap. 1. De eo qui cognovit consanguineam uxoris, *&c.* Sed ibi *ex concilio apud Vvermaciam*, & *ex concilio apud* Metiam scriptum est, pro *apud Vermeriam*: qui locus Verberia nunc dicitur in pago " Silvanectensi

(" Suessionensi, *ut …sem. … postea agnovit … Sirmondus.*)

2 *In tertio genu.*] Tertio gradu propinquitatis. Dicebant & geniculum. Lex Ripuaria tit. 56. De alodibus: *Vsque ad quintum geniculum, qui proximus fuerit in hereditatem succedat*: & in Longobardicis lib 2. tit. 14. *Omnis parentela usque in septimum geniculum numeretur.*

(…an. 1.)

3 *Chartellarius.*] Qui per epistolam liber fiebat, chartularius dicebatur, sicut denarialis, qui jactato denario. In capitularibus regum lib. 6. cap. 208. *Homo chartularius.*

(…an. 2.)

Anno Christi 753.

SYNODVS METENSIS SVB DOMNO REGE PIPPINO FACTA.

TITVLI CAPITVLORVM.

Anno Christi 753.

1 CAPITVLA.

I.

(Capitular. lib. 5. cap. 7.)

SI homo incestum commiserit de istis causis, de Deo sacrata, aut commatre sua, aut cum matrina spiritali de fonte & confirmatione episcopi, aut cum matre & filia, aut duabus sororibus, aut cum fratris filia, aut sororis filia, aut nepte, aut cum consobrina atque sobrina, aut cum amita vel matertera, de his criminibus pecuniam suam perdat si habet, & si emẽdare se noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet; & si hoc fecerit, sexaginta solidos domno regi componat, usquedum se ipse homo correxerit. Et si pecuniam non habet, si liber est, mittatur in carcerem usque ad satisfactionem: si servus aut libertus est, vapuletur plagis multis: & si dominus suus permiserit eum amplius in tale scelus cadere, ipsos sexaginta solidos domno regi componat.

II.

(Lib. 5. c. 8.)

De ecclesiasticis vero, qui supradicta facinora commiserint, si bona persona fuerit, perdat honorem suum: minores vero vapulentur, aut in carcerem recludantur.

III.

(Lib. 5. c. 9.)

De presbyteris & clericis sic ordinamus, ut archidiaconus episcopi eos ad synodũ commoneat una cum comite: & si quis contempserit, comes eum distringere faciat, ut ipse presbyter, aut defensor suus sexaginta solidos componat, & ad synodum eat: & episcopus suum presbyterum, vel clericum, juxta canonicam auctoritatem dijudicari faciat. Solidi vero sexaginta de ipsa causa in sacellum regis veniant. Et si aliquis per violentiam presbyterum, aut clericum, aut incestuosum contradixerit, tunc comes ipsam personam per fidejussores positam ante regem faciat una cum misso episcopi venire: & domnus rex distringat, ut ceteri emendentur."

(Ibid. c. 10.)

IV.

De teloneis vero sic ordinamus, ut nullus de ' victualio & carris, quæ absque negotio sunt, teloneum reprehendat. De saumis similiter ubicumque vadunt, & de peregrinis similiter constituimus, ' qui propter Deum ad Romam vel alicubi vadunt, ut ipsos per nullam occasionem ad pontes ' & ad exclusas, aut navigio detineatis: nec propter scrippa sua ullo peregrino calumniam faciatis, nec ullum teloneum eis tollatis: & si aliquis hoc fecerit, qualiscumque homo hoc comprobaverit, nos de sexaginta solidis triginta illi concedimus, & illi alii ' in " sacellum regis veniant.

(" Huc usque ms. Pal. Vat. tribuit cõcilio Compendiensi: sequentia autem capitula quinque concilio Vernensi anno 755. teste Holstenio. neque enim codicem illum lustrare nobis contigit.
' victualia & carnalia.
' ut quãdo.
' aut sclusas.
' triginta
" f saccellũ.)

V.

De moneta constituimus, ut amplius non habeat in libra pensante nisi viginti duos soldos, & de ipsis viginti duobus solidis

ANNO CHRISTI 753.

lidis monetarius accipiat solidum unum, & illos alios domino cujus sunt reddat.

VI.

Vt emunitates conservatæ sint.

VII.

Lib. 5. cap. 14.

Vt omnes justitias faciant, tam publici quam ecclesiastici. Et si aliquis homo ad palatiū venerit pro causa sua, & antea comiti non innotuerit in mallo ante ' rachēburgios, aut si causa sua ante comitem in mallo fuit ante rachemburgios, & hoc sustinere noluerit, quod ipsi ei legitime judicaverint; si pro istis causis ad palatium venerit, vapuletur: & si major persona fuerit, regis arbitrium erit. Et si reclamaverit quod legem ei non judicassent, tunc licentiam habeat ad palatium venire pro ipsa causa. Et si ipsos convincere potuerit, quod legem ei non judicassent, secundum legem contra ipsum emendare faciat. Et si ' comes & rachemburgii ei convincere potuerint, quod legem ei judicassent, & ipse hoc recipere noluerit, hoc contra ipsos emendare faciat.

' racinburgos seu racinburgios

' omnes & racinburgi eum

VIII.

Ibidem cap. 15.

Similiter de ecclesiasticis, si ad palatium venerint de eorum causa se reclamare super eorum seniore, vapulentur, nisi senior pro sua causa transmiserit.

NOTA IACOBI SIRMONDI S. I.

1 *Capitula.*] Edita jam fuerant a Petro Pithœo in fronte capitularium, extantque in eodem codice sancti Vincentii Metensis, atque in aliis antiquis. Sed quo anno vel loco condita sint, nusquam tradunt. Sunt tamen, qui in Metensi quodam conventu a Pippino rege facta scribant.

ANNO CHRISTI 754.

a CONCILIABVLVM b CONSTANTINOPOLITANVM

c PSEVDOSEPTIMVM d VNIVERSALE & e reprobatum, f trecentorum triginta octo episcoporum: a Constantino Copronymo imperatore g adversus cultum sanctarum imaginum congregatum, h anno domini DCCLIV. tempore Stephani papæ II.

Acta hujus conciliabuli in sexta actione concilii Nicæni II. infra " *a Gregorio Neocæsariensi episcopo recitantur, eademque ibidem interlocutione orthodoxorū Ioannis cancellarii & Epiphanii refutantur. Titulus pseudosynodi est:* Definitio " sanctæ, magnæ, & universalis synodi.

" Tomo VII. pag. 396. B. Græce & Latine: & pag. 814. B Latine tantum ex veteri versione.

" termiuus ex Anast.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Causa, locus, tempus concilii.

a *Concilium.*] Causam, locum, tempus, numerum episcoporum, & acta conciliabuli Theophanes summatim enarrat his verbis: *Eodem quoque anno Constantinus impius contra sanctas & venerabiles imagines concilium iniquum* * *trecentorum triginta octo episcoporum congregavit in palatio Hieria; quorum primi erant Ephesinus filius Absimari, & Pastillus Pergensis, qui apud se quæ visa fuerunt, dogmatizarunt*, &c.

* *triginta octo*

Causa & auctoritas congregati concilii.

Qua ratione, quaque auctoritate hæc pseudosynodus congregata fuerit, indicant acta Stephani papæ apud Baronium anno 754. extantia, quibus scribitur, quod in templo beatæ Mariæ Virginis, nullo catholico patriarcha præsente, ipse imperator Constantinus ambonem conscenderit, atque ex eo Constantinum monachum ex Sylæi episcopo patriarcham homo laicus designaverit: & paulo post per laicum episcopum laicus imperator sacrosanctum universale concilium septimum, ut aiebant, congregaverit.

Locus Cōciliabuli.

b *Constantinopolitanum.*] Patet ex actis conciliabuli loco prænotato, ubi dicitur: *Sancta, magna, & universalis synodus, quæ in hac regia civitate congregata est in basilica intemerata & sancta semper virginis deiparæ Mariæ, quæ cognominatur Blachernas*, &c. Vnde grauissime aberrant Sixtus Senensis lib. 5. bibliothecæ sanctæ, annotatione 247. & auctor summæ conciliorum in principio septimæ synodi; qui hanc falso tertiam Ephesinam nominant. Causam erroris utrique dedisse videtur Theodosius Ephesinus episcopus qui pseudosynodo præsedisse legitur.

Verum hæc synodus tertia sit Ephesina?

Præludium conciliabuli.

Acta sancti Stephani junioris martyris quæ recensentur a Baronio anno DCCLIV. inter alia referunt, quod antequam in hoc templo episcopi convocati convenirent, imagines vitam D. N. Iesu Christi artificiosissime repræsentantes prius deleri penitusque abradi, atque in locum earum animalium formas substitui procurarint.

Pseudoseptimum esse probatur.

c *Pseudoseptimum*] Septimi concilii titulum huic suo conventiculo imposuisse patet imprimis ex actis synodalibus ejusdem conciliabuli, & ex sancti Stephani junioris martyris. Sed audi quid in actis sancti Stephani junioris martyris Ioannes cancellarius contradixerit: *Septima quomodo erit, utpote quæ non concordat cum sex prioribus sanctis & universalibus synodis? Omne enim septimum ordinatum in eadem numeratione quæ res quæ præcesserunt, rebus præcedentibus consentaneum esse debet*, &c. In actis Stephani apud Baronium: *Quomodo septimum dicetur quod sex priora concilia minime sequitur? Quidquid enim scriptum est, sextum & quintum, & ea quæ antecedunt, sequatur necesse est, ut septimum esse queat. Cum igitur vos sex conciliorum sanctiones abrogaveritis, quid est quamobrem concilium vestrum septimum appelletis?* Ergo illi non aliter suo conventui illegitimo nomen septimi concilii imposuerunt, quā si ligoni nomen scaphæ attribueris.

An fuerit œcumenicum.

d *Vniversale.*] Constat ex actis supra memoratis. *Sed quomodo*, inquit Ioannes Cancellarius prædicta actione sexta concilii Nicæni in principio, *magna & universalis, in quam neque omnes consenserunt, & reliquarum ecclesiarum præfecti non admiserunt; sed anathemate eam devoverunt? Non habuit cooperarium, ut hæc, quæ nunc celebratur*, Nicæna synodus, *Romanum papam, neque illius sacerdotes, neque per vicarios, neque per provinciales literas quemadmodum fieri in synodis debet.* Acta sancti Stephani: *Cumque initio sic legisset: Decreta sancti & œcumenici septimi concilii: sanctus Stephanus vir, silentio manu significato, O singulare mendacium, inquit, infirmo enim & caduco fundamento, caducum quoque profecto & imbecillum ædificium imposuistis.* Et paulo infra: *Iam qui œcumenicum illud concilium vocari queat, quod nec Romanus antistes (citra cujus auctoritatem nullo modo fieri potest ut res ecclesiasticæ ad normam redigantur) ratum habuit, nec Alexandrinus comprobavit, nec Antiochenus, nec denique Hierosolymitanus. Vbinam eorum libelli sunt? aut quinam per diversa loca missi sunt, quibus falsum vestrum concilium confirmaretur, ut hac ratione œcumenicum censeri possit?* Quare œcumenicum nemo dixerit esse concilium, cui non modo non Romanus pontifex, sed neque etiam ullus patriarcha per se vel per legatos suos interfuit.

Vtrum & a quibus reprobatum.

e *Reprobatum.*] Primum quidem auctoritate Stephani papæ, ut testatur Hadrianus in epistola ad Constantinum & Irenen Augustos: deinde etiam totius œcumenici concilii Nicæni unanimi consensu. Recte igitur in libello secundæ Nicænæ synodo oblato, orthodoxi orientales actione 3. aiunt: *Sex generales synodos ante habitas una voce legati prædicant: aliam autem illam, quam septimam dicunt, non modo non recipiunt, sed uno animo & voce testantur, utpote quæ ex hæresi contra apostolicam & patrum traditionem sit congregata non aliam ob causam quam ut sacrosanctas & venerabiles imagines evertat.* Apud acta Stephani martyris, cum legeretur initio: *Decreta sancti concilii*: interlocutus Stephanus dixit: *Quonam modo sanctum existimari queat, quod sancta profanare minime dubitavit? Quid enim? an non sancta a vobis protrita sunt? An non, cum in concilio vestro sederetis, libellus vobis a quibusdam piis viris oblatus est, qui episcopum quemdam eo nomine deferret, quod lancem sanctam, in qua Christi ac Dei genitricis imagines sculptæ erant contrivisset?* Actione sexta concilii Nicæni secundi in principio contra titulum pseudosynodi ait Ioannes Cancellarius: *Quo pacto autem sancta dicenda erit, quæ quid sit sanctum non intelligit? Execrabilis & profana est & adulterina.* Et merito. Nam qui in hac congregati fuerunt inter sanctum & prophanum, inter purum & impurum non distinxerunt; quippe qui imaginem domini Dei nostri cum imagine simul satanæ idolum appellarint. Omnes auctores, qui de conciliis generalibus aliquid scripserunt, hanc synodum, vel inter concilia ecclesiæ non enumerant, vel saltem aperte reprehendunt: hæretici nostri temporis pseudosynodum reprobatam & damnatam a vera & germana septima synodo Nicæna (a qua ipsi cum suis dogmatibus de cultu & invocatione sanctorum, de meritis bonorum operum, de veritate corporis & sanguinis in sacramento eucharistiæ expresse anathematizantur) magna cum admiratione multorum laudant & summopere deprædicant: idque sane illa Dei secreta providentia, ut suam ipsius incredi-

Hæc pseudosynodus a solis hæreticis laudatur.

lein

bilem stupiditatē & impudentiam ipsi prodant, & antiquiores Iconoclastas novatoribus meliores esse iidem propria confessione juste deponant. Nam si nostros cum illis Copronymianis conferas, duplo triploque deteriores esse invenies. Copronymus inter sacras imagines abjectas cultum venerandæ crucis, per quam in medio positam suos adstringebant juramento, retinebant: novatores Iconoclastæ indifferenter omnem imaginem rejiciunt. Cultum divinissimi sacramenti corporis & sanguinis Christi Copronymus cum suis retinebat: funesta autem novatorum secta eumdem calumniose detestatur. Vide Bellarminum lib. 1. de conciliis cap. 9. & 2. de imaginibus cap. 14. Baronium anno 754. numero 19. 20. &c.

f *Trecentorum triginta octo episcoporum.*] Ita Theophanes & acta conciliabuli loco supra allegato.

g *Adversus cultum sanctarum imaginum.*] Hæc qua ratione gesta fuerint, videre est infra actione 6. concilii Nicæni II. in actis sancti Stephani refertur, quod non tantum sacrarum imaginum cultum damnaverint, sanctum Germanum Constantinopolitanum patriarcham, Georgium Cyprium, Ioannem Damascenum, aliosque omnes sacrarum imaginum cultores anathematizaverint, & idololatras vocaverint; verum etiam sanctorum martyrum reliquias igne & aqua perdiderint, per lignum sanctæ crucis, perque corpus ac sanguinem domini in sacramento eucharistiæ juratam exegerint a suis professionem se nunquam imagines culturos, sed potius easdem velut idola execraturos, nunquam invocaturos esse. Vide Baronium prædicto loco.

h *Anno domini 754.*] Constat ea auctore Theophane, qui ait hanc synodum IV. Idus Februarii septimæ indictionis & decimi quarti anni Constantini Copronymi inchoatam, perdurasse usque ad sextum Idus Augusti ejusdem septimæ indictionis, cum qua annus Christi 754. & Constantini 14. concidunt.

SYN. CONSTANTINOPOLITANA CONSTANTINI COPRONYMI IMP.

ΛΕΟΝΤΟΣ οὖν τελευτήσαντος, Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ γεγονὼς τῆς βασιλείας διάδοχος, Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων χεῖρον τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν ἐδίωξεν. Συγκαθεσθεὶς γὰρ Κωνσταντίνῳ διαδόχῳ Ἀναστασίου, σὺν τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ματαιόφροσιν, ἄθεον ἐποιήσατο σύνοδον· ἐν ᾗ Χριστοῦ καὶ ἁπάντων τῶν ἁγίων τὰς σεβασμίας εἰκόνας ἀπεκάλεσεν εἴδωλα, τὰς πρεσβείας ἠρνήσατο, καὶ τὰ θεοτίμητα πυρὶ παρέδωκε λείψανα. Ὁ γὰρ Κωνσταντῖνος οὗτος τῆς Παμφυλίας γεγονὼς ἦν ἐπίσκοπος, καὶ διὰ αἰσχροπραγματείας τινὰς, ὑπὸ τῶν ὁμοθρήσκων αὐτοῦ, εἰς τελείαν τὴν καθαίρεσιν *. Σχολάζων δὲ πολυτρόπως ἐφιλιάθη τῷ αὐτοκράτορι, καὶ σύντεκνος αὐτοῦ ἐχρημάτισε τῷ τοῦ Βυζαντίου ἀρχιεπισκόπῳ. Ὅμως οὖν βλασφημιῶν αὐτοῦ, ἄξιον μισθὸν ἀνταπέβαλεν· ὑπὸ τοῦ συντέκνου αὐτοῦ καρατομηθεὶς προφανῶς εἰς τὸ κυνήγιον· καὶ Νικήτας τὸν θρόνον αὐτοῦ διεδέξατο, κἀκείνου Παῦλος ὁ Κύπριος Σαλαμίνιος ἐκληρώσατο.

LEONI igitur mortuo, Constantinus filius imperio successit: & ipsis Græcis atque Iudæis deterius ecclesiam Christi est persecutus. Conspiratione enim inita cum Constantino Anastasii successore, & vanissimis episcopis, impiam instituit synodum: in qua Christi, omniumq; sanctorū imagines idola nominavit, intercessiones negavit, & divinitus honoratas reliquias igni tradidit. Constantinus enim iste Pamphyliæ fuerat Episcopus: & propter turpia quædā facta ab ejusdem religionis sociis depositione multatus. Cum autem varie sese versaret, demum in amicitiā imperatoris penetravit ejusq; compater est factus. Nihilominus tamen blasphemiarum suarū meritam consecutus est mercedem a cōpatre suo publice in loco venationibus destinato capite truncatus. Solium vero ejus Nicetas consecutus est: & hujus Paulus Cyprius Salaminius.

CONCILIVM VERNENSE

PIPPINI REGIS AVCTORITATE " IN 2 VERNO palatio celebratum, sub die V. Idus Iulias, anno Christi DCCLV. Stephani papæ II. & Pippini ejusdem regis IV.

" ad palatiū Vernis.

TITVLI CANONVM.

PRÆFATIO.

SVFFECERANT quidem priscorum patrum regulæ sanctæ ecclesiæ catholicæ, rectissimæque normæ ad mortalium correctionem prolatę, si earum sanctissima jura perseverassent illęsa. Sed quia emergentibus causis quibusdam " congruis, temporeque inquieto superveniente, contigit nonnulla ex hac negligentia faciente fuisse intermissa, ideoque gloriosissimus atque Deo religiosus,

" *Non*, interserunt codices Vat. Palatini.

ANNO CHRISTI 755.

sus, illuster vir Pippinus rex Francorum universos pene Galliarum episcopos aggregari fecit ad concilium Verno palatio publico, recuperare aliquantisper cupiens instituta canonica. Et quia facultas modo non suppetit ad integrum, tamen aliqua ex parte vult esse correctum, quod ecclesiæ Dei valde cognoscitur esse contrarium. Et si tempora serena spatiaq; tranquilla divinitus fuerint ei collata, cupit ad plenum secundum sanctos canones, plenius opitulante divina gratia, melius, perfectius, integreque inantea conservare. Et cum ita factum fuerit, cessent hæc quæ necessitate cogente ex sacris canonibus remissius sunt excerpta, maneantque præfata jura canonica firma, integra, atque intemerata. Tamen interim quod melius possumus, hæc inconvulsa atque inviolata esse cupimus. Ipsarum enim rerum, quæ pro emendatione nostra communiter sunt prolata, per distincta capitula subter tenentur inserta. Datum v. Idus Iulii, anno IV. suprascripti gloriosissimi Pippini regis.

CANONES.

I.

Vt episcopi debeant per singulas civitates esse.

II.

Episcopos quos modo in vicem metropolitanorum constituimus, ut ceteri episcopi ipsis in omnibus secundum canonicam institutionem obediant, interim quod [1] secundum canonicam institutionem hoc plenius emendamus.

[1] antea additur in Pal. cod. & uno Vat. alii autem id non agnoscunt.

III.

Vt unusquisque episcoporũ potestatem habeat in sua parochia, tam de clero, quã de regularibus, ad corrigendum & emendandum secundũ ordinem caonicum spiritalem, ut sic vivant qualiter Deo placere possint.

IV.

Vt bis in anno synodus fiat. Prima synodus mense primo, quod est Martiis Kalendis, ubicumque domnus rex jusserit, in ejus præsentia. Secunda synodus Kalendis Octobris, aut ad Suessiones, aut alibi, uti in Martiis Kalendis inter ipsos episcopos convenit. Et illi episcopi ibidem conveniant, quos modo vice metropolitanorum constituimus: & alii episcopi, vel abbates, seu presbyteri, quos ipsi metropolitani apud se venire jusserint, ibidem in ipsa secunda synodo convenire faciant.

V.

Vt monasteria tam virorum quam puellarum, secundum ordinem regulariter vivant: & si hoc facere contempserint, episcopus, in cujus parochia esse videntur, hoc emendare debet. Quod si non poterit hoc emendare, illi quem metropolitanum constituimus hoc innotescat, & ipse hoc emendari faciat. Quod si hoc nec ipse emendare poterit, ad synodum publicam exinde veniant, & ibidem canonicam sententiam accipiant. Et si publicam synodum contempserint, aut honorem suum perdant, aut excommunicentur ab omnibus episcopis: & tales in eorum loco in ipsa synodo constituantur per verbum & voluntatem domni regis, vel consensu servorum Dei, qui secundũ ordinem sanctum ipsum gregem regant.

VI.

Constituimus ut nulla abbatissa duo monasteria præsumat habere, nec extra monasterium licentiam habeat exire, nisi hostilitate cogente. Sed domnus rex quando aliquam de ipsis abbatissis ad se venire jusserit, semel in anno, per consensum episcopi, in cujus parochia est, ut tunc ad eum aliqua veniat ex sua jussione, si necessitas fuerit: & alibi omnino non debeat, nec per villas, nec per alia loca demorari, nisi tantum quam celerius potuerit ambulare & reverti. Et ante non moveat de suo monasterio, quam suum missum ad domnum regem transmittat: & si jusserit rex venire, veniat; sin autem, in monasterio permaneat. Interim quod inantea hoc plenius secundum canones emendaverit. Similiter nec illæ monachæ extra monasterium exire debeant. Quod si aliqua in aliquem lapsum ceciderit, infra monasterium per consilium episcopi pœnitentiam agat. Et si necesse est de earum necessitate ad domnum regem, vel ad synodum aliquid suggerere, earum præpositi, vel missi, hoc debeant facere: & qualia munera ad palatium dare voluerint, per missos suos ea dirigant. Et si aliqua monasteria sunt, quæ earum ordinem propter paupertatem adimplere non possunt, hoc ille episcopus de veritate prævideat, & hoc domno regi innotescat, ut in sua eleemosyna hoc emendari faciat. Et si tales feminæ velatæ ad præsens ibi congregatæ inveniuntur, quæ regulariter vivere non velint, nec ad hoc dignæ sunt, ut cum illis aliis habitent, episcopus vel abbatissa prævideant locum aptum, ubi separatim cum custodia in pulsatorio habitare debeant, vel operari manibus quod ipsa abbatissa eis jusserit, interim quod probatæ dignæ sint ut in congregatione recipiantur.

VII.

Vt publicũ baptisterium in nulla parochia esse debeat, nisi ubi episcopus constituerit, cujus parochia est: nisi tantũ si necessitas venerit pro infirmitate, aut pro aliqua necessitate, illi presbyteri, quos episcopus in sua parochia cõstituerit, in qualicumque loco evenerit, licentiã habeant baptizandi, ut omnino sine baptismo non moriantur.

VIII.

Vt omnes presbyteri, qui in parochia sunt, sub potestate episcopi esse debeant, & de eorum ordine nullus presbyter præsumat in illa parochia baptizare, nec missas celebrare sine jussione episcopi in cujus parochia est. Et omnes presbyteri ad

ANNO CHRISTI 755.

ad concilium episcopi sui conveniant. Et si hoc quod superius comprehensum est facere contempserint, secundum canonicam institutionem judicentur, tam ipsi, quam defensores eorum.

IX.

Capitular. l.5. c. 41. In ms. prædictæ titulus iste: De modis excommunicationis tam de clericis quam de laicis.

" Si quis presbyter ab episcopo suo degradatus fuerit, & ipse per contemptum postea aliquid de suo officio sine commeatu facere præsumpserit, & postea ab episcopo suo correptus & excommunicatus fuerit; qui cum ipso communicaverit scienter, sciat se esse excommunicatum. Similiter quicumque clericus, aut laicus, vel femina, incestum commiserit, & ab episcopo suo correptus se emendare noluerit, & ab episcopo suo excommunicatus fuerit; si quis cum ipso communicaverit scienter, sciat se excommunicatum esse. Et ut sciatis qualis sit modus istius excommunicationis; in ecclesiam non debet intrare, nec cum ullo Christiano cibum vel potum sumere, nec ejus munera quisquam accipere debet, vel osculum porrigere, nec in oratione se jungere, nec salutare, antequam ab episcopo suo fuerit reconciliatus. Quod si aliquis se reclamaverit quod injuste sit excommunicatus, licentiam habeat ad metropolitanum episcopum venire, & ibidem secundum canonicam institutionem diiudicetur, interim suam excõmunicationem custodiat. Quod si aliquis ista omnia contempserit, & episcopus emendare minime potuerit, regis judicio exilio condemnetur.

X.

Ut monachi, qui veraciter regulariter vivunt, ad Romanam sedem, vel aliubi vagari non permittantur, nisi obedientiam abbatis sui exerceant. Et si talis causa evenerit, quod absit, quod ille abbas sic remissus vel negligens inveniatur, ut in manus laicorum ipsum monasterium veniat, & hoc episcopus emendare non potuerit, & aliqui tales monachi ibidem fuerint, qui propter Deum de ipso monasterio in alterum migrare velint, propter eorum animas salvandas, hi per consensum episcopi licentiam habeant, qualiter eorum animæ possint salvari.

XI.

De illis hominibus qui dicunt quod se propter Deum tonsurassent, & modo res eorum vel pecunias habent, & nec sub manu episcopi sunt, nec in monasterio regulariter vivunt; placuit ut in monasterio sint sub ordine ' regulari, aut sub manu episcopi sub ordine canonico. Et si aliter fecerint, & correpti ab episcopo suo se emendare noluerint, excommunicentur. Et de ancillis Dei velatis eadem forma servetur.

' regulæ

XII.

Dist. 71.

Clericos in ecclesia militantes, sicut jam constitutum est, non licere in alterius civitatis ecclesia, vel in potestate laicorum militare, sed ibidem permanere, in qua principio ministrare meruerunt; extra eos qui amissa patria ad aliam ecclesiam pro necessitate venerint. Qui vero episcoporum, aut laicorum, post hoc constitutum, alterius ecclesiæ clericum susceperit, nisi ad excusandum rationabiliter, placuit a communione suspendi, & eum qui suscepit, & eum qui susceptus est, quousque clericum qui translatus est fecerit ad suam reverti ecclesiam.'

Clericos. Ex Conc. Calched. Can. 20.

' eodem ordine qualiter fuit. additur in c. Pal. Vat.

XIII.

De episcopis ' vagantibus, qui parochias non habent, nec scimus ordinationem eorum qualiter fuit, placuit juxta instituta sanctorum patrum, ut in alterius parochia ministrare, nec ullam ordinationem facere debeant sine jussione episcopi cujus parochia est. Et si hoc facere præsumpserint, ab officio suspendantur, interim quod ad synodum exinde venerint, & ibidem secundum canonicam institutionem accipiant sententiam; nisi tantum pro itineris causa. Et si ullus clericus aut laicus talem episcopum aut presbyterum defensaverit sine commeatu episcopi cujus parochia est, excommunicetur usque ad emendationem.

' vacantibus

XIV.

Conc. Aurel. III. c. 28.

Quia persuasum est populis de die dominico agi cum caballis, sive bubus & vehiculis, itinera non debere, neque ullam rem ad victum præparari, vel ad nitorem domus vel hominis pertinentem ullatenus exerceri, (quæ res ad Iudaicam magis, quam ad Christianam observationem pertinere probatur) id statuimus, ut die dominico quod antea fieri licuit liceat. De opera tamen rurali, arato, aut vineæ sectione, excussione, vel sepe, censuimus abstinendum, quo facilius ad ecclesiam venientes orationis gratia vacent. Quod si inventus fuerit quis in operibus suprascriptis quæ interdicta sunt exercere, qualiter emendari debeat, non in laicorum districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat.

XV.

Ut omnes homines laici publicas nuptias faciant, tam nobiles, quam ignobiles.

XVI.

Conc. Calched. c. 3.

Ut clerici conductores non sint, hoc est ut non habeant actiones, sæculares, nisi pro causa ecclesiarum, orphanorum, vel viduarum, ordinante episcopo suo, vel abbate.

XVII.

Conc. Calched. c. 25.

Ut post mortem episcopi non liceat episcopatum esse sine pastore supra menses tres, nisi talis necessitas grandis evenerit, ut hoc nullo modo aliter fieri possit. Præcipue ad proximam synodum, cum evenerit, episcopus ordinetur.

ANNO CHRISTI 755.

XVIII.

Conc. Carthag. III. c. 9.

Vt nullus clericus ad judicia laicorum publica veniat, nisi per jussionem episcopi sui, vel abbatis, juxta canones Carthaginenses cap. IX. ubi scriptum est: Qui relicto ecclesiastico judicio publicis judiciis se purgare voluerit, etiamsi pro illo prolata fuerit sententia, locum suum amittat. Hoc in criminali judicio. In civili vero perdat quod evicit, si locum suum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos judices undique ecclesiæ patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio judicat, qui de universa ecclesia male sentiendo, de judicio sæculari poscit auxilium; cum privatorum Christianorum causas apostolus ad ecclesiam deferri, atque ibidem terminari præcipiat: & maxime ne in talibus causis inquietudinem domno regi faciat.

XIX.

Vt omnes immunitates in universis ecclesiis conservatæ sint.

XX.

In alia synodo nobis perdonastis, ut illa monasteria, ubi regulariter monachi vel monachæ vixerunt, hoc quod eis de illis rebus dimittebatis unde vivere potuissent, exinde, si regalis erat, ad domnum regem faciant rationes abbas vel abbatissa; & si episcopalis, ad illum episcopum. Similiter & de illis vicis.

XXI.

Vt illos presbyteratus, qui ad illum episcopatum legibus obtingunt, ille episcopus ipsos debeat habere, sicut' in alia synodo perdonavit domnus.

' antea in alia synodo dixistis.

XXII.

De peregrinis qui propter Deum vadunt, ut de eis' telonios non tollant: & de illis aliis teloniis, ' quos domnus rex antea perdonavit, sic fiat, ut ibi legitime non debent esse, donati non sint.

' telonium vel teloneas ' sicut vos perdonastis ita fiat, ut ubi legitime donati non fuerint, transeant

XXIII.

Vt comites, vel judices, ad eorum placita primo viduarum, orphanorum, vel ecclesiarum causas audiant & definiant, in eleemosyna domni regis; & postea alias causas cũ justitia rationabiliter judicent.

XXIV.

Vt nullus per pecunias ad honorem vel gradum ecclesiasticum accedere debeat, quia hæresis simoniaca esse videtur.

XXV.

[3] Vt nec episcopus, nec abbas, nec ullus laicus, pro justitia facienda sportulas * contradictas accipiat: quia ubi dona intercurrunt, justitia evacuatur.

* i. est veritas

** *In ms c. Palatino Vat. subjunguntur quædam de teloneis, de moneta & de justitia, quæ supra habentur nomine* Concilii Metensis *distincta in quinque capitula.*

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Vernopalatio.*] In codice Metensi *Vernis* legitur, ut in vulgatis: at in Bellovacensi *Vernò palatio*, quod rectius videtur. Sic enim a Pippino ipso appellatur, lib. V. cap. XI. *Sicut eis ad Vernum ordinavimus.*

2 *Anno Christi* DCCLV.] Pippini regis anni, quando primum inauguratus est a sancto Bonifacio, cœ surgunt ex anno Christi DCCLII. quod docet chronicum Pithœanum, & confirmant antiquæ tabulæ monasterii sancti Galli, in quibus comparatur tertius annus Pippini regis, VIII. Idus Augusti, cum anno Christi DCCLVI. item annus sextus Pippini, XII. Kalendas Ianuarias, cum anno DCCLVII. & rursum annus X. Pippini ejusdem, V. Idus Maias, cum anno DCCLXI. Consequens ergo, ut annus quartus Pippini, quem synodi notat præfatio, cum anno Christi congruere dicatur DCCLV.

3 *Vt nec episcopus.*] Post hunc canonem sequebatur in vulgatis canon XXVI. *De justitia facienda*: in quo etiam desinit codex Metensis, sed ante hunc tres item alios præmittit, *De teloneis, de moneta, & de immunitatibus*: quos omnes, cum superius relati sint in capitulis de alia synodo, jure hoc loco missos facit exemplar Bellovacense.

Can. 25.

VITA ET EPISTOLÆ

PAVLI PAPÆ I.

ANNO CHRISTI 757.

[a] PAVLVS natione Romanus, ex patre Constantino, sedit annos decem, mensem unum. Hic ab ineunte ætate in Lateranensi patriarchio cum proprio seniore germano Stephano prædecessore ejus pontifice pro eruditione ecclesiasticæ disciplinæ traditus est temporibus domni Gregorii secundi junioris pontificis. Et postmodum a domno Zacharia beatissimo papa in diaconii ordine pariter cum antefato suo germano consecratus est. Nam dum isdem ejus germanus & antecessor pontifex ad extremum pertingeret vitæ, illico & populus cum eo hujus Romanæ urbis divisus est, & alii cum Theophylacto archidiacono tenentes, in ejus domo congregati, residebant. Alii vero eidem beatissimo concordabant Paulo diacono: plurima pars judicum & populi cum eo tenentes, quam cum prædicto Theophylacto archidiacono. Ipse vero sanctissimus vir nequaquam a Lateranensi patriarchio recessit, sed cum ceteris fidelibus suo ægrotanti germano & prædecessori pontifici perseveranter famulabatur. Dum vero de hac vita prædictus ejus germanus & prædecessor pontifex migrasset, eoque cum ingenti honore in basilica beati Petri sepulto, continuo eadem populi congregatio, quæ cum sæpefato beatissimo Paulo tunc diacono tenebat, quoniam validior & fortior erat, eum in pontificatus culmen elegerunt. Post hæc hi qui cum præfato archidiacono aggregati erant dispersi sunt. Et ita Deo annuente isdem sanctissimus vir in apostolicam beati Petri sacratissimam sedem consecratus pontifex est. Fuit autem temporibus Constantini & Leonis imperatorum. Erat enim mitis atque valde misericors, nulli unquam malum pro malo reddens. Et si pro modico quemquam per iniquos satellites * tribulabat, in proximo tamen pietate motus consolationis ille inferebat misericordiam. Hic, ut multi testati sunt, nocte per semetipsum cellas pauperum infirmorum perjacentium, qui ex suis nequaquam assurgere valebant lectulis, nec non & aliorum inopum cum suis familiaribus noctis circuibat silentio, amplissime illis ministrans alimoniam, atque subsidii inferens opem. Sed & carceres, atque alia claustra per eadem noctium secreta visitabat. Et

* tribulatos audiebat

si quos ibidem conveniebat retrusos, a mortis A eruens periculo, liberos ire relaxabat. Sed & plures qui debitis obligati, atque afflicti a suis feneratoribus opprimebantur, reddito ipso debito a jugo redimebat servitii. Viduis & pupillis, omnibusque egentibus opem ferens. Fortissimus enim erat orthodoxæ fidei defensor. Vnde sæpius suos missos cum apostolicis obsecratoriis atque [b] admonitoriis literis præfatis Constantino & Leoni Augustis direxit pro restituendis confirmandisque in pristinum venerationis statum sacratissimis imaginibus domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, sanctæque ejus genitricis, atque beatorum apostolorum omniumque sanctorum prophetarum, martyrum & confessorum. Hic enim beatissi- B mus pontifex cum omnibus spiritualibus suis studiis magnam solicitudinis curam erga sanctorum cœmeteria indesinenter gerebat. Vnde cernens plurima eorumdem sanctorum cœmeteriorum loca neglecta, ac desidia & antiquitate maxima demolita, atque jam vicina ruinæ posita, protinus eadem sanctorum corpora de ipsis dirutis abstulit cœmeteriis. Quæ cum hymnis & canticis spiritalibus intra hanc civitatem Romanam introducens, alia eorum per titulos ac diaconias; seu monasteria, & reliquas ecclesias cum condecenti studuit recondi honore. [c] Hic sanctissimus præsul in sua propria domo monaste- C rium a fundamentis in honore sancti Stephani scilicet martyris atque pontificis, nec non & beati Silvestri item pontificis & confessoris Christi, construxit. Vbi & oraculum in superioribus ejusdem monasterii mœniis ædificans eorum corpora magna cum veneratione condidit. Infra claustra vero ipsius monasterii ecclesiam miræ pulcritudinis a fundamentis noviter construxit. Quam musivo & marmoribus decorans, & omnem illis ornatum in auro argentoque & diversis speciebus largiens, sed & *cyburium ibidem ex argento lib....... fecit, illicque innumerabilium sanctorum corpora, quæ de præfatis demolitis abstulit cœmeteriis, maximo venerationis condidit affectu. In eodem D quippe monasterio plurima contulit prædia, & possessiones ac loca urbana, vel rustica, superflue atque abundanter ditans auro & argento, aliisque rerum speciebus, & omnibus utilitatibus. Vbi & monachorum congregationem constituens, [d] Græcæ modulationis psalmodiæ cœnobium esse decrevit, atque Deo nostro omnipotenti, & omnibus ibidem requiescentibus sanctis magnis sub interdictionibus sedule ac indesinenter laudes statuit persolvendas. Hic fecit noviter ecclesiam infra hanc civitatem Romanam in Via sacra juxta templum Romuli in honorem sanctorum apostolorum Petri & Pauli, E ubi ipsi beatissimi principes apostolorum, tempore quo Christi nomine martyrio coronati sunt, dum redemptori nostro funderent preces, propria genua flectere visi sunt. In quo loco usque hactenus eorum genua pro testimonio omnis in postremo venturæ generationis in quodam fortissimo silice esse noscuntur designata. Nam & infra ecclesiam beati Petri apostoli foris muros hujus civitatis Romanæ noviter oraculum in honorem sanctæ Dei genitricis construxit, juxta oratorium sancti Leonis papæ, secus fores introitus sanctæ Petronillæ, atque beati Andreæ apostoli, musivo & diversis metallis cum adornans. Vbi & effigiem sanctæ Dei genitricis in statua ex argento deaurato, quæ pensat libras centum, constituit: in quo oraculo & sepulturam sibi construxit. Hic dum in ecclesia beati Pauli apostoli æstivo tempore pro valido caloris fervore demoraretur, corporali præoccupatus ægritudine illic vitam finivit, ubi & sepultus est. Illicque fere trium mensium spatio ejus *inhumatum permansit funus. Postmodum vero congregati omnes Romani cives, & aliæ nationes ejus corpus per flumen Tiberis navicula transfretantes, ad beatum Petrum cum psalmodiæ honore deportaverunt, & in præfato ab eo constructo oraculo eum sepelierunt. Hic fecit ordinationem unam per mensem Decembrem, presbyteros duodecim, diaconos duos, episcopos per diversa loca numero tres. Et cessavit episcopatus annum unum, & mensem unum.

[Margin: ...t ad ...rato- ...o ve- ...one ...num.]
[Margin: ...borium]
[Margin: ...raculum, ...est ora- ...rium.]
[Margin: *humatum]

Notæ Severini Binii.

a *Paulus.*] Anno 757. die 28. Maii Paulus diaconus germanus frater Stephani prædecessoris sui contra Theophylactum potioribus votis pontificatum adeptus est. Constantinum ad erroris agnitionem, & Pippinum regem ad Italiam contra Longobardos defendendam, paterno affectu erga patriam & religionem invitat & admonet: corpora sanctorum extra urbem sepulta, ne aliorum hostium injuriæ exponerentur, in urbem transtulit, monasteria erexit, & pie fundavit. Constantinus imperator transgressores pseudosynodalis decreti, alios relegando, alios supplicio vitæ afficiendo, persequitur.

[Margin: Quo tempore pontificatum adeptus. Acta Pauli.]

b *Admonitoriis literis.*] Hæ & præcedentes literæ Pauli ad Constantinum imperatorem, & Pippinum regem desiderantur. Priorum mentio habetur in epistola Hadriani papæ ad Constantinum & Irenem Augustos.

c *Hic sanctissimus præsul.*] Vide infra concilium Romanum.

d *Græca modulationis psalmodiam esse decrevit.*] Cum impius imperator Copronymus, edicto promulgato, monachos in oriente esse prohibuisset, ingens Græcorum monachorum multitudo sese Romam contulerat. Quorum cum Græca lingua peculiaris esset, eosdem in monasteriis collocatos voluit ea præstare quæ in suis orientalibus monasteriis præstare consuevissent: nimirum ut psalmorum cantum aliaque officia ecclesiastica sua ipsorum lingua persolverent.

[Margin: Ingēs Græcorum monachorum multitudo Romam confluit.]

e *Toto quidam dux.*] Voluntate & consensu Desiderii regis Longobardorum per Totonem ducem Nepesinæ civitatis, auctore Hadriano in epistola ad Constantinum contigisse scribitur, quod Constantinus Totonis frater ex laico in Romanum pontificem electus & consecratus huic gravissimo schismati causam dederit. Ex duabus epistolis Vaticanæ bibliothecæ summatim refert Baronius pseudopontificis auctoritate congregatum esse conciliabulum proximorum episcoporum, qui illegitimam ejus contra canones factam electionem & consecrationem probaverint.

[Margin: Constantinus sacrilegus pontificatus invasor, schismatis auctor.]

INDEX ET ARGVMENTA EPISTOLARVM "PAVLI PAPÆ I. AD PIPPINVM REGEM,

Quæ a cardinale Baronio ex bibliotheca Vaticana commemorantur, "extantque in codice Carolino editionis Gretseranæ, ordine temporum utrobique neglecto & perturbato.

[Margin: "Ordo quē habent in codice Vaticano designatur *notis Romanis*: ordo vero in codice Carolino Gretseri *sifris Arabicis*.]

PIPPINO regi obitum Stephani fratris, & suam ordinationem exponit: indicat se in amicitia ab eodem Stephano inita perseveraturum, petit ut idem præstet. Per Immonem Pippini legatum missa. I. 13.

Innotescimus a Deo protectæ, &c.

Monasterium sancti Silvestri in monte Soracte, cum tribus aliis vicinis, donat Pippino, quæ a Carolomanno monacho fuerant Zachariæ papæ concessa. II. 12.

Salubri

Salubri providentia quidquid, &c.

III. 43. Gratias agit Pippino pro defensione contra insidiatores, & pollicetur se curaturum, ut monachi Remedii fratris ejus psalmodiam discant.

Cum caritatis amor quem, &c.

IV. 39. Vt Marinum presbyterum jubeat episcopum in Francia creari, ut a consiliis sedi Romanæ contrariis avocetur.

Omnino compertum habet vestra, &c.

V. 28. Gratulatur Pippino de incolumitate & felici successu itineris: ac legatos suos nondum Constantinopoli reversos esse indicat.

Præmissis nostris apicibus, &c.

37. Gratias agit pro exaltatione sanctæ Romanæ ecclesiæ, indicat fiduciam suam, post Deum, in Pippini auxilio existere: petit ut ad se legatum mittat, per quem ei possit aperire Græcorum consilia & insidias. Per Petrum primum defensorem.

Dum illa quæ nostris, &c.

VII. 35. Mittit exemplum literarum, quas ad eum Cosmas Alexandrinus patriarcha per monachum quendam scripserat.

Quia Spiritus sancti gratia, &c.

VIII. 33. Imperatorem Græcum in armis esse, ut Ravennam aggrediatur; auxilium ab eo contra Græcos implorat. Scripta post Pippini missorum discessum, Vulcarii episcopi, Felicis religiosi, & Ratberti viri illustris.

Præcelsæ & a Deo servatæ, &c.

IX. 30. Exponit se Ravennæ cum Desiderio rege locuturum, & paraturum, quæ ad defensionem contra Græcos necessaria erunt.

Dum tanto vestræ sublimissimæ, &c.

X. 52. Purgat se de eo quod dixisse ferebatur, Pippinum Romanis auxilium in angustia constitutis non præbiturum. De Pippini missis, & suis, qui Constantinopolim iverant, propter hiemis asperitatem nihil auditi. De Marino facit potestatem, ut statuat quod velit. Mittit quoque literas, quas de Ravennæ partibus acceperat.

Eximiæ & a Deo protectæ, &c.

XI. 31. Percontatur de Pippini valetudine, deque successu itineris quod susceperat, quia adversa quædam ab inimicis de ejus ægritudine nuntiabantur. Per Droctegandum & Vulchardum missos Pippini.

Quoties fidelium Dei spiritalia, &c.

XII. Deest in Carolino. Narrat de Beneventanorum injuria. Petit ut Pippinus literis eos increpet; &, si nolint parere, ut consentiat, in expeditionem in eos institutam.

XIII. 29. Narrat pacem inter se & Desiderium regem Romæ constitutam, petit ut obsides Desiderio restituat, quo & ipse Imolam ab eo civitatem recipiat. Per Georgium episcopum, & Stephanum presbyterum legatos suos: una cum Rodberto misso Pippini.

Dum tam copiosam omnipotens, &c.

XIV. 28. Mittit exemplum literarum quas a Sergio archiepiscopo Ravennate acceperat: petit in embolo, ad Desiderium regem scribi, ut auxilium præstet ad Ravennæ ac Pentapolis defensionem.

Præcelsæ & a Deo servatæ, &c.

XV. 27. Per Vulfardum Pippini regis missum; per quem sabanum acceperat, in quo Pippini filia ex sacro fronte suscepta fuerat. Indicat Longobardos nihil eorum restituere quæ promiserant: se laborare, ut Sergius archiepiscopus suæ restituatur ecclesiæ. Vulcharium episcopum exemplo fratris Stephani Pippino commendat.

Lator præsentium literarum, &c.

XVI. 26. Laudat Pippini constantiam in suscepta ecclesiæ defensione, quam ejus literæ per Vulfardum & socios allatæ testabantur. Probat quod sedis apostolicæ legatos Constantinopoli reversos detineat usque ad Synodum. De Georgio item episcopo & Petro presbytero iterum permittit ejus arbitrio. Desiderium Romæ superiore autumno fuisse narrat, & cum eo constitisse, ut per Pippini, ipsiusque missos ecclesiæ jura recipiantur. Gratias agit, quod Desiderium Pippinus admonuerit, ut Neapolitanos & Cajetanos constringat ad restituenda ecclesiæ patrimonia, & ut episcoporum consecrationem a sede apostolica suscipiant.

Votiva cordis nostri desideria, &c.

XVII. 24. Indicat sex patricios cum trecentis navibus Constantinopoli Romam venturos, & postea in Franciam ad Pippinum profecturos. Queritur Desiderium, quod de justitiis ecclesiæ coram missis Pippini promiserat, elusisse: quin & comminatorias literas scripsisse. Petit ut tres legatos mittat, unum Ticinum ad Desiderium, duos Romam qui auxilium præbeant. Per Conibertum vassum Pippini.

A Deo instituta præcellentiæ, &c.

XVIII. 25. Per Langbardum virum illustrem missum Pippini. In embolo mittit præceptum, quod Pippinus aliis literis poscebat, de titulo sancti Chrysogoni pro Marino presbytero: mittit præterea libros aliquot Pippino, atque inter ceteros, Dionysii Areopagitæ libros Græce scriptos.

Properans ad vos harum, &c.

XIX. 23. Per Georgium episcopum. Gratiarum actiones pro defensione sanctæ Dei ecclesiæ continet. In embolo postulat, ut Pippini filium qui ei tunc natus fuerat, ex sacro baptismatis fonte excipere mereatur.

Solet epistolaris relatio mentem, &c.

XX. 21. De actis Remedii episcopi & Autcharii ducis missorum Pippini cum Desiderio rege: quod inter eos constiterit, ut omnia ecclesiæ jura intra mensem Aprilem plenissime restituat: partem jam receptam, de reliquis spondere. Per Petrum presbyterum missa.

Quia excellentia vestra, &c.

XXI. 19. Per Vvilharium episcopum, Dodonem, & Vulchardum, missos a Pippino, ut viderent an Longobardi plene omnia restituerint: indicat hos callidam illorum versutiam & fraudem deprehendisse: suam post Deum, ejus genitricem, & apostolos, in Pippino esse fiduciam.

Ad referendas gratiarum, &c.

XXII. 20. Agit gratias Pippino, quod sibi omnia indicaverit quæ cum legatis imperatoris Constantinopolitani egerat, & quæ illis responsa dederat, cum literis quas ad imperatorem scribebat. Intercedit pro Tassilone Bavariorum duce. Imperatorem sibi imaginum causa infensum esse. Scripta post reditum Ioannis subdiaconi abbatis, & Petri primi defensoris, & adventum Flavini capellani a Pippino missi.

Cum regalis potentiæ culmen, &c.

XXIII. 18. Gratias agit de constanti affectu Pippini, quem Davidi comparat. Per Ioannem subdiaconum abbatem, & Petrum primum defensorem legatos, cum quibus redibant missi Pippini, Haribertus abbas, & Dodo comes.

Explere

Explere nobis nequeo, &c.

XXIV. 17. Ad duas Pippini epiſtolas reſpondet, quarum alteram Petrus primus defenſor e Francia rediens attulerat, alteram Vvidmarus & Gerbertus abbates, atque Hugbaldus, viri illuſtres, a Pippino miſſi ut Longobardis ad reſtituenda eccleſiæ jura imminerent. Indicat conſtitiſſe, ut miſſi regis ea de cauſa irent ad Deſiderium cum miſſis civitatum: quippe non ſolum omnia non reſtituiſſe, ſed etiam prius reddita iterum invadere conari.

Dum tam maximam nobis, &c.

XXV. 16. Pippinum pro defenſione eccleſiæ laudat, & cum Moyſe comparat. Gratias deinde agit pro monaſterio in monte Soracte a Pippino ſibi donato.

Dum divinas ſcripturarum, &c.

XXVI. 15. Per Georgium epiſcopum, & Stephanum preſbyterum, una cum Rodberto Pippini legato. Prolixe de Longobardorum crudelitate ac malitia queritur. Indicat ſe alias literas legatis ſuis dediſſe, quibus obſidum Deſiderii dimiſſio petebatur: exponit quo conſilio ita ſcripſerit, obteſtaturque ne eos dimittat, & ut Deſiderium conſtringat ad reſtituenda eccleſiæ patrimonia. In embolo, munuſcula quædam Pippino mittit.

Quoties perſpicua eximietatis, &c.

XXVII. 14. Per Andream & Gaudericum miſſos Pippini. De invaſionibus Longobardorum, contra falſam Deſiderii ſuggeſtionem: & de menſa Stephano papæ a Pippino donata, per ejus nunc miſſos ad ſancti Petri confeſſionem oblata. De Georgio epiſcopo, & Petro epiſcopo, facit poteſtatem, ut eos retineat, ſi velit.

Quas præclara excellentia, &c.

XXVIII. 42. Scripſit epiſtolas tres ad Carolum & Carolomannum reges, in quibus hortatur eos, ut majorum veſtigiis inſiſtentes fidem beato Petro præſtent, & eccleſiam Romanam defendant & exaltent. Prima per Petrum primum defenſorem miſſa.

Olim omnipotens Deus, &c.

XXIX. 41. Secunda, per Droctegandum & Vulfardum abbates, miſſos regios.

Miſſam relationem excellentiæ, &c.

XXX. 40. Tertia, poſt reditum Petri primi defenſoris.

Quanto decoris nitore regalis, &c.

XXXI. 22. Scripſit etiam epiſtolam ad cunctum exercitum regni Francorum, in qua gratias agit pro fideli opera ſibi & beato Petro præſtita, hortaturque, ut in ſervitio ſanctæ Romanæ eccleſiæ perſeverent, ac pro ea viriliter decertent.

Conſiderantibus nobis, &c.

EPISTOLA I. PAULI ELECTI PAPÆ I. AD PIPPINUM REGEM.

De ipſius electione ad pontificatum, ante conſecrationem ſcripta. Spondet ſe in ea fide & concordia, quam Stephanus deceſſor ejus Pippino regi pactus eſt, cum ſuis permanſurum.

Domno excellentiſſimo filio Pippino Francorum, & patricio Romanorum, Paulus diaconus, & in Dei nomine electus ſanctæ ſedis apoſtolicæ.

Cod. Carolini 13.

CUM gravi gemitu, & immenſo mœrore cordis, innoteſcimus a Deo protectæ excellentiæ tuæ, potentiſſime victor rex, Dei vocatione de hac luce ad æternam requiem eſſe ſubtractum ſanctæ recordationis dominum & germanum meum Stephanum papam, in cujus etiam

A tranſitu & ipſi lapides, ſi dici poteſt, nobiſcum flentes lacrymaverunt. In cujus apoſtolatus ordinem a cuncta populorum caterva mea infelicitas electa eſt. Et dum hæc agerentur, convenit Romam Immo Chriſtianiſſimæ excellentiæ tuæ miſſus: & cum eo loquentes una cum noſtris optimatibus, aptum perſpeximus eum hic detineri, donec Dei providentia ſacra apoſtolica benedictione illuſtrati fuiſſemus: & tunc plenius ſatisfactus de noſtra vel cuncti populi puritate & dilectione, quam erga tuam benigniſſimam excellentiam, & cunctam gentem Francorum gerimus, eum ad vos repedandum cum noſtris miſſis apoſtolicis abſolveremus. Quoniam nos pro certo cognoſcas, excellentiſſime & a Deo B protecte noſter poſt Deum auxiliator & defenſor rex, quod firmi & robuſti uſque ad animam, & ſanguinis noſtri effuſionem, in ea fide & dilectione & caritatis concordia, atque pacis fœdere, quæ præfatus beatiſsimæ memoriæ dominus & germanus meus ſanctiſsimus pontifex vobiſcum confirmavit, permanentes, cum noſtro populo permanebimus uſque in finem. Unde & indeſinenter extenſis palmis ad cælum pro vitæ incolumitate excellentiæ tuæ, atque dulciſsimorum filiorum, & excellentiſsimæ reginæ ſoſpitate, domini Dei noſtri exoramus clementiam, ut ſemper tuum auxilium, & firmiſſima protectio extendatur ſuper nos. Incolu- C mem excellentiam tuam gratia ſuperna cuſtodiat.

II. AD PIPPINUM REGEM.

Accuſat inter cetera Deſiderium regem, quod promiſſas eccleſiæ Romanæ civitates non reſtituat, oratque ut illum ad has reddendas impellat, & ne aliis literis ſuis, quas de laxandis ejus obſidibus illius impulſu ſcripſit fidem habeat.

Domino excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus Papa.

D

QUOTIENS perſpicua eximietatis veſtræ merita myſtica conſideratione cernens cordis oculis confero, oppido me admirari convenit intemeratam ſuperfluamque excellentiæ tuæ mentis conſtantiam, & ferventiſsimum affectum, quem circa Dei amorem, & ejus principis apoſtolorum inceſſanter geſtas; quoniam Deo magis quam hominibus favere niteris. Unde perſpicuum eſt, vos præ omnibus regibus & potentibus piis pollere operationibus, quia aſſumpto cæleſti triumpho ultro te, excellentiſsime fili & ſpiritalis compater, ad liberandam Dei eccleſiam adhibuiſti. Et ideo ut ipſum piæ operatio- E nis veſtræ certamen effectu mancipetur, crebro nos congruit, ſicut liberatori ipſius ſancti Dei eccleſiæ, & ejus peculiaris populi, apoſtolicos dirigere apices. Primum omnium nobis ſuper omnia nectarea & dulcia exiſtit deſiderabilia proſperitatis veſtræ gaudia addiſcere: deinde vero quæ ſanctæ eccleſiæ Dei & nobis conſiſtunt neceſſaria quantocius intimare: ut vera, excellentiſsime fili, & noſter ſpiritalis compater, agnoſcas non pridem per apoſtolicas literas eximietati tuæ innotuiſſe, quæ in his partibus a Deſiderio Longobardorum rege impie peracta ſunt, atque crudeliter perpetrata. Igitur dum tam perniciosam ejus operationem cerneremus, aptum

Codicis Carolini 15.

 proſpeximus

prospeximus præsentem fidelissimum vestrum missum Rodbertum hic apud nos detinere, quatenus quid cœpta jam fati Desiderii regis, vel Longobardorum populi malitia pareret, præsentaliter agnoscens atque conspiciens, vestram certiorem reddidisset eximiam præcellentiam. Etenim sicut pridem, ecce & nunc innotescimus a Deo servatæ excellentiæ vestræ, quod præfatus Longobardorum rex Pentapolensium per civitates transiens, quas beato Petro pro magna animæ vestræ mercede contulistis, ferro & igne omnia sata, & universa quæ ad sumptus hominum pertinent, consumpsit: sicque Spoletinum & Beneventanum, qui se sub vestra a Deo servata potestate contulerunt, ad magnum spretum regni vestri desolavit, atque ferro & igne eorumdem ducatuum loca & civitates devastavit; & comprehensum Albinum ducem Spoletinum, & cum eo satrapas, qui in fide beati Petri & vestra sacramentum præbuerunt, infixis in eis pessimis vulneribus, in vinculis detinet. Appropinquante autem eo Benevento, illico dux Beneventanus fugam arripuit in Otorantinam civitatem; & dum immineret, ut ex ipsa sua civitate exire eumdem ducem suaderet, nequaquam in eo suam adimplens voluntatem, constituit ducem alium in eodem Beneventano ducatu, nomine Arigis. Et confestim dirigens Neapolim idem Desiderius rex, accersivit Georgium imperialem missum, qui ad vos in Franciam directus fuerat: cum quo nefarie clam locutus est, iniens cum eo consilium, atque suas imperatori dirigens literas, adhortans eum, ut suos imperiales dirigat exercitus in hanc Italiam provinciam; & ipse Desiderius cum universo Longobardorum populo professus est, Deo sibi contrario, auxilium præfatis imperialibus exercitibus impertire: quatenus ex una parte ipsius exercitus, & ex alia idem Desiderius cum universo Longobardorum populo, utrique dimicantes Ravennatium civitatem comprehendere queant, suamque imperator, quod dominus non permittat, adimplere valeat in quocumque voluerit voluntatem. Nam & cum eodem Georgio imperiali misso constituit, ut dromonum Siciliæ stolus in Otorantina civitate dirigatur, ut tam Græci quam Longobardi ipsam obsidentes comprehendere valeant civitatem, eamque concedat imperatori cum hominibus & facultatibus quæ in ea consistunt, & tantummodo ducem illum, atque ejus nutritorem Ioannem, prædicto regi restituat. Post vero dissolutionem eorumdem ducatuum, conjunxit hic ad nos Romæ idem Longobardorum rex: & cum eo loquentes, nimis eum adhortati sumus, & per sacratissimum corpus beati Petri, atque etiam per tuam a Deo protectam excellentiam, fortiter illum conjuravimus, ut civitates illas, id est Imolam, Bononiam, Auximum, & Anconam, quas nobis præsentaliter, simul per vestros missos, id est Folradum Deo amabilem abbatem, atque Rodbertum, excellentissimæ Christianitati tuæ, & per te etiam beato Petro apostolorum principi pollicitus est redditurum restituere deberet. Quod minime acquiescere inclinatus est: sed simulans, ut certe stropharius, varias occasiones adhibuit: inquiens ut si suos, quos illic Francia habere videtur, obsides reciperet, tunc in pacis concordia nobiscum conversaretur. Unde petimus te, excellentissime fili & spiritalis compater, & obnixe deprecamur a Deo inspiratam eximietatem tuam, ut jubeas perfectam liberationem sanctæ Dei ecclesiæ, & ejus peculiaris populi exercere; & ita id quod magna animæ tuæ mercede beato Petro pollicitus es, firmiter permanere: ipsumque Desiderium Longobardorum regem fortiter constringere digneris, ut prolatam a Deo promissionem beato Petro protectori vestro restituere debeat, atque in omnibus adimplere. Tuique studii sit, bone potentissime rex, sicut cœpisti, perfectius hanc sanctam Dei ecclesiam, & ejus peculiarem populum, de hostium incursione eruere: ut annuente Deo certamen benignæ operationis tuæ uberrime fecundetur: quatenus in die adventus domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, luceas sicut radiantissimus sol inter universos reges & potentes, atque ipsam sanctam Dei ecclesiam, & ejus populum tuo adminiculo ereptum, divinæ majestati, absque ulla læsionis sævitia, offerre, & tunc centuplum remunerationis ab eodem domino Deo nostro justo judice percipere, & vitam æternam possidere merearis. Conjuro te, fili excellentissime, per omnipotentem Deum, & ejus principem apostolorum beatum Petrum, ut benigno intuitu & libentissimo animo nostras preces audire jubeas: ut & Deus tibi omnipotens, in his quæ ejus potentiam deprecatus fueris, suæ divinitatis aures inclinet, & victorem te super omnes barbaras nationes faciat. Omnes enim omnino gentes, quæ super faciem universæ terræ consistunt, compertum habent tuum certamen, quod ad defensionem sanctæ Dei ecclesiæ adhibuisti, & magnum te ac præcipuum regem laudabiliter asserunt. Sed & nos bonam tuam famam longe lateque protelare atque dilatare non desistimus, in eo quod certe post Deum sicut murum inexpugnabilem tuam firmissimam fidem in nostro pectore conferimus, magnam in te post Dei præsidium possidentes spei fiduciam: quod & plerumque ob tuæ immaculatæ promissionis fideique meritum consecuturi sumus. Etenim magnopere præsentes nostros missos, id est reverentissimum sanctissimum fratrem & coepiscopum nostrum Georgium, atque dilectum filium nostrum Stephanum presbyterum, ad vestram a Deo custoditam excellentiam misimus: dumque vestris Deo amicabilibus vestigiis fuerint una cum Rodberto fidelissimo vestro misso præsentati, cuncta viva voce Christianissimæ excellentiæ tuæ quæ acta sunt, & rei exigit meritum, nobisque necessaria existentia intimabunt. Maximo namque desiderio noster anhelabat animus, apostolicas excellentiæ vestræ dirigere literas salutationis ac visitationis, ob causam rerum eventus significandum, & minime valuimus, imminentibus circumquaque Longobardorum regis insidiis. Attamen ecce jam duas apostolicarum literarum assertiones excellentiæ vestræ clam per maximam industriam misimus, & ignoramus si ad vos ipsæ pervenerint literæ. Unde ambigimus ne a Longobardis comprehendantur. Pro quo & nunc per prænominatos nostros missos alias vobis literas misimus, quasi obtemperantes præfati Desiderii regis voluntati, ad suos hospites absolvendum, & pacem confirmandum. Sed bone excellentissime fili, & spiritalis compater, ideo istas literas tali modo exaravimus, ut ipsi nostri missi ad vos in Fraciam valerent transire: quoniam si hoc non egissemus, nulla penitus ratione per Longobardorum fines transire valuissent. Sed susceptis ipsis literis, earu seriem

Codicis Carolini, epist. 29.

feriem nullo modo perficiatis, neque præfatos hospites permittatis parti Longobardorum restituere. Potius autem conjuramus te, excellentissime fili, & spiritalis compater, per Deum vivum, & corpus beati Petri, ut fortiter ipsum Desiderium, vel ejus Longobardorum gentem constringere jubeas, quatenus præfatas quas pollicitus est ciuitates tuæ melliflux excellentiæ, & per te beato Petro fautori tuo restituat: quoniam nullam, ut præfatum est, de his quæ primitus pollicitus est, cum eo firmam valuimus stabilire convenientiam. Oramus autem omnipotentem Deum, ut pio intuitu de throno maiestatis suæ super vos vestrumque regnum respiciat, & sua dextera excellentiam vestram circumtegat, atque in omnibus muniat, & præsentis vitæ cursum salubriter exequi, & regni potentiam gubernare permittat per plures annorum metas, una cum excellentissima & a Deo servata filia, & spiritali nostra commatre, atque amantissimis vestris meisque filiis, & gaudeatis de eorum florigero germine: & mittat omnipotens Deus, ut semen vestrum splendidissimum usque in finem mundi idem regni fruatur culmen, etiam venturo in sæculo infinita gaudia cum sanctis & electis suis vobis concedat: quatenus sicut in præsenti vita, & in futura beatitudine adepti promissam vobis mercedis coronam, cum Christo regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

EMBOLUM.

Pro veræ benedictionis causa direximus vobis apallateam unam spatham, ligatam in gemmis cum balteo suo: annulum unum, habentem hyacinthum: storacinum pallium unum, habentem paones. Quam parvam benedictionem petimus ut excepta injuria suscipere jubeatis. Dominis Carolo & Carolomanno, pro magna apostolica benedictione, annulos singulos, habentes hyacinthos.

III. AD PIPPINUM REGEM.

Laudat Pippinum, & gratias agit, quod adventantibus ipsis legatis, Remigio fratre & Autchario duce, Desiderius rex ciuitates & patrimonia ecclesiæ ex parte restituerit, partem alteram in certum tempus redditurum se condixerit.

Domino excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.

Ibid. Cabin. 21.

QUIA excellentia vestra merito bonorum operum superno examini fuerit comprobata, ipsis jam in manifesto rerum exhibitarum effectibus demonstratum est. *Et post alia*: Exulta itaque & lætare, felicissime rex, quia tuo, annuente Deo, certamine sancta spiritalis mater vestra universalis Dei ecclesia ab æmulorum insidiis erepta atque exaltata triumphat, fidesque orthodoxa tuo zelo, & fortitudinis brachio illibata hæreticorum jaculis consistit. Pro quo beatus & justus effectus es in omnibus operibus tuis, fili dulcissime & spiritalis compater, victoriosissime eximieque rex. Innotescimus siquidem præcelsæ Christianitati vestræ, quod nuper dum ad nos conjunxissent fidelissimi vestri, scilicet a Deo amabilis Remedius germanus vester, atque Autcharius gloriosissimus dux, constitit inter eos & Desiderium Longobardorum regem, ut per totum instantem Aprilem mensem istius decimæ tertiæ indictionis, omnes justitias fautoris vestri beati Petri apostolorum principis, omnia videlicet patrimonia, jura etiam & loca, atque fines & territoria diversarum civitatum nostrarum reipublicæ Romanorum nobis plenissime restituisset. Unde ex parte quidem easdem justitias nobis idem Longobardorum rex fecisse dignoscitur, & reliquas omnes justitias se profitetur, atque omnino spondet nobis esse facturum. Quapropter impensius nos præfatus Desiderius Longobardorum rex obsecratus est, ut vestræ a Deo protectæ excellentiæ nostris apostolicis relationibus intimare debuissemus. Et ecce, sicut nostro post Deum liberatori, hoc ipsum eximiæ atque sublimissimæ, & a Deo protectæ Christianitati vestræ, per has apostolicas nostras innotuimus syllabas, dirigentes magnopere ad vestram a Deo inspiratam præcelsam sublimitatem præsentem dilectum filium nostrum Petrum presbyterum; quem petimus benigno solite aspectu a vobis suscipi, & cum affectu, atque prospero nuntio de perfecta plenariaque justitia diversarum causarum fautoris vestri beati Petri apostolorum principis ad nos remeandum absolvere dignemini. Si vero in ea quam præfatus Desiderius rex, vel ejus Longobardorum gens, profitentes pollicentur, permanserint sponsione, nobisque omnia, secundum ut constitit, & pactorum fœdera continent, restituta ab eis nobis fuerint, tunc a Deo conservandæ excellentiæ vestræ meritum intimantes innotescemus ei. Unde obsecrantes petimus, & obnixe deprecamur, imo & conjuramus te, excellentissime atque Christianissime rex amantissime fili & spiritalis compater, per omnipotentem Deum, & beatum Petrum, qui te in regem unxit, ut & perfectius ea, quæ pertinent ad exaltationem, & ad ampliatam liberationem sanctæ Dei ecclesiæ, & istius a vobis redemptæ provinciæ, sicut beato Petro, & nostro prædecessori pontifici sanctæ recordationis, domno & germano nostro beatissimo Stephano papæ polliciti estis, cuncta perficere & adimplere jubeatis; quatenus promissam & repositam vobis mercedis coronam de manu omnipotentis Dei recipiatis. Orantes de reliquo omnipotentis Dei nostri misericordiam, ut sua vos circumtegat gratia, una cum dulcissima conjuge excellentissima regina, filia & spiritali nostra commatre, atque amantissimis natis, id est præcelsis regibus, & præsentis regni culmen, & triumphum victoriæ possidere, & æterna gaudia in cælestibus regnis cum sanctis perfrui concedat. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

IV. AD PIPPINUM REGEM.

Conqueritur iterum de Desiderio rege, quod promissam legatis integram restitutionem non præstet, & de comminatoriis litteris quas scripserat. Orat Pippinum, ut tres legatos ecclesiæ causa mittat.

Domno excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri, Pippino Francorum regi & patricio Romanorum Paulus papa.

A DEO institutæ præcellentiæ vestræ his nostris apostolicis syllabis, bone potentissime rex, fili excellentissime, & spiritalis compater, sicut

sicut nostro post Deum liberatori, ea quæ ad agnitionem nostram de diversis adveniunt partibus, summopere innotescere studemus. Agnoscat siquidem eximietas vestra, intimasse nobis quosdam sincerissimos fideles spiritalis matris vestræ, sanctæ nostræ ecclesiæ, quod sex patricii, deferentes secum trecenta navigia, simulque & Siciliensem stolum, in hanc Romanam urbem absoluti a regia urbe ad nos properant. Quid ii velint agere, aut pro qua diriguntur causa, rei veritatem ignoramus: hoc tantum nobis nuntiatum est, quod ad nos progredi, & ad vestram summe laudabilem præcellentiam in Franciam ingredi sunt dispositi: eademque nobis destinatas literas infra hæc nostra scripta vestræ excellentiæ direximus intuendas. Itaque & hoc conservandæ eximietati vestræ innotescimus, quod quemadmodum in præsentia missorum vestrorum constitit cum Desiderio Longobardorum rege, ut nostras Romanorum justitias ex omnibus Longobardorum civitatibus plenius primitus acciperemus, & ita postmodum ad vicem ex omnibus nostris civitatibus integras Longobardis faceremus justitias; freti in hujuscemodi ejus pollicitatione, quam in præsentia prædictorum missorum vestrorum exhibuit, nostros missos direximus ad easdem recipiendas faciendasque justitias. Ipse vero varias adhibens occasionum versutias, nequaquam nobis primitus, ut constitit, plenarias de omnibus suis civitatibus facere voluit quas exquirimus justitias, & ita demum suas in integro ex omnibus nostris civitatibus recipere: sed sigillatim tantummodo de una civitate facere, & de alia recipere maluit; volens per hoc dilationem inferre, ne pars nostra Romanorum propriam consequatur justitiam. Et ecce nostri missi nihil impetrantes ad nos sine effectu reversi sunt. Et plures deprædationes extunc, atque multa & inaudita mala in nostris immittit finibus. Vnde ecce suas confestim direxit literas, per quas confidens in sua ferocitate, Deum præ oculis non habens, nec beatum principem apostolorum Petrum metuens, comminationes nobis direxit, & inania detractionum verba protulit. Quas & de præsenti, infra hanc nostram exarationis seriem, vestro præfulgido, & a Deo instituto culmini direximus, ut earum præcelsa eximietas vestra agnoscens textum, consideret, quanta sit ejus malitia, & elationis cordis superbia, in id quod contra beatum Petrum, & vestram regalem potentiam se erigens, malitias nobis comminatur inferre. Sed nos spem nostram, post Deum, sicut inexpugnabilem murum, firmissimam in vestram a Deo corroboratam excellentiam habemus. Pro quo flexo poplite petimus, & per nos etiam beatus Petrus apostolorum princeps vestram aggreditur eximiam præcellentiam, quatenus inspiratus ab omnipotente Deo, qui vos sanctæ suæ ecclesiæ defensorem ac liberatorem constituit, salutem nostram amplissime procurare, & contra omnium nostrorum inimicorum ferocitatem & arrogantiam solitus auxiliator & protector noster existere jubeas, Christianissime & spiritalis compater: quatenus lucratissimum præmium a redemptore nostro domino Deo, intercedente beato Petro apostolorum principe, consequi mereamini; & sicut terrenum, ita & cæleste regnum cum sanctis & electis Dei per infinita sæcula consequi mereamini. De omnibus vero subtili enarratione præsenti Conberto vestro fidelissimo vasso injunximus cuncta liquidius vestræ regali potentiæ suggerete. Sed & hoc obnixe postulamus benignam excellentiam vestram, ut missos vestros aptos, quales vobis placuerint, ad nos dirigere debeatis, qui in nostro inveniantur esse auxilio: unus tamen ex eis usque Ticinum properare debeat, ut dum cum Desiderio rege locutus fuerit, quidquid ei in responsis reddiderit, vestræ excellentiæ renuntiet: reliqui vero duo cum vestro dispositu & ordinatione apud nos conjungere festinent, ut in nostro, ut dictum est, consistant auxilio. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

V. AD PIPPINUM REGEM.

De sacra mensa Stephano papæ a Pippino rege donata: quo ritu Romæ ab ejus missis ad beati Petri confessionem oblata, & a Paulo papa suscepta atque consecrata sit.

Domno excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino regi Francorum & patricio Romanorum Paulus papa.

Cum maximo honorificentiæ conatu, & dilectionis affectu, quas præclara excellentia vestra misit literas, ferentibus Andrea & Gunderico solertissimis viris, Christianitatis vestræ missis, acceptantes suscepimus: *Et post alia:* Interea præcellentissime ac benignissime rex Christianissime fili & spiritalis compater, suscepimus & mensam illam, quam olim sanctæ recordationis domino & germano nostro beatissimo Stephano papæ, & per eum beato Petro apostolo obtulistis. Quam & cum hymnis & canticis spiritalibus, litaniæ laudes solenniter Deo referentes, infra aulam ipsius principis apostolorum introduximus: quamque vestri missi in sacram confessionem, super corpus scilicet ejusdem cælorum janitoris ex vestri persona obtulerunt. Quam & chrismate unctionis sanctificantes, & sacram oblationem super eam imponentes, sacrificium laudis Deo omnipotenti pro æterna animæ vestræ remuneratione & regni stabilitate obtulimus: decernentes apostolica censura sub anathematis interpositione, nulli unquam licere eam ab ecclesia beati Petri alienare. Et ecce memoriale vestrum in eadem apostolica aula fulgens permanet in æternum: cujus remunerationem vos credite a justo retributore domino Deo, & beato apostolorum principe Petro, in cælestibus regnis adepturum. De Georgio itaque & Petro quod innotuistis omnino agnovimus. Sed hoc in vestræ voluntatis arbitrio relaxamus, ut qualiter vobis placuerit, ita ex eis agatis, sive illos apud vos detinendo, sive etiam ad nos absolvendo: quoniam omnino quæ vobis placita sunt, & nobis omnino congrua & prospera esse videntur. Præfati denique missi vestri omnia quæ a vobis injuncta extiterunt liquidius nobis retulerunt: de quibus ad singula responsum reddidimus, eosque de cunctis informatos ad vos enarrandum absolvimus. Omnipotens autem dominus, qui dives est in misericordia, suæ extensionis brachio vos continua defensione protegat, & omnes adversarios ac rebelles vestris regalibus subjiciat vestigiis, tribuens longæviter ac salubriter, una cum excellentissima filia, & spiritali nostra commatre, benignissima regina,

Codicis Carolini 14.

regina, & amantissimis natis Carolo & Carolomanno, excellentissimis regibus & patriciis Romanorum, atque Gisila nobilissima, regni gubernacula possidenda, & æterna gaudia cum sanctis & electis perfruenda. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

VI. AD PIPPINVM REGEM.

Gratias agit de misso ad se sabano, in quo Pippini filia sacris undis abluta suscepta fuerat, & quo pacto exceperit significat.

Domino excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri, Pippino regi Francorum, & patricio Romanorum Paulus papa.

licis Carolini 27.

LATOR præsentium literarum solertissimus Vulfardus, eximietatis vestræ fidelissimus, plenas jocunditate nobis attulit literas, quas & cum ingenti lætitia mancipantes, atque lectioni referantes, magna exultatione ouantes releuati sumus: agnito scilicet per eas præfulgido excellentiæ vestræ dilectionis affectu, erga apostolicam sanctam Romanam ecclesiam, atque fautorem vestrum, cælorum regni ianitorem, principem apostolorum beatum Petrum a vobis exhibito. Qua de re iuges omnipotenti Deo efficacius persoluimus grates, profecto dum tam præcipuum fortissimumque virorum his in diebus sanctæ suæ contulit ecclesiæ tutorem. Interea, Christianissime Dei prouidentia victor rex, gemina festiuitatis peregimus gaudia, in eo quod optata cordis adepti desideria, in vinculo spiritalis fœderis pariter sumus annexi. Præfatus nempe sodalitatis vestræ illustris missus preciosissimum nobis supernæ gratiæ munus attulit; sabanum videlicet, in quo nostra dulcissima atque amantissima spiritalis filia sacratissimo lauacro abluta suscepta est. Quem & cum magna iucunditate, aggregata populi cohorte, infra aulam sacrati corporis auxiliatricis vestræ beatæ Petronillæ, quæ pro laude æterna memoriæ nominis vestri nunc dedicata dignoscitur, celebrantes Missarum solemnia, cum magno gaudio suscepimus; & per allatum eumdem sabanum eam tamquam præsentialiter nos suscepisse gaudemus. Vnde quia amor fidei vestrum benignum ignivit cor, nobis per vinculum spiritalis fœderis adhærendum, juxta quod domno & germano meo beatæ recordationis sanctissimo Stephano papæ spopondistis, magnas gratiarum actiones a Deo protectæ excellentiæ vestræ persolvimus; implorantes crebro divinam misericordiam, ut ævis vos ac prosperis in solio regni conservans tueatur temporibus, & magno gaudio de ipsius spiritalis nostræ filiæ perfecta ætate vos jucundari permittat ad exaltationem sanctæ suæ ecclesiæ. Et quia copiosa nobis, ipsa Spiritus sancti scilicet compaternitatis gratia, quæ opitulante Deo inter nos rata consistit, auctoritas fiduciam contulit, peto & deprecor, benignissime spiritalis compater, optime rex, ut cœptum redemptionis Dei ecclesiæ, & plenariæ justitiæ beati Petri perficere jubeas bonum opus. Direxit quippe nobis insignis bonitas vestra per suos affatus, sibi innotescere adversantium causarum eventus. Vnde certam a Deo protectam eximietatem vestram reddimus, nihil usque hactenus recepisse de his quæ per nostros legatos excellentiæ vestræ petendo mandavimus. Solite namque perfidi & maligni illi, in magna arrogantia cordis permanentes, nequaquam inclinantur justitiam beati Petri restituere. Tamen omnia, qualiter acta sunt, referentibus vestris missis agnoscere potestis: & subsequentem nostrum missum ad vos direximus, dignas vobis gratias de omnibus referentes, & cuncta per eum eximietati vestræ dirigimus in responsis de his quæ inantea provenerint. Sergio vero archiepiscopo, juxta id quod vestræ innotuit excellentiæ, indesinenter imminemus, ut suę restituatur ecclesiæ. Petimus autem excellentem bonitatem vestram, ut reverentissimum & sanctum fratrem & coepiscopum nostrum Vulcharium, sicut præfatus beatę recordationis dominus & germanus meus sanctissimus Stephanus papa eum benignæ eximietati vestræ commendavit, in omnibus commendatum habere jubeatis. His prælibatis, trinus & unus Deus noster sua vos extensionis dextera protegat, cum dulcissima conjuge, excellentissima regina, spiritali nostra commatre, atque amantissimis vestris meisque filiis, in solio regni sospites permanentes, & in præsenti vita, & in æterna beatitudine uberrime concedat valere. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Concil. general. Tom. VI.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S.I.

1 *Sabanum videlicet.* [In eadem re Victor Vticensis lib. 3. de Mirita diacono, & Epidophoro apostata: *Clamforte, nescientibus cunctis bajulabat illa quibus eum suscipiens de fonte dudum texerat sabana. Hæc sunt*, inquit, *lintea-mina Epidophore, quæ te accusabunt, dum majestas venerit Iudicantis.*

VII. AD PIPPINVM REGEM.

Petit auxilium adversus Græcos, qui Ravennam oppugnaturi nuntiabantur; oratque ut Desiderium quoque regem, & alios ad ferendam opem excitet.

Domno excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri, Pippino regi Francorum, & patricio Ronanorum, Paulus papa.

Codicis Carolini 34.

PRÆCELSÆ & a Deo servatæ Christianiti vestræ his nostris innotescimus apicibus, quod jam absolutis vestris missis, qui nuper ad nos conjunxerunt, Vulchario videlicet sanctissimo fratre & coepiscopo nostro, & Felice religioso, & Ratberto viro illustri, conjunxit ad nuntium missum a fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ, spiritalis matris vestræ, qui vera semper nobis assolent indicare, significans nobis quod nefandi Græci, inimici sanctæ ecclesiæ Dei, & orthodoxæ fidei expugnatores, Deo sibi contrario, super nos & Ravennatium partes irruere cupiunt, atque monitionem facere. Vnde quia alibi, post Deum & beatum Petrum, nostra spes non est, nisi apud vestram nobilissimam excellentiam; ideo obnixis deprecationibus petimus te, excellentissime fili, & spiritalis compater, ut jabeas propter Deum, & reverentiam beati Petri salutem istius provinciæ a vobis redemptæ procurare, & confestim vestrum dignemini dirigere Desiderio Longobardorum regi missum, ut si necessitas fuerit significata, auxiliũ nobis pro incursione eorumdem inimicorum impertire debeat. Præcipiens Beneventanis, atque Spoletinis, seu Tuscanis nobis e vicino consisten-

 tibus,

tibus, ut ipsi nostro occurrant solatio. Deprecantes & hoc a Deo institutam excellentiam vestram ut ad nos hoc adveniente Martio mense vestrum dirigere jubeatis missum, qui hic Romæ nobiscum demorari debeat, ut ipse, si necessitas exegerit, apud Desiderium imminere debeat regem pro eodem nobis transmittendo solatio: quia, ut plenissime satisfacta est vestra excellentia, non obaliud ipsi nefandissimi nos persequuntur Græci, nisi propter sanctam & orthodoxam fidem, & venerandam patrum piam traditionem, quam cupiunt destruere atque conculcare. Pro quo jubeat solite vestra benigna disponere excellentia, ut eorumdem inimicorum ad nihilum redigatur vesania, & perfectius hæc provincia, vestro certamine redempta, & a vobis beato Petro pro remedio animæ vestræ concessa, ab æmulorum insidiis tuta vestra consueta permaneat protectione, vobisque copiosa in cælis adscribatur merces, & nominis vestri laus, & universæ gentis exaltatio, sicut & jam factum est, nunc multo amplius in universo orbe terrarum divulgetur; atque intercedente beato Petro victoriæ triumphum e cælo vobis dominus super omnes tribuat gentes: dum vestro auxilio confusis expugnatoribus sanctæ orthodoxæ fidei, pax & lætitia & observatio Christianorum fidei in omnibus prædicata fuerit ecclesiis, meritoque ex hoc cælestia vobis a Deo conferantur gaudia. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

VIII. AD CAROLUM ET CARLOMANN. PIPPINI REGIS FILIOS.

Laudat illos, & hortatur, ut intuenda ecclesiæ defensione parentum suorum vestigiis insistant.

Domnis nobilissimis atque excellentissimis filiis Carolo & Carlomanno regibus Francorum, & patriciis Romanorum, Paulus papa.

Codicis Carolini epist. 42.

OLIM omnipotens Deus, cernens populi sui Israelitici lamentationem, & impiam ab Ægyptiis illatam oppressionem, misertus est eis, mittens famulum suum Moysem, per quem signa & prodigia exercens, eumdem suum eripuit populum, & per eum legem illis instruens, ad optatam eos perduxit requiem. Cui etiam Iosue, ut prælietur bella domini, annectitur; atque alios sui divini nominis cultores eis concessit auxiliatores. Sed in omnibus illis non ita complacuit ejus divina majestas, sicut in David rege, de quo ait: Servum meum secundum cor meum, in oleo sancto unxi eum; cui & regnum & semini ejus in æternum gloriose tribuit possidendum. Sic enim, præcellentissimi atque nobilissimi filii, a Deo instituti reges, idem dominus Deus noster in vestra Christianissima complacuit excellentia, atque in utero matris vos sanctificans, ad tam magnum regale pervexit culmen, mittens apostolum suum beatum Petrum, per ejus nempe vicarium, & oleo sancto vos, vestrumque præcellentissimum genitorem ungens, cælestibus replevit benedictionibus, & sanctam suam catholicam & apostolicam ecclesiam, atque orthodoxam Christianorum fidem vobis commisit exaltandam, atque viriliter defendendam. Quod profecto excellentissimi filii, Spiritus sancti gratia repleti, & cœlesti protectione adiuti, agere totis nisibus statuistis, & vestro auxilio atque certamine ipsa sancta Dei ecclesia, spiritalis mater vestra, ab inimicorum insidiis liberata exultat in domino Iesu Christo, & in conspectu divinitatis vestra effulgent pia opera, & cum David atque Salomone regibus, & ceteris Dei cultoribus, vestra in cælestibus regnis adscripta sunt nomina. Interea dum tanto vestro beneficio dignoscimur esse relevati, amor nos hortatur, Christianissimi ac dulcissimi filii de vestra prosperitate sedule addiscere, in domino gratulari. Et ideo visitationis atque salutationis paterno affectu his nostris apostolicis apicibus persolvimus vinculum, magnopere præsentem Petrum, primum defensorum sanctæ nostræ ecclesiæ, nostrumque fidelem missum, ad vestram dirigentes excellentiam, quatenus desiderabilem nostra vice referat salutem. Quem petimus benigne a vobis suscipi, & de vestra per eum sospitate nos certos lætosque reddi: obnixe petentes, dulcissimi filii, excellentiam vestram, ut pia vestigia sequentes, imitatores efficiamini Christianorum parentum vestrorum, avi nempe & proavi, atque excellentissimi & a Deo instituti magni regis genitoris vestri & præcellentissimæ genitricis vestræ a Deo conservandæ reginæ; qui vere præ omnibus regibus fideles Deo & beato Petro esse comprobantur, quorum merita in cælestibus regnis fulgent. Vnde & petimus misericordissimam Dei nostri longanimitatem, ut sua vos gratia protegens ævis & prosperis temporibus regalia sceptra concedat perfruenda, dilatans terminos regni vestri, & victorias vobis de cælo tribuat, omnesque adversarios vestris prosternat vestigiis, & sicut terrenum, ita & cæleste regnum vobis per infinita sæcula tribuat possidendum. Bene valete.

Psal. 88.

IX. AD PIPPINUM REGEM.

Monachos a Remedio Pippini fratre Romam missos ad discendam psalmodię modulationem, Simeonis prioris scholæ cantorum disciplinę traditos esse, ut postulabat.

Domno excellentissimo filio, & nostro spiritali compatri, Pippino Francorum regi, & patricio Romanorum, Paulus papa.

CVM caritatis amor, quem erga vestram a Deo illustratam insignem gerimus excellentiam, nostro enucleatius vigeat cordi, curę idcirco nostræ existit, excellentissime regum, vestræ gnaviter & præclarę totis obtemperare nisibus voluntati: præsertim dum & amplissimo vestræ excellentiæ præsidio relevati, & post Deum ab insidiatorum videamur sævitio erepti. Et ideo quotiens nobis relationum vestrarum apices perferuntur, gratuito acceptantes animo, confestim quod eorum textus eloquitur effectui satagimus mancipandum. Vnde susceptis in præsentia Deo protectæ excellentiæ vestræ syllabis, nempe relectis protinus cuncta quæ ferebantur in illis libenter adimplevimus. In eis siquidem comperimus exaratum, quod præsentes Deo amabilis Remedii germani vestri monachos Simeoni scholæ cãtorum priori contradere deberemus, ad instruendum eos in psalmodię modulatione, quam ab eo apprehendere, tempore quo illic in vestris regionibus extitit, nequiverant: pro quo valde ipsum vestrum asseritis germanum tristem effectum, in eo quod non ejus perfecte instruxisset monachos. Et quidem, benignissime rex, satisfacimus Christianitati tuæ, quod nisi Georgius, qui eidem

qui eidem scholæ præfuit, de hac migrasset luce, nequaquam eumdem Simeonem a vestri germani servitio abstrahere niteremur. Sed defuncto præfato Georgio, & in ejus idem Simeon, utpote sequens illius, accedens locum, ideo pro doctrina scholæ eum ad nos accersivimus. Nam absit a nobis, ut quidpiam, quod vobis vestrisque fidelibus onerosum existit, peragamus quoquomodo. Potius autem ut prefatum est, in vestræ caritatis dilectione firmi permanentes, libentissime, inquantum virtus suppetit, voluntati vestræ obtemperandum decertamus. Propter quod & prefatos vestri germani monachos sæpedicto contradidimus Simeoni, eosque optime collocantes, solerti industria eamdem psalmodiæ modulationem instrui præcepimus; & crebro in eadem, donec perfecte eruditi efficiantur, pro amplissima vestræ excellentiæ, atque nobilissimi germani vestri dilectione, ecclesiasticæ doctrinæ cantilena disposuimus efficaci cura permanere: optantes de reliquo excellentiam vestram ævis ac prosperis temporibus in domino valere & regni perfrui sceptro, atque triumphales de hostibus, intercedente beato Petro consequi victorias. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

X. AD FRANCOS UNIVERSOS.

Gratias agit pro fideli opera ecclesiæ Romanæ præstita. Laudat gentem Francorum, ejusque reges, & benedictiones uberrimas impertit.

Paulus servus servorum Dei omnibus dilectis nobis episcopis, & venerabilibus presbyteris, & abbatibus, atque religiosis monachis, gloriosis etiam ducibus & comitibus, seu universa Christo dilectæ generalitati exercitus a Deo protecti regni Francorum constitutis.

CONSIDERANTIBUS nobis, & velut ignitam coram nostris aspectibus splendidissimam Christo amabilis fortitudinis vestræ fidem, & laboriosum certamen adhibentibus, quod liberationi sanctæ catholicæ & apostolicæ Romanę ecclesiæ, quæ vos verbo prædicationis peculiaritatis modo sinceros genuit filios, exhibere totis nisibus studetis, magna nobis admirandi inhæret qualitas, & hæc laudis præconia vestro nomini, & benedictæ generationi proferre in universo non desistimus orbe terrarum. O dulcissimi atque amantissimi nobis, quam vicissitudinis repensationem vestro exercitui conferemus? aut quæ thesaurorum copiæ dignæ sint ad tot beneficiorum præsidia, quæ sanctæ ecclesiæ contulistis? At licet in hoc mentis consideratio & possibilitas coartetur vobis digna rependere; verumtamen est judex justus in cælis dominus Deus noster, qui digna vestrorum retribuet operum merita. Vere enim elevatum est nomen gentis vestræ super multas generationum nationes, & regnum Francorum vibrans emicat in conspectu domini; quod talibus benignissimis catholicę & apostolicę sanctæ Dei ecclesię liberatoribus prærornatur regibus. Novus quippe Moyses, novusque David in omnibus operibus suis effectus est Christianissimus & a Deo protectus filius, & spiritalis compater, dominus Pippinus, Dei nutu victoriosissimus rex, per quem exaltata Dei ecclesia triumphat, & fides catholica ab hæreticorum telo illibata consistit. Et vos quidem, carissimi, gens sancta, regale sacerdotium, populus acquisitionis, cui benedixit dominus Deus Israel, gaudete & exultate, quia nomina vestra, regumque vestrorum, exarata sunt in cælis, & merces vestra magna est coram Deo & angelis ejus. Firmum quippe beatissimum Petrum apostolorum principem, cui a redemptore nostro ligandi solvendique peccata in cælo ac in terra concessa est potestas, adepti estis protectorem. Sed omnipotens dominus, ejusdem sui apostoli intercessionibus, benedicat, protegat, atque confortet, & corroboret Deo amabilem communitatem vestram, actusque vestros in beneplacito suo disponat, tribuens vobis a cælo victoriam, fines vestros dilatet, subiiciens excellentissimis regibus vestris omnes barbaras nationes, ad perfectam liberationem & exaltationem sanctæ universalis Dei ecclesiæ, & fidei orthodoxæ integritatem: detque vobis ea sapere quæ illi sunt placita, & multo amplius corda vestra in amore beati Petri, & ejus apostolicæ sedis illustret: fidelique studio ejus pręceptis apostolicis obtemperantes, vestrorumque regum mandata observantes, & pręsentis vitæ cursum cum victoria & bona fama exequi, & æterna gaudia cum cæli civibus perfrui mereamini.

EPISTOLA XI. PAULI PAPÆ I.

Sive diploma pro immunitate monasterii sancti Hilari Galiatensis sub Ravennate ecclesia positi.

IGITUR de divino nutu ante horum...annorum sanctæ recordationis dominus & germanus noster beatissimus Stephanus, hujus apostolicæ sedis præsul ad redimendam Italiæ provinciam, simulque exarchatum Ravennatium de manibus gentium, Franciæ properasset regionem: contigit eo revertente, suum peragrari iter per monasterium beati Hilari, situm in territorio Populiense: cessante æmulorum sævitia, gratissime atque cum maxima honoris humilitate susceptus est ab Anscauso quondam Pompiliensi episcopo & abbate ipsius venerabilis monasterii: &..... eumdem beatissimum pontificem......prædictus quondam Anscausus episcopus affluenter ipsius itineris subsidia illi tribuit.

Et dum idem beatissimus prędecessor noster hujus apostolicæ sedis antistes suo laborioso certamine provinciam illam videlicet exarchatum Ravennatium, a jugo servitutis ditionis gentium Dei providentia redemit: tunc vicissitudinem propensi beneficii eidem Anscauso episcopo irrogans, prędictum monasterium diebus vitę suę fruendum illi concessit. Unde & nos hujusmodi concessi præsidii largitatem sub apostolicæ præceptionis pagina confirmavimus, atque jurisdictioni sanctæ nostræ ecclesiæ submisimus eum.

Nunc vero divina vocatione ipso Anscauso de hac migrante luce, agnoscentes rei veritatem, prędictum venerabile monasterium juris sanctę Ravennatis ecclesiæ a diuturnis existere temporibus, ideoque perpendentes contra omnem rationem esse, ut ipse venerabilis locus a sancta Ravennate ecclesia abstrahatur.......ea quæ pridem pro ejus subtractione promulgata sunt, incongrue atque irrationabiliter omnia irrita & invalida esse statuentes, statuimus.

Unde per hujus nostræ apostolicę pręceptionis paginam, denuo ipsum venerabile monasterium beati Hilari cum omnibus ei pertinentibus sub juris-

jurisdictione Ravennatis ecclesiæ, atque reverendæ fraternitatis tuæ, successorumque tuorum, perpetuis, atque perennibus temporibus statuimus permanendum: & ut tuæ. . . . successoribusque tuis placuerit, perenniter ipse venerabilis locus disponatur. Statuentes apostolica censura sub anathematis interdictione, & divini judicii obtestatione, nulli cuilibet personæ parvæ vel magnæ quoquo modo licere idem venerabile monasterium a jurisdictione sanctæ Ravennatis ecclesię, atque tuæ fraternæ reverentiæ successorumque tuorum auferre: sed etsi quodlibet monimen de eodem monasterio contrarium ecclesiæ vestræ Ravennati repertum fuerit, vacuum & inane esse decernimus. Datum Nonis Februariis, imperante domno piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore, anno XL. & * pacis ejus anno * XX. sed & Leone imperatore ejus filio anno VII. indictione XII.

*lege post cõsulatum. *XIX.

XII. AD IOANNEM ABBATEM.

De ecclesia ac monasteriis a se erectis in paternis ædibus sub titulo sanctorum Stephani papę & martyris, & Silvestri papæ & confessoris.

*Paulus episcopus servus servorum Dei * Icontio religioso presbytero & abbati venerabilis monasterii sanctorum Stephani martyris atque Silvestri confessoris Christi, & aliorum innumerabilium martyrum & confessorum Dei in eodem sancto monasterio a nobis annuente Deo fundato quiescentium, & cum eo ipsi venerabili monasterio in perpetuum.*

*Leontio.

INTER diversa studiorum examina, & varias humanæ inconstantiæ operationes, quæ nimirum in hac temporali vita pertractantur: illa præsertim toto mentis nisu perficienda sunt, quæ ad laudem domini Dei nostri, & sanctorum ejus celeberrimum respiciunt honorem. Et profecto omnia sequuntur prospera, si primitus quæ Deo sunt gloriosa, & sanctis ejus præfulgida, procuramus. Ob hoc nempe, dum divina Redemptoris nostri ineffabilis potentiæ gratia in meam respicere dignata est exiguitatem, magna cura insistere, & anhelante fere dilectionis affectu diuturna ejus benignitate ac misericordia procuramus laudes, & meorum ipsi offerre majestati desideria votorum. Atque ex hoc divinæ illustrationis compunctus inspiratione, vehementer, licet immeritus, procurare studui ea quæ ad cultum Dei, & dignam sanctorum pertineant venerationem, & maxima roborationis censura confirmare.

Quoniam valde me, fateor, optimis beneficiorum eorumdem sanctorum suffragiis apud divinam adiutum misericordiam, pro eo quod nullis virtutum profectibus mereor institutum, scilicet gravi peccatorum mole prægravatum, adeo magnum & terribile apostolicæ * sedis officium prosequi, nisi eorum præsidio diuina me prævenerit dignatio. Verumtamen in hoc omnipotentiæ suæ cunctorum præscius conditor & redemptor dominus noster Iesus Christus demonstrat indicia, quod ea quæ apud eos ipsos despecta sunt, nobis ad spem profectus, potentiæ suæ gratia illustrante, perducit, quod in me nimirum cernitur evenisse. Idcirco ingenti gratulationis lætitia refectus, laudem domini loquitur os meum, cor & lingua benedicit sanctum nomen ejus, atque intra cordis affectum, ejus magnæ pietatis clementiæ congruenter confero vota.

Igitur cum per evoluta annorum spatia, diversa sanctorum Christi martyrum atque confessorum ejus foras muros hujus Romanæ urbis sita antiquitus cœmeteria neglecta satis manerent diruta, contigit postmodum ab impia Longobardorum gentium impugnatione funditus esse demolita. Qui etiam & aliquanta ipsorum effodientes martyrum sepulchra, & impie devastantes, quorumdam sanctorum deprædati, auferentes secum deportaverunt corpora. Et ex eo tempore omnino desidiose atque negligenter eis debitus venerationis exhibebatur honor. Nam & (quod dici nefas est) etiam & diversa animalia in aliquantis eisdem sanctorum cœmeteriis aditum habentia: illic etenim eorum existebant septa animalium, in quibus fœtoris egerebant squalorem.

Vnde conspecta eorumdem sanctorum locorum desidiosa incuria, & ex hoc valde ingemiscens, atque plurima doloris attritus mœstitia, aptum prospexi, Deo annuente, eosdem sanctos martyres & confessores Christi, & virgines ex iisdem dirutis auferre locis. Quos & cum hymnis & canticis spiritalibus in hanc Romanam introduximus urbem, & in ecclesiam, quam noviter a fundamentis in eorum honorem construxi (intra mœnia scilicet in domo quæ mihi parentali successione obvenit, in qua me natum constat atque nutritum) eorum sanctissima collocans condidit corpora. Vbi congregationem constitui monachorum speciali censura in honorem & in nomine beatorum Stephani papæ & martyris, atque Silvestri papæ & confessoris Christi. In quo veneranda eorum quiescunt corpora Monasterium virorum monachorum esse censui, scilicet ad modulationis exercendam psalmodiam, in perpetuum esse decrevi, constituens sedulas ibidem domino Deo redemptori nostro referri laudes, & æternam eorumdem sanctorum illic quiescentium venerationis memoriam ad gloriam divinæ potentiæ celebrari, atque pro dilatione atque stabilitate reipublicæ, nec non & salute omnium fidelium Christianorum, & ob meorum veniam delictorum quotidianas fundi preces, & debitum & condecentem eisdem omnibus Dei sanctis exhiberi honorem.

Quoniam dum ipsi martyres Christi, contemptis humanæ gloriæ blandimentis, atque diversa tormentorum supplicia perpessi, pro Christi sunt nomine capite truncati, & amici Dei effecti: omnino congruit, ut sicut eorum animæ in cælestibus regnis cum angelis triumphant, ita & in terris quoque eorum sacratissima corpora lucidissimis habitaculis collocata optime ab omnibus venerentur Christianis, dum mirum impensius pro suis cultoribus divinam non desistunt implorare omnipotentiam. Ipsorum quippe me sanctorum confero pręsidiis, confidens eorum me suffragiis a peccatorum, qua premor, exui mole.

* Et ecce, propitiante domino, idem a nobis in eorum honorem fundatum monasterium diversis prędiis atque rebus & possessioni-

*Sed & ecclesia & monasteriũ

sionibus urbanis vel rusticis, & cunctis necessariis utensilibus optime ditantes, omnia quæ ad concinnationem luminarium, & sedulam sacrificiorum oblationem, vel ea quæ ad usus illic consistentium monachorum sufficiunt, concessimus, id est massas, fundos, casales, colonias, vineas etiam atque hortos, & oliveta, seu domos & hospitia, salinas, & aquimolas, vel piscarias, & reliqua possessionum prædia in diversis locis & civitatibus sita, simulque & servorum famulantium secum peculia. Addentes etiam, & sub jure & ditione ipsius nostri monasterii confirmantes aliqua monasteria & venerabilia loca cum universis possessionibus & omnibus eis generaliter & in integro pertinentibus.

Hæc nempe omnia loca, possessiones vel prædia urbana vel rustica, cum universis generaliter & in integro eis pertinentibus, ubi, & quocumque loco & civitate consistunt, & a nobis jam præfato nostro monasterio concessa sunt, vel in posterum fuerint largienda, per præcepta pontificalia & ceteras monitiones ibidem sint vel fuerint confirmata, præsidente sacerdotali concilio, statuentes sancimus apostolica censura, & sub divini judicii obtestatione a nostris successoribus pontificibus servanda decernimus, ut in eodem venerabili monasterio perenniter permaneant, atque in ejus usu pro quotidiana sacrificii oblatione, in luminariun concinnatione, atque sustentatione illic existentium monachorum sempiterno jure proficiant.

Vnde & sub terribili & tremenda futura cavemus die adventus magni domini nostri Iesu Christi, in qua judicaturus est vivos & mortuos & sæculum per ignem, etiam & maximis sub anathematis interdictionibus domini nostri Iesu Christi, & B. Petri principis apostolorum auctoritate decernimus, nulli quoque modo nostrorum successorum pontificum licere, vel alicui magnæ parvæque personæ, cujuscumque sit honoris prædita dignitate, qualibet exquisitiore ingenii arte dissolvere hæc quæ a nobis pio intuitu ad laudem redemptoris nostri, & honorem sanctorum ejus constituta sunt. Nec penitus ex iisdem locis vel possessionibus atque rebus & facultatibus, familiis etiam & peculiis, vel quidquid ad idem venerabile monasterium pertinere dignoscitur, auferre, neque quoquo modo alienare: potius autem omnia, ut prælatum est, in eodem sancto loco perenniter in integro permaneant. Sed nec abbas, qui pro tempore curam ipsius monasterii gesserit, quoquo modo præsumat quemlibet locum qui in usu existit monasterii cuiquam locare, aut venumdare, nec quidquam ex rebus ei pertinentibus usurpare ac fraudare.

Statuentes interea & hoc decernimus, ut cuncta congregatio monachorum in eodem sancto consistentium monasterio septies in die domino Deo nostro referant laudes, & debitum illic quiescentibus martyribus atque confessoribus Christi persolvant honorem: sed etiam ei, qui vires" subvenit, amplissimas omnium redemptori nostro studeant referre laudes; quoniam scriptum est: *Et adjiciam super omnem laudem tuam.* Nam & hoc promulgantes sancimus, & per omnipotentis Dei nostri virtutem, sub terribili anathematis obligatione, omnes obtestantes decernimus, nullum unquam præsumere quamlibet contrarietatem aut malitiam in eodem nostro monasterio, vel pertinentibus ei causis inferre; sed magis pro Dei timore & maximo sanctorum ejus honore cuncti juvamina & auxilii opem ipsi vel pertinentibus ei causis atque utilitatibus ingerant, ut participes & ipsi hujus boni efficiantur operis, & mercedis præmia hujuscemodi beneficio ab omnipotenti Deo consequantur.

Hæc vero omnia á nobis ad laudem Redemptoris nostri promulgata, & ab universo sacerdotali concilio confirmata, & maximis obligationibus corroborata Deo vivo & vero decernimus perenniter conservanda. Si quis autem ex nostris successoribus pontificibus, aut ex quocumque homine potente vel inferiore, magna scilicet parvaque persona, cujuscumque sit honoris præditus & dignitatis, præsumpserit quocumque argumento vel exquisita occasione hæc quæ a nobis ad cultum Dei statuta sunt destruere aut dissolvere, vel quoquo modo temerare, aut etiam frangere, & (quod non optamus) quemlibet locum aut possessionem, vel quidquid prædicto venerabili monasterio pertinere dignoscitur, auferre aut alienare ex eodem sancto loco conatus fuerit: sciat se domini nostri Iesu Christi, atque beati Petri principis apostolorum auctoritate, insolubili anathematis vinculo innodatum esse, & a regno Dei alienatum, contrarios sibi sentiens omnes eosdem sanctos martyres, & confessores, & virgines Christi, & cum ipsis ante tribunal Dei omnipotentis in tremenda examinis die judicii debeat cum eisdem sanctis facere rationes.

Ipsum enim judicem peto, qui est retributor omnium, pro cujus laude hæc nos constituisse dignoscimur, ut iram suæ potentiæ, omnibus hujus nostri apostolici constituti transgressoribus inferat, & insanabili ultionis vulnere percutiat cunctos qui prædictum nostrum monasterium lædere, vel contrariam mentem in causis pertinentibus ei exhibere tentaverint, vel quidquam ex omnibus ei pertinentibus * abstollere præsumpserint: ut sit vita eorum laboriosa & pessima, nimisque lugubris, atque languentes deficiant, & suorum minime consequantur, nisi resipuerint, veniam delictorum, sententiam sumentes Ananiæ & Sapphiræ, qui mendacii noxa " insepti ante pedes apostolorum expiraverunt. Contingatque eis sicut Dathan & Abiron, quos aperiens terra os suum vivos deglutivit. Et cum diabolo ejusque atrocissimis & deterrimis pompis, atque cum Iuda traditore domini nostri salvatoris Iesu Christi, & omnibus impiis deputari ins tartareo igne, & inextinguibili incendio, & in voragine chaos demersi crementur in æternum.

Porro qui inventi fuerint monasterium nostrum defendere, quod ad laudem Dei, & honorem sanctorum ejus constituimus, & omnia quæ in hoc apostolico continentur constituimus, annexa custodientes, integra mentis sinceritate observaverint, a dextris Dei inveniantur in loco lucis constituti, & omnes sanctos Dei martyres, confessores, & virgines Christi, qui in eodem venerabili monasterio quiescunt, firmos habeant protectores, eorumque suffragiis & in præsenti vita adjuventur, & in futura beatitudine cælestis regni gaudere cum angelis Dei & omnibus

* abstrahere

" f. infecti

[margin: ...tum a ...lo pa-] [margin: ...jecit] [margin: ...70.]

nibus sanctis & electis per infinita consequantur sæcula.

SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM.

Paulus episcopus sanctæ catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ huic constituto a nobis facto subscripsi.

Ioannes humilis episcopus sanctæ ecclesiæ Nepesinæ huic constituto a nobis facto interfui & subscripsi.

Ioannes humilis episcopus ecclesiæ Tiburtinæ huic constituto a nobis facto interfui & subscripsi.

Gratianus humilis episcopus Velitrensis ecclesiæ huic constituto a nobis facto interfui & subscripsi.

Petrus humilis episcopus ecclesiæ Labicanensis huic constituto a nobis facto interfui & subscripsi.

Paruus humilis episcopus sanctæ ecclesiæ in Tribus tabernis huic constituto a nobis facto interfui & subscripsi.

Bonifacius humilis episcopus ecclesiæ Tifernæ, *&c. ut supra.*

Domnus humilis episcopus ecclesiæ * Maturanensis, *&c. ut supra.*

* Maturanensis,

Epiphanius peccator episcopus ecclesiæ Perusinæ, *&c. ut supra.*

Constantinus humilis episcopus sanctæ ecclesiæ Anagninæ, *&c. ut supra.*

Anastasius humilis episcopus sanctæ ecclesiæ Senogalliensis, *&c. ut supra.*

Leo humilis episcopus sanctæ ecclesiæ Salernitanæ, *&c. supra.*

Petrus humilis episcopus sanctæ ecclesiæ Cerensis, *&c. ut supra.*

Leo humilis episcopus sanctæ ecclesiæ Albanensis, *&c. ut supra.*

Gregorius humilis episcopus ecclesiæ Prænestinæ, *&c. ut supra.*

Iordanus humilis episcopus sanctæ ecclesiæ Senensis, *&c. ut supra.*

Adam humilis episcopus sanctæ ecclesiæ Hortanæ, *&c. ut supra.*

Rodulphus humilis episcopus sanctæ ecclesiæ * Cellensis, *&c. ut supra.*

*Ca'piensis, *vel* Vercellensis,

Gregorius humilis episcopus sanctæ ecclesiæ Siluæ candidæ, *&c. ut supra.*

Sunalbus humilis episcopus sanctæ ecclesiæ Amerinæ, *&c. ut supra.* & alii ceteri qui capere possumus. ita ibi.

Subscriptiones cardinalium.

Gregorius archipresbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Balbinæ.

Philippus humilis presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Marci.

Gregorius sacræ Romanæ ecclesiæ humilis presbyter tituli sanctæ Anastasiæ.

Theophilus sacræ Romanæ ecclesiæ humilis presbyter tituli sanctæ Sabinæ.

Eustochius humilis presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli.......

Stephanus humilis presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Cæciliæ.

Constantinus humilis presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli sanctorum quatuor Coronatorum.

Marinus humilis presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Laurentii qui vocatur Damasi.

Subscriptio trium episcoporum qui residui erant, sed defectu chartæ absque subscriptione præterierant.

Suthinius episcopus Tranensis ecclesiæ.

Leontius episcopus Amiterninæ ecclesiæ.

Stephanus episcopus Ferentinatis ecclesiæ.

Subscriptio reliquorum cardinalium.

Theopemptus presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Eusebii.

Leontius presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Susannæ.

Eusebius presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli Laurentii in Lucina.

Benedictus presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli S. Marcelli.

Clemens presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Anastasiæ.

Christophorus presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Vitalis.

Donatus presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Sixti.

Andreas presbyter sacræ Romanæ tituli sanctæ Mariæ in Callisto.

Saxolus presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli sancti Cyriaci.

Hermogenes presbyter sacræ Romanæ ecclesiæ tituli sanctæ Priscæ.

Petrus humilis archidiaconus sanctæ sedis apostolicæ.

Datum quarto Nonas Iunii, imperante domino Constantino Augusto a Deo coronato magno imperatore anno quadragesimo primo, ex quo cum patre regnare cœpit: & post consulatum ejus anno vigesimo primo, indictione decima quarta.

Porro in eadem membrana Pauli papæ verbis hæc addita reperiuntur:

Mense Iulii die decimanona introduximus in hoc oraculum corpus beati Silvestri episcopi & confessoris Christi. Mense Augusti die septimadecima introduximus corpus beati Stephani martyris atque pontificis, tempore Constantini & Leonis Augustorum, & Pippini excellentissimi regis Francorum & defensoris Romani, indictione quartadecima.

CONCILIVM COMPENDIENSE

QVOD APVD COMPENDIVM PALATIVM publicum in generali populi conventu celebratum est, [1] anno Christi DCCLVII. Pauli papæ I. Pippini regis VI.

ANNO CHRISTI *757. *seu potius 756.

TITVLI CANONVM.

I. *Quod conjuges in quarto consanguinitatis gradu non separentur, in tertio autem, vel ex tertio & quarto mixti separentur.*

II. *Si uxor sine viri sui consensu velata est, repetere illam vir potest, si velit.*

IV. *Privigna libera, si a vitrico contra suam & suorum voluntatem viro data est, potest illo relicto alteri nubere.*

VI. *De vassallo, qui relicta uxore, quam in alterius beneficio duxerat, alteri apud seniorem suum conjungitur.*

VII. *Si quis uxorem, quam virgo duxit, corruptam inveniens, alteram ducat, & hac item ob eamdem causam relicta, tertiam accipiat.*

VIII. *De eo cujus uxor cum ipsius fratre mœchata est.*

IX. *De*

CANONES.

I.

Si in quarta progenie reperti fuerint conjuncti, non separamus: in tertia vero si reperti fuerint, separentur. Et eos qui unus in quarta, alius in tertia sibi pertinent, & conjuncti inveniuntur, separamus.

II.

Si duo in tertio loco sibi pertinent, sive vir, sive femina; aut unus in tertio, & alter in quarto; uno mortuo, non licet accipere uxorem ejus: & si inventi fuerint, separentur. Una lex est de viris & de feminis.

III.

Mulier si sine commeatu viri sui velum in caput miserit, si viro placuerit, recipiat eam iterum ad conjugium.

IV.

Si quis francam filiastram suam contra voluntatem ipsius, & matris, & parentum, dederit viro ingenuo, aut servo, vel ecclesiastico, & illa noluerit habere ipsum, & reliquerit eum; potestatem habent parentes ipsius dare ei alium: & si ipsa alium habet, quem postea accepit, non separentur.

V.

Si francus homo accepit mulierem, & sperat quod ingenua sit, & postea invenit quod non est ingenua, dimittat eam si vult, & accipiat aliam. Similiter [2] si femina ingenua accepit servum, & sciebat tunc quod servus erat, habeat interim quo vivit. Una lex est de viris & feminis.

VI.

Homo francus accepit beneficium de seniore suo, & duxit secum suum vassallum; & postea fuit ibi mortuus [1], & dimisit ibi ipsum vassallum: & post hoc accepit alius homo ipsum beneficium; & pro hoc ut melius potuisset habere illum vassallum, dedit ei mulierem de ipso beneficio &, habuit ipsam aliquo tempore: & dimissa illa reversus est ad parentes senioris sui mortui, & accepit ibi uxorem; & modo habet eam. Diffinitum est quod illam quam postea accepit ipsam habeat.

VII.

Si quis uxore accepta invenit eam a fratre suo contaminatam, ipsam dimittens accepit aliam, ipsamque contaminatam invenit, uxor illius legitima est, propterea quia nec ipse virgo fuit illo tempore. Quod si tertiam postea acceperit, revertat ad medianam; & ipsa posterior potestatem habeat alio viro se conjungere.

VIII.

Si quis homo habet mulierem legitimam, & frater ejus adulteravit cum ea, ille frater, vel illa femina, qui adulterium perpetraverunt, interim quo vivunt nunquam habeant conjugium. Ille cujus uxor fuit, si vult, potestatem habet accipere aliam.

IX.

[3] Si quis baptizatus est a presbytero non baptizato, & sancta Trinitas in ipso baptismo invocata fuerit, baptizatus est, sicut Sergius papa dixit. Impositione tamen manuum episcopi indiget. " Georgius episcopus Romanus, & Ioannes sacellarius sic senserunt.

X.

Si pater sponsam filii sui oppresserit, & postea filius ipsam acceperit, pater ejus postea non habeat uxorem, & ipsa femina non habeat virum, quia non dixit quod pater ejus cum ipsa mansisset: filius vero ejus qui nesciens fecit accipiat mulierem legitimam.

XI.

In qualicumque modo mulier velum acceperit, in eo permaneat, nec dimittat. Consenserunt [1] Georgius episcopus Romanus, & Ioannes sacellarius.

XII.

Si quis filiastrum aut filiastram ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore sua, & alteram non accipiat. Georgius consensit.

XIII.

Si quis vir mulierem suam dimiserit, & dederit commeatum pro religionis causa infra monasterium deservire, aut foras monasterium dederit licentiam velare, sicut diximus; propter Deum, vir illius accipiat mulierem legitimam: similiter & mulier faciat. Georgius consensit.

XIV.

Si quis cum matre & filia in adulterio mansit, nesciente matre quod cum filia sua mansisset, similiter & filia nescivit quod cum matre sua esset; postea ille vir si acceperit mulierem, dimittat: usque in diem

Marginal notes (left): ... quæst. 5. Mulier si ... Capit. v. 36. — Capitul. lib. 5. cap. 17. — Capit v. — ... quæst. 2. Si femina ingenua. — [2] Vermeriensi — [1] ipse senior,

Marginal notes (right): Capitular. lib. 5. c. 19. Ivo parte 8. cap. 256. — Capitular. lib. 5. c. 4. " vide 1. q. 1. Si presbyter & cap. 1. & 7. de presbytero non baptizato — " deest add. hoc in qq. cc. — [1] Lorius — 30. quæst. 1. Si quis filiastrum. "Capit. V. 5. — 35. quæst. 2. Si quis cum matre. — ex Vermeriensi

ANNO CHRISTI 757.

diem mortis suæ non habeat uxorem: & illa mulier, quam reliquerit, accipiat virum; & illa matre & filia, cum quibus in adulterio mansit, ambabus nescientibus quod cum matre & filia mansisset, habeant viros. Nam si in notitiam illarum venerit hoc scelus, dimittant maritos, si & agant pœnitentiam, & illarum mariti posteriores accipiant mulieres.

XV.

Similiter & de duabus sororibus, qui cum una in adulterio mansit, & alteram in publico accepit, non habeat mulierem usque in diem mortis; & illæ duæ sorores, si nescierunt, habeant maritos, & in notitiam eis venit, superiorem formam servent.

XVI.

Si vir leprosus mulierem habeat sanam, si vult ei donare commeatum ut accipiat virum, ipsa femina si vult accipiat. Similiter & vir.

XVII.

33. q. 1. Si quis accepit uxorem. * Burch. IX. 42. Ivo VIII. 180.

Si quis accepit mulierem, & habuit ipsam aliquo tempore, & ipsa femina dicit quod non mansisset cum ea, & ille vir dicit quod sic fecit; in veritate viri consistat, quia caput est mulieris. De muliere quæ dicit quod vir suus ei commercium maritale non reddidit, Georgius consensit.

XVIII.

Capitular. lib. v. c. 4.

4 Si qui propter faidam fugiunt in aliam patriam, & dimittunt uxores suas, nec illi viri, nec illæ feminæ accipiant conjugium. Georgius consensit.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Anno Christi* DCCLVII.] Huic anno ut concilium Compendiense adscriberem fecit Eginhartus in chronico, & alii qui Pippinum regem in Compendio villa generalem populi conventum hoc anno habuisse tradunt. Nam in codice manuscripto nulla est temporis nota, & simplex titulus: *Decretum quod factum fuit apud Compendium palatium publicum*. Ceterum Gratianus 31. q. 1. *Si quis*, Ivo item & Burchardus concilium apud Compendium habitum vocant.

Can. 5.

2 *Si femina ingenua*] Hoc membrum canonis hujus, & canonem rursus XII. ac XIV. Concilio apud Vermeriam tribuit Gratianus 29. quæst. 2. *Si femina*. 30. quæst. 1. *Si quis filiastrum*. & 35 quæst. 2. *Si quis cum matre*. Tribuunt etiam Burchardus & Ivo, mendose omnes. Quare omnino corrigendi sunt.

Can. 9.

3 *Si quis baptizatus*.] Relatus est hic canon a Benedicto Levita cum aliquot aliis concilii hujus in librum v. capitularium cap. 4. 5. 6 & cap. 16. 17. 18. 19. Quibus locis, qui Gregorius episcopus in vulgata editione appellatur, Georgius scribi debuit, atque ita prorsus scribitur in antiquis exemplaribus. Georgii porro episcopi, & Ioannis sacellarii, legatorum Stephani papæ ad Pippinum, Stephanus ipse meminit in epist. VIII. codicis Carolini, quem Gretserus noster edidit.

Can. 18.

" Eadem ferme habet codex Palatinus in Bibl. Vaticana.

4 *Si qui propter faidam*.] Hic rursum post hunc canonem subjiciebantur in codice sancti Vincentii, alia quatuor capitula, nempe: *Si homo incestum fecerit*, *De ecclesiasticis vero*, & *De presbyteris & clericis*, quæ tria superius primo loco posita in capitulis synodi Metensis, & quartum, *Quia persuasum est populis*, qui fuit canon XIV. synodi Vernensis.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Poterat æquo jure Sirmondus noster Compendiense illud, sive decretum voces, sive concilium, revocare ad annum 756. proxime præcedentem, atque ad præsentem 757. cum certissimis atque extra omnem controversiam positis constet indiciis synodum fuisse in Compendio palatio anno 756. celebratam. Fidem omni exceptione majorem facit diploma Chrodogangi Metensis antistitis, eo loci firmatum subscriptionibus episcoporum in confirmationem privilegii Gorziensis abbatiæ ab eo fundatæ. Illud debebis, lector, humanitati R. P. Alexandri Wilthemii societatis nostræ viri eruditissimi, qui ad me ante aliquot annos, Luciliburgo misit cum diplomate fundationis nobilissimæ Prumiensis sancti Salvatoris abbatiæ concesso die 13. Aug. anno XI. regnante eodem Pipino gloriosissimo rege aliisque quamplurimis.

ANNO CHRISTI 756.

" ** *Confirmatio privilegii domini Grodegangi archiepiscopi antiquior ex chartulario Gorziensis monasterii in D. Metensi.*

In Dei nomine Chrodegangus ac si peccator Metensis urbis episcopus dum in voluminibus divinarum seriem scripturarum juxta possibilitatem ex mediocritate mei sensus, attonitis auribus, & sedula consideratione inspicerem quid Dei filius diceret, audiens, *date & dabitur vobis*; & alibi: *date eleemosynam, & ecce omnia munda fiant vobis*, idcirco cœpi mœstus conquirere quid pro animæ remedio, quid pro abluendis ponderibus peccatorum facerem vel in quibus imitarer exempla priscorum patrum, episcoporum meorum antecessorum in operibus, quibus credimus Deo placuisse, hinc per Dei adjutorium una cum comeatu, & voluntate domni nostri piissimi ac gloriosissimi regis Pippini Francorum, atque consensu fratrum nostrorum canonicorum, spiritualium & Deum timentium laicorum fidelium sancti Stephani, ædificavi monasterium in loco qui dicitur Gorzia in pago Scarponinse in honorem beatissimorum apostolorum Petri & Pauli, nec non & S. Stephani seu & cæterorum sanctorum, & fundans atque dotans ipsum monasterium de rebus, & terris quę propter venditiones commutationes, mihi legibus obvenerant, ea scilicet conditione, ut in monasterio monachi secundum ordinem & regulam sancti patris nostri Benedicti abbatis a modo & semper perpetuis temporibus vivant, & sicut ibi scriptum est, nihil penitus proprium habentes, sed sint illis communia omnia in omnibus, qualiter & pro se, & pro aliis valeant exorare; igitur compulit nos affectio caritatis atque dilectionis fratrum ipsorum, pro eorum quiete & ordine, qualiter Deo juvante valeant implere regulam & ordinem suum, & quod nobis successoribusque nostris maneat ad mercedem, & a recto tramite inconvulso limite terminare quod perennem deinceps propitiante Deo obtineat firmitatem, ne quis nobis detrahendo æstimet in id nova decernere, dum antiquitus juxta considerationem pontificum videant cætera sibi subjecta monasteria in omnibus esse conservata atque secura, ideoque pro divino intuitu vel pro animæ nostræ remedio seu successorum nostrorum pontificum una cum comeatu, & voluntate piissimi, & gloriosissimi Pipini regis & consensu fratrum nostrorum, convenit nobis illis conservare pro eorum quiete, & tranquillitate, & neque a nobis neque ab archidiacono nostro, neque a cæteris ordinatoribus sancti Stephani, a quolibet homine inquietati nec condemnati vel de rebus eorum expoliati contra rationis ordinem esse non debeant, sed inspecta eorum instrumenta, juxta constitutionem, quam eis instituimus, quieto ordine ipsas res teneant atque possideant, & de hoc quod nos ad ipsum monasterium dedimus atque formavimus vel ad Deum

Luc. 6.

Luc. 11.

ANNO CHRISTI 756.

Deum timentibus hominibus donatum est atque A firmatum, aut aliquid munere transmissum vel in altario offertum, aut sacris voluminibus seu quibuscumque speciebus quod ad ornatum divini cultus pertinet ad præsens collata vel deinceps collatura fuerant, non auferamus, & supplici postulatione exoro, & postulo dominis & successoribus meis episcopis: & cæteris ordinatoribus sancti Stephani propter nomen sanctæ Trinitatis, quod superius intimatum est perpetuis temporibus pro eorum mercede agenda, ipsis fratribus qui in ipso monasterio esse videntur conservent, & sit ipsum monasterium sub- B jectum sub mandeburde, & defensione sancti Stephani ecclesiæ Metensis sicut in illo instrumento continetur, quod de ipso monasterio ad ecclesiam sancti Stephani fecimus, ut libeat eis pro vita & incolumitate regis & stabilitate regni Francorum, & pro pontificibus suis suisque subjectis domini misericordiam exorare: & juxta dispensationem divinam cum abbas de ipso monasterio ad dominum migraverit quem, unanimiter omnis illa monachorum congregatio optimæ regulæ compertum & vitæ meritis congruentem elegerint una cum consensu & volun- C tate urbis episcopi, ipsum sibi habeant abbatem, & si in ipsam congregationem, quod absit, non potuerint talem invenire, qui eos regulariter regat, tum ipse pontifex cum consensu & voluntate eorum de alio monasterio eligat abbatem, sicut superius diximus, qui eis regulariter, & secundum ordinem præsit, & memoratus pontifex in ipso monasterio per nullum ingenium nullamque occasionem aut cupiditatem quemlibet abbatem mittat, nisi qui eos secundum ordinem regat, & si ipse pontifex aut qualibet alia potestas aliter fecerit, in divino districto judicio ante Dei oculos cum beatissimo Petro principe apostolorum & sancto protomartyre Ste- D phano exinde reddet rationem, & si præfatus pontifex lucranda oratione aut visitatione fratrum quando ei placuerit in ipso monasterio venerit, vel aliquam moram pro lucrandis animabus fecerit, cum exinde in Dei nomine vult habere regressum, absque ullo munere terreno requisito revertatur, qualiter monachi qui solitarii nuncupantur, de perfecta quiete, vel securitate valeant domino protegente per longa tempora exultare, & sub sancta regula viventes pro profectu ecclesiæ & salute regis vel patriæ valeant plenius domini misericordiam & attentius deprecari: & si, quod absit, ipsi monachi de eorum regula aut religione tepidi, aut negligentes reperti fuerint, secundum eorum regulam ab abbate suo corrigentur; sin autem ipse abbas non E prævalet, tunc præfatus pontifex coercere debeat, quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quidquid de pontificibus fidei pro quiete tranquillitatis tribuetur, ut ob hoc firmius subsistat vigoribus, & nos & patres nostri domini episcopi in synodo subscriptionem manibus nostris decrevimus roborare, & fratres nostri de congregatione sancti Stephani fideles ipsius consentientes subscripserunt.

Chrodegangus peccator episcopus hanc firmitatem a me factam relegi & subscripsi.

Adalfridus peccator episcopus subscripsi.

Lupus peccator episcopus audiens subscripsi.

Ego Fulcharius vocatus indignus episcopus subscripsi Rothingo advocato.

Vulfrannus vocatus episcopus in Christi nomine subscripsi.

Herineus episcopus subscripsi Segimodo.

Ego Mangaudus episcopus subscripsi.

Memorianus Chorchidianus subscripsi.

Deotmarus ac si peccator episcopus subscripsi.

Rabigandus abbas subscripsi

Iacob peccator episcopus subscripsi.

Mensebius peccator episcopus subscripsi.

Audo peccator episcopus subscripsi.

Chardobachius quamvis peccator episcopus subscripsi.

Lendenaus episcopus subscripsi.

Ego Lupus quamvis indignus episcopus subscripsi in Christi nomine.

Tedecharius peccator episcopus subscripsi.

Fortunus peccator episcopus subscripsi.

Sedonius ac si peccator episcopus subscripsi.

Deofridus episcopus subscripsi.

Sadrius episcopus subscripsi.

Ego Angilrannus subscripsi.

Sadebertus ac si indignus episcopus subscripsi.

Rotelinus subscripsi, Gontelmus, Brandomus, Sigilbertus, Zacharias, Rachinnatus, Ego Gonterius, Abbo, Adelelinus, Angcleli-nus, Sadrius.

Ego Richerus sive Vvasco ac si indignus diaconus jussus hanc confirmationem relegi & subscripsi.

Actum in Compendio palatio publice in synodo congregata anno ab incarnatione domini DCCLVI. ind. IX. epac. XV. conc. IV. anno VI. [seu IV. ut alii malunt] regni Pippini gloriosi regis sub die X. Kal. Iunii.

ANNO CHRISTI 759.

a CONCILIABVLVM GERMANICVM, IN QVO OTHMARVS ABBAS MONASTERII sancti Galli ob crimen impudicitiæ injuste condemnatus est anno domini DCCLIX. tempore Pauli papæ I.

a *Conciliabulum.*] Cum Vvatinus & Ruithardus fisci procuratores res ecclesiæ invasissent, eaque de causa ab Othmaro semel accusati, acriterque a rege ad desistendum moniti non obtemperassent, Othmarum, cum iterum regem adiret, ex itinere retraxerunt, & per subornatum & conductum accusatorem monachum nomine Lambertum, impacto illi impudicitiæ delicto in vincula conjecerunt. Cumque ad objecta crimina non negando, & Deum suæ innocentiæ testem invocando, juste respondisset, iniqua tamen sententia conciliabuli incarceratus, & sine alimento corporis relictus, fame interiit. Hæc Vvalfridus in vita S. Galli apud Surium tom. 4. die 16. Novemb.

ANNO CHRISTI 761.

a CONCILIVM ROMANVM. SVB PAVLO PAPA,

In causa immunitatis & privilegiorum ecclesiis & monasteriis a se erectis concessorum, habitum anno domini DCCLXI.

a *Concilium.*] Præter epistolam sive constitutum, quod supra collocatum est, nihil extat aliud eorum quæ in hoc concilio gesta fuerunt.

CONVENTVS IN VILLA DVRIA.

De *hoc conventu & synodo regali, quæ de more hoc anno habita est in villa Duria pagi Ripuariensis,*

ANNO CHRISTI 761.

puarienfis, pauci; ita fcriptum legimus in chronico A *fancti Arnulphi*: Anno dominicæ incarnationis DCCLXI. Pippinus rex conventum Francorum habuit in Duria villa publica, & de vtilitate regni tractans fuos ibi optimates adunavit. *Et libro VI. collectionis hiftoricæ, quæ apud Henricum Canifium edita eft tomo II. antiquæ lectionis.* Rex Pippinus, *inquit*, anno decimo regni ipfius, omnes optimates Francorum ad Duram, in pago Ripuarienfi, ad componendum pro falute patriæ, & utilitate Francorum tractanda, placito inftituto, ad fe venire præcepit, *Regino abbas fynodum vocat, regique, cum in ea verfaretur, de Vvaifarii iterata defectione, miffoque in* B *Burgundiam exercitu nuntiatum fcribit. quam ob rem a Pippino fufcepta eft altera in Aquitaniam expeditio, in qua Biturici Aruernique pagi aliquot caftra & opida everfa vel incenfa, & Blandinus urbis Arvernicæ comes captus eft.*

CONVENTUS NIVERNENSIS.

ANNO CHRISTI 763.

HUIC *placito, præter Francos, interfuiffe Taffilonem Bajoariorum ducem auctor eft qui chronicum fancti Arnulphi confcripfit.* Anno, *inquit*, DCCLXIII. Pippinus rex habuit placitum generale Francorum in Nivernis. Inde ob infidelitatem Vvaifarii perfidi ducis, quartum iter in Aquitaniam direxit. In eodem placito Taffilonem ducem Baioariorum habuit. Qui poftmodum de eadem expeditione, poftpofitis facramentis & jusjurando, quod quondam regi Pippino avunculo fuo promiferat, fine licentia ejus fe fubducens, ad ufque Baioariam fugit & nunquam amplius faciem regis videre meruit. C

CONVENTUS VVORMATIENSIS.

ANNO CHRISTI 764.

QUID *præcipue in hoc conventu actum fit, explicant annales Fuldenfes.* Anno DCCLXIV: rex Pippinus diftracto in diverfa animo propter duo bella, Aquitanicum jam olim fufceptum, & D Baioaricum propter Taffilonis ducis defectionem fufcipiendum, populi fui generalem conventum habuit in Vvormatia civitate: dilataque in futurum expeditione, illo anno domi fe continuit: *Regino autem abbas in chronico.* DCCLXIV. rex Pippinus habuit placitum fuum in Vvormatia, & caufam diligenter pertractavit inter Vvaifarium & Taffilonem. *Vetus aliud breve chronicum fæculi ejufdem, quod extat in codice Tiliano, affignatos a Pippino filiis in hac fynodo comitatus innuere videtur. Sic enim habet ad annum* DCCLXIV. Quando domnus Pippinus placitum habuit in Vvormatia, deditque comitatus dilectis filiis E fuis; *Carolo videlicet & Carolomanno.*

CONVENTUS ATTINIACENSIS.

ANNO CHRISTI 765.

CONVENTUS *hoc anno apud Attiniacum villam habiti meminerunt plerique, fed in eo quid actum fit nemo prodit. Regino abbas.* DCCLXV. rex placitum fuum habuit apud Attiniacum, & eodem anno, ficut fuperiore, nufquam profectus eft. *Quamquam autem bellum hoc anno Pippinus per fe nullum geffit, non uno tamen loco a Francis certatum cum Aquitanis fuiffe conftat ex chronico fancti Arnulfi, & aliis. Nam & Mancionem Vvaifarii confobrinum ab Auftraldo & Galimanno comitibus: & Hilpingum comitem Arvernorum ab Adalardo comite Cabillonenfi, acie victos in Burgundia cæfofque commemorant; & Amanugum comitem apud Turonos a Vulfardi quo-* A *que abbatis fancti Martini hominibus interfectum. Acta quadam "conventus Attiniacenfis habiti fub Pippino rege, anno ejus* XIV. *Chrifti* DCCLXV.

ANNO CHRISTI 765. Ex fchedis V. C. Lucæ Holftenii Romaad nos juffu eminentiffimi S. R. E. principis Francifci card. Barberini mifit R. P. Petrus Poffinus.

Nomina epifcoporum feu abbatum, qui apud villam publicam Attiniacum pro cauffa religionis ac falute animarum congregati fynodali conventu inter cætera falubriter fapienterque definita; hoc quoque communi cunctorum decreto ftatuerunt: ut unufquifque illorum, quorum nomina in hoc indiculo fubterfcripta reperiuntur, quando quiflibet de hoc fæculo migraverit, centum pfalteria, & prefbyteri ejus fpeciales miffas centum cantent. Ipfe autem epifcopus per fe XXX. miffas impleat, nifi infirmitate, aut aliquo impedimento prohibeatur: tunc roget alterum epifcopū pro fe cantare. Abbates vero qui non funt epifcopi, rogent epifcopos, ut vice illorum ipfas XXX. miffas expleant: & prefbyteri eorum centum miffas, & monachi centum pfalteria pfallere meminerint.

Hrodegandus epifcopus civit. Mettis.
Eddo epifcopus civit. Stradburgi.
Lullo epifcopus civit. Maguntiaci.
Lupus epifcopuss civit. Senonis.
Baldebertus epifcopus civit. Baflæ.
Vvlframnus epifcopus civit. Meldis.
Remedius vocatus epifcopus civit. Rodomæ.
Maurinus epifcopus civit. Eboracas.
Genbaudus epifcopus civit. Lauduno.
Hildigungus epifcopus civit. Sueffonis.
Athalfridus epifcopus civit. Noviomis.
Megingozus epifcopus civit. Vvirziaburgo.
Vvilliharius epifcop. de monaft. S. Mauricii.
Folericus epifcopus civit. Tungris.
Theodulphus epifcop. de monaft. Laubias.
Hiddo epifcopus civit. Aguftoduno.
Hyppolytus de monafterio "Logendi. " Eugendi.
Iacob epifc. de monafterio Gamundias.
Gaucilenus epifcopus civit. Celmanis.
Ioannes epifcopus civit. Conftantia.
Vvillibaldus epifc. de monafterio Achiftadi.
Madalfeus epifcopus civit. Vvirdunis.
Harifeus epifcopus civit Bifentionis.
Leodeningus epifcopus civit. Baiogas.
Eufebius epifcopus civit. Toronis.
Tello epifcopus civit. Coeradiddo.
Mauriolus epifcopus ciuit. Andecavis.
† Fulradus abbas de monafterio S. Dionyfii.
Lantfridus abbas de fancto Germano.
Ioannes abbas de fancto Flodoaldo.
Druthtgungus abbas de Gemetico.
Vvithlecus abbas de Funtanellas.
Vvitmarus abbas de Centula.
Leodharius abbas de Corbeia.
" Manafe abbas de Flaviniaco. "Manaffes.
Afinarius abbas de Novalicio.
Vvaldo abbas de fancto Ioanne.
Fabigaudus abbas de Bufbrunno.
Godobertus abbas de Rufbacis.
Athalbertus abbas de Fabarias.
Vvidradus abbas de fancta Columba.
Ebarfindus abbas de Aldaha.
Geraus abbas de Nivella.
Ragingarius abbas de Vtico.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Chrodegangi, qui primus huic ftatuto fubfcriptus apparet, nomen admonuerat me non effe diutius differendam quam canonicis fuis confcripfit regulam, ab aliis poftea interpolatam, ut mox pluribus docebitur. Verum illam concilio Aquifgrani anno 816. celebrato fubjiciendam plura deinde fuaferunt argumenta.

ANNO CHRISTI 766.

CONVENTUS AURELIANENSIS.

PLACITUM *hoc belli Aquitanici causa celebratum fuisse docent annales Fuldenses. Idem confirmat chronicum sancti Arnulfi his verbis*: Anno dominicæ incarnationis DCCLXVI. Cernens Vuaifarius quod nulla civitas, nec ulla munitio Pippino regi & Francis resistere posset, civitates quas habuit munitissimas in Aquitania destruere jussit. Hoc Pippinus rex audiens, conventum Francorum in Aurelianis civitate adunavit, pergensque in Aquitaniam, civitates & castella, quæ Vuaifarius destruxerat, reædificare præcepit: in quibus custodes posuit, qui Vuaifario resistere possent.

1a CONCILIUM GENTILIACENSE.
b DE CULTU SANCTARUM IMAGINUM, & c de sanctissima Trinitate,

In agri Parisiacensis villa Gentiliaco præsente Pippino rege celebratum anno Christi DCCLXVII. Pauli papæ X. Pippini ejusdem regis XVI.

ANNO CHRISTI 767.

QUA *de re in hac synodo disceptatum sit, Adonis Viennensis in chronico verba declarant.* Facta est, *inquit*, synodus anno incarnationis domini DCCLXVII. & quæstio ventilata inter Græcos & Romanos de Trinitate, & utrum Spiritus sanctus, sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio: & de sanctorum imaginibus, utrumne fingendæ, aut pingendæ erant in ecclesiis. *De eadem scribit etiam Regino abbas & locum designat. Pippinum enim testatus illius anni pascha in Gentiliaco celebrasse, atque in eadem villa synodum magnam habuisse inter Romanos & Græcos, de sancta Trinitate, & de sanctorum imaginibus. Romanos autem interpretor Pauli papæ legatos, qui una cum Pippini legatis Constantinopoli cum Græci imperatoris legatis reversi apud Pippinum regem tunc erant, tantisper ab eo detenti, dum synodus ista cogeretur. De hac quippe ipsa synodo accipienda videntur, quæ Paulus papa Pippino rescribit epistola XXVI. inter Carolinas*: Direxit, *inquit*, nobis excellentiæ vestræ Christianitas, significans de missis nostris, vestrisque, atque Græcorum, qui a regia urbe reversi sunt, eos apud vos esse detentos, interim quod aggregatis vestris sacerdotibus, atque optimatibus, conjicere seu perpetrare valeatis, quid de his quæ vobis directa sunt respondendum sit. Et quidem nobis de hac re aliter confidendum non est a vobis responderi, nisi quæ ad exaltationem sacrosanctæ spiritalis matris vestræ Romanæ ecclesiæ, atque orthodoxæ fidei pertinere noscuntur. *Duo nimirum Græcorum legationis erant capita; unum de repetendis Italiæ regionibus a Pippino ecclesiæ Romanæ attributis; alterum de quæstionibus suprascriptis: in quorum altero sedis apostolicæ dignitas & amplitudo, in altero fidei catholicæ sinceritas petebatur.*

NOTÆ IACOBI SIRMONDI S.I.

1 *Concilium Gentiliacense.*] Eginhartus in chronico DCCLXVII. *Orta*, inquit, *quæstione de sancta Trinitate, & de sanctorum imaginibus, inter orientalem & occidentalem ecclesiam, id est Romanos & Græcos, rex Pippinus conventu in Gentiliaco villa congregato synodum de ipsa quæstione habuit.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium Gentiliacense.*] Sic dictum a villa Gentiliaco nominata.

b *De cultu imaginum.*] Legatio illa quam pro confœderatione Pippini regis impetranda Constantinus imperator miserat in Franciam hæc impietatis zizania seminaverat; pro quibus extirpandis hisce sarculis opus erat. Nemo quidem scriptorum illud expresse affirmat; sed quia tamen Francorum annales evidenter commemorant, per nobilissimam legationem aliquanto tempore actum fuisse de fœdere ineundo, haud dubie hæc impietatis semina ibidem sparsa fuerunt.

c *De sanctissima Trinitate.*] Hoc synodali conventu tractatam fuisse quæstionem hanc, An Spiritus sanctus a Patre Filioque procedat, tradit Ado Viennensis in chronico. Cum enim occidentales Constantino Copronymo ejusque sectatoribus orientalibus sacrarum imaginum despectum & contemptum vitio verterent; ille contra Latinis exprobrabat, quod ad symbolum vocem *Filioque* adjecissent. Unde patet, quod cum Græci schismatici hac in re Latinos impugnent, aperte profiteantur, se impiissimi Constantini Copronymi, quem suo ipsi judicio condemnant, causam turpissimam turpiter agere, tueri & defendere.

VITA ET EISTOLÆ STEPHANI PAPÆ III.

STEPHANUS tertius, natione Siculus, ex patre Olivo, sedit annos tres, menses quinque, dies viginti octo. Vir strenuus, & divinis scripturis eruditus, atque ecclesiasticis traditionibus imbutus, & in earum observationibus constantissimus perseverator. Hic dum a Siciliensi insula in hanc advenisset Romanam urbem, tradidit eum domnus Gregorius sanctæ recordationis tertius papa in monasterio sancti Chrysogoni quod tunc noviter fundabat, illicque clericus atque monachus est effectus. Quem postmodum domnus Zacharias papa ex ipso* abstollens monasterio, in Lateranensis patriarchii cubiculo* esse præcepit. Eumque postmodum in presbyterum tituli sanctæ Cæciliæ consecravit. Quem tamen pro ejus castitatis modestia in suo officio in Lateranis detinuit. Sed & reliqui, scilicet domnus Stephanus & Paulus beatissimi pontifices, eumdem sanctissimum Stephanum pro ejus piis conversationibus in suo servitio similiter detinuerunt. Dum vero prædecessor ejus domnus Paulus papa pro austeritate fervoris æstivo tempore in ecclesia beati Pauli demoraretur, & valida ibidem ægritudine præoccuparetur, de qua & vitam finivit, die noctuque isdem beatissimus Stephanus in ejusdem sui prædecessoris pontificis perseverans servitio, nullo modo ab ejus lectulo, donec spiritum emitteret, recessit. At vero Paulus papa in ægritudine positus, cum nondum adhuc spiritum exhalaret, illico Toto quidā dux Nepesinæ civitatis dudum habitator, cum suis germanis Constantino, Passivo, & Paschale, aggregantes, tam ex eadem Nepesina civitate, quāque ex aliis Tusciæ civitatibus multitudinē exercitus, atque catervam rusticorum, ingredientesque per portam beati Pancratii in hanc Romanam urbem, atque in domo antedicti Totonis armati assistentes, elegerunt ibidem subito Constātinum fratrem ejusdem Totonis laicum existentem. Quem cum armis plurimi eorum loricis induti* latrocinanter in Lateranense patriarchium introduxerunt. Et ascendentes cum eo in vicedominio, continuo accersito* Georgio episcopo, compulerunt eum ut orationem clericatus eidem Constantino tribueret. Ipse vero omnino hoc renuebat facere, corruensque in terram prostravit se pedibus ipsius Constantini, adjurans eum fortiter per omnia divina mysteria, ut locum daret, & ab ejusdem impiæ præsumptionis proposito recederet, ne per eum talis inaudita novitas

*auferens.
*suo præfecit.
*latrocinantes.
*Gregorio.

tas in ecclesia Dei fieret. Et dum hujusmodi adjurationis proferret verba, concitati plurimi ex ipsis malignis, qui eamdem impiam electionem fecerant, insurgentes super eum, atque fortiter comminantes ei, timore correptus orationem illi clericatus tribuit, & ita clericus effectus, eumdem sanctissimum Lateranense invasit patriarchium. Alia vero die illucescente secunda feria, subdiaconus atque diaconus ab eodem episcopo in oratorio sancti Laurentii intra eumdem patriarchium contra sanctorum canonum instituta consecratus est. Sicque universum populum sibi sacramentum præbere fecit, & adveniente dominico die rursum cum multitudine armatorum exercituum in basilicam beati Petri properans, pontifex ab eodem Georgio episcopo Prænestino, & aliis duobus episcopis, Eustrasio Albanense, & * Citonato Portuense, consecratus est. Et per anni spatium & mensem unum sedem apostolicam invasam detinuit. Hoc vero cernens Christophorus primicerius & consiliarius, zelo fidei una cum suo filio Sergio tunc * sacellario existente, maluerunt magis mori, quam talem impiam novitatem & iniquam præsumptionem in sedem apostolicam perpetatam conspicere: & quotidie in fletu & lacrymis perdurantes simulaverunt se monachos fieri velle, seseque absolvi ab eodem Constantino petierunt, & in monasterium salvatoris domini nostri Iesu Christi proficisci, asserentes illic monachicum fore suscepturos habitum. Susceptoque ab eodem Christophoro primicerio sacramento, ita illis credens eos * absolvit. Quibus properantibus,, atque in fines Longobardorum conjungentibus, velletque abbas jam fati monasterii eos in idem monasterium adduci, declinaverunt ab itinere isdem Christophorus primicerius, & ejus filius Sergius, dudum quidem sacellarius, postmodum secundicerius; adjurantes firmiter Theodicium ducem Spoletinum, ut eos trans Padum ad Desiderium suum * deduxisset regem Longobardorum, nitentes ob hoc redemptionem sanctæ Dei ecclesiæ perficere. Eosque isdem Spoletinus dux ad suum deportavit regem. Et dum ejus obtutibus præsentati fuissent, obnixe eumdem regem deprecati sunt ejus auxilium tribui, ut talis novitatis error ab ecclesia Dei amputaretur. Dum vero prænominatus Christophorus primicerius, & Sergius ejus filius, apud præfatum demorarentur regem, fecit prædictus Constantinus apostolicæ sedis invasor ordinationem presbyterorum, seu diaconorum, presbyteros octo, diaconos quatuor, sed & episcopos in ipsius anni circulo, & unius mensis, fecit, per diversa loca numero octo.

*Citomalo

*sacellario

* id est, dimisit.

* deduceret.

Antedictus vero Georgius Prænestinus, qui eum diaconem & pontificem consecravit, non post multos dies consecrationis ipsius Constantini valida ac pessima ægritudine præoccupatus, immobilis factus est, & postmodum missarum solennia nequaquam celebravit: ejus enim dextera manus aruit atque contracta est Quam etjam nec ad os suum afferre valuit, sicque tremens & languens vitam finivit: Dum vero hæc agerentur, conjunxerunt antefatus Christophorus & Sergius in civitatem Reatinam, absoluti a Longobardorum rege. Et præcedentes Sergius & Vvaldipertus presbyter cum Reatinis & Forconinis, atque aliis Longobardis ducatus Spoletini, conjunxerunt subito ac repente in hanc Romanam urbem, vigesima octava die Iulii mensis, indictione sexta, vespere, in ipso crepusculo noctis, vigilia beatorum martyrum Abdon & Sennen, occupantes pontem Salarium.

Georgii ordinatoris Constantini exitus infelix.

Alia vero die transeuntes per pontem Milvium venerunt ad portam beati Petri, & inde pergentes appropinquaverunt ad portam beati Pancratii. Quidam vero propinqui jam fati Christophori ac Sergii ipsam portam observantes ac custodientes, cernentes ipsum Sergium ad eamdem portam appropinquasse, annuerunt ei & protinus ipsam aperuerunt portam. Sicque jam dictus Sergius & Vvaldipertus cum Longobardis Romanam urbem ingressi sunt, & per muros civitatis cum flammula ascendebant, metuentes Romanum populum, & nequaquam de Genuculo ipsi Longobardi ausi sunt descendere, sed cum nimio tremore ibidem assistebant. Hoc vero audiens Toto & Passivus germani fratres, ignorantes ingenium & dolum quod ei proditores inierant, cucurrerunt cum aliquantis ad prædictam portam, cum quibus & Demetrius secundicerius, & Gratiosus tunc chartularius, postmodum dux, properaverunt; qui & ipsi in consilio erāt cum præfatis nefandissimis proditoribus. Et appropinquantes ad eosdem Longobardos, obviavit Totoni duci ex eisdem Longobardis, qui bellator præ omnibus apparebat, Racipertus nomine, & impetum fecit super eumdem Totonem: super quem isdem Toto irruens, atque fortiter percutiens eum, interfecit. Quod aspicientes Longobardi, in fugam conversi nitebantur evadere: sed Demetrius secundicerius & Gratiosus post tergum supradicti Totonis assistentes, cum in dorsum lanceis percutientes, sic adversus eum prevaluerunt, atque interfecerunt. Passivus vero in Lateranense fugit patriarchium, annuntians suo germano Constantino quæ gesta fuerant. Hoc vero audito aufugit isdem Constantinus cum suprascripto Passivo & Theodoro episcopo, & vicedomino suo in basilicam salvatoris, & descendentes ad fontem in ecclesiam sancti Venantii, aliquantulum ibidem resederunt, & considerantes si melius possent salvare, in vestiarium ascenderunt. Illuc intus oratorium sancti Cæsarii ingredientes, clausisque super se janius ibidem residebant, & convenientes post aliquantas horas hujus Romanæ militiæ judices, eos ex ipso oratorio ejicientes, sub cautela munierunt. Alio vero die dominico congregans Vvaldipertus presbyter, ignorante autem prædicto Sergio, aliquantos Romanos, pergentesque in monasterium sancti Viti, abstulerunt exinde Philippum presbyterum, quem eligentes, & cum gaudio vocibus acclamantes, Philippum papam, sanctus Petrus elegit eum, in basilicam salvatoris more solito deduxerunt. Illicque oratione ab episcopo data, juxta antiquitatis morem, tribuentemque pacem omnibus, in Lateranense introduxerunt patriarchium. Et ibidem similiter in sede pontificali sedens, tribuensque denuo, ut mos est, pacem, ascendit sursum, & mensam, ut assolent pontifices, tenuit, sedentes cum eo aliquanti ex primatibus ecclesiæ & optimatibus militiæ. Post Paululum vero conveniens eodem die sæpefatus Christophorus primicerius, cognitaque causa electionis ipsius Philippi, illico cum magna ascendens ira jurejurando coram omnibus Romanis affirmabat, dicens se Roma

Philippus papa eligitur.

Roma minime egressurum, quousque Philippus presbyter de Lateranensi expulsus non fuisset patriarchio. Tunc properans antedictus Gratiosus cum aliquantis Romanis expulerunt jam dictum Philippum presbyterum de eodem patriarchio, qui & per scalam quæ ducit ad balneum descendens cum magna reverentia ad suum reversus est monasterium. Sicque præfatus Christophorus primicerius alia die aggregans in Tribus satis sacerdotes ac primates cleri, & optimates militiæ, atque universum exercitum, & cives honestos, omnisque populi Romani cœtum, a magno usque ad parvum, pertractantes pariter concordaverunt omnes una mente, unoque consensu in personam præfati beati Stephani. Pergentesque in titulum B. Cæciliæ, in quo idem presbyter existens eum pontificem elegerunt, quem cum vocibus acclamationum & laudibus in Lateranense deportaverunt patriarchium, & post omnia rite in ejus electione peracta, Deo auctore, pontificatus assumpsit culmen. Dum vero adhuc electus extitisset isdem sanctissimus vir, congregati aliquanti perversi Deum præ oculis non habentes, nec metuentes terribile futurum judicium, summissi a quibusdam pestiferis malorum auctoribus, quibus & digna factis retribuit dominus, comprehendentes Theodorum episcopum & vicedominum* ejus, quod dici impium est, eruerunt oculos, & linguam illi crudeliter amputaverunt, sed & Passivi similiter oculos eruere nisi sunt, & tantam impietatem in eisdem monstraverunt, qui etiam nec in proprias domos eos deportari permiserint, ut illis cura a suis hominibus exhiberi deberet, sed * abstultis omnibus eorum rebus & familiis, ac possessionibus, unum ex eis, Theodorum scilicet episcopum, in monasterium clivi Scauri retrudi fecerunt, ubi fame & siti cremans clamansque aquam, ita exhalavit spiritum. Passivum vero in monasterium sancti Silvestri direxerunt. Nam & Constantinus invasor apostolicæ sedis, dum deductus in medium esset, magna pondera in ejus adhibentes pedibus, in sella muliebri sedere super equum fecerunt, & in monasterium ad Cellas novas, coram omnibus deportatus est. Sabbato vero die diluculo ante unam diem ordinationis præfati beatissimi papæ Stephani aggregati aliquanti episcoporum, seu presbyterorum, & cleri in basilica salvatoris, iterum præfatus Constantinus ad medium allatus est, lectisque sacratissimis canonibus ita depositus est; accedens enim Maurianus subdiaconus orarium de ejus collo abstulit & ante pedes ejus projecit, & [a] compages ejus abscidit, sicque alio die dominico antedictus beatissimus Stephanus consecrationem suscepit pontificatus. Factaque ab universo populo Romano pœnitentiæ confessionisque deprecatione apud divinam clementiam, per quam se omnes peccasse in prædicti Constantini invasoris apostolicæ sedis impia ordinatione confitentes, pro eo quod non ei restiterunt; ita excelsa voce in ambone beati Petri basilicæ a Leontio scriniario eadem relecta est confessio. Post hæc vero aggregati universi exercitus Romanæ civitatis, & Tusciæ, & Campaniæ pergentes Alatrum partis Campaniæ, ubi erat Gracilis tribunus consentaneus jam dicti Constantini apostolicæ sedis invasoris, per quem plura mala in Campaniæ parte perpetrata sunt: constringentesque fortiter eamdem civitatem ipsum exinde abstulrunt Gracilem, & huc Romam attulerunt, quem in arctam custodiam retrudentes aliquantis diebus ibidem mancipatus extitit. Postmodum vero quidam iniqui Campani, qui huc Romam advenerant, adhortati ab aliis nequioribus se & impiissimis, eumdem Gracilem ex ipsa custodia * abstollentes, & quasi eum in monasterium deportantes, dum ad Colosseum advenissent, illic ejus oculos eruerunt, & linguam abstulerunt. Porro aliquantis post hæc præteritis diebus dum Tuscani & Campani hic Romæ aggregati fuissent, inito consilio cum præfato Gratioso & fortioribus ejus, per quorum auctoritatem tanta mala operabantur, Deum non metuentibus * perrexit cum cuneo militum Tusciæ ac Campaniæ primo diluculo in monasterium ad Cellas novas, vbi Constantinus antedictus apostolicæ sedis invasor retrusus erat, eumque ex ipso eiicientes monasterio, ejus eruerunt oculos, & cæcum in platea jacentem reliquerunt.

His itaque gestis peractisque insurrexerunt quidam dicentes, quod antedictus Vvaldipertus presbyter Longobardorum genere ortus consilium cum Theodocio duce Spoletino, & aliquibus Romanis, iniisset ad interficiendum præfatum Christophorum primicerium, & alios Romanos primates, & civitatem Romanam Longobardorum genti tradendam. Vnde directus est quidam Christophorus vicedominus cum multitudine populi ad eum comprehendendum. Ipse vero hoc agnito fugit in ecclesiam sanctæ Dei genitricis virginis Mariæ, quæ vocatur Ad martyres: quem exinde isdem vicedominus abstraxit, portante eodem Vvaldiperto imaginem ipsius Dei genitricis, eumque in teterrimam retrudi fecerunt custodiam, quæ vocatur Ferrata, in Cellario majore. Et post modicos dies ipsum de eadem custodia eiicientes Vvaldipertum presbyterum, eumque proiicientes in terram, juxta transendam campi Lateranensis ejus effoderunt oculos, & linguam ipsius crudeliter ac impie absciderunt; dirigentesque illum in xenodochium Valerii, ibidem postmodum ex eadem oculorum effossione vitam finivit. Itaque in exordio ordinationis suæ, quo isdem sanctissimus præsul pontificatus apicem assumpsit, direxit in Franciæ partes ad excellentes viros [b] Pippinum, Carolum, & Carolomannum, reges Francorum, & patricios Romanorum, Sergium antedictum secundicerium, & nomenclatorem illo tempore existentem, deprecans atque adhortans eorum excellentiam per suas apostolicas literas, ut aliquantos episcopos gnaros, & in omnibus divinis scripturis atque sanctorum canonum institutionibus eruditos ac peritissimos dirigerent, ad faciendum in hac Romana urbe concilium pro eadem impia novi erroris ac temeritatis * præscriptione, quam antefatus Constantinus apostolicæ sedis * pervasor ausus est perpetrare. Et properante antedicto Sergio in Francorum regiones, jam invenit de hac luce migrasse Christianissimum Pippinum regem: & cœptum gradiens iter pervenit ad ejus filios Carolum & Carolomannum germanos fratres, reges Francorum, & patricios Romanorum. Quibus apostolicas tribuens literas, benigne ab eis susceptus est, & dignam illi impendentes humanitatem, cuncta nihilo minus pro quibus missus est ab eorum excellentia impetravit; dirigentes ipsi Christianissimi reges duodecim episcopos ex eisdem Francorum regionibus nimis in divinis scripturis, & sanctorum canonum ceremoniis,

Marginalia: Philippus [...]itur. — [Ste]phanus [...] eligi[tur]. — [C]onstan[tini] quod — [...]atis — [Con]stanti[nus] papa [...]ditur [in mon]a[ster]ium. — [a] [Fors]e leg. [com]pago. — * auferentes, — * perrexerunt — Constantino pseudopapæ oculi eruuntur. — * præsumptione, * invasor — Pippini mors.

moniis, doctos, probatissimos viros scilicet. Eisque hanc Romanam urbem conjungentibus, mense Aprilis, indictione septima, protinus antedictus Stephanus sanctissimus papa * aggregans diversos episcopos Tusciæ atque Campaniæ, & aliquantos istius Italiæ provinciæ. Quibus omnibus congregatis concilium peractum est in basilica salvatoris domini nostri Iesu Christi, juxta Lateranense palatium. Et præsidente eodem beatissimo papa, considentibus etiam pariter cum eisdem omnibus episcopis, deductus est ad medium Constantinus apostolicæ sedis invasor, jam excæcatus oculis. Et subtilius exquisitus, cur præsumpsisset apostolicam sedem laicus existens invadere, & talem iniquæ novitatis errorem in ecclesia Dei perpetrare; ita coram omnibus professus est vim se a populo pertulisse, & per brachium populi fuisse electum, atque coactum in Lateranense patriarchium deductum, propter gravamina ac præjudicia illa, quæ Romano populo ingesserat domnus Paulus papa: & corruens in terram, manibus extensis in pavimento, se reum, ac super numerum arenæ maris peccasse, deflebat, petens misericordiæ veniam ab eodem sacerdotali consequi concilio. Quem a terra elevare facientes, ipso die nullam de eo protulerunt sententiam. Alia vero die denuo afferentes eum, atque interrogantes de eadem impia novitate, respondit nihil novi se fecisse, dicens: Quia & Sergius archiepiscopus Ravennatium, laicus existens, archiepiscopus factus est: & Stephanus Neapolitanæ civitatis. & ipse laicus, repente episcopus consecratus est. Dum vero talia isdem Constantinus persequeretur, illico irati zelo ecclesiasticæ traditionis universi sacerdotes alapis ejus cervicem cædere facientes, eum extra eamdem ecclesiam ejecerunt.

* congregans

Concilium Romanum.

Constantinus sistitur concilio.

Tunc * detectis omnibus ejus rationum gestis, simul & concilium illud, quod in scriptis de ejus quasi confirmatione editum fuerat, igne combusserunt in medio presbyterii ipsius ecclesiæ. Et hoc facto proiiciens se in terram sanctissimus Stephanus papa cum universis sacerdotibus, & populo Romano, clamantesque Kyrie eleison, cum ingenti fletu peccasse se omnes professi sunt, pro eo quod de manibus ipsius Constantini communionem suscepissent: sicque ex hoc omnibus indicta est pœnitentia. Tunc allatis sacratissimis canonibus, eisque liquido perscrutatis, prolata est sententia ab eodem sacerdotali concilio sub anathematis interdicto, nec ullus unquam præsumat laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbyter cardinalis factus fuerit, ad sacri pontificatus honorem possit promoveri.

* combustis

Sed & alia plura, quæ de eo canonica indigebant * correptione, in eodem concilio statuerunt emendanda. " De episcopis vero, atque presbyteris, & diaconibus, quos ipse Constantinus consecraverat, ita in eodem concilio promulgatum est, ut episcopi illi, si aliquis eorum presbyter aut diaconus fuerit, in pristinum honoris sui gradum reverteretur: & si placabile fuisset coram populo civitatis suæ, denuo facto decreto electionis more solito cum clero & plebe ad apostolicam advenissent sedem, & ab eodem sanctissimo Stephano papa benedictionis * suscepissent consecrationem. Presbyteri vero illi ac diaconi ab eodem Constantino consecrati simili modo in illum quo prius existebant habitum reverterentur. Et postmodum si qui eorum placibiles extitissent, antefatus beatissimus pontifex presbyteros eos, aut diacones * consecraret. Statuentes ut hi, qui ex eis * conciliandi erant, nequaquam ad * fortiorem honorem ascenderent, nec ad pontificatus promoverentur culmen, ne talis impius novitatis error in ecclesia Dei pullularet. Ipse vero antefatus beatissimus Stephanus papa coram omni sacerdotali collegio clara voce clamavit, dicens nullo modo se immitti, aut penitus declinare in eorumdem presbyterorum, aut diaconorum consecrationem. De laicis vero qui ab eodem Constantino presbyteri aut diaconi consecrati sunt, ita promulgatum est, ut in religioso habitu cunctis diebus eorum vitæ, sive in propriis domibus, vel ubi fuissent, permanere deberent. Hujusmodi vero promulgatis sententiis, illico episcopi illi, qui ab eodem Constantino ordinati sunt, revertentes, juxta ejusdem concilii sententiam, in pristino honoris gradu electi denuo a clero & plebe, factoque solito decreto ad sedem apostolicam properantes, ab eodem sanctissimo papa * consecrati sunt. Nam presbyteri & diaconi illi usque ad mortem ipsius pontificis sic remanentes, nequaquam sunt ab eo * consecrati. Ita enim in eodem concilio statutum est, ut omnia, quæ isdem Constantinus in ecclesiasticis sacramentis ac divino cultu egit, * iterata fuissent, præter sacrum baptisma atque sanctum chrisma. Post hæc vero omnia promulgata, continuo & diversa sanctorum patrum testimonia de sacris imaginibus domini nostri Iesu Christi, sanctæque & gloriosæ ejus genitricis semper virginis Mariæ dominæ nostræ, & beatorum apostolorum, omniumque sanctorum, ac prophetarum, & martyrum, seu confessorum, in idem allata sunt concilium, & subtilius multa perindagantes, statuerunt magno honoris affectu ab omnibus Christianis ipsas sacras venerari imagines, sicuti ab omnibus prædecessoribus hujus apostolicæ sedis pontificibus, & cunctis venerabilibus patribus, usque hactenus de earum honoris observantia effectum, & cunctis ad memoriam piæ compunctionis est traditum, confundentes, atque anathematizantes execrabilem illam synodum, quæ in Græciæ partibus nuper facta est, pro * disperdendis ipsis sacris imaginibus. Expletis vero omnibus quæ in eodem concilio promulganda erant, tunc isdem beatissimus pontifex aggregans universos sacerdotes, atque clerum, & cunctum populum, profecti sunt ad beatum Petrum principem apostolorum cum hymnis & canticis spiritalibus, & nudis pedibus incedentes, illicque in ambonem ascendens Leontius scriniarius, cuncta quæ in eodem peracta sunt concilio extensa voce legit populo. Sed & tres episcopi, id est Gregorius Silvæ candidæ, Eustrasius Albani, & Theodosius Tiburtinus, in eumdem præfatæ ecclesiæ ambonem ascendentes anathematis obligationem protulerunt, si quisquam præsumat quoquo tempore transgredi quidpiam de omnibus quæ in eodem concilio statuta sunt. His vero peractis synodalibus gestis contigit post aliquantum temporis de hac vita migrasse Sergium archiepiscopum civitatis Ravennatium. Et continuo surgens * Michaelius scriniarius ipsius ecclesiæ, qui nullo sacerdotali fungebatur honore, profectus est Ariminum ad Mauricium ducem Ariminensem, & congregans

* correctione,

" Vide epistolam secundam Ratherii Veronensis ep. editam pag. 244. Tomi II. Spicilegii Dacheriani: unde paulo post observationem nostram ad concilium Romanum concinnabimus.

* susciperent.

* conciliaret.

* consecrandi

* potiorem

Episcoporum electio iteratur.

* conciliati

* conciliati.

* iterari debuissent,

Imaginum veneratio.

* deponendis

* Michael

congregans * iſdem nefandiſsimus Mauricius exercitum, una cum conſilio Deſiderii Longobardorum regis, properavit atque ingreſſus eſt Ravennam: & brachio forti elegit prædictum * Michaelium, & in epiſcopium Ravennatis eccleſiæ introduxit. Et Leonem archidiaconum, qui electus erat in archiepiſcopatus ordinem, Ariminum deportantes, ibidem arcta cuſtodia mancipatum, iſdem Mauricius detineri fecit. Tunc direxit quantocius prædictus * Michaelius atque Mauricius, & judices Ravennatium, ad præfatum beatiſsimum Stephanum pontificem, promittentes ei copioſa munera, ut ipſum Michaelium archiepiſcopum conſecrare deberet. Ipſe vero beatiſſimus præſul per nullius donationis promiſſionem inclinatus eſt eumdem Michaelium conſecrarem, aſſerens nulla ratione hoc fieri poſſe, dum in ſacerdotii honore minime ipſe prædictus exiſteret Michaelius.

* inde

* Michaelem

* Michael

Cui & vicibus obteſtationis ac prædicationis literas atque miſſos direxit, ut ab eodem injuſto propoſito recederet. Sed nullo modo apoſtolicis admonitionibus acquieſcere voluit. Danſque plurima munera Deſiderio Longobardorum regi, & cimelia, & ornatus ipſius eccleſiæ, cum aliis diverſis ſpeciebus, brachio forti per unius anni circulum, & eo amplius, ipſius eccleſiæ epiſcopium * pervaſum detinuit, denudans, atque in magnam paupertatem eum redigens Sed dum nullo modo firmiſsimam mentis conſtantiam ipſius ſanctiſsimi pontificis flectere potuiſſent nequiſsimi conſentanei ipſius Michaelii, dum miſsi excellentiſsimi Caroli regis Francorum, & patricii Romanorum, præſentialiter adeſſent, dirigens ipſe beatiſsimus præſul tam ſuos miſſos denuo quam prædictos Francorum miſſos, omnes Ravennianos admonendo, ſtatim inſurrexerunt ſuper ipſum Michaelium, & eum cum opprobrio de ipſo epiſcopio projecerunt: quem vinctum huc Romam dirigentes, elegerunt ſæpefatum Leonem archidiaconum ipſius eccleſiæ, qui ad hanc apoſtolicam ſedem properans cum ſacerdotibus, & clero ipſius Ravennatis eccleſiæ in archiepiſcopatus honorem, ab eodem ſanctiſsimo papa Stephano ordinatus & conſecratus eſt.

* invaſum

Leo archiepiſcopus Ravennas ordinatur a papa.

Erat enim iſdem prædictus beatiſsimus præſul eccleſiaſticæ traditionis obſervator, unde & priſtinum eccleſiæ in diverſis clericatus honoribus renovavit ritum. Hic ſtatuit ut omni dominico die a ſeptem epiſcopis cardinalibus hebdomadariis, qui in eccleſia ſalvatoris obſervant, miſſarum ſolennia ſuper altare beati Petri celebrarentur, & Gloria in excelſis Deo diceretur. Fecit enim & tres regulares argenteos ſuper rugas, per quas ingrediuntur ad altare, vbi imagines in frontiſpicio conſtitutæ ſunt: unum quidem in baſilica beati Petri apoſtoli, & alium in baſilica beati Pauli, & alium ad beatum Andream apoſtolum. Nam ſedulo iſdem beatiſſimus pontifex ſuos miſſos atque literas commonitorias dirigere ſtudebat antedicto excellentiſſimo Carolo regi Francorum, & ejus germano Carolomanno itidem regi: imminentibus namque atque decertantibus in hoc ſæpius nominatis Chriſtophoro primicerio & Sergio ſecundicerio, pro exigendis a Deſiderio rege Longobardorum † juſtitiis beati Petri, quæ obdurato corde reddere ſanctæ Dei eccleſiæ nolebat. Inde nimia furoris indignatione contra prænominatos Chriſtophorum & Sergium exardeſcens ipſe Deſiderius, nitebatur eos extinguere ac delere. Pro quo ſuo ingenio maligno ſimulavit ſe quaſi orationis cauſa ad beatum Petrum huc Romam properaturum, ut eos capere potuiſſet. Dirigens ergo clam munera Paulo cubiculario cognomento Afiarta, & aliis ejus impiis ſequacibus, ſuaſit eis ut in apoſtolicam indignationem eos deberet inducere. Eique iſdem Paulus conſentiens de eorum proditione abſconſe decernebat. Dumque hoc agnoviſſent prænominati Chriſtophorus & Sergius, & eumdem protervum Deſiderium regem Romam properaturum agnoviſſent, illico aggregantes multitudinem populi Tuſciæ & Campaniæ, ſeu ducatus Peruſini, viriliter cum eadem populi congregatione eidem Deſiderio regi paraverunt ſe ad reſiſtendum. Quin etiam portas hujus Romanæ urbis claudentes, alias ex eis fabricaverunt, & ita armati omnes exiſtebant ad defenſionem propriæ civitatis. Et dum hæc agerentur, ſubito † conjunxit ad beatum Petrum antedictus Deſiderius rex cum ſuo Longobardorum exercitu, & continuo direxit ſuos miſſos præfato pontifici, deprecans; ut ad eum regredi deberet; quod & factum eſt. Dum vero coram eo præſentatus fuiſſet, pariterque pro juſtitiis beati Petri locutus eſſet, rurſum ipſe beatiſſimus pontifex reverſus ingreſſus eſt in civitatem. Præfatus ſiquidem Paulus, & ejus nefandiſſimi ſequaces, inito cum prædicto Longobardorum rege conſilio, nitebantur populum Romanum contra eos ſeducere ad inſurgendum contra dictos Chriſtophorum & Sergium, ut eos interficerent. Et dum hoc eis nuntiatum fuiſſet, aggregantes populum, aſcenderunt armati in Lateranas ad capiendum ſuos inſidiatores. * Nuntiatique more ſolito, impetum faciens univerſa multitudo populi, qui cum eis advenerat, ingreſſa eſt cum armis in baſilicam domni Theodori papæ, ubi ipſe prænominatus ſedebat pontifex. Quos & fortiter increpavit, cur præſumpſiſſent armati in idem ſanctum patriarchium ingredi: pariterque loquentes recedere eos juſſit. Alia die denuo egreſſus eſt ſæpe dictus pontifex ad beatum Petrum cum eodem rege loquendum, & dum ſimul præſentes fuiſſent, prætermittens ipſe Deſiderius cauſas de juſtitiis beati Petri, tantummodo pro " deceptione prædictorum Chriſtophori & Sergii inſiſtebat. Vnde claudens univerſas januas beati Petri, neminem Romanorum, qui cum ipſo ſanctiſſimo pontifice exierant, ex eadem eccleſia egredi permiſit. Tunc direxit ipſe almificus pontifex Andream epiſcopum Præneſtinum, & Iordanem epiſcopum Signienſem ad portam civitatis, qua egreditur ad beatum Petrum, ubi prænominati viri Chriſtophorus & Sergius cum multitudine populi reſidebant, proteſtando eos, ut aut in monaſterium ingrederentur ad ſalvandum ſuas animas, aut ad beatum Petrum ad eum ſtuderent properandum. Ipſi vero metuentes prædicti regis Longobardorum malignam ſævitiam, ad eum egredi minime auſi ſunt; aſſerentes ſe prius in manibus Romanorum ſuorum fratrum, & concivium eſſe tradendos, quam exteræ genti. Dum ergo populus, qui cum eis erant, audirent eadem a prædicto pontifice directa ex ore prædictorum epiſcoporum, illico conturbati illorum confracta ſunt corda, & cœpit unuſquiſque ab eis recedere.

† Iuſtitiis, id eſt jurıbus.

† Conjunxit, *id eſt*, pervenit.

* Nuntiantesque mox ſalvati,

" forte leg. ereptione

Nam Gratioſus quidam dux, cognatus jam fati Sergii, ſimulans ſe ad propriam pergere domum,

congregans aliquantos Romanorum, profecti sunt pariter ad portam Portuensem: quam clausam reperientes, a cardine ipsam portam auferre ausi sunt, & ita per noctem ad prænominatum egressi sunt pontificem. Christophorus & Sergius conspicientes se in magno deceptu esse positos, prius quidem Sergius eadem nocte, qua hora campana insonuit, descendit per murum, & properavit ad beatum Petrum. Quem ad gradus ecclesiæ beati Petri comprehendentes custodes Longobardorum, ad suum deduxerunt regem. Eumque subsecutus est Christophorus, qui pariter ejus prænominati pontificis obtutibus sunt præsentati, quos * salvos conservare cupiens, monachos fieri præcepit. Post hæc faciens * missam prænominato regi, ingressus est isdem beatissimus pontifex Romam, relictis præfatis Christophoro & Sergio in ecclesia beati Petri apostoli, cupiens eos noctis silentio propter insidias inimicorum salvos introduci Romam. Dum vero sol ad occasum declinare videretur, continuo congregantes prænominatus Paulus cubicularius, & alii ejus nefandissimi consentanei, multitudinem populi, & properantes ad Desiderium Longobardorum regem, ineuntesque cum eo impium consilium, abstulerunt eosdem Christophorum & Sergium ab ecclesia beati Petri apostoli, & properantes cum plurimis Longobardis usque ad portam civitatis, ibidem eorum oculos eruerunt. Sicque prædictus Christophorus, in monasterium sanctæ Agathæ deductus, ibidem post triduum ob dolorem ex oculorum * effoditione vitam finivit. Sergius vero in monasterium clivi Scauri deportatus, & postmodum in cellarium Lateranense deductus, illic usque ad transitum prænominati pontificis extitit. Hæc vero omnia mala per iniquas immissiones Longobardorum Desiderii regis provenerunt. Fecit enim ipse sanctissimus pontifex ordinationem unam per mensem Decembris, presbyteros quinque, diaconos quatuor, episcopos per diversa loca numero ... Qui & sepultus est est ad beatum Petrum apostolum, & cessavit episcopatus dies octo.

* Almus

* missionem

* effossione

NOTÆ SEVERINI BINII.

Stephanus quoto anno pontifex factus?

a *Stephanus.*] Post Constantinum & Philippum pseudopapas ejectos, quinta Augusti, anno Redemptoris DCCLXVIII legitime secundum sacrorum Canonum præscriptum creatus est pontifex Stephanus papa ejus nominis IV. quem Anastasius male tertium nominat, ut patet ex iis quæ supra dicta fuerunt. Post factam electionem, omniumque sedis apostolicæ invasorum pœnam ac mortem, pro Synodo agenda legationem misit ad regem Pippinum. Sed cum is ante eorum adventum e vivis excessisset, concesserunt ejus posteri filii ac heredes regni Carolus & Carolomannus, ut, quod petebatur, duodecim episcopi Galliarum doctissimi, ad Concilium Romæ celebrandum mitterentur. Quo peracto, sicut infra recensebimus, per obitum Sergii archiepiscopi Ravennatis in eadem ecclesia exortum est schisma. Nam in locum defuncti clerus universus elegerat Leonem: rex Longobardorum Michaelem quemdam ecclesiæ scriniarium per vim intruserat. Hunc Stephanus quidem aliquoties monuerat, ut illegitime intrusus legitime electo cederet, sed frustra: donec a Carolo Francorum rege compellerentur Ravennates, ut intrusum Michaelem episcopatu dejicerent, & Romam vinctum ablegarent. Desiderius rex Longobardorum Christophorum primicerium, & Sergium secundicerium, a quibus monebatur ut jura ecclesiæ redderet, contra fidem pontifici datam excæcavit, eoque facto Christophorum occidit. Quod cum pontifex regi perjuro exprobraret, fertur respondisse: *Sufficiat apostolico Stephano, quod Christophorum & Sergium qui illi dominabantur de medio sustuli, ut non sit necesse jura requirere.* Hæc in vita Stephani III. & Hadriani Anastasius.

Schisma Ravennatis ecclesiæ.

Pippini regis obitus.

b *De hac luce migrasse Pippinum regem.*] Errant ergo qui vel ad annum præcedentem, vel etiam sequentem, regis Christianissimi Pippini obitum referunt. Eodem hoc anno DCCLXVIII. circa octauum vel nonum Kalendas Octobris Carolus Magnus Noviomi, & Carolomannus frater Suessione coronati fuerunt. Carolo, qui alii sponsæ fidem conjugii per se vel parentem addixerat, connubium cum Berta Desiderii regis Longobardorum filia pontifex epistola 3. quæ sequitur dissuadet. Cum qua dum uno anno conjugali consortio vixisset, dimissa illa fortasse, tamquam frigida & impotente, Hildegardem Suevicam in uxorem accepit. Aimoinus lib. 4. cap. 68. & sequenti.

I. AD BERTRADAM REGINAM, DEO SACRATAM.

Per Itherium missum regium, quem narrat in Beneventano ducatu strenuam pro ecclesiæ utilitatibus operam nauasse. Quo nomine gratias agit, petitque ut Itherii fidem remuneretur.

Domnæ religiosæ filiæ Bertradæ Deo sacratæ, seu domno filio Carolo regi Francorum, & patricio Romanorum, Stephanus papa.

Codicis Carolini 44.

DUM tantorum beneficiorum, in diversis apostolicis causis atque utilitatibus, a vobis cumulatis suffragiis, nimia iocunditatis lætitia, sancta spiritalis mater vestra universalis Dei ecclesia revelata exultat, nulla ut opinor oris assertio ad referendas sanctissimæ religiositati vestræ, atque Christianissimæ præcellentiæ tuæ, gratiarum laudes sufficere valebit. Sed tamen licet digna vobis ab hominibus pro tanto vestro pio opere rependi non possit vicissitudo; verumtamen misericors Deus noster, qui potens est, & scit bonis bona reddere, ipse copiosam laborum vestrorum vobis cælestium retribuet præmiorum recompensationem: sed & nostra sincera cordis habita erga vos affectio, sedulo pro vobis divinæ non desistit majestati orationum persolvere vota. Itaque præsens Itherius, religiosus ac prudentissimus vir, & re vera noster & vester sincerus fidelis, quem cum suis concomitibus & reliquis vestris missis, pro exequendis faciendisque justitiis fautoris vestri beati Petri direxistis, ad nos conjungens, illico in partes Beneventani profectus est ducatus, pro recolligendo illis in partibus sito patrimonio ejusdem protectoris vestri apostolorum principis. Qui videlicet solertissimus vir in omnibus secundum vestram nostramque decertavit voluntatem, suique laboris constantiam, juxta ut a vobis illi præceptum est, in ipsis apostolicis exhibuit utilitatibus. Unde nimis cor nostrum in ejus defensionis certamine, & firma operationis perseverantia lætatum est: quia profecto, secundum quod cælestis muneris gratia magnæ scientiæ illustratur prudentia, piis quoque meritis, atque immutilatæ fidei decoratur integritate, tantam in eo reperimus fidelitatem in vestro nostroque servitio, quantam diutissime nostra de eo optabat cognoscere mens. Unde maximas atque innumerabiles gratiarum actiones religiosissimæ sobrietati vestræ, atque Christianissimæ excellentiæ tuæ referimus. Et ideo obnixe tamquam præsentialiter benignitatem vestram petimus, ut amplissimam favoris vestri gratiam, atque largitatis munificentiam, & dignam consolationem eidem religioso viro, pro ejus laborioso certamine, quod in vestro atque nostro, ut dictum est, apostolico servitio exhibuit, impertire

impertire jubeatis: quatenus sicut ab omnipotenti Deo, intercedente beato Petro, digna operis ejus in cælestibus regnis exarata fertur remuneratio, ita a vobis consolationis consequatur opem. Omnipotens autem Deus noster, sacris apostolorum principum interventionibus, sua vos circumtegat gratia, & præsentis vitę propera & æterna felicitatis vobis multipliciter tribuat gaudia. Incolumem religiositatem vestram atque excellentiam tuam gratia superna custodiat.

II. AD CAROLUM ET CAROLOMANNUM REGES.

Gratulatur eis quod ad fraternam concordiam reconciliati sint. Petit ut Longobardos cogant ea reddere, quæ de patrimonio ecclesiæ invaserant.

Dominis excellentissimis filiis, Carolo & Carolomanno, regibus Francorum, & patriciis Romanorum, Stephanus papa.

BENEDICTUS dominus Deus noster, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolator & propitiator existit omnium invocantium eum in veritate. Ipse enim Redemptor noster, preces clamantium ad se exaudiens, mœrentium tribulationes ad gaudium convertit. Quod certe nunc in nobis, atque universo peculiari populo sanctæ Dei ecclesiæ ejus, divinæ pietatis clementia, & misericordiæ benignitate cernimus esse diffusum, in eo quod nostræ orationis vota exaudiens, mœroris nostri lamentationem, quam usque hactenus habuimus ex ipsa divisione discordiæ, quam antiquus hostis inimicus pacis intra vestram fraternitatem immiserat, nunc Deo propitio, eodem pestifero ęmulo confuso in communem dilectionem & concordiam, ut vere uterinos & germanos fratres, vos connexos esse discentes, in magnam lætitiam convertere dignatus est. Itaque, præcellentissimi filii, magni victoriosissimi reges, & Dei providentia nostri Romanorum patricii, conjungentes ad nos fidelissimi ac solertissimi vestri missi, scilicet Gauzibertus reverendissimus & sanctissimus frater noster episcopus, atque Fuchbertus religiosus, & Ansfredus, seu Helmagarius gloriosissimi vestri, detulerunt nobis honorabiles & nimis desiderabiles syllabas, a vestra a Deo instituta regali potentia directas: per quas innotuistis contentionis rixas, ac litigia inter vos versata fuisse, sed annuente domino nunc ad veram dilectionem, & unitatis concordiam, & fraternum amorem, conversi extitisse videmini. Quo audito, magno gaudio atque lætitia, cum universo populo nostro istius provinciæ a vobis redemptæ, repleti sumus, & gemina festivitatis gaudia peregimus, immensas Deo nostro omnipotenti referentes gratiarum actiones, atque victricem ejus clementiam collaudantes, consona cum prophetica voce cantantes atque dicentes: Benedictus es domine Deus noster, & benedicta omnia opera tua. Ecce enim nunc gaudet Deus noster in cælis, gaudet & universus chorus angelorum; & in terra etiam cunctus exultat populus Christianus, & solus diabolus inimicus pacis, & discordiæ seminator, luget, dum victum se esse & superatum conspicit. Non enim aliter fidelium mentes existimare poterant pervenire, quam quod nunc factum esse gaudemus. Sic Deus omnipotens illam pacem, & fraternam dilectionem in vobis multiplicet, & multiplicatam corroboret, quam suis donavit sanctis apostolis. Unde de vestra unitate etiam sancta spiritalis mater vestra Dei ecclesia, & ejus populus universus, exultat. Nam & in his ipsis vestris ferebatur apicibus, tota vestra virtute vos esse decertaturos pro exigendis justitiis protectoris vestri beati Petri, & sanctæ Dei ecclesię, atque in ea promissione amoris, quæ a vestro progenitore sanctæ recordationis domno Pippino eidem principi apostolorum, & ejus vicariis facta est, polliciti estis esse permansuros, & plenarias justitias sanctæ Dei ecclesiæ, atque ejus exaltationem esse operaturos. Et quidem nos, excellentissimi filii Christianissimi magni reges, omnino de hoc certi, atque in omnibus satisfacti sumus, quod nulla hominum suasio, aut thesaurorum copiosa datio, vos poterit declinare, aut ab eadem vestra promissione, quam beato Petro spopondistis, quoquomodo immutare. Tamen nunc firmitatem vestram comprobavimus, dum non corruptori & fragili homini, sed Deo omnipotenti, & ejus apostolorum principi placere procurastis. Unde obnixe tamquam præsentialiter petimus, & coram Deo vivo, qui vos regnare præcepit, conjuramus excellentiam vestram, ut plenarias justitias beati Petri sub nimia velocitate, secundum capitulare, quod vobis per præsentes vestros fidelissimos missos direximus, exigere, & beato Petro reddere jubeatis, sicut & vestra continet promissio, & omnia quæ beato Petro, & ejus vicariis cum vestro sanctæ memoriæ progenitore promisistis, adimplere dignemini: quatenus intercedente eodem principe apostolorum perfectam ab omnipotente Deo in præsenti vita & futura beatitudinem suscipiatis. Post Deum in vobis habemus fiduciam, & in vestro amore, atque caritatis dilectione, firmiter usque ad animam & sanguinis effusionem una cum universo populo permanebimus. Tamen & de hoc, & de omnibus justitiis beati Petri, prędictis vestris missis subtilius locuti sumus, vestro regali culmini cuncta enarranda: & jam sicut terra sitiens imbrem præstolatur, ita vestrum auxilium, & congruum effectum, de nostris petitionibus postulamus. Et videte, excellentissimi filii, quia obtestamur vos per tremendum diem judicii, etiam beatus Petrus per nos vos adhortatur atque obtestatur, ut sub nimia velocitate ipsas justitias ejusdem principis apostolorum exigere a Longobardis jubeatis; fortiter eos cum Dei virtute distringentes, ut sua propria idem princeps apostolorum, atque sancta Romana ecclesia recipiat. Nā si, quod non credimus, ipsas justitias exigere neglexeritis, aut distuleritis, sciatis vos de istis rationem fortiter ante tribunal Christi eidem principi apostolorum esse facturos. Si quis autem vobis dixerit, quod justitias beati Petri recepimus, vos ullomodo ei non credatis. Deus autem omnipotens sua vos dextera protegat, & victoriam vobis de cælo tribuat, suumque angelum ante faciem vestram mittat, qui vos præcedat, & inimicos vestros coram vestris prosternat vestigiis, atque a Deo instituti regni vestri terminos dilatet, & pręsenti regno longæviter ac prospere gubernacula perfrui faciat, etiam & post hujus vitæ longævitatem cælestia vobis regna per infinita tribuat secula possidenda.

III. AD CAROLUM ET CAROLOMANNUM REGES.

Obnixe conatur dissuadere, ne alter ipsorum Desiderii filiam uxorem ducat, neve sororem suam Gisilam Desiderii filio elocent in matrimonium.

Dominis excellentissimis filiis Carolo & Carolomanno regibus Francorum, & patriciis Romanorum Stephanus papa.

Codicis Carolini 45

DUM omnium electorum Dei præcipuam vitam & digna operum merita in nostram memoriam revolvimus, invenimus profecto nulla eos potuisse qualitatis diversitate ab eorum cordis statu & pristina sponsionis constantia amoveri. Unde & variis antiqui hostis suasionibus ac blandimentis circumvallati, immutabiles in suæ mentis firmitate constat permansisse, & ob hoc cum triumpho victoriæ ad optata pertingere meruerunt gaudia. Et nimirum considerandum est, quia si quis quibusdam suasionibus demulcitus victus fuerit, a recto confestim tramite, qui ducit ad vitam æternam, per abrupta declinans deviare contendat, ut ex hoc in proclivem delabatur noxam. Nam plerumque certum est, quia idem antiquus hostis per infirmam naturam fidelium mentes surripere nititur. Hinc est enim, quod olim primo homini in paradiso constituto per infirmam mulieris naturam pestiferis valuit suadere blandimentis, divinum transgredi mandatum, & ob hoc diræ mortis humano generi irrepsit excidium. Et ideo, præcellentissimi filii, magni reges, tanto studiosius ejusdem molimini resistendum est, ne quemquam suis irretire valeat argumentis, quanto cernimus suis crebro insidiis ad decipiendum fidelium corda insistere. Itaque nostræ perlatum est notioni, quod certe cum magno cordis dolore dicimus, quod Desiderius Longobardorum rex vestræ persuadere dignoscitur excellentiæ, suam filiam uni ex vestra fraternitate in connubio copulare: quod certe si ita est, hæc proprie diabolica est immissio, & non tam matrimonii conjunctio, sed consortium nequissimæ adinventionis esse videtur. Quoniam plures comperimus, sicut divinæ scripturæ historia instruimur, per aliæ nationis injustam copulam a mandatis Dei deviare, & in magno devolutos facinore. Quæ est enim, præcellentissimi filii, magni reges, talis desipientia, ut penitus vel dici liceat, quod vestra præclara Francorum gens, quæ super omnes gentes enitet, & tam splendiflua ac nobilissima regalis vestræ potentiæ proles, perfida, quod absit, ac fœtentissima Longobardorum gente polluatur; quæ in numero gentium nequaquam computatur, de cujus natione & leprosorum genus oriri certum est? Nullus enim, qui mentem sanam habet, hoc vel suspicari potest, ut tales nominatissimi reges tanto detestabili atque abominabili contagio implicentur. Quæ enim societas luci ad tenebras, aut quæ pars fideli cum infideli? Etenim, mitissimi & a Deo instituti benignissimi reges, jam Dei voluntate & consilio conjugio legitimo ex præceptione genitoris vestri copulati estis, accipientes, sicut præclari & nobilissimi reges, de eadem vestra patria, scilicet ex ipsa nobilissima Francorum gente, pulcerrimas conjuges, & earum vos oportet amori esse annexos. Et certe vobis non licet eis dimissis alias ducere

A uxores, vel extraneæ nationis consanguinitate immisceri. Etenim nullus ex vestris parentibus, scilicet neque avus vester, neque proavus, sed nec vester genitor, ex alio regno, vel extranea natione conjugem accepit: & quis de vestro nobilissimo genere se contaminare, aut commiscere cum horrida Longobardorum gente dignatus est, ut nunc vos suademini, quod avertat dominus, eadem horribili gente pollui? Itaque nullus exteræ gentis assumpta conjuge innoxius perseveravit. Advertite, quæso, quanti qualesque potentes per alienigena conjugia a præceptis Dei declinantes, & suarum sequentes uxorum alienæ gentis voluntatem validis innexi excessibus, immensa pertulere discrimina. Im-B pium enim est ut vel penitus vestris ascendat cordibus alias accipere uxores super eas quas primitus vos certum est accepisse. Non vobis convenit tale peragere nefas, qui legem Dei tenetis, & alios ne talia agant corripitis: hæc quippe paganæ gentes faciunt. Nam absit hoc a vobis, qui perfecti estis Christiani, & gens sancta, atque regale estis sacerdotium. Recordamini & considerate, quia oleo uncti per manus vicarii beati Petri, cælesti benedictione estis sanctificati; & cavendum vobis est, ne tantis reatibus implicemini. Memétote hoc, præcellentissimi filii, quod sanctæ recordationis prædecessor noster domnus Stephanus papa excellentissimæ memoriæ genitorem vestrum obtestatus est, ut nequaquam præsumeret dimittere dominam & genitricem vestram, & ipse, sicut re vera Christianissimus C rex, ejus salutiferis obtemperavit monitis. Nam & illud excellentiam vestram oportet meminisse, ita vos beato & præfato vicario ejus, vel ejus successoribus spopondisse, amicis nostris amicos esse, & inimicis inimicos, sicut & nos in eadē sponsione firmiter dignoscimur permanere. Et quomodo nunc contra animas vestras agere contenditis, & cum nostris inimicis conjunctionem facere vultis, dum ipsa perjura Longobardorum gens semper ecclesiam Dei expugnantes, & hanc nostram Romanorum provinciam invadentes, nostri esse comprobantur inimici? Itaque & hoc, peto, ad vestri referre D studete memoriam, eo quod, dum Constantinus imperator nitebatur persuadere sanctæ memoriæ mitissimo vestro genitori, ad accipiendum conjugio filii sui germanam vestram nobilissimam Gisilam, neque vos alii nationi licere copulari, sed nec contra voluntatem apostolicæ sedis pontificum quoquomodo vos audere peragere. Et quam ob causam nunc contra apostolica mandata, & voluntatem vicarii apostolorum principis, agere conamini, quod nunquam vester pater perpetravit? An nescitis, quod non infelicitatem nostram, sed beatum Petrum, cujus licet immeriti vices gerimus, spernetis? Scriptum est enim: *Qui vos recipit, me recipit, & qui vos spernit, me spernit.* Recordamini peto, excellentissi-E mi filii, quomodo vos fide*dicere visus est præfatus vester domnus ac genitor, promittens in vestris animabus beato Petro, atque ejus vicario antefato domno Stephano papæ, firmiter debere vos permanere erga sanctæ ecclesiæ fidelitatem, & omnium apostolicæ sedis pontificum obedientiam, & illibatam caritatem: & postmodum prædecessori nostro domno Paulo papæ eadem vos, una cum eodem vestro genitore, certum est plerumque per missos & scripta promisisse: & post decessum antefati sanctæ memoriæ patris vestri,

Luc. 10.

* vobis fideliter

&

& vosipsi sæpius, tam per vestros missos, quamque per literas, simulque & per Sergium fidelissimum nostrum nomenculatorem, & per alios nostros missos, nobis spopondistis in eadem vos vestra promissione, sicut genitor vester, circa sanctam Dei ecclesiam & nostram fidelitatem esse perseveraturos. Sed & illud, quæso, ad vestram referte memoriam, qualiter nos præfatus domnus Stephanus papa in suo transitu per sua scripta sub terribili adjuratione adhortari studuit, firma stabilitate vos esse permansuros erga dilectionem sanctæ Dei ecclesiæ, & illibatam caritatem apostolicæ sedis pontificum; & omnia vos adimplere juxta vestram eidem Dei apostolo adhibitam sponsionem. Et nunc ista est vestra promissio? O quantum laborem sustinuit isdem præcipuus ac beatissimus pontifex, qui ita imbecillis existens tanto se exhibuit prolixi itineris periculo; & nisi dominus præsto fuerit, in vacuum ejus labor deducetur, fuitque nobis iter illud, quod ibidem noster prędecessor in Franciam properavit, in magnam ruinam, dum nostri inimici plus nunc quam pridem in superbiæ ferocitatem elevati sunt. Et ecce quod verebamur evenire cernimus; conversaque est nostra lætitia in luctum, & facta sunt novissima mala pejora prioribus, & unde expectabamus nobis lumen oriri, eruperunt tenebræ. Quapropter & B. Petrus princeps apostolorum, cui regni cælorum claves a domino Deo traditæ sunt, & cælo ac terra ligandi solvendique concessa est potestas, firmiter excellentiam vestram per nostram infelicitatem obtestatur; simulque & nos, una cum omnibus episcopis, presbyteris, & ceteris sacerdotibus, atque cunctis proceribus & clero sanctæ nostræ ecclesiæ, abbatibus etiam & universis religiosis divino cultui deditis, seu optimatibus & judicibus vel cuncto nostro Romanorum istius provinciæ populo, sub divini judicii obtestatione vos adjuramus per Deum vivum & verum, qui est judex vivorum & mortuorum, & per ejus ineffabilem divinæ majestatis potentiam, atque per tremendum futuri judicii diem, ubi omnes principes ac potestates, & cunctum humanum genus cum tremore assistere habebimus; nec non & per omnia divina mysteria, & sacratissimum corpus beati Petri, ut nullomodo quisquam de vestra fraternitate præsumat filiam jam dicti Desiderii Longobardorum regis in conjugium accipere; nec iterum vestra nobilissima germana, Deo amabilis Gisila, tribuatur filio sæpefati Desiderii; nec vestras quoquomodo conjuges audeatis dimittere. Sed magis recordantes quæ beato Petro apostolorum principi polliciti estis, viriliter eisdem nostris inimicis Longobardis resistite distringētes eos firmiter, ut propria sanctæ Dei ecclesiæ Romanæ reipublicæ reddere debeant: eo quod omnia quæ vobis polliciti sunt transgredientes, nos quotidie affligendo & opprimendo non cessant: & jam quia aliquid nobis reddere minime sunt inclinati, etiam & nostros invadere fines noscuntur, & tantummodo per argumentum in præsentia de vestris missis simulant justitias nobis facere. Nā nihil ad effectum perducitur, & quidquam ab eis de nostris nequaquam recipere valuimus. Unde ecce, ut cuncti nostri dolores subtiliter vestris auribus suggerantur, direximus nostros missos, videlicet Petrum dilectum filium nostrum, & Pamphilum defensorem regionarium sanctæ nostræ ecclesiæ: quos & de imminente nobis tribulatione, nec non & de singulis causis subtiliter informavimus vestro regali intimandis culmini: & petimus ut solita benignitate eos suscipere, nostræque petitioni vestras a Deo inspiratas aures accommodare dignemini, & amplissimam liberationem atque exaltationem sanctę Dei ecclesiæ, spiritalis matris vestræ, & istius a vobis redemptæ provinciæ defensionem perficere jubeatis, ut perfectam remunerationem a justo judice Deo nostro, intercedente ejus principe apostolorum beato Petro, suscipiatis. Præsentem itaque nostram exhortationem atque adjurationem in confessione beati Petri ponentes, & sacrificium super eam atque hostias Deo nostro offerentes; vobis cum lacrymis ex eadem sacra confessione direximus. Et si quis, quod non optamus, contra hujusmodi nostræ adjurationis atque exhortationis seriem agere præsumpserit, sciat se auctoritate domini mei beati Petri apostolorum principis anathematis vinculo esse innodatum, & a regno Dei alienum, atque cum diabolo & ejus atrocissimis pompis, & ceteris impiis; æternis incendiis concremandum deputatum. At vero qui observator & custos istius nostræ exhortationis extiterit, cælestibus benedictionibus a domino nostro illustratus, æternis præmiorum gaudiis cum omnibus sanctis & electis Dei particeps effici mereatur. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola*] Habent annales Francorum, anno Redemptoris nostri DCCLXX. contigisse connubium inter Carolum & Bertam filiam Desiderii regis Longobardorum: apud Aimoinum enim ista leguntur: *Bertruda vero mater regum cum Carolomanno minore filio apud Salutias locuta, pacis causa in Italiam proficiscitur. Peractoque propter quod illuc venerat negotio, (nam propter filiam Desiderii regis Longobardorum expetendam in matrimonium filio suo regi Carolo ierat) adoratis etiam Romæ sanctorum apostolorum liminibus, ad filios in Galliam revertitur.* Hæc Aimoinus.[a] Eadem Eginhartus in vita Caroli. Fuisse eosdem voluntate parentis defuncti aliarum connubio destinatos & copulatos, indicat pontifex paulo post initium his verbis: *Etenim, mitissimi & a Deo instituti benignissimi reges, jam Dei voluntate & consilio, conjugio legitimo ex preceptione genitoris vestri copulati estis*, &c. Dissuadet ergo conjugium maritis, uxoribus jam ante destinatis. Vide Baronium anno DCCLXX. num. 8. & 11.

[a] sive ejus continuator ex vulgaribus annaliū Francorum periochis.

CONVENTUS APUD SANCTUM DIONYSIUM,

In quo Pippinus Rex Paulo ante mortem regnum Francorum divisit inter filios suos Carolum & Carolomannum.

ANNO CHRISTI 768.

De *hoc conventu, & divisione regni cum episcoporum procerumque assensu constituta, illustris est locus in collectione historica, quam edidit Henricus Canisius libro* VI. *extremo: ubi narrat auctor, quisquis est, Pippinum regem, cum in postrema expeditione Aquitanica febre vexari apud Santonas cœpisset, per Pictavum Turonos, deinde cum Bertrada regina & filiis suis Carolo & Carolomanno Parisios usque ad monasterium beati Dionysii martyris venisse.* Ibi moratus, *inquit*, aliquamdiu, cernensque quod vitæ periculum evadere non posset, omnes proceres suos, duces & comites, tam episcopos, quam sacerdotes, ad se venire præcepit. Ibique una cum consensu Francorum & procerum suorum, seu & episcoporum, regnum

regnum Francorum, quod ipse tenuerat, æquali sorte inter prædictos filios suos Carolum & Carolomannum, dum adhuc ipse viveret, inter eos dimisit. Id est Austrasiorum regnum Carolo seniori filio regnum instituit: Carolomanno vero juniori filio regnum Burgundiæ & Provinciæ, Alesans & Alamaniam tradidit. Aquitaniam, quam ipse rex acquisierat, inter eos divisit. *His porro gestis, ut idem aliique scriptores tradunt, Pippinus post paucos dies vita cessit* VIII. *Kalendas Octobres. At filii ejus reges ex optimatum suorum consilio una die pariter, Carolus apud Noviomum urbem, Carolomannus apud Suessionas, a sacerdotibus consecrati sunt* VII. *Idus Octobres.*

*CONCILIUM ROMANUM, DE ELECTIONE PONTIFICIS ET CULTU

ANNO CHRISTI 769.

sacrarum imaginum: in quo selecti e Gallia episcopi duodecim adfuerunt, a Stephano III. papa in basilica Lateranensi celebratum, indictione VII. anno Christi DCCLXIX. Stephani ejusdem papæ & Caroli magni regis. I.

In *hac synodo, ut Anastasius in Stephani III. vita refert, discussa primum ac rescissa Constantini pseudopapæ acta fuerunt, deinde sacrarum imaginum veneratio ex antiquo ecclesiæ usu constabilita. Hadrianus papa in defensione synodi VII. ad Carolum magnum capite* V. Porro, *inquit*, & prædecessor noster sanctæ recordationis quondam domnus Stephanus papa, similiter cum episcopis partium Franciæ atque Italiç præsidens in basilica salvatoris domini nostri Iesu Christi, quæ appellatur Cõstantiniana, prædecessoris sui venerabile concilium confirmans atque amplectens, magis magisque & ipse una cum omnibus episcopis præsidentibus sanctorum patrum testimoniis adhærens, adorare atque venerari sacras imagines statuerunt. *De Franciæ autem episcopis ad concilium hoc Romanum a Stephano evocatis. Anastasius idem auctor est his verbis:* In exordio, *inquit*, ordinationis suæ, quando isdem sanctissimus præsul pontificatus apicem assumpsit, direxit in Franciæ partes ad excellentes viros Pippinum, Carolum, & Carolomannum reges Francorum, & patricios Romanorum, Sergium secundicerium & nomenclatorem in illo tempore existentem, deprecans atque adhortans eorum excellentiam per suas apostolicas literas, ut aliquantos episcopos gnaros, & in omnibus divinis scripturis atque sanctorum canonum institutionibus eruditos ac peritissimos, dirigeret, ad faciendum in hac Romana urbe concilium. Et properante antedicto Sergio ad Francorum regiones, jam invenit de hac luce migrasse Christianissimum Pippinum regem. Et cœptum gradiens iter, pervenit ad ejus filios Carolum & Carolomannum germanos fratres, reges Francorum & patricios Romanorum. Quibus apostolicas tribuens literas, benigne ab eis susceptus est, & dignam illi impendentes humanitatem, cuncta nihilo minus, pro quibus missus est, ab eorum excellentia impetravit: dirigentes ipsi Christianissimi reges duodecim episcopos ex eisdem Francorum regionibus, nimis divinis scripturis & sanctorum canonum ceremoniis doctos & probatissimos viros, scilicet: (*hoc loco expressa erant nomina episcoporum.*) Eisque in hanc Romanam urbem conjungentibus mense Aprilis, indictione VII. protinus antedictus Stephanus sanctissimus papa aggregavit diversos episcopos Tusciæ atque Campaniæ, & aliquantos istius Italiæ provinciæ. Quibus omnibus congregatis, concilium peractum est in basilica salvatoris domini nostri Iesu Christi juxta Lateranense palatium. Et presidente eodem beatissimo papa, considentibus etiam pariter cum eo eisdem omnibus episcopis, deductus est in medium Constantinus apostolicæ sedis invasor, &c. Tunc allatis sacratissimis canonibus, eisque liquido perscrutatis, prolata est sententia ab eodem sacerdotali concilio sub anathematis interdicto, ne ullus unquam laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbyter cardinalis factus fuerit, ad sacrum pontificatus honorem possit promoveri. Et alia plura quæ canonica indigebant correctione in eodem concilio statuerunt emendanda. *Mox.*

Hæc vero omnia promulgata, continuo & diversa sanctorum patrum testimonia de sacris imaginibus in eodem allata sunt concilio, & subtilius cuncta perindagantes statuerunt magno honoris affectu ab omnibus Christianis ipsas sacras venerari imagines, &c. *quæ apud card. Baronium tomo* IX. *an.* DCCLXIX. *fusius exponuntur. Episcopi Franciæ ad concilium hoc missi, quorum nomina in Anastasii codicibus exciderunt, quantum ex schedis Panvinianis, quibus olim usi sumus, colligere licuit, hi fuerunt:* Vvilicarius Senonensis, Lullus Moguntinus, Gavienus Turonensis, Addo Lugdunensis, Herminardus Bituricensis, Daniel Narbonensis, Tilpinus Rhemensis, Herulfus Lingonensis. *Item* Herembertus, Babulfus, Giselbertus, & Ioseph, *quorum sedes non satis aperte designabantur.*

** STEPHANI PAPÆ IV.

DECRETUM SYNODALE EX CONCILIO Lateranensi anno Christi DCCLXIX. contra sedis apostolicæ invasores, & iconomachos habito.

Edidit Romæ Lucas Holstenius V. C.

EX SYNODO ROMANA STEPHANI PAPÆ IV.

Anselmus lib. VI. cap. 24. & sequentibus.

IN ACTIONE III.

De electione & consecratione Pontificis.

Hesterno die prolata est sententia, quemadmodum Constantinus apostolicæ sedis invasor sub pœnitentiç correptione subsistere debeat.

Item infra. Oportebat ut hæc sacrosancta domina nostra Romana ecclesia, juxta quod a beato Petro & ejus successoribus institutum est, rite ordinaretur; & in apostolatus culmen unus de cardinalibus presbyteris aut diaconibus consecraretur. (Dist. 79. c. 3)

Item. Sed & hoc sub anathematis interdictionibus decernimus, ut nulli unquam laicorum, sive ex manu armata, vel ex aliis ordinibus præsumant inveniri in electione pontificis: sed a sacerdotibus atque proceribus ecclesiæ & cuncto clero ipsa pontificalis electio proveniat. Et priusquam pontifex electus fuerit & in patriarchium deductus, omnes optimates militiæ, vel cunctus exercitus & cives honesti, atque universa generalitas populi hujus Romanæ urbis ad salutandum

tum eum sicut omnium dominum properare A debeat. Et ita more solito decretum facientes, & in eo cuncti pariter concordantes subscribere debent. Hoc itaque & in aliis ecclesiis sub divini judicii obtestatione & anathematis interdictione decernimus observandum.

De castris autem Tusciæ vel Campaniæ vel de aliis locis nullus audeat Romam ingredi, nec a quopiam invitentur, aut infra civitatem introducantur. Sed nec quisquam ex servis tam cleri quam militiæ in eadem electione inveniatur, nec ullus penitus cum armis & fustibus.

EX ACTIONE IV.

B

De veneratione sacrarum imaginum.

Si ad sanctorum consortium venire optamus; profecto hic omnia in honore sanctorum, sive reliquias non solum corporum, sed & vestimentorum, sive basilicas nominibus eorum memoratas, seu etiam imagines & vultus illorum, in quolibet loco depictos celeberrimo honore venerari debemus.

ITEM. Pavendum est ne sub iconum occasione ad peiora sese status malæ assertionis erigat, & corpora sanctorum & reliquias martyrum adorari tanquam membra domini ac venerari prohibeat.

Item. Interrogatio Antiochi ad sanctum Athanasium. Quomodo vos facitis imagines, & C adoratis eas? Responsio. Non sicut Deos imagines adoramus nos fideles, absit, sicut pagani: sed tantummodo affectum & caritatis animæ nostræ ad vultum faciei imaginis aptamus. Unde & multotiens vultu deleto, sicut lignum purum atque commune jam, quod dudum fuerat imago, comburimus.

Item. Crucem pro crucifixo in ea Christo adoramus & amplectimur fideliter.

Item. Si quis sanctas imagines domini nostri Iesu Christi, & ejus genitricis, atque omnium sanctorum secundum sanctorum patrum statuta venerari noluerit, anathema sit.

L. canones apostolorum tantum suscipiendos. D

Item. Non amplius suscipiantur apostolorum canonum prolata per sanctum Clementem, nisi quinquaginta capita, quæ suscipit sancta Dei catholica Romana ecclesia.

Statuta contra vim & ambitum.

Dist. 79. c. 5.

Item. Si quis ex episcopis vel presbyteris vel monachis, aut ex laicis contra canonum & sanctorum patrum statuta prorumpens in gradum E majorum sanctæ Romanæ ecclesiæ, id est, presbyterorum cardinalium, & diaconorum ire præsumpserit; & hanc apostolicam sedem invadere quilibet ex supradictis tentaverit, & ad summum pontificalem honorem ascendere voluerit; ipsi & sibi faventibus fiat perpetuum anathema.

Item. Si quis cum armis in electione pontificis vel aliorum sacerdotum inventus fuerit, anathema sit.

Item. Si quis juvare aut introducere in hanc civitatem Romæ præsumpserit quemquam de quacunque civitate aut castro vel loco pontificis prius discessum, quousque in sede beati Petri pontifex ordinatus fuerit, anathema sit.

Item. Si quis resistere præsumpserit sacerdotibus atque primatibus ecclesiæ vel cuncto clero ad eligendum sibi pontificem, secundum hanc canonicam traditionem, anathema sit.

Sequentia duo capitula statutorum hujus concilii refert Anastasius bibliothecarius in vita ejusdem Stephani PP. IV.

De episcopis vero atque presbyteris & diaconibus, quos ipse Constantinus consecraverat, ita in eodem concilio promulgatum est: ut episcopi illi, si aliquis eorum prius presbyteri aut diacones fuerint, in pristinum honoris sui gradum reverterentur: & si placibiles fuissent coram populo civitatis suæ, denuo facto decreto electionis more solito cum clero, & plebe ad apostolicam venissent sedem, & ab eodem sanctissimo Stephano papa benedictionis suscepissent consecrationem. Presbyteri vero illi ac diaconi ab eodem Constantino consecrati simili modo in eo quo prius existebant habitu reverterentur. Et postmodum si qui eorum placibiles extitissent, antefatus beatissimus pontifex presbyteros eos aut diaconos consecrasset. Statuentes ut hi qui ex eis consecraturi erant, nequaquam ad fortiorem honorem ascenderent: scilicet ne ad pontificatus promoverentur culmen, ne talis impius novitatis error in ecclesia Dei pullularet.

De laicis vero qui ab eodem Constantino presbyteri aut diaconi consecrati sunt, ita promulgatum est, ut in religioso habitu cunctis diebus vitæ eorum sive in propriis domibus, vel ubi voluissent, permanere deberent.

STEPHANO PP. alia duo capitula adscribit Gratianus: quorum prius ex Anastasii pontificali desumptum: alterum vero alicui ex successoribus potius tribuendum videtur.

Nullus unquam laicorum neque ex alio ordine præsumat nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbyter factus fuerit cardinalis, ad sacrum pontificatus honorem promoveri. Dist. 79. c. 4.

Quia sancta Romana ecclesia cui auctore Deo præsidemus, a pluribus patitur violentias pontifice obeunte; quæ ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia pontificis fit consecratio; nec canonico ritu & consuetudine ab imperatore directi intersunt nuntii, qui scandala fieri vetent: volumus, ut cum instituendus est pontifex, convenientibus episcopis & universo clero eligatur præsente senatu & populo, qui ordinandus est; & sic ab omnibus electus præsentibus legatis imperialibus consecretur. Nulusque sine periculo sui juramenta vel promissiones aliquas nova adinventione audeat extorquere; nisi quæ antiqua exigit consuetudo; ne vel ecclesia scandalizetur, & imperialis honorificentia minuatur.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Inter epistolas Ratherii ex monacho Lobiensi Veronensis episcopi Tomo II. Spicilegii Dacheriani excusas extat ordine secunda Romanæ ecclesiæ directa ab universo clero Veronensis ecclesiæ; in qua post citatos canones conciliorum Antiocheni & Constantinopolitani I. & sententias ex epistolis Innocentii I. & Nicolai I. decerptas, subjungitur breve quidem sed nequaquam spernendum fragmentum ex actis deperditis concilii hujusce Romani sub Stephano III. sive, ut alii IV.

ANNO CHRISTI 769.

EX CONCILIO DOMNI STEPHANI III. PAPÆ ACTIONE III.

Poſthæc vero ſanctiſſimi epiſcopi dixerunt : Quoniam hæc omnia Deo annuente quæ ad ſalutem omnium errantium pertinent tractata noſcuntur atque decreta, nunc reſtat ut de ordinatione epiſcoporum, preſbyterorum vel diaconorum quam prędictus Conſtantinus apoſtolicæ ſedis invaſor peregit, id quod communi conſenſu tractavimus coram omnibus declaremus.

Primum omniũ decernimus, ut epiſcopi quos conſecravit, ſiquidem preſbyteri prius fuerunt aut diaconi, in eodem priſtino honore revertantur, & poſtmodum facto more ſolito decreto electionis eorum ad ſedem apoſtolicam cum plebe atque decreto ad conſecrandum eveniant, & conſecrationem a noſtro apoſtolico ſuſcipiant, ac ſi prius fuiſſent minime ordinati. Sed & quę alia in ſacris officiis idem Conſtantinus peregit, pręter tantummodo baptiſmum, omnia iterentur. At vero preſbyteri illi vel diaconi quos in hac ſancta Romana eccleſia ordinavit in priſtino ſubdiaconatus ordine, vel alio quo fungebantur officio, revertantur. Cum & poſtmodum in veſtræ ſanctiſſimæ almitatis poteſtate ſive eos ordinandi, ſive, ut vobis voluerit diſponendi: laici vero illi qui ab eo tonſurati ſunt atque conſecrati decernentes ſtatuimus, ut aut in monaſterio detrudantur, aut in propriis domibus reſidentes ſpiritalem atque religioſam vitam degant.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Conſtantinus antipapa damnatur.

a *Concilium.*] Acta concilii recitantur ab Anaſtaſio in vita Stephani papæ III. Cauſam habendi concilii præbuit Conſtantinus pſeudopapa, qui ſedem apoſtolicam invadens uno fere momento ex laico tamquam in ſcena prodiit Romanus pontifex. Damnato pſeudopontifice, & ſedis apoſtolicæ raptore violento, canone ſancito eſt prohibitum, ne in poſterum quis talia præſumere auſit. Quare damnatis omnibus pſeudoſynodi actis illegitimis, eadem combuſſerunt, addito ſtatuto tali : Ne quis in poſterum alius quam diaconus aut preſbyter cardinalis ad pontificatum aſſumatur. De his qui ab eodem pſeudopapa ordinati fuerunt; conſtitutum eſt, ne deinceps ulla in ratione ſuo ordine miniſtrare permittantur; præter collatum baptiſmi & chriſmatis ſacramentum, omnia ejuſdem acta irritentur. Ad poſtremum plane improbata ſunt omnia illa quæ contra ſacras imagines ſub Conſtantino Copronymo Conſtantinopoli deciſa, ſtatuta & ordinata fuerunt. Poſt hæc pie & legitime conſtituta, lecta eſt epiſtola ſynodalis Theodori patriarchæ Hieroſolymitani de cultu ſacrarum imaginum illa, cui Alexandrinus & Antiochenus patriarchæ ſubſcripſerant, quæque diu ante hæc tempora, teſte Hadriano in epiſtola ad Carolum Magnum, ad Paulum papam emiſſa fuerat. Abſoluto concilio Stephanus papa & epiſcopi cum univerſo clero ac populo, nudis pedibus, cum hymnis & canticis ad beatum Petrum proceſſerunt, & ſingula concilii acta ex ambone ad populum clara voce lecta ſunt : & ne ſtatuta hujus concilii ab aliquo temere violentur, trium epiſcoporum promulgatione lecta eſt & promulgata ſententia anathematis in eos qui pie ſancteque decretas conſtitutiones haſce ſynodales tranſgrediuntur. De rebus in hac ſynodo pro cultu ſacrarum imaginum geſtis, Stephanus papa Conſtantinum Copronymum & Iconomachum per literas certiorem reddidit. Hæc partim ex Anaſtaſio, partim ex diverſis epiſtolis Hadriani, de quibus infra.

Cultus imaginum approbatur

ANNO CHRISTI 770.

CONCILIVM VVORMATIENSE STEPHANI III. PAPÆ ANNO II.

SYNODI *regalis a Carolo Magno apud Vvormatiam habitæ anno Chriſti* DCCLXX *certa eſt mentio in vita ipſius Caroli, & in annalibus Francorum. Quid autem in ea ſtatutum actumve ſit, memoriæ proditum non eſt. Extant quidem libro* VI. *& libro* VII. *capitularium capitula quædam,* Ne epiſcopi aut preſbyteri ad bella pergant, *quæ ex capitulis Caroli Vvormatiæ generaliter decretis, & pro lege traditis deprompta dicuntur. Verum illa non ad hanc, ſed ad aliam aliquam poſteriorem ſynodum Vvormatienſem pertinere dubium non eſt, idque ex iis quæ alio loco exponentur liquido conſtabit. Hæc porro, in qua verſamur, in chronico ſancti Arnulfi colloquium appellatur* : Carolus, *inquit,* præcellentiſsimus rex habuit colloquium vel ſynodum in Vvormatia civitate.

ANNO CHRISTI 771.

CONCILIVM APVD VALENTINIANAS STEPHANI III. PAPÆ ANNO III.

NON *diſſimilis eſt ſynodi hujus ratio ac ſuperioris. Habitam enim anno* DCCLXXI. *a Carolo Magno ſynodum ad Valentianas ſcriptores omnes commemorant : quid in ea geſtum decretumve ſit, nemo docet.*

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA HADRIANI PAPÆ I.

HADRIANVS I, natione Romanus, ex patre Theodoro, de regione Via lata, ſedit annos 23. menſes 10. dies 17. Vir valde præclarus, & nobiliſsimi generis proſapia ortus, atque potentiſsimis Romanis parentibus editus, elegans, & nimis perſona decorabilis, conſtans etiam atque fortiſsimus orthodoxæ fidei, ac patriæ ſuæ, & plebi ſibi commiſſæ defenſor. Viriliter cum Dei virtute inimicis ſanctæ Dei eccleſiæ, ac reipublicæ impugnatoribus reſiſtens, pauperum etiam omniumque indigentium miſericordiſsimus, ac copioſus conſolator. Eccleſiaſticæ quoque traditionis, & ſanctorum patrum inſtitutionum obſervator.

Hic namque beatiſsimus vir, defuncto ejus genitore atque parvulus nobiliſsimæ ſuæ genitrici relictus, ſtudioſe a patre * Theodato dudum conſule, & duce, poſtmodum vero primicerio ſanctæ noſtræ eccleſiæ, poſt * tantæ dictæ ſuæ genitricis obitum nutritus, atque educatus eſt. Nam a primæ ætatis ſuæ pueritia, dum adhuc laicus exiſteret, ſpiritalibus ſtudiis caritatis modeſtiæque vehementius inſiſtebat, ſedule perſeverans in eccleſia ſancti Marci, quæ vicina domui ſuæ eſſe videtur. Illic crebras Deo noſtro referebat die, noctuque laudes, indutuſque cilicio jejuniis corpus ſuum macerabat, & eleemoſynam enucleanter egenis, & inopibus juxta poſſibilitatis ſuæ vires libenter tribuebat. Ejuſque bonæ actionis merita in omnium Romanorum aures frequenter reſonabant, ita ut ex hoc nobilitatis, at pudicitiæ ipſius fama longe, lateque divulgaretur. Cujus piæ converſationis vitam ſpiritualem, operationem, ac præcipuos mores conſpiciens ſanctæ recordationis domnus Paulus papa, eum clericari juſſit; quem notarium regionarium in eccleſia conſtituens, poſtmodum eum ſubdiaconum fecit. Dum vero poſt deceſſum domni Pauli papæ ad pontificatus culmen provectus fuiſſet domnus Stephanus * ſecundus junior papa, & ipſe cernens ejuſdem beatiſsimi

*Theodulo

* ſanctæ.

* tertius ex Bar &c.

beatissimi Hadriani spiritualium conversatio num merita in diaconi ordinem eum provexit. Et extunc multipliciter spiritualibus pollens studiis maximam tam ad euangelizandum populo solerter, ac clare divina atque euangelica verba, quamque ad exercendam ecclesiasticam traditionem gessit curam. Et ita Spiritus sancti gratia in ejus corde refulsit, ut in omnibus efficax, idoneusque comprobaretur. Sicque factum est, ut dum de hac vita migraret antefatus domnus Stephanus papa, illico (dum ferventissimo affectu a populo Romano diligeretur) isdem præcipuus, ac sanctissimus vir, & Dei cultor Hadrianus ad sacrum pontificatus * electus est culmen. Hic namque in ipsa electionis suæ die, confestim eadem hora, qua electus est, reverti fecit judices illos hujus Romanæ urbis tam de clero, quam de militia, qui in exilium * ad transitum domni Stephani papæ missi fuerant a Paulo cubiculario cognomento Afiarta, & aliis consentaneis impiis satellibus. Sed & reliquos ut qui in arcta custodia mancipati, ac retrusi erant, absolvi fecit, & ita omnibus pariter cum eo exultantibus pontificalem Deo auspice suscepit consecrationem. Itaque in ipso exordio consecrationis ejus direxit ad ejus beatitudinem suos missos Desiderius Longobardorum rex, id est, * Theodicium ducem Spoletinum, * Tunnonem ducem Eburæ regiæ, & Prandulum vestiarium suum, suasionis per eos mittens verba: sese quasi cum eo in vinculo caritatis velle * colligandum. Quibus ita ipse beatissimus pontifex respondit dicens: Ego quidem cum omnibus Christianis pacem cupio habere, etiam & cum eodem Desiderio rege vestro, in ea fœderis pace, quæ inter Romanos, Francos & Longobardos confirmata est, studebo permanere. Sed quomodo possum credere eidem regi vestro, in eo quod subtilius mihi sanctæ recordationis prædecessor meus domnus Stephanus papa de fraudulenta ejus fide retulit? inquiens quod omnia illi mentitus fuisset, quæ ei in corpus beati Petri jurejurando promisit, pro justitiis sanctæ Dei ecclesiæ faciendis, & tantummodo per suum * inimicum argumentum erui fecit oculos Christophori primicerii, & Sergii secundicerii filii ejus, suamque voluntatem de ipsis duobus proceribus ecclesiæ explevit, unde damnum magis, & detrimentum nobis * detulit. Nam nullum profectum in causis apostolicis impertivit, sed & hoc isdem meus prædecessor pro dilectione qua erga me suum pusillum habuit, mihi retulit: quia dum ad eum postmodum suos missos direxisset, videlicet Anastasium primum defensorem, & Gemmulum subdiaconum, adhortans eum, ut ea, quę præsentialiter beatro Peto pollicitus est, adimpleret; taliter ei per eosdem missos direxit in responsis: Sufficit apostolico Stephano quia tuli Christophorum & Sergium de medio, qui illi dominabantur, & non illi sit necesse justitias * requirendas. Nam certe, si ego ipsum apostolicum non adjuvero, magna perditio super eum eveniet. Quoniam Carolomannus rex Francorum amicus existens prædictorum Christophori & Sergii, paratus est cum suis exercitibus ad vindicandum eorum mortem Romam * properandum, ipsumque capiendum pontificem. Ecce qualis est fides Desiderii regis vestri, & cum qua fiducia illi fœderari possimus. Hæc vero eadem beatissimo Hadriano præsule prosequente eisdem missis Desiderii regis illi magis confirmabant sub vinculo sacramenti, quod eorum rex omnes justitias, quas antefato domno Stephano papæ non fecerat, eidem præcipuo pontifici, & summo pastori perficeret, & in vinculo caritatis insolubili connexione cum eo fore permansurum. Quorum juramentis credens ejus beatitudo direxit ad eumdem Desiderium regem missos suos pro his omnibus perficiendis, scilicet, Stephanum notarium regionarium, & sacellarium, atque Paulum cubicularium, & cetera super ista. Quibus egredientibus ab hac Romana urbe, & Perusiam * conjungentibus conjunxit † mandatum, quod jam fatus Desiderius abstulisset civitatem Faventiam, & ducatum Ferrariæ seu Comachium de exarchatu Ravennate, quas sanctæ memoriæ Pippinus rex, & ejus filii Carolus & Carolomannus excellentissimi reges Francorum, & patricii Romanorum beato Petro concedentes obtulerunt. Nec enim duo menses præterierunt, quod ipse sanctissimus vir pontificatus culmen adeptus est. Ita isdem atrocissimus Desiderius easdem abstulit civitates, constringens ex omni parte civitatem Ravennatium, & casales, ac omnia * præsidia Ravennatia occupans, cunctaque victualia, familias etiam seu peculia ipsorum, vel quæque in ipsis præsidiis habere videbantur, abstulit. Et dum nulla remansisset spes vivendi neque Leoni archiepiscopo, neque præfatis Ravennatibus in magna angustia & famis inopia positis: direxerunt huc Romam suos missos scilicet Iulianum, Petrum, & Vitalianum * tribunos deprecantes cum magno fletu eumdem sanctissimum pontificem, ut qualiter potuisset, eis subveniret, ipsasque decertaret ad * recolligendas civitates, asserentes, quia si ipsæ civitates non fuerint restitutæ, vivere nullo modo * potuissent. Tunc ipse almificus pontifex, dum adhuc prænominati ejus missi essent Romæ, per Stephanum sacellarium, & Paulum cubicularium super ista ut ad prænominatum pergerent regem, direxit eidem regi suas deprecatorias literas ut easdem redderet civitates, increpans eum fortiter per sua scripta, cur de promissione illa, quam per suos missos pollicendo direxerat, mutatus fuisset: etiam quia justitias beati Petri juxta quod repromiserat, non reddidit. Insuper & civitates illas, quas antecessores ejus beatissimi pontifices domnus Stephanus, Paulus, & isdem Stephanus detinuerunt, abstulisset. Dum vero talia eidem protervo Desiderio antefatus sanctissimus pontifex deprecando, admonendo, & conjurando direxisset, ita illi remisit in responsis, quod nisi prius se cum eo ipse almificus præsul conjungeret ad pariter loquendum, minime easdem redderet civitates. In ipsis vero diebus contigit uxorem, & filios quondam Carolomanni Francorum ad eumdem regem Longobardorum fugam arripuisse cum Autchario, & nitebatur ipse Desiderius, atque inhianter decertabat, quatenus ipsi filii ejusdem Carolomanni regnum Francorum * assumpsissent. Et ob hoc ipsum sanctissimum præsulem ad se properandum se ducere conabatur, ut ipsos antefati Carolomanni filios reges ungeret, cupiens divisionem in regno Francorum immittere, ipsumque beatissimum Pontificem a caritate, & dilectione excellentissimi Caroli regis Francorum, & patricii Romanorum separare, & Romanam urbem, cunctamque Italiam sui regni Longobardorum potestati subjugare. Sed favente Deo hoc nullo modo potuit impetrare: quoniam sicut

Marginalia: erectus; a transitu; Theodocum; Tunnorũ; colligari; iniquum; intulit; requirẽdi; properare; *forte condescendentibus. † id est nuntium. *prædia; *tribunum; *recolligere; *possent; *assumerent.

ſicut lapis adamas, ita firmus Hadrianus extitit pontifex. Prænominatus ſiquidem Paulus ſuper iſta adhuc apud eumdem Deſiderium exiſtens, firmiter ei promittebat ſe ipſum beatiſſimum papam ad eum deducere, dicens, quod ſi etiam in ejus pedibus funem me adhibere convenerit, eum qualiter potuero, ad tuam deducam præſentiam: ſicque factum eſt, ut eodem Paulo in eodem itinere exiſtente palam omnibus fieret, qualiter necare feciſſet Sergium ſecundicerium, qui cæcus in cellario erat. Et metuens idem ſanctiſſimus præſul, ne ejuſmodi nuncium ad aures ipſius perſonuiſſet Pauli, & aut ad eumdem regem reverteretur, aut etiam in fines Longobardorum ab ipſo itinere declinaret, & aliquam malitiam amplius cum eodem Deſiderio in finibus Romanorum, atque Exarchatu Ravennatium perpetraret, (dum nimis dilectus illi, ac fidelis exiſtebat) ob hoc direxit antefatus ſanctiſſimus papa clam nimiſque ſecrete Leoni archiepiſcopo Ravennatium civitatis per Iulianum tribunum, ut dum reverteretur ipſe Paulus a Deſiderio, eum ſive in Ravenna, ſive in Arimino* detinuiſſet, quod & factum eſt. Revertente enim eo ex eodem itinere in Arimino comprehenſus, atque in cuſtodia eſt detentus. Tunc iſdem beatiſſimus pontifex cœpit curioſe antefati Sergii ſecundicerii mortem inquirere, convocanſque cunctos cellarios ſubtilius eos perſcrutatur, quomodo ipſe Sergius ab eodem cellario abſtractus fuiſſet. Qui reſpondentes dixerunt: Quia prima noctis hora veniens Calventinus cubicularius cum Tuniſſone preſbytero, & Leonatio Tribuno habitatoribus civitatis Anagninæ, ipſe eumdem Sergium abſtulit, vivente domno Stephano papa ante octo dies, quam de hac luce migraſſet, & præfatis Campanis illum tradidit. Confeſtimque deductus eſt ad medium iſdem cubicularius, & inquiſitus, quis illi præcepiſſet eumdem Sergium a præfato abſtrahi cellario, & prænominatis Campanis tradendum? Reſpondit, a Paulo Cubiculario cognomento Afiarta, & Gregorio defenſore regionario & Ioanne Duce germano domini Stephani papæ atque a * Calvulo cubiculario ſibi hoc fuiſſe præceptum, tradi eiſdem Campanis.

*detineret.

* Calventino.

Dirigenſque iſdem ſanctiſſimus præſul ſuos miſſos in Campaniam in civitatem Anagninam adduci fecit prædictos * Tuniſſonem & Leonatium. Qui præſentati apoſtolicis obtutibus, fortiterque conſtricti, confeſſi ſunt, dicentes, quod a prænominato Paulo cubiculario, & Gregorio defenſore regionario, ſeu Ioanne germano præfati domni Stephani papæ, & Calvulo item cubiculario, & Maligno conſentaneo, & ſæpefati Pauli illius præceptum fuiſſet, prænominatum Sergium abſtollendum ac interficiendum. Protinus direxit ipſe ſanctiſſimus pontifex cum prænominatis Campanis ſuos fideliſſimos miniſtros, ut demonſtrarent locum, ubi ipſum Sergium interfecerunt, atque ſepelierunt, & properantes venerunt uſque in Merolanam ad arcum depictum, quem ſecus viam, quæ ducit ad eccleſiam ſanctæ Dei genitricis ad præſepe, ibique juxta eumdem arcum aperientes unam ſepulturam demonſtraverunt corpus illius Sergii repoſitum, funeque ejus guttur conſtrictum, atque ictibus totum corpus ejus vulneratum. Vnde non dubie eſt, ſuffocatum ac ſemivivum fuiſſe terra obrutum. Quod cernentes univerſi primates eccleſiæ, ac judices militiæ, aſcendentes unanimiter cum univerſo populo in Lateranenſe patriarchium, proſtrati apoſtolicis veſtigiis obnixe eumdem almificum pontificem deprecati ſunt, ut vindictam, atque emendationem fieri præcepiſſet de tanto inaudito piaculo, in eo quod præſumpſiſſent ſecum hominem ſæpius tormentis concrematum crudeliter interficere, quod factum nunquam legitur: aſſerentes, quia ſi talis flagitii reatus non expiaretur, nimis ipſa impia temeritatis præſumptio in hac Romana urbe pullularet; aſſumentes ex hoc audaciam perverſi homines, ut tentarent peiora perpetrare. Tunc præfatus ſanctiſſimus præſul precibus judicum, univerſique populi Romani juſſit contradere antefatum Calvulum cubicularium, & prænominatos Campanos præfecto urbis, ut more homicidarum eos coram univerſo populo examinaret. Deductique * elephanto in carcerem publicum, illic coram univerſo populo examinati ſunt.

* Laviſſonem.

De nece Sergii inquiritur.

* e patriarchio præfato in carc.

Sicque ipſi Campani, ſicut prius, ita & in eadem examinatione confeſſi ſunt. Calvulus vero obdurans cor ſuum, vix confeſſus eſt ita omnia eſſe, qui tamen in eodem carcere crudeli morte * amiſit ſpiritum. Pro vero amputandis tam intolerabilibus flagitii reatibus, miſſi ſunt ipſi Campani Conſtantinopolim in exilium.

* emiſit.

Poſt hæc juſſit antefatus beatiſſimus papa abſtolli corpora Chriſtophori & prænominati Sergii ejus filii, eaque cum honore in eccleſia B. Petri fecit ſepeliri. Geſta vero examinationis qualiter proprii reatus noxam confeſſi ſunt, jam dictus Calvulus cubicularius, & prænominati Campani, direxit antefatus almificus pontifex Ravennam, ut eidem Paulo omnia per ordinem relegerentur. Suſcipiens vero Leo archiepiſcopus Ravennatium eadem geſta, confeſtim ſine authoritate apoſtolica tradidit eumdem Paulum conſulari Ravennatium urbis. Examinatuſque coram omnibus Ravennatibus, eadem acta illi relecta ſunt: ſicque ſe reum manifeſtans tanti piaculi, confeſſus eſt ſe perpetraſſe noxam. Ita vero iſdem Paulus examinatus eſt, quin etiam nec ſcientia exinde data eſt præfato ſanctiſſimo pontifici, neque ab archiepiſcopo, neque a quibuſdam Ravinianis, ſed per alios hoc ejus ſanctitas agnovit. Dum vero hoc ageretur, cupiens ipſe præcipuus paſtor, & egregius pontifex ſalvare animam jam dicti Pauli, ne in æternum periret, adſcribi fecit ſuggeſtionem ſuam Conſtantino, & Leoni Auguſtis, magniſque imperatoribus ſignificans de ipſius Sergii cæci impia morte, atque deprecans eorum imperialem clementiam, ut ad emendationem tanti reatus ipſum Paulum ſuſcipi, & in ipſis Græciæ partibus in exilio mancipatum retineri, * præcepiſſent.

* præcipe-rent.

Direxitque eamdem ſuggeſtionem ejus ter beato Leoni archiepiſcopo, ut ipſum Paulum Conſtantinopolim in exilio, ſive per Venetias, ſive aliunde qualiter potuiſſet, dirigeret cum præfata apoſtolica ſuggeſtione. Ipſe vero archiepiſcopus inſidians vehementer eidem Paulo, adhibuit impiam occaſionem, dirigens eidem præcipuo pontifici in reſponſis: Expedibile non eſſe eumdem Paulum illuc dirigere, in eo quod Deſiderius Longobardorum rex filium Mauricii ducis Venetiarum apud ſe captum detineret: ne ipſe Mauricius filium ſuum cupiens ab eodem rege recipere, eumdem Paulum illi vicarium traderet. Ecce qualem occaſionem ipſe archiepiſcopus eccleſiæ Ravennatium callide adhibuit

adhibuit, ut ipsum Paulum extinguere valeret. Sicque remisit ad apostolicam sedem suggestionem illam. Posthæc vero cum ipse sanctissimus præsul direxisset Gregorium saccellarium suum ad Desiderium Longobardorum regem deprecationis, atque hortationis causa pro restituendis præfatis ab eo ablatis civitatibus, præcepit ei, ut firmiter contestaretur Leonem archiepiscopum, quatenus eum conservare studeret Paulum, & cum reverteretur a Ticino, secum eum huc Romam reduceret. Dumque præfatus Gregorius saccellarius in Ravennatium properasset urbem, constanter, ac firmiter protestatus est antefatum archiepiscopum, & judices Ravinianos ex præceptione apostolica in præsentia Anualdi chartularii tunc ibi existentis civis Romani, qui ibidem missus erat ab apostolica sede, salvum, atque incolumem ipsum Paulum reservandum, donec a Ticino reverteretur, asserens sibi fuisse præceptum ab apostolica potestate eum secum Romam deportandum, & apostolicis salvum præsentandum obtutibus. Hæc vero ipsum protestans archiepiscopum, cœptum Ticinum profectus est iter, & continuo prænominatus archiepiscopus accersito consulare Ravennatium civitatis, præcepit ei, ipsum interficiendum Paulum. Et dum reversus fuisset sæpefatus saccellarius, Ravennamque conjungeret, invenit prænominatum Paulum jam interfectum, pro quo nimis increpavit archiepiscopum eumdem, cur præsumpsisset contra apostolicum præceptum taliter de eodem Paulo agere? Post aliquantos itaque dies propria conscientia isdem archiepiscopus tertio direxit prænominato sanctissimo papæ per Iulianum tribunum suum missum deprecans apostolicas sibi dirigi literas, ac consolationis monita, quasi nulla illius putaretur culpa ejusdem Pauli morte, in eo quod sanguis innocentis ultus fuisset. Sed nullo modo potuit ipsum sanctissimum papam pontificem * declinare, ita illi dirigens in responsis: Quod ipse videat, quid in eodem Paulo operatus est.

[margin: ...alus oc...itur.] [margin: * ...eclinare,]

Nam certe ego animam ejus salvare cupiens, pœnitentiæ eum summitti decreveram. Ideo meum saccellarium direxi huc Romam eum deferendum. Siquidem nominatus Desiderius Longobardorum rex superbię, & jactantię fastu levatus, qua hora præfatas civitates Exarchatus Ravennatium abstulit, confestim direxit multitudinem exercitus, & occupare fecit fines civitatum, id est, Senogalliensis, Monteferreti, Vrbini, Eugubii, & ceterarum civitatum Romanorum, plura homicidia, & deprædationes, atque incendia in ipsis finibus perpetrantes. Nam in civitatem Bleranam dirigens generalem exercitum partium Tusciæ, dum ipsi Blerani in fiducia pacis ad recolligendas proprias segetes generaliter cum mulieribus, & filiis, atque famulis egrederentur, irruerunt repente super eos ipsi Longobardi, & cunctos primates * quanti utiliter in eadem civitate erant, interfecerunt, & prædam multam tam de hominibus, quam de peculiis abstulerunt, ferro & igne cuncta in circuitu devastantes. Sed in finibus Romanæ urbis, ceu & ceterarum civitatum multa mala ac deprædationes isdem Desiderius perpetrare jussit, etiam & castrum Vtriculum occupare fecit.

[margin: ...siderius ...vit in ...manos.] [margin: * qui utiles]

Vnde sæpius atque sæpius ipse beatissimus præsul tam per * obsecrationis literas, quamque per missos eidem Desiderio direxit, deprecans eum, ut a tantis malis resipisceret, & eas, quas abstu- A lerat civitates, redderet. Ille vero non solum easdem, quas occupaverat civitates minime reddere est inclinatus, sed nec ab eadem malitia recedere voluit, non cessans crudeliter multa atque intolerabilia mala finibus Romanorum, ut dictum est, ingerere.

[margin: * obsecra...cias]

Tunc præfatus sanctissimus pontifex accersiri faciens præfatum religiosum abbatem monasterii sanctæ Dei genitricis siti in territorio Sabinensi cum viginti senioribus Dei servis monachis, direxit eos ad eumdem Desiderium deprecationis causa. Quibus ad eum properantibus, B ut ipsi Dei famuli retulerunt, ejus pedibus provoluti coram judicibus Longobardorum cum lacrymis ex persona antefati vicarii beati Petri eum deprecati sunt, ut a tãtis malis resipisceret, & præfatas, quas abstulit civitates beato Petro redderet. Sed nequaquã ejus lapideum cor deflectere valuerunt. Sicque infructuosi ipsi Dei famuli reversi sunt. Dirigens suos missos Desiderius isdem ad antefatum beatissimum pontificem, id est, Andream referendarium, & Stabilem ducem, ut cum eo pariter ad loquendum deberet conjungi: quos suscipiens isdem almificus pastor ita eis respondit, inquiens: Sic regi vestro ex mea persona satisfacite, me vobis firmiter coram Deo omnipotente promittente, quia si præ- C dictas civitates beati Petri, quas tempore meo abstulit, mihi reddiderit, continuo sive Ticini, sive Ravennæ, sive Perusiæ, sive hic Romæ, vel etiam ubi illi placitum fuerit, ad ejus properabo præsentiam, & cum eo pariter me conjungendum, atque colloquendum quæ ad salutem populi Dei, utrarumque partium respiciunt. Et si forsitan de hoc dubitationem habet, me cum eo minime debere conjungi: postquam ipsas civitates reddiderit, si me cum ipso non conjunxero loquendum, licentiam habeat eas denuo occupandi. Nam si prius ipsas civitates non reddiderit, & justitiam nobis minime fecerit, sciat quod pro certo meam nequaquam videbit faciem. Vnde ecce sequipedes vestros dirigere studebo meos D missos ad eumdem vestrum regem, qui easdem recipiant, si reddere voluerit civitates, & de præsenti qua hora mei missi receptis eisdem civitatibus ad me hoc ipsum nunciantes reversi fuerint, continuo ad ejus ubi voluerit, ut dictum est, properabo præsentiam ad simul cum eo loquendum. Ipsisque Longobardorum missis properantibus, atque ad suum revertentibus regem, direxit ejus ter beatitudo continuo ad eumdem Desiderium regem suos missos ad easdem recipiendas civitates, scilicet Pardum, religiosum "Egumenum præfectum monasterio beati Sabæ, & Anastasium primum defensorem. Præsenta- E tique ejus obtutibus, & ipsi pedibus ejus corruentes lacrymis profusis eum deprecantes, ut antedictas redderet civitates, promittentes ei per apostolicam auctoritatem sub jurejurando, quia si eas reddidisset; statim prænominatus almificus pontifex ad eum properaret proficiscendum, ac colloquendum pariter. Sed per nullam rationem ejus ferreum pectus & durissimam mentem * mollire potuerunt, nihilque recipientes sine effectu reversi sunt. Tamen non desistebat antedictus pontifex suos missos ad eum per * hoc ipsum dirigendum tam de sacerdotibus, quamque de singulis religiosi habitus ordinibus, sed nihil apud eum impetrare valuerunt. Potius permanens in sua iniquitate multis civitatibus, ac finibus Romanorum inferre faciebat ex omni parte

[margin: " Hegumenum, id est,] [margin: * flectere] [margin: * pro hoc ipso ad eum dirigere tam]

parte mala, & magnas comminationes dirigens eidem præcipuo pontifici, se cum universis Longobardorum exercitibus properaturum ad Romanam civitatem constringendam. Pro quo in nimio fletu ipse sanctissimus pontifex cum suo populo positus, portas civitatis Romanæ claudi jussit, & alias ex * eis fabricari fecit. Et dum in magna angustia, ac tribulatione consisteret, necessitate compulsus, direxit suos missos marino itinere cum apostolicis literis ad excellentissimum Carolum a Deo protectum regem Francorum, & patricium Romanorum, deprecans ejus excellentiam, ut sicut suus pater sanctæ memoriæ Pipinus, & ipse succurreret, atque subveniret sanctæ Dei ecclesiæ, & afflictæ Romanorum seu Exarchatus Ravennatium provinciæ, atque plenarias B. Petri justitias, & * abstultas civitates ab eodem Desiderio rege exigeret. At vero dum per nullam occasionis versutiam potuisset isdem malignus Desiderius persuadere antefatum sanctissimum pontificem ad se eum deducendum ut antefati Caroli magni filios reges unxisset, & ipsum almificum pontificem a caritate, & dilectione sæpefati Christianissimi Caroli magni regis separare voluisset. Tunc pertinacia, & audacia egressus a suo palatio cum Adalgiso proprio filio, & exercitu Longobardorum deferens secum & uxorem & filios sæpedicti quondam Carolomanni, nec non & Autcharium, qui ad eum, ut dictum est, fugam arripuerant, hic vero Romam properare nitebatur, sine scientia antedicti pontificis, dirigens suos missos scilicet prænominatum Andream referendarium, & alios duos ex suis judicibus, ejus adventum denuntiantes. Quibus Romam conjungentibus præsentatisque apostolicis obtutibus, tale eis reddidit responsum: Quod nisi ut jam ille promisit, reddiderit beato Petro civitates illas, quas sub meo tempore abstulit, & plenariam parti nostræ fecerit justitiam, nullo modo sit illi necesse fatigationem sumendi; quia minime fieri potest, me prius cum illo præsentari.

*muro scil. claudi.

Legatio prima Hadriani ad Carolum magnum.

*ablatas

Suscipiens vero isdem Desiderius hoc responsum, nequaquam exinde repedavit, sed cœptum Romam carpebat iter. Cujus jam adventum * appropinquantem cognoscens sanctissimus ipse præcipuus pastor, aggregans universum populum Tusciæ, Campaniæ, & ducatus Perusini, & aliquantos de civitatibus Pentapoleos munivit hanc civitatem Romanam, omnesque armati parati erant, ut si ipse rex adveniret, ei fortiter cum Dei auxilio, & beati Petri, fulti orationibus prædicti sanctissimi præsulis illi * resistere. Nam ecclesias beati Petri & Pauli * exornare fecit ejus sanctitas, & cuncta eorum cimelia, & ornatus in hanc civitatem Romanam introduxit, claudi faciens omnes januas ecclesiæ beati Petri, & deintus ferris supponi, ac muniri jussit. Ut si ipse proteruus rex sine licentia, & permisso pontificis advenisset, minime aditum in eamdem ecclesiam introeundi haberet, nisi brachio forti ad suæ animæ interitum ipsas confringeret januas. Dumque hæc omnia disposuisset, extemplo facto in scriptis anathematis verbo direxit eidem Desiderio regi tres episcopos, id est, Eustratium Albanensem, Andream Prænestinum, & Theodosium Tiburtinæ civitatis, protestans eum in eodem obligationis, exhortationisque verbo, & adjurans per omnia divina mysteria, ut nullo modo * in finibus Romanorum sine ejus absolutione ingredi, aut conculcari * præsumpsisset, neque ipse, neque quispiam Longobardorum, sed nec Autcharius Francus. Susceptoque eodem obligationis verbo per antefatos episcopos ipse Longobardorum rex illico cum magna reverentia a civitate Viterbiense confusus ad propria reversus est. Post hæc conjunxerunt ad sedem apostolicam missi sæpius dicti Caroli excellentissimi regis Francorum & patricii Romanorum, id est, Georgius sanctissimus episcopus, Gulfardus religiosus abbas, & consiliarius, seu Albinus deliciosus ipsius rex * abstultas civitates, & omnes justitias beati Petri reddidisset, sicut false in Franciam dirigebat, asserens se omnia reddidisse.

*appropinquasse

*fort. resisterent.

*exornare, id est, nudare ornatu.

*fines

*præsumeret,

*sublatas

Et satisfacti sunt præsentialiter, nihil ab eo redditum fuisse. Quibus referens isdem præcipuus pontifex cuncta quæ gesta erant, eos in Franciam absoluit remeandos, dirigens cum eo suos missos ad præfatum excellentissimum Francorum regem cum apostolicis admonitionum syllabis, adjurans eum fortiter, ut ea, quæ beato Petro cum suo genitore sanctæ memoriæ Pipino rege pollicitus est, adimpleret, & redemptionem sanctæ Dei ecclesiæ perficeret, seu universa, quæ * abstulta sunt a perfido Longobardorum rege tam civitates, quam reliquas justitias * sine certamine reddere beato Petro principi apostolorum * fecisset. Ipsi itaque Francorum missi properantes cum apostolicæ sedis missis declinaverunt ad prænominatum Desiderium. Qui & constanter eum deprecantes adhortati sunt, sicut illis a suo rege præceptum extitit, ut antefatas, quas abstulerat civitates, pacifice beato Petro redderet, & justitias parti Romanorum * fecisset. Sed minime quidquam horum apud eum obtinere valuerunt, asserentem, se minime quidquam redditurum. Accepto itaque responso hoc, reversi sunt ipsi antefati missi Francorum in regionem suam.

*ablata

*suo cert.

*faceret

*faceret

Properantes simul & apostolicæ sedis missi, qui subtilius cuncta referentes, & de maligno proposito prænominati Desiderii annuntiantes antefato excellentissimo, & a Deo protecto Carolo magno regi. Confestim isdem mitissimus, & revera Christianissimus Carolus Francorum rex direxit eidem Desiderio suos missos, id est, deprecans ut easdem, quas abstulerat, pacifice redderet civitates, & plenarias parti Romanorum faceret justitias. Promittens insuper ei tribui quatuordecim millia auri solidorum, quantitatem in auro, & argento. Sed neque deprecationibus, neque muneribus ejus ferocissimum cor flectere valuit. Nihil enim obtinentes ipsi missi Francorum ad præfatum suum Christianissimum regressi sunt regem. Tunc aggregans ipse a Deo protectus Carolus magnus rex universam regni sui Francorum * exercituum multitudinem, atque ad occupandas clusas ex eodem suo exercitu dirigens ipse quoque cum plurimis fortissimis bellatoribus Francis per montem Cinisium ad easdem appropinquavit clausas, & remotus in finibus Francorum cum suis exercitibus resedit. Jam dictus vero Desiderius, & universa Longobardorum * exercituum multitudo ad resistendum fortiter in ipsis clusis assistebant, quas fabricis, & diversis maceriis curiose munire nisi sunt. At vero qua hora prænominatus Christianissimus Francorum rex ad easdem approximavit clusas, illico denuo suos missos ad præfatum direxit Desiderium, deprecans, sicut pridem, ut quantitatem prædictorum solidorum susciperet rex,

*exercitus

*exercitus

rex, & easdem pacifice redderet civitates. Sed nequaquam penitus acquiescere maluit, & dum in tanta duritia protervus ipse permaneret rex Desiderius, cupiens antedictus Christianissimus Francorum rex pacifice justitias beati Petri * recipere, direxit eidem Longobardorum regi, ut solummodo tres obsides Longobardorum judicum filios illi tradidisset pro ipsis restituendis civitatibus & continuo sine ulla * inferta malitia, aut commisso prælio ad propria cum suis Francorum exercitibus reverteretur. Sed neque sic valuit ejus malignam mentem flectere. Unde omnipotens Deus conspiciens ipsius maligni Desiderii iniquam perfidiam atque intolerabilem proterviam, dum vellent Franci alio die ad propria reverti; misit terrorem, & validam trepidationem in cor ejus, vel filii ipsius Adalgisi scilicet & universorum Longobardorum, & eadem nocte dimissis propriis tentoriis atque omni supellectile fugam omnes generaliter nemine eos persequente arripuerunt. Quod cernentes exercitus Francorum persecuti sunt eos, & plures ex eis interfecerunt. Ipse vero Desiderius quantocius cum suis judicibus velociori cursu fugiens, atque Papiam conjungens, ibidem se cum ipsis suis judicibus, & multitudine populi Longobardorum recludi studuit. Et muniens muros ipsius civitatis ad resistendum Francorum exercitibus, & propriam defendendam ciuitatem cum suis Longobardis se præparavit. * Adalgisus vero ejus filius assumens secum Autcharium Francum & uxorem, atque filios sæpedicti Carolomanni, in civitatem quæ Verona nuncupatur, pro eo quod fortissima præ omnibus civitatibus Longobardorum esse videretur, ingressus est.

Porro Longobardi reliqui dispersi in proprias reversi sunt civitates. Nam Spoletini, & Reatini aliquanti eorum utiles personæ, antequam Desiderius, seu Longobardorum ejus exercitus ad clusas pergerent, illi ad beatum Petrum confugium facientes prædicto sanctissimo Hadriano papæ se tradiderunt, & in fide ipsius principis apostolorum, atque prædicti sanctissimi pontificis jurantes more Romanorum tonsurati sunt. Et jam & reliqui omnes ex eodem ducatu Spoletino inhianter desiderabant se * tradendum in servitio beati Petri, sanctæque Romanæ ecclesiæ. Sed metuentes suum regem nequaquam ausi sunt perpetrare, unde dum a clusis fugam arripuissent, omnesque exinde de diversis civitatibus ducatus Spoletini reversi essent, confestim generaliter ad præfatum almificum pontificem confluentes advenerunt, ejusque provoluti pedibus obnixe sanctam ipsius ter beatitudinem deprecati sunt, ut eos in servitio beati Petri, sanctæque ejus Romanæ ecclesiæ susciperet, & more Romanorum tonsurari faceret.

Quos suscipiens profectus est cum eis in ecclesiam beati Petri, & omnes unanimiter a magno usque ad parvum sub * indiculo sacramenti jurejurando promiserunt eidem Dei apostolo in servitio ejus, atque antedicti vicarii ipsius sanctissimi Hadriani papæ, atque omnibus successorum ejus pontificum fideliter permansuros cum filiis, & cuncta eorum generatione. Tunc post præstitum sacramentum omnes more Romanorum tonsurati sunt. Et confestim ipse ter beatissimus bonus pastor, & pater cum omnibus exultans, constituit eis ducem quem ipsi propria voluntate sibi elegerunt, scilicet Hildeprandum nobilissimum, qui prius cum reliquis ad apostolicam sedem refugium fecerat.

Et ita Deo annuente prædictum ducatum Spoletinum generaliter suo certamine isdem præcipuus pontifex sub jure, & potestate beati Petri subjugavit. Sed & omnes habitatores tam ducatus Firmani, Auximani, & Anconitani, simulque & de Castello * Felicitatis, & ipsis dum a clusis Longobardorum fugientes reversi sunt ad præfatum sanctissimum pontificem concurrentes ejus se ter beatitudini tradiderunt. Præstitoque sacramento in fide, & servitio beati Petri, atque ejus vicarii antefati almifici Hadriani papæ, successorumque ejus pontificum fideliter permansuros, more Romanorum tonsurati sunt.

At vero sæpefatus Christianissimus Carolus Francorum rex movens cum suis generalibus exercitibus, atque Papiam conjungens civitatem, eam ex omni parte circumdans vallavit, dirigensque * continuo in Franciam ibidem apud se Papiam adduci fecit suam conjugem excellentissimam Hildegardam reginam, & nobilissimos filios. Et dum agnovisset fugam arripuisse in Veronam prænominatum Adalgisum, relinquens plurimam partem ex suis exercitibus Papiæ, ipse quoque cum aliquantis fortissimis Francis in eamdem Veronam properavit civitatem. Et dum illuc conjunxisset, protinus Autcharius, & uxor, atque filii sæpius nominati Carolomanni, propria voluntate eidem benignissimo Carolo regi se tradiderunt. Eosque recipiens ejus excellentia denuo repedavit Papiam. Qui confestim dirigens cuneos exercituum bellatorum comprehendit diversas civitates Longobardorum ultra Padum constitutas, suæque redegit potestati. Et dum per sex mensium spatium ipse Francorum rex Papiæ demoraretur in obsessione ipsius civitatis, magnum desiderium habens ad limina apostolorum properandi, considerans quod & sacratissima paschalis festivitas appropinquasset: tunc abstollens secum diversos episcopos, abbates etiam & judices, duces nempe, & graphiones cum plurimis exercitibus hic Romam per Tusciæ partes properavit, ita festinanter adveniens, ut in ipso sabbato sancto se liminibus præsentaret apostolicis. Cujus adventum audiens antedictus beatissimus Hadrianus papa, quod sic repente ipse Francorum advenisset rex, in magno stupore, & ecstasi deductus, direxit in ejus occursum universos judices ad fere triginta millia ab hac Romana urbe in locum, qui vocatur Novas, ubi eum cum bandora susceperunt.

Et dum appropinquasset fere uno milliario a Romana urbe, direxit universas scholas militiæ una cum patronis, simulque & pueris qui ad discendas literas pergebant, deportantes omnes ramos palmarum, atque olivarum: laudesque omnes canentes cum acclamationum earumdem laudum vocibus ipsum Francorum susceperunt regem. Obviam illi ejus sanctitas dirigens venerandas cruces, id est, signa, sicut mos est ad exarchum, aut patricium suscipiendum, eum cum ingenti honore suscipi fecit. Ipse vero a Deo institutus benignissimus Carolus magnus Francorum rex, & patritius Romanorum qua hora easdem sacratissimas cruces, ac signa sibi obviam advenisse conspexit, descendens de equo, quo sedebat, ita cum suis judicibus ad beatum

Marginalia: * restituere; * inferta malitia; [Fu]ga miraculosa Longobardorum; * Adalgisus; * consurati. Quod Longobardi solos crines radebant. * radere; * indiculo; * Fulginatis; * concite; Bandora militare signum; Carolus magnus Romæ honorifice excipitur.

tum Petrum pedestris prope rare studuit. Quod quidem almificus antedictus pontifex diluculo surgens in eodem sabbato sancto cum universo clero, & populo Romano ad beatum Petrum properavit ad suscipiendum eumdem Francorum regem, in gradibus ipsius apostolicæ aulæ & eum cum clero suo præstolatus est.

Conjungente vero eodem excellentissimo ac benignissimo Carolo rege, omnes gradus sigillatim ejusdem sacratissimæ beati Petri ecclesiæ deosculatus est, & ita usque ad prænominatum pervenit pontificem, ubi in atrio super gradus juxta fores ecclesiæ assistebat. Eoque suscepto mutuo se amplectentes, tenuit isdem Christianissimus Carolus rex dexteram manum antedicti pontificis. Et ita in eamdem venerandam aulam beati Petri principis apostolorum ingressi sunt, laudem Deo, & ejus excellentiæ decantantes, universus clerus, & cuncti religiosi Dei famuli extensa voce acclamantes: *Benedictus qui venit in nomine domini*, &c. Sicque cum eodem pontifice ipse Francorum rex, simulque & omnes episcopi, abbates, & judices, & universi Franci qui cum eo advenerant ad confessionem beati Petri appropinquantes, seseque proni ibidem prosternentes Deo nostro omnipotenti, & eidem apostolorum principi propria reddiderunt vota, glorificantes divinam potentiam in eo, quod talem per interventionum suffragia ejusdem principis apostolorum concedere jussit victoriam. Expleta vero eadem oratione, obnixe deprecatus est isdem Francorum rex antedictum almificum pontificem, illi licentiam tribui Romam ingrediendi ad sua orationum vota per diversas Dei ecclesias persolvenda. Et descendentes pariter ad corpus beati Petri tam ipse sanctissimus papa quamque antefatus excellentissimus Francorum rex cum judicibus Romanorum, & Francorum, seque mutuo per * sacramentum munientes, ingressus est Romam continuo cum eodem pontifice ipse Francorum rex cum suis judicibus & populo in eodem sabbato sancto.

* sacramenta

Et in basilica salvatoris juxta* Lateranis pariter ingressi ibidem ipse excellentissimus rex cum omnibus suis quoque sancti baptismatis sacramentum antedictus ter beatissimus pontifex celebravit. Et ita postmodum ad beatum Petrum ipse beatissimus repedavit rex.

* Lateranum

Alio vero die illucescente dominico sancto, in ipsa sacratissima paschali festivitate direxit diluculo ipse sanctissimus præsul cunctos judices, & universa obsequia militiæ ad eumdem regem, & cum magno honore eum suscipientes in ecclesia sanctæ Dei genitricis ad præsepe, properavit cum omnibus, qui cum eo advenerant Francis. Et post missarum solennia celebrata perrexit cum prænominato pontifice in Lateranense patriarchium, illicque ad mensam apostolicam pariter epulati sunt. Alio vero die secunda feria simili modo in ecclesia beatri Petri more solito ipse conspicuus pater, & egregius pontifex missarum solennia celebrans Deo omnipotenti, & præfato Carolo excellentissimo regi Francorum, & patritio Romanorum laudes reddere fecit. Tertia vero die, juxta ut mos est, in ecclesia beati Pauli apostoli missas eidem regi fecit. At vero quarta feria egressus prænominatus pontifex cum suis judicibus tam cleri, quamque militiæ in ecclesia beati Petri apostoli pariterque cum eodem rege se ad loquendum conjungens, constanter eum deprecatus est, atque admonuit, & paterno affectu adhortari studuit, ut promissionem quam ejus sanctæ memoriæ genitor Pipinus rex, & ipse præcellentissimus Carolus cum suo germano Carolomanno, atque omnibus judicibus Francis fecerant beato Petro, & ejus vicario sanctæ memoriæ domno Stephano juniori papæ, quando in Franciam perrexit pro concedendis diversis civitatibus, ac territoriis istius Italiæ provinciæ, & contradendis beato Petro, ejusque omnibus vicariis in perpetuum possidendis, adimpleret in omnibus; cumque ipsam promissionem, quæ in Francia in loco qui vocatur Carisiacus, facta est, sibi relegi fecisset, * complacuerunt illi, & ejus judicibus omnia quæ ibidem erant adnexa, & propria voluntate, bono ac libenti animo aliam donationis promissionem ad instar anterioris, ipse antedictus præcellentissimus, & re vera Christianissimus Carolus Francorum rex asscribi jussit per Etherium religiosum, ac prudentissimum capellanum, & notarium suum, ubi concessit easdem civitates, & territoria beato Petro, easque præfato pontifici contradi spopondit, per designationem confinium: sicut in eadem donatione continere monstratur, id est, a Lunis cum insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardone, * id est, in Verceto, deinde in Parma, deinde in Regio, & exinde in Mantua, atque * monte silicis, simulque & universum Exarchatum Ravennatium sicut antiquitus erat, atque provincias Venetiarum, & Histriam, necnon & cunctum ducatum Spoletinum, & Beneventanum.

* complacuit

* inde in

* ponte

Factaque eadem donatione, & propria sua manu ipse Christianissimus Francorum rex eam corroborans, universos episcopos, abbates, duces, etiam & graphiones in * ea asscribi fecit. Quam prius super altare beati Petri, & postmodum intus in sancta ejus confessione ponentes tam ipse Francorum rex quamque ejus judices beato Petro, & ejus vicario sanctissimo Hadriano papæ: sub terribili sacramento sese omnia conservaturos, quæ in eadem donatione continentur, promittentes tradiderunt. Apparem ipsius donationis per eumdem Etherium adscribi faciens ipse Christianissimus rex Francorum, intus super corpus beati Petri subtus euangelia, quæ ibidem osculantur, pro firmissima cautela, & æterna nominis sui, ac regni Francorum memoria, propriis suis manibus posuit. Aliaque ejusdem donationis exempla per scriniarium hujus sanctæ nostræ ecclesiæ descripta ejus excellentia secum deportavit. Reversusque cum suis exercitibus Ticinum, ipse excellentissimus Francorum rex fortiterque debellans, atque obsidens civitatem Papiam, dum ira Dei super omnes Longobardos, qui in eadem civitate erant, grassaretur, atque sæviret, & plures de languoribus, seu mortalitatis clade defecissent, ita Dei nutu eamdem civitatem, simulque & Desiderium Longobardorum regem, atque cunctos qui cum eo erant ipse excellentissimus Francorum rex comprehendit; & suæ potestati cunctum regnum Longobardorum subjugavit. Præfatum vero Desiderium Longobardorum regem & ejus conjugem secum in Franciam deportavit. Erat enim sæpefatus beatissimus pontifex amator ecclesiarum. Hic enim coangelicus vir fecit in ecclesia beati Petri apostoli vestem mitræ

* eam subscribere

Apparem; id est, exemplar.

Desiderius Ticino expugnato captivus abducitur a Carolo.

Hadriani liberalitas in ecclesias.

miræ pulcritudinis ex auro, & gemmis habentem pręfiguratam historiam, qualiter beatus Petrus a vinculis per angelum ereptus est. Item in eadem basilica ab introitu de Rugas usque ad confessionem pavimentum vestivit de argento purissimo, quod pensat libras centum quinquaginta. Fecit etiam in eadem ipsa basilica beati Petri juxta januas majores argenteas cortinas miræ magnitudinis de palliis stauracin, seu quadrapolis. Nam & per universos arcus ejusdem apostolorum principis basilicæ de palliis Tyriis, atque fundatis fecit vela numero sexaginta quinquę. Denique ejus beatitudo fecit & pharum majorem in eadem beati Petri ecclesia in typum Crucis, qui pendet ante presbyterium habentem candelas mille trecentas & septuaginta. Et constituit, ut quatuor vicibus in anno ipsum pharum accendatur; id est in nativitate domini, in pascha, in natali apostolorum, & in natali pontificis. Itemque præfatus sanctissimus pręsul fecit in ea basilica calicem fundatum argenteum pensantem libras quinque, quem & posuit in presbyterio pro eo qui perierat temporibus domni Pauli papæ. Nam & in ecclesia beati Andreæ apostoli sita juxta eamdem beati Petri apostoli ecclesiam, cyburium noviter ex argento mundissimo ipse ter beatissimus pontifex fecit, qui pensat libras centum triginta quinque. Itaque & in ecclesia beati Pauli apostoli investivit corpus ejusdem doctoris mundi ex laminis argenteis pensantibus libras triginta.

Quas addidit isdem sanctissimus præsul; quoniam argentum illud, quod primitus erat, nimis confractum existebat. Item fecit in eadem basilica beati Pauli apostoli cortinam majorem juxta januas principales ex palliis quadrapolis ad instar cortinæ, quam in ecclesia beati Petri fecit. Sed & aliam cortinam majorem fecit ex palliis quadrapolis, quæ pendet sub arcu majore juxta altare: etiam & per diversos arcus ipsius ecclesiæ ex palliis quadrapolis fecit vela numero septuaginta. Atrium vero ipsius beati Pauli ecclesiæ, quod antea desolatum existebat, ubi boves, atque caballi ingrediebantur ad pabulandum propter herbam quę ibidem nascebatur, inspiratus a Deo isdem sanctissimus pontifex ex marmoribus pulcris sternere fecit. In ecclesia Dei genitricis ad præsepe fecit vestes duas super altaré majore, unam ex auro purissimo, atque gemmis habentem assumptionem sanctæ Dei genitricis, & alia de * stauracin ornata in circuitu * blattin. Fecit in ea ecclesia & cortinas majores ex palliis * quadrapolis ad similitudinem, quam in ecclesia sancti Petri fecit.

* stauracio * blattis. * quadraplis, vel quadrnplis.

Sed & per diversos arcus ejusdem basilicæ sanctæ Dei genitrieis simili modo ex palliis quadrapolis fecit vela numero quadraginta duo. In basilica vero salvatoris domini nostri Iesu Christi juxta Lateranum similiter fecit vestem de stauracin, seu cortinam majorem ex palliis quadrapolis, sed & per diversos arcus vela serica numero quinquaginta septem, omnia ex palliis quadrapulis seu stauracin. Fecit in ecclesia beati Laurentii martyris foris muros, scilicet ubi sanctum ejus corpus requiescit, vestem de stauracin, & in ecclesia majore aliam similiter fecit vestem. Nam & tectum ejusdem beati Laurentii basilicæ martyris, quod jam distectum erat, & trabes ejus confractæ, noviter fecit. In basilica autem beati Valentini simili modo fecit vestem de stauracin. In basilica beati Pancratii aliam simili modo de stauracin fecit vestem. In ecclesia vero beati Marci, cujus tectum jam vetustate positum vicinum ruinæ existebat, depositis vetustissimis trabibus, & aliis impositis noviter ipsum tectum, atque porticus in circuitu fecit, eamdemque ecclesiam restauravit. Arcus vero tres, qui vetustissimi erant addens isdem beatissimus pontifex argenti librarum duodecim noviter fecit. Fecit etiam in eadem ecclesia super altari majorè vestem de stauracin, sed & per diversos arcus, ejusdem ecclesiæ ex palliis quadrapolis fecit numero vela viginti septem, simulque & coronam ex eisdem palliis quadrapolis, quę pendet sub trabe, fecit.

Tectum vero basilicæ beati Laurentii ... ad Taurellum, dum nimis vetustissimum inerat omnes ejus trabes novas ibidem posuit, illudque restauravit. Simulque & vestem de quadrapulo super altare ejusdem ecclesiæ fecit; atque obtulit. Basilica vero beati Felicis posita in pineis, quæ in ruina erat, & tectum ejus distectum existebat, facto eodem tecto noviter ipsam ecclesiam renovavit, & vestem super altare ejusdem ecclesiæ de quadropolis faciens obtulit. Renovavit etiam & tectum basilicæ sancti Laurentii, quam Damasi vocant, ubi & vestem super ejus altare de stauracin, simulque & aliam vestem depost altare fecit, ubi requiescit corpus sancti Damasi. Basilicæ itaque apostolorum in via lata porticus in circuitu renovavit, quas antea initiaverat ejus prædecessor domnus Paulus papa, & non expleverat, omnia Deo propitio præfatus beatissimus pontifex reparavit; simulque & tectum maius restauravit. Nam absidam ipsius ecclesiæ cernens isdem beatissimus pontifex jam ruinæ vicinam existentem, " cancalis ferreis eamdem absidam confirmari fecit, & ita eam renovavit. Fecit vestem in eadem in ecclesia super altari majori de stauracin.

" *forte* cancellis.

Cœmeterium item beatorum Petri, & Marcellini via Lavicana juxta basilicam beatæ Helenæ, renovavit, & tectum eju, id est, sancti Tiburtii, & eorumdem sanctorum Petri, & Marcellini noviter fecit, & gradus ejus, qui descendunt ad eorum sacratissima corpora noviter fecit, quoniam nullus erat jam descensus ad ipsa sancta corpora. Fecit in basilica beati Hadriani cerostata argentea pensantia libras duodecim, simulque & * lauduhas duas ex argento pensantia libras octo, quas posuit super rugas de presbyterio, ubi arcus de argento existit. Fecit etiam & vestes duas de stauracin, unam super altare beati Hadriani, & aliam super altare sanctæ Martinæ, sed & vela de palliis quadrapolis numero quindecim in eadem ecclesia fecit. Tectum denique tituli B Priscæ, quod jam casurum erat, & in ruinis positum, noviter fecit, ubi & vestem de stauracin fecit. In ecclesia vero beatorum Cosmę & Damiani in Tribus fatis vestem de stauracin fecit, simulque & cortinam ante absidam ex palliis quadrapolis fecit, necnon & vela ex eisdem quadrapolis fecit numero viginti, & lintea viginti. Nam & per diversos titulos, seu alias ecclesias, atque cunctas diaconias, & monasteria quantacumque infra murum hujus Romanæ urbis existunt, divina inspiratione ignitus ipse sanctissimus pontifex ex palliis, id est, stauracin, seu Tyriis vestes fecit, atque obtulit. Et sicut bonus pastor omnes

* laudanas.

Dei ecclesias tam extra muros hujus Romanæ urbis, quamque infra muros ad laudem Dei restauravit atque decoravit, verum etiam & muros atq; turres hujus Romanæ urbis quæ dirutæ erant, & usque ad fundamenta destructæ renovavit, atque utiliter omnia in circuitu restauravit, ubi & multa stipendia tribuit tam in mercedes eorum qui ipsum murum fabricaverunt, quamque in ipsorum alimentis, simulque & in calce, atque diversis utilitatibus usque ad centum auri libras expendit. Hic beatissimus præsul divina inspiratione ignitus constituit in monasterio sancti Stephani catabarbara patricia situm ad beatum apostolum congregationem monachorum, ibi & abbatem & idoneam personam ordinans. Statuit ut sedulas laudes in ecclesia beati Petri persolvant, sicut & cetera monasteria; ut duo monachi pro latere ipsius ecclesiæ Deo nostro canant laudes: quoniã ipsum monasterium in magna desidia & neglectu incuriaque positum erat, & nullum divinum officium cultu ibidem exhibebatur. Hic beatissimus præsul fecit atque constituit noviter domos cultas quatuor. Vnam quidem quæ vocatur* Capreorum posita in territorio Vigentano milliario ab urbe Roma plus minus quintodecimo; ex qua primitus fundum ipsum Capracorum cum aliis pluribus fundis ei cohærentibus ex hereditaria parentum suorum successione tenere videbatur. Ejus proprii olim existentes, ubi & alios plures fundos, seu casales & massas data juxta recōpensatione ad vicem a diversis personis emere, & eidem domui cultæ addere visus est. Quam videlicet domocultam Capracorum cum massis, fundis, casalibus, vineis, olivetis, * aquæmolis, & omnibus ei pertinentibus statuit per apostolicum privilegium sub magnis anathematis obligationibus, ut in usum fratrum nostrorum perenniter permaneat, & triticum, & hordeum, quodannue in locis ejusdem domocultæ natum fuerit, diligenter in horreo sanctæ nostræ ecclesiæ deferatur, & sequestratim reponatur. Vinum vero, seu diversa legumina, quę in prędiis, ac locis ipsius antefatæ domocultæ annue nata fuerunt simili modo curiose in paracellario prænominatæ sanctæ nostræ ecclesiæ deducantur, & separatim reponantur.

*Capracorū

*aquimolis,

Sed & porcos, qui annue in casalibus sæpius dictæ domocultæ inglandati fuerint capita centum exinde occidantur, & in eodem paracellario reponantur. Decernens ejus ter beatitudo, atque promulgans sub validissimis obligationibus, interdictionibus, ut omni die centum fratres nostri Christi pauperum etiam si plures fuerint, aggregentur in Lateranensi patriarchio: & constituantur in porticu quæ est juxta scalam, quæ ascendit in patriarchio, ubi & ipsi pauperes depicti sunt & quinquaginta panes pensantes per unum quemque panem libras duas, simulque & decimatas vini duas pensantes per unam quãque decimatam libras sexaginta, & caldaria plena de pulmento erogentur omni die per manus unius fidelissimi paracellarii eisdem pauperibus, accipiens unusqnisque eorum portionem panis, atque portionem vini, id est, cuppam capientem calices duos, nec non & carnem de pulmento: ita videlicet statuens ejus almifica beatitudo promulgavit una cum sacerdotali collegio, ut in nullis aliis utilitatibus ex frugum reditibus, vel diversis peculiis antefatæ domocultæ erogetur aut expendatur, nisi tantummodo in propriis subsidiis, & quotidianis alimentis prædictorum fratrum nostrorum Christi pauperum cuncta proficiant, atque perenniter erogentur. Alias vero tres domoscultas, videlicet Galeriam positam via Aurelia milliario ab urbe Roma plus minus decimo ad sanctam Rufinam cum fundis, & casalibus, vineis, olivetis, atque molis, vel omnibus ei pertinentibus. Reliquas vero duas, id est, aliam Galeriam positam via Portuensi milliario ab urbe Roma plus minus duodecimo cum fundis, & casalibus, vineis, aquimolis, seu monasterium beati Laurentii positum in insula portus Romani cum vineis ei pertinentibus, simulque & Lecticariam, quæ vocatur Asprula. Verumetiam & aliam domumcultam, quæ vocatur Calvisianum cum fundis, & casalibus, vineis, olivetis, aquimolis, & omnibus ei pertinentibus, posita via Ardeatina milliario ab urbe Roma plus minus quintodecimo. Quas videlicet tres domoscultas scilicet Galeriam, Calvisianum, & aliam Galeriam, statuit ejus ter beatitudo per apostolicum privilegium sub validis anathematis obligationibus, ut in usu, & propria utilitate sanctę nostrę ecclesiæ perenniter permaneant.

At vero cum omnibus spiritalibus studiis, quæ isdem ter beatissimus, atque almificus pontifex tam per augmentum, & utilitatem profectibus sanctę Romanæ ecclesię perficiendis, quamque pro restaurationibus ecclesiarum Dei, & diuini cultus melioratione gerere videbatur, magnam etiam solicitudinis curam & amoris affectum in sanctam ac venerandam patriarchii domum certum est habuisse. Vnde ex nimii fervoris dilectione pro honore beati Petri apostolorum principis, & ornatu ipsius sancti patriarchii construxit, atque ædificavit ibidem noviter turrem miræ pulcritudinis decoratam cohærenti porticu, quæ descendit ad balneum. Vbi & deambulatorium, scilicet, solarium suum cum cancellis ęreis nimis pulcerrime construi fecit: sed & porticum ipsam, quæ vetustate diruta inerat, nimis utiliter renovavit. Et picturis atque marmoribus eamdem turrem, & cuncta ædificia ab eo noviter constructa decoravit. Itaque isdem ter beatissimus, & revera præcipuus pater, atque bonus pastor, egregiusque prę̃sul tanto amoris affectu fervens erga nutritorem suum beatum Petrum principem apostolorum, dum cunctum ornatum ejusdem apostolicæ aulæ tam in præclaris ex auro & gemmis vestibus, seu diversis palliis, & aliis ornamentis ex auro & argento in eadem apostolica aula fecit, atque obtulit. Etiam & omnes ejus gradus majores, qui ascendunt in atrium, simulque & ex duabus porticibus, quæ ascendunt in eamdem ecclesiam ex utriusque lateribus renovavit, sed & cunctum pavimentum ipsius ecclesiæ, ubi marmora confracta erant, adhibitis aliis pulcerrimis melioribus marmoribus renovavit. Porticus vero ex utriusque lateribus suprascriptæ ecclesiæ, in quibus confractæ trabes inerant, & tectum ruinæ vicinum positum erat, positis novis trabibus ipsum tectum noviter faciens restauravit. Fecit etiam ter beatitudo ejus imagines sex ex laminis argenteis investitas. Ex quibus tres posuit super rugas, quæ sunt in introitu ecclesiæ presbyterii, ubi & regularem ex argento investito fecit, & posuit super eumdem regularem præfatas tres imagines, in medio quidem unam existentem, habentem

depictum vultum salvatoris, & ex utriusque lateribus imagines habentes depictas effigies. Vnā beati Michaelis, & aliam beati Gabrielis angelorum. In superiori vero ruga, id est, in medio presbyterii, faciens aliam regularem ex argento invēstito, constituit super eam reliquas tres imagines in medio quidem habentem præfiguratum vultū sanctæ Dei genitricis, & ex duobus lateribus unam, habentē vultum depictum sancti Andreæ apostoli. Et aliam sancti Ioannis euangelistæ, utrasque vero sex imagines, ut dictum est, de laminis argenteis nimis pulcerrime factas deauravit, in quibus imaginibus posuit argenti libras centum. At vero jam per evoluta viginti annorum spatia forma, quę vocatur Sabbatina nimis confracta existens, per quam decurrebat aqua per centenarium in atrio ecclesiæ beati Petri apostoli, simulque & in balneo juxta eamdem ecclesiam sito, ubi fratres nostri Christi pauperes, qui ad accipiendam eleemosynam in paschalem festivitatem annue occurrere, & lavari solebant, & ex qua diversæ molæ in genuculo * machinabantur aqua ex eadem forma neque in atrium beati Petri, neque infra civitatem decurrebant, dum ipsa forma, ut dictum est, diruta extitit, ob centum arcus ipsius formæ magnæ altitudinis constructos, & a fundamentis demolitos, atque destructos, ut jam nulla spes videretur esse eosdem arcus, vel fractam formam reædificandi, atque restaurandi: Ipse beatissimus, ac sanctissimus præsul aggregans multitudinem populi per semetipsum ad fabricandum atque restaurandum eamdem formam præparavit, & tantam curam, ac sollicitudinem in ejusdem formæ fabrica exhibuit, quod etiam noviter a fundamento eam renovavit, atque restauravit, & confestim centenarium illud, quod ex eadem forma in atrio ecclesiæ beati Petri decurrebat, dum nimiam neglectus incuriam plumbum ipsius centenarii furtim jam plurima ex parte exinde ablatum fuisset, reliquum plumbum conquassatum, protinus isdem præcipuus pastor addita multitudine plumbi ipsum centenarium noviter fecit, &, Deo auspice, aqua in atrio beati Petri, simulque & in præfato balneo, verum etiam & intus civitatem, id est, in Genuculo, ubi molæ machinabantur, sicut antiquitus, abundanter decurrere fecit. Simulque isdem beatissimus pontifex fecit in basilica beati Pauli apostoli ex laminis argenteis imagines tres, quæ ponuntur super rugas in introitu presbyterii. Vnam quidem habentem vultum depictum salvatoris domini nostri Iesu Christi, & ex utrisque lateribus imagines depictas habentes effigies angelorum, qui pensant libras viginti quatuor. Fecit & in basilica apostolorum in via lata vela de palliis sericis numero viginti, & linea viginti. In ecclesia vero beati Laurentii martyris, atque Levitæ foris muros hujus civitatis Romanæ fecit vela ex palliis sericis numero viginti, & linea viginti.

[* machinabāt]

Nam & in ecclesia beatę Dei genitricis ad martyres simili modo fecit vela de palliis sericis numero viginti, & linea viginti. Item isdem sanctissimus pontifex fecit per diversos titulos vela de stauracin, seu Tyria per unumquemque titulum numero viginti, & linea viginti, fiunt simul vela serica numero quatuor centum, & quadraginta.

Ipse vero præcipuus pontifex fecit imagines ex laminis argenteis deauratis habentes effigiem salvatoris domini nostri Iesu Christi, quæ posita est super introitu basilicæ beati Petri apostoli, ubi portæ argenteæ existunt, quæ pensant libras quinquaginta. Nam & per diversas diaconias fecit simili modo vela stauracia, seu Tyria pro unaquaque diaconia numero sex, quæ fiunt simul vela numero nonaginta sex. Item isdem sanctissimus præsul, formam quæ * Iobia vocatur, quæ per evoluta viginti annorum spatia nimis confracta jacebat, a fundamentis restaurare fecit. Simili modo fecit & in basilica beati Pancratii martyris, quæ est foris muros hujus civitatis Romanæ vela de stauracin seu Tyria numero triginta octo, & linea triginta octo, & in basilica beati Stephani protomartyris in Cœlio monte fecit vela de stauracin seu Tyria numero viginti, & linea viginti. Sed & in basilica beati Apollinaris simili modo vela de octaplo numero decem, & linea decem. Item in basilica beati Valentini martyris, quæ sita est foris muros hujus civitatis Romanæ similiter fecit vela de stauracin, seu octapli numero viginti duo, & linea viginti duo.

[* Iovia.]

Dum vero forma, quæ Claudia vocatur, per annorum spatia demolita esse videbatur, unde & in balneis Lateranensibus de ipsa aqua lavari solebat, & in baptisterio ecclesiæ salvatoris domini nostri Iesu Christi, in plures ecclesias in die sancto Paschæ decurrere solebat. Et dum modica aqua de prænominata forma intus civitatem decurrebat, prospiciens præcipuus, & coangelicus præsul, aggregans multitudinem populi ex partibus Campaniæ per semetipsum ad fabricandum atque restaurandum eamdem formam totis viribus properavit, ut tantam curam ac sollicitudinem in ejusdem formæ fabrica exhibuit. Qui etiam noviter eam renovavit, atque restauravit, & confestim ex eadem forma aquæ in præfata balnea etiam & intus civitatem sicut antiquitus abundanter decurrere fecit. Hujus temporibus defunctus Leoninus consul & dux, postmodum vero monachus, ob veniam suorum delictorum tres uncias massæ * Aratianæ, qua ex hereditate parentum suorum fruebatur, sitas ab hac Romana urbe milliario sextodecimo via Ardeatina, in quo & ecclesiam beati Edistii esse dignoscitur, quam ipse beatissimus papa magnæ constructionis fabricis decoravit, ampliavitque in easdem tres uncias suprascriptæ massæ Aratianæ alias sex uncias a Petro comite, atque Agnete relicta Agathonis scriniarii, Theodatæ relictæ quondam Dominici * Perfectorii. Fines etiam ex omni parte conquisivit. Data enim digna compensatione nemini vim inferens, sed magis, ut condecet patri, cuncta secus eumdem locum amica pactione emit prædia. Et domumcultam beato Petro eumdem locum jure perpetuo statuit permanendum. Quem & domumcultam sancti Edistii vocant usque in hodiernum diem.

[* Aricinæ]

[* Præfectorii.]

Pariter etiam & massa, quæ vocatur Acatiana, quæ juxta eamdem domumcultam esse videtur ab eodem Leonino beato Petro concessa est. Item ipse ter beatissimus prę̨sul in basilica majori, quæ appellatur sanctæ Dei genitricis, qui aderat juxta basilicam beati Laurentii martyris, atque Levitæ, ubi ejus sanctum corpus requiescit foris muros hujus civitatis Romæ, obtulit vela de stauracin, seu quadrapolis numero quindecim & linea quindecim.

Tectum vero tituli beati Clementis, quod etiam casurum erat & in ruinis positum regionis tertiæ noviter restauravit, nec non & basilicam beati Silvestri confessoris, atque pontificis sitam in Orfea, quæ jam in ruinis posita erat, & tectum ejus dirutum existebat, facto eodem tecto, noviter ipsam ecclesiam renovavit. Simili modo & in famosissima, totoque orbe terrarum præclara veneranda basilica beati Petri apostolorum principis, dum per olitana tempora vetustissimas trabes, quæ ibidem existebant, cerneret isdem præcipuus pontifex, mittens Ianuarium vestararium suum, cognoscens eum idoneam personam, cum multitudine populi mutavit ibidem trabes numero quatuordecim, atque totum ejusdem basilicæ tectum, & porticus noviter restauravit. Hic idem almificus præsul divina inspiratione repletus, atque misericordia motus formæ, quæ virginis appellatur, dum per annorum spatia demolita atque a ruinis plena existebat, vix modica aqua in urbem Romam ingrediente, prospiciens, sicut benignissimus & pius pastor, noviter eam restauravit, & tantam abundantiam aquæ effudit, ut pene totam civitatem satiarit.

Tectum denique basilicæ beati Ianuarii martyris, sitæ ad portam beati Laurentii martyris atque Levitæ, noviter restauravit. Item in cœmeterio beatorum martyrum Abdon & Sennen, foris portam Portuensem, vestem de stauracin fecit atque obtulit.

Hic enim coangelicus vir divina inspiratione ignitus constituit diaconias tres foris portam beatorum apostolorum principis, id est, unam quidem sanctæ & gloriosæ semper virginis Dei genitricis Mariæ dominæ nostræ, quę sita est in* Atriano: Aliam vero suprascriptæ & intemeratæ dominæ nostræ, quæ sita est foris portam beati Petri apostoli in caput porticus: Nec non & aliam diaconiam quæ appellatur sancti Silvestri juxta hospitale sancti Gregorii. Quas suprascriptas diaconias hic almificus vir in abditis sine misericordiæ fructu reperiens noviter restauravit. Vbi & dona plurima mobilia atque immobilia pro remedio animæ suæ obtulit, & constituit, ut per unamquamque hebdomadam quintæ feriæ die cum * psallentio a diaconia usque ad balneum pergerent, & ibidem despensatione per ordinem pauperibus consolari, atque eleemosynam fieri. Imo hic ipse sępius nominatus sanctissimus præsul, in basilica vasis electionis beati Pauli apostoli, cernens existentes trabes per prisca tempora vetustas ad modicumque ruituras fecit sicut superius in basilica beati Petri principis apostolorum, cuncta disponens per Ianuarium fidelissimum * Vestararium suum cum multitudine populi. Sed & ipse ter beatissimus pastor per semetipsum frequentans totam noviter restauravit, & mutavit trabes majores numero triginta quinque, & per circuitum ejusdem ecclesiæ noviter restauravit. Hic autem ter beatissimus, & apostolicus vir dum diligentissima exquisitione sua reperisset monasterium Honorii papæ in nimiam desolationem per quamdam negligentiam venire, divina inspiratione motus noviter ædificavit, atque ditavit, & abbatem cum ceteris monachis regulariter ibidem vitam degentes ordinavit, & constituit eos, ut in basilica salvatoris, quæ & Constantiniana dicta est juxta Lateranense patriarchium posita, officia celebrarent, hoc est, matutinam horam, primam, tertiam, sextam, sed & nonam etiam & vespertinam ab uno choro quidem, qui dudum singulariter in utroque psallebant monachi ex monasterio sancti Pancratii ibidem posito: & ab altero choro, monachi jam fati monasterii sancti Andreæ, & Bartholomæi, Honorii papę; quatenus piis laudibus, pariter psallentes hymniferis choris læti resonent cantus reddentes domino gloriosos melos, persæpius memorantes venerandi pontificis nomen, scilicet in sæcula memoriale ejus pangentes carminibus.

* atrio:

* id est cantu psalmorum

* for. vestiarium.

Hic idem sanctissimus præsul in domoculta quam Capracorum vocant, quam ex jure proprio suo obtulit pro alimoniis pauperum beato Petro apostolorum principi nutritori suo, a solo fundavit, atque ædificavit ecclesiam, simulque speciose ornavit, & in nomine ejusdem Deo factori suo dedicavit, recondens in ea reliquias ex vestimentis salvatoris domini nostri Iesu Christi, & ejusdem Dei genitricis, semperque virginis Mariæ, atque duodecim apostolorum, & aliorum venerabilium martyrum, in quam sacratissimam ecclesiam cum cuncto clero suo, senatuque Romano pergens cum nimia gloria seu exultatione pariter ovantes, & in pauperes Christi ibidem magnam consuetam eleemosynam faciens translatavit, atque introduxit in eam corpora sanctorum martyrum, simulque pontificum, videlicet corpus sancti Cornelii martyris, & pontificis, successorisque ejus sancti Lucii martyris, atque pontificis, & corpus sancti Felicis simili modo martyris seu pontificis, pariterque corpus sancti Innocentii confessoris, atque pontificis: quos ut patronos in domino almus sacer pontifex ob amorem sanctæ sedis apostolicę, in qua & pręsederunt, sicut decuit, honoravit. Necnon & tectum tituli beatæ Susannæ martyris inter duas domos situm juxta sanctum Quiriacum; quod jam casurum erat, & in ruinis positum, noviter restauravit. Simili modo & titulum beati Cyriaci martyris. Ecclesiam sancti Laurentii ad Formosam pariter a novo restauravit.

Imo & basilicam salvatoris, quę & Constantiniana vocatur juxta Lateranense patriarchium in ruinis positam una cum quadriporticis suis, atriisque: & fontes noviter, sicut ecclesias beatorum principum Petri Pauli, renovavit, in qua & mutavit trabes majores numero quindecim. Item hic idem almificus præsul monasterium sancti Laurentii, quod in Palatinis in desertis, reperit, noviter restaurans, atque in omnibus ditans, conjunxit cum alio monasterio juxta ipsum posito scilicet sancti Stephani, quod cognominatur Baganda, & ordinavit monachos, & constituit ut a in titulo beati Marci pontificis atque confessoris officio fungerentur, id est, matutina hora, prima, tertia & sexta, atque nona, seu vespertina, psallerent pro requie animæ suę. Sed & in prędicta basilica beati Marci fecit alios arcus argenteos numero sex, pensantes simul libras quinquaginta quinque, pariterque & calices ministeriales a catholica procedentes ex purissimo reparavit, pensantes libras novem & semis.

Hic quippe præsagus vir considerans plurimi populi salutem, super ripam fluminis porticum, quę ducit ad beatum Petrum apostolum, arctam, & angustam existentem, per quem viam transeuntes ad eundem beatum apostolorum principem Petrum perveniebant, plusquam duodecim millia tu fos in litore aluei fluminis in fundamentis

mentis ponens a solo usque ad summum tectum A miræ magnitudinis porticum reparavit: & usque ad gradus beati Petri restauravit. Diaconiam vero sanctæ Dei genitricis, semperque virginis Mariæ scholæ Græcæ, quæ appellatur Cosmedin, dudum brevem in ædificiis existentem sub ruinis positam restauravit: nam maximum monumentum de Tiburtino tufo super eam dependens, per anni circulum plurimam multitudinem populi congregans, multorumque lignorum struem incendens demolitus est, simulque collectionem ruderum mundans a fundamentis ædificans, prædictamque basilicam ultro citroque spatiose largans, tresque absidas in ea constituens, præcipuus antistes, veram Cosmedin amplissimam a novo reparavit. Pariterque & titulum beati Laurentii martyris, quam Lucinæ dicunt, seu ecclesiam beati Martini sitam juxta titulum sancti Silvestri. Simulque & basilicam beati Agapiti martyris foris muros juxta sanctum Laurentium positam reparavit: quæ præfatæ ecclesiæ a priscis temporibus marcescentes in ruinis mole defecerant: quas præcipuus antistes fervens in amore Spiritus sancti in omnibus una cum porticibus earum a novo nimio decore renovavit. Verum etiam tituli sancti Sixti, sed & basilicæ sancti Hadriani a novo simili modo renovavit ædes. Et basilicam beati Pancratii martyris nimia vetustate dirutam atque ruinis præventam isdem almificus in integrum a novo nimio decore una cum monasterio sancti Victoris ibidem sito restauravit. Item præcipuus præsul basilicam sanctæ Dei genitricis ad præsepe, quæ a priscis temporibus tota marcuerat, ultro citroque restauravit, & in sarta tecta ejusdem ecclesiæ posuit trabes majores viginti.

Simili modo & basilicam sancti Eusebii undique renovavit. Cameram vero beati Petri apostolorum principis in omnibus destructam atque dirutam exemplo olitano exculpens diversis coloribus a novo fecit. Porticum vero, quæ ducit ad beatum Paulum apostolum, a porta una cum ecclesia sancti Eupli usque ad prædictam basilicam sancti Pauli a novo restauravit. Imo & porticum, quæ ducit ad sanctum Laurentium foris murum a porta usque in eamdem basilicam a novo construxit. Hic idem almificus pater eamdem basilicam sancti Laurentii martyris, ubi sanctum corpus ejus requiescit, annexam basilicæ majori, quam dudum isdem præsul construxerat, ultro citroque a novo restauravit.

Imo & ecclesiam sancti Stephani juxta eas sitam, ubi corpus sancti Leonis episcopi & martyris quiescit, similiter undique renovavit, una cum cœmeterio beatæ Cyriacæ, seu ascensum ejus. Verum etiam & basilicam Ierusalem, quæ in Sessoriano sita est, & olitanas ejus quæ marcuerant trabes, mirifice ipsas mutans in omni restauravit parte.

Pariter & templum apostolorum, quod appellatur Eudoxiæ ad vincula, totam ejus a novo restauravit ecclesiam. Imo & basilicam sanctæ Rufinæ, & Secundæ, quæ ponitur in episcopio Silvæ candidæ, quæ olitana vetustate marcuerat, una cum baptisterio summo studio renovavit, videlicet & basilicam beati Petri apostoli sitam via Appia in silice ultra sanctum Thomam apostolum non procul a tricesimo, desolatione ruinisque præventam a novo una cum baptisterio restaurans mole magnitudinis decoravit.

Pariter & basilicam sanctorum Cosmæ & Damiani sitam in Tribus fatis, quia nimia vetustate similiter trabes ejus marcescentes defecerant, a novo totam restauravit. Et ecclesiam beati Ioannis Baptistæ sitam juxta portam Latinam ruinis præventam in omnibus a novo renovavit. Verum etiam & ecclesiam apostolorum foris portam Appiam milliario tertio in loco qui appellatur Catacumbas, ubi corpus beati Sebastiani martyris cum aliis quiescit, in ruinis præventam a novo restauravit. Imo & titulum Pudentis, id est, ecclesiam sanctæ Potentianæ in ruinis positam noviter reparavit: sed & basilicam sancti Theodori sitam intra velum juxta domum cultam Sulpitianam, nec non & basilicam sancti Petri positam in Massa Merulana, per olitana dirutas tempora a solo renovavit. B Hujus denique temporibus defunctus Mastalus primicerius reliquit pro anima sua in potestate prædicti pontificis pauperibus Christi de sua propria hereditate erogari: quare uno consensu heredes prædicti Mastali dederunt, atque venumdaverunt eidem magno præsuli cum fundis, atque casalibus ecclesiæ sancti Leucii portionem eis competentem positam via Flaminia milliariis ab urbe Roma plus minus quinque, & in auro solidos mancusos numero ducentos. Quorum & provinciam jam fati Mastali heredes Christo dederunt. Portio vero Gregorii secundicerii quam in suprascriptis casalibus sancti Leucii habere C disnoscebatur, pro secundicerii honore eidem almo præsuli ab eodem Gregorio concessa est, & dum ipsa sancti Leucii ecclesia in ruinis eximiis, atque vepribus circumvallata perisset a novo eam restaurans miræ magnitudinis domocultam ibidem beato Petro nutritori suo ædificavit, & in perpetuum concessit: & ea in fines ampliavit tam ex hereditate Paschalis, quamque ex commutatione heredibus quondam Luciæ seu Ioannis primicerii, vel diversorum locorum facta. Hic fecit in basilica beatæ Petronillæ ad beatum Petrum apostolum arcus argenteos sex pensantes libras quinquaginta. Titulum D vero sanctæ Praxedis ex parte ruentem in integrum renovavit. Imo & basilicam S. Eugeniæ tam intus quamque foris a novo restauravit.

Simili modo & basilicam S Gordiani, atque Epimachi, seu cœmeterium eiusdem ecclesiæ Simplicii atque S. Æmiliani, atque Quarti & Quinti martyrum, & beatæ Sophiæ una cum cœmeterio sancti Tertullini foris portam Latinam a novo renovavit, nec non & ecclesiam beati Tiburtii & Valeriani, atque Maximi, seu basilicam sancti Zenonis una cum cœmeterio sanctorum Urbani pontificis, felicissimi, & Agapiti, atque Ianuarii & Cyrini martyrum foris portam Appiam uno cohærentes loco, quæ ex priscis E marcuerant temporibus a novo restauravit. Itemque titulum sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ, quæ vocatur Callisti trans Tiberim a novo in integrum ex omni restauravit parte: simili modo & titulum sancti Marcelli Via lata situm a novo restauravit. Et basilicam cœmeterii sanctorum martyrum Hermetis, Proti & Hyacinthi atque basilicam miræ magnitudinis innovavit. Cœmeterium vero sanctæ Felicitatis via Salaria una cum ecclesiis sancti Silvani martyris, & sancti Bonifacii confessoris, atque pontificis uno cohærentes solo miræ restauravit magnitudinis. Sed & basilicam sancti Saturnini in prædicta via Salaria positam una cum cœmeterio sanctorum Chrysanthi, & Dariæ renovavit,

vit, atque cœmeterium ſanctæ Hilariæ innova- A vit. Imo & cœmeterium Iordanorum, videlicet ſanctorum Alexandri, & Vitalis, & Martialis martyrum, ſeu ſanctarum ſeptem virginum a novo reſtauravit. Pariter in eadem via Salaria cœmeterium ſancti Silveſtri confeſſoris atque pontificis, aliorumque ſanctorum multorum, in ruinis poſitum renovavit, nec non & eccleſiam ſancti Felicis poſitam foris portam Portuenſem à novo reſtauravit. Simulque & baſilicam ſanctorum Abdon & Sennen, atque beatæ Candidæ una cum ceteris ſanctorum cœmeteriis in idipſum pariter renovavit. Idem egregius præſul præfatus baſilicam ſcilicet beati Hadriani B martyris, & ſanctorum Coſmæ & Damiani, a novo reſtauravit: diaconias conſtituit, in quibus & multa bona fecit per ſuam ſempiternam memoriam, concedens eis agros, vineas, oliveta, ſervos, ancillas, & peculia diverſa atque res mobiles, ut de reditu eorum crebris exactionibus diaconiæ proficientes pauperes Chriſti reficerentur.

In præfata vero diaconia ſancti Hadriani obtulit in argento caniſtra duodecim, amam unam, ſcyphum unum, patenam unam, calicem unum, amulam offertoriam unam, penſantes libras ſexaginta & ſeptem. Item per nimis ſolertem cu- C ram, atque induſtriam aquæ ductus Sabbatinæ a novo formatæ a fundamento ædificans, fautori ſuo beato Petro apoſtolo fluentem aquam perduxit, tam in fontem baſilicæ, qui per vehicula implebatur, quam in atrium eiuſdem baſilicæ & ſimul in balneum utilitatem peregrinorum ibidem ſervientium procurans. Imo & baſilicam ſancti Secundini poſitam in urbe Præneſtina, ubi corpus eius quieſcit, in ruinis poſitam a novo reſtauravit.

Pariter etiam, & in baſilica beati primi martyris Stephani ſita in Cœlio monte, quæ per olitana tempora marcuerant, maximas in ea trabes vaſta mole: quin etiam porticus mirifice intrinſecus & extrinſecus à novo renovavit. Porro & in baſilica beatæ Eugeniæ, quam iam dudum eius D renovaverat almitas, ſolertem in ea gerens curam, monaſterium puellarum noviter ibidem a fundamentis ædificans, conſtituit, ut jugiter illic Deo canerent laudes, videlicet hora prima, tertia, nona, veſpera, matutina. In qua & plura obtulit dona, id eſt, agros, vineas, domos, ſervos, & ancillas, diverſiſque peculiis, & ceteris mobilibus rebus dotavit. Sed & in titulo Pammachii, ſanctorum Ioannis & Pauli, quæ per elapſos marcuerant annos, omnia ſarta tecta ejuſdem tituli renovavit.

Hic vero egregius ſacerdos ob nimium amorem confeſſionem beati Petri totam intus ex au- E ro puriſſimo in laminis diverſiſque hiſtoriis compte ornavit, pondera trecentarum librarum ponens, & in poſtem ſuperius ejuſdem ſacrę confeſſionis auri mundiſſimi libras tredecim, pari modo & in ipſius apoſtoli confeſſionis liminari inferiori libras viginti quinque. Aſpectum vero altaris ſuper eamdem confeſſionem atque dextra lævaque parte juxta gradus jam dictæ confeſſionis, addens in ea argenti libras centum triginta ſex * curioſe renovavit, ejuſque hiſtorias ex auro puriſſimo libris decem & octo nitidiſſime deauravit. Simulque & cantharas in eadem Dei eccleſia apoſtoli numero decem renovavit, addens in eis argenti libras centum: ante januas vero argenteas, fecit caniſtros argenteos duodecim penſantes libras triginta ſex. Simili modo & in turre caniſtros argenteos duodecim penſantes inibi libras quadraginta quinque. In eadem quippe beati Petri eccleſia per diverſas coronas fecit delphinos ex argento librarum centum. Et in eccleſia beati Pauli apoſtoli inſtar eorum quos poſuerat in eccleſia S. Petri delphinos poſuit argenteos librarum centum octuaginta; pariter & in eccleſia ſalvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana fecit delphinos argenteos librarum triginta. Fecit & in eccleſia beati Petri per diverſa oratoria caniſtra argentea numero duodecim penſantia ſimul libras quadraginta. Et rugas in preſbyterio a parte virorum & mulierum ex argento puriſſimo penſantes libras centum triginta, nec non & alias rugas in caput preſbyterii ante confeſſionem ex argento penſantes ſimul centum & quatuor. Et in eccleſia ſanctæ Dei genitricis Mariæ trans Tiberim fecit caniſtra argentea quinque penſantia ſimul libras quindecim. Enimuero in baſilica S. Dei genitricis, quæ eſt ad præſepe in altari ipſius præſepii fecit laminas ex auro puriſſimo hiſtoriis depictis penſantes ſimul libras quindecim. Eccleſiam vero beatæ Agnetis martyris, ſeu baſilicam beatæ Emerentianæ, pariter etiam & eccleſiam beati Nicomedis ſitam foris portam Numentanam, ſimul & cœmeterium beati Hippolyti martyris juxta S. Laurentium, quæ a priſcis marcuerant temporibus, a novo renovavit. Pari modo & eccleſiam beati Chriſti martyris Stephani ſitam juxta prædictum cœmeterium ſancti Hippolyti ſimiliter reſtauravit. Fecit vero & in confeſſione beati Pauli apoſtoli ex auro puriſſimo imaginem in modum euangeliorum, intus ſuper ejuſdem ſacratiſſimum corpus penſantem libras viginti. Idem vero omnium bonorum præcipuus præſul a novo dedicavit, atque conſtituit monaſterium ſanctorum Hadriani, atque Laurentii, quod in ruinis marceſcebat a priſcis temporibus, & tanquam crypta, a ſæcularibus inhabitabatur. Ipſe vero egregius antiſtes a novo id reſtauravit in prædictorum ſanctorum videlicet Hadriani & Laurentii nomine, in quo & multa donavit tam in auro, quamque & in argento, ſeu in agris, atque in familiis diverſiſque peculiis, ſimulque & ex mobilibus. Et conſtituit in baſilica ſanctæ Dei genitricis, ſemperque virginis Mariæ ad præſepe & in ceteris monaſteriis ibidem conſtitutis, Deo die noctuque canentes ſolitas dicere laudes. Fecit ibidem præfatus antiſtes in confeſſione beati Laurentii martyris foris murum imaginem ex auro puriſſimo in modum euangeliorum ejuſdem beati Laurentii effigies continentem, quæ penſat libras quindecim. In eccleſia vero ſalvatoris, quæ vocatur Conſtantiniana, fecit ante veſtibulum altaris aureas tres gabatas penſantes libras decem. Sed & in baſilica beatæ Dei genitricis ad præſepe fecit delphinos argenteos per diverſas coronas penſantes libras viginti quatuor. Præſtantiſſimus idem eximius antiſtes fecit in eccleſia beati Petri apoſtoli ad corpus imaginem, quæ dudum ex argento inerat ſalvatoris, ſanctæ Dei genitricis, ſanctorum apoſtolorum Petri ac Pauli, atque Andreæ de auro puriſſimo miræ magnitudinis penſantem libras ducentas.

Hic elegantiſſimus Præſul, atque fortiſſimus rectæ fidei prædicator, direxit miſſos ſuos, videlicet preſbyterum Petrum S. Romanæ eccleſiæ, & Petrum religioſum abbatem venerabilem monaſterii

* carioſum

monasterii sancti Sabæ, quæ appellatur cella nova, ad imperatorem Constantinum, & matrem ejus Irenen, adhortans eos, atque fideliter prædicans per suas apostolicas literas pro sacris imaginibus erectionem, qualiter per testimonia scripturarum, seu traditionem probabilium patrum a priscis temporibus usque hactenus orthodoxe venerantur in sancta catholica & apostolica Romana ecclesia, quod præfati imperatores eamdem venerantes, atque amplectentes apostolicam epistolam, concilium in Nicæa congregari fecerunt trecentorum quinquaginta episcoporum, qui secundum doctrinam prædicationis apostolicæ epistolæ nimirum crediderunt. Hi promulgantes censuerunt, & per synodum universalem definierunt unanimi assertione pro honorandis imaginibus erectionem: Quam synodum jam dicti missi in Græco sermone secum detulere una cum imperialibus sacris manibus propriis subscriptam, eamque prædictus egregius antistes in Latinam linguam translatari jussit, & in sacra bibliotheca pariter recondi, dignam ibi orthodoxæ fidei memoriam æternam faciens. Hic idem eximius papa altare beati Pauli apostoli una cum ejusdem confessionis foribus auro mundo sacris decorans historiis mirifice ornavit pensante libras centum triginta, sed & sarta tecta tituli sanctorum Quatuor Coronatorum, quæ in ruinis existebant, trabes ibidem plures imponens, omnia a novo restauravit. Item fecit patenam & calicem in basilica beati Petri apostoli pro quotidianis ministeriis ex auro purissimo, pensantes simul libras viginti quatuor. Item beatissimus vir fecit in ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ ad præsepe patenam & calicem sanctum ex auro obrizo pensantes libras viginti. Item in titulo Eudoxiæ, videlicet beati Petri apostoli ad vincula, fecit canistra duodecim pensantia libras sex & triginta: & delphinos per diversas coronas triginta quinque pensantes libras octo, pariterque & ecclesiam beatæ Sabinæ sitam in territorio Ferentinello a novo reparavit. Hic ipse almificus præsul fecit in basilica beati Petri apostoli patenam ex auro obrizo cum calice sancto, pensantes simul libras viginti.

Similiter & in ecclesia beati Laurentii martyris foris murum, fecit ex auro purissimo patenam cum calice sancto, pensantes simul libras quindecim. Item diaconiam sanctorum Sergii & Bacchi ejusdem diaconiæ dispensator propter metum templi, quod situm super eas videbatur, evertens super eamdem ecclesiarum a fundamentis ipsam basilicam exterminavit, quam restaurare minime valens misericordia motus ab eorum martyrum amore hic præsagus antistes a fundamentis in ampliorem restauravit decore nimirum statum. Basilica vero monasterii beati Anastasii Christi martyris una cum baptisterio, & hegumenarchio, ceterisque ædificiis per incuriam monachorum nocturno silentio exustam a fundamentis usque ad summum tectum cum audivit misericordissimus presul, valde diluculo velociter currens reperit eam adhuc ardentem, & solummodo arcam ejusdem martyris erutam in media corte jacentem: cetera vero sanctuaria, seu ministeria tam in ecclesia, quam in vestiario ab ipso igne conflagrata sunt. Qui nimio mœrore cum suis ministerialibus certatim extinguens ignem, confestim viribus totis a flammiferis ruinis erutam a novo in meliorem statum prædictam, ecclesiam, cum vestiario, & hegumenarchio, ceteraque ædificia renovavit, atque restauravit. Et amplius in ea sanctuaria atque ministeria, & ornamenta majora quam quæ ibidem combusta sunt, contulit. Ipse vero Deo ut dicitur, protectus præsul conspiciens muros hujus civitatis Romanæ per olitana tempora in ruinis positos, & per loca plures turres usque ad terram eversas per suum solertissimum studium totas civitates tam Tusciæ, quamque Campaniæ congregans una cum populo Romano, ejusque suburbanis, necnon & toto ecclesiastico patrimonio omnibus prædicans, & dividens ex sumptibus, dapibusque apostolicis, totam urbem in circuitu restaurans universa renovavit atque decoravit, præsertim & in altari majori ecclesiæ beati Petri apostoli fecit ex auro purissimo diversas historias pensantes libras quingentas nonaginta septem, & intus in confessione imaginem in modum euangeliorum ex auro obrizo pensantem libras viginti simul, & cancellos ante eamdem confessionem ex auro purissimo pensantes libras quinquaginta sex: qui fecit simul in altari intus in sacra ultro citroque confessione imaginem in modum euangeliorum, necnon & in postibus inferioribus & superioribus atque cancellis, simul etiam & circa corpus ex auro obrizo libras mille trecentas viginti octo. In vigesimo enim præfati eximii pontificis anno, mense Decembri, decimaquinta indictione fluvius Tiberis a suo egressus alveo intumescens sese per campestria dedit, quæ etiam præ nimia inundatione portam quæ dicitur Flaminia, ingressus, ipsam a fundamentis evellens portam usque ad arcum, qui vocatur Tres faccicelas, eam deduxit, interea & muros in aliquibus transcendit locis, atque ultra basilicam sancti Marci evertens porticum, quæ vocatur Palatina, & per plateas se extendens usque ad pontem Antonini, ipsumque evertens murum, egressus in suo se iterum univit alveo, ita ut in Via lata amplius quam duas staturas ejusdem fluminis aqua excrevisset, atque ad portam beati Petri usque ad pontem Milvium aquæ descenderant, juxta remissam vim ipsius fluminis reddidit. Domos itaque evertit, agros desertavit, evellens & eradicans arbusta & segetes. Nam nec serere pars maxima Romanorum valuit ipso tempore, & per hoc imminebat tribulatio magna. Quo audito ipse præcipuus præsul hoc, quoniam per triduum ipsum flumen quasi per alveum per civitatem currebat, se nimis in lamentationibus dedit, & humi in orationem prostratus persistens, misertus dominus ejus orationibus post triduum cessavit. Sed per plures dies aqua Romam detinuit invasam; qui ipse præcipuus antistes divina permotus inspiratione per naviculas morantibus Via lata cibos advexit, ut non fame necarentur, eo quod minime suis domiciliis exire nequibant præ nimia altitudine aquarum. Postmodum vero arefacta aqua omnes ex ipsa regione Via lata in domo consolatus est. Idem vero sacratissimus præsul portas æreas majores miræ magnitudinis decoratas studiose a civitate Perusina deducens in basilicam beati Petri apostoli ad turrem compte erexit. Sed & in titulo beati Marci nutritori suo fecit patenam, & calicem sanctum de auro purissimo, pensantes libras undecim. Imo & calices argenteos quatuor, pensantes libras duodecim.

Præterea in basilica beatorum Cosmæ & Damiani similiter patenam & calicem ex auro obrizo

obrizo pensantes libras pariter undecim obtulit. Verumetiam & in diaconia sancti Hadriani patenam & calicem ex auro mundo contulit pensantes simul libras undecim Fecit autem & in diaconia sancti Hadriani martyris arcus de argento duos pensantes libras viginti.

Et in basilica sanctæ Martinæ arcus de argento tres pensantes libras triginta. Imo & in ecclesia semper virginis Mariæ, quæ ad martyres vocatur, renovavit cyburium de argento, quod ex vetustate consumptum erat, & addidit in eo argenti libras sexaginta & in pristinum eum erexit noviter locum. Sed & arcum in eadem venerabili ecclesia fecit de argento pensantem libras duodecim. Hic beatissimus pontifex omnia utiliter, noviterque fecit tam in eelemosynis pauperum, quamque in ornamentis sanctarum ecclesiarum proficiens. Verum etiam cursum consummans, atque fidem orthodoxam solertissime servans, Dei vocatione vitam finiens, ad æternam migravit requiem. Qui fecit ordinationes duas per mensem Martium, presbyteros viginti quatuor, diaconos septem, episcopos per diversa loca numero centum octuaginta quinque: & sepultus est in basilica beati Petri apostoli septimo Calendas Ianuarias, indictione quarta. Fuit autem temporibus Caroli Magni regis.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Quo tempore Hadrian. pontifex creatus.

a *Hadrianus.*] Anno Redemptoris nostri 772. mensis Februarii die nono, summa omnium concordia, ex cardinali diacono, (prout constitutum erat) Hadrianus civis Romanus nobili progenie natus, qui pietati a teneris assuevisset, ideoque a Paulo in numerum cleri, a Stephano in numerum cardinalium ascitus fuisset, omnium consensu in pontificem electus fuit. Initio pontificatus relegatos ab exilio, incarceratos e vinculis & carceribus liberavit. Desiderio regi Longobardorum per legatos amicitiam & pacis confœderationem, quam petebat, principio negavit; utpote qui bis perjurus factus inita pacis ac concordiæ fœdera rupisset: sed cum legati suam quoque fidem jurato interponerent, petitioni illorum detulit, concedendo id, quod instanter expetebant. Sed legatis vix ab urbe dimissis nuntiatum est, quod Desiderius ducatum Ferrariensem & Ravennatem exarchatum, aliasque urbes à Francorum regibus sedi apostolicæ donatas invasisset, quodque urbis Ravennæ obsidionem pararet. Quare misso ad illum Paulo cubiculario, munitiones quas invaserat, sibi reddi postulat: ille vero non aliter id futurum respondit, quam si ipse pontifex ad se veniret; scilicet ut hac occasione filii Carolomanni, reges Galliæ consecrarentur, atque ita seditione inter Gallos mota, ipse interea totam Italiam Longobardorum regno subjugaret. Sed cum Paulus cubicularius de nece Sergii accusatus, Leone archiepiscopo procurante, contra mandatum & voluntatem Hadriani papæ, per sententiam judicis interfectus esset, adeoque de accessu ad regem nihil pontifici innotuisset: Desiderius ipse suos misit Romam legatos, qui intentione regis eadem, qua supra, papam ad se perducerent. Pontifex ista legatione invitatus respondit se venturum ad regem post direptas & injuste invasas urbes ecclesiæ Romanæ restitutas. Addit legationem suam, quæ suo & totius ecclesiæ nomine urbes, & jura occupata reciperet. Sed cum rex sacrilegus, ad sui totiusque regni Longobardorum internecionem pergens, oblatam conditionem non modo non acceptaret, verum etiam urbis Romæ obsidionem minaretur, pontifex sanctissimus urbe interim munita, legationem maritimam misit ad Carolum regem Francorum, ut exemplo patris Pipini contra Longobardorum infestationem Romanam ecclesiam defendat. Subvenisset utique periclitanti ecclesiæ rex pientissimus, si non illum fraudulenta Desiderii per legatos de restitutis Romanæ ecclesiæ juribus enarratio fefellisset.

Rerum ab eo gestarũ compendium.

Interim Desiderius Longobardorum urget accessum pontificis, cumque ille priori responso inhæreret, ad urbem obsidendam cum exercitu rex propius accessit: sed accidit quod auditu mirum est, ut anathematis fulmine percussus retrocesserit. Cumque rex Francorum Carolus juxta iteratam petitionem pontificis ad subveniendum ecclesiæ Italiam ingressus, regem injustum ter quaterve ad restitutionem frustra monuisset, una nocte divinitus talis horror hostem invasit, ut omnes metu perculsi terga darent, dissipatique omnes alii Carolinis sese conjungerent, alii vero [illegible] patriam referrent. Interim populus universus se Romano pontifici sponte submittit; civitates Longobardorum complures occupavit, easque legitimo possessori reddidit. Ticinum, quo Desiderius confugerat, obsideri jussit. Interea ille cum uxore, quam Papiam venire mandarat, una cum filiis Carolomanni fratris defuncti Romam profectus est ad limina sanctorum apostolorum. Advenientem magna cum lætitia & acclamatione populi pontifex excepit: persolutis votis suis, quorum causa Romam venerat, confirmatisque donationibus quas Pipinus sedi apostolicæ contulerat, ipse cum Hadriano ad obsidionem Ticini redit. Capta paulo post urbe, Desiderium Longobardorum regem, atque cunctos, qui cum eo erant, comprehendit, & suæ potestati totum Longobardorum regnum subjugavit, regem ejusque conjugem secum in Franciam deportavit: atque ita Romana ecclesia per Carolum in integrum restituta, de Longobardorum perfidia triumphavit. Hæc cum Hadrianus pontifex sanctissimus coram ipse contemplatus fuisset, ad debitas gratias Deo persolvendas, acceptæque victoriæ trophæum erigendum, confessionem sancti Petri, quo defensore & patrono usus fuerat, plurimum exornavit, novisque ecclesiis dotandis & erigendis, quas ad longum describit Anastasius, animum adiicere cœpit. Hujus temporibus Carolus rex Saxones sæpe rebellantes sæpius subjugavit. Sigebertus, qui anno redemptoris 1112. vivebat, & scribebat in gratiam Henrici imperatoris schismatici, omnium ecclesiarum investituras sibi illicite vindicantis, nulla auctoritate antiquioris scriptoris, de Carolo Magno, ait ann. 774. in chron. ipsum post devictam Papiam, & regem Longobardorum subactum, Romam rediisse, ibique synodum 53. episcoporum convocatam esse; *In qua Hadrianus papa*, inquit, *cum universali synodo dedit ei* (Carolo regi) *jus eligendi pontificem & ordinandi apostolicam sedem, dignitatem quoque principatus. Insuper archiepiscopos & episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere definivit, & ut nisi a rege laudetur & investiatur episcopus, a nemine consecretur; omnesque huic decreto rebelles anathematizavit; & nisi resipiscerent, bona eorum publicari* Hæc in gratiam Henrici imperatoris schismatici Sigebertus: sed mendacium esse, commentum & imposturam, quæ scribit, quis non videt? Nam præter quam quod ista anno abhinc 342. sine ulla alterius scriptoris auctoritate asseruerat, etiam optimis quibusque & fide dignissimis Carolinæ vitæ scriptoribus, imo ipsius Caroli constitutionibus pugnantia scripsit.

An Hadrianus Carolo ecclesiarum imperii investituram concesserit.

Sigeberti commentum refutatur.

Eginhardus, qui Caroli Magni lateri inhærebat, vitamque ejus accuratissime scribebat, expresse affirmat, ipsum Carolum non nisi quater se Romam contulisse: primum contra Longobardos anno 773. ut supra visum est. Secundo Romam venit voti causa anno 780. Tertio adversus ducem Beneventanum anno 786. Quarto ad restituendum Leonem in locum suum anno 800. quando ab eodem imperator occidentalis imperii est creatus. Si verum est quod Sigebertus ait; non quater, sed quinquies Romam venisset Carolus. Eidem Sigeberto repugnant constitutiones capitul. Francorum, in quibus libro primo, cap. 84. inquit: *Sacrorum canonum non ignari, assensum ordini ecclesiastico prabuimus, ut scilicet episcopi per electionem clericorum & populi, secundum statuta canonum de propria diœcesi, remota personarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & sapientiæ donum eligantur; ut exemplo & verbo sibi subjectis usquequaque prodesse valeant.* Ergo non aliter clericos, episcopos ac pontifices eligi atque ordinari expetebat, quam secundum præscriptum sacrorum canonum.

Carolus quater Romam venit.

Fortasse dices, oblatum privilegium recusavit: Illud pro hujus loci interpretatione afferri posset, si aliqua auctoritate probatum foret, quod Sigebertus suo ingenio excogitatum primus annis abhinc trecentis & quadraginta duobus in vulgum emisit.

Refellitur obiectio.

In electione Hadriani II. Gratianus distinctione 69. capite 29. contigisse refert, quod cum ille consensu totius cleri electus fuisset, legatique Ludovici imperatoris tunc Romæ præsentes moleste ferrent, se ad spectandam præsulis electionem invitatos non fuisse, pontifex electus responderit, *quod non causa contemptus Augusti, sed futuri temporis prospectu omissum hoc fuer[illegible]e videlicet legatos principum in electione Romanorum præsulum exspectandi mos per hujusmodi fomitem invalesceret.* Vnde evidenter constat, quod non tantum leges & constitutiones Carolinæ, ipsumque nomen investituræ, sed etiam praxis ecclesiæ, & leges aliorum successorum imperatorum commentitio privilegio repugnent. Si dicas, id quod a Sigeberto affirmatum est, Gratianum suo libro Decretorum distinctione 65. Can. 22. inseruisse. Respondeo ipsum Gratianum nullo prævio diligentiore examine

Refellitur II. obiectio.

de

de impostura habito, pro more suo nimis credulum fuisse; quodque Sigebertus monachus honoris appetens, mendacissime ad aucupandam gratiam imperatoris schismatici scripserat, nimis improvide totidem pene verbis exscripsisse; ita vt nemini mirum videri debeat, quod historiam decreto suo inseruerit, quam veluti fabellam & impostoris commentum rejecisse debebat. Simili imprudentia dist. 63. Can. in Synodo intexuit commentitium illud decretum, quo asseritur, Leonem octauum in Synodo Rom. eadem concessisse Othoni, quæ Hadrianus papa Carolo regi iam olim concesserat. Quæ omnia commentitia esse, nulloque vnquam tempore gesta fuisse, ostendam infra in notis ad vitam Leonis VIII. eiusque pseudosynodum Romanam anno 964. celebratam. Paulus Diaconus Aquileiensis Desiderii regis quondam secretarius, de insidiis quas Carolo ob amorem sui domini pararat, accusatus, in exilium relegatus est: de quo hoc memorabile refertur apud Leonem Ostiensem in chron. lib. I. cap. 17. quod rex cum ira succensus jussisset illi manus amputari; proceres vero eidem, ne quid contra regem scriberet, oculos eruendos esse dixissent; ipse rex interlocutus fuerit: *Et si ei manus abscindimus, vbi tam elegantem scriptorem reperire poterimus? Et vbinam vel quando talem reperiemus historicum?* Quas historias, quosve libros in exilio scripserit, videre est apud Leonem præd. loco.

Anno quarto pontificatus Hadriani, Constantinus Copronymus ex plaga cruribus illius divinitus inflicta, febrique validissima moritur clamans ac dicens: *Viuens adhuc igni sum inextinguibili traditus, sanctamque virginem & Dei genitricem laudari exposcens, cum sine fœdere eius fuerim inimicus.* Hæc Theophanes de Copronymo. De eodem illud memorabile referunt Græci scriptores omnes, quod cum infantulus a sancto Germano Constantinopolitano episcopo baptizaretur, sacrosanctum lavacrum stercore suo conspurcarit & defœdaverit, ideoque nomen *Copronymi* acceperit, & quod magicis artibus, dæmonum invocationibus ac sacrificiis, persecutionibus sanctarum ecclesiarum, rectæ & immaculatæ fidei, luxuriis & caballinis stercoribus atque lotio delectatus, nomine *Caballini* agnominatus fuerit. *Tantopere enim*, inquit Theosterictus scriptor huius temporis in Niceta, *sordium & impurissima cuiusque rei odore malo delectabatur, vt animalium brutorum stercoribus se illiniret, & eos qui cum illo erant, id facere iuberet, quos amabat, ob idque benigne accipiebat, quod rebus maleolentibus semper delectaretur.* Videant novatores Iconoclastæ, quo antesignano glorientur, quoque duce sanctas imagines impugnent: agnoscant idem supplicium apud inferos se manere, cuius iudicii præiudicium antesignanus eorum proxime moriturus persensit.

In hæresi, impietate & sacrilegio patri Leo filius successit, quartoque anno imperii e vita decessit, passus inferorum carbunculos, qui propter nimium amorem carbunculorum lapidum, coronam B. Virginis carbunculis preciosis refertam sacrilege capiti nefario imposuisset. *Tunc*, inquit Theophanes, *sexto Idus Septembris, indictione quarta, Irene piissima cum filio suo Constantino gloriose imperium divinitus accepit*: Atque ita per imperatricem feminam & viduam, perque Constantinum eius filium puerum & orphanum, Deus, quod est mirabile, excitatam impietatem, & adversus cunctas ecclesias motam impugnationem compescuit.

His temporibus in Hispania revixit hæresis Nestoriana per Elipandum archiepiscopum Toletanum, qui docebat Christum filium Dei quoad humanitatem esse filium Dei adoptiuum, non autem proprium & naturalem: quæ doctrina cum duas personas in Christo constitueret, Nestorianismum inducebat. Anno pontificatus Hadriani 13. Paulus patriarcha Constantinopolitanus abdicato episcopatu, deplorata catholicæ fidei diuturniore simulatione, publice edixit: *Nisi Synodus vniversalis fiat, & error qui est in medio vestri corrigatur, salutem non habebitis.* Tunc de imaginibus publica disputandi facultas est concessa. Tarasius stemmate clarissimus se in locum Pauli subrogari non prius concessit, quam de celebrando in causa imaginum œcumeniquo Concilio promissionem accepisset. Theophanes. Has res Romano pontifici nuntiantes imperatores Augusti, œcumenicam Synodum auctoritate apostolica convocari petiverunt & impetrarunt: quæ melius cognosces, lector, ex iis quæ infra notabimus in Concilio Nicæno II. verbo *Concilium*.

Gratianus hallucinatur. | Paulus Diac. quare relegatus. | Constant. Copron. vita & mors qualis. | Apostrophe in hæreticos. | Leo filius Copronymi qualis. | Elipandi hæresis quæ. | Paulus episcopatu Constantinopolitano se abdicavit.

EPITAPHIVM HADRIANI PAPÆ
a Carolo magno rege compositum; & Romæ in Hadriani eiusdem tumulo incisum.

HIc pater ecclesiæ, Romæ decus, inclytus auctor,
Hadrianus requiem papa beatus habet.
Vir cui vita Deus, pietas lex, gloria Christus,
Pastor apostolicus promptus ad omne bonum.
Nobilis ex magna genitus iam gente parentum,
Sed sacris longe nobilior meritis.
Exornare studens devoto pectore pastor
Semper vbique suo templa sacrata Deo.
Ecclesias donis, populos & dogmate sancto
Imbuit, & cunctis pandit ad astra viam.
Pauperibus largus, nulli pietate secundus,
Et pro plebe sacris pervigil in precibus.
Doctrinis, opibus, muris erexerat arces,
Vrbs caput orbis honor inclyta Roma, tuas.
Mors cui nil nocuit, Christi quæ morte perempta est,
Ianua sed vitæ mox melioris erat.
Post patrem lacrymans Carolus hæc carmina scripsi,
Tu mihi dulcis amor, te modo plango, pater.
Tu memor esto mei, sequitur te mens mea semper,
Cum Christo teneas regna beata poli.
Te clerus, populus magno dilexit amore,
Omnibus vnus amor, optime præsul, eras.
Nomina jungo simul titulis, clarissime, nostra
Hadrianus Carolus: rex ego, tuque pater.
Quisque legas versus, devoto pectore supplex
Amborum mitis dic miserere Deus.
Hæc tua tunc teneat requies, carissime, membra,
Cum sanctis anima gaudeat alma Dei.
Vltima quippe tuas donec tuba clamet in aures,
Principe cum Petro surge videre Deum.
Auditurus eris vocem, scio, iudicis almam,
Intra nunc Domini gaudia magna tui.
Tum memor esto tui nati, pater optime, posco,
Cum patre dic natus pergat & iste meus.
O pete regna pater felix cælestia Christi,
Inde tuum precibus auxiliare gregem.
Dum sol ignicomo rutilus splendescit ab axe,
Laus tua, sancte pater, semper in orbe manet.

Sedit beatæ memoriæ Hadrianus papa annos XXIII. *menses* X. *dies* XVII. *obiit* VII. *Kalendas Ianuarii.*

Videsis inter Alcuini epigrammata 217 & 218. & quæ Theodulfus ep. Aurelianensis in eam rem cecinit.

INDEX * ET ARGVMENTA EPISTOLARVM HADRIANI PAPÆ I. AD CAROLVM MAGNVM REGEM.

Quæ a cardinale Baronio ex bibliotheca Vaticana commemorantur, extantque in codice Carolino editionis Gretserianæ, ordine temporum vtrobique neglecto & perturbato.

* Codicem Vaticanum expressimus notis Romanis: codicem verò Carolinum ciffris vtvocant Arabicis.

I

CAROLO de subacta Bavaria gratulatur, tum de Arichiso duce Beneventano narrat, quod postquam Carolus rex Capua reversus esset, ad imperatorem Constantinopolitanum legatos miserit, petens auxilium ad se mitti cum Adalgiso cognato, patriciatusque honorem sibi dari cum ducatu Neapolitano; promittens se sub imperatoris ditione

In codice Vaticano: At 88. In codice Carolino: & sic de aliis quæ sequuntur.

ne futurum, & Græcorum veſtitu atque tonſura A vſurum. Miſſos ab imperatore legatos Arichiſum mortuum inveniſſe: Beneventanos Græcis ſpondere, ſi Grimoaldum ducem a Carolo impetrarint, illum pacta cum Græcis ab Arichiſo patre fœdera ſervaturum. Quare Caroli opem implorat. & ſub finem inſidias commemorat, quas Beneventani adverſus Caroli legatos, Magenarium abbatem, Ioſeph, Liudericum comitem, & Goteramnum oſtiarium pararant, niſi fuga ſe ſubduxiſſent.

Nectareos ſuaviſſimoſque, &c.

II. In Vaticano: In Carolino autem 87. Caroli regis rogatu honorem pallii ſacerdotalis concedit Ermemberto archiepiſcopo Bituricenſi.

Directus à regali potentia, &c.

III. 86. Indicat de Adalgiſo, & inſidiis Græcorum, quæ ab epiſcopis Neapolitano & Caietano cognorat. Orat, vt parati ſint exercitus quos promiſit. Queritur deinde, quod Arvinus dux cum aliis Caroli miſſis non impleant illius iuſſa de civitatibus, quas beato Petro donavit, gloriari propterea Grimoaldum, & Græcos inſultare.

Nectareas nimiſque mellifluas, &c.

IV. 85. Reſpondet Carolo de Longobardorum epiſcopis, qui alienas inter ſe diœceſes invadebant, & de filia Ermenaldi, quæ veſte mutata matrimonium inierat. De Simoniaca item hæreſi, quæ in partibus Italiæ & Tuſciæ graſſabatur, oſtendit ſe diligenter C in ordinationibus curare, vt ſecundum canones fiant. Conqueritur de inobedientia Ravennatum & Pentapolenſium, petitque vt a Carolo non foveantur, nec ad illum ſine licentia ſua pergant, ſicut regis homines ſine eius commeatu Romam non veniunt. Per Berneradum epiſcopum, & Radonem protonotarium & abbatem, Caroli legatos miſſa.

Quanto amoris anniſu, &c.

V. 84. Indicat ſe ex Caroli mandato juſſiſſe, vt Veneti negotiatores de Ravenna & Pentapoli pellerentur. Petit vt Garamannum ducem coerceat, qui eccleſiæ Ravennatis prædia in beati Petri territoriis ſita occuparat, nec monitus deſiſtebat.

Ad aures clementiſſimæ, &c.

VI. 83. Commendat Carolo Paulum ducem, qui ad D eum mittebatur; vt ſeſe ac Conſtantinum ducem purgaret de calumniis, quibus apud Carolum fuerant inſimulati.

Vt reor, dici non poteſt, &c.

VII. 82. Poſt acceptas regis literas, quas Hucbertus epiſcopus attulerat, indicat ſe ſacramentarium ſancti Gregorii, quod Carolus per Paulum Grammaticum expetierat, iam miſiſſe per Ioannem monachum & abbatem Ravennatem.

Iter peragratum annectens, &c.

VIII 81. Scribit ſe crucem a Carolo ſibi miſſam in eccleſia collocaſſe. petit vt legatos mittat, qui fines Populonienſes & Roſellenſes, ac civitates ducatus Beneventani ex integro eccleſiæ tradant iuxta E ipſius donationem.

Præcellentiſſimos atque nitidiſſimos, &c.

IX. 80. Reſpondet quæſtioni per Itherium & Magenarium abbates, Caroli miſſos, propoſitæ de Saxonibus qui ad paganiſmum reverſi erant, qualem eis pœnitentiam indici oporteat, ſi redire ad eccleſiam velint.

Veſtræ à Deo protectæ regalis, &c

X. 79. Intercedit pro abbate ſancti Vincentii, qui falſo apud Carolum accuſatus fuerat, & ad illum perductus.

Dum tanto ex puro cordis, &c.

XI. 77. De epiſcopis & preſbyteris, ne arma militaria induant, & quod Ioannem monachum atque preſbyterum, quem Carolus per Garamannum ducem commendabat, in eius gratiam intactum dimiſerit, nec ob falſam eius revelationem caſtigarit.

Orthodoxæ fidei pleniſſimos, &c.

XII. 67. De agro Sabinenſi teſtatur, Maginarium Caroli miſſum ſancto Petro integrum, provt ab eo donatus fuerat, tradere voluiſſe, ſed propter iniquos ac perverſos homines id præſtare non potuiſſe.

Divinitus præordinatam veſtram, &c.

XIII. 67. Carolo regi muſiva & marmora palatii vrbis Ravennæ, tam in parietibus quam in ſtratis ſita, ſicut per Arvinum ducem petierat, concedit. De B equis per eumdem Arvinum miſſis, & quales ſibi equos a Carolo mitti cupiat.

Præfulgidos atque nectareos, &c.

XIV. 66. Quod Itherius abbas, & Maginarius capellanus, miſſi regii, Sabinenſe territorium ex integro tradere voluerint, ſed ob iniquos & perverſos homines non potuerint. Orat vt cum Stephano dudum ſacellario, quem mittit, alterum e præfatis duobus miſſis iterum dirigat, atque in integro tradi præcipiat.

Ad referendum præcellentiſſimæ, &c.

XV. 69. De agro Sabinenſi orat, vt ſicut pollicitus eſt ſancto Petro, in integrum tradi iubeat. Per Agathonem diaconum, & Theodorum conſulem ac ducem, Hadriani nepotem, miſſa.

Beatus David rex & propheta, &c.

XVI. 68. Petit trabes maiores, quas promiſerat ad eccleſias reſtaurandas, & miſſum dirigi qui actores vrgeat, quia moras nectunt. Petit etiam ſtannum pro tecto eccleſiæ ſancti Petri. Indicat de Arichiſi ducis bello adverſus Amalfitanos, & ſtrage quam Neapolitani eius copiis intulerant.

Sæpe veſtræ a Deo protectæ, &c.

XVII. 65. De ſuis & Romanorum precibus pro Carolo, & de mancipiis Saracenorum genti venumdatis, non a Romanis, ſed a Longobardis & Græcis vendita fuiſſe docet. Negat etiam ſacerdotes Romanos iis criminibus teneri, quorum inſimulabantur.

Inſignis præconii veſtræ, &c.

XVIII. 64. Indicat Neapolitanos cum Græcis Arichiſi Ducis conſilio Tarracinam invaſiſſe. Petit a Carolo, vt Vvlfrinum mittat, qui collectis copiis civitatem illam, & alia quæ in ducatu Neapolitano iuris ſunt eccleſiæ recuperet.

Nullum plus credimus, &c.

XIX. 63. Orat vt quod per miſſos ſuos Poſſeſſorem epiſcopum & Rabigaudum abbatem ſcripſerat, e Saxonia revertens ad limina ſancti Petri properet ad ea exequenda quæ pollicitus eſt.

Dum tanta ſecuritatis lætitia, &c.

XX. 62. Quod die noctuque pro Carolo Deum oret, quem in ea fide & dilectione, ſimulque & promiſſione, quam beato Petro pollicitus eſt, ſtabilem fore confidit.

Mellifluæ & a Deo protectæ, &c.

XXI. 61. Trabes petit ad reſtaurandam eccleſiam, cum lignis ad renovandum ſancti Petri camaradum idoneis. De corpore ſancto, quod olim Addo diaconus cum Fulrado abbate & preſbytero ſibi dari petierat, quia per revelationem exterritus alia nunc attingere non audet, indicat apud Vvlcharium archiepiſcopum eſſe corpus ſancti Candidi martyris, quod Paulus papa Aciulfo preſbytero conceſſerat. Per Addonem diaconum Caroli miſſum.

Directus à veſtigio regalis, &c.

XXII. 60. Conſtantinum imperatorem obiiſſe indicat, adiunctis

iunctis ea de re literis Stephani Neapolitani episcopi. Reginaldum ducem Clusinum accusat, quod multa mala continuo committat beati Petri bona auferendo. Petitque vt de Tusciæ partibus amoveatur.

Excellentissimæ & a Deo protectæ, &c.

XXIII. 59. Indicat Hildebrandum Spoletinum, Arichisum Beneventanum, Rodgausum Foroiuliensem, & Reginaldum Clusinæ civitatis duces, consilium iniisse cum Græcis & Adalgiso, vt terra marique Romam & Italiam expugnent; & quod Stephanum sacellarium, Possessoris episcopi & Rabigaudi abbatis hortatu, frustra miserit. Quare multis adiurationibus auxilium contra eos a Carolo postulat.

Reminisci consideramus à Deo, &c.

XXIV. 9-. De consilio quod dederat missis Caroli, Addoni diacono, & Goteramno ostiario, Maginario abbati, Ioseph diacono, & Liuderico comiti, vt Beneventum simul irent, nec se vllo modo separarent, quod neglecto hoc consilio male illis cesserit. Et quod legati Græcorum, cum dispositore Siciliæ consilia inierint Salerni cum Adalberga relicta Arichisi ducis, qua ratione ducatum Beneventanum Carolo Regi eripiant. Orat vt suam & ecclesiæ Romanæ tutelam procuret.

Meminit vestra à Deo promota, &c.

XXV. 58. Queritur se despectum a Possessore episcopo & Rabigaudo abbate, Caroli missis. Indicat ipsos non venisse Romam, sed Spoletum ad Hildebrandum, deinde Beneventum profectos esse. In quanto sit mœrore ostendit. orat Carolum, vt se consoletur, & de Spoletano ducatu, quem sancto Petro obtulit, celeriter effectui mancipet.

Omnino confidimus & certi sumus, &c.

XXVI. 56. Quod integrum sancti Petri patrimonium Sabinense contradictum non sit: idque testificaturos regi ipsius missos Itherium & Maginarium, si apprehensa eius dextera iurare iubeantur.

Recordari vos credimus, &c.

XXVII. 55. Gratulatur Carolo de victoria, quam Gausfridus Pisanus abbas narraverat. Gausfridum commendat, oratque vt Pisanum & Lucensem episcopos ad proprias sedes, atque ecclesias redire permittat.

Reversus a vestris a Deo dilectis, &c.

XXVIII. 54. Indicat quod in partibus Italiæ atque Tusciæ episcopi quidam Longobardi alienas diœceses & parochias invadant, monachi vestem monasticam contra sanctos canones relinquant, & matrimonia contrahant vestibus sæcularibus induti: & de filia Ermenaldi monacha. Orat itaque Carolum, vt ista emendet, fidemque sanctæ ecclesiæ semel amplexus continuo tueatur.

Si in rebus sæcularibus suum, &c.

XXIX. 52. De protervia Leonis episcopi Ravennatis, qui ex quo Papia Carolus discesserat, Æmiliæ & Pentapolis civitates sub sua potestate retinebat, sibi a Carolo concessas fuisse asserens. Petit vt illum in ordinem redigat. Per Anastasium cubicularium missa.

Pervenit ad nos quod protervus, &c.

XXX. 51. Mittit epistolam patriarchæ Gradensis, quam a Leone archiepiscopo Ravennate prius apertam & lectam fuisse queritur. Ideo Leonem in embolo iterum accusat.

Dum tanta amoris dilectio, &c.

XXXI. 51. Orat Carolum, vt meminerit quæ sancto Petro promisit, quanta etiam ab ipso beneficia acceperit: provinciam scilicet Longobardorum, & quod eius circumvallatus suffragiis, ceteras omnes nationes sibi subiicere possit. De Leone archiepiscopo Ravennate indicat gratum sibi esse quod ad Carolum profectus sit. Scripta post reditum Andreæ episcopi, & Anastasii cubicularii.

Revertentes ad nos missi nostri, &c.

XXXII. 50. Quod frustra expectarit missos, quos Carolus per Andream episcopum venturos responderat. Ideo mittit iterum eumdem Andream episcopum cum Pardo Hegumeno, vt promissa vrgeant. In embolo, iterum Leonem Ravennatem archiepiscopum vehementer accusat, quod inobediens ac protervus factus sit ab illo tempore, quo a Carolo rediit, & Æmiliæ ac Pentapolis civitates sibi concessas dicat, easque sibi vendicet. Orat ne sancto Petro auferri patiatur, quæ ab ipso, & a Pippino patre eius oblata sunt.

Dum in tanta securitatis lætitia, &c.

XXXIII. 53. Multa de fide & constantia sui amoris scribit, gratum sibi esse ostendens quod Carolus scripserat se in Italiam venturũ, ac promissa impleturum. Cum eodem expostulat, quod legatum suum Anastasium in Francia detineat: purgans se de Gaudifredo Longobardo. Paschalem & Sarratinum, vt sibi infestos accusat, & queritur quod apud Carolum in deliciis sint, cum ille Paulinum quemdam vinctum miserit, quod male de eo locutus esset. Scripta post reditum Vvlcharii archiepiscopi & Dodonis abbatis ad Carolum.

Desiderantissimæ vestræ excellentiæ, &c.

XXXIV. 49. De præda in finibus Græcorum a Persis facta, & de discordia inter Persas ipsos.

Dum nimis in nostro pectore, &c.

XXXV. 76. Post reditum Philippi episcopi, & Megisti archidiaconi legatorum Hadriani. Orat vt iuxta spem sibi datam filium Caroli, qui tunc natus erat, ex sacro fonte suscipiat, & beato Petro promissa impleat: vt sicut Constantinus temporibus sancti Silvestri, sic ipse suis ecclesiam exaltet, tum iis quæ largiri dignatur, tum ea restituendo, quæ a diversis imperatoribus, aliisque, quorum donationes in scrinio sunt Lateranensi, ecclesiæ concessa, per Longobardos deinceps ablata sunt. Per Philippum & Andream episcopos, atque Theodorum ducem missa.

Dum nimio provocati amore, &c.

XXXVI. 77. Per Petrum, quem Caroli mandato episcopum ordinarat. orat vt Sabinensem agrum sancto Petro integrum per missos suos restitui faciat. Reiicit breviarium quoddam concilii Calchedonensis, quod Petrus idem attulerat. a Verecundo quodam episcopo editum, docens ecclesiam Romanam integrum concilium, non apocryphum eius breviarium amplecti.

Nectareas mellifluasque regalis, &c.

XXXVII. 75. Orat vt nullius versutia se a sancti Petri amore disiungi patiatur. Eleutherium & Gregorium multis nominibus accusat, & quia ad Carolum confugerant, petit ne illos recipiat, sed Romam mittat.

Gratia sancti Spiritus igniti calore, &c.

XXXVIII. 74. Commendat legatos monasterii sancti Hilarii in Calligata. Oratque ne ipsum, seu hospitales domos per colles Alpium sitas in susceptionem peregrinorum, ab ullo invadi permittat, & Gundibrando duci Florentino mandet, vt quæ eidem monasterio abstulit, reddat.

Novimus regalis excellentiæ &c.

XXXIX. 71. Post adventum Ermemberti presbyteri a Carolo missi. Respondet de electionibus episcopo-

rum Ravennatum, quod sine regiorum missorum interventu, a clero & plebe, suscepta pontificis Romani admonitione, secundum Canones fieri solitæ sint. Quare Carolum orat, ut eos respuat, qui falsa & dolosa suggerunt. Honorem patriciatus eius curæ sibi præ omnibus esse.

Directus à vestra insigni regali, &c.

XL. 72. Indicat quomodo contentionem monachorum sancti Vincentii ad se missorum composuerit: & quod Potho abbas ad Carolum regem cum decem monachis ire voluerit, vt ibi quoque de objectis criminibus se purget. Scripta post acceptas literas Caroli per Possessorem archiepiscopum.

Præcelsas ac à Deo inspiratas, &c.

XLI. 71. Carolus per Georgium episcopum de suis certaminibus & laboribus pro sancto Petro susceptis indicarat: quare ipsi gratias maximas agit, commendans ei Georgium eumdem episcopum.

Omnipotens Deus rector omnium, &c.

XLII. 70. Indicat, quod per Arvinum comitem iam intimarat, Adalgisum Desiderii filium in partes Calabriæ advenisse. Orat Carolum, ut contra hunc bellum suscipiat, & Beneventanos cum aliis obedire cogat. Item ne Grimoaldum ducem Beneventanis constituat, & ut Beneventum, Rosellas, Populonium, & alia loca sancto Petro reddat.

Venientes ad nos fidelissimi, &c.

XLIII. 89. Indicat Offæ regis Anglorum legatos cum Caroli missis honorifice a se susceptos fuisse, quod Carolus petierat: & quod fidem non habeat iis, quæ Offa Carolo contra ipsum suggessisse ab æmulis dicebatur.

Sagacissimos nectareosque, &c.

XLIV. 91. Indicaverat per Andream abbatem missum suum Carolus, quod per laboriosa certamina Saxones ad fidem catholicam & baptismatis fontem perduxisset, petieratque ob id ab Hadriano una aut duabus feriis litanias fieri. Respondet Hadrianus, in omnibus occidentis partibus XXIII. XXVI. & XXVIII. Iunii debere fieri litanias. Iubet ut Carolus iisdem diebus litanias in suis regionibus celebrari curet. Addit quod Romæ continuo pro ipso gratias agant, & Deum orent.

Præstolatos nimisque nobis, &c.

Deest in Vaticano: at in Carolino est 57. Docet Græcos Mauricio episcopo Histriensi, quia fidelis erat sancto Petro, eiusque pensiones in agro Histriensi exigebat, oculos eruisse, objicientes quod territorium illud Carolo tradere vellet. Petit a Carolo, ut Marcario duci Forojuliensi præcipiat, ut ad suam illum ecclesiam restitui faciat.

Credimus quod jam ad vestræ, &c.

Deest in Vat. at in Car. est 73. Indicarat Carolus Agarenos regni sui finibus imminere. Respondet Hadrianus, se cum universo clero & monachis Deum orare, ut victoriam ipsi de inimicis tribuat. Scripta mense Maio, paulò post discessum Andreæ ac Philippi episcoporum, & Theodori ducis nepotis legatorum, quos commendat. Queritur de Beneventanis, quod Campaniæ civitates sancto Petro subtrahere, Siciliæque patricio subjicere conentur: & quod Philippum episcopum, ac Paschalem nepotem suum ad Campanos in fide retinendos frustra miserit, ideoque exercitum illuc dirigere statuerit. Carolum orat, ut per missum suum Beneventanos a cœptis revocet.

Destinavit nobis per vestras, &c.

I. AD CAROLUM MAGNUM REGEM.

Regem orat, primum ut eius filium tunc natum in baptismo suscipiat: deinde ut ecclesiam ipse Constantini exemplo exaltare pergat, tum promissa largiendo, tum a Longobardis erepta diversis locis patrimonia restituendo.

Domino excellentissimo filio, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carolini 76. DVm nimio provocati amore aptum duximus primitus quidem a Deo protectæ excellentiæ vestræ, seu spiritalis filiæ nostræ reginæ proles, etiam episcopos & presbyteros, necnon & universos optimates, cunctumque præclaræ gentis vestræ Francorum populum, ad vestrum a Deo confortatum regnum pertinentem, his nostris apostolicis visitare apicibus, & certos de vestra salute ac lætos effici, impensius prosperitatis ambientes integritatem. Igitur dum ad nos reversi fuerunt missi spiritalis matris vestræ sanctæ Dei ecclesiæ a vestigio a Deo protecti regni vestri, id est reverentissimus frater noster Philippus episcopus, & Megistus dilectissimus filius noster archidiaconus, retulerunt nobis de fidei & caritatis vestræ constantia, quam erga beatum Petrum apostolorum principem, & nostram humilitatem habere dignati estis pro vestræ animæ mercede. Hoc audito, magno gaudio noster relevatus est animus, & cœpimus Deo laudes referre, & beato principi apostolorum Petro, pro exaltatione regni vestri, atque filiæ nostræ reginæ, conjugis vestræ, prolis etiam, & pro cunctis Francis fidelibus beati Petri apostoli, atque vestris. At vero illud, unde vestræ eximietati per jam dictos nostros missos, scilicet reverentissimum fratrem nostrum Philippum episcopum, & dilectissimum nostrum Megistum archidiaconum, dignati estis nobis repromittere, ut in sanctâ diem Paschæ ad limina beati apostolorum principis Petri, vna cum spiritali filia nostra regina, Domino auxiliante, properare debuissetis, ut filium qui nunc vobis procreatus est, a sacro baptismate in ulnis nostris susciperemus, sicut terra sitiens imbrem, ita & nos expectantes fuimus mellifluam excellentiam vestram. Et dum appropinquasset ipse dies sanctus Paschæ, & nullum mandatum de adventu vestro suscepissemus, aut de missis vestris, secundum placitum quod inter nos extiterat, valde tristes effecti sumus. Sed obnixe te petimus, præcellentissime & magne rex, vt secundum quod inter nos constitit pro ipso sancto baptismate nostrum adimplere jubeas desiderium de eodem eximio vestro filio; quatenus duplex Spiritus sancti gratia in medio nostrum accrescat, & gemina festivitatis lætitia a nobis celebretur. Et hoc deprecamur vestram excellentiam, amantissime fili & præclare rex, pro Dei amore, & ipsius clavigeri regni cœlorum, qui solium regni patris vestri vobis largiri dignatus est, ut secundum promissionem quam polliciti estis eidem Dei apostolo, pro animæ vestræ mercede, & stabilitate regni vestri, omnia nostris temporibus adimplere jubeatis; ut ecclesia Dei omnipotentis, id est beati Petri apostoli, cui claves regni cœlorum ab omnium opifice facinorum nexus solvendi simulque ligandi attributa est facultas, in omnibus amplius atque amplius sancta

ſancta Dei eccleſia exaltata permaneat; & omnia A ſecundum veſtram pollicitationem adimpleantur, & tunc vobis in cœleſtibus arcibus aſcribatur merces, & bona opinio in vniverſo mundo. Et ſicut temporibus beati Silveſtri Romani pontificis, a ſanctæ recordationis piiſſimo Conſtantino Magno imperatore, per eius largitatem ſancta Dei catholica & apoſtolica Romana eccleſia elevata atque exaltata eſt, & poteſtatem in his Heſperiæ partibus largiri dignatus eſt; ita & in his veſtris feliciſſimis temporibus atque noſtris, ſancta Dei eccleſia, id eſt beati Petri apoſtoli, germinet atque exultet, & amplius exaltata permaneat, ut omnes gentes, quæ hæc audierint, edicere valeant: *Domine ſalvum fac regem, & exaudi nos* B *in die qua invocaverimus te.* Quia ecce novus Chriſtianiſſimus Dei Conſtantinus imperator his temporibus ſurrexit, per quem omnia Deus ſanctæ ſuæ eccleſiæ beatorum apoſtolorum principis Petri largiri dignatus eſt. Sed & cuncta alia, quæ per diverſos imperatores, patricios etiam, & alios Deum timentes, pro eorum animæ mercede, & venia delictorum, in partibus Tuſciæ, Spoleto, ſeu Benevento, atque Corſica, ſimul & Sabinenſi patrimonio, beato Petro apoſtolo, ſanctæque Dei & apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ concessa ſunt, & per nefandam gentem Longobardorum per annorum ſpatia abſtracta atque ablata ſunt, veſtris temporibus reſtituantur. Vnde & plu- C res donationes in ſacro noſtro ſcrinio Lateranenſi reconditas habemus. Tamen & pro ſatisfactione Chriſtianiſſimi regni veſtri, per iam fatos viros ad demonſtrandum eas vobis direximus: & pro hoc petimus eximiam præcellentiam veſtram, ut in integro ipſa patrimonia beato Petro, & nobis reſtituere iubeatis: ut dum omnia per veſtrum congruum diſpoſitum ſancta Dei eccleſia effectu ſuſceperit, ipſe princeps apoſtolorum beatus Petrus ante tribunal omnipotentis clementiam pro veſtra ſoſpitate, atque longævitate & exaltatione a Deo confortati regni veſtri deprecetur. Magnopere enim direximus apud ve- D ſtram eximiam præcellentiam, id eſt reverentiſſimum & ſanctiſſimum fratrem noſtrum Philippum & Andream epiſcopos, ſeu Theodorum ducem, noſtrum nepotem. Quibus & in ore poſuimus, vt veſtræ a Deo protectæ excellentiæ minutius enarrare debeant: quibus & in omnibus credere debeatis, & ſolita benignitate eos ſuſcipere iubeatis, pro amore fautoris veſtri beati Petri apoſtoli, vt dum ad nos reverſi fuerint cum effectu cauſæ, ante confeſſionem ipſius Dei apoſtoli, cum omnibus epiſcopis & ſacerdotibus, atque cuncto clero, ſenatu & vniverſo noſtro populo, pro veſtra ſoſpitate atque longævitate, & exaltatione regni veſtri, domino fun- E dere valeamus preces, vt ævis temporibusque eximietatem veſtram conſervare dignetur, ad exaltationem ſpiritalis matris veſtræ, ſanctæ Dei Romanę eccleſiæ; & ſicut terrena gaudia largitus eſt, ita & cæleſtia tribuat ſempiterna. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Pſal. 19. 10.

II. AD CAROLVM MAGNVM REGEM.

Petit vt Leonem archiepiſcopum Ravennatem coerceat, qui iura eccleſiæ Romanæ in Exarchatu & Pentapoli ſibi arrogabat.

Domno excellentiſſimo filio, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus Papa.

PERVENIT ad nos eo quod protervus & nimis arrogans Leo, archiepiſcopus Ravennatium civitatis, ſuos ad veſtram excellentiſſimam benignitatem, ad contrarietatem noſtram falſa ſuggerendo, direxit miſſos. Etenim præcellentiſſime magne rex, poſtquam veſtra excellentia a civitate Papia in partes Franciæ remeavit, ex tunc tyrannico atque procaciſſimo intuitu rebellis beato Petro & nobis extitit, & in ſua poteſtate diverſas civitates Æmiliæ detinere videtur, ſcilicet Faventiam, Forumpopuli, Forum Livii, Cæſenas, Bobium, Comiadum, ducatum Ferrariæ, ſeu Imolas, atque Bononias; aſſerens quod a veſtra excellentia ipſæ civitates, vna cum univerſa Pentapoli, illi fuiſſent conceſſæ. Et continuo direxit Theophylactum miſſum ſuum per univerſam Pentapolim, hoc ipſum denuntians, cupiens eoſdem Pentapolenſes a noſtro ſervitio ſeparare. Sed ipſi nullo modo ſe illi humiliare inclinati ſunt, nec a ſervitio beati Petri & noſtro recedere maluerunt: magis autem firmi in noſtris apoſtolicis mandatis, quemadmodum extiterunt ſub noſtro prædeceſſore domno Stephano papa, cui ſanctæ recordationis genitor tuus, ſimulque & præclara excellentia tua, ipſum exarchatum ſub iure beati Petri permanendum tradidit, in omnibus firmiter permanere noſcuntur. Nam prænominatas civitates, vt dictum eſt, Æmiliæ ipſe nefarius archiepiſcopus in ſua poteſtate detinens, ibidem actores quos voluit conſtituit, & noſtros, quos ibidem ordinavimus, proiicere viſus eſt. Sed & cunctas actiones infra civitatem Ravennatium ipſe ordinavit. Et ecce, quod nunquam ſperavimus, in magnam humilitatem ſancta ſpiritalis mater tua Romana eccleſia veniſſe dignoſcitur: & nos etiam in nimia deminoratione atque deſpectu eſſe videmur, dum ea quæ poteſtative temporibus Longobardorum detinentes ordinare ac diſponere videbamur, nunc temporibus veſtris a noſtra poteſtate impii atque perverſi, qui veſtri noſtrique exiſtunt æmuli, auferre conantur. Et ecce improperatur nobis a plurimis noſtris inimicis, exprobrantes nos & dicentes: Quid vobis profuit, quod Longobardorum gens eſt abolita, & regno Francorum ſubiugata? Et ecce iam nihil de his quæ promiſſa ſunt adimpletum eſt. Inſuper & ea quæ antea beato Petro conceſſa ſunt a ſanctæ recordationis domno Pippino rege, nunc ablata eſſe noſcuntur. Etenim illud, quod antefatus nefandiſſimus archiepiſcopus aſſerit, proponens occaſionem, in ea poteſtate ſibi exarchatum Ravennatium, quam Sergius epiſcopus habuit, tribui: Nos excellentiſſime fili, quemadmodum tempore domni Stephani papæ, qui illuc in Franciam profectus eſt, cui & ipſe exarchatus traditus eſt, ita & noſtris temporibus eum ſub noſtra poteſtate diſponere atque ordinare volumus: & omnes in hoc cognoſcere poſſunt, qualem poteſtatem eius beatitudo in eamdem Ravennatium urbem & cunctum exarchatum habuit; qui etiam archiepiſcopum Sergium exinde abſtulit, dum contra eius voluntatem agere ſpiritu ſuperbiæ nitebatur. Etenim ipſe noſter prædeceſſor cunctas a-

Cod. Carolini 4.

ctiones eiusdem exarchatus ad peragendum distribuebat, & omnes actores ab hac Romana urbe præcepta earumdem actionum accipiebant. Nam & iudices ad faciendas iustitias omnibus vim patientibus in eadem Ravennatium urbe residentes ab hac Romana urbe direxit; Philippum videlicet illo in tempore presbyterum, simulque & Eustachium quondam Ducem. Et vt plenius de hoc satisfacere Christianissima excellentia vestra possit, dignetur advocare prædictum Philippum episcopum, eoque de hujusmodi re inquisito, certissime veritatem agnoscere potestis, quia omnia ita sunt quemadmodum innotuimus. Et non tibi placeat, bone & excellentissime fili, vt in tantum despectum atque humilitatis deminorationem sancta Dei ecclesia Romana, spiritalis mater tua, quæ caput est omnium ecclesiarum Dei, veniat. Sed magis peto te coram Deo omnipotente, vt ita disponere jubeas, eumdemque archiepiscopum sub nostra potestate contradere digneris, vt a nobis cunctus exarchatus disponatur, sicut sæpefatus domnus Stephanus beatissimus papa, temporibus sanctæ memoriæ genitoris vestri domni Pippini, disponere visus est. Quatenus vestris felicissimis temporibus ipsa sancta vniversalis Dei ecclesia exaltata permaneat, & ex hoc in præsenti vita, suffragiis apostolorum beati Petri & Pauli, regni gubernacula longo senio cum immensis victoriis possidere, etiam & in futura beatitudine cælestia regna adipisci mereamini. Ecce enim magnopere direximus ad vestra regalia vestigia præsentem Anastasium, fidelissimum nostrum cubicularium, cui & in ore posuimus, quæ nostra vice vestræ excellentiæ enarrare debeat. Quem in omnibus vobis commendantes, cuncta illi credere, ad nos cum prospero nuntio, & effectu causæ absoluere jubeatis. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

III. AD CAROLVM MAGNVM.

Queritur se despectum a Possessore episcopo, & Rabigaudo abbate, missis Caroli: orat vt mœrorem suum consoletur, & ducatum Spoletinum, quem sancto Petro obtulit, reipsa cito tradi jubeat.

Domno excellentissimo filio, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carolini ep. 58.

OMnino confidimus & certi sumus, quod tua a Domino protecta excellentia in his, quæ pariter loquentes inter nos convenerunt, firmiter atque immutabiliter permanere studeat, & caritatis vinculum in medio nostrum corroboratum toto mentis annisu, atque sincero affectu, observare procuret; dum nos Deo propitio in ea ipsa habita in invicem dilectionis concordia cum magna sinceritate mentis satagimus perseverare: quia Deo teste dicimus, a quo cum vestra melliflua Christianitate in alterno amicitiæ amore colligati sumus, maximam in tua a Deo inspirata benignitate habere videmur fiduciam, quod omnes causæ sanctæ Dei ecclesiæ, & provinciæ nostræ salubri mancipentur effectui. At vero excellentissime & a Deo servate fili, bone & optime rex, tuæ per hujus nostræ apostolicæ relationis seriem deducimus notioni, quod dum ad nos pervenisset de fidelissimorum vestrorum missorum aduentu, scilicet Possessoris sanctissimi fratris nostri episcopi, seu & Rabigaudi religiosi abbatis, in magno gaudio noster relevatus est animus, quoniam desiderabilissimum est, assidue missos excellentiæ vestræ solite cum magno gaudio & decenti honore suscipere, & per eos de vestræ sublimitatis sospitate certos esse. Vnde nos illico, secundum qualiter missos vestræ regalis potentiæ decet, omnem præparationem, seu & caballos obviam eis direximus. Illi nempe dum Perusiam conjunxissent, relaxantes recto itinere ad nos conjungendum, secundum qualiter a vestro a Deo protecto culmine directi fuerunt, & vt vestros honorandos apices relegentes invenimus, nos despicientes, ad Hildebrandum in Spoletium perrexerunt, dirigentes nobis per nostros missos, quod tantummodo cum Hildebrando loquimur, & deinde, vt directi sumus, vna vobiscum apud domnum apostolicum conjungemus. Postmodum enim, dum cum prædicto Hildebrando locuti fuissent, & apud eum diutius morarentur, nostras apostolicas eis adjutantes direximus syllabas, Per Deum omnipotentem, & vitam excellentissimi filii nostri domini Caroli Magni regis, vt directi estis, ad nos conjungere satagite, vt vnanimiter pertractemus quod ad exaltationem sanctæ Dei ecclesiæ pertinuerit, & ad laudem regni nostri præcellentissimi filii agere studeamus, & tunc per dispositum, vt eius præcellentiæ decet missos, apud Beneventum vos proficisci disponemus. Sed illi, nescimus quid pertractantes, statim a Spoletio in Beneventum perrexerunt, nos in magna derelinquentes ignominia, & Spoletinos ampliaverunt in protervia. Vnde valde hanc nostram perturbaverunt provinciam, & pro hac re in magna tristitia noster jacet animus: quia quantum per illos expectabamus suscipere sperata nuntia de exaltatione sanctæ nostræ ecclesiæ, sicut & in vestris reperimus honorandis apicibus, & nostri nobis tulerunt missi, qualiter a vestra regalitate injunctum habuerunt, in tanta afflictione & deminoratione conati sunt. Sed recordari te credimus, dulcissime atque amantissime fili, qualiter nos benignissimo vestro ore affati estis, dum ad limina beatorum principum apostolorum Petri & Pauli properati estis, quia non aurum, neque gemmas, aut argentum, vel terras & homines conquirentes, tantum fastidium cum vniverso a Deo protecto vestro Francorum exercitu sustinuissetis, nisi pro iustitiis beati Petri exigendis, & exaltatione sanctæ Dei ecclesiæ perficienda, & nostram securitatem ampliare certantes. Sed tamquam præsentaliter coram vestris mellifluis regalibus obtutibus assistentes, obsecrantes petimus vestram a Deo fundatam regalem potentiam, vt de tanta & tali tribulatione, in qua nos ipsi vestri dereliquerunt missi, velociter per fidelissimos & benignissimos vestros missos nos consolari & lætificari jubeatis: quia & ipsum Spoletinum ducatum vos præsentaliter obtulistis protectori vestro beato Petro principi apostolorum per nostram mediocritatem pro animæ vestræ mercede. Et ita obnixe quæsumus, præcellentissime fili, vt nostram deprecationem de prædicta afflictione, & prænominato Spoletino ducatu, celerius effectui mancipetis; quatenus dignam a misericordissimo Deo nostro, intercedente beato Petro apostolorum principe, pro cuius amore & reverentia aurem nostris petitionibus accommo-

accommodare inspiratus fueris, suscipias mercedem: quia Deo teste dicimus, nihil nisi vestram cupimus exaltationem & lætitiam, dum annuente Deo magna inter nos atque insolubilis caritatis concordia corroborata est, permanentes in his quæ mutuo inter nos asserentes confirmavimus. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

IV. AD CAROLVM MAGNVM.

Petit auxilium adversus quatuor duces Italiæ, qui inter se & cum Græcis conspirant contra ecclesiam Romanam, & Carolum.

Domno excellentissimo filio, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carolini 59.

REMINISCI consideramus a Deo protectam excellentiam vestram, quod sæpius vobis innotuimus, de Hildebrando Spoletino duce, seu Arigiso Beneventano duce, atque Rodgauso Forojuliano, de sævissimo consilio quod erga nos atque vos gerere non desinunt. Nunc vero, dum fidelissimi vestri missi, revera sanctissimus frater noster Possessor episcopus, atque Rabigaudus religiosus abbas, a Benevento repedantes per prædictum Hildebrandum ad nos properant, nimis nos obsecrantes propter nominati Hildebrandi noxam, vt ei veniam tribueremus, asserentes vt apud eum nostrum indiculum, & obsides pro sua dubitatione mitteremus, & Hildebrandus nostris se præsentaret obtutibus. Nos quippe secundum fidelissimorum missorum vestrorum dictum, illuc usque Spoletium direximus Stephanum nostrum fidelissimum dudum sacellarium. Qui cum eum affatus fuisset, & tunc nostros ibidem destinassemus obsides, ipse nempe noster missus, cum apud eum conjunxisset, in magna eum invenit protervia, eo quod missos Arigisi Beneventani ducis, sed & Rodgausi Forojuliani, necnon & Regnibaldi Clusinæ civitatis ducum, in Spoletio cum præfato reperit Hildebrando, adhibentes adversus nos perniciosum consilium, qualiter, Deo eis contrario, proximo Martio mense adveniente, utrosque se in unum conglobarent, cum caterva Græcorum, & Adalgiso Desiderii filio, vt terra marique ad dimicandum super nos irruant; cupientes hanc nostram Romanam invadere civitatem, & cunctas Dei ecclesias denudare, atque ciborium fautoris vestri beati Petri auferre; vel nosmetipsos, quod avertat divinitas, captivos deducere, nec non Longobardorum regem integrare, & vestræ regali potentiæ resistere. Ob hoc præcellentissime rex, & dulcissime fili, peto te, & tamquam præsentaliter assistens cum divinis mysteriis, conjuro coram Deo vivo, & eius principe apostolorum beato Petro, ut sub nimia festinatione, & maxima celeritate nobis subvenias, ne pereamus: quoniam post Deum in tuis manibus nostras omnium Romanorum commisimus animas. Ne nos derelinquas, aut differas solatiandum, vt dicant gentes quæ in cuncto orbe terrarum sunt: Vbi est fiducia Romanorum, quam post Deum in regem & regnum Francorum habebant? Et tu de omnibus, a Deo protecte dilectissime fili, ante tribunal Dei eris redditurus rationem: quoniam, vt præfati sumus, tuæ dulcissimæ sublimitati, per Dei præceptionem & beati Petri, sanctam Dei ecclesiam, & nostrum Romanorum Reipublicæ populum commisimus protegendum. Et ita ad limina protectoris tui beati Petri apostolorum principis properare satagite, vt cunctos adversarios sanctæ Dei ecclesiæ atque nostros, seu vestros, regalis vestri culminis substernatis vestigiis: & ea quæ eidem Dei apostolo vestris propriis pro animæ vestræ mercede obtulistis manibus, ad effectum perducatis: vt fructum bonum offerens, in futuri examinis die merearis dicere: Domine meus, princeps apostolorum beate Petre, cursum consummavi, fidem tibi servans ecclesiam Dei a superna clementia tibi commendatam de manibus persequentium defendens liberavi, & assistens immaculatus coram te, offero tibi pueros, quos mihi commisisti de manibus inimicorum eruendos, sospites atque incolumes existentes. Tunc & qui in præsenti vita regni gubernacula tenes, etiam & in futuro sæculo cum Christo regnans cælestia præmiorum gaudia adipisci merearis: audiens nimirum paternam desiderabilem vocem illam inquientis: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis præparatum est ab origine mundi.* Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Matth. 25.

V. AD CAROLVM MAGNVM.

Gratulatur sibi de eo quod ex Caroli missis cognorat, ipsum breui Romam esse venturum.

Domno excellentissimo filio, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carolini 63.

DVM tanta securitatis lætitia spiritalis mater vestra, sancta Dei catholica & apostolica Romana ecclesia, dilatata laudabiliter permanet, etiam in apostolica aula ob vestrorum delictorum veniam sedula a nobis, & cunctis Dei sacerdotibus, orationum vota & sacrificiorum hostiæ divinæ proferuntur majestati. Itaque præcellentissime fili, conjungentes ad nos fidelissimi vestri missi; scilicet Possessor sanctissimus frater noster, & Rabigaudus religiosus abbas, detulerunt nobis desideratissimas vestræ sublimitatis syllabas, quas & cum nimia amoris dulcedine acceptantes suscepimus, relegentesque, & de vestra immensa prosperitate agnoscentes, magnas omnipotenti Deo nostro tulimus laudes, qui nobis tam benignissimum ac Christianissimum regem suæ ecclesiæ detulit defensorem. Continebatur quippe in ipsis vestris regalibus apicibus, quod Domino protegente remeantes vos a Saxonia, mox & de præsenti Italiam, vel ad limina protectoris vestri beati apostolorum principis Petri, ad implenda quæ ei polliciti estis, properare desideratis. De quo audito nimis noster lætatus est animus, vna cum vniverso nostro populo, eo quod nimis desiderabiles sumus præminentissimum vestrum conspicere vultum. Quoniam satisfaciat tibi veritas, dulcissime & amantissime fili, atque a Deo institute magne rex, in eadem sponsione, qua in invicem ante sacram eiusdem Dei apostoli confessionem adnexi sumus, firmi atque incommutabiles diebus vitæ nostræ, cum vniverso nostro populo, permanere satagimus. Vnde & caritas vestri regalis culminis nos provocat sedulo de vestra sospitate addiscere. Et cognoscat vestra conspicua excellentia, quia si mora de vestro aduentu prouenerit, magna nobis imminet voluntas,

voluntas, ibidem in vestrum adventum, vbicumque vos valuerimus conjungere, obviam proficisci. Interea notioni vestræ excellentiæ deducimus de prædictis vestris fidelissimis missis, quia sicut ad nos pervenerant, & vestræ regali potentiæ per nostros apices intimandum direximus, dum nobis præsentati fuissent ipsi missi vestri, fideles in servitio fautoris vestri beati Petri apostolorum principis, & nostro atque vestro, reperimus, vt benigne eos suscipere jubeatis. His prælibatis, divinam exoramus clementiam, ut sua vos gratia multipliciter tueatur, tribuens vobis, atque excellentissimæ filiæ nostræ reginæ, & amantissimis vestris natis, per longæva ac prospera tempora, regni gubernacula possidenda, vestrisque vestigiis cunctas barbaras nationes prosternat, dilatans multipliciter terminos regni vestri, etiam & cælestis regni gaudiis vos faciat esse per infinita sæcula participes. Incolumem excellentiam vestram, domine fili, superna gratia custodiat.

VI. AD CAROLVM MAGNVM REGEM.

De Saxonibus ad paganismum reversis, docet quæ illis indici pœnitentia debeat, si redire iterum ad ecclesiam velint.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carolini 80.

VESTRÆ a Deo protectæ regalis excellentiæ suscipientes missos, scilicet Itherium & Magenarium religiosos abbates, sciscitati sunt nos interrogantes de Saxonibus, qui Christiani fuerunt, & ad paganismum reversi sunt, qualem pœnitentiam eis sacerdotes indicere debeant. Hoc prædecessorum nostrorum, sanctorumque pontificum dudum decretum est, quod qui resipiscentes, & ruinas suas cogitantes redire maluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittendi sint, & iterum pœnitentiæ satisfactione purgentur: quæ non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione pensanda sunt. Et ideo, excellentissime & a Deo protecte fili, oportet sacerdotes partibus illis pastoralem circumdare solertiam, atque episcopalem induere vigilantiam, & in eorum arbitrio indicere pœnitentiam, considerantes piaculum tam voluntate, quamque extra voluntatem coacti, ad suum revertentis vomitum: & tunc canonicam promere sententiam. quatenus si veraciter reversi in fide catholica maluerint perseverare, promittentes se omnem adimplere episcopalem prædicationem, unum confitentes baptismum, sub iusiurando pollicentes fidem Christianitatis servaturos, in gremio suscipiantur orthodoxæ fidei ecclesiæ, & copiosa merces vobis adscribatur in cælis. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

EXCERPTA EX ALIIS EPISTOLIS HADRIANI PAPÆ I. AD CAROLVM MAGNVM.

De corpore sancti Candidi martyris, quod corpus sanctum postulanti concedit.

Ex epist. 61. cod. Carol.

ADo, Deo amabilis diaconus, olim dum cum fratre nostro Fulrado Deo amabili religioso abbate & presbytero huc venisset, petiit nos vt ei corpus sanctum tribueremus. Sed nos, sicut iamdudum vobis direximus, per revelationem territi, nullo modo audemus ex ipsis sanctorum corporibus amplius quid exagitare. Sed si vestra voluntas fuerit in corpore sancti Candidi martyris, quod apud Vvlcharium fratrem nostrum archiepiscopum rejacet, si mutatum non est, sed ipsum est, quod sanctæ recordationis prædecessor noster domnus Paulus papa concesserat dudum Aciulfo presbytero, una vobiscum ipsum illi concedimus sanctum corpus: quia per consilium & fide dignas personas testimonium reddentes, eius locum atque ecclesiam reperimus, vnde a jam fato domno Paulo papa ipsum sanctum corpus jam dicto Aciulfo presbytero concessum est.

Carolo regi musiva & marmora palatii Ravennatis auferenda concedit.

Ex ep. 67. cod. Carol.

Potentiæ vestræ per Arvinum ducem suscepimus apices: in quibus referebatur, quod palatii Ravennatis civitatis musiva atque marmora, ceteraque exempla tam in strato, quamque in parietibus sita vobis tribueremus. Nos quidem libenti animo & puro corde, cum nimio amore vestræ excellentiæ tribuimus effectum, & tam marmora, quamque musivum, ceteraque exempla, de eodem palatio vobis concedimus auferenda: quia per multa vestra laboriosa regalia certamina multis bonis fautoris vestri beati Petri, clavigeri regni cælorum, ecclesia quotidie fruitur, quatenus merces vestra copiosa adscribatur in cælo.

Regem hortatur vt episcopos & presbyteros militaria in bello arma indui non permittat.

Ex ep. 77. cod. Carol.

Fatus est nobis Ioannes monachus, quia dixisset vobis, vt omnis episcopus spiritalia teneret arma, & non terrena. Quatenus si ita est, quia militaria induunt arma, hortantes vestræ notescimus a Deo protectæ regali excellentiæ, vt nullomodo sic fieri permittat. Sed quoscumque in quolibet deferri cupit loco, tam episcopi, quam presbyteri, orthodoxæ fidei galeam, & salutis induti arma, orationibus vacare gnaviter studeant, & cuncto populo ad ea quæ pro salute animæ sunt, spiritale gerant officium. Ceteri vero episcopi atque presbyteri, in eorum degentes ecclesiis, canonice unusquisque per vestrum regale robustissimum præsidium, suum valeant regere populum a Deo sibi commissum.

Quod pro rege assidue orat, & quod crucem ab eo missam in ecclesia collocarit.

Ex ep. 81. cod. Carol.

Testem invoco Deum, cui servio in spiritu meo, quod sine intermissione die noctuque semper memoriam vestri facio in orationibus meis, obsecrans tam pro vestra in triumphis regali victoria, & perpetua stabilitate, quamque pro sanctæ memoriæ genitoribus vestris, simul conjuge vestra domna Hiltigarde regina, filia & spiritali commatre nostra: & nempe eorum memoriale non derelinquetur in æternum. Crucem quam nobis misistis, in sanctam nostram ecclesiam recondentes, vestra memoria in æternum in ea manebit.

VII. AD CAROLVM MAGNVM.

Præmissis mutuæ benevolentiæ argumentis, respondet se anniti, ne Longobardorum episcopi alter alterius diœceses invadant; & de consecrationibus episcoporum, per Italiam & Tusciam, sedulo cavere, vt secundum canones fiant. Suadet denique, vt qui vltro citroque ad regem vel ad pontificem commeant, sine regis & pontificis epistolis non eant.

Domno

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

c. Carol. 85.

QUANTO amoris annisu pro vestro a Deo promoto & ampliato regno fervescimus, tantum in ejus præfulgida regali dulcedine, & firma stabilitatis constantia permanemus. Quanta enim jocunditatis lætitia erga vestram triumphis regalem potentiam cor nostrum exultat, si sermonibus promere voluerimus, nulla ut opinor scripturæ propagata sufficere valebit series; neque ullus sermo explicare potest, qualiter de B vestris immensis victoriis, atque sospitate crebro præstolantes nuntios, die noctuque penitus divinam pro vestra regali præcellentia exoramus clementiam. Quatenus regales nectareosque vestros per fidelissimos missos suscipientes affatus, scilicet reverentissimum & sanctissimum Bernerадum episcopum, nec non Radonem dilectissimum protonotarium vestrum atque abbatem, reperimus in eis, ut vestræ præcelsæ memoriæ, pariterque filiæ nostræ domnæ reginæ, vestræ nobilissimæ prolis, simulque omnis populi vobis a Deo commissi, in nostris meminerimus orationibus. Freta prorsus quippe existat vestra a C Deo promota regalis præcellentia, quia immensas pro vobis in confessione beati Petri fautoris vestri jugiter totis viribus nostris apostolicis suffragiis ingementes fundimus preces, ut ubique ipse princeps apostolorum vos comitans, omnium adversantium colla sub vestris prosternat pedibus. De nostra vero prosperitate, quia promittis gratissimam atque ineffabilem habere lætitiam, sanctæque spiritalis matris vestræ, Romanæ ecclesiæ status super vos redundat, (nam si aliter, quod absit, evenerit, sine vestra difficile est manere tristitia) nempe in his certi su- D mus, quia amat anima amantem se, & dilectio compaginat nos, nec dirimere eam quispiam valebit; eo quod in vestra prosperitate nostra existit lætitia, & nostram sospitatem vestram credimus esse in ævum jocunditatem. Et dum iniqui ac procaces, qui adversus matrem vestram, sanctam Romanam ecclesiam, perversa moliebantur perpetrare, domino cooperante, cælorumque clavigero suffragante, per laboriosa certamina demoliti ad nihilum redacti sunt, in veritate comperimus, quia ut vestra regalis potentia deprompsit, illæsa cum felicitatis gaudio permanens relevata exultat. Scriptum quippe est; *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

Matth. 10. 24.

De cunctis vero, quæ per legatos & epistolas vestra cognovit excellentia, & ex parte per nostros respondit missos, quibus ore fari prædixit liquidius nobis omnia innotescentes, solito more benigne atque amabiliter eos audientes accommodavimus aures, & singillatim reddidimus congruum aptumque responsum. Reperimus quippe in ipsis regalibus apicibus vestris, nil pro deminutione sanctæ Romanæ ecclesiæ ac apostolatus nostri, sed magis pro exaltatione & honore, ministeriique nostri servanda rectitudine, vestram illaborare excellentiam, ac petere ut nullatenus iniquo ori ad ejus mendacium præberemus assensum; quia nec terrenarum facultatum ambitio, vel qualibet seductio hominum, vos aliquando ab iis, quæ beato Petro apostolo polliciti estis, separare poterit, sed neque a nostra caritate, vel firma dilectio- A ne. Cum procul dubio sciamus, quod vestra regalis potentia non pro deminoratione, sed semper exaltatione spiritalis matris vestræ sanctæ Romanæ ecclesiæ decertavit; fama in omnem gentem sine tenus divulgata, dedita atque exaltata manebit. Potius autem nos quæsumus, ut nullatenus subdolo & homini mendaci, sicut fertis, præbeatis assensum. Qui si talia adversus nos mentiens inuentus fuerit, nostris apostolicis obtutibus una cum misso vestro dirigere dignemini; & si mendax apparuerit, secundum sua perversa merita puniatur. Sicut polliciti estis claviculario regni cælorum beato Petro, ita persistere dignemini; quia nostra promissio immutilata atque inconcussa sine quolibet manebit dolo. Illud autem, quod fertis in nostris apicibus reperisse, quod diœceses Longobardorum episcopi alter alterius invadentes, ac illicite tenentes, in pristino permanerent errore, omnino sicut vobis placabile est, secundum canonum instituta emendare conamur: quia alterius arripere anhelantes parochias, in perjurii reatum incurrunt. Longobardorum regum terminos atque censuram non servantes, procul ab observatione canonum in eorum transgressionem labentes, & jurgia atque discordias gignentes, in molem incidunt errorum. Idcirco apostolica prævidimus auctoritate, ut sicut canonice in eorum decretis consistunt, & quando a nobis ordinantur, olitana consuetudo proclamatur, clerus & plebs consistens ecclesiæ civitatis illius elegerunt sibi episcopum illum, sic parochiam ejusdem civitatis præ manibus teneat: & si in eorum decretis, atque nostræ apostolicæ ordinationis scriptis canonice promitur atque statuitur, cur non in ejusdem civitatis territorio, ubi ordinatus est, habeat in integro parochiam suam? Sed qui terminos antiquorum patrum transgredientes, suam conantur immoderationem atque imperitiam adimplere voluntatem, indicium sibi canonum committunt. De filia vero Ermenaldi, quæ veste mutata iterum post tergum reversa, illicitum sortita est matrimonium, nostris directa, ut perhibuistis, obtutibus canonice judicanda, prorsus minime ad nos properavit. Nos omnium ecclesiarum pastoralem curam habentes, divina prædicare præcepta non finimus de consecrationis vitio, quod in partibus Italiæ & Tusciæ per hæresim Simoniacam fit. Attamen multis locis non finitur: imo & in Ravennatium ecclesia civitatis, sicut missi vestri, ut fertis, vobis retulerunt, assolet fieri. Unde multæ pecuniæ per talem nefandam dationem alienatæ esse cernuntur; ut aurum & argentum jam non habentes, etiam E ipsæ res ecclesiarum per emphyteuses manu conscriptas existant alienatæ, & per nefandam dationem afflictæ & depopulatæ esse cernuntur. Absit enim a nobis, ut super tales viros, veritate comperta, manus consecrationis imponeremus; sed nec ad audiendum aures inclinaremus, etiamsi qualibet nobis potestas tales acanonistos viros poposcisset consecrari. Quia nunquam nos in qualibet electione invenimus, nec invenire habemus: sed neque vestram excellentiam optamus talem rem incumbere. Sed qualis a clero & plebe cunctoque populo electus canonice fuerit, & nihil sit quod sacro obsit ordini, solita traditione illum ordinamus. Nos quippe cum subscriptione decreti a cuncto populo roborati electum suscipientes, & ne videatur viduata

viduata morari ecclesia a proprio rectore, sicut canonum instituta censuerunt, nostris apostolicis præsentatus, ipsum deducentes electum, enucleatius eum de singulis indagantes capitulis singillatim orthodoxæ fidei, atque divinorum voluminum, interrogamus an habeat peritiam. Et postquam nobis fidelem responsionem edixerit, & a ceteris olitanis capitulis, quæ a sacerdotibus cavenda sunt, mundum se esse perhibuerit, maxime hæresi Simoniaca, obtestantes sciscitamur, an aliquam promissionem cuiquam aut dationem fecerit, quia Simoniacum & contra canones est: & dum coram omnibus a nobis interrogatur, respondet, Absit: & nos dicimus, Tu videris; & si conscii sunt, capiti eorum respiciat periculum. Unde simili modo sub jusjurando in scriptis respondent, Nunquam aliquid accepturos de manus impositione. Quanta enim auctoritas beato Petro apostolorum principi, ejusque sacratissimæ sedi concessa est, cuiquam non ambigimus ignorari; utpote quæ de omnibus ecclesiis fas habeat judicandi, neque cuiquam liceat de ejus judicare judicio. Quorumlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli jus habebit solvendi, per quos ad unam Petri sedem universalis ecclesiæ cura confluit, & nihil unquam a suo capite dissidet. Interea reperimus in ipsis regalibus apicibus vestris exaratum, sicut præterito anno vobis direximus, pro hominibus Ravennatibus & Pentapolensibus, de quibus scripsimus, ut eos nobis dirigeretis, sicut Beneventanos duci fecistis, & ut fertis, de parte apostolatus nostri nihil mali, sed magis quæ bona sunt, retulerunt; sed neque eis, neque cuilibet homini ullatenus in nostra adversitate præberetis consensum: sed statim si tales reperissetis, & hominem & causam ad nostrum judicium mitteretis. Nos ab initio, & usque in finem, talem erga vestram regalem excellentiam habemus fiduciam, quod pro nullo terreno homine ab amore & caritate beati Petri apostolorum principis, nostraque dilectione, ut polliciti estis, recedetis: quia & nos in ea, quam vobis polliciti sumus, fide usque in finem permanebimus. Ipsi vero Ravenniani & Pentapolenses, ceterique homines, qui sine nostra absolutione ad vos veniunt, fastu superbiæ elati, nostra ad justitias faciendas contemnunt mandata, & nullam ditionem, sicut a vobis beato Petro apostolo & nobis concessa est, tribuere dignantur. Tamen fidelissimi vestri præfati missi viderunt ipsos Ravennianos, quos vobis præsentaverunt, qualiter nobis in superbia extiterunt. Sed quæsumus vestram regalem potentiam, nullam novitatem in holocaustum, quod beato Petro sanctæ recordationis genitor vester obtulit, & vestra excellentia amplius confirmavit, imponere satagat: quia ut fati estis, honor ' patriciatus vestri a nobis irrefragabiliter conservatur, etiam & plus amplius honorifice honoratur. Simili modo ipse ' patriciatus beati Petri fautoris vestri, tum a sanctæ recordationis domno Pippino magno rege genitore vestro in scriptis in integro concessus, & a vobis amplius confirmatus, irrefragabili jure permaneat. Sicut enim vestra regalis excellentia in suis tulit apicibus, minime ei contrarium videretur, quicumque de episcopis aut comitibus, seu ceteris hominibus, partibus vestris, aut vestram jussionem complendi, sive propria voluntate, ad nos venire voluerint; sed nec nostræ paternitati displicere noctum est, qualiscumque ex nostris, aut pro salutationis causa, aut quærendi justitiam, ad vos properaverit, nihil durius vobis exinde apparet. Sed sicut vestri homines sine vestra absolutione ad limina apostolorum, neque ad nos conjungunt; ita & nostri homines, qui ad vos venire cupiunt, cum nostra absolutione & epistola veniant. Quia sicut nos semper vestros homines suscipientes commonemus, ut in vera fide atque puritate cordis totis eorum viribus in vestro maneant servitio: ita & vos simili modo, quicumque ex nostris hominibus ad vos venerint, eos omnino obtestari atque commonere vestram regalem prudentiam quæsumus, ut sicut genitor vester sanctæ recordationis dominus Pippinus magnus rex eos beato Petro, ejusque vicario concessit, & demum excellentia vestra confirmavit, sic admonere atque obtestari jubeamini, ut nullo modo audeant se in superbiam elationis efferre quando ad vos properaverunt; sed potius subjecti atque humiles in servitio beati Petri, & nostræ præceptionis, maneant subjecti: & hortamini eos, Quia omnino in servitio & ditione beati Petri apostoli usque in finem sæculi permanebimus: qui si tales non reperti fuerint, a vestra excellentia, simulque a nobis maneant correpti. Et hoc pariter poscimus vestram a Deo protectam regalem potentiam, & fidelissimos nostros missos, simulque vestros, pro amore Dei & beati Petri apostolorum principis, nostræque dilectionis, eos ultro citroque fovere atque commendatos habere dignemini. Quia nimis erga præsidiatorem & protectorem vestrum beatum Petrum apostolorum principem, & nos, fideles eos reperimus: & ideo petimus, ut amplius per vestrum regale adminiculum, nobis poscentibus, elevati atque exaltati pro nostro amore in vestro præfulgido regno existant. Quia quantum caput totius mundi, sanctam Romanam, ejusque rectorem simulque antistitem amplectens, honorabilis terque glorificanda vestra divinitus præordinata summa excellentia diligit, tantum eam beatus Petrus apostolorum princeps, una cum domna filia nostra excellentissima regina, vestraque nobilissima sobole, & hic longiori ævo regni gubernaculo perfrui, & in futuro inconcussa faciet soliditate victrice gaudere. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

' exarchatus

' exarchatus

VIII. AD CAROLUM MAGNUM.

Gratulatur Carolo de Saxonibus subactis, atque ad Christi cultum & baptisma perductis; triduanasque litanias, ut Carolus optat, eo nomine indicit.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod. Carolini 91.

PRÆSTOLATOS, nimisque nobis optabiles regales vestros suscepimus affatus per fidelissimum vestrum latorem atque missum, videlicet Andream religiosum abbatem: quos reperimus in eis de vestræ præcelsæ regalis potentiæ, & comparis, subolisque vestræ, seu cunctorum præcipuorum vestrorum nostrorumque fidelium sospitate, & incolumi ac sincerissima prosperitate: in quibus redemptori mundi consuetas retulimus grates. Magis autem inibi

inibi de vestris a Deo præsidiatis regalibus triumphis comperientes, qualiter sævas adversasque gentes, scilicet Saxonum, ad Dei cultum, & suæ sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ rectitudinem fidei perduxeritis, atque domino auxiliante, & Petri Paulique apostolorum principum interventione suffragante, sub vestra eorum colla redacta sunt potestate ac ditione, eorumque optimates subjugantes, divina inspiratione, regali annisu, universam illam gentem Saxonum ad sacrum deduxistis baptismatis fontem. Unde nimis amplius divinæ clementiæ retulimus laudes, quia nostris vestrisque temporibus gentes paganorum in veram & magnam deductæ religionem, atque perfectam fidem, vestris regalibus substernuntur ditionibus. In hoc quippe freta vestra a Deo fundata existat potentia, quia si, ut pollicita est, fautori suo beato Petro apostolo, & nobis, puro corde atque libentissimo animo adimpleverit, maximas ac robustiores illarum gentium suis præcipuis suffragiis vestris substernet pedibus, ut nemine eos persequente, vestris regalibus subjiciantur potentiis, & maximum fructum in die judicii, ante tribunal Christi, de eorum animarum salute offerre mereamini dignissimum munus, & pro amore animarum lucra infinita mereamini adipisci in regno cælesti. Illud autem, quod vestra regalis intimavit excellentia, ut in uno mense, vel in una die, pro hujusmodi operibus, scilicet stabilitatis vestræ victoria, laudes Deo gerentes caneremus, & una vel duabus feriis litanias perageremus; valde hoc nobis delectabile existit. Quatenus apostolica exarantes censura decrevimus, in omnibus nostris partibus, quæ sub ditione spiritalis matris vestræ sanctæ Romanæ ecclesiæ existunt, illico celebrari easdem una nobiscum disponentes emisimus, domino protegente; videlicet vicesima tertia die, & vicesima sexta, atque vicesima octava hujus advenientis Iunii mensis, quæ sunt in primis vigiliæ beati Ioannis Baptistæ, & natalis sanctorum Ioannis & Pauli, nec non & vigiliæ beati Petri apostoli. Similiter & vestra regalis potentia in suis dirigat universis finibus, seu transmarinis partibus, ubi Christiana moratur gens, similiter perficiendas triduanas litanias. Et ideo tale protelatum emisimus spatium, propter tam longinquas Christianas nationes ultra vestrum regale morantes regnum. Nos quippe non solum unam vel duas, ut nobis insinuastis, celebrandas litanias prævidimus; sed etiam pro vestra, ut soliti sumus, indesinenter orare excellentia cupientes, decrevimus perficere, & redemptori mundi canere laudes, ut ipsæ gentes, quæ per vestrum regale certamen ad Christianam perductæ sunt fidem, usque in ævum per vestrum maneant adminiculum, & nostris vestrisque finibus omnes repelli faciat ægritudinis morbos, & procul ejiciat pestilentiam, ut nostris vestrisque diebus populus nobis a Deo commissus in magna degentes ubertatis affluentia, simulque sincerissimæ sospitatis lætitia, longiori ævo una cum domna regina, vestraque nobilissima prole, mereamini regni gubernacula perfrui, & in æthereis arcibus sine fine regnare, ut per vestra laboriosa certamina magis magisque spiritalis mater vestra sancta Romana ecclesia maneat exaltata. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

PRIVILEGIUM MONASTERIO SANCTI DIONYSII AB HADRIANO papa I. concessum.

Ut proprium ei liceat habere episcopum.

Hadrianus episcopus servus servorum Dei, Maginario religioso abbati venerabilis monasterii sancti Christi martyris Dionysii, siti in Parisiaco, ubi venerabile sancti corpus quiescit, & per eum eidem venerabili monasterio in perpetuum.

Tum summæ apostolicæ dignitatis apex in hoc divini prospectus nitore dignoscitur præfulgere, cum in exercendis Dei laudibus sui impensius studebit laboris exhibere certamen. Ob hoc debita nos ejusdem apostolicæ pastoralis compulit solicitudinis cura, quæque ad stabilitatē piorum pertinere dignoscitur locorum, ubertim promulgari, atque olitanam consuetudinem eisdem venerabilibus locis apostolicæ institutionis censura confirmari. Igitur quia postulastis a nobis, quatenus privilegium, quod prædecessoris nostri sanctæ recordationis domni Stephani junioris papæ in prædicto monasterio vestro apostolica ejus sanxit auctoritas, demum confirmaremus: idcirco vestris annuentes votis, prælati prædecessoris nostri institutionis decretum prorsus apostolicis infulis sancimus, simulque eadem roboramus apostolica in ævo serie. Quapropter auctoritate beati Petri apostolorum principis fulti, in jam dicto venerabili monasterio statuentes promulgamus, ut penitus liceat ibidem habere episcopum, sicut a priscis temporibus, & usque hactenus fuit; per cujus prædicationem populus, qui a diversis regionibus devota mente quotidie ad sancta ejusdem martyris Christi monasterii limina convenerit, remedium consequi mereatur animarum. Et quando episcopus præfati sancti loci de hoc sæculo migraverit, & alius ab abbate & monachis dignus electus fuerit, sine qualibet controversia pro longitudine itineris, a vicinis episcopis, sicut mos extitit, consecretur. Quod si pro qualibet occasione, aut invidia, ordinandi se distulerint, tunc licentiam tribuimus, ut ad sedem apostolicam, cum testimonio abbatis & monachorum, propriis eorum manibus simul decretum subscriptum ferens, consecrationis causa adveniat, & consecrationem accipiat: quia nolumus ut lumen, quod ibidem hactenus tanto tempore per episcoporum prædicationem claruit, nostris temporibus extinguatur. Et nemo episcoporum parochianis in præfato monasterio, in cellis, ecclesiis, vel titulis, seu oraculis, sub ditione ipsius constitutis, ordinationes facere, sive pro chrismate conficiendo, aut quacumque exquisita re, agere, aut distringere, vel ad se presbyteros convocare præsumat. Sed per hanc auctoritatem apostolici privilegii nostri, episcopus ex ipso venerabili monasterio canonice curam pastoralem solicitudinis ministerii sui, in prælatis adjacentibus vel subjacentibus locis habeat; & quæque emendanda & corrigenda sunt, cum consensu abbatis sui, canonica institutione, & secundum ordinem cuncta peragat. Si vero quælibet discordia inter vicinos episcopos, seu episcopum prædicti monasterii, quod non optamus, orta fuerit; nullus audeat, abbate minime annuente, sæpius nominati monasterii episcopum distringere, vel in qualibet judicare parte. Quod si abbas ejusdem

dem monasterii ullo modo voluerit inter eos declamari, nostris apostolicis eveniant obtutibus concordia reformandi. Statuentes apostolica censura sub divini judicii obtestatione, & anathematis interpositionibus, ut nullus unquam nostrorum successorum pontificum, aut qualibet dignitatis præditus potestate, vel alia quæcumque magna parvaque persona, præsumat contra hoc nostrum apostolici priuilegii præceptum agere: potius autem firmum, atque stabile nostris temporibus illud decernimus permanendum. Si quis autem quolibet tempore, quod nullo modo credimus, hujus decretum privilegii, apostolica auctoritate firmatum, in totum vel in parte temerare tentaverit, suamque præsumptionem digna emendatione minus correxerit, sciat se auctoritate domini mei beati apostolorum principis Petri anathematis vinculo esse innodatum, & a regno Dei alienum, atque cum diabolo, & ejus atrocissimis pompis, æterni incendii supplicio deputatum, & perpetuæ condemnationi summissum. At vero qui observator & custos hujus nostri apostolici privilegii extiterit, benedictionis gratiam, vitamque æternam a misericordissimo domino Deo nostro consequi mereatur. Scriptum per manum Christophori notarii & scriniarii sedis nostræ, in mense Iunio, indictione IX. Bene valete. Datum Kalendis Iuliis per manum Anastasii primicerii, regnante domino Deo & salvatore Iesu Christo, cum Deo patre omnipotente, & Spiritu sancto, per infinita sæcula. Anno, Deo propitio, pontificatus domini nostri in apostolica sacratissima beati Petri sede XV. indictione IX.

IX. AD CAROLUM MAGNUM.

Pallii usum concedit Ermemberto archiepiscopo Bituricensi.

Domno excellentissimo filio, nostro spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod Carolini 87.

DIRECTUS a regali potentia vestra reverentissimus & sanctissimus vir, scilicet Ermembertus episcopus, nostrisque appræsentatus apostolicis aspectibus, obtulit nobis præcelsæ excellentiæ vestræ sagacissimos atque honorabiles regales affatus: quos cum nimio amplectentes amore, regi regum, in cujus potestate sunt omnia regna mundi, gratias egimus, qui nos de vestra inclyta sospitate lætos crebro efficit, eo quod vos per hujus mundi regna, cælestia magis ambire atque hereditare concedit, per beatum Petrum apostolorum principem de sævitia adversariorum triumphantes. Reperimus quippe in ipsis regalibus affatibus vestris, ut prælato Ermemberto episcopo pallium sacerdotalibus infulis decoratum ex apostolica auctoritate concederemus: quia civitas metropolis in Aquitania videtur esse patria, quæ Bituricas nuncupatur, ubi nunc præfatus venerabilis vir præesse dignoscitur, curamque pastoralem devotus exercere videtur. Quatenus ignorantes, si canonice in provinciæ partibus illis jam ordinatus tam a prædecessoribus nostris, quamque a nobis fuisset, enucleatius eum indagari curavimus, ne usurpationis locus aliquis sacerdotibus in alterius jure concedatur. Qui præfatus sanctissimus vir nobis confessus est, ut sub nullius archiepiscopi jurisdictione esse videretur. Quapropter pro nimio vestro regali ex intimo cordis amore, prædicto Ermemberto a nostra apostolica sacratissima sede atque auctoritate archiepiscopo constituto in metropolitanam civitatem, quæ Bituricas cognominatur, sicut dudum mos extitit, sub jure sanctæ Romanæ ecclesiæ degenti, usum pallii concessimus fruendi. Et ideo quæsumus, ut per vestrum præcelsum regale adminiculum, ministerium sibi commissum digne sibi valeat & canonice dispensare, sacerdotali moderamine suscipiente affectum: ut dum plebs sibi concessa ab insidiatoribus inconvulsa atque intacta permanserit, simulque a vestro regali culmine tuta fuerit, ab ipso clavigero regni cælorum beato Petro apostolo dignam mereamini suscipere retributionem: ut una cum excellentissima & spiritali filia domna regina, vestraque præcelsa sobole, redemptor omnium Deus, longo ac prospero senio amplius exaltati regni gubernacula faciat perfrui, & vitam æternam pariter vobis tribuat possidendam. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

X. AD CAROLUM MAGNUM.

Respondet de Ravennatum episcoporum electionibus, quod sine regiorum missorum interventu, a clero & plebe, suscepta pontificis Romani admonitione, secundum canones fieri solitæ sint.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Codic. Carolini 71.

DIRECTUS a vestra insigni regali præcellentia, videlicet Ermembertus religiosus presbyter, inter responsionis suæ verba, obtulit nobis commemoratorium, ut asserebat, vestræ excellentiæ exaratum, scilicet de electione episcoporum Ravennatis ecclesiæ: quia quando Sergius archiepiscopus obiit, in electione Leonis archiepiscopi fuerunt missi vestri, Hucbaldus vel pares sui. In hoc enim omnino valde vestram excellentiam meminisse credimus, quia quando prædictus Sergius archiepiscopus obiit, per suam arrogantiam Michaelius præsumptor invadere ausus fuit ecclesiam Ravennatem, & per auxilium Desiderii sævissimi regis ipsam enormiter invadens ecclesiam diu detinebat, & a suo proprio rectore destituta atque viduata manebat. Tunc ad decessorem nostrum, sanctæ recordationis domnum Stephanum papam, prædictus Hucbaldus, a vestra directus regali excellentia pro ceteris causis, ab eodem præfato domno Stephano papa, per vestrum a Deo roboratum regale adminiculum, Ravennam missus est, ut eumdem præfatum Michaelium invasorem ex ipsa Ravennate ecclesia expelleret, & huc Romam, tamquam transgressorem sacrorum canonum, deferret. Nam nos nullo modo meminimus, neque a prædecessoribus nostris sanctis pontificibus, neque a sanctæ recordationis præcellentissimo genitore vestro, domno Pippino magno rege, neque a vestra in triumphis regali victoria, missum ad electionem Ravennæ directum esse, tam in electione Ioannis archiepiscopi, quam in electione Gratiosi archiepiscopi ejusdem. Sed dum de hac luce contigisset migrare archiepiscopum, olitana traditione clerus &

& plebs consistens sedis apostolicæ petebant immutilatam doctrinam: quatenus una concordia, una eademque voluntate, unoque consilio conglobati, apostolicam suscipientes admonitionem, talem sibi eligerent pastorem, qui nec a sacris canonibus respueretur, nec ullo extra capitulo posset obsistere: qui cum jocunditate decreti omnium manuum subscriptione roborati ad nostram apostolicam sedem occurrebant, proprium sibi antistitem consecrandum, sicut & nunc canonice factum est, petentes. Itaque his omnibus vestram suadentes regalem excellentiam, quæsumus ut linguas dolosas, quæ adversus sanctam Romanam catholicam & apostolicam ecclesiam garrire simulant, procul dubio longe a vobis respuatis, & nullo modo iis iniquis & dolosis credere jubeatis: quia sicut in commonitorio illo referebatur, pro honore vestri patriciatus, nullus homo esse videtur in mundo, qui plus pro vestræ regalis excellentiæ decertare moliatur exaltatione, quam nostra apostolica assidua deprecatio. Et sicut in nostris præcordiis, nisibus totis, ubique super omnes vos honoravimus, & honoramus; ita amplius ac amplius honorem regni vestri præcellere omnibus, qui in mundo esse noscuntur, optamus. Verumtamen & de ipsa benivolentia, quam in vestrum gerimus culmen honoris, in universo intonuit mundo: sicut nempe omnibus patet, quia die noctuque in confessione fautoris vestri beati Petri non intermittimus fundere preces, ut una cum domna regina, vestraque præcelsa prole, ævis temporibusque in hoc mundo victores regnantes, in vita æterna sine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

CONSTITVTIO CAROLI MAGNI REGIS SEV EPISTOLA GENERALIS

De scholis per singula episcopia & monasteria instituendis.

ADMONITIO IACOBI SIRMONDI, S. I.

Laborasse Carolum magnum, ut instaurarentur in Galliis studia literarum, & scholæ publicæ constituerentur, testantur, ut de aliis nihil dicam, concilium Cabilonense II. cap. 3. Parisiense sub Ludovico Pio libro 3. cap. 12. Qui ejus vitam scripsit, monachus Engolismensis, auctor est in eam maxime curam incubuisse post tertium iter Romanum, cum ab urbe grammaticos adduxisset, anno ut dictum est 787. Nec dubium, quin multæ Caroli hac de re fuerint leges atque capitula. Epistola hæc de numero est illarum, quæ generales dicebantur, quod uno exemplo, paucis mutatis, ad diversos mitterentur, metropolitanos, episcopos, abbates, & alios, ut res postulabat. Sed in hac nostra, quæ ad Baugulfum Fuldæ abbatem missa est, scriniarii oscitantia obrepsit, ut nonnulla sub finem hæserint, quæ mutari oportebat, ut quæ metropolitano conveniant, non abbati. Sic enim habet in codice sancti Arnulfi Metensis, ex quo deprompta est.

Carolus gratia Dei rex Francorum & Longobardorum, ac patricius Romanorum, Baugulfo abbati, & omni congregationi, tibi etiam commissis fidelibus oratoribus nostris, in omnipotentis Dei nomine amabilem direximus salutem.

NOTUM igitur sit Deo placitæ devotioni vestræ, quia nos una cum fidelibus nostris consideravimus, utile esse, ut episcopia & monasteria, nobis Christo propitio ad gubernandum commissa, præter regularis vitæ ordinem, atque sanctæ religionis conversationem, etiam in literarum meditationibus, eis qui donante domino discere possunt, secundum uniuscujusque capacitatem, docendi studium debeant impendere: qualiter sicut regularis norma honestatem morum, ita quoque docendi & discendi instantia ordinet & ornet seriem verborum; ut Deo placere appetunt recte vivendo, ei etiam placere non negligant recte loquendo. Scriptum est enim: *Aut ex verbis tuis justificaberis, aut ex verbis tuis condemnaberis.* (Matth. 12.) Quamvis enim melius sit bene facere quam nosse, prius tamen est nosse quam facere. Debet ergo quisque discere quod optat implere; ut tanto uberius quid agere debeat intelligat anima, quanto in omnipotentis Dei laudibus sine mendaciorum offendiculis cucurrerit lingua. Nam cum omnibus hominibus vitanda sint mendacia, quanto magis illi secundum possibilitatem declinare debent, qui ad hoc solummodo probantur electi, ut servire specialiter debeant veritati? Nam cum nobis in his annis a nonnullis monasteriis sæpius scripta dirigerentur, in quibus quod pro nobis fratres ibidem commorantes in sacris & piis orationibus decertarent, significaretur, cognovimus in plerisque præfatis conscriptionibus, eorumdem & sensus rectos, & sermones incultos: quia quod pia devotio interius fideliter dictabat, hoc exterius, propter negligentiam discendi, lingua inerudita exprimere sine reprehensione non valebat. Unde factum est, ut timere inciperemus, ne forte, sicut minor erat in scribendo prudentia, ita quoque & multo minor esset, quam recte esse debuisset, in sanctarum scripturarum ad intelligendum sapientia. Et bene novimus omnes, quia quamvis periculosi sint errores verborum, multo periculosiores sunt errores sensuum. Quamobrem hortamur vos, literarum studia non solum non negligere, verum etiam humillima & Deo placita intentione ad hoc certatim discere, ut facilius & rectius divinarum scripturarum mysteria valeatis penetrare. Cum autem in sacris paginis schemata, tropi, & cetera his similia inserta inveniantur, nulli dubium est, quod ea unusquisque legens tanto citius spiritualiter intelligit, quanto prius in literarum magisterio plenius instructus fuerit. Tales vero ad hoc opus viri eligantur, qui & voluntatem & possibilitatem discendi, & desiderium habeant alios instruendi. Et hoc tantum ea intentione agatur, qua devotione a nobis præcipitur. Optamus enim vos, sicut decet ecclesiæ milites, & interius devotos, & exterius doctos, castosque bene vivendo, & scholasticos bene loquendo: ut quicumque vos, propter nomen domini, & sanctæ conversationis nobilitatem, ad videndum expetierit, sicut de aspectu vestro ædificatur visus, ita quoque de sapientia vestra, quam in legendo seu cantando perceperit, instructus, omnipotenti domino gratias agendo gaudens redeat. Hujus itaque epistolæ exemplaria ad omnes suffragantes, tuosque " coepiscopos, & per universa monasteria dirigi non negligas, si gratiam nostram habere vis: & nullus monachus foris monasterio judiciaria teneat, nec per mallos & publica placita pergat. Legens valeat.

" f. coabbates

XI. AD CAROLUM MAGNUM.

Indicat missos Caroli Benevento fugere coactos esse, propterea quod Arichisi ducis relicta, & Beneventani, cum Græcis adversus Carolum & ecclesiam Romanam conspirarint.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod Carolini 92.

MEMINIT vestra a Deo promota regalis excellentia, qualiter ad nos emisit fidelissimos missos, scilicet Attonem religiosum diaconum, & Goteramnum magnificum ostiarium: & post tergum eorum ad nos venerunt, videlicet Maginarius religiosus abbas, & religiosus Ioseph diaconus: qui nobis fideliter intimaverunt ea, quæ illis injuncta habuit vestra præexcellentissima regalis potestas, ut secundum nostrum apostolicum consilium, in partibus Beneventanis iter peragerent. Qui in nostri præsentia residentes, prænominati quatuor missi, id est Maginarius religiosus abbas, Atto & Ioseph religiosi diaconi, atque Goteramnus magnificus ostiarius, dum adhuc minime conjunxisset nostris apostolicis obtutibus Liudericus, qui cum præfato Maginario, seu Ioseph, ad nos missus fuit; tale illis præbuimus consilium, ut nullo modo se alter ab altero separaret; sed præeuntes Atto & Goteramnus in oppido Valuæ, ibidem expectarent tam Maginarium & Ioseph, quam Liudericum, quem socii ejus apud nos morantes expectabant. Qui præcedentes, scilicet Atto cum Goteramno, nullo modo nostris accommodaverunt consiliis: sed relinquentes penitus Maginarium, seu Ioseph & Liudericum, abierunt singulariter Benevento. Vnde post tergum eorum euntes Maginarius cum Ioseph & Liuderico in Benevento, jam Attonem & Goteramnum nullo modo invenire valuerunt, eo quod in Salernum perrexerant ad Adalbergam relictam Arichisi ducis. Vbi dum Maginarius cum sociis suis a fidelibus vestris audissent, sicut ipsi nobis intimaverunt, eo quod infideliter agerent, tam relicta prædicti Arichisi ducis, quamque ceteri Beneventani, erga vestram regalem excellentiam, atque nostrum apostolatum, & iniqua atque adversa tractare non desinunt, fugam arripientes Maginarius cum Ioseph & Liderico, una cum Goteramno, qui ad eos ad loquendum venerat a Salerno, introierunt in finibus ducatus Spoletini in præfato oppido Valuæ, & ibidem morantur, usque ad vestrum regalem in triumphis dispositum. Atto vero audiens, ut fertur, fugiens intus in ecclesiam Salerni, præ timore ejusdem ecclesiæ altare tenuit. Ipsi autem Beneventani suadentes, ut reor, & simulantes eum mitigaverunt, & vestrum clericum ficte miserunt, seipsos fideles in omnibus commendantes. Et ob nimium suavemque amorem, quem erga vestrum invictissimum gerimus regnum, nullo modo valemus prætermittere liquidius de omni causa vobis insinuare. Venientes quippe ad nos de Capua, quam beato Petro apostolorum principi, pro mercede animæ vestræ, atque sempiterna memoria, cum ceteris civitatibus obtulistis, videlicet Gregorius presbyter, Saductus, Pergulfus, Au[illegible]mundus, Haimo, Landemarus, Vvarnefridus, Sigulphus, Audualdus, & Corbulus, intimaverunt nobis, quod dum Atto diaconus ad vestram reversus est excellentiam, statim missi Græcorum, duo spatharii imperatoris, cum diœcete, quod Latine dispositor Siciliæ dicitur, in Lucaniæ Acropoli descendentes, terreno itinere Salernum ad relictam A Arichisi ducis peragrantes, XIII Calendas Februarias pervenerunt. Qui ibidem cum ipsis tres dies consiliantes Beneventani, post tertium diem usque Neapolim deduxerunt. Neapolitani vero cum magno obsequio, cum signis & imaginibus eos suscipientes, Neapolim ingressi sunt pariter, & usque hactenus cum ipsis Neapolitanis, atque Stephano episcopo ejusdem Neapolitanæ ecclesiæ, pertractantes existunt. Sed vestra a Deo promota præexcellentissima regalis excellentia, a Deo inspirata taliter pertractare debet, ut suam & nostram in omnibus securitatem procuret, & nullius hominis inanes fabu- B las attendat: neque muneribus suadere quispiam eam valeat: sed tantummodo pro exaltatione spiritalis matris suæ, sanctæ nostræ catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ, suæque regalis excellentiæ, & nostra, decertare nitatur: quia ut arbitramur, ipsi Beneventani istud tempus vernum transire patientur, ut æstivo tempore, Deo illis contrario, vobis in perjurii reatum incurrant. Sed vestra regalis potentia sic illis in triumphis præire satagat, ut & illorum proterviam procul dubio imminentem sub pedibus suis conculcet, & sua exaltatio in toto profametur mundo, tam de sua prudentissima regali victoria, quamque de sacratissima oblatione, C quam in partibus ipsis Beneventanis beato Petro fautori suo puro corde, ob nimium amorem, atque sempiternam memoriam condonavit: ut dum ipse claviger regni cęlorum, beatus Petrus apostolus fautor & protector vester, in integro vestram susceperit sacram donationis oblationem, digne valeamus in ejus alma confessione, tam pro vobis, quamque spiritali filia nostra domna regina, vestraque nobilissima subole, fundere preces; ut per multorum annorum curricula in hoc mundo regni gubernacula fruentes, in ætheris arcibus sine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

D XII. AD CAROLUM MAGNUM REGEM.

Bençventanam conspirationem ab Arichiso duce initam altius repetit, copiosius exponit, sicut a Gregorio Capuano presbytero acceperat.

Domno excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

Cod Carolini 88.

NECTAREOS suavissimosque præcelsos regales apices vestros cum nimio cordis E suscepimus amore: quos reserantes, reperientesque vestram regalem sospitatem, simul & spiritalis nostræ domnæ reginæ, vestræque nobilissimæ prolis salutis prosperitatem, magnas omnipotenti Deo retulimus grates, qui vobis per intercessiones beati Petri apostoli, fautoris vestri, nobis velut immeritis jugiter pro vobis exorantibus, indesinenter victorias ubique tribuit, & omnia circa vos salubriter disponit tam marcas, quamque confinia. Magis quippe de subjectione Baiuariorum, sicut nempe prædiximus & optavimus, ita & præstolantes audivimus, de vestra præcelsa regali in triumphis victoria. Nempe quidem meminisse credimus, qualiter vobis per anteriores nostras emisimus syllabas, de Capuanis qui ad nos venerunt,

nerunt, per vestrum regale adminiculum. Quatenus dum ipsas nostras vobis emisissemus syllabas, post aliquantos dies, præfatos Capuanos in confessione protectoris vestri beati Petri apostolorum principis, jurare fecimus in fide ejusdem Dei apostoli, & nostra atque vestræ regalis potentiæ. Et post actum sacramentum, unus ex ipsis Capuanis, Gregorius presbyter, nobis petiit secreta loqui, asserens quia nullo modo jam quippiam celare possum tale vobis præbens sacramentum. Et dum a nobis enucleatius sciscitatus fuisset, retulit nobis dicens, quia dum domnus Carolus Magnus rex præterito anno a Capuana urbe reversus fuisset, Arichisus dux suos ad imperatorem, Deo sibi contrario, emisit missos, petens auxilium & honorem patriciatus, una cum ducatu Neapolitano sub integritate, simul & suum cognatum Adalgisum cum manu valida in adjutorium sibi dirigi: promittens ei tam in tonsura, quam in vestibus, usu Græcorum perfrui, sub ejusdem imperatoris ditione. Hæc audiens autem imperator, emisit illi suos legatos, scilicet spatharios duos in ditionem Siciliæ, ad patricium eum constituendum, ferentes secum vestes auro textas, simul & spatham, vel pectinem & forcipes, sicut illi prædictus Arichisus indui & tonderi pollicitus fuerat: petentes Romualdum ejusdem Arichisi filium in obsidatum. De Adalgiso vero cognato, emisit ei dicens, quia nunc illum non dirigimus, sed eum dirigimus cum exercitu in Tervisio, aut Ravenna. Qui venientes, Dei nutu, per suffragia apostolorum, malignantium consilia dissipata invenerunt; eo quod Arichisum ducem, vel ipsius filium Vvaldonem, defunctum invenerunt. Et dũ ibidẽ Salerno Atto fidelissimus vester missus fuisset, Benevẽtani ipsos Grecos minime recipere voluerunt. Sed post reversionẽ prędicti Attonis diaconi, tunc eos terreno itinere a finibus Grecorum deferẽtes Salerno receperunt; & cum Adalberga relicta Arichisi, seu optimatibus Benevẽtanis tribus diebus persistentes consiliati sunt, suadentes ipsi Beneventani prædictis missis Græcorum, dicentes, quia nos ad regẽ Carolum emisimus missos nostros, petentes ab eo Grimoaldum ducem nostrum recipere. Insuper & per Attonem diaconum, ipso nobis pollicente, rogam emisimus, ut penitus eum ducem consequenter susciperemus. Sed propter hoc morari vos Neapoli convenit, dum usque ipsum Grimoaldum recipere possimus ducem, & quod genitor ejus Arichisus minime valuit adimplere, Grimoaldus ejus filius, dum culmen genitoris sui adeptus fuerit, prorsus imperialem voluntatem cum omni ditione, sicut cum suo constitit genitore, in omnibus adimpleat, pariter nobis promissa explentibus. Quapropter terreno itinere usque Neapolim eos cum magno deduxerunt honore. Qui Neapolitani ipsos Græcos cum bandis & signis suscipientes, ibidem degentes, prædictæ rei præstolantes adventum, non desinunt cum Stephano episcopo, & Constantino, civibus Neapolitanis, adversa perpetrantes tractare, mittentes ipsi Græci ad imperatorem, de obitu Arichisi filiique ejus denuntiantes: & ab eo ejus expectant consilium quid agere debeant. Sed in his omnibus, excellentissime & a Deo protecte fili, solertissima regalis potentia vestra nitatur pertractare, tam pro exaltatione spiritalis matris vestræ, sanctæ Romanæ ecclesiæ, nostraque salute, quamque domino protegente, beatoque Petro clavigero regni cælorum præsidiante, pro vestri invictissimi regni in triumphis securitate. Porro & hoc, sicuti per se Gregorius presbyter Capuanus nobis innotuit, de fidelissimis missis vestris scilicet Maginario religioso abbate, seu Ioseph, & Liuderico comite, atque Goteramno ostiario, qui a Benevento reversi Spoletum, ideo exinde fugerunt, eo quod tale consilium Beneventani cum Neapolitanis, & Surrentinis, atque Amalfitanis habuerunt, ut foris civitate Salernitana juxta mare vestros missos applicare facerent, & nocte repentino cursu super eos ruentes Beneventani pariter cum Neapolitanis, illos interficerent; & postmodum proferrent, quia Neapolitani, quasi super ipsos Beneventanos venientes, existimantes esse Beneventanos, eos clam occiderint. Et præfati missi vestri hæc cognoscentes, coacti fugam arripuerunt, vestram conquerentes regalem illusionem. Quod si missi vestri Salerno applicuissent, Neapolitani cum Amalfitanis & Surrentinis armati ibi absconsi fuerunt, ut irruerent cum Beneventanis super ipsos missos vestros, ut occiderent, quod nempe certi facti sumus. Sed omnia eorum nequam consilia ad nihilum rediguntur, eo quod talem amplissimam fidem, atque ex intimo corde dilectionis amorem erga beatum petrum Principem apostolorum, & nos, vestram regalem potentiam omnino habere agnoscimus, & idcirco omnia vobis, sicut ipsum Dei apostolum die noctuque petimus suggerentes, subjiciuntur, & vestris præfulgidis regalibus plantis substernuntur. De nostra vero sospitate, ut inquirendam direxistis, domino cooperante, vestram omnino agnoscentes salutem, valentes pro vobis non desinimus fundere preces, ut in hoc mundo regni gubernacula multorum curriculo fruentes annorum, & in æthereis arcibus una cum domina regina, vestraque nobilissima subole, sine fine regnare mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

XIII. AD CAROLUM MAGNUM.

Adalgisum in Calabriam venisse confirmat. orat ut copias contra illum mittat, & ut promissas in ducatu Beneventano ecclesiæ civitates per missos suos tradi jubeat.

Domino excellentissimo filio, nostroque spiritali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

VENIENTES ad nos fidelissimi missi vestri, scilicet Roro capellanus, seu Betto, post vestram optabilem regalem sospitatem annuntiatam, sciscitati sunt a nobis de nefandissimo Adalgiso, filio Desiderii tyranni regis, si ita fuisset quod Deo sibi contrario in partibus Italiæ venisset. Nos vero nuper, quod de ipso protervo Adalgiso audivimus, per fidelissimum missum vestrum Arvinum comitem vobis intimare non omisimus: quia pro vestra regali victoria Deo auspice retractantes, nullum neglectum ex omni parte ponimus vestræ præfulgidæ excellentię indicantes, ut domino opitulante, atque beato Petro apostolorum principe comitante, præcipua vestra regalis providentia prudentissime suam nostramque salutem procuret. Sic enim de jam dicto nequissimo Adalgiso nobis nuntiatum est, quia in veritate, Deo sibi

Cod. Carolin.

sibi contrario, cum missis imperatoris, in partibus scilicet Calabriæ residet, juxta confinium ducatus Beneventani; ut de ejus invalido adventu Campulus episcopus civitatis Caietanæ per suas nobis significavit syllabas: similiter & de Pentapoli pro ejusdem Adalgisi arrogantia nobis inscriptis intimaverunt. Quatenus ob nimiū vestrum amorem infra alios misimus apices, tam Caieta, quamque Pentapoli, series nobis destinatas. Nempe quidem scimus, quia ipse iniquus & perfidus Adalgisus pro nulla alia causa in istis declinavit partibus, nisi tantummodo pro vestra nostraque contrarietate. Unde oportet, ut firmissimas vestras scaras partibus Beneventanis emittere vestra præcelsa regalis excellentia nitatur, ut undique per vestrum regale adminiculum imperturbati pariter maneamus. Nos vero hæc omnia considerantes, dilectissime, nimisque amantissime atque a Deo protecte præcellentissime fili, nobis sic aptum esse videtur, ut sive voluntatem vestram fecerint ipsi Beneventani non ullo modo expedit Grimualdum, filium Arichisi, Beneventum dirigere. Verumtamen, sicut vobis ab omnipotente Deo nostro prudentissima sapientia concessa est, ita sagaciter pro hujusmodi re pertractare, atque congrue disponere jubeatis, ut ea quæ vobis nobisque expedibilia fuerint; ad perfectum salubriter veniant ut non in quolibet labore pariter eveniamus. sed si ipsius dicti Beneventani minime vestram regalem adimpleverint voluntatem, sicut vobis polliciti sunt, statim ibidem taliter exercitus emittere studeatis, ut ad profectum sanctæ nostræ ecclesiæ, vestræque regalis perveniat excellentiæ: & sic illis partibus disponatur, ut inimicus locum nocendi non inveniat, sed semper vestra in triumphis exultet in domino regalis victoria. Enimvero una cum fidelissimis missis vestris pertractantes, considerantesque, ut si minime ipsi Beneventani adimplere voluerint regalem vestram voluntatem ad Kalendas Maias, vester robustissimus exercitus in confinio præparatus, super ipsos irruere Beneventanos inveniretur, & demum pariter penetrantes, in his confirmari, propter æstivi temporis ægritudinem, non audebimus. Et iterum, si super eos a Kalendis Maiis usque in Septembrem mensem exercitus non venerint, dubium nobis esse videtur, ut forte, Deo sibi contrario, prædictus nefandissimus Adalgisus, per insidias Græcorum, non aliquam nobis vobisque conturbationem facere moliatur: quia jam dicti missi Græcorum cum eo esse noscuntur, & alii in Neapoli residere videntur. Sed hæc existimantes, in vestro robustissimo atque a Deo protecto regali arbitrio emisimus pertractanda: ut qualiter vobis placuerit, disponere celeriter dignetur, nobis intimando per suos regales affatus suam nostramque securitatis salutem. Quapropter nimis poscentes, quæsumus vestram præcellentissimam excellentiam, ut nullo modo pro causa Grimualdi filii Arichisi credere plus cuiquam jubeatis, quam nobis, Nam pro certo sciatis, quia si ipsum Grimualdum in Beneventum miseritis, Italiam sine conturbatione habere minime potestis, eo quod Leo episcopus secreta nob's sic fatus est: quia Adalberga relicta Arichisi tale habet consilium, ut dum ipse Grimualdus filius ejus Beneventanos fines introierit, ingeniose cupit duas filias suas secum deferre, & quasi orationis causa ad sanctum Angelum in Garganum pergere, & deinde in Tarantum, ubi & thesauros suos reconditos habet; quia tantum octoginta millia distat a sancto Angelo usque Tarantum. Sed in hoc minime vestra a Deo promota excellentia considerare debeat, quod pro nostra auiditate, ipsas civitates acquirendum, quas beato Petro apostolo & nobis condonastis, talia vobis insinuare studuimus: sed pro magna securitate sanctæ Dei catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ, atque vestræ præcelsæ regalis exaltationis victoria, ea quæ agnovimus & agnoscere potuimus, vestris regalibus auribus insinuare nullo modo neglegimus: vestra quoque regalis excellentia qualiter ei placuerit, & aptum prospexerit, in omnibus his disponere provideat. Quapropter magnopere poscentes vestram clementissimam regalem benevolentiam quæsumus, ut pro amore fautoris vestri beati Petri clavigeri regni cælorum, nostraque in Christo spiritali paterna dilectione, clariter atque specialiter per vestros regales honorabiles apices missis vestris dirigere dignemini, ut nullo modo ad vos remeare audeant, nisi prius sub integritate civitates in partibus Beneventanis, sicut eas per vestram oblationem beato Petro apostolo & nobis contulistis, in omnibus contradere valeant, & justitias de Populonio & Rosellis nobis facere sub integritate studeant. Quia sunt alii ex missis vestris, qui contemnere moliuntur & fœdare vestram sacram oblationem. Sed sicut in partibus Tusciæ civitates, id est Suanam, Tuscanam, Biternum, & Balneum regis, ceterasque civitates, cum finibus & territoriis earum, beato Petro offerentes condonastis, ita in eo modo civitates in partibus Beneventanis contradere nobis protinus faciatis: ut dum missi vestri vestros susceperint regales firmissimos affatus, sine qualibet interposita dilatione nobis eas contradere sub integritate valeant: ut nullus sit qui possit extinguere vestrum illibatum sacrificium, sed hoc lucri potissimum præmium acquirentes digne mereamini, una cum spiritali nostra filia domna regina, vestraque nobilissima subole, in æthereis sine fine regnare arcibus. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

XIV. AD [a] CAROLUM MAGNUM.

Refelluntur objectiones contra septimam synodum.

Domino excellentissimo filio, nostroque spirituali compatri, Carolo regi Francorum & Longobardorum, atque patricio Romanorum, Hadrianus papa.

DOMINUS ac redemptor noster, qui provido suo consilio auctor est, dignatus est de cælis ex sinu Patris descendere. *Extat infra in fine synodi septimæ, versionis vulgatæ.*"

"Tom. VII a pagina 915. B ad 963. C.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola*] Hanc epistolam ab Hadriano scriptam esse, partim ex decreto Ivonis, partim ex conciliabulo Parisiensi infra sub Eugenio celebrato, licet cognoscere. Decreta Ivonis par. 4. cap. 83. 126. 128. 141. 225. & 229. & nomen Hadriani præferunt, & cum numero capitum ad amussim concordant. In prædicta collatione Parisiensi, post multa alia adversus hanc Hadriani papæ apologiam pro Niceno concilio scriptam, in epistola ad Ludovicum & Lotharium imperatores mendacissime hæc scribuntur: *Sed licet in ipsis objectionibus aliquando obsona, aliquando inconvenientia, aliquando*, &c.

Epistola hæc vere est Hadriani.

Laurentius Surius aliquibus in locis defectuosam edidit. Unde acce- integram pta.

Integram ex Gallia ad Gregorium XIII. missam hic exhibemus. Refutantur in ea quatuor libri, quos discipuli Sereni Massiliensis primi Galliarum Iconomachi pro impugnandis imaginibus adversus Nicænam synodum, tempore concilii Francofordiensis conscripserant, & Carolo regi Francorum obtulerant, quibusque per mendacium & calumniam attribuunt Nicænis patribus primo, quod eucharistia sit imago corporis Christi. Secundo, quod synodus pro imaginum cultu celebrata, ab Hadriano pontifice non fuerit approbata. Tertio, quod in eodem fuerit definitum, imagines cultu latriæ esse colendas & adorandas. Quarto, textum concilii Nicæni falso allegantes, asseruerunt Constantini Cypri episcopum in eodem concilio Nicæno anathema dixisse iis, qui non adorant imagines ea adoratione, qua sanctissima Trinitas adoratur. Hos quatuor libros (quos Carolinos appellant, quosque per capita distinctos Hadrianus papa capitulare nominat, quibus Iconomachia pro viribus defenditur, omnisque cultus imaginum condemnatur,) sub nomine Caroli Magni quidam impostor* Eliphili, suo & typographi nomine supp esso, anno domini 1541. in lucem emisit. Apud hæreticos nostri temporis maxima eorum est auctoritas, utpote quod cultum imaginum impugnent. Ut majorem auctoritatem iisdem concilient, a Carolo Magno compositos fuisse, magna cum injuria regis Christianissimi comminiscuntur. Nam si epistolam Hadriani perlegas, reperies in ea hosce libros non ab uno aliquo auctore, sed consarcinatos fuisse a pluribus Sereni Massiliensis discipulis, quorum alii alia Nicænæ synodi capitula sine ordine impugnarunt, atque ea quæ in unum congesserant, unoque fasciculo alligaverant, postea Carolo regi obtulerunt: qui dum eosdem accepisset per Angilbertum ministrum suæ capellæ pontifici examinandos transmisit. Quod sane rex Carolus non fecisset, si ad impugnandam Nicænam synodum eos ipse conscripsisset. *Plures rationes vide apud Bellarminum 2. de imaginibus.*

EPISTOLA CAROLI MAGNI REGIS, AD FASTRADAM REGINAM CONIUGEM.

De victoria Avarica, & de litania trium dierum, quam ex consultu episcoporum cum suis observat.

Carolus gratia Dei rex Francorum & Longobardorum, ac patricius Romanorum, dilectæ nobis & valde amabili conjugi nostræ Fastradæ reginæ.

SALUTEM amabilem tibi in domino per hos apices mittere studuimus, & per te dulcissimis filiabus nostris, vel ceteris fidelibus nostris tecum manentibus. Scientem te enim facimus, quia gratias Deo sani & salui sumus. Missus quidem dilecti filii nostri Pippini, nomine ILL. nobis nuntiavit de ejus sanitate, ac domni apostolici, vel de salvatione confinium nostrorum illis partibus positorum; unde valde lætificati extitimus. Et insuper retulit nobis, qualiter illæ scaræ, quas prius de Italia jussimus pergere partibus Avariæ, in ILL. confinia residendum, perrexerunt infra fines ipsorum decimo Calendas Septembris, & inierunt pugnam cum eis; & dedit eis Deus omnipotens pro sua misericordia victoriam, & multitudinem de ipsis Avaris interfecerunt, in tantum, ut dicunt, quod in multis diebus major strages de ipsis Avaris facta non fuit. Exspoliaverunt ipsum vallum, & sederunt ibidem ipsa nocte, vel in crastina usque hora diei tertia. Et acceptis spoliis reversi sunt in pace: & centum quinquaginta de ipsis Avaris vivos comprehenderunt, quos reservaverunt, ut nostra fiat jussio qualiter exinde agere debeant. Fideles Dei ac nostri qui hoc egerunt, fuerunt ille episcopus, ille dux, ille & ille comites. ILL. dux de Histria, ut dictum est nobis, ibidem bene fecit cum suis hominibus. Vassi vero nostri fuerunt illi. Nos autem, domino adjuvante, tribus diebus litaniam fecimus, id est, Nonis Septembris, quod fuit* Lunis die, incipientes, & Martis

…nno …sti 791.

& Mercoris, Dei misericordiam deprecantes, ut nobis pacem, & sanitatem, atque victoriam, & prosperum iter tribuere dignetur, & ut in sua misericordia & pietate nobis adjutor & consiliator, atque defensor in omnibus angustiis nostris existat. Et a vino & carne ordinaverunt sacerdotes nostri, qui propter infirmitatem, aut senectudinem, aut juventudinem abstinere poterant, ut abstinuissent: & qui redimere voluisset, quod vinum licentiam habuisset bibendi ipsis tribus diebus, ditiores & potentiores homines in unaquaque die solidum unum dedissent; minus potentes juxta possibilitatem ipsorum, & qui amplius dare non poterat, & vinum bibere volebat, saltem vel unum denarium donasset. Eleemosynam vero unusquisque secundum propriam atque bonam voluntatem, vel juxta possibilitatem fecisset. Et sacerdos unusquisque missam specialem fecisset, nisi infirmitas impedisset: & clerici qui psalmos sciebant, unusquisque quinquaginta cantasset: & interim quod ipsas litanias faciebant, discalceati ambulassent. Sic consideraverunt sacerdotes nostri, & nos omnes ita aptificavimus, & domino adjuvante complevimus. Unde volumus, ut tu cum ILL. & ILL vel ceteris fidelibus nostris considerare debeas, qualiter ipsæ litaniæ ibidem factæ fiant. Tu autem juxta quod tua infirmitas permittit, in tuo committimus arbitrio. Et mirum nobis fuit, quia nec vester missus, nec epistola, postquam de Ragenisburgo, ad nos venit. Unde volumus, ut sæpius nobis de tua sanitate, vel de aliud quod placuerit, significare debeas. Iterumque salutamus te multum in domino.

*dies quintus Sept. incidit in feriam secundam lit. Dominicali B.

DECRETALE PRECUM QUORUMDAM EPISCOPORUM.

Quas famis, bellique tempore, incertum quo anno, pro rege & exercitu Francorum fieri decreverunt.

CAPITULARE qualiter institutum est in hoc episcoporum conventu. Id est, ut unusquisque episcopus tres missas & psalteria cantet; unum pro domno rege, alterum pro exercitu Francorum, tertium pro præsenti tribulatione. Presbyteri vero, unusquisque missas tres: monachi & monachæ, & canonici, unusquisque psalteria tria. Et biduanam omnes faciant, tam episcopi, monachi, & monachæ, atque canonici, atque eorum infra, casati homines, vel qui potentes sunt. Et unusquisque episcopus, abbas, & abbatissa, qui hoc facere potest, libram donet de argento; aut valentem, in eleemosynam: mediocres vero dimidiam libram: minores vero, solidos quinque. Episcopi, abbates, & abbatissæ, pauperes famelicos quatuor pro ista strictitate nutrire debeant usque tempore messium, & qui tantum non possunt, juxta quod possibilitas est, aut tres, aut duos, aut unum. Comites fortiores libram unam de argento, aut valentem donent in eleemosynam: mediocres mediam libram. Vassus dominicus de casatis ducentis mediam libram, de casatis centum solidos quinque, de casatis quinquaginta aut triginta, unciam unam. Et faciant biduanas, atque eorum homines in eorum casatis, vel qui hoc facere possunt. Et qui redimere ipsas biduanas voluerit, fortiores comites uncias tres, mediocres unciam & dimidiam, minores denarios triginta,

Capitular. Lib. 5. cap. 136.

Et de pauperibus famelicis, sicut suprascriptum A est, & ipsi faciant. Hæc omnia, si domino placuerit, pro domno rege, & pro exercitu Francorum, & præsente tribulatione, missa sancti Ioannis sint completa.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Decretale precum.*] Collocandum fuit, anno Christi DCCLXXIX. primum quia fame grassante factum constat, illo autem anno, ut notat chronicum sancti Galli non editum, fames fuit magna & mortalitas in Francia. deinde quia in codice sancti Vincentii reipsa conjungitur cum capitulari anni XI. Caroli regis, hoc est Christi DCCLXXIX.

XV. AD TILPINUM ARCHIEPISCOPUM RHEMENSEM.

Confirmat novo privilegio antiqua jura ecclesiæ Rhemensis. & de Lullo episcopo Moguntino investigari, & ad se referri jubet.

Hadrianus episcopus servus servorum Dei, reverentissimo & sanctissimo confratri nostro Tilpino, ecclesiæ Rhemensis archiepiscopo.

Ex Flodoardo l. b. 2. cap. 17.

QUIA ad petitionem spiritalis filii nostri & gloriosi regis Francorum Caroli, præbente tibi bonum testimonium de sanctitate & doctrina Fulrado amabilissimo abbate, Franciæ archipresbytero, pallium secundum consuetudinem tibi transmisisse nos, cum privilegio, ut metropolis ecclesia Rhemensis in suo statu maneret, bene memoramus. Tua vero fraternitas nobis retulit, quia faciente discordia inter Francos, archiepiscopus Rhemensis, nomine Rigobertus, a sede contra canones dejectus & expulsus fuit sine ullo crimine, & sine ullo apostolicæ sedis consensu vel interrogatione; sed solummodo quod antea non consensit in parte illius, qui postea partem illam de regno in sua potestate accepit, in qua parte Rhemensis civitas est: & donatus, atque magis usurpatus, contra Deum & ejus auctoritatem, fuit ille episcopatus, simul cum alio episcopatu, & aliis ecclesiis, a sæcularibus potestatibus, Miloni cuidam sola tonsura clerico, nihil sapienti de ordine ecclesiastico; & alii episcopatus de ipsa diœcesi Rhemensi diverso modo essent divisi, & aliqui ex magna parte sine episcopis consistentes, & ad alios metropolitanos episcopi & clerici ordinationes aliquando accipientes erant, & refugia indebita habebant, & a suis episcopis judicari & distringi non sustinebant; & clerici, & sacerdotes, & monachi, & sanctimoniales, sine lege ecclesiastica pro voluntate & licentia vivebant. Deinde sanctæ memoriæ Bonifacius archiepiscopus, & legatus sanctæ Romanæ ecclesiæ, & præfatus amabilissimus Fulradus Franciæ archipresbyter, tempore antecessorum nostrorum Zachariæ, & Stephani successoris illius, multum laboraverunt, ut bonæ memoriæ prædecessor noster domnus Zacharias pallium archiepiscopo Rhemensi, Abel nomine, per deprecationem suprascripti Bonifacii transmitteret. Qui ab illo constitutus fuit, sed ibi permanere permissus non fuit; sed magis contra Deum ejectus est, & Rhemensis ecclesia per multa tempora, & per multos annos sine episcopo fuit, & res ecclesiæ de illo episcopatu sunt ablatæ, & per laicos divisæ sunt, sicut & de aliis episcopatibus, maxime autem de Rhemensi metropolitana civitate. Et tua fraternitas jam ex magna parte res ipsas apud gloriosum filium nostrum Carolum, & ante ad Carolomannum gloriosissimum fratrem ejus, impetratas habes, & ordinem ex aliqua parte, & in episcopis, & in aliis, secundum canonicam & sanctæ sedis Romanæ auctoritatem directum habes. Propterea petisti a nobis tibi & ecclesiæ tuæ fieri privilegium ex auctoritate beati Petri principis apostolorum, & sanctæ sedis Romanæ, ac nostra, ut quod perfectum habes inante valeat permanere, & quod adhuc perfectum non habes, per nostram auctoritatem possis, auxiliante Deo & beato Petro apostolo, ad perfectionem perducere. Pro quo & nos ardenti animo, & divino juvamine, apostolicaque fulti auctoritate, non solum vetera secundum sacros canones, & apostolicæ hujus B sanctæ sedis decreta statuimus; sed & nova tibi pro tuo bono studio concedimus; atque auctoritate beati Petri principis apostolorum, cui data est a Deo & salvatore nostro Iesu Christo ligandi solvendique potestas peccata hominum in cælo & in terra, confirmamus atque solidamus. Rhemensem ecclesiam, sicut & antiquitus fuit, metropolim permansuram, & primam suæ diœceseos sedem esse, & te, qui in eadem sede cooperante Deo ordinatus es, primatem ipsius diœcesis esse, cum omnibus civitatibus, quæ ab antiquo tempore Rhemensi metropoli ecclesiæ subjectæ fuerunt, atque etiam perpetuis temporibus tibi, & successoribus tuis sit confirma- C tum. Et hoc interdicentes, ut nullus audeat, juxta sanctorum canonum traditionem, ex alio episcopatu ibidem translatare, aut constituere episcopum post tuam de hoc sæculo evocationem. Neque aliquis tuas parochias, aut ecclesias, vel civitates subtrahere, neque diœcesim Rhemensem ullo unquam tempore dividere: sed integra maneat, sicut antiquitus fuit, & sacri canones, & prædecessorum nostrorum firmavit & nostra firmat auctoritas. Et te, aut futuris temporibus Rhemensem episcopum, & primatem illius diœcesis, non præsumat neque valeat unquam aliquis de episcopatu deiicere D sine canonico judicio, & neque ullo judicio sine consensu Romani pontificis, si ad hanc sanctam sedem Romanam, quæ caput esse dignoscitur orbis terræ, appellaverit in ipso judicio. Sed in sola subjectione Romani pontificis permanens, diœcesim & parochiam Rhemensem, adjuvante domino, & nostra atque beati Petri fultus in ista sancta sede auctoritate, secundum sanctos canones, & hujus sanctæ sedis præceptiones, tibi subjectas ita certes & studeas gubernare, ut illam desiderabilem vocem domini nostri Iesu Christi valeas cum electis ejus audire: *Euge serve bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui.* E Et quod ad nostram notitiam perduxisti, quia ad alios episcopos de ipsa diœcesi Rhemensi quidam accipiebant ordinationes, & habebant indebita refugia, & hoc per omnia prohibemus: sed sicut sacra docet auctoritas, & in synodis comprovincialibus convocandis & faciendis, & in ordinationibus ac dijudicationibus, Rhemensis ecclesia, & archiepiscopus qui in ea constitutus fuerit, talem habeat auctoritatem, sicut sacri canones, & hujus sanctæ ecclesiæ constitutiones docent. Et nullus per ullum unquam tempus tibi, vel Rhemensi ecclesiæ, de rebus ad illam debite pertinentibus divisionem vel violentiam, sicut antea factum fuit, facere præsumat. Nam si quod non credimus, si quis ille fuerit, qui contra hanc nostram

Matth. 25.

nostram præceptionem temerario ausu venire tentaverit, nisi se cito, & maxime post commonitionem correxerit, sciat se æterno Dei judicio anathematis vinculo esse innodatum. Si quis vero apostolica servaverit præcepta, & normam rectæ & orthodoxæ fidei fuerit assecutus, benedictionis gratiam consequatur. Hæc a nobis definita per hujus nostræ confirmationis paginam in tua ecclesia perpetuis temporibus pro sui confirmatione conservanda esse mandamus. Injungimus etiam fraternitati tuæ, ut quia de ordinatione episcopi, nomine Lulli, sanctæ Moguntinæ ecclesiæ, ad nos quædam pervenerunt, assumptis tecum Viomago & Possessore episcopis, & missis gloriosi ac spiritalis filii nostri Caroli Francorum regis, diligenter inquiras omnia de illius ordinatione, & fidem ac doctrinam illius, atque conversationem, & mores ac vitam investiges: ut si aptus fuerit, & dignus ad episcopalem cathedram gubernandam, expositam & conscriptam, & manu sua propria subscriptam, catholicam & orthodoxam fidem per missos suos cum literis ac testimonio tuo, seu aliorum episcoporum, quos tecum esse mandavimus, ad nos dirigat, ut pallium illi secundum consuetudinem transmittamus, & ordinationem illius firmam judicemus, & in eadem sancta ecclesia Moguntina archiepiscopum constitutum esse faciamus. Bene vale.

XVI. AD CONSTANTINUM ET IRENEN.

Laudat imperatorum fidem, sacras imagines venerandas esse demonstrat: postulans, ut eas in ecclesiis restituendas, & pseudosynodi acta in concilio generali anathematizanda & patrimonia Romanæ ecclesiæ reddenda curent. Reprehendit etiam Tarasium, qui sibi œcumenici nomen arrogaverat, & ex laico repente Constantinopolitanus patriarcha fuerat creatus. Postremo Caroli Magni munificentiam erga Romanam ecclesiam narrat, & legatos commendat.

Hadrianus episcopus servus servorum Dei, dominis piissimis & beatissimis victoribus ac triumphatoribus filiis diligendis in Deo & domino nostro Iesu Christo, Constantino & Irenæ Augustis.

DEUS, qui dixit de tenebris lucem splendescere, qui eripuit nos de potestate tenebrarum per incarnationem Filii sui veri luminis, &c. *Extat infra actione 2. septimæ generalis synodi.*

[To]m. VII. ...

XVII. AD † TARASIUM PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITANUM.

Ejus fidem approbat. Hortatur ut in ea maneat, eamque prædicet, & cum imperatore de pseudosynodo damnanda, & de sacris imaginibus restituendis agat, legatos ad synodum se misisse significat: eique consensum nullo pacto se præbiturum, nisi imagines restituantur.

Dilecto fratri Tarasio patriarchæ Hadrianus episcopus servus servorum Dei.

PASTORALIBUS curis, quibus convenit nos pascere populum Dei, &c. *Extat* [a] *actione 2. septimæ synodis Nicænæ II.*

EPISTOLA TARASII PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI AD BEATISSIMUM Hadrianum papam I.

Nuntiat quæ in concilio gesta sunt.

Per cuncta sanctissimo & beatissimo fratri & comministro domino Hadriano papæ senioris Romæ, Tarasius misericordia Dei episcopus Constantinopoleos novæ Romæ, in domino salutem.

SUFFICIT quidem salutaris dispensatio magni Dei & salvatoris nostri Iesu Christi ad pacem, &c. *Extat* [a] *post actionem 8. concilii Nicæni.*

[a] Tom. VII. pag. 623 E. Gr. & Lat.

EPISTOLA ORIENTALIUM AD TARASIUM.

Apologetica, pro excusatione legatorum & fidei orthodoxæ confessione.

Sanctissimo & beatissimo domino Tarasio archiepiscopo Constantinopoleos & universali, patriarchæ orientis, summi sacerdotes, & alii sacerdotes in domino salutem.

SACRATISSIMIS ex divina deitatis inspiratione libellis apostolicæ & paternæ sanctitatis vestræ perlectis beatissime, &c. *Extat etiam* [a] *actione 3. concilii Nicæni II.*

[a] Tom. VII. pag. 169. A. Gr. & Lat. & pag. 718. C ex alia versione.

EPISTOLA TARASII PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI AD HADRIANUM papam Romæ veteris.

De ordinationibus simoniace non conferendis.

Sanctissimo ac beatissimo fratri & comministro domino Hadriano papæ veteris Romæ, Tarasius indignus episcopus salutem in domino.

MULTIPLICITER multisque modis euangelice, apostolice & paterne docemur, ut mores ab avaritia alienos in sacerdotii consecratione habeamus, &c. *Extat infra* [a] *post octavam actionem septimæ synodi.*

[a] Ibidem pag. 630. A. Gr. & Lat.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Tarasius Constantinopolitanus episcopus laborabat suspicione simoniæ commissæ: a qua infamia ut se purgaret, adversus simoniam stylum suum exercuit, atque hanc epistolam de ordinationibus simoniace, accepta nimirum pecunia, non conferendis, ad Hadrianum Romanæ ecclesiæ pontificem beatissimum conscripsit, in qua prolixe ostendit simoniacam labem non tantum jure divino, verum etiam antiquissimis canonibus apostolorum & conciliorum œcumenicorum, nec non gravissimis diversorum patrum sententiis prohibitam, adeoque summo studio, curaque diligentissima evitandam esse.

Argumentum epistolæ.

Ad extremum ipsum Hadrianum pontificem compellans, his utitur verbis. *Sic nos quoque doce vir Dei sanctissime, & scriptura & euangeliorum & apostolorum & canonum & patrum præcepta sequi. Verbis enim oris vestri paremus. In altum montem conscende, &c.*

Ex epistola hac, prout eam habet appendix Nomocanonis apud Theodorum Balsamonem in bibliotheca sanctorum patrum, non satis aperte colligi potest, Hadrianum pontificem a Tarasio ob crimen simoniæ commissæ redargutum fuisse: illo autem fragmento, quod recitat Baronius anno 787. numero 61. id manifestis verbis indicatur his: *Fraternitas ergo vestra & sacerdotalis sanctitas, quæ non jure nec ex Dei voluntate pontificale munus administrat, magna laborat infamia.* Quæ verba apud Theodorum Balsamonem prædicto loco sic translata habentur: *Fratrum ergo vestrorum sacerdotalis sanctitas quæ non jure, nec ex Dei voluntate pontificale munus administrat, magna laborat infamia.* Quæ verba in hac editione ad cœtum sacerdotum possent transferri, nisi præcedentis translationis eadem verba apud Baronium expresse Hadrianum pontificem designarent.

Hadrianus papa a Tarasio de simonia redarguitur.

Epistolam hanc Theodorus Balsamon dolose supposuit.

Ob crimen venditi sacerdotii aliorumque ordinum Hadrianum a Tarasio hac epistola reprehendi, constat manifeste ex iis quæ subjiciuntur. Verum cum nemo scriptorum omnium sanctissimo pontifici hujusmodi crimen impegisse legatur, maxima probabilitate videtur esse dicendum, epistolam hanc commentitiam esse, & a Theodoro Balsamone excogitatam & effictam, ut quam labem Tarasius ejusve posteri sibi asperserant, ille Romano pontifici, cujus acerbissimus hostis semper extitit, per mendacium, dolum, ac imposturam calumniose impingeret. Hanc sententiam istæ conjecturæ confirmant. Primo, quod infensissimus hostis Romanæ ecclesiæ Theodorus Balsamon primus eam ediderit, quodque hactenus a nullo alio probato scriptore alibi nominata vel citata fuerit. Secundo, quod similibus modis frequentissime ecclesiæ Romanæ imposuerit, ut scilicet per furtum & injuriam Constantinopolitanæ ecclesiæ adscriberet ea privilegia, quæ soli Romanæ ecclesiæ jure divino & apostolico competere judicantur. Tertio denique, quod nemo omnium qui de Hadriano ante Theodorum Balsamonem aliquid scripserunt, hujus immensi criminis in ipso pontifice, vel uno verbo meminerit. Ut ergo a suis crimen transferret, hanc maculam deformem Romanæ ecclesiæ mendax impostor impactam esse voluit. Vide Baronium anno 787. numero 60.

[a] CONCILIUM VVORMATIENSE II.

QUOD A CAROLO MAGNO ITERUM apud Vvormatiam celebratum est, priusquam bellum Saxonicum iniret, anno Christi DCCLXXII. Hadriani papæ I. Caroli ejusdem regis IV.

ANNO CHRISTI 77[2].

HUJUS *synodi meminere tum ceteri omnes, tum auctor chronici sancti Arnulfi his verbis*: Anno Dominicæ incarnationis DCCLXXII. Carolus rex synodum tenuit in Vvormatia, & inde perrexit in Saxoniam prima vice. *Quænam vero, vel an ulla omnino in hac synodo edita sint capitula, ignoratur. Nam quod persuasum est nonnullis, hujus concilii fuisse decretum* De purgatione sacerdotum, *quod extat libro 7. capitularium cap. 205. & Vvormatiæ in generali conventu sancitum dicitur, id a vero alienum est, & Capituli ipsius verbis, in quibus Riculfi episcopi Moguntini fit mentio, aperte refellitur. Riculfus enim Moguntinam sedem non ante annum* DCCXXCVI. *adeptus est. Quare decretum illud ad aliam posteriorem synodum referri necesse est.*

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Extat hujus synodi unum capitulum de purgatione sacerdotum lib. 7. Capitularium Francorum, cap. 205. quod sic habet:

De purgatione sacerdotum, qualiter Vvormatiæ secunda vice, a domino Carolo, & a suis tractata atque sopita est.

Omnibus vobis tam præsentibus, quam futuris scire cupimus, quia ideo consultu apostolicæ sedis & omnium nostrorum episcoporum & nostrorum sacerdotum, atque maxime cunctorum fidelium nostrorum, de purgatione criminatorum sacerdotum tanta tractavimus, cumque cum testibus, sicut in anteriori capitulari nostro continetur, fieri decrevimus, quoniam nesciebamus eamdem causam a beato Gregorio papa esse definitam. Nam cum Vvormatiæ generalem conventum habuissemus, allata est nobis a Triculfo (* Riculfo.) Maguntiacensi metropolitano epistola beati Gregorii papæ, in qua inter cetera continebantur hæc: De presbytero vero vel quolibet sacerdote à populo accusato, si certi non fuerint testes, qui crimine illato approbent veritatem, jusiurandum erit in medio, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia, sicque maneat in proprio gradu. Ista vero omnia, quia vires nostras excedunt, in judicio episcoporum juxta canonicam sanctionem definienda relinquimus, ut huc quando orta fuerint, ita definire satagant, ut nec secundum sæculum justam reprehensionem, nec penes Deum (quod absit) damnationem, sed æternæ beatitudinis, ipso auxiliante qui omnia infucata præstat, præmia consequantur.

ANNO CHRISTI 772.

[a] CONCILIUM BAVARICUM APUD DINGOLVINGAM XXII. ANNO TASSILONIS

ducis Bavariæ celebratum, tempore Hadriani papæ primi, anno Christi DCCLXXII.

HÆC sunt decreta quæ constituit sancta synodus in loco qui dicitur Dingolvingam, domino * Tassilo (* Tassilone) mediante.

I.

De die dominico ita constitutum est, ut tali honore habeatur sicut in lege scriptum est, & in decretis canonum. Et si * quid (* quis) præsumpserit frangere contra legem aut decreta canonum, tali pœna subjaceat sicut ibi scriptum est.

II.

De hereditate quæ tradita est ad ecclesiam, ita constituit, ut quisquis hereditatem suam ad ecclesiam ante donaverat, aut postea donaverit, si quid mutare voluerit, chartam suam habeat ita scriptam, ut locum, tempus & personam habeat, aut tribus testibus fidelibus & nobilibus testificetur. Si sacerdos non habeat chartam nec testem, ut prædiximus, tunc sicut in lege Baioariorum & judex judicat, sic defendat.

III.

De eo quod episcopi juxta canones, & abbates monasteriorum juxta regulam * viventes (* vivant, aut viventes sint), ita constituit.

IV.

* De eo quod sanctimoniales quæ in servitio Dei sunt, ita constituit, ut nullus ausus sit in conjugium & matrimonium ducere; aut si quis ausus fuerit contra decretum canonum, ita componat sicut canones decreverunt. (* De sanctimonialibus)

V.

De eo quod jus ad legem quam habuerunt in diebus patris sui, nobiles & liberi servi ejus, ita donaverunt ut firma fieret.

V.

De eo quod ut si qui de nobili genere de hereditate sua dare * ad sanctuarium (* vellent) Dei,

ANNO CHRISTI 772.

Dei, in sua potestate esset, nemo prohibuisset, nec mutaret in perpetuum.

VII.

De eo quod ut servi principis qui dicuntur Adelschalche * ut suam habeant Vveregeldam, juxta morem quem habuerunt sub parentibus, & ceteri minores Vveregeldi juxta legem suam, ita constituit.

*abundatut

VIII.

De eo quod parentes principis quodcumque præstitum fuisset nobilibus intra Bajoarios, hoc constituit, ut permaneret, & esset sub potestate uniuscujusque relinquendum posteris, quamdiu stabiles fœdere servassent apud principem ad serviendum sibi, & hæc firma permaneret, ita constituit.

IX.

De eo ut nullus hereditate sua privetur, nisi per tres causas, * quas in pacto scribentur: Propter homicidium, hoc est, ut quisquis hominem principis sibi dilectum occiderit, ob injuriam principis, & ad calumniam, hominem componat secundum legem, tunc privetur hereditate sua.

*quæ

X.

De eo quisquis * mulierem nobilem acceperit in conjugium, & non præscivit, ita constituit, ut iterum libera esset, dimittat servum, & postea non redigatur in servitium, sed esset libera.

*servus, ...letur ...sse

XI.

De eo quod & si quis de quocumque reatu accusatus ab aliquo potestatem accipiat cum accusatore suo pacificare si voluerit, antequam pugnam quæ Vvedahinc vocatur, * permittat.

*permitta-

XII.

De eo quisquis de nobili genere deprehensus fuerit de illis IV. causis de * qua supra diximus, * si ille hereditate sua portionem pro illius criminis reatu perdat, uxor autem illius suo jure non privetur, ita constituit.

*quibus *ille hereditatis suæ.

XIII.

De collaudatione quam episcopi & abbates in Baioaria inter se fecerunt, pro defunctis fratribus.

In Christi nomine: Notitia qualem convenientiam gentis Baioariorum episcopi & abbates inter se fecerunt, quorum nomina infra perarare stylo decrevimus.

Id est, Manno Nuvenpurgensis civitatis episcopus, Alim, * Vigilius, Vviserich, Sintpreth, Heres, episcopi; Oportunus, Vvolfpreht, Adalpreht, Ato, Vto, Lantfrit, Albune, Ruothart, Ernest, Reginpreht, Volchanhart, Perchkoch, Sigido, abbates.

*...ie gilius

XIV.

Vt eorum quis de hac luce migraret, unusquisque superstitum episcoporum vel abbatum pro defuncto in domo sua episcopali vel cœnobio centum missas speciales & eodem numero * psalterio cantare faciat. Ipse vero de propria persona sua XXX. speciales missas compleat, vel a religiosis sibimet subjectis implere omnino prænotatum faciet numerum presbyteris sive monachis, cum de hoc sæculo migraverint episcopus seu abbas, uno presbytero vel monacho XXX. missas speciales, totidem psalteria faciant celebrari.

*psalteria

Post hæc mox ista subjiciuntur eodem, ut vides, ordine.

De concilio quod dux Tassilo apud Dingolvingam celebravit.

Regnante in perpetuum domino nostro Iesu Christo, in anno vero XXII. regni religiosissimi ducis Tassilonis gentis Baioariorum sub die * consulem, quod erat II. Idus Octobris, atque anno ab incarnatione Dominica DCCLXXII. indictione X. divina præflatus inspiratione, ut omne regni Dei prænotatus princeps collegium procerum coadunaret in villam publicam Dingolvingam nuncupatam, ut ibi tam regulare moderaretur in sancto habitu cœnobium virorum & puellarum, quam episcopales moderaretur obsequias, insuper gentis suæ institutiones legum per * primatos imperitos universa consentiente multitudine, quæ reperit * diuturna vitiata, & quæ videbantur abstrahendo evellere, & quæ decretis placerent componendo instituerentur. Inter tot vero collegia sacerdotum, devolutis episcoporum & abbatum in præsentia paginis, regularis ordines vitę atque canonum normas vel decreta patrum nullis comprobare quiverant testimoniis, ut monachis parochiæ commendari deberent vel publica baptismatis obsequia, nisi forte pro periculo mortis. & nihil eorum implerent commorandi negotio, excepto * vicissitudinis villarum propriarum singulis annis obedientialibus curis commissio ab abbate proprio fuerit determinata. Vnde ab universis abbatibus facta professio, ut minime titulis popularibus se ingerere depellerētur, & hęc omnia cui commissæ sunt plebes, sub potestate episcoporum permanerent, sicut in sanctis synodis vel decretis priscorum patrum perarata comprobat conscriptio: ab episcopis vero simili modo, & nihilominus * prælatis ponderaverunt sententiis, ut erga eos caritatis gererentur curæ, ita ut canonica auctoritas confirmat, & spiritualis concordia declarat. Hoc peracto concilio, & ab universis uno ore confirmato, ut si quis de eadem institutione deviare præsumpserit, a collegio eorum alienetur, usque iterato examine, id est, publica synodo.

* fortasse Callisti, inciditenim prid. Id. Octobris,

*primates & peritos, * diuturnitate

*si

*prolatis

DE POPVLARIBVS LEGIBVS.

I.

Prænotatus princeps universo concordante collegio, * hic constituit, ut nullus a provincię suæ * mancipium limine venundare vel proprium vel fugitivum præsumpserit: & si quis hoc decretum non observaverit, Vveregeldo suo culpabilis permaneret.

* sic *limite mācipium.

ANNO CHRISTI 772.

II.

Vt nullus furtivam rem, tam in equis & aliis quadrupedibus, quam in reliqua supellectili, extra finem Baioariorum venundare, vel machinis diabolicis extra minandi, insidiis tegi: ut si quis hoc præsumpserit, XL. solidis componat in publicum. Vt si quis domum tam liber quam servus *altius effoderit, & ibi occisus fuerit, sine compositione in sua damnatione permaneat. Si autem supellectilia abstulerit de eadem domo, & eo fugiente in curtem vel extra curtem, hic cui damnũ intulit consequitur & interfecerit, pari subjaceat sententiæ. Similiter qui liberum vel mancipium suum furaverit, & cum comprehendere minime B quiverit, & ibidem interfecerit reum, superior permaneat sententia. Sed tamen ea genera trium homicidiorum, debita signa vicinis suis, & his qui assistunt, insignet.

* alterius

III.

De pugna duorum, quod Vvenda hinc vocetur, ut prius insortientur quam parati sunt, ne forte carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis artibus insidiantur.

IV.

Qui supradictæ pugnæ, quod Chamfuuic dicimus, peracto judicio, se simili vindicta erigere cõtra querentem præsumpserit, sacramentum quod Athcia dicitur, juret in ecclesia, cum tribus nominatis sacramentalibus. C

V.

De eo quod Baioarii Staffaken dicunt, in verbis quibus ex vetusta consuetudine paganorum idololatriã reperimus, ut deinceps non aliter nisi *indicat qui quęrit debitum; hęc mihi injuste abstulisti, quæ reddere * debet: Reus vero contradicat, nec hoc abstuli, nec componere debeo, iterata voce requisito debito dicat: Extendamas dextras nostras ad justum judicium Dei: & tunc manus dexteras uterque ad cælum extendat.

* ita dicat
* debes

VI.

Vt nullus furtivam rem suscipere vel intra terminum abscondere præsumat. qui hoc fecerit, XL. solidis componat.

VII.

Vt hi qui Cucali manu liberi dimissi sunt, ad D eadem cogantur judicia quæ Baioarii Vrtella dicunt.

VIII.

Vt hi qui in ecclesia libertatem conquirebant, deinceps tam ipsi quam eorum posteritas in secura libertate permaneant, nisi forte ipse sibimet insolubile damnum inferant, quod componere minime quiverint.

IX.

Qui ex eis occidentur, precium eorum his solvatur ecclesiis ubi liberi dimissi sunt. Liberi qui ad ecclesiam dimissi sunt liberi, vel per chartam acceperunt libertatem a rege, si occidantur, LXXX. solidis componantur ecclesię vel filiis eorum, in dominico XL. solidis componantur. Si ancilla li- E bera dimissa fuerit per chartam aut in ecclesia, & post hęc servo nupserit, ecclesiæ ancilla permaneat. Si autem libera Baioaria servo ecclesiæ nupserit, & servile opus ancilla contradixerit, abscedat: si autem ibi filios & filias generaverit, ipsi servi & ancillæ permaneant, potestatem * exinde non habeant: illa autem mater eorum quando exire voluerit, ante annos III. liberam habeat potestatem: si autem III. annos induraverit opus ancillæ, & parentes ejus non exadomaverunt eam ut libera fuisset, nec ante comitem, nec ante du- A cem, nec ante regem, nec in publico mallo, transactis tribus Kalendis * Martis, post hæc ancilla permaneat in perpetuum, & quicumque ex ea nati fuerint, servi & ancillæ sunt.

* exeundi

ANNO CHRISTI 772.

* Martiis.

X.

Qui furtivam, quod Zougenzunt dicitur, super furem comprobare nequiverit, furtivo componat more.

XI.

Qui resisterit domum suam, quod selisuchen dicunt, qualem rem quærenti resistebat, talem componat. In publico XL. solidis.

XII.

Qui manuum immissionem resisterit, quod hantelod dicunt, XL. solidos soluat in publico, & ipsam rem quærenti reddat.

XIII.

De his qui supradictis * homicilis debita morte in furto * repertis, ut si quis hujus interfecti parentelæ eum qui suo scelere captus est, vindicare tentaverit, a propria alode alienus efficiatur.

* homicidiis
* repertus

XIV.

Et si quis signum quod est sigillum inhonoraverit, vel hujuscemodi injuncta minime impleverit, prima vice arguetur, secunda XL. solidis componat, III. suum Vueregeldum, IV. exterminetur abacto officio.

XV.

Vt si quis judicium furti in bina vel terna reprehensione non damnaverit, & eum diabolico lucro dimiserit, ut per eum quasi comparticeps, spoliis pauperum * ditarentur, tot * sceleris quod commiserit ante oculos Dei & angelorum * efficiatur, nihilominus cui fraudem fecerit, quasi proprium componat debitum. Vt si quis in virtute conjunctus, a conjuge propria adulterina separatus fuerit, ejusque ex cognatione conjugis propter eamdem dimissionem * qui eum persequi tentaverit, a proprio alienantur patrimonio.

*ditaretur
*scelerum
* reus
* quis

XVI.

Vt nullus post tonsuram capillos usu populari nutrire præsumat, nec velata relicto velo sæcularem habitum sumat, ut si quis vel qua in hoc vitio reperti fuerint, aut corripiantur, aut excommunicentur.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium Bavaricum.*] Marcus Velserus vir doctissimus & nobilissimus, celeberrimæ Augustanæ reipublicę septemuir, hanc synodum, vel potius fragmentum synodi supradicto tempore celebratæ primus in lucem emisit, dentibusque tinearum & blattarum eripuit. Ex pervetusto codice, quem, ut ait Henricus Canisius, utendum acceperat a reverendo & magnifico domino Georgio Lautherio sacræ theologiæ doctore, & monachii ad D. virginem præposito, idem Velserus propria manu exscripsit. Agnoscant hinc Bavari, ante annos plusquem 800. in Bavaria receptam fuisse illam religionem, quę episcopos, abbates, sacerdotes, & aliorum ordinum clericos habet: quæ sacrosanctæ missæ sacrificium pro vivis & defunctis religiose immolat; quę sacrorum canonum decretis debitam reverentiam exhibet, monaliũ matrimonia severis pœnis coercet. O felicem Bavariam, quæ fidem Theodonis, Tassilonis, Caroli magni, aliorumque generosissimorum heroum, tot lustris labentibus, inter fluctus & procellas sartam tectam custodisti, neque impuros apostatas sancto Ruperto & excellentissimis illis regibus ac ducibus antetulisti. Hæc ex Henrici Canisii præfatione in dictam synodum.

Vnde hæc synodus accepta.

Quæ fuerit olim religio Bavarorũ.

CON-

ANNO CHRISTI 773.

CONCILIVM GENAVENSE QVOD APVD GENAVAM CIVITATEM a Carolo magno, cum ad Italicam expeditionem pergeret, celebratum est anno Christi DCCLXXIII.

In hac synodo divisum in duas partes fuisse Francorum exercitum, ut in Italiam diversis itineribus penetraret, docet auctor vitæ Caroli: cui affinia sunt, quæ in chronico" sancti Arnulfi leguntur his verbis. Cum hyemaret, *inquit*, rex Carolus in villa quæ dicitur Theodonis, ibi venit ad eum missus domni Hadriani papæ, nomine Petrus, obnixe postulans, ut ad defendendam ecclesiam Romanam festinaret, & ut populum Romanum de manibus superbi regis Desiderii liberaret. Adjungens quod ipse legitimus tutor ac defensor esset ipsius ecclesiæ, quoniam illum prædecessor suus beatæ memoriæ Stephanus papa unctione sacra liniens, in regem, ac patricium Romanorum ordinavit. Carolus ergo rex, per consilium optimatum suorum, voluntatem domini papæ se adimpleturum esse cum Dei auxilio devota mente spopondit. Eodemque anno synodum tenuit in Ianua civitate. In quo conventu exercitum divisit, partem secum retinens, ut per Cinisium montem transiret; partem vero reliquam, cui præfecit avunculum suum Bernardum, cum ceteris fidelibus suis, per Iovis montem in Italiam intrare præcepit.

"Annales ...tenses ...untur ...o III. ...t. Fran...um.

"**CAROLI MAGNI REGIS IN ITALIAM EXPEDITIO ADVERSVS DESIDERIVM regem & Longobardos anno Christi DCCLXXIII.

CAROLVS magnus rex Hadriani papæ rogatu & precibus exoratus, trajecto sub finem anni DCCLXXIII. trans Alpes exercitu Longobardis ecclesiam Romanam vexantibus arma intulit, nec ante destitit, quam illorum regem Desiderium longa Ticini obsidione fatigatum, ad deditionem compelleret. Capto rege, ac filio ejus Adalgiso ex Italia pulso, novum regnum adeptus, in Franciam victor cum hoste captivo regressus est anno DCCLXXIV. Longobardorumque exinde rex appellatus, Hadriano papæ & ecclesiæ Romanæ non solum res a Longobardis ereptas eripuit, & quas Pipinus pater provincias concesserat, ratas habuit, sed territorium prætereа Sabinense, Ducatum Spoletinum, & Beneventanũ, atque alia plurima paternę donationi adjecit. " Idem istius observationis a collectore Lupareo prætermissæ auctor Sirmondus subjicit narrationem de Caroli ejusdem prima in urbem profectione & gestis cum Hadriano pontifice excerptam ex verbis Anastasii Bibliothecarii in vita Hadriani: *Dum per sex mensium spatium, &c* .superius jam a nobis editam a pag. 1736. D. ad 1738. E. *in Franciam deportavit, &c.*

"Ad eundem annum Christi DCCLXXIV. quidam scriptores ab ætate Hadriani atque Caroli valde remoti referunt synodum Romæ in patriarchio Lateranensi habitam a pontifice & CLIII. episcopis atque abbatibus cum capto Desiderio rege, subactisque Longobardis Carolus rex iterum eodem illo anno, si fas est credere, Romam venisset. Baronius in Annalibus aliique post eum validissimis rationibus commentitiam evincunt, ac veluti stropham a Sigeberto Gemblacensi monacho aliisque Henricianarum partium fautoribus confictam merito respuunt. Gratianus distinctionis 63. cap. 22. verba Sigeberti citata duntaxat ecclesiastica historia imprudens descripsit, aliaque nonnulla ejusdem commatis adscripsit, ab iisdẽ Telchinibus fabricata, multisque incautioribus, atque imprimis Theoderico Niemio, similibusque pontificiæ sedis hostibus, quibus se conferto agmine Goldastus reliquique novatores adjunxerunt, fucum fecit. Nos ne commentum lector, tibi desit, ex chronico Reicherspegensi Monachii in Bajoaria anno 1611. per Christophorum Geuvoldum excuso illud repræsentabimus. Karolus relicto exercitu apud Papiam, in sancta resurrectione Romam venit, & ab Adriano papa honorifice susceptus est. Post sanctam vero resurrectionem Papiam reversus, ipsam civitatem armis cepit, & Desiderium regẽ cum uxore sua, & filia, omnemque thesaurum palatii comprehendit. Adalgisus vero, filius Desiderii fuga lapsus, intravit mare, & Constantinopolim pervenit. Tunc omnes Longobardi de cunctis civitatibus Italiæ venientes Caroli se subdiderunt dominationi. Nec mora, Karolus veniens Romam, iterum constituit ibi synodum cum Adriano papa in patriarchio Laterani in ecclesia S. salvatoris. Quæ synodus celebrata est a CLIII. religiosis episcopis & abbatibus. Adrianus autem papa cum universa synodo tradiderunt Karolo jus & potestatem eligendi pontificem, & ordinandi apostolicam sedem, dignitatem quoque patriciatus ei concesserunt. Insuper archiepiscopos, episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere diffinivit: ut nisi a rege laudetur, & investiatur episcopus, a neminẽ consecretur. Et quicunque contra hoc decretum isset, anathematis vinculo eum innodavit; & nisi resipisceret, bona ejus publicari præcepit.

Ita Karolus subjugata Italia & ordinata, custodiam Francorum dimittens in Papia, cum magno triumpho in Franciam reversus est, &c.

"EPITOME CANONVM, QVAM HADRIANVS SVMMVS PONTIFEX HOC NOMINE primus Carolo magno Romæ obtulit, anno domini " DCCLXXIII.

"DCCLXXIV nam ex narratione Anastasii Carolus Romã duntaxat venit sabbato sancto.

Compendiosa traditio canonum orientalium, sive Africanorum, quos beatus Hadrianus papa in uno volumine cum superioribus conciliis ad dispositionem occidentalium ecclesiarum Carolo Romæ posito dedit regi Francorum & Longobardorum, ac patricio Romanorum. In primis de canonibus apostolorum sub numero I. capitulorum.

Ecclesiasticæ regulæ sanctorum patrum, apostolorum, prolatæ per Clementem Romanum pontificem: quæ ex Græcis exemplaribus in primo ordine ponuntur.

I.

EPISCOPVS a duobus, vel tribus ordinetur.

II.

Presbyter, & reliqui clerici ab uno episcopo ordinentur.

III.

Ne mel, & aliud in sacrificio offeratur, nisi quod dominus statuit.

IV.

IV.

Novas spicas, vuas oleum, & incensum ad altare licet offerri ad benedicendum.

V.

Reliqua omnia ad domum episcopi & presbyteri.

VI.

Vt presbyter uxorem suam a gubernatione sua non abjiciat, sed caste regat.

VII.

Ordinati, sæcularibus curis dediti, dejiciantur.

VIII.

Vt Pascha ante æquinoctium vernale non celebretur.

IX.

Vt ministri altaris facta oblatione communicent.

X.

Vt & laici ecclesiam ingressi communicent.

XI.

Si quis cum excommunicato saltem in domo oraverit, excommunicetur.

XII.

Si quis cum damnato clerico, veluti cum clerico, oraverit, damnetur.

XIII.

Vt nullus præter commendatitias literas suscipiatur.

XIV.

Ne episcopi alienam parochiam invadant.

XV.

Ne clerici suam ecclesiam relinquant, præter episcopi licentiam.

XVI.

Vt episcopus fugitivum alterius episcopi clericum retinens excommunicetur.

XVII.

Ne bigamus, vel concubinam habens ordinetur.

XVIII.

Ne corruptarum mariti ordinentur.

XIX.

Vt duabus sororibus, vel filiæ fratris corrupt... ad clerum non admittatur.

Qui duas sorores duxit aut consobrinam, clericus esse non potest.

XX.

Clericus fidejussor abjiciatur.

XXI.

Per vim eunuchizatus possit fieri episcopus.

Et qui eunuchizaverit, non ordinetur.

Si clericus se eunuchizaverit, deponatur.

XXII.

Laicus semetipsum abscindens tribus annis excommunicetur.

XXIII.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus in fornicatione, perjurio, vel furto capti, deponantur, non tamen excommunicentur.

XXIV.

Similiter reliqui clerici judicentur.

XXV.

Quod lectoribus tantum liceat matrimonium contrahere. Quod episcopus, presbyter, diaconus, peccantes fideles verberare non debeant.

XXVI.

Vt damnati pristinum officium usurpantes, de ecclesia penitus abscindantur.

XXVII.

Episcopus, presbyter, diaconus per pecuniam ordinatus, cum ordinatore suo deponatur, & excommunicetur, ut Simon Magus a Petro.

XXVIII.

Vt episcopus* sæculares potestates ecclesiam obtinens, deponatur.

*per

XXIX.

Vt presbyter qui contempto episcopo suo seorsum conventus fecerit, deponatur.

XXX.

Quod clerici ab episcopo suo damnati, ab aliis non debeant recipi.

XXXI.

Episcopi, presbyteri, diaconi, peregrini per commendatitias literas suscipiantur hospitio, non ad communionem.

XXXII.

Vt episcopi sine primate suo, primas absque suis suffraganeis, nil disponant, nec in propriis parochiis.

XXXIII.

Vt episcopus, qui in aliena parochia clericos nesciente eorum episcopo ordinaverit, deponatur cum his quos ordinavit.

XXXIV.

Vt episcopus curam populi suscipere nolens, excommunicetur. Item clerici, si populum non erudierint, ut legitimo episcopo obediant, si ad illos venire noluerint: & bis in anno concilia episcoporum celebrentur.

XXXV.

Vt episcopus omnes ecclesiasticas res dispenset, nec inde aliquid suis parentibus non pauperibus subministrari patiatur.

XXXVI.

Vt presbyteri, & diacones preter episcopum nihil agant: sin autem abinvincem separatæ res ecclesiasticæ, & res episcopi propriæ, quas ille dare possit quibus voluerit; ne eo moriente, propinqui ejus proscribantur sub obtentu ecclesiæ.

XXXVII.

Omnes res ecclesiæ in potestate sint episcopi ad dispensationem pauperum. Episcopus, presbyter, diaconus aleator aut ebriosus, aut desinat, aut damnetur: delinquentes clerici, sive laici eadem facientes, excommunicentur.

XXXVIII.

Episcopus, presbyter, diaconus, usurarii, aut desinant, aut damnentur.

XXXIX.

Episcopus presbyter, diaconus, cum hæreticis tantum orantes, excommunicentur.

XL.

Si vero eos ad clericale officium hortati fuerint, damnentur.

XLI.

Episcopus, presbyter, baptisma hæreticorum, non in nomine Trinitatis baptizantium, suscipiens, damnetur.

XLII.

Episcopus, presbyter, qui recte baptizatum rebaptizaverit, vel non recte baptizatum non baptizaverit, deponatur.

XLIII.

Si laicus uxorem suam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, excommunicetur.

XLIV.

XLIV.

Si quis episcopus vel presbyter non baptizaverit in nomine sanctæ Trinitatis, abjiciatur.

XLV.

Si quis episcopus vel presbyter non per trinam mersionem baptizaverit, deponatur.

Regulæ Ancyrani concilii numero XXIV. *priores quidem sunt Nicænis: sed ideo Nicænis istæ postponuntur, propter sancti & magni concilii auctoritatem Nicææ congregati.*

I.

Vt presbyteri, qui immolaverunt inviti, & postea paganis reluctati sunt, deposito quidem officio, honorem propriæ sedis retineāt.

II.

Item de diaconibus fiat, si similiter peccaverint; sic ut digne pœnitentibus parcere possint.

III.

Vt hi qui ad sacrificandum idolis violenter attracti sunt, a communione non separentur, qui in arbitrio tamen episcoporum ordinari possunt.

IV.

Vt hi qui paganorum ritus inviti fecerunt, tam diu se pœniteant, quam diu se paganizaverunt.

V.

Vt hi qui non tormentis summis sacrificare coacti sunt, inter audientes usque ad magnum diem cœnæ domini suscipiantur, deinde sex annis pœniteant.

VI.

Vt hi qui in locis idolorum proprios cibos manducaverunt, biennio pœniteant.

VII.

Vt qui frequenter coacti sunt sacrificare, septennio pœniteant.

VIII.

Vt qui & alios sacrificare compulerunt, decennio pœniteant.

IX.

Vt diaconi incontinentes deponantur.

X.

Vt sponsæ a raptoribus, licet etiam corruptæ, sponsis suis restituantur.

XI.

Quod ordinandis non noceat, quod ante baptismum sacrificaverunt.

XII.

Vt * correpti presbyterum, vel diaconum non ordinent, nec presbyter aliquid agat in parochia sine præcepto episcopi.

XIII.

Vt clerici esum carnium abominantes, deponantur.

XIV.

Et ecclesiæ restituatur quidquid presbyteri de rebus ecclesiasticis absque episcopo vendiderunt.

XV.

Vt masculorum & pecorum concubitores, nondum vicennes, post XV. annos in pœnitentia exactos, orationum communionem recipiant. Deinde post quinquennium, commuuionem altaris percipiant. Quibus etiam prolixius tempus ad agendam pœnitentiam imponendum est, si tale scelus frequentaverint. Qui autem jam vicennarii, & uxorati, ita peccaverint, XXVI. annis pœnitentia exactis tandem in oratione communicent, deinde post quinquennium oblationis sacramenta percipiant. Qui vero quinquagenarii, & uxorati, ita peccaverunt, tandem ad exitum vitæ communionem recipiant.

XVI.

Vt masculorum, vel pecorum concubitores, inter dæmoniacos tantum orent.

XVII.

Si episcopi ordinati, nec recepti, aliis episcopis vim seditionis inferant, abjiciantur.

XVIII.

Vt virginalis propositi prævaricatores, inter bigamos computentur: & ne virgines, habitent cum aliquibus, quasi sorores.

XIX.

Si cujus uxor adultera fuerit, vel, si vir adulterium commiserit, septennio pœniteat.

XX.

Vt feminæ, quæ partus suos ex fornicatione necant, decennio pœniteant.

XXI.

Vt spontanei homicidæ post jugem pœnitentiam in exitu vitæ communionem recipiant.

XXII.

Vt, non spontaneum homicidium septennio, vel quinquennio emendetur.

XXIII.

Qui divinationes expetunt, more gentilium, quinque annis pœniteant.

XXIV.

Quidam sponsæ suæ sororem ingravidavit. Deinde sponsa, ab eo in uxorem ducta, soror ejus corrupta, laqueo se suspendit. Hi, qui fuerunt conscii decennio pœniteant.

Et subscripserunt XVIII. episcopi: Vitalis Antiochenus, Marcellus Ancyranus, Agricolaus Cæsariensis, & reliqui XV. episcopi.

Regulæ in Neocæsariensi synodo prolatæ, Ancyranis quidem, vel Cæsareensibus temporibus posteriores: sed Nicænis anteriores.

I.

Presbyter, si uxorem duxerit, deponatur; si vero in fornicatione, vel adulterio peccaverit, ad acriorem pœnitentiam compellatur.

II.

Vt mulier duobus fratribus nupta, usque ad mortem, abjiciatur.

III.

Verum in exitu suscipiatur: si promiserit se talem copulam non iteraturam si vita concedatur.

IV.

Quod multinubi pœnitere debeant.

V.

Vt gratiæ divinæ non imputetur, si desiderata libido non perficitur.

VI.

Vt catechumenus expellatur, si post admonitionem peccans jussa prævaricatur.

VII.

Vt gravida catechumena baptizetur.

VIII.

Ne presbyteri nuptiis bigami intersint, quia bigamia eget pœnitentia.

IX.

Vt laicus, cujus uxor adulterata est, non ordinetur.

Et clericus cum adultera uxore vivens dejiciatur.

X.

Presbyter confessus se ante ordinē crimen perpetrasse, oblata non consecret, in reliquis manens officiis.

officiis. Non confessus autem, si convinci non A poterit, suo judicio relinquatur.

XI.

Diaconus simili modo lapsus deponatur.

XII.

Presbyter ante XXX. annos non ordinetur.

XIII.

Ut in ægritudine baptizatus presbyter non fiat, nisi necessitate.

XIV.

Ne presbyteri ruris in civitate coram episcopo, vel presbyteris urbis offerant, nisi forte illis absentibus advocentur.

XV.

Ut in civitate VII. sint diaconi, sicut Actuum B apostolorum liber præcipit.

Et subscripserunt: Vitalis Salaminius, Amphion, & reliqui, qui in * Cæsarea convenerunt XIX. episcopi.

* Neocæsarea legendum.

Viginti canones Gangrensis concilii, post Nicanum concilium expositi.

I.

Si quis conjugium pro crimine detestatur, anathema sit.

II.

Si quis religiose carnes edentem execratur, anathema sit.

III.

Si quis servum pro religione dominum suum contemnere docet, anathema sit.

IV.

Si quis spernit presbyterum, eo quod legitime conjugatus fuerit, anathema sit.

V.

Si quis domum Dei contemptibilem docet, anathema sit.

VI.

Si quis ecclesiastica ministeria extra ecclesiam temere usurpaverit, anathema sit.

VII.

Ut nullus oblationes ecclesiæ extra ecclesiam, præter conscientiam episcopi, vel vicarii ejus suscipiat.

VIII.

Ut nullus accipiat, vel distribuat oblationes pauperibus præter episcopum, vel ejus vicarium.

IX.

Ut nullus pro virginitate execretur nuptias.

X.

Ut nullus virginitatem custodiens adversus conjugatos superbiat.

XI.

Ut nullus execretur agapas, id est, convivia pauperibus exhibita.

XII.

Ut nullus vitorum in signum continentiæ, pallio utatur, despiciens eos qui solitis vestibus utuntur.

XIII.

Ut nulla femina virilem habitum sumat, quasi pro continentia.

XIV.

Ut nulla femina virum relinquat, pro execratione nuptiarum.

XV.

Ut nullus filios suos negligat per occasionem continentiæ.

XVI.

Ne filii parentes occasione Christianitatis despiciant.

XVII.

Ne mulieres quasi pro divino cultu attondeantur.

XVIII.

Ne quis in die dominica quasi pro continentia jejunet.

XIX.

Ut nullus ecclesiastica jejunia absque necessitate dissolvat.

XX.

Ut nullus collectas execretur, quæ sunt in commemoratione martyrum.

Et subscripserunt, Elianus, Eusebius, Basilius, Osius, Gregorius, & reliqui episcopi numero X.

Viginti quinque regulæ apud Antiochiam in encaniis expositæ.

I.

Quicumque cum Judæis contra statuta Nicæni concilii pascha celebraverit, excommunicetur. Et damnatus clericus omni quoque honore extrinsecus, quem sancta regula, vel sacerdotium promeruit, privetur.

II.

Ut quicumque se a sancta communione, pro C quadam intemperantia suspendit, vel qui excommunicato communicaverit, excommunicetur.

III.

Ut clericus, qui ad propriam parochiam redire contempserit, degradetur.

IV.

Ut episcopus, presbyter, diaconus damnatus, si pristinum officium usurpaverit, nunquam restituatur, & omnes ei post damnationem scienter communicantes, excommunicentur.

V.

Si clericus proprium episcopum contemnens seorsim colligit, irrevocabiliter damnetur. Idem si ecclesiam turbare non desinit, per ceteras potestates opprimatur.

VI.

D Ut excommunicatus a suo episcopo non recipiatur.

VII.

Ut peregrini sine commendatitiis literis non suscipiantur ab alio.

VIII.

Presbyteri agrorum non possunt dare canonicas epistolas, sed chorepiscopi.

IX.

Ut metropolitanus, licet comprovincialibus episcopis prælatus, nil tamen præter illos, nisi in propria parochia dispenset.

X.

E Quod chorepiscopi ordines inferiores usque ad subdiaconatum dare non possunt. Et clericus, qui præter literas comprovincialium episcoporum, pro querimoniis adierit imperatorem, honore & communione privetur.

XI.

Ut clerici damnati, si imperatorem adierint, numquam restituantur.

XII.

Ut irritum sit quidquid episcopus non rogatus in aliena parochia ordinaverit.

XIII.

Si in damnatione episcopi provinciales episcopi

ſcopi diſſenſerint a metropolitano, vicinis epiſcopis advocatis, cauſa terminetur.

XIV.

Si omnes provinciales epiſcopi in damnatione unius conſenſerint, hunc apud alios judicare non oportebit.

XV.

Deſideratur.

XVI.

Vt epiſcopus vacantis eccleſiæ invaſor abjiciatur.

XVII.

Si quis ſuſceptum epiſcopatum adire, & gubernare contempſerit, excommunicetur.

XVIII.

Si quis ſuſceptum epiſcopatum non ſuo, ſed aliorum vitio devitaverit, honorem ſuum retinere debebit.

XIX.

Vt metropolitanus non niſi cum pluribus epiſcopis ordinet epiſcopos.

XX.

Vt in provincia epiſcoporum concilia bis in anno fiant.

XXI.

Vt epiſcopus de ſua parochia in alienam nullo modo tranſmigret.

XXII.

Quod irrita ſit ordinatio, quam epiſcopus in aliena parochia in alienis clericis uſurpaverit.

XXIII.

Vt irritum ſit, ſi epiſcopus ſibi ſucceſſorem elegerit.

XXIV.

Vt res eccleſiæ judicio epiſcopi diſpenſentur, ſeparatæ quidem ab ejus propriis rebus, quas ille dare poſſit quibus voluerit: ne eo moriente, invadantur res ejus propriæ, cum rebus eccleſiæ.

XXV.

Quod epiſcopus eccleſiaſticas res ſibi & aliis diſpenſare poſſit, non tamen ad ſuperfluitatem, ſed ad indigentium neceſſitatem.

Et ſubſcripſerunt XXX. Euſebius Palæſtiſtinenſis, Theodotus Meſopotamienſis, Theodorus Iſaurienſis, & reliqui:

*Sancta ſynodus quæ apud Laodiceam * Pacatiæ Phrygiæ convenit, regulas LIX. expoſuit ſubter annexas.*

* Pacatia-
[illegible]

I.

Si qui ſecundo legitime nupſerunt, poſt qui parvo tempore tranſacto orationibus vacaverint ad communionem recipiantur.

II.

Vt perfecte pœnitentibus communio concedatur.

III.

Vt noviter baptizati non fiant clerici.

IV.

Ne ordinationes fiant ſub conſpectu audientium, id eſt catechumenorum.

V.

Ne clerici aliquo modo ſint uſurarii.

VI.

Ne permanentes in hæreſi permittantur intrare domum Dei.

VII.

Vt Novatiani & Teſſareſcædecatitæ,* & Sotiani ad eccleſiam redeuntes, poſt abjurationem hæreſis, per unctionem chriſmatis reconcilientur.

* forte
[Ph]otiniani

VIII.

Vt ex hæreſi Cataphrygarum converſi baptizentur.

IX.

Vt catholici ad hæreticorum cœmeteria orantum euntes excommunicentur.

X.

Ne catholici cum hæreticis indifferenter conjugium ineant.

XI.

Vt illæ, quæ dicuntur preſbyteræ, præſidentes in eccleſiis non ordinentur.

XII.

Vt epiſcopi cum judicio metropolitani & aliorum epiſcoporum provehantur.

XIII.

Ne judicio multitudinis ordinationes fiant.

XIV.

Ne eulogiæ, id eſt oblatæ, ad alias parochias deſtinentur.

XV.

Vt nullus præter regulares cantores in pulpito cantet.

XVI.

Vt in ſabbato euangelia cum aliis ſcripturis legantur.

XVII.

Ne in eccleſia pſalmi continuentur, ſed per ſingulos pſalmos lectiones recenſeantur.

XVIII.

Vt idipſum officium precum, & nona, & veſpera celebrentur.

XIX.

Vt poſt prædicationem epiſcoporum, fiat oratio ſuper catechumenos: quibus egreſſis, oratio fiat ſuper pœnitentes, tunc ad manum ſacerdotis accedentes. His diſcedentibus conſummantur tres orationes fidelium. Prima quidem ſub ſilentio: ſecunda vero, & tertia per ſolitas exclamationes. Et pace data, celebretur oblatio. Solis autem ſacris miniſtris juxta altare liceat communicare.

XX.

Ne diaconi coram preſbytero ſedeant, niſi eo jubente. Similiter diaconi ab inferioribus honorentur.

XXI.

Vt ſubdiaconi remoti ſint a diaconio, id eſt, ſecretario, nec dominica vaſa contingant.

XXII.

Ne ſubdiaconus orario utatur, nec oſtia relinquat.

XXIII.

Ne lectores, vel cantores cum orariis legant, vel pſallant.

XXIV.

Ne clerici, vel continentes, vel monachi comedant in tabernis.

XXV.

Ne ſubdiaconi panem dent, vel calicem benedicant.

XXVI.

Quod nuſquam exorcizare poſſint hi, qui ab epiſcopo ad hoc non ſunt ordinati.

XXVII.

Ne clerici ad agapen vocati partes eccleſiarum accipiant.

XXVIII.

Quod non liceat in eccleſiis agapen fieri, vel manducari, vel accubitus ſterni.

XXIX.

Vt nullus in ſabbato Iudaizando otietur.

XXX.

Vt viri cum mulieribus non laventur.

XXXI.

Ne catholici filios ſuos, vel filias hæreticis dent in conjugium, ſed magis accipiant, ſi tamen illi ſe catholicos fieri promittant.

XXXII.

Ne quis eulogias ab hæreticis ſuſcipiat, quæ non benedictiones ſunt, ſed maledictiones.

XXXIII.

Ne quis cum hæreticis vel ſchiſmaticis oret.

XXXIV.

Quod anathema ſint, quicumque ad hæreticorum martyres acceſſerint.

XXXV.

Vt anathema ſit, quicumque relicta eccleſia, angelos colere, vel congregationes facere præſumpſerit. Vt clerici incantationibus, vel phylacteriis utentes excommunicentur.

XXXVI.

Ne quis a Iudæis, vel ab hæreticis dona feſtivitatis eorum ſuſcipiat.

XXXVII.

Ne quis azyma ſuſcipiat a Iudæis.

XXXVIII.

Ne quis cum gentilibus feſta celebret.

XXXIX.

Ne epiſcopi vocati ad ſynodum venire contemnant.

XL

Ne quis clericus ſine canonicis literis, id eſt, formatis, proficiſcatur.

XLI.

Ne ſubdiaconi vel paululum januas eccleſiæ deſerant.

XLII.

Ne clerici ſine juſſione epiſcopi proficiſcantur.

XLIII.

Ne feminæ ingrediantur ad altare.

XLIV.

Vt nullus poſt duas quadrageſimæ hebdomadas baptizetur.

XLV.

Vt baptizandi ſymbolum diſcant, quod in quinta feria majoris ſeptimanæ epiſcopo vel preſbytero reddant.

XLVI.

Vt in ægritudine baptizati fidem poſtea addiſcant.

XLVII.

Vt baptizati chriſmate confirmentur.

XLVIII.

Vt panis benedictionis in quadrageſima non offeratur, niſi in ſabbato, vel dominica.

XLIX.

Vt nullus in cœna domini jejunium quadrageſimale ſolvat.

L.

Ne natalia martyrum in quadrageſima celebrentur, ſed eorum commemoratio in ſabbatis, vel dominicis fiat.

LI.

Ne nuptiæ, vel hominum natalitia celebrentur in quadrageſima.

LII.

Ne Chriſtiani nuptiis plaudant, vel ſaltent, ſed venerabiliter cœnent.

LIII.

Ne clerici ludicris ſpectaculis interſint in cœnis, vel nuptiis, ſed ante diſcedant, quam thymelici veniant.

LIV.

Vt nullus ex * ... vel comiſſationibus convivia celebret.

** collatis vel commiſſaliis (hoc eſt ex ſymbolis.)*

LV.

Ne preſbyteri ante epiſcopum intrent ſacrarium, & ſedeant, ſed cum ipſo.

LVI.

Vt in villis, vel in agris, non epiſcopi, ſed viſitatores conſtituantur.

LVII.

Vt in domibus oblatio non celebretur ab epiſcopo, vel preſbytero.

LVIII.

Ne plebeii pſalmi in eccleſia cantentur: nec alii libri, niſi novi, & veteris teſtamenti tantum, in eccleſia legantur. Et ſubſcripſerunt XXII. patres.

*Præfatio canonum * Sardicenſium ſive Africanorum.*

*manuſcriptus * Serdicenſium.*

SVNT etiam viginti regulæ, quæ per Oſium Cordubenſem epiſcopum currunt, quæ titulantur, tãquam XL. epiſcoporum apud Serdicam, quæ tamen non apud Græcos, ſed magis apud Latinos inveniuntur. Sciendum eſt autem hunc Oſium inter CCCXVIII. patres Nicæni concilii honorabilem fuiſſe, atque ab apoſtolica ſede cum Victore & Vincentio preſbyteris deſtinatum, qui & Hiſpanus uſque ad tempus Conſtantii principis in corpore legitur permanſiſſe. Hic tamen in extremis ſuis ſatis pueriliter, deſipuit, ut Severus Sulpitius in chronicis ſuis teſtatur, aſſerens quod Conſtantius imperator numeroſiſſimum Ariminenſe concilium, ab eo contra catholicam fidem congregatum, Arianæ hæreſi ſubſcribere compuliſſet. Vnde etiam placuit, ut miſſa apoſtolica legatione, a prædicto Oſio perquireretur, an Nicæna ſynodus, cui ille interfuit, Filium Patri συνομοιούσιον, id eſt, conſubſtantialem, quod catholicorum eſt, an συνόμοιον, id eſt, conſimilem tantum, quod Ariani dicunt, decreviſſet confitendum. Sed ille, aut pro longa ætate deſipiens aut aſſentatione principis verum diſſimulans, reſpondiſſe perhibetur, utramque partem recte confiteri, ſive συνομούσιον, ſive ὁμοιούσιον. Quod reſponſum tam a catholicis quam ab Arianis uno ore irriſum eſt atque refutatum. Denique poſt hoc reſponſum, in ciuitate ſua Corduba, in qua epiſcopus fuit, nomen inter catholicos epiſcopos minime recitatum eſt.

Sunt etiam eccleſiaſticæ regulæ, quæ in Africanis regionibus frequentiſsime ſynodali concilio conſcriptæ ſunt. Sed in his omnibus illa ſequi debemus, quæcumque a Nicæno concilio, & a ſancta atque apoſtolica eccleſia Romana non diſcrepare videmus.

Canones Sardicenſis concilii, numero XXII.

I.

Vt epiſcopus laica communione privetur, ſi de ſua civitate in aliam tranſmigraverit.

II.

Vt epiſcopus nec laicam communionem in fine recipiat, ſi ſedem mutaverit per ambitionem.

III.

Vt inter diſcordes epiſcopos comprovinciales epiſcopi

episcopi audiant. Quod si damnatus appellaverit A Romanum pontificem, id observandum est quod ipse censuerit.

IV.

Ut nullus appellantis episcopi sedem usurpare præsumat.

V.

Ut in provincia, ubi unus tantum episcopus remanserit, nec comprovincialem sibi episcopum ordinare voluerit, episcopi alterius provinciæ a presbyteris vocati ordinent episcopum, etiamsi ille solus qui remansit post admonitionem eis cooperari noluerit.

VI.

Ne episcopus ordinetur in vicis, vel in modicis civitatibus. B

VII.

Quod provincialis synodus per vicarios Romani pontificis retractari possit, si ipse ita decreverit.

VIII.

Ut episcopi ad comitatum non vadant, nisi ab imperatore vocati, aut necessitatibus oppressorum subventuri.

IX.

Ut episcopi diaconos suos ad comitatum dirigant.

X.

Ut papa diaconos Romam ad comitatum venientes, solicite discutiat, si justam causam veniendi habeant. C

XI.

Ut episcopi episcopos ad comitatum transeuntes, solicite discutiant, ne pro ambitione vadant.

XII.

Ut episcopi ab aliis instruantur, si nondum synodica statuta noverunt.

XIII.

Ut ex laicis non fiant episcopi, * presbyteri, vel diaconi, utpote per inferiores.

*[Supplendū ... laici ca... sensu ... per gra... presby... &c.]

XIV.

Ne episcopi ultra tres septimanas in aliena civitate morentur, quoniam laici tanto tempore D conventum ecclesiæ negligentes sunt excommunicandi.

XV.

Ne episcopus a sua ecclesia plus quam duas hebdomadas absit.

XVI.

Ut clericus a suo episcopo excommunicatus non recipiatur ab alio.

XVII.

Ut clericum sive juste, sive injuste ab episcopo suo excommunicatum finitimi episcopi audiant; si ante excommunicationem nullo modo excommunicent tam diu morari. †

†[Locus ob... ...rus, vide ... 17. in ... Sardi... si con... ...]

XVIII.

Ut nullus episcopus alienum clericum in parochia sua ordinet. E

XIX.

Ut ordinatio alieni clerici sine consensu proprii episcopi irrita sit.

XX.

Ut presbyteri extra suam parochiam non plus quam III. septimanas demorentur.

XXI.

Ut episcopi a sede sua expulsi non prohibeantur in aliena civitate.

Omnis synodus dixit: Universa, quæ constituta sunt, catholica ecclesia in toto orbe custodiat.

Et subscripserunt episcopi diversarum provinciarum numero LX.

Osius a Spania, Cordubensis.

Vincentius de Capua, legatus S. Romanæ ecclesiæ.

Ianuarius de Benevento, legatus S. Romanæ ecclesiæ.

Calipodius Neapolitanus, legatus S. Romanæ ecclesiæ.

Athanasius de Alexandria.

Marcellus a Macedonia, de Ancyra.

Protogenes ex Achaia, de Sardica.

Gaudentius ex Dacia, de Naiso.

Similiter & reliqui multi.

Canones Carthaginensis concilii.

POST consulatum Honorii & Theodosii Augustorum, VIII. Kalendas Iunias, Carthagine, in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius papa una cum legatis Romanæ ecclesiæ Faustino episcopo ecclesiæ Potentinæ provinciæ Italiæ Piceni, & Philippo & Asello presbyteris, nec non cum Augustinus Hipponensis episcopus, & reliqui CCXVII. episcopi consedissent; primum recitato commonitorio, quod Zosimus papa ad prædictos legatos direxit; deinde etiam XX capitulis Nicæni concilii recitatis, ut † superius descripta inveniuntur, communi decreto statuerunt capita XXXVII. quæ subsequuntur.

†Non extant in hac epitome, hinc videtur mutila.

I.

Ut statuta Nicæni concilii omnimodis conserventur.

II.

Ut sancta Trinitas populo Dei prædicetur.

III.

Ut altaris ministri se omnino contineant juxta apostolorum doctrinam.

IV.

Ut a propriis uxoribus se abstineant ministri altaris.

V.

Ut a clericis penitus avaritia vitetur, nec fœnus de qualibet re accipiatur.

VI.

Ne chrismatis confectio, vel puellarum consecratio, vel publica pœnitentium reconciliatio ullo modo fiat a presbytero.

VII.

Quod in periculo positi a presbytero possint reconciliari, si tamen præceperit episcopus.

VIII.

Quod criminosi nequeant accusare episcopos, neque majores natu.

IX.

Ut episcopus, vel presbyter excommunicetur, si alterius episcopi excommunicatum in communionem recepit.

X.

Ut presbyter, si contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit.

XI.

Ut episcopus absque synodi tempore in crimine detentus. †

† Locus mendosus.

XII

Ut episcopus non a paucioribus quam tribus ordinetur.

XIII.

Si quis contra professionem suam, vel subscriptionem venerit, ipse se † honore episcopus audiatur.

† Mendum.

XIV.

Vt apud Tripolim presbyter a quinque audiatur episcopis, & diaconus a tribus propter inopiam provinciæ.

XV.

Vt clerici apud ecclesiam incriminati ecclesiasticum judicium non abnuant. Et ut judicibus ecclesiasticis nil obsit, si eorum sententia solvatur, cum ab illis ad alios ecclesiasticos judices majoris auctoritatis provocatum fuerit, si tamen convinci non poterint, quod aliqua cupiditate depravati ita judicassent. Item ut a judicibus consensu partium electis non provocetur. Item ne filii sacerdotum exhibeant sæcularia spectacula vel expectent, ut ubi blasphemiæ fiunt non accedant.

XVI.

Ne clerici sint conductores vel procuratores, nec ullo turpi negotio victum quærant. Item ut lectores aut cogantur ducere uxores, aut profiteantur continentiam. Item ut clericus commodans pecuniam tantum recipiat quantum dedit. Item ut ante vigesimum quintum annum nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur.

XVII.

Vt unaquæque provincia propter longinquitatem * primatum habeat proprium.

* primatem

XVIII.

Vt clericis ab ordinatoribus suis canones inculcentur.

XIX.

Vt mortuis nec eucharistia nec baptismus detur. Vt annuatim concilium celebretur, ad quod singularum provinciarum legati dirigantur. Vt nec accusatus episcopus, nec accusator ejus a communione suspendatur, nisi ad causam suam dicendam electorum judicum die statuta occurrere noluerit. Vt episcopus non communicans nec in sua ecclesia communicet. Vt persona accusatoris, si culpabilis videtur, ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, asserere voluerit.

XX.

Vt accusatus presbyter, vel diaconus discutiantur ab episcopo, adjunctis septem in presbyteri nomine, & tribus in diaconi nomine, quos ipsi petierunt. Reliquorum clericorum causas solus episcopus loci cognoscat & finiat.

XXI.

Vt filii clericorum paganis hæreticis vel schismaticis in matrimonio non jungantur.

XXII.

Vt clerici in eos qui catholici non sunt, nihil per donationes rerum suarum conferant.

XXIII.

Vt episcopi non transeant mare nisi consulto eorum primate.

XXIV.

Vt nihil in ecclesia legatur sub nomine divinarum scripturarum testatum. *

* mendum.

XXV.

Vt subdiaconi, diaconi, presbyteri, episcopi ab uxoribus contineant, quod nisi fecerint, deponantur. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi, nisi maturiori ætate.

XXVI.

Si quis episcopus res ecclesiæ suæ sine consilio finitimorum episcoporum vendiderit, deponatur.

XXVII.

Vt presbyteri, vel diaconi in graviori culpa convicti, manus impositionem non suscipiant tamquam laici, ne rebaptizati clerici fiant.

XXVIII.

Vt clerici qui ad transmarinos, non ad primates suos appellaverint, in communionem non recipiantur.

XXIX.

Si quis clericus excommunicatus ante audientiam communicare præsumpserit, ipse in se damnationem protulit.

XXX.

Vt accusatus, vel accusator in loco, unde est ille qui accusatus est, si metuit aliquam vim multitudinis, locum sibi eligat proximum.

XXXI.

Vt clerici, si episcopis suis volentibus eos pro ecclesiarum necessitate ad majorem honorem promovere, non obedierint, nec ibi in gradu suo ministrent unde recedere noluerunt.

XXXII.

Vt clerici res ecclesiæ, quas de rebus conquisierint (ecclesiasticis,) ecclesiæ relinquant.

XXXIII.

Vt presbyteri rem ecclesiæ suæ non vendant, nec episcopus rem tituli matricis ecclesiæ usurpet.

Et subscripserunt:

Aurelius episcopus huic schedæ a nobis relectæ subscripsi.

Faustinus episcopus ecclesiæ * Potentiæ provinciæ Italiæ Piceni, legatus ecclesiæ Romanæ huic schedæ subscripsi.

*Potentinæ

Philippus & Asellus presbyteri Romanæ ecclesiæ legati his gestis subscripsimus per nos relectis & directis.

* Augustus episcopus Hipponis Regii legatus concilii Numidiæ huic chartulæ pro me & eodem concilio subscripsi.

* Augustinus

Et reliqui episcopi CCXIII. diversarum provinciarum subscripserunt: qui in Carthaginensi concilio convenerunt.

Canones diversorum conciliorum Africanæ provinciæ, numero CV.

I.

QVOD nihil de Hipponensi concilio primo sit emendandum.

II.

Vt clerici filios suos a sua potestate non dimittant, nisi ea ætate qua ad ipsos propria peccata pertineant.

III.

Vt clerici non ordinentur priusquam omnes suos fecerint catholicos.

IV.

Vt nihil, nisi panis, & vinum aqua mistum in sacramentis offeratur.

V.

Ne clerici, vel continentes, aut viduas, vel virgines accedant, nisi jussu, vel permissu episcoporum: nec tunc soli, sed coram probatis personis accedant.

VI.

Vt primæ sedis episcopus non vocetur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos: sed tantum primæ sedis episcopus.

VII.

Ne clerici in tabernis edant, vel bibant, nisi peregrinatio hoc cogat.

VIII.

Vt sacramenta altaris non nisi a jejunis celebrentur.

IX.

IX.

Vt clerici in ecclesia non conviventur nisi necessitate.

X.

Vt episcopus pœnitentiam pœnitentibus imponat juxta differentiam peccatorum, nec presbyter reconciliet pœnitentes inconsulto episcopo, ut publice pœnitentibus manus ante absidam imponat.

XI.

Ne episcopus, vel presbyter virgines sacras passim vagari permittat.

XII.

Vt infirmi obmutescentes baptizentur, si testimonium suæ voluntatis habuerint. Vt scenicis, & histrionibus, & aliis hujusmodi personis reconciliatio non negetur.

XIII.

Liceat legi passiones martyrum cum eorum anniversarii dies celebrantur.

XIV.

Vt ab apostolica sede inquiratur, si possint ordinari qui apud hereticos in infantia sunt baptizati.

XV.

Ne fiant rebaptizationes, reordinationes, & translationes episcoporum. Vt episcopus alieni episcopatus invasor judiciaria auctoritate excludatur, si sacerdotalia monita contempserit.

XVI.

Vt episcopus non a paucioribus, quam tribus ordinetur.

XVII.

Vt ordinandus episcopus, si ei contradicitur, non jam a tribus, sed a pluribus expurgatus ordinetur.

XVIII.

Vt de ecclesia Carthaginensi dies paschæ Africanis ecclesiis nuntietur episcopis, & discutiatur. Interlocutio Honorati, & Vrbani episcoporum sit......Mauritaniæ le......

XIX.

Vt diœceses propriis episcopis carentes episcopos non accipiant, nisi ex consensu episcopi qui illas eatenus non superbe retinuit. Nam si superbe retinuerit, & plebibus incubare affectans coepiscopos suos despexerit, non solum a retentis diœcesibus, sed a propria ecclesia auctoritate judiciaria propellendus est.

XX.

Ne quis episcopus alienum clericum sibi vendicet, nisi concedente ejus episcopo.

XXI.

Quod Carthaginensi episcopo liceat ex qualibet ecclesia ordinare præpositos, presbyteros, vel episcopos ad alias ecclesias.

XXII.

Vt episcopus nullam diœcesim sibi vendicet, nisi ad quam ordinatus est.

XXIII.

Quod parvuli a Donatistis baptizati, in catholica ad clerum ordinari possint.

XXIV.

Vt idolorum reliquiæ, vel templa destruantur.

XXV.

Petendum ab imperatore, ut statuatur, ne clerici de judicii sui * cognatione cogantur in publico testimonium dicere.

* *forte* co... ...tione

XXVI.

Petendum ab imperatore ut paganorum comitia faciat auferri.

XXVII.

Petendum ab imperatore ut prohibeat spectacula theatrorum in diebus dominicis, & aliis sanctorum festis.

XXVIII.

Petendum ab imperatore ut interposita pœna damni pecuniæ statuat, ne quis damnatum clericum defendat.

XXIX.

Petendum ab imperatore ne permittat histriones post conversionem ad pristinum ludum ab aliquo compelli.

XXX.

Petendum ab imperatore ut manumissiones in ecclesia celebrentur.

XXXI.

Vt † Equirius damnatus quomodocumque expelleretur, ne statum ecclesiæ inquietaret.

XXXII.

Vt cum Donatistis levius agatur, ut in mansuetudine correpti resipiscant a laqueis diaboli.

XXXIII.

Vt judices sæculares communem matrem sanctam ecclesiam in hoc adjuvent, in quo episcopi auctoritas contemnitur.

XXXIV.

Vt clerici Donatistarum in catholicam recipiantur cum ordine pro tempore & necessitate.

XXXV.

Vt ad Donatistas causa componendæ pacis legatio....in continentes.

XXXVI.

Vt episcopi, presbyteri, diaconi deponantur, si vel cum uxoribus inveniantur.

XXXVII.

Ne episcopus diu absit a sua principali cathedra.

XXXVIII.

Vt infantes baptizentur, de quorum baptismo dubitatur.

XXXIX.

Vt dies paschæ, & concilii omnibus denuntietur.

XL.

Ne intercessor episcopus cathedram defuncti episcopi diu retineat, sed infra annum eidem cathedræ episcopum provideat.

XLI.

Vt defensores ecclesiarum ab imperatoribus postulentur.

XLII.

Vt episcopi ad concilium veniant, nisi aliqua gravi necessitate impediantur.

XLIII.

Vt episcopus invasor alieni episcopatus damnetur, si vocatus ad synodum venire contempserit, aliusque ordinetur.

XLIV.

Quod diffidentes populi impedire non debeant, quin episcopus eis......

XLV.

Vt clericus, si post excommunicationem suam infra annum causam suam purgare contempserit, penitus deinceps non audiatur.

XLVI.

Si quis episcopus de alio monasterio susceptum suæ ecclesiæ præpositum, vel clericum ordinaverit, excommunicetur, nec ille clericus, vel præpositus perseveret.

XLVII.

Si quis episcopus heredes hæreticos, vel paganos ecclesiæ prætulerit, vel post mortem anathematizetur, nec nomen ejus inter Dei sacerdotes recitetur.

XLVIII.

XLVIII.

Vt altaria ab episcopis evertantur, ubi nullius sancti corpus, aut reliquiæ conditæ probantur.

XLIX.

Vt ab episcopo Carthaginensi, cum opus fuerit, omnium episcoporum nomina dictentur, subscribantur literis in concilio dictatis.

In manuscripto codice desunt numeri, a XLIX. *usque ad* LX.

LX.

Vt episcopi qui posterius ordinati sunt, prioribus se non audeant anteferre.

LXI.

Ne accusato episcopo episcopatus adimatur, priusquam causa ejus diffiniatur.

LXII.

Vt deposito episcopo libere successor requiratur.

LXIII.

Vt episcopi qui ordinantur ab ordinatoribus suis epistolas accipiant quæ diem & consulem præferant, ne deinceps de posterioribus, vel anterioribus altercatio fiat.

LXIV.

Vt quicumque in ecclesia vel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

LXV.

Vt Donatistæ in singulis civitatibus ab episcopis conveniantur utrimque.

LXVI.

* Ne quæstio, quæ Donatistas & catholicos ab invicem separavit, pacifice tractetur.

* *forte* ut

LXVII.

Vt Donatistæ, qui pacifica præmonitione contempta, catholicos infestare non cessant, militari auxilio submoveantur; sicut & apostolus factiosorum conspirationem submovit.

LXVIII.

Ne episcopi ad transmarina facile proficiscantur, si accipiant......

LXIX.

Vt universale concilium non fiat nisi pro necessitate communium causarum: ut causæ, quæ communes non sunt, in suis provinciis judicentur.

LXX.

Si provocatum fuerit, eligat qui provocatur contra eum qui provocat judices, a quibus deinceps provocare non licet.

LXXI.

Vt ab imperatore postuletur advocatorum defensio pro causis ecclesiæ.

LXXII.

Vt plebes quæ episcopum nunquam habuerunt, non accipiant episcopum nisi destinatum ex plenario concilio provinciarum, & primatis consensu episcopi, ad cujus diœcesim pertinuit.

LXXIII.

Vt plebes a Donatistis conversæ etiam inconsulto concilii episcopum * erant.

* *forte* creent.

LXXIV.

Quod vocati ad synodum, si venire contempserint, damnari possint ut contumaces.

LXXV.

Placuit ut Romana & Alexandrina ecclesia invicem pacificentur.

LXXVI.

Vt desertores uxorum, vel desertrices maritorum aut ita permaneant, aut sibi reconcilientur juxta euangelicam & apostolicam doctrinam.

LXXVII.

Vt illæ tantum preces, præfationes, commendationes vel manus impositiones ab omnibus celebrentur, quas probaverit concilium.

LXXVIII.

Vt qui publicorum judiciorum cognitionem ab imperatore postulaverit, honore privetur. Nil autem obsit, si quis episcopale judicium ab imperatore petierit.

LXXIX.

Si clericus excommunicatus in Africa communicaverit apud transmarinos, a clero dejiciatur.

LXXX.

Vt pergentes ad comitatum causam suam vel Carthaginensi vel Romano pontifici insinuent.

LXXXI.

Vt unus episcopus non sibi vendicet cognitionem ab Honorio & Theodosio imperatoribus contra Pelagium, Cælestium.

Octo capita quæ sequuntur in Carthaginensi concilia sub anathemate statuta sunt.

LXXXII.

Quod Adam non necessitate naturæ, sed pro peccati merito moreretur.

LXXXIII.

Quod parvuli in remissionem peccatorum baptizentur.

LXXXIV.

Quod gratia Dei non solum tribuit remissionem peccatorum, sed etiam præstat adjutorium ne peccetur.

LXXXV.

Quod gratia Christi non solum scientiam tribuit quid agamus, sed etiam dilectionem nobis inspirat, ut quod scimus implere valeamus.

LXXXVI.

Quod sine gratia Dei nihil boni implere possimus.

LXXXVII.

Quod sancti cum sancto Ioanne non solum pro humilitate, sed etiam pro veritate.....

LXXXVIII.

Quod in oratione Dominica sancti pro se dicant, *Dimitte nobis debita nostra*.

LXXXIX.

Quod veraciter dicatur a sanctis, *Dimitte nobis debita nostra*.

XC.

Vt Catholici & Donatistæ in una diœcesi manentes, si * adversus cathedras pertinentes post conversionem Donatistarum, ad illam cathedram simul pertineant, ad quam catholici jam ante pertinebant.

* *fort.* & ad diversas.

XCI.

Vt Catholici episcopi & ex Donatistis conversi, diœceses illas æqualiter dividant, in quibus tam Donatistæ quam Catholici jam ante commanserant.

XCII.

Vt nullus episcopus diœcesin repetat, quam alius episcopus ab hæresi liberans jam triennio absque lite possederat.

XCIII.

Ne episcopi plebes, quas ad se pertinere putant, inconsultis episcopis, a quibus detinentur, irruant.

XCIV.

Si episcopus sex menses, post admonitionem memor * episcoporum, neglexerit catholicas efficere plebes ad suam cathedram pertinentes, quamlibet eos obtineat, qui illas ab hæresi liberaverit.

XCV.

XCV.

Vt episcopus a judicibus communiter electis provocasse detectus, contumaciter eis nolens obtemperare, excommunicetur a primate, usque dum illis obtemperet.

XCVI.

Vt episcopus suam diœcesin ab hæresi liberare nolens, & negligens, excommunicetur.

XCVII.

Vt episcopi Donatistas sibi communicasse mentiti deponantur.

XCVIII.

Vt clerici non ad Africana concilia, sed ad transmarina provocantes ab Africanis in communionem non recipiantur, (nisi) necessitas*.... coegerit.

XCIX.

Quod virgines etiam ante XXV. annos velari possint, si..... aliqua jam non admittant.

C.

Vt ex singulis provinciis terni judices seligantur, ne diutius in concilio omnes episcopi teneantur.

CI.

Quod excommunicati ad accusationem non sunt admittendi.

CII.

Vt nullus servus vel libertus, vel infamis, vel hæreticus, vel paganus, vel Iudæus, vel illi quos publicæ leges non admittunt, ad accusationem admittantur; quibus tamen omnibus in propriis causis licentia accusandi non negatur.

CIII.

Vt accusatores clericis plurima crimina objicientes, si hoc quod primum objecerint probare non valuerint, ad reliqua ut ad testimonium non admittantur. Qui nec accusare permittuntur vel illi, quos accusator de domo sua produxerit.

CIV.

Nullus ad testimonium exhibeatur intra sextum annum ætatis suæ.

CV.

Vt si episcopus aliquem sibi soli crimen confessum fuisse dixerit; ille negaverit, non indignetur episcopus, si sibi soli non creditur.

Vt quamdiu episcopus aliquem sibi soli crimen confessum pro excommunicato vitaverit: tamdiu eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis. Et hoc ideo episcopus caveat, ne in quemquam dicat, quod aliis documentis probare nequeat.

A Et subscripserunt;

Aurelius episcopus his gestis statutorum apud nos habiti subscripsi.

* Augustinus episcopus ecclesiæ Potentiæ provinciæ Italię Piceni legatus ecclesiæ Romanę his gestis subscripsi. (* Faustinus)

Philippus & Asellus presbyteri, Romanę ecclesiæ legati, his gestis subscripsimus, quæ per nos Romam directa sunt.

Augustinus episcopus Hipponensis, legatus provinciæ Numidiæ, his gestis subscripsi.

Item & reliqui CCX. episcopi subscripserunt.

Quod prædicta synodus Africana CCVII. episcoporum per Faustinum episcopum, & Philippum & Asellum presbyteros ejusdem concilii statuta Bonifacio papæ confirmanda direxerit, & quod per eumdem papam sibi exemplaria Nicæni concilii ex orientalibus episcopis mutuari petierit. B

Quod sanctus Cyrillus patriarcha Alexandrinus episcopis Africanæ synodi authentica Nicæni concilii exemplaria direxerit.

Quod & Atticus Constantinopolitanus episcopus Africanis episcopis authentica Nicæni concilii exemplaria direxerit.

Quod exemplaria Nicęni concilii post consulatum Honorii & Theodosii Augustorum VI. Kalendas Decembris ad Bonifacium papam sub XX. capitibus pervenerint, sicut per omnia in superioribus sunt. C

Quod Africanum concilium missis literis Cælestinum papam rogaverit, ut excommunicatos ex Africa fugientes nullatenus in communionem susciperet.

NOTA IACOBI SIRMONDI S. I.

1 *Epitome canonum.*] Non solum epitomen constat oblatam fuisse Carolo magno, sed integram collectionem tum canonum, ex quibus epitome illa deinceps conflata est, tum decretorum etiam pontificum, a Siricio ad Gregorium juniorem: denique illum ipsum Carolo datum esse librum, qui *codex canonum* a Nicolao papa dicitur dist. 19. cap. *Si Romanorum*, quique Moguntiæ primum excusus anno 1525. in editione postea Parisiensi inscriptus est: *Codex canonum vetus ecclesiæ Romanæ.* Hoc enim declarant plurima, quæ in bibliothecis Galliæ visuntur, collectionis hujus exemplaria: quorum in fronte, velut oblati muneris dedicatio præfixa est, Hadriani ad Carolum epistola, quę primis singulorum versuum litteris hunc titulum reddit. DOMINO ECCELL. FILIO CARVLO REGI HADRIANVS PAPA. Epistola autem ipsa sic habet tum in aliis passim, ut dixi, tum in vetustissimo sancti Germani codice, Caroli ipsius magni temporibus exarato, anno regni ejus 37. id est, Christi 805. D

EPISTOLA HADRIANI PAPÆ AD CAROLUM MAGNUM regem, quæ in antiquis exemplaribus ejus codici canonum præponitur.

D DIVINA fulgens doctrina sceptra præcellit regni;
O Origo regum felix, semper genitura beata,
M Molem perspicimus legis gratiam laudis habere.
I Iusto gignitur rege ecclesię almæ defensor,
N Nunquam enim vinci potest disciplina cælestis,
O Olim jam sumens paterni triumphans regni
E Exemplum, quo devota fides victoria gaudet,
C Christo juvante, ac beato clavigero Petro,
C Cunctas adversas gentes regalibus subdit plantis.
E En radix beata instar contulit prole,
L Læta Deum colere, legem semper amare divinam,
L. Laudabilem servare fidem, sanctamque defendere vitam,
F Fautorem prorsus habens janitorem in triumphis cæli.
I Ipsius freta virtute victrice persistit semper.
L Lumen sequens doctrinæ fidei apostolicæ sedis,
I In hanc sanctam sedem magnus rex Carulus splendet.
O Omnibus per eum ditata bonis triumphat ubique,

Cæleste semper in his habere meruit regnum.
Arma ſumens divina gentes calcavit ſuperbas.
Reddidit priſca dona eccleſiæ matri ſuæ,
Vrbeſque magnas, fines ſimul & caſtra diverſa.
Langobardam ac Erulam virtute divina proſtravit gentem,
Ovans amplectitur fidem, quam ſuſcepit ab avis.
Magna proſapia hæc in toto rutilat mundo:
Altus, nobilis, nitens, regit diverſa regna.
Gaudens celer ad limina venit apoſtolorum ſoſpes.
Nimis laudibus hymniſque populo celebratur ab omni.
Obnixe pro ſe ſummum orare antiſtitem poſcit,
Redimi ſibi noxas a juventute commiſſas.
Exutus ſuffragiis almis ſpondebat lingua magiſtro
Genium ſervare ſanctæ eccleſię in ævo Romanæ,
Iuſtitias almi Petri ſui protectoris tueri
Habilem ut ſuperdonans in ejus confeſſione libavit.
Adhæc Hadrianus præſul Chriſti prædixit triumphos,
Dextera protegi diu divina Petro comitante Pauloque.
Romphæam victoriæ donantes, atque pro te dimicantes,
Illæſus cum tuis victor manebis, nempe per ipſos
Aditum petunt urbis Papiæ te ingredi victorem.
Nefa perfidi regis calcabis Deſiderii colla,
Vires ejus proſternens merges barathro profundi.
Septus Langobardorum regno, munus reddes tuum.
Pollicita ſacra dona clavigeri aulæ Petri,
Amplius donans tibi victoriam, ſimulque honorem.
Per ſæcla regnare cum tuis hic, in futuroque ſoboli
A lege numquam diſcede, hæc obſervans ſtatuta.

NOTA IACOBI SIRMONDI, S.I.

A

Hactenus Hadriani epiſtola, ut ex corruptis exemplaribus elici potuit. Quod vero ad tempus attinet, cum Carolus ter in Vrbem Hadriano ſuperſtite venerit, anno nimirum 774. cum Papiam obſideret, anno iterum 781. cum ejus filii Pippinus Italiæ, Ludovicus Aquitaniæ reges ab Hadriano iuncti ſunt, anno denique 787. cum inde Capuam quoque, ac Beneventum adverſus Grimoaldum ducem profectus eſt: nos, tametſi res incerta eſt, codicem Hadriani ad poſtremam potius profectionem referendum duximus, quam (quod aliis placuit) ad primam, cui multa, quæ in ejus epiſtola leguntur, convenire vix poſſint.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epitome.*] Henricus Caniſius Noviomagus, cujus ſtudio & opera hæc Epitome canonum, ex manuſcripto codice celeberrimi monaſterii Vveingartenſis primum evulgata, hanc præfatiunculam ad lectorem addidit.

B

Auctor hujus epitomes Hadrianus pontifex pontificatum iniit anno Chriſti 772. tenuit uſque ad annum domini 795 ſanctitate & rerum geſtarum magnitudine conſpicuus. Altero ſedis ſuæ anno, qui erat annus Chriſti 773. Carolum magnum Romæ excepit, & hoc canonum breviario donavit. Quod luce digniſſimum, cum propter ejus cui oblatum eſt, auctoritatem. Dolendum, correctius & integrius non prodire: nam deeſſe canones Nicænos, neſcio quo infortunio, vel inde conjicias, quod ſemel atque iterum tanquam in hoc compendio exſtantes citantur: & tamen nuſquam apparent. Sed forte offeret bona ſors vel nobis vel aliis perfectiorem codicem, cujus ope reſarcire liceat, ſi quid huic editioni deeſſe videbitur.

a CONCILIVM IN VILLA DVRIA

Anno Christi 775.

HADRIANI PAPÆ ANNO IV.

SYNODVM *hanc, ſeu conventum, anno* DCCLXXV. *tum habuit Carolus cum adverſus Saxones expeditionem alteram ſuſcepit, eoſque diverſis locis triplici prælio victos ſubegit. Vita Caroli magni in geſtis ejus anni*: Celebravit glorioſus rex Carolus natale & paſcha in Cariſiaco. Tunc habuit ſynodum in villa Duria: & inde abiens ad partes Saxoniæ, Sigiburgum caſtrum cepit, & Ereſburgum reædificavit, &c. *De actis autem, vel de capitulis ſynodi Durienſis, ſi qua fuerunt, nulla uſquam eſt mentio.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Carolus contra Saxonas hoc anno pugnaturus, ad componendum prius ſtatum eccleſiæ & reipublicę Chriſtianæ pro more ſuo piiſſimo epiſcopos & abbates convocavit in Duria: peractoque conſilio Saxones duobus præliis profligavit. hęc ex annalibus Francorum. Quæ autem in hoc, aliiſve ſequentibus conciliis ipſius monitu celebratis ſtatuta fuerint, promiſcue ſimul in unum librum congeſſit Anſigiſus abbas Lobienſis, quo centum & ſexaginta octo capita continentur. Baronius anno 775. numero 9.

Acta concilii.

a CONCILIVM VVORMATIENSE III.

Anno Christi 776.

HADRIANI PAPÆ I. ANNO V.

B

SYNODI *hujus occaſio fuit rebellio Saxonum, qui opportunitatem ex Caroli regis abſentia nacti, cum ille adverſus Rotgandum ducem, Italiæ regno inhiantem, in Italia pugnaret, Francorum imperium excutere conabantur. Quo cognito, rex publicum Vvormatiæ conventum egit, tertioque in Saxoniam profectus, & velut ingens tempeſtas, ut Rhegino loquitur, omnia proſternens, non ſolum ad deditionem iterum Saxones compulit, verum etiam ut Chriſtianam fidem & baptiſmum ſuſciperent auctor fuit. Vita Caroli magni*: Cum autem, *inquit*, in Vvormatia domnus rex Carolus hæc audiſſet, tenuit ibi ſynodum & publicum placitum: & concilio habito, introivit cum ſumma feſtinatione, Deo adjuvante, in Saxoniam. Et

C

perterriti Saxones, omnes ad locum ubi Lippia conſurgit venerunt ex omni parte, & domno regi Carolo per vuadium manibus ſuis reddiderunt patriam, & ſpoponderunt ſe eſſe Chriſtianos, & iterum ſubditi ſunt ditioni domni regis Caroli. Domnus autem rex Carolus reædificavit Ereſburgum caſtrum, & fecerunt aliud caſtrum ſuper Lippiam. ubi venientes Saxones una cum uxoribus & infantibus, innumerabilis multitudo baptizati ſunt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & obſides dederunt domno regi Carolo, ſicut voluit. Diſponenſque dominus rex Francos per caſtella Saxoniæ, reverſus eſt in Franciam.

NOTA.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Cum rex ad debellandum Rotgandum ducem Longobardorum Forojulienſem in Italia profectus fuiſſet, Saxones novam rebellionem excitarunt, deſtructoque Ercſburgo caſtello, Sigiſburgum magna vi expugnare tentarunt: verum divino miraculo ab obſidione fugati, ſeipſos partim trucidarunt partim etiam a Francis cæſi fuerunt. Quæ dum Carolus rex audiviſſet, in Vvormatia hanc ſynodum congregavit: qua habita in Saxoniam feſtinavit. Saxones de adventu Caroli certiores facti, terrore perculſi, ſua ſponte deditionem fecerunt, ſeque Chriſtianos futuros non tantum promiſerunt, verum etiam memorabilem multitudinem in nomine ſanctæ Trinitatis baptizandam obtulerunt. Hæc annales Francorum in vita Caroli magni.

a CONCILIVM PADERBORNENSE I. AD SAXONVM FIDEM STABILIENDAM SVB Hadriano papa I. Carolo Francorum rege habitum, anno redemptoris noſtri DCCLXXVII.

ANNO CHRISTI 777.

Saxones baptizari jurāt in fide ſcepta manſuros.

a *Concilium.*] Hæc ſynodus Paderbornæ celebrata fuit, ad ſtabiliendos & confirmandos Saxones in ea fide, quam rite & legitime in ſuſceptione baptiſmi profeſſi erant: habito de ſuper ſynodali conceſſu, conſtitutum fuit, & re ipſa obſervatum, ut omnes in Saxonia baptizati juramento firmarent, ſe Chriſtianam fidem perpetuo ſervaturos: & ſi qui juratam promiſſionem non adimplerent, illi omnium bonorum ſuorum diſpendio punirentur. Conſtitutionem ſynodicam præter unum principem, Vvithichindum nomine, qui cum paucis hac de cauſa in Normandiam fugerat, omnes receperunt. In eadem hac ſynodo tres Saracenorum principes ab Hiſpania venientes, ſeque cum ſuis urbibus quibus a rege præfecti fuerant, dedentes, magno gaudio haud dubie excepit: de quorum adventu annales ſub Ludovico per domeſticum illius ſcripti produnt hæc: *Venit iiſdem & loco & tempore ad reges præſentium de Hiſpania Saracenus quidam nomine Ibamalarabi, cum aliis Saracenis ſociis ſuis, dedens ſe, ac civitates, quibus eum rex Saracenorum præfecerat.* Eadem acta Caroli, vetus chronicon, annales Francorum & Regino tradunt. Gobelinus in coſmodromio ad res prædictas hoc tempore Paderbornæ geſtas, originem Paderbornenſis ſedis epiſcopalis addit.

a CONCILIVM IN VILLA DVRIA SVB HADRIANO PAPA I. ET CAROLO REGE celebratum, anno domini DCCLXXIX. in cauſa Saxonum perfidorum.

ANNO CHRISTI 779.

Saxones bello ſubjugantur.

a *Concilium.*] Seditio Saracenorum. Regum moverat Carolum, ut in Hiſpaniam cum exercitu proficiſceretur, & contra iniquos ac infideles Hiſpaniæ detentores arma ſumeret. Quare cum per hanc expeditionem Carolus longius abeſſet, Saxones & Vveſtphali ſæpius perjuri, ſuaſu Vvitichindi principis a Carolo defectionem fecerunt, ad Rhenum uſque obvia quæque cæde atque incendio vaſtarunt. Quare cum prædictam Saxonum rebellionem compeſcere firmiter conſtituiſſet, more ſuo optimo primum curans quæ Dei ſunt quam bellica inchoaret, hanc ſynodum pro reformandis ſubditorum moribus, & ſanctæ eccleſiæ ritibus, in villa Duria congregavit. Qua peracta adverſus Saxones profectus, incruento bello Saxoniam & Vveſtphaliam debellavit, receptiſque ab iiſdem obſidibus, rebuſque ſingulis novo juramento iterum firma-

A tis, in Franciam rediit. Hæc annales Francorum prolixius, Rhegino brevius.

ANNO CHRISTI 779.

" CAROLI MAGNI REGIS CAPITVLARE, ANNO REGNI EIVS XI. IN SYNODALI CONVENTV editum.

" *In Remigiano incepit:* Decretū Karoli precioſi regis Francorum

Anno feliciter undecimo regni domni noſtri Caroli glorioſiſſimi regis, in menſe Martio capitulare factum, qualiter congregatis in unum ſynodali concilio epiſcopis, abbatibus, viriſque illuſtribus comitibus, una cum piiſſimo domino noſtro, ſecundum Dei voluntatem pro cauſis opportunis 1 conſenB ſerunt."

" decretum.

TITVLI CAPITVLORVM.

CAPITVLA.

E I.

De metropolitanis, ut ſuffraganei epiſcopi eis ſecundum canones ſubjecti ſint; & ea quæ erga miniſterium illorum emendanda cognoſcunt, libenti animo emendent atque corrigant.

Addit. IV. cap. 87.

II.

De epiſcopis, ut ubi in præſens " ordinati non ſunt, ſine tarditate ordinentur.

Ibid. c. 88. " præſentes

III.

De monaſteriis quæ regularia fuerunt, ut ſecundum regulam vivant: nec non & monaſteria puellarum ordinem ſanctum cuſtodiant; & unaquæque abbatiſſa ſine intermiſſione in ſuo monaſterio reſideat; & duo monaſteria non habeat.

Ibid. c. 89.

ANNO CHRISTI 779.

IV.

Vt episcopi de presbyteris & clericis infra illorum parochiam potestatem habeant secundum canones. *Ibid. c. 90.*

V.

Vt episcopi de incestuosis hominibus licentiam habeant emendandi, & si aliquis eos defendat, ut non adpræsententur, cum sua lege emendet: seu & de viduis infra suam parochiam potestatem habeant ad corrigendum. *Lib. v. c. 152.*

VI.

Vt nemini liceat alterius clericum recipere, nec ordinare in aliquo gradu, sine commeatu episcopi. *Addit. IV. cap. 91.*

VII.

De decimis, ut unusquisque suam decimam donet, atque per jussionem episcopi dispensentur. *Lib. v. c. 123.*

VIII.

Vt homicidæ, & ceteri rei, qui legibus mori debent, si ad ecclesiam confugerint, non excusentur, neque eis ibidem victus detur. *Ibid. c. 122.*

IX.

Vt latrones de infra emunitatem illi judices ad comitum placita præsentent; & qui hoc non fecerit, beneficium & honorem perdat: similiter & vassi nostri, si hoc non adimpleverint beneficium & honorem perdant: & qui beneficium non habuerit, bannum solvat. *Ibid. c. 124.*

X.

De eo qui perjurium fecerit, ut nullam redemptionem det, sed manum perdat. Quod si accusator contendere voluerit de ipso perjurio, stent ad crucem; & si jurator vicerit, legem suam accusator emendet. Hoc vero de minoribus causis observandum. De majoribus vero rebus, aut de statu ingenuitatis, secundum legem custodiant. *Ibid. c. 125.*

XI.

De latronibus qui in custodiam missi sunt, ut nullus judex publicus precium pendat; & si hoc fecerit, honorem suum perdat: & qui ecclesiam infregerit, moriatur.

XII.

De vindicta & judicio justo in latrones facto testimonio episcoporum, absque peccato comites esse dicuntur: ita tamen ut absque invidia, aut occasione mala, nihil aliud ibi interponatur, nisi vera justitia ad perficiendum. Ille vero qui per odium, aut per malum ingenium, nisi pro justitia facienda, hominem diffecerit, honorem suum perdat, & legibus contra quem injuste fecerit, secundum pœnam quam intulit, emendet. *Lib. v. c. 126*

XIII.

Capitula vero, quæ bonæ memoriæ genitor noster in suis placitis constituit, & in synodis, conservare volumus. *Ibid. c. 153.*

XIV.

De rebus ecclesiarum, unde nunc census exeunt, decima & nona cum ipso censu sit soluta, & unde antea non exierunt, similiter decima & nona cum ipso censu sit soluta. Atque de casatis L. solidus unus, & de casatis XXX. dimidius solidus, & de XX. tremissis unus. Et precariæ ubi modo sunt renoventur, & ubi non sunt scribantur. Et sit discretio inter precarias de verbo nostro factas, & inter eas quas spontanea voluntate de ipsis rebus ecclesiarum faciunt. *Ibid. c. 127.*

XV.

De truste facienda nemo præsumat.

XVI.

De ceratiis, & tabulariis, atque chartellariis, sicut a longo tempore fuit, observetur.

XVII.

De sacramentis pro Gildonia invicem conjurantibus, ut nemo facere præsumat. Alio vero modo de eorum eleemosynis, aut de incendio, aut de naufragio, quamvis convenientiam faciant, nemo in hoc jurare præsumat. *Lib. v. c. 128. Ibid. c. 129.*

XVIII.

De iterantibus, qui ad placitum, aut aliubi pergunt, ut eos cum collecta nemo sit ausus adsallire, & nemo alterius herbam defensionis tempore tollere præsumat, nisi in hostem pergat, aut missus noster sit. Et qui aliter facere præsumpserit, emendet. *Ibid. c. 130.*

XIX.

De teloneis qui jam antea forbanniti fuerunt, nemo tollat, nisi vbi antiquo tempore fuerunt. *Ibid. c. 131.*

XX.

De mancipiis quæ venduntur, ut in præsentia episcopi, vel comitis sit, aut in præsentia archidiaconi, aut centenarii, aut in præsentia vicedomini, aut judicis comitis, aut ante bene nota testimonia. Et foras marcham nemo mancipium vendat. Qui fecerit, tantis vicibus bannos solvat, quanta mancipia vendidit. Et si non habet precium, in vvadio pro servo semetipsum donet comiti, usque dum ipsos bannos solvat. *Ibid. c. 132.* — *& vvadiū absunt duo illa verba.*

XXI.

De bruniis, ut nullus foras nostro regno vendere præsumat. *Addit. IV. c. 92.*

XXII.

Si comes in suo ministerio justitias non fecerit, missos nostros in sua casa soniare faciat, usque dum justitiæ ibidem factæ fuerint. Et si vassus justitias non fecerit, tunc & comes & missus ad ipsius casam sedeant, & de suo vivant, quousque justicias faciant. *Lib. v. c. 133* — *de sua casa*

XXIII.

Si quis pro faida precium recipere non vult, tunc ad nos sit transmissus, & nos eum dirigemus ubi damnum minime facere possit. Simili modo & qui pro faida precium solvere noluerit, nec justitiam exinde facere in tali loco eum mittere volumus, pro eodem maius damnum non crescat. *Ibid. c. 134.*

XXIV.

De latronibus ita præcipimus observandum, ut pro prima culpa non moriantur, sed oculum perdant: de secunda vero culpa nasus ipsius latronis capuletur: de tertia vero, si se non emendaverint, moriantur. *Ibid. c. 135.*

NOTA IACOBI SIRMONDI, S. I.

1 *Capitulare anni* XI.] Annus undecimus Caroli magni, mense Martio, annum Christi notat 779. Et quia hoc Christi anno Carolus, Eginharto teste, hibernos menses egit apud Haristallum, ibique natalem domini ac sanctum pascha celebravit, non inanis, opinor, fuerit conjectura, si capitulare hoc ibidem factum & decretum Haristallense dici posse suspicemur. Quod quidem vulgatum pridem in Bavaria fuerat, sed mendose prorsus. Totum porro jam olim excerptum a Benedicto Levita, relatumque partim in librum V capitularium cap. 122. & sequentibus, partim in additionem IV. post caput 86.

2 *Consenserunt decretum.*] Decreti vocem, hoc loco prætermissam, habent libri fere omnes manuscripti, & lib. 115. legis Longobardorum tit 1. tametsi minime necessaria videatur, quia nomen ipsum *Capitularis* decretum significat capitulis digestum atque distinctum.

DECRETALE

DECRETALE PRECVM QVORVMDAM episcoporum huic anno & loco competit, quod supra editum fuit ante ep. XV. Hadriani papæ cum nota R. P. Sirmondi qui collocarat prius anno 790.

CONCILIVM LIPPIENSE, DE SEDIBVS EPISCOPALIBVS IN SAXONIA erigendis, tempore Hadriani papæ I. Caroli regis Francorum habitum, anno domini DCCLXXX.

a *Concilium.*] Hoc anno Lippiæ habitam esse synodum testatur Crantzius in metropoli lib. I. cap. 2. De sedibus episcopalibus in Saxonia erigendis, hoc synodali conventu actum fuisse, ex eodem Crantzio colligitur. Cum enim ipse fateatur loco supra allegato, hoc anno fundamenta Osnaburgensis ecclesiæ jacta fuisse; ipse vero Carolus in suo diplomate testetur, Osnaburgensem ecclesiam in honorem sancti Petri principis apostolorum, & sanctorum martyrum Crispini & Crispiniani inter alias primam a se erectam & fundatam esse, verissimum esse videtur, quod in hac synodo de erigendis sedibus episcopalibus actum fuerit. Post Osnaburgensem, ecclesiam Salingenstadiensem in episcopatum erexit, eamque nomine sancti Stephani protomartyris Deo optimo maximo consecravit. Extant apud Surium acta sancti Nemulphi diaconi, in quibus asseritur, anno 780. ab eodem Carolo Magno paruam esse constructam ecclesiam Paderbornæ, eique post annos 15. datum esse episcopum. Ita Saxones sæpe euangelium profitentes ac deserentes, tandem armis Caroli in Christiana religione retenti sunt, suumque idolum, *Krodo* nominatum, formaque senis super piscem stantis, atque rotam utraque manu tenentis (quem Saturnum esse dixere Latini) depictum, plane repudiarunt, & abdicarunt. Vide Crantzii historiam Saxonum lib. 2. cap. 7.

CAROLI MAGNI ALTERA IN VRBEM profectio, & quæ in ea gesta sint anno Christi DCCXXCI.

REM *paucis complexi sunt auctor vitæ Caroli Magni, & post eum Rhegino Abbas, cujus hæc sunt verba, post rerum anno* DCCXXC. *in Saxonia gestarum narrationem.* Inito autem, *inquit*, consilio ut Romam pergeret orationis causa, unà cum conjuge Hildegarda, celebravit natalem domini in Papia civitate. Anno Dominicæ Incarnationis DCCXXCI. Carolus rex a Papia, egressus celebravit pascha domini Romæ: & ibi baptizatus est filius ejus Pippinus ab Hadriano papa, quem & ipse de sacro fonte suscepit. Et duo filii ejus a supradicto Pontifice uncti sunt in reges, Pippinus super Italiam, Ludovicus super Aquitaniam. Inde reversus venit Mediolanum; ubi baptizata est filia ejus Gisla ab archiepiscopo Thoma: quam ipse archiepiscopus de sacro fonte levavit. His ita peractis reversus est in Franciam.

ANNO CHRISTI 782.

SYNODVS COLONIENSIS TEMPORE CAROLI MAGNI ET HADRIANI papæ I. habita anno domini DCCLXXXII.

a *Synodus.*] Reverendissimus & illustrissimus Cardinalis Baronius anno 782. auctoritate Eginhardi scribit a Carolo Magno Coloniæ habitam fuisse synodum, eique in propria persona interfuisse, ac legatos diversarum gentium excepisse: quid vero in illa gestum fuerit, non liquet.

ADMONITIO IACOBI SIRMONDI, S. I. de sequentibus capitulis.

QVI sequuntur Hadriani papæ canones, & decreta, seu sententiæ, (nam & his quoque nominibus appellari solent) in postrema editione, quæ Antonii Augustini notis illustrata est, ita distinctæ atque distributæ sunt, ut LXXII. capitulis comprehendantur. Ceterum octoginta numero fuisse constat. Hoc enim & priores editiones titulo suo testantur, & Gratianus, aliique canonum collectores cum horum canonum testimonio utuntur, eumdem numerum agnoscunt. Quare quoniam in exemplaribus quoque nostris confusi, & sine numerorum notis erant, pristinum numerum, id est octogenarium, ex conjectura reddidimus. Singulis etiam canonibus singula regum nostrorum capitula, quæ his Hadriani sententiis respondent apponenda curavimus.

ANNO CHRISTI 785.

HADRIANI PAPÆ CAPITVLA, QVÆ EX GRÆCIS ET LATINIS CANONIBVS, & synodis Romanis, atque decretis præsulum ac principum Romanorum sparsim collecta sunt, & Ingilramno Mediomatricæ urbis episcopo Romæ a beato Hadriano papa tradita, sub die XIII. Kalendas Octobres, Indictione IX. quando pro sui negotii causa agebatur.

TITVLI CAPITVLORVM.

CAPITVLA.

I.

DEI ordinationem accusat, in qua constituuntur, qui episcopos accusat vel condemnat, dum minus spiritualia quam terrena sectantur. Vnde & propheta ait: *Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.*

Capitular. lib. VI. c. 280.

I. Paral. 16.

II.

[b] Placuit, ut quæcumque persona contra episcopum, vel actores ecclesiæ, se proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrat caritatis studio; ut familiari colloquio commonitus, ea sanare debeat, quæ in querimoniam deducuntur. Quam rem si ' differre voluerit, sententiam suscipiat excommunicationis.

Lib. VI. cap. 287.

' deferre

III.

[c] Nullus episcopus, nisi canonice vocatus, & in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate convocata, (cui jussione domini, & meritis beati Petri apostoli, singularis congregandorum conciliorum auctoritas, & sanctorum canonum ac venerandorum patrum decretis multipliciter privata tradita est potestas) super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur vel impetatur. Si aliter præsumptum a quibuslibet fuerit, in vanum deducatur quod egerint, Nec inter

Addit. IV. cap. 12.

inter ecclesiastica ullo modo reputabitur, nec ullas habebit vires, quidquid 'obviaverit. Quoniam eadem sedes testante veritatis voce primatum obtinuit; nec prima dicetur, si aliam super se haberet. Quæ etiam caput est omnium ecclesiarum, a qua omnes sumpsere originem. Primatum enim non synodalibus, aut aliquibus commentis meruit institutis, sed domino largiente qui ait, *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam*; & reliqua talia, & his similia. Quibus si aliquis superbo spiritu obviaverit, præceptionibus non exeat impunitus, sed gradus sui periculo subjacebit.

'ei

Matth. 16.

IV.

[d] Placuit ut semper primo in accusatione clericorum fides & vita blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis debet præcedere, quia dubius in fide infidelis est. Nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidem ignorant, aut non rectæ conversationis vitam ducunt: quoniam tales facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viventes & credentes. Ideo suspicio eorum discutienda est primo & corrigenda.

Addit. IV. c. 11.

V.

[e] Sancta synodus Romana dixit: Hæc sunt quæ deinceps propter malorum hominum insidias, qui i ecclesiam & ecclesiasticos indifferenter sæviun[n] viros, conservari firmissime volumus in sæcula. [f] Si quis episcopus ab illis accusatoribus qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis caritative conventus fuerit, ut ipsam causam emendare debeat, & eam corrigere noluerit, non olim, sed tunc ad summos primates causa ejus canonice deferatur. [g] Qui congruo in loco, infra ipsam provinciam, tempore a canonibus præfixo Nicænis, concilium canonice convocare debebunt, ita ut ab omnibus ejusdem provinciæ episcopis in ' eo audiatur. In quo & ipse canonice convocatus, si eum aut infirmitas, aut alia gravis necessitas non detinuerit, adesse debebit: [h] quia ultra provinciæ terminos accusandi ante licentia non est, quam audientia rogetur. [i] Nam si suis fuerit rebus expoliatus, aut, quod absit, quod alienum ab omnibus debet esse fidelibus, a sede propria ejectus, aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus; tunc canonice, antequam in pristinum restituatur honorem, & sua omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant, redintegrentur, nec convocari, nec judicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate, minime tamen judicandus, advenire sponte elegerit. Nec omnino a quoquam respondere cogatur, antequam omnia integerrime, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus ab honorabili concilio redintegrentur, & præsul prius statui pristino restituatur: & ipse dispositis ordinatisque libere ac secure suis, tunc canonice convocatus, ad tempus synodo in legitima & canonica veniat ad causam, & si ita juste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc summopere providendum est, ne antequam hæc omnia fiant coactus respondeat: quia contentio semper vitanda est. [k] Adimi namque episcopo episcopatum, antequam causæ ejus exitus appareat, nulli Christiano videri jure potest. [l] Quod si ægrotans fuerit episcopus, aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat: [m] nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum judicium die statuta literis evocatus minime occurrerit: hoc est, nisi alia præoccupaverit necessitas, infra duorum vel trium mensium spatium, & eo amplius, prout causa dictaverit. [n] Quod si ex utraque parte ad causam dicendam venerint, quia unus absque altero audiri non debet, quærendum est in judicio, cujus sint conversationis & fidei atque suspicionis accusatores, aut qua intentione hoc faciant: quia ad hoc admitti non debent, nisi bonæ conversationis & rectæ fidei viri, & ii qui omni suspicione careant, & bona vita clareant, neque infames existant. [o] Quod si accusatorum personæ in judicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias habuerint causas, non tamen criminales vel ecclesiasticas. [p] Infamis enim persona nec procurator potest esse, nec cognitor. [q] Absente vero adversario non audiatur accusator; [r] nec sententia absente parte alia a judice dicta ullam obtinebit firmitatem. [s] Neque absens per alium accusare, aut accusari potest. [t] Nec affinis testis admittatur. [u] Neminem ergo exhiberi de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem judicis ad quem fuerit appellatum; id est [x] ut actor semper rei forum sequatur. [y] Si quis autem judicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari.

Addit. IV. c. 11.

'ea

6. q. 3. Si ægrotus.

VI

[z] Si quis autem putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem diœceseos, aut apud Constantinopolitanæ civitatis sedem, agat judicium, & reliqua.

Addit. IV. c. 13.

VII.

[a] Accusationis ordinem dudum canonicis institutum decretis servari jubemus. Ut si quis clericorum in accusatione pulsatus fuerit, non statim reus æstimetur qui accusari potuit, ne subjectam innocentiam faciamus. Sed 'quisque ille est qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, [b] vinculum inscriptionis arripiat, ' custodiæ similitudinem, habita tamen dignitatis æstimatione, ' patiatur; nec sibi fore noverit licentiam mentiendi, [c] cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii.

Lib. VII. cap. 338.

'quisquis

'custodiat

'potiatur

VIII.

[d] Si quis clericus super quibuslibet criminibus pulsatus fuerit in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerat actiones: nec æstimet eum accusator suus alibi, aut longius pertrahendum ad judicium. [e] Illi vero qui pulsatus fuerit, si judicem suspectum habuerit, liceat appellare.

2. q. 6. Si qui clericus. Addit. IV. cap. 9.

IX.

[f] Salvo Romanæ ecclesiæ in omnibus primatu, * manifestum est, quod illa quæ sunt per unamquamque provinciam, ipsis provinciæ synodus dispenset, sicut in Nicæno constat decretum esse concilio.

Lib. VI. cap 287.

X.

[g] Ultra provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur. [h] Omnis accusatio intra provinciam audiatur, & a comprovincialibus terminetur.

Ibid.

XI.

[i] Accusationes & accusatores, atque ea negotia quæ sæculares non adsciscunt leges, divina ac-

Lib. VII. cap. 11.

ac synodica funditus a clericis repelli auctoritate censemus: [k] quia indignum est superiores pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati despiciunt.

XII.

Lib. VI. cap. 287.

[l] Prudentissime justissimeque Nicæna, sive Africana decreta definierunt, quæcumque negotia in suis locis ubi orta fuerint, finienda: maxime quia unicuique concessum est, si judicio offensus fuerit cognitorum, [m] ad concilium suæ provinciæ, vel etiam universale provocare.

XIII.

Ibid.

[n] Placuit episcopos ejectos, atque suis rebus exspoliatos, ecclesias proprias primo recipere, & sua omnia eis reddi; & postea si quis eos accusare vellet, æquo periculo facere. Iudices esse decernentes episcopos recta sapientes, in ecclesiam convenientes, ubi testes essent singulorum qui oppressi videbantur.

XIV.

Addit. IV. cap. 10.

[o] Nullus metropolitanus episcopus, absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irrita erunt, imo etiam causam in synodo pro facto dabit. [p] Nec reliquorum aliquis episcoporum suorum sacerdotum causas audiat absque præsentia clericorum suorum: quia irrita erit sententia episcopi, nisi præsentia clericorum confirmetur.

XV.

Lib. V. cap. 239.

[q] Primo semper vita & persona accusantium diligenter inquiratur, & postea quæ obiiciuntur, fideliter pertractentur: quia nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius vita discutiatur.

XVI.

Lib. VI. cap. 276. 278.

[r] Ii qui non sunt bonæ conversationis, vel * quorum fides, & vitæ libertas nescitur, non possunt sacerdotes accusare: [s] nec viles personæ in accusationem eorum admittantur.

XVII.

Lib. VII. cap. 65.

[t] Ii qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspiciosi, vocem adversus majores natu non habeant accusandi, sed ii qui omni suspicione careant.

* XVI. capitulum secundum Antonium Augustinum.

*XVIII.

Lib. VII. cap. 229.

[u] Nullus episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare, absque ejus voluntate, vel judicare: quia, sicut irrita erit ejus ordinatio, ita & ' judicatio: quoniam censemus [x] nullum alterius judicis, nisi sui sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit.

' dijudicatio

"XIX.

" XVII. Ant. Aug. Ibid. c. 230.

[y] Peregrina judicia generali sanctione prohibemus: quia indignum est, ut ab externis judicetur, qui provinciales & a se electos debet habere judices.

"XX.

" XVIII. Ant. Aug. Lib. VII. cap. 234.

[z] Nullus episcopus extra suam provinciam ad judicium devocetur; sed vocato eo canonice, in loco omnibus congruo, tempore synodali ab omnibus comprovincialibus episcopis audiatur; qui concordem super eum, canonicamque proferre debent sententiam. Quia si hoc minoribus tam clericis, quam laicis concessum est, quanto magis de episcopis servari convenit? Nam si ipse metropolitanum, aut judices suspectos habuerit, aut infestos senserit, apud primatem diœceseos, aut apud Romanæ sedis pontificem judicetur.

"XXI.

" XIX. 6. q. 1 Omnes vero infames. Lib. VII. cap. 76.

[a] Placuit ut nullus servus, nullus libertus, nulla infamis persona sacerdotem accuset. [b] omnes vero infames esse dicimus, quos leges sæculi infames appellant, [c] & omnes qui culpis exigentibus ad sacerdotium non possunt provehi. Indignum est enim, ut illi eos accusent, qui esse non possunt quod ipsi sunt: [d] quoniam sicut majores a minoribus non judicantur, ita nec criminari possunt.

"XXII.

" XX. Lib. VII. cap. 130.

[e] Placuit ut nullus episcopus quemquam clericorum judicare, aut damnare præsumat, nisi accusatus legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

"XXIII.

" XXI. Ibid. c. 235.

Placuit, [f] si episcopus accusatus appellaverit Romanum pontificem, id statuendum quod ipse censuerit.

"XXIV.

" XXII. Ibid. c. 340.

[g] Si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici, apud episcopos, quia alibi non oportet, a qualibet persona fuerint accusati, quicumque fuerit ille, sive sublimis vir honoris, sive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit docenda probationibus, monstranda documentis se debere inferre. [h] Si quis vero circa hujusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate hujus sanctionis intelligat se jacturam infamiæ propriæ sustinere; ut damno pudoris, existimationis dispendio, discat sibi alienæ verecundiæ impune insidiari saltem de cetero non licere; sed qualem fratri paraverat damnationem, talem in se suscipiat.

"XXV.

" XXIII. Lib. VII. cap. 341.

[i] Nullus archiepiscoporum, nisi qui primas sedes tenent, appelletur primas, [k] aut princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, vel aliquid hujusmodi: sed tantum ille qui in metropoli sedet, aut metropolitanus, aut archiepiscopus vocetur, & suum in canonibus præfixum non excedens teneat cum humilitate modum. Et ille qui primam sedem retinet, tantummodo primæ sedis appelletur episcopus: salua semper in omnibus auctoritate beati Petri apostoli.

"XXVI.

" XXIV. Lib. V. cap. 246.

[l] Iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi, adiiciendique patientia præbita ab eo, ut ibi actio partium limitata sit pleniter, nec prius litigantibus sua velit sententia obviare, nisi quando ipsi peractis omnibus jam nihil habuerint in quæstione quod proponant: & tam diu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniatur. Frequenter ergo interrogari oportet, ne aliquid forte prætermissum remaneat, quod annecti conveniat.

"XXVII.

" XXV. Lib. VII. cap. 241.

[m] Sunt nonnulli, qui indiscussos potestate tyrannica non canonica auctoritate damnant; & sicut nonnullos gratia favoris sublimant, ita quosdam odio invidiaque permoti humiliant, & levi opinionis aura condemnant, quorum crimina non adprobant. Ideoque communi decreto censemus, ut [n] quandocumque aliquis episcoporum criminatur, congregatis omnibus eiusdem provinciæ episcopis causa ejus audiatur, ut non occulte judicetur vel condemnetur: ' qui ab aliis prius judicari non potest, nisi ab iis a quibus ordinari

' quia

ordinari potuit. Quod si aliter factum fuerit, nullas vires habebit.

"XXVIII.

"xxvi. Ibid. c. 241.

o Si clericus, vel laicus habuerit causam adversus episcopum proprium, vel adversus alterum, aut episcopus adversus quemquam, apud synodum provinciæ judicetur. p Quod si adversus ejusdem provinciæ metropolitanum episcopus, vel clericus habuerit querelam, petat primatem diœceseos, ut apud ipsum judicetur, aut apud sedem apostolicam.

"XXIX.

"xxvii. Ibid. c. 79.

q Si quis episcopus super certis accusatur criminibus, ab omnibus audiatur, vel judicetur, qui sunt in provincia episcopis.

"XXX.

"xxviii.

r Si quis episcopus judicaverit vel ordinaverit alterius parochianum sine consilio & voluntate episcopi sui, oportet eum non sine increpatione in communi concilio admitti, ita ut ecclesiasticum ultra non solvat canonem.

"XXXI.

"xxix. 2. q. 7. Placuit eorum. Lib. vii. cap. 242. ' interdici

f Placuit eorum accusandi sacerdotes, & testificandi in eos, vocem obstruere, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus: quia vocem funestam potius ' intercidi, quam audiri oportet.

"XXXII.

"xxx. Ibid. c. 243. ' negari

t Placuit ut accusato, si judicem suspectum habuerit, liceat appellare: quia non oportet ' negare audientiam roganti.

"XXXIII.

"xxxi. 3. q. 11. Non est credendum. Lib. vii. cap. 244.

u Non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se prius probaverint innocentes: quia periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcumque confessio.

"XXXIV.

"xxxii. Lib. vii. cap. 170.

x Si quis judicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat: ut cum ei concessum fuerit, integro negotio apud alium judicem amotis dilationibus possit audiri.

"XXXV.

"xxxiii. 11. q. 2. clericus, sive. Lib. vii. cap. 2. 1.

y Clericus, sive laicus, si crimine aut lite pulsatus fuerit, non aliubi quam in foro suo provocatus audiatur.

"XXXVI.

"xxxiv. Ibid. c. 252. ' & liceat

z Appellantem non debet afflictio ulla, aut carceris, aut detentionis injuriare custodia; ' si liceat appellatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare.

"XXXVII.

"xxxv.

a Liceat etiam in causis criminalibus appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit.

XXXVIII.

6. q. 3. In criminalibus. Lib. vii. cap. 271.

In criminalibus causis nec accusator nisi per se aliquem accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defensare permittitur.

"XXXIX.

"xxxvi. Lib. vii. cap. 265.

b Constitutiones contra canones & decreta præsulum Romanorum, vel bonos mores, nullius sunt momenti.

"XL.

"xxxvii. 11 q. 3. In clericorū. Lib. vii. cap. 266. ' a non suo

c In clericorum causa hujusmodi forma servetur, ut ne quemquam eorum sententia ' non a suo judice dicta constringat.

"XLI.

"xxxviii. 5 q. 6. Omnis qui falsa. Lib. vi. cap. 277.

d Omnis qui falsa aliis intulerit, puniatur, & pro falsitate ferat infamiam.

Concil. general. Tom. VI.

"XLII.

"xxxix. Lib. vii. cap. 267. ' urbis Romæ

e Ut provincialis synodus retractetur per vicarios ' Romani pontificis, si ipse decreverit.

"XLIII.

"xl.

f De iis qui in accusationem majoris natu veniunt: & ut episcopum nulli criminoso liceat accusare.

"XLIV.

"xli. 2. q. 6. Si quando. Lib. vii. cap. 274.

g Si quando in causa capitali, vel in causa status interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per ipsos est agendum.

"XLV.

"xlii. Lib. v. cap. 250.

h Placuit ut a quibuscumque judicibus ecclesiasticis ad alios judices ecclesiasticos, ubi major est auctoritas, fuerit provocatum, audientia non negetur.

"XLVI.

"xliii. Lib. vii. c. 275.

i Si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam pertinet propriam solummodo parochiam, sine consilio & voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit, & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quidquid de provincialium coepiscoporum causis, suarumque ecclesiarum & clericorum, atque sæcularium necessitatibus, agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima & concordi omnium administratione, sicut dominus ait: *Non veni ministrari, sed ministrare*, & alibi: *Qui major est vestrum, erit minister vester*, & reliqua. Similiter & ipsi comprovinciales episcopi cum ejus consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, juxta sanctorum constituta patrum: ut uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula.

Matth. 20. Matth. 23.

"XLVII.

"xliv. Lib. vii. cap. 276.

k Quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in clericis prædamnari.

XLVIII.

l Ut laici contemptores canonum excommunicentur; clerici vero honore priventur.

"XLIX.

"xlv. Lib. vii. cap. 277.

m Delatori aut lingua capuletur, aut convicto caput amputetur. Delatores autem sunt, qui invidia produnt alios.

"L.

"xlvi. Ibid. c. 278.

n Qui in alterius famam in publico scripturam, aut verba contumeliosa confinxerit, & repertus scripta non probaverit, flagelletur: & qui ea prius invenerit, rumpat, si non vult auctori facti causam incurrere.

"LI.

"xlvii. Ibid. c. 281.

o Si quis iratus crimen aliquod cuilibet temere objecerit, convicium non est pro accusatione habendum: sed permisso tractandi studio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur: aut si forte resipiscens post iracundiam, quæ dixit iterare aut scribere noluerit, non ut reus criminis ' habeatur.

' teneatur.

"LII.

xlviii. 3. q 6. Qui crimen. Ibid. c 282. 2. q. 3. Omnis igitur qui.

p Qui crimen obiicit, scribat se probaturum revera: & ibi causa agatur, ubi crimen admittitur: ut * qui non probaverit quod objecit, pœnam quam intulerit ipse patiatur.

"LIII.

"xlix. Lib vi. c. 279.

q Caveant judices ecclesiæ, ne absente eo cujus causa ventilatur, sententiam proferant: quia irrita erit, imo & causam in synodo pro facto dabunt.

AAAaaa LIV.

LIV.

[r] Ejus qui frequenter litigat, & ad accusandum est facilis, accusationem nemo absque grandi examine recipiat.

LV.

[s] De accusationibus episcoporum Constantinus imperator inter cetera sic ait: Vestræ, ' inquit, accusationes tempus habebunt proprium, id est, diem magni judicii; judicem vero illum, qui tunc futurus est omnibus judicare. Mihi ergo homini constituto de hujusmodi rebus non licet habere auditorium, sacerdotum scilicet accusantium simul & accusatorum. Quos minime convenit tales debere monstrari, qui judicentur ab aliis, cum ab ipso domino magis sint ipsi judicandi; de quibus ait propheta: *Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem Deus discernit.* Neque possunt humano condemnari examine, quos Deus suo reservavit judicio. Et reliqua talia, & his similia.

LVI.

[t] Neque præsul summus a quoquam judicabitur, quia dicente domino: *Non est discipulus super magistrum.*

LVII.

[v] Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes testes convincatur.

LVIII.

[x] Irritam esse injustam episcoporum damnationem: idcirco a synodo retractandam.

LIX.

[y] Ut ne quis, dum in ea durare poterit, qualibet necessitate suam relinquat ecclesiam.

LX.

[z] Pulsatus ante suum judicem causam dicat; & non ante suum judicem pulsatus, si voluerit taceat: [a] & ut pulsat, quoties appellaverint, induciæ dentur.

LXI.

[b] Si quis contra suam professionem vel conscriptionem venerit, si clericus fuerit, deponatur; si laicus, anathematizetur.

LXII.

[c] Si quis episcopum, aut presbyterum, aut diaconem falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.

LXIII.

[d] Si qui inventi fuerint libros famosos legere vel cantare, excommunicentur.

LXIV.

[e] Ut nullus episcopus, vel infra positus, die dominico causas judicare præsumat.

LXV.

[f] Ut si quis potentum quemlibet expoliaverit, & admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

LXVI.

[g] Ut nullus clericus ab episcopo suo recedat, & ad alium se transferat.

LXVII.

[h] Homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque cucurrerint, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi.

LXVIII.

[i] Qui crimen intendit, agnoscendum est, si ipse ante non fuit criminosus: quia periculosa est, & admitti non debet, rei adversus quemcumque professio.

LXIX.

[k] Occurere quisque fidelium ruinis miserorum debet subsidio quo valet, & ex relevatione alienæ vindictæ a se Dei removere vindictam. [l] Libat enim domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa.

LXX.

[m] Majus periculum est judicantis; quam ejus qui judicatur: unde unicuique providendum est, ne aliquem injuste judicet, aut puniat.

LXXI.

[n] Accusationes adversus doctorem nemo suscipiat: quia non potest humano condemnari examine, quem Deus suo judicio reservavit.

LXXII.

[o] Presbyter non adversus episcopum, non diaconus adversus presbyterum, aut subdiaconus adversus diaconum, non acolytus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolytum; non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam. [p] Et non damnabitur præsul, nisi in LXXII. testibus. [q] Neque præsul summus a quoquam judicabitur, quoniam scriptum est: *Non est discipulus super magistrum.* [r] Presbyter autem in cardine constitutus, non nisi LXIV. testibus damnabitur. Diaconus cardinarius constitutus urbis Romæ, nisi in XXVI. non condemnabitur. Subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, nisi sicut scriptum est, in VII. testibus non condemnabitur. [s] Testes autem sine aliqua sint infamia, uxores & filios habentes, & omnino Christum prædicantes.

LXXIII.

[t] Testimonium laici adversus clericum nemo suscipiat.

LXXIV.

[u] Nemo enim clericum quemlibet in publico examinare præsumat, nisi in ecclesia; & reliqua.

LXXV.

[x] Episcopi pontifici, a quo consecrati probantur, præjudicium inferre nullum possunt. Quod si præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri.

LXXVI.

[y] Non licet imperatori, vel cuipiam pietatem custodienti, aliquid contra mandata divina præsumere.

LXXVII.

[z] Providendum est, ne in aliquo apostolica aut canonica decreta violentur.

LXXVIII.

[a] Injustum judicium, & definitio injusta, regio metu vel jussu a judicibus ordinata, non at.

LXXIX.

[b] Sic odit Deus eos qui adversus patres armantur, ut patrum invasores, qui in omni mundo infamia notantur.

XXC.

[c] Item generali decreto constituimus, ut execrandum anathema ', & velut prævaricator catholicæ fidei, apud Deum reus existat, quicumque regum vel potentum deinceps canonum censuram in quocumque crediderit, vel permiserit violandam.

NOTA

Marginal notes (left): LI. Lib. V. cap. 245. — LI. Lib. VI. c. 301. ' quidem — Psal. 81. — LII. Luc. 6. — LIII. Lib. V. cap. 156. — LIV. 11. q. 3. Irritam esse. — LV. Lib. VII. cap. 366. in manuscr. — LVI. Lib. VII. cap. 283. — LVII. Lib. VI. cap. 232. — LVIII. ' nisi in fine dandam ei non esse — LIX. Lib. VI. cap. 243. — LX. 15. q. 4. Nullus episcopus. — Lib. VI. cap. 245. — LXI. Ibid. c. 246. — LXII. Ibid. c. 247. — LXIII. Lib. VI. cap. 298. — LXIV. 6 q. 1 Qui crimen intendit.

Marginal notes (right): LXV. Lib. VI. cap. 250. ' quo valeat & r. a. u a se Dei r. v. — LXVI. Lib. VII. cap. 287. — LXVII. Ibid. c. 288. — LXVIII. Lib. I. c. 139. — Luc. 6. — 6. q. 1. c. 6. §. Testes. — LXIX. Lib. VII. cap. 85. — LXX. Lib. V. cap. 248. — Lib. VII. c. 90. — Lib. V. c. 251. — LXXI. Lib. VII. cap. 287. — LXXII. 25. q. 1. Generali decreto. Lib. VI. cap. 249. ' fiat

NOTA IACOBI SIRMONDI S.I.

1 *Hadriani papæ Capitula.*] Quanti hæc olim habita fuerint in Gallia, ex eo intelligi licet, quod omnia in libros Capitularium regum transfuſa ſint. Videntur etiam nonnunquam epiſcopi eadem ſibi, & eccleſiis ſuis, pro lege obſervanda propoſuiſſe; ut Hincmarus Laudunenſis, cujus in codice ſanctæ Mariæ Virdunenſis, poſt hæc Hadriani capitula, iſtiuſmodi extat profeſſio: † *Hincmarus Deo miſerante eccleſiæ Laudunenſis epiſcopus, his ſanctorum apoſtolicæ ſedis patrum decretis obtemperandum ſubſcripſi. Qui quoque mihi eodem auctore commiſſi ſunt, & in his ſimiliter ſentiunt, ſoliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis, hac mecum pace potiantur. Si vero aliqui ſecus nolentes fieri ſocii hujus diſciplinæ, nec habeantur participes communionis noſtræ. Actum Lauduno* VIII. *Idus Iulias.* At horum contra auctoritatem, tanquam a ſacris canonibus diſcrepantium, elevare atque infringere conatur Hincmarus Rhemenſis adverſus nepotem ſcribens cap. 24. qui & hanc ejus ſubſcriptionem vellicat capite 36.

NOTÆ ANTONII AVGVSTINI ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS.

De Hadriani papæ decretis ſumptis, ut aiunt, ex Græcis & Latinis canonibus & ſynodis Romanis, atque decretis præſulum ac principum Romanorum, & traditis Ingelramno Mediomatricis urbis epiſcopo 13. Kalendas Octobris indictione 9. anno Chriſti 785. ut ſuſpicor.

Cap. 1.

a *Dei ordinationem accuſat*, &c.] His verbis utitur Teleſphorus epiſtola 1. unde eſt cap. 8. Can. 6 quæſtio 1. apud Gratianum, & Ivo. parte 6 cap. 314. decreti; & Anſelmum lib. 3. cap. 13. eiſdem utitur Euſebius papa epiſt. 2. Neque diſſimilia ſunt verba Alexandri papæ epiſt. 1. & epiſt. 2. ex qua ſumitur cap. 2. diſt. 94. licet falſo Antonius Demochares ediderit epiſt. 10. ut etiam Antonius Contius: nec recte Gratianus verba Alexandri de apoſtolicæ ſedis legatis intellexerit, quæ de omnibus epiſcopis dicta ſunt. Sic enim ait ad omnes epiſcopos ſcribens. *Qui vos perſequitur, ipſum, cujus legatione fungimini, perſequitur: quia ſicut ipſe filius Dei mediator fuit Dei & hominum, ita & vos ejus vice in eccleſia eſtis conſtituti, ut inter Deum & homines legatione fungamini.* His annexa ſunt verba a Grat. relata: *Si quis autem legationem veſtram impedit*, &c. Alexandri verba refert conċil. Triburien. cap. 9 Hujus capitis verbis utitur capitulare lib. 6. cap. 280. & lib. 7. cap. 167. ſed & lib. 5. cap. 170. ſic ait. *Detractio ſacerdotum ad Chriſtum pertinet, cujus vice legatione funguntur in eccleſia.* eadem verba invenies lib. 6. cap. 98. Vide etiam lib. 7. cap. 462.

Cap. 2.

b *Placuit, ut quæcumque*, &c.] Similia verba concilii Nicæni fuiſſe cap. 27. teſtatur Iulius papa cap. 7. in epiſt. ad oriental. & Athanaſius & alii epiſcopi in Alexandrina ſynodo congregati, in epiſt. ad Felicem II. Sed multo ante idem ab apoſtolis traditum eſſe ait Anaclet. epiſt. 2. unde ſumitur cap. 15 in fine 2. quæſt 3. Ivo. 4 55. Panorm. & 5. 238. Decreti. Eadem Alexand. epiſt. 1. ait a tempore apoſtolorum obſervari. Ejus aliquot verba Grat. cap. 16. quæſt. 7. Burchard. lib. 1. cap. 132. & cap. 144. quo loco ut Iulii verba referuntur, non omnino falſo; ut Alexand. verba Ivo. 4. 5. 6. Panorm. ut Iulii parte 5. cap. 257. Decreti; ut Alexand. Anſelm. lib. 3. cap. 81. De eadem re extat Stephani papæ epiſt. 2. ex qua ſumitur 2. qu. 2. cap. 3. plenius propter relatum a Burch. lib. 1. cap. 142. Item Sixti 2. epiſt 2. & poſt Nicænum conc. epiſt. Felicis II. ad Athanaſ. & Alexandrinam ſynodum cap. 2. nec non cap. 17. concilii Aurelianenſis. Hujus cap. verba refert lib. 6. cap. 287. & c. 21. & lib. 7. cap. 135. in additis. Vide etiam lib. 7. cap. 350. capitul.

Cap. 3.

c *Nullus epiſcopus, niſi*, &c.] Hæc ſumpta ſunt ex Nicæna ſynodo, ut refert Iulius papa epiſt. 1. ex qua ſumitur 5. quæſt. 4 cap. 1. & aliis verbis epiſt. 2. & Athanaſius, ac reliqui in Alexandrina ſynodo ad Felicem II. Ex qua ſunt 9. quæſt. 3 cap. 11. & cap. 12. falſo Anaſtaſio patriarchæ ad Felicem papam inſcripta, & apud Ivonem parte 5. cap. 15. Decreti itidem mendoſe relata. Idemque Felix ait in epiſt. ad eoſdem Ægyptios epiſcopos cap. 18. Sed ante concilium Nicænum eadem ſententia ab apoſtolis eſt accepta, ut teſtatur Eleutherius papa epiſt. ad Galliarum epiſcopos, unde ſumitur 3. quæſt. 6. cap. 7. Ivo 4. titul. 12. Panorm. & 6. 316. Decreti, & Victor papa epiſtola 1. & Sixtus ſecundus epiſtola 1. ex qua eſt 3. quæſt. 6. cap. 5. ſed ex Victoris epiſt. Burchard. lib. 1. cap. 176. & ex Iulii cap. 144. ex Decret. Gregor. Sixti Victoris Ivo. lib. 4. titul. 12. cap. 2. Panorm. Sed pro *Gregorii* ſcribo *Iulii*, ut parte 5. cap. 257. Decreti. Teſtatur idem Victoris ſucceſſor Zephyrinus, epiſt. 1. ex qua eſt 5. quæſt. 4. cap. 2. Anſelmus lib. 3. cap. 4. qui diminute referunt epiſtolæ verba. Sic enim eſt in libris conciliorum. *Nec antea finiatur, ſicut ab apoſtolis & ſucceſſoribus eorum olim ſtatutum eſt, quæ ejus auctoritate fulciatur.* neque hoc a Demochare & Contio omitti debuit. Sic etiam 2. quæſt. 1. cap. 5. quod *Felicis* nomine inſcribitur, & recte Demochares notat eadem verba eſſe Zephyrini epiſt 1. Felicis epiſt. ad Paternum, quæ etiam prima eſt: ſed verba quæ apud Gratianum deſiderantur, notata non ſunt. Contius alium errorem addidit numerorum. Appellat enim caput quartum illud quintum, ut aliis capitibus falſos numeros addidit. Verba omiſſa ſunt (*apoſtolica freti auctoritate*) ante illa (*aut reum ſe ipſe confiteatur*) Burchardus 1. 154. ex Zephyrino. *Apoſtolica fultus auctoritate.* ex cap. 157. ex Felice, *Apoſtolica fretus auctoritate.* Ivo Carn. 4 12. 11. Panormitanus *qua apoſtoli fulti fuerint auctoritate.* Ex Zephyrino. Sic etiam Anſelmus lib. 3. cap. 66. licet cap. 65. ex Felice, *quam apoſtolica auctoritate.* De eadem re extat Marcelli papæ epiſtola 1. unde eſt cap. 15. Cau. 24. quæſt. 1. Anſelm. 1. 15. & 2. quæſt. 6. cap. 6. quod plenius eſt apud Anſelmum lib. 3. cap. 7. item ejuſdem Marcelli epiſt. 2. unde ſumitur cap. 1. diſtinct. 17. Sed latius patent Marcelli verba. Addamus Miltiadis epiſt. ad Hiſpaniæ epiſcopos: cujus pars refertur a Burch. lib. 1. cap. 2. & Ivone parte 5. cap. 46. Decreti. Hæc anteriora ſunt ex Nicæna ſynodo, ex poſterioribus videatur epiſt. Stephani & Africanorum ad Damaſum, & Damaſi epiſt. 3. ad eoſdem epiſcopos: unde eſt 3 quæſt. 6. cap 6. quod mendoſe editum eſt a Demochare & Contio. Nam pro illis verbis, *quoniam omnes appellare*; ſcribendum eſt, *quam omnes appellare*; & referuntur ad ſedem apoſtolicam. Burchard. lib. 1. cap. 179. qua habet: & Ivo. parte 5. cap. 295. Decreti. Sed ambo omittunt ſuperiora verba oppido neceſſaria. Ivo Calliſti eſſe ait, quæ Damaſi ſunt. Anſelm. recte lib. 2. cap. 67. init. hujus capitis verba paucis, exceptis refert capitul lib. 6. cap. 287. & lib. 7. cap. 150. in ipſis additis plenius.

Cap. 4.

d *Placuit ut ſemper*, &c.] In vetere lib. Anſelmi Lucenſis lib. 3. cap. 88. ab his verbis uſque ad ultimum caput omnia dicuntur eſſe ex decretis Hadriani papæ. Sed ego nihil Hadrianum conſtituiſſe exiſtimo, ſed collecta tradidiſſe Mediomatricis epiſcopo. Hoc quidem certe caput olim fuit XLV. Nicæni concilii, ut apparet ex epiſt. Iulii papæ ad Euſebium, Theogenium & alios orientales epiſcopos, cap. 11. ſed ante id concilium * multorum eſt pontificum Romanorum. Initium ſumamus ab Euariſto epiſt. 2. unde eſt 2. quæſt. 7. cap. 7. Ivo 7 7. Panormiæ. Mox Sixtus epiſtola 1. in fine. Cujus ſunt tum alia, tum illa verba hic quoque relata: *Dubius in fide, infidelis eſt*, &c. quæ habet Gregorius IX. ſub titul. de hæret. cap. 1. nomine Stephani omnibus epiſcopis, & ante eum Bernard. Papien. lib. 5. titul. 6. cap. 1. collect. 1. decretal. rectius Burchardus lib. 1. cap. 144. ex Iulii epiſt. de qua ſupra. Sic etiam Ivo parte 5. cap. 257. nec hoc Anton. Cont. mutavit in editione juris pontificii omnium optima. Tertius accedat Pius papa epiſt. 1. ex qua eſt 3. quæſt. 4. cap. 3. Quartus Calliſtus epiſt. 2. ex qua ſumitur 2. quæſt. 7. cap. 18. plenius Burchardus lib. 1. cap. 171. & Ivo 5. 289. Decreti. Quintus Fabianus epiſt. 1. cum filiis apoſtolicæ & univerſalis eccleſiæ, hoc eſt, in ſynodo Romana. Ex ea eſt 3. quæſt. 4. cap. 7. plenius Anſelmus lib. 3. cap. 17. Sextus Stephanus epiſt. 2 cujus illa verba ſunt. *Apoſtoli & ſucceſſores eorum & reliqui ſancti patres noluerunt fieri facilem epiſcoporum accuſationem*, &c. Poſtremus Marcellus ſit epiſtola 2. qui etiam apoſtolos ait, & eorum ſucceſſores ſub divina conteſtatione conſtituiſſe, non debere fieri perſecutiones, &c. quæ verba mendoſe refert Gratianus diſtinct. cap. ultimo & Anſelm. 6. 187. Nunc addamus alterius œcumenici concilii caput a Nicolao pontifice relatum in epiſt. ad Michaelem imperatorem. Græce extat caput 6. Conſtantinop. ſynodi apud Gratianum 4. quæſt. 1. cap. 2. Ivo. 4. 7. 20. Panorm. & 14. 70. Decreti. nec diſſimile eſt cap. 21. Calched ſynodi, unde eſt cap. 46. apud Gratianum 2. quæſt. 7. Anſelmum lib. 30. cap. 114. ſive 115. adde cap. 96. Concil. Carthaginenſ. 4. & cap. 11. concilii Toletani ſexti, unde eſt cap. 9. Gratiani 3. qu. 9. falſo inſcriptum *ex Toletano ſeptimo*, quod Demochares recte mutavit. Burchard. lib. 16. cap. 5. ex decretis Felicis papæ cap. 15 edidit Eſt ſane Felicis ſecundi epiſt. 1. cap. 11. mentio hujus Nicæni capitis. Partem denique verborum hujus capitis invenies in capitul. lib. 5. cap. 183. & 239. integrum caput lib. 7. cap. 147. in additis.

* Omnes illæ epiſtolæ ſuppoſititiæ tom. 1. & 2. vide ſuis locis.

Cap. 5.

e *Sancta ſynodus Romana dixit: Hæc ſunt*, &c.] His verbis decipiuntur, qui putant Hadrianum hos canones in ſynodo Romana conſtituiſſe. Sunt autem verba ejus ſynodi quæ habita eſt ſub Felice a 70. epiſcop. ut conſtat ex epiſt. 2. Felicis, qui multis ſæculis fuit ante Hadrianum, ſub Claudio & Aureliano imperatoribus, Damaſo

teste. Eadem verba sunt in capitul. lib. 7. cap. 143. in additis.

f *Si quis episcopus ab illis*, &c.] Hæc verba Felicis refert Greg. IX. sub tit. de accusatione cap. 2. sed non recte ait esse ejusdem Felicis, cujus est caput 1. Namque illud est ex epist. 1. cap. 17. Felicis secundi, hoc ex secunda Felicis primi. Bernard. Papien. lib 5. tit 1 cap. 1. & 8. itidem refert ordine neglecto temporum. Contius utrumque caput ejusdem Felicis esse arbitratur. Burch. lib. 1. cap. 169. & cap. 174. utrumque Felicem appellat, & Ivo parte 5. cap. 271. & 291. Decreti. Hujus thematis sententia refertur tum ab Athanasio & Alexandrina synodo, tum ab eodem Felice minore, cap. 2. & 3. epist. 1. ad eumdem Athan. qui testis est hoc etiam fuisse sumptum ex Nicæna synodo: sed ante eam synodum eadem fuit sententia tam primi Felicis quam Stephani epist. 2. Postea legendum est 6. caput Græcum Constantinop. synodi, & cap. 7. Carthag. III. quod est Græcis cap. 19. concilii Carthag. ex quo sumptum est cap. unic. Grat. 4 q. 5. falso inscriptum ex concil. Carthag. IV. ut recte Demochares notat. Burch. 1. 160. incertius ex Carthag. cap. 19 Sed Græcos secutus esse videtur Ivo 4. tit. 2. Panorm. cap. 12. mendose, part. 5. cap. 270. Decreti, cap. 8. *& in majus ex concilio Carth. IV.* cap. 19. utrumque mendosum est. Ansel. lib. 3. cap. 33. ut Burch. vide hujus them. verba in additis cap. lib. 7. cap. 143.

g *Qui congruo in loco*, &c.] Felicis verba refert præter Anselm 3. 88. Burch. 1. 174. Ivo 5. 292. Decreti: sed in Felicis epist. non est, *tempore a canonibus præfixo Nicænis*; fuit enim Felix multo antiquior; sed, *tempore congruo*. 1. autumnale, vel æstivo: quod confirmatur canone 37 apostolorum, & Nicæno 5. ex quo est caput 1. dist. 18. mendose tamen a duobus Antoniis editum, *mundum jejunium & solenne munus Deo possit offerri.* Est enim scribendum, *mundum & solenne munus Deo possit offerri.* Græce est τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρεσθαι τῷ Θεῷ. Quamvis in his verbis illa verba *& solenne*, non agnoscamus, quæ in multis Latinis editionibus horum canonum non legimus, sint licet in veteri libro Maffæi, non sunt in Carthag. VI. synodo, neque in Dionysii Exigui interpretatione. Cetera a Felice scripta confirmantur verbis concilii Nicæni relatis a Iulio papa in epistola ad orientales cap. 23. 24. 25 & 26. & fortasse Nicænæ synodi cap. 63. 66. vel 67. Itaque in ea synodo actu testari videtur Athanas. & reliqui Ægyptii in epist. ad Felicem II. & idem Felix ad eosdem Ægyptios cap. 3. unde est 5. q. 2. cap. vlt. quod non recte scribitur, *Felix papa Anastasio*, &c.] Sed scribendum, *Felix secundus Athanasio*, &c.] In quo etiam Antonianæ editiones errarunt; quamvis ex additis a Demochare id mutari potuerit. Burch. lib. 1. cap. 221. ex Decretis Felicis papæ cap. 4. & Ivo parte 5. cap. 335. Decreti. Ante concil. Nicænum extat epist. 1. Zephyrini papæ, de qua diximus cap. 3. habere quædam cum epist. 1. Felicis communia, & totidem verbis conscripta, & male a Grat. relata. Extat Fabiani papæ epist. 3. cujus etiam magna pars reperitur a Sixto III. in epist. ad orientales cap. 3. ex ea Fabiani epist. sunt tria Gratiani capita 3. q. 6. duo Burch. lib. 1. cap. 147. & 148. duo itidem Ivonis parte 5. cap 260. & 261. Decreti. Denique Steph. epist. 2. de eadem re statuit. Addamus cap. 6. Græcum Constant. synodi œcumenicæ. Hujus them. verba vide dist. cap. 143. in additis lib. 7. capitul.

h *Quia ultra provinciæ terminos*, &c.] Iulius epist. 2 cap. 32. testatur hoc esse in synodo Nicæna statutum; fuerat olim ab Stephano papa epist. 2. decretum, unde est 3. q. 6. cap. 4. Ivo 45. 4. Panorm. Anselm. 3. 74. præter Felicis epist. 1. & 2. de quibus supra. vide infra caput 10. videatur etiam Valentiniani & aliorum constitutio 5. lib. 9. tit. 1. Codicis Theodos. in eadem verba magna ex parte referuntur. Est autem ea constit. 10. in integro lib. Adde dist. cap. 143. in additis capitul.

i *Nam si quis fuerit rebus spoliatus*, &c.] Hæc Felicis verba refert Gratianus 3. q. 2. cap. 8. sed non recte eumdem putat fuisse cap. 7. & 8. scriptorem, cum illa sint Felicis secundi epist. 1. cap. 8. hoc primi epist. 1. Burch lib. 1. cap. 174. partem horum verborum refert & Ivo 4. 6. 3. & 5. Panorm. & 5. 245 & 292. Decreti. Multi hoc ipsum pontifices decreverunt, quorum aliqui apostolorum esse institutionem asserunt, aliqui Nicæno concilio tribuunt. Primum laudemus Zephyrinum epist. 2 cujus est cap. ultimum 2. q. 2. in quo ante verbum *ejectos* addendum est *episcopos*, quod non desideratur apud Ivo. lib. 4. tit. 6. cap. 2. Panorm. Secundum Fabianum epist. 2. ex qua est caput 2. Grat. 3. q. 1. Tertius sit Stephanus epist. 1. cujus est 2. q. 2. caput 3. plenius apud Burch. lib. 1. cap. 142. & Ivo parte 5. caput 255. Decreti. Quartus Cajus papa in epistola ad Felicem episcopum, cujus est caput 1. apud Grat. 3. q. 1. mendose a Demochare editum. Quintus Marcellus epistola 2. ad Maxentium *tyrannum*, non *episcopum*, ut appellat. Grat. 96. distinct. caput ult. Maxentium tantum Anselm. 6. 187. Sextus Marcelli successor Eusebius epistola 2. cujus sunt apud Grat. 2. quæst. 2. cap. 4. & 3. quæst. 2. cap. 6. & 3. qu. 1. cap. 3. & 4 & Ivo. 4. 6. 4. & 7. Panorm. & 5. 249. Decreti. & Anselm. libro 3. cap. 44. & 51. qui caput illud 3. & cap. 4 Grat. 3. qu. 1. quorum initium est *redintegranda*, latius refert. Septimus Iulius epistola 2. qui non solum verba refert Nicæni concil. cap. 28. quod est Iulii 8. sed etiam cap. 35. sententiam ejusdem concilii latius persequitur. Hinc cap. 5. Grat. 2. quæst. 2. desumptum est. De eadem re Athanasius, & Alexandrina synodus ad Felicem II. & ipse Felix ad eosdem cap. 3. 4. & 8. ex cap. 3 est 5. quæst. 2. cap. vlt. de quo diximus them 2. Item Africanæ provinciæ Stephanus, & alii episcopi ad Damasum, & Damasus ad eosdem epistola 3. refertur ab Isidoro in prologo conciliorum: Leonis epist. ad Calched. synodum, aliaque permulta ex Eusebii histor. de qua Nicol. apud Grat. 33. quæst 2. cap. 3. & ex synodo Larissæ sive Lampsaci habita, & ex aliis synodis atque Decretis. Nos Symmachi mentionem faciemus, qui in synodo Romana V. totidem verbis, quot Euseb. epist. 2. scripsit. eisdem quoque utitur Ioan Papa epist. 2. ex qua est 3. qu. 1. cap. 3. latius relatum ab Anselm. 3 44. item 12. qu. 2. cap. 7. quod recte Eusebio adscribit Ivo parte 5. cap. 249 item 3. qu. 2. cap. 1. Postremo Pelagius II. in epist ad episcopos Italiæ, ex qua est cap. 2. Grat. 3. qu. 2. Latini ab Anselm. lib. 3. cap. 59. relatum. Adde ex additis capitul. d. lib. 7. cap. 143.

k *Adimi namque episcopo*, &c.] His Felicis verbis utitur concilium Africanum cap 54. Græcis vero 88. sive 87. ejus verba refert Greg IX. sub tit. de judiciis cap. 1. cum aliqua varietate. Bern. Papiens. collect. 1. lib. 2. tit. 1. cap. 1. Burch. rectius lib. 1. cap. 181. & Ivo parte 5. cap. 297. & capit d. lib. 7. cap. 143 in additis.

l *Quod si ægrotans*, &c.] Hæc Felicis in Romana synodo verba refert Grat. 5. quæst, 3. cap 1 ut ex Romana synodo, tempore Hadriani papæ. Burch. rectius 1. cap. 51. ex decretis Felicis papæ cap 11. & Ivo 4. 2. 7. Panorm. & 5. 161. Decreti. Sed Anselm. 3. 88. ex decretis Hadriani papæ de hac eadem re Felix II. epist. 1. cap. 6. Videndus & capit. d. cap 143.

m *Nec a communione suspenditur*, &c.] Nihil antiquius extat hac de re can. 74. apostolorum, cujus formam servatam legimus in conciliis. Hæc quoque verba sunt concilii Carthag. III cap. 7. quod est Græcis cap. 19. Carthag. concilii. Ex eo est cap. vlt. 4. q. 5. de quo supra dictum est. Videnda quoque est Felicis II. epist 1 c. 8. & Grat. & Anselm. paulo ante relati, & capit. d. cap. 143.

n *Quod si ex utraque parte*, &c.] Hæc Felicis verba refert Ivo tit. 7. cap ultim. Panormiæ, & parte 5. cap. 248. Decreti. vide quæ diximus cap. 4. & infra cap. 15. & capit. d. cap. 143.

o *Quod si accusatorum*, &c.] Refert hæc ut Felicis verba Grat. 3. qu. 10. cap. ult. & 4. q. 6. cap. 3. sed cap. 4. ejusdem quæstionis ut Hadriani papæ, nec recte Demochares Felicis verbis addidit ex cap. 13. epist. decretalis: suspicor voluisse Felicis II. epist. 1. cap. 13. offerre. Ivo quoque non recte parte 6. cap. 418. Decreti, ut Felicis III. Decret. 2. ad episcopos Galliæ verba refert, & in marg. addita sunt Democharis verba, & ex cap. 13. epist. decretal. sed parte 5. cap. 248. Felix decret. 2. ad episcopos Galliæ. Pulcerrimus est hac de re canon 6. Græcus Constantinop. concilii, cujus pauca extant verba in epist. Nicolai papæ ad Mich. imper. relata apud Grat. 3. q. 5. cap. vlt. & 4. qu. 1. cap. 2. Ivo. 4. 7. 20. Panorm. 14. 70. Decreti. Est etiam de eadem re cap. 7. concil. Carthagin. tertii, Græcis 19. caput Carthag. synodi ex quo est caput 1. Grat. 4. q. 6. non ex quarto Carthagin. sumptum, ut est in Antonianis editionibus. Burch. 1. lib. c. 160. ut Græci ex concilio Carthagin. cap. 19. Ivo parte 5. cap. 270. Decreti ex concilio Carthagin. cap. 8. non recte, ut supra dictum est, illud non diximus in extremo cap. Grat. 4 q. 5. editum esse ab utroque Antonio, *si se ad diem statutum non noluisse, sed non potuisse occurrere probaverit.* Ivo in Panorm. *si se ad diem constitutum occurrere non voluisse, sed non potuisse probaverit.* Idem in Decret. *si se ad dictum constitutum occurrere non voluisse*, &c. Anselm. *si se ad diem occurrere non potuisse probaverit.* At in Latinis conciliis est, *si se ad diem occurrere voluisse, sed non potuisse probaverit*: in Græcis ἐὰν δυνηθῇ ἀποδεῖξαι, κατὰ τὴν προθεσμίαν οὐ μὴ τεθεληκέναι, ἀλλὰ μὴ δεδυνῆσθαι ἀπαντῆσαι. In veteri Maffæi libro est, *sese ad diem occurrere noluisse, sed non potuisse probavit*: quod non minus mendosum est. Ioan. Zonaræ verba sunt: ἐὰν φανῇ, μὴ ἐξ οἰκείου θελήματος καταφρονῆσαι, ὥστε μὴ ἐν προθεσμίᾳ ἀπαντῆσαι, ἀλλὰ μὴ δυνηθῆναι, εὐλόγου καὶ δικαίας αἰτίου. *Si ostenderet*, inquit, *non ex sua* (libera) *voluntate contempsisse ut non die constituta occurreret, sed non potuisse ex justa vel excusationem admittente causa.* Mihi verba conciliorum Latinorum apertiora videntur, sed in tanta varietate cum ea cum Græcis confero (quæ suspicor non fuisse Græce initio edita, sed magis e Latinis conversa) magis in eam partem inclino ut Burch. scripturam probem: nec mirum est si verba Latina

Africani

Africani concilii duriora ſint, cum vix ullus ex veteribus ſcriptoribus, Cypriano excepto (quem *Coprianum* dictum fuiſſe, non libenter apud Cyprianum Lactantium legimus) diſertioribus viris placere poſſit. Habeo Burchardi veterem librum, qui cum edito facit. Verba quoque libri Maffæi, quem ſcio eſſe vetuſtiſſimum, non multum a Burchardo diſſentiunt. Addo extare apud Felicem II. epiſtola 1. capite 8. ſimilia verba. *Quod ſi probare potuerit, quod non noluerit, ſed non potuerit venire, nihil ei nocebit.* Apertius diceretur, *quod non quia noluerit, ſed quia non potuerit venire, non venerit* Sed hæc hactenus. Eſt & aliud Carthaginenſe concilium VII. cujus capit. 2 non diſſimilis ſententia eſt. Græcis eſt cap.130. a Gratiano dicitur Carthaginenſe VIII. capite 2. cauſa 4. q. 6. quod recte a Demochare animadverſum eſt. Ivo etiam recte parte 16. cap. 64. Decreti, idem dicitur Africani concilii capite 96. Hujus them. verba paucis exceptis refert capitul. lib.5. capite 241. & lib 7. cap. 90. & 119 & addit. cap.143.

p *Infamis enim perſona*, &c.] Hæc Felicis in ſynodo Romana verba refert Grat ut Romanæ ſynodi verba 3.q.7. cap.1. Ivo. lib.4. tit.7. cap.24. Panorm. ut Stephanus epiſcopis Galliæ in 2. decretali, non recte: ſed parte 5. cap. 248. & parte 6. cap. 331. Decreti optime ut Felicis epiſcopis Galliæ, & multa alia verba ex eadem epiſt. affert, quæ D. Grat. refert tria ſunt, &c. non ex epiſt. Felicis ſunt, ſed Gratiani ex digeſtis, ut recte Contius notat. Sic etiam Anſelm. lib.3. cap 7. recte Felicis nomen, & aliquot alia verba refert. Sed male inſcripſit *Felix univerſis epiſcopis*, niſi addas *Galliæ*. Videndus Paulus & Pauli interpres Anianus lib. 1. tit.2. ſenten. & capitul. lib.7. cap 143 in additis.

q *Abſente vero adverſario*, &c] Hæc recte Felici papæ adſcripſit Grat.3. qu.9. cap 11. & 18 Ivo. 4. 7. 2. Panorm. & 5. 248. & 6. 331. Decreti. Anſelm. 3. 7. idem in Nicæna ſynodo cap.33. & 66. ſtatutum eſſe Iulius ait epiſt. 2. cap. 9. 24. ſed multo antiquior extat Teleſphori epiſt. ex qua eſt cap.1. Grat. 3. q.9. Anſelm. 3. 13. & Zephyrini epiſt.1. unde eſt ejuſdem Grat. cap. 13. cujus verba diſtingui debuerunt a Grat. verbis. Illa enim, *niſi fuerit abſens*, &c. Gratiani ſunt, ſuperiora Zephyrini, quæ Burch.16. lib. 13. cap. refert latius: *In ſacris libris hæc ſunt.* Non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem hominem prius, quam is qui accuſatur præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Act.c.25. adde capitul. d. cap. 143.

r *Nec ſententia*, &c.] Præterea ſupraſcripta eſt Eleutherii epiſt. ex qua eſt caput 2. Grat.3.q. 9. Ivo parte 6. cap. 319. Decreti. Anſelm. lib.3. cap. 28. Hujus Felicis epiſt. 1. ante eum Calliſti epiſt. 2. ex qua eſt cap. 3. Grat. cap. 9. Burch. lib.1. cap. 171. Ivo parte 5 cap. 289. Decreti. Anſel. 3. 54. Addatur Iulii epiſt. 1. cap. 3. & Damaſi epiſt. 3. ex qua eſt caput 5. & caput 6. Grat.3. qu.9. Ivo 6. q. 347. Decreti. Item concil. Carthagin. 4. 30. & quod poſtea inveni, Cornel. papa idem ſtatuit epiſt. 2. ex qua eſt 3. qu.9. cap. 4. Anſelm. 3. 57. & apoſtoli apud Clementem lib. 2. cap. 51. & 55. conſtit. apoſt. Vide ex capitul. cap. 204. Apud Ivonem parte 16. cap. 316. Decreti. (& conſtitutio 15. Grat. Aug. & aliorum lib. 9. tit. 1. Cod. Theod. quæ apud Anianum eſt 9. conſtitutio, & in Cod. Iuſtin. conſt. 14. lib.9. tit.2. ſed nimis conciſe relata) vide diſt. cap.143. capitul.

ſ *Neque abſens per alium*, &c.] Sententia non diſſimilis eſt cap. 58. concil. Nicæni apud Iulium epiſt.2 cap. 20. totidem verbis olim Hyginus papa epiſt.1. in fine, ex qua eſt 2. qu. 7. cap. 52. & Lucius papa in epiſtola ad Galliæ & Hiſpaniæ epiſcopos, aliis verbis Calliſtus epiſt. 7. cujus eſt 2. qu. 8. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 171. Ivo. 5. 289. Decreti. Anſelm.3.54, & Stephanus papa epiſtola 2. ex qua eſt cap. ult. cap. q. 8. Burch. 1. 177. Ivo. 4. 7. 1. Panorm. & 5. 293 & 328 Decreti. Anſelm. 3. 55. adde Dionyſium papam epiſt. 2. Marcellum epiſt. 2. cujus eſt caput 5. Grat. 3. q. 9. Damaſus epiſt. 3. ex qua eſt 4. q. 4. cap. 2. Ivo 6. 337. Decreti & epiſt 6. ex qua ſumitur 5. q. 2. cap.3. & 11. qu.3. cap. 76. Denique addatur ex Toletano concil. VI. cap. 11. ex quo eſt 3. q 9. cap.9. licet mendoſe Grat. *ex Toletano. VII.* ut recte mutat Demochares. Burchar. lib.16. cap. 5. ex decretis Felicis papæ cap. 15. quod defendere nondum cogitavi: totidem verbis cap .47. concil. Vvormatien. extat. In Toletano concilio additur exceptio, niſi ubi *pro cap. regia majeſtatis verſatur cauſa*. quod Burch. & Grat. omiſerunt. Poſtremo utroque præſente judicandum etiam ex apoſtolorum conſtitutionibus eſt Clemente auctore lib. 2. cap 53. & 55. vide infra cap.35. & ex capitularibus cap.204. apud Ivonem parte 16. cap.316. Decreti. Eſt in capitul. lib. 7. cap. 354. & in additis cap. 103. & 143. Videnda conſtitutio 25. (ut 52.) Adde Pauli lib. 5. ſentent. titul. 5. & tit. 17.

t *Nec affinis teſtis admittatur*, &c.] Hæc Felicis verba refert Grat. 3.q 9. cap.17. Ivo parte 6. cap. 331. Decreti: & Anſelm lib 3. cap. 7. idem de conſanguineis ait Calliſt. epiſt. 2. cujus eſt cap.1. & 12. Grat.3. qu.5. Burch. lib.3. cap. 171. Ivo. 4. 8.3. Panorm. & 5. 289. Decreti. Anſelm. lib. 3. cap. 54. Eſſe hoc ex Nicæna ſynodo teſtatur Iulius papa epiſt. 2. cap. 32. unde ſumptum eſt cap. 10. Grat. 3. quæſt.5. Anſelm. lib. 3. cap. 21. unde capitul. diſt. cap. 143. in ipſis additis.

u *Neminem ergo exhiberi*, &c.] *Exere* pro *exhiberi* habet Grat.3. qu. 6. cap.16. ex ſynodo Romana, ſed ut Felicis epiſt.2. eſt apud Ivo.5. 248. & 6. 311 Decreti. Sed Anſel. 3. 88. ut ex Hadriani decretis, vide capitul. d cap.143.

x *Vt actor ſemper rei forum ſequatur.*] Alexand. III. & Lucius III. videndi apud Greg. IX. ſub tit. de foro compet. cap. 5. & 8 quæ ſumpta ſunt ex prima collect. lib. 2. tit.1. cap.7. & ex ſecunda collectione libri 2. tit. 2. cap. 2. & poſt. Concil. Lateranen. parte 8. cap.7. pluribus verbis invenies non utrumque, ſed caput quintum tantum. Antiquius eſt Pelagii ad Sergium cancellarium reſcriptum, quod non reperi, ſed refertur a Grat. 11. qu. 17. adde novellam Valentiniani & Marciani, *Neminem exhiberi*, &c. Ejuſque interpretem Anianum, & conſtitut. Valentiniani & Valentis 4. lib. 2. tit. 1. Cod. Theod. & capitul. lib. 7. cap. 143. in additis.

y *Si quis autem judicem*, &c.] Hæc etiam ut Felicis verba refert Ivo parte 5. cap.248. & 6. cap.311. Decreti. ut Hadriani Anſelm. lib. 3. cap. 88. ante Felicem eiſdem verbis utitur Fabianus papa epiſt.3. ex qua eſt cap.21. Grat.2. qu.6. aliis verbis Burch. lib.1. cap.148. & Ivo 4. 12.1. Panorm. & 5. 261. Decreti. Eiſdem poſtea Sixtus III. in epiſt. ad orientales epiſcopos cap. 3. Anſelm. 3. 73. vide infra cap. 32. & capitul. diſt. cap.143. adde Cornelii epiſt.2.

Cap. 6.

z *Si quis autem putaverit*, &c.] Hæc non jam ex Felice in ſynodo Romana, ſed ex Calchedonenſi ſynodo generali cap.9. ſumpta ſunt; & mihi non fit veriſimile hæc ita ſcripſiſſe Hadrianum ut edita ſunt, ſed adjectis inſcriptionibus, unde eſſent ſumpta. Nam cur Hadrianus diceret Conſtantinopoli cauſas appellationis eſſe tractandas, non in catholica eccleſia Romana? memini legiſſe in beati Greg. Regiſtro lib.11. cap.54. epiſt.52. ex qua eſt 11. qu. 1. cap.39. & 2. qu.1. cap. 7. quod ex duabus epiſt. Greg. ſumptum eſt 48. 57. Ioanni cuidam defenſori eunti in Hiſpaniam dediſſe indicem quarumdam conſtitutionum, quarum verba inſeruntur, ut iis uti poſſet, cum in provinciam veniret. Non diſſimilis eſt hæc noſtra collectio quam pleniorem ſuſpicor datam; ſcio miſſam etiam Mediomatricum antiſtiti, ſed ad nos ſine inſcriptione ſingulorum capitum perveniſſe. Extat hoc caput plenius apud Gratianum 11. qu.1. cap.47. & Ivo parte 6. cap.360. Decreti: minus plene apud Gregorium IX. tit. de foro compet. cap. 1. & in prima collectione lib.2. tit.2. cap.1. Burch. lib.1. cap.183. Ivo parte 6. cap.228 Decreti. At Iulius papa teſtatur XXI. caput Nicæni concilii ſcriptum eſſe, ut penes univerſalis apoſtolicæ eccleſiæ judicetur Iul. epiſt.2. cap. 4. eiſdem verbis Victor uſus fuerat, epiſt. 1. ex qua eſt 2. qu.6. cap. 7. & Sixtus XI. epiſt. 1. ex qua eſt cap 15. ejuſdem, quæ eſt quod Sixto inſcribitur, Victori Ivo. 4. 12. 2. Panorm. & ejuſdem Anſelmi lib. 2. cap. 9. Sixto libro eodem cap. 11. Hadriano libro 3. cap. 88. Scio etiam in Calched. ſynodo, contradicentibus legatis Leonis papæ, fuiſſe ſecundum locum datum Conſtantinopolitano epiſcopo, ſed id nunquam Leo probavit: ſed Gelaſius atque Nicolaus teſtantur, qui negant eum patriarcham eſſe, ſed Heracleæ eum archiepiſcopo ſubditum eſſe debere. Præſtat igitur ut credamus nos Hadrianum Nicænæ potius ſynodi verba, quam Calched. conſcripſiſſe, cujus etiam Calched. extat cap. 17. & 18. quibus is honos defertur Conſtantinopolitano epiſcopo, & eum antiquiori Conſtantinopol. concilio œcumenico prius conceſſum aſſerunt. Ex 17. cap. eſt quæſt.3. cap.1. Burch. 2. 148. Anſelm. 5. 26. Ivo 2. tit. 1. Panorm. Plenius idem Ivo refert parte 3. cap. 106. Decreti, cap.9. Calchedon. ſynodi verba refert Nicol. in epiſt. ad Michaelem imperatorem: multus eſt in ejus interpretatione, ex cujus verbis apud Gratian. Decreti. cap. 47. ſcribendum eſt *primatem* non *primates*: & Græce eſt, τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως dura vero eſt interpretatio, ut id ad ſolum Romanum pontificem pertineat. Extat hoc etiam caput in capitul. lib. 7. cap.151. in additis.

Cap. 7.

a *Accuſationis ordinem*, &c.] Hæc verba Eutychiani papæ ſunt in alia ſynodo Roman. epiſt. 2. Ex ea eſt 2. qu. 8. cap. 3. Ivo. non recte 4. 7. 22. Panorm. Sixto adſcribit: recte parte 8. cap. 332. Decreti Eutychiano Anſelm. Lucen.3.88. ut ſolet ex decretis Hadriani papæ. Ego ſuſpicor ex conſtit. ult. Honorii & Theodoſii lib.9. tit.2. codicis Iuſtiniani, ſi tempora patiantur, ſumpta hæc eſſe omnia, aut eam conſtitutionem Eutychiani verbis conſcriptam fuiſſe. Eadem conſtitut. extat in cod. Theodoſ. lib.9. tit. 1. conſtitut. ult. Hujus capitis verba ſunt in capitul. lib. 7. cap. 152. in additis, & in aliis lib.7. cap.436.

b *Vinculum inſcriptionis arripiat*, &c.] Eutychiani & imperatorum verba ſunt, de hac inſcriptione ante Euty-

chianum Fabianus epiſt. 3. ex qua eſt 2. qu. 3. cap. 5. plenius Ivo 4. 7. 21. Panor. & parte 6. cap 324. Decreti, & Anſel. 3. 79. omnes ut ex Fabiani verbis, ſed Gratianus de pœnit. diſt. 1. cap. 22. ſic ait: *Hinc etiam in canonibus: Si quis iratus*, &c.] quod Ant. Demochares recte animadvertit. Poſt Eutychianum Damaſus epiſt. 3. ex qua eſt 4. qu. 4. cap 2. male autem Contius Grat. nomen addidit illis verbis: *Inſcriptio ſemper fiat ut talionem*, &c. uſque ad verbum *retineant*; eſſeque illa verba Damaſi docet Gratianus 1. qu. 3. cap 2. Burch. lib 16. cap. 38. Ivo. 4. 7. 23. Panorm & 6 348. Decreti. Aliis verbis de eadem re idem Damaſus epiſt 6. ex qua eſt 3. quæſt. 9. cap. 8. Ivo 6. 348. Decreti. Sixtus III. in epiſtola ad orientis epiſcopos, verba Fabiani repetit cap. 3. & 4. ex qua eſt 2. qu 8. cap. 4. Etenim Gratianus Sixti nomen adſcripſit; at Burch. lib. 16. cap. 3. ex conſ. Arauſcio cap. 4. Ivo 4. 7. 21. Panor. Fabiani nomen retinet, ut antea dictum eſt. Hujus etiam inſcriptionis mentio fit in concilio Conſtantinop. cap. 6. Græco. Poſtremo ab Innocentio III. in concilio generali Lateran. cap 8. apud Greg. IX. tit. de accuſat. cap. 24. vide cap. 48. hujus collectionis & d. cap. 151. capitul.

c *Cum calumniantes*, &c.] Hæc etiam ſunt Fabiani, Eutychiani, Damaſi, & Sixti tertii verba: adde Clementem lib. 2. cap. 46. de conſtitutionibus apoſt. Vide infra cap. 48.

[Cap. 8.] d *Si quis clericus ſuper quibuſlibet*, &c.] His verbis principio Eleutherius papa eſt uſus in epiſtola ad eccleſias Galliæ, mox Felix in epiſtola 1. eadem verba Nicæni concilii eſſe refert Iulius epiſt. 2. cap. 22. Grat. 3. quæſt. 6. cap 17. Sixti eſſe dicit Ivo parte 6. cap. 318. Decreti, Eleutherii, & cap. 329. Felicis Anſel 3 lib. 28 cap. Eleutherii. cap 88. Hadriani. Vide infra c. 33. Videndus & Cyprianus in epiſt. ad Cornelium papam, cujus initium, *Legi literas tuas frater cariſſime*, pag. 4.

[Et certe patiuntur.] Videntur autem eſſe hæc verba ſumpta, ſi tempora paterentur, ex verbis Aniani interpretis novellæ Valentiniani & Marciani: *Neminem exhiberi*, &c. extant etiam in capit. lib. 7. cap 144. in additis.

e *Ille vero qui pulſatus eſt*, &c.] Præter ſupra ſcriptos idem Cornelius ait epiſt. 2. hoc in Nicæno concilio decretum eſſe, præter Iulium teſtatur Athanaſius & Alexandrina ſynodus in epiſt. ad Felicem II. ipſe Felix ad eoſdem c. 19. cujus verba Grat. refert, inſcriptione omiſſa etiam in Antonianis editionibus 2. qu. 6. c. 16. Anſel. lib. 1. c. 59. Felici papæ recte adſcribit. Sed addendus erat num. 2. vide infra c. 30. Hæc quoque [Recte.] Aniani ſunt, de quo ſupra, item capit. diſt. cap. 144.

[Cap. 9.] f *Salvo Romanæ eccleſiæ*, &c.] Hæc verba paucis exceptis ter Grat. refert 5. qu. 6. c. 16. ex ſynodo Rom. 5. q 4. c. 2. them. 2. ex Hadriano & 9. qu. 2. c 9. ex ſynodo Conſtant. ſunt autem ex eadem ſecunda generali ſynodo c. 2. Græcis, Latinis exceptis illis verbis, *ſalvo Romanæ eccleſiæ in omnibus primatu*, quæ fortaſſe Hadriani verba ſunt. Anſel. lib. 3. cap 88. ex decretis Hadriani. Iſidorus in prologo concil. collectionis, verba Conſtantinop. refert capitis, ut oſtendat plura fuiſſe quam decem capita Nicæni concil, illa tum verba, *ſalvo Romanæ*, &c. non refert. Suſpicor CL. patres ex verbis capit. V. concilii Nicæni hoc deduxiſſe. ex eo eſt apud Gratianum 11 qu. 3. c. 73. & d. 18. c. 3. Sed & ab eodem Iſidoro referuntur Innocentii papæ verba in epiſtola ad Victricium Rothomagenſem epiſcopum, quibus hoc ipſum videtur ſignificare, Nicæno concilio ſtatutum fuiſſe, ut cauſæ & contentiones omnes in ſynodo provinciæ terminarentur. Refert Innocentii verba præter Iſidorum Grat. 11. qu. 1. cap. 27. his tantum verbis adſcriptis, *Innocentius papa* ideo Demochares non addidit certum locum. Sic etiam Anſelmus lib. 2. cap. 53. ſed extat volum. 1. concil. epiſt. 2. cap. 3. Contius recte attulit Iſidori locum, ſed appellat cap. 25. quod nos 27. Varietas oritur poſt cap. 9 nam c. 10. Contio eſt Gelaſ. Chriſtianis, &c. mihi 13. Ego addidi numeros novellæ & canonis Carthag. is omiſit. Age vero, referamus antiquius decretum utroque concilio Nicæno, & Conſtantinopolitano, aut ea Hadriani verba, aut ea quæ ſuſpicabamur addita, tueamur. Legantur Pii pontificis verba in calce epiſtolæ 2. *de cetero, ſalva in omnibus apoſtolica auctoritate*, &c. Ante Pium Anacletus, a beato Petro preſbyter conſecratus, in extrema epiſtola 1. ex qua eſt 2. qu. 6. cap. 3. verba tum illa, *coram patricio*, mendoſe eſſe ſuſpicor, & pro eis, *coram præſide*, ſubſtituenda eſſe facile credo. Multis enim ſæculis poſt Anacletum *patriciorum* nomen pro magiſtratibus uſurpatum fuit. Poſtremo hujus capitis verba, illis exceptis initio hujus capitis notatis refert capitul. lib. 6. c. 287.

[Cap. 10.] g *Vltra provinciæ terminos*, &c.] De iis verbis dictum eſt cap. 5. them. 2. referuntur a Gratia. poſt verba ſuperioris capitis 3. qu. 6, cap. 16. ex ſynodo Romana; nec diffitemur eſſe ex ſynodo Romana Felicis epiſcoporum LXX. Sed verba cap 9. quæ junguntur, non ſunt ex eadem ſumpta, quamvis initium cap. 16. & finis ejus ſynodi ſint. Hujus capitis verba referuntur dicto. lib. 6. cap. 283. capitul.

h *Omnis accuſatio*, &c.] Capitul. & Gratia hæc verba referunt poſt ſuperiora 3. qu. 6. cap. 16. & in fine pro illis verbis, *niſi prælatus ſit, qui accuſatur*, Demochares recte ſubſtituit, *niſi ad ſedem apoſtolicam fuerit appellatum*: quæ verba habet Stephanus papa epiſt. 2. & Grat. 3 qu 6. cap. 4. niſi tantum, &c. & Ivo 4. 5. 4. Panor. & Anſel. 3. 74. eamdem exceptionem omiſſis verbis hujus thematis addidit concilium Nicænum, & teſtatur Iulius papa epiſt. 2. cap. 31. Poſt illa verba, *ultra provinciæ terminos*, &c. verbum tantum tollendum eſt.

[Cap. 11.] i *Accuſationes & accuſatores*, &c.] Hæc verba ſunt concilii Nicæni paucis exceptis, cap. 23. ut refert Iulius papa epiſt. 2. c 5. Anſel. 3. 20. Idem Iulius epiſt 1. ſed antiquiores pontifices eis uſi ſunt, Teleſphorus in epiſt. ad epiſcopos. Stephanus papa epiſt. 2. ex qua eſt 3. qu. 5. c. 8. Ivo parte 6. c. 315. ex Teleſphoro, & cap. 317. Decreti ex Stephano. Anſelmus lib. 3. cap. 13. ex Teleſphoro cap. 18. ex Stephano c. 88. ex Decretis Hadriani, ut Grat. 3. qu. 5. cap. 7. ex ſynodo Romana habita ſub Hadriano papa. Demochares addidit & Damaſi epiſt. 3. ad Stephanum non male, ſed ante eum & Nicænum concilium, Euſebius papa epiſt. 1. refert a tempore apoſtolorum hoc eſſe ſervatum. Ex ea ſumptum eſt 3. qu. 5. cap. 5. Plenius apud Anſelm. lib. 3. cap 16. Eadem ſententia eſt Clementis Petri diſcipuli & ſucceſſoris epiſt. 1. ex qua eſt 6. qu. 1. cap. 5. plenius apud Anſelm. lib. 3. cap. 1. & Calliſtus papa epiſt. 2. cujus rationem addere viſum eſt: *Quis enim dubitat leges humanas rationi & honeſtati non repugnantes eſſe amplectendas? præſertim ubi vel publicæ conſulunt utilitati, vel eccleſiaſticæ dignitatis auctoritatem defendunt, ac pro adminiculo tuentur?* Addamus Eutychianum in ſynodo Romana epiſt. 2. Poſt concilium Nicænum præter Iulium & Damaſum videndus Damaſo antiquior Felix II. in ep. ad Athan. & Alexandrin. ſynodum cap. 7. & 9. & 14. ex quo 14. cap. eſt 3. qu. 3. cap. 11. Anſel. 3. 62. & totidem pene verbis cap. 2. eſt concil. Carthag VII. Africani cap. 96. Latinis, Græcis Carthag. cap. 130. ſive 129. ex quo pars refertur a Gratiano 4. qu. 1. cap. 1. & 4. q 6. cap. 2. & Ivo 4. 7 19. Panor. & 14. 69. & 16. 64. Decreti, & Anſel. 3. lib cap. ult. Solus Rabanus in lib. pœnitentium cap. 1. c 96. concilii Africani rectius ceteris attulit. Ad extremum afferamus Symmachum papam in ſynodo Romana IV. & pro eodem Symmacho Ennodii libellum, qui hoc Carthagin. [Ennodius] concilii caput recitat.

Hæc denique verba refert Iſidorus in præfatione collectionis conciliorum: ſed ut verum fatear, non eiſdem verbis quiſquam, quod meminerim, quibus Hadrianus utitur. Poſtea reperi eadem lib. 7. capitul. cap. 307. & initium tantum canonis 108. & in additis ipſis cap. 148.

k *Quia indignum eſt ſuperiores pati*, &c.] Hæc etiam verba refert Grat. 3. quæſt. 5. cap. 7. ex ſynodo Romana ſub Hadriano. Anſelmus lib. 3. cap. 88. ex decretis Hadriani: eorum ſententia Nicæni conc. eſſe dicitur cap. 66. ut refert Iulius epiſt. 2. cap. 28. & cap. 36. ſed & a Petro dimanaſſe hoc Clemens teſtatur epiſt. 1. ex qua eſt 6. qu. 1. cap. 5. plenius relatum ab Anſelm. 3. 1. Idem decretum eſt Zephyrini epiſt 1. ex qua eſt 2. qu. 7. cap. 11. licet pro *majorum* in conciliis ſit *ſummorum*, ut etiam habet Anſelm. 3. 58. adde Sixtum II. epiſt. 2. Felicem epiſt 1. & Iulium ſupra ſcriptum epiſt. 1. ſed fatebor id quoque quod ante paulo dixi, Hadriani verba me non reperiſſe ab aliis prius conſcripta, ſed ſententiam eamdem. Vide infra cap. 19. in fin. Vide infra cap. d. cap. 307.

[Cap. 12.] l *Prudentiſſime, juſtiſſimeque Nicæna ſive Africana decreta*, &c.] Ne hæc quidem verba aliquem uſurpaſſe ante Hadrianum legi, ſententia multis in locis expreſſa, & ex Nicæna ſynodo multa retulimus, quibus confirmatur in provincia eſſe a ſynodo cauſas retractandas & peragendas: ex Africanis decretis cap. 5. eadem confirmantur. Poſt hæc ſcripta, incidi in epiſt. Africani concilii ad Cæleſtinum papam, in qua hæc verba ſunt, paucis immutatis; eadem Græce extat c. 138. concil. Carthag. Eadem ſunt in capitul. lib. 6. cap. 287.

m *Ad concilium ſuæ provinciæ vel etiam univerſale provocare*, &c.] Hæc verba ſunt epiſt. Africani concil. ad Cæleſtinum. eadem ſententia eſt Milevitani concil. cap. 22. Africani 92. Latinis 126. vel 128. Græcis, ex quo eſt apud Grat. 2. qu 6. cap. 34. & 11 qu. 3. cap. 34. in quibus illa verba (*& interea quidquid definiant adhibiti ab eis ex conſenſu ſuorum epiſcoporum*) *finiant*, pro definiant, eſt in libris conciliorum, & pro *ex conſenſu epiſcopi eos*. Sed Græce eſt, Καὶ τὰ μεταξὺ τούτων πραττώσωσι τῶν παρ' αὐτῶν κατὰ συναίρεσιν τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων προσλαμβανόμενοι. In veteri libro eſt, καὶ μεταξὺ, omiſſo articulo τὰ. ſed ego eum retineo, Latina cum Græcis conjungens: ut verbum *finiant* ex Græco πραττώσωσι magis placet, *ex conſenſu*, & *cum conſenſu* placet. Sed *ex* quoque retineo, *epiſcopi eos* deleo, verbum *exhibiti* non eſt par Græco verbo, quod magis *acceptos & electos* ſignificat. Sic autem intelligo *electos ex vicinis*

epiſcopis

epiſcopis judicare, cum conſenſu autem partis utriuſque eligi, ſive ex conſenſu epiſcopi, a quo provocatur, eligi a reo, qui provocavit aliquos, qui judicarent. Neque enim omnes judicabant, ſed erat certus numerus eorum conſtitutus, ut cap. 11. Carth. 1. ex quo eſt 15. qu. 7. cap. 3. falſo ex concilio Agathenſi primo, etiam in Antonianis editionibus inſcripto, & cap. 10. Carthagin. 2. ex quo eſt cap. 4. apud Gratianum ejuſdem quæſtionis, & 3. q. 8. cap. ult. falſo inſcriptum ex concil. Carthag. III. quod recte Demochares edidit. Burch. 1. 149. ex concil. Carth. c 12. & Ivo 5. 261. Decreti, & Anſelmus 3. 42. adde cap. 4. concilii Carthag. III. ex quo eſt 15. qu. 7. cap. 5. falſo inſcriptum ex Carthagin. IV. Burch. 2. 205. ex concil. Carthag. cap. 20. & Ivo 6. 280. Decreti, licet in margine ſcriptum ſit, *Ex Carthagin. 1. cap 8.* credo voluiſſe cap. 10. de quo ſupra, referre. Græci ut Burch. Ivo, & Anſelm. Carthagin. cap. 12. 14 & 20. Sic etiam Triburien. concil. cap. 10. & Creſco. cap. 242. quæ de ultramarina appellatione dicebantur. Grat. exceptione addita temperavit 2. qu. 6. cap. 34. niſi forte Romanam ſedem appellaverint. ea exceptio in Africanis conciliis non eſt: improbatam fuiſſe ab Innocentio ſignificare videtur cap. 61. Africani, ſed additur *non facile*, hoc eſt, *non crebro*, ſed ex magna cauſa. Tamen hæc quæ ſub Aurelio Carthaginenſi ſcripta ſunt, improbata eſſe videntur tempore Bonifacii II. Videnda ejus epiſt. ad Eulalium Alexandrinum epiſcopum. Creſconius cap. 282. & non appellentur niſi Africana concilia ex concilio Carthagin. tit. 93. de appellatione ad majus concilium. Extat cap. 12. Antiocheni concilii, ex quo eſt 12. qu. 5. cap. 1. & a Martino Bracar. aliis verbis editum cap. 35. non ex concilio Martini papæ, ut edidit Gratianus cap. 5. ejuſdem quæſtionis, qui perpetuus error Gratiani ab aliis notatus eſt. videndus eſt etiam c. 6. Græcus textus Conſtantinopolitani concilii.

n *Placuit epiſcopos ejectos*, &c.] Hac de re dictum eſt cap. 5. them. 3. verba ipſa ſumpta eſſe videntur ex epiſt. 2. Zephyrini, ex qua eſt 2. qu. 2. cap. ult. Ivo latius lib. 4. tit. 6. cap. 1. & 2. Panor. & ex epiſt. 3. Damaſi, ex qua ſumit quædam Burch. lib 1. cap. 153. & Ivo parte 5. cap. 265. Decreti. Vox *placuit* omittitur: cetera ſunt libri 6. cap. 287. capitul. & lib 7. cap 119. in additis.

o *Nullus metropolitanus*, &c.] Origo hujus decreti ex apoſtolorum cap. 34. Græcis, Latinis 35. ſumitur. Nicæno concilio idem ſtatutum fuiſſe cap. 51. & 61. teſtatur Iulius papa epiſt. 2. cap. 14. & cap. 23. idem dici videtur cap. 9. concilii Antiocheni, ex quo eſt 9. qu. 3 cap. 7. & apud Martinum Bracar. cap. 4. ex quo eſt cap. 1. ejuſdem quæſt. Pontifices quoque veteres eadem conſtituiſſe dicuntur. Hyginius epiſtola 1. ex qua eſt 9. quæſt. 3. capitul. 4. Burchard. 1. 65. Ivo 5. 174. & 14. 72. Decreti, qui ex epiſt. Calliſti papæ. Eſt autem epiſtola 2. ad epiſcopos Galliæ, ex qua eſt 9. quæſt. 3. cap. 7. Burchard. 1. 66. Ivo 4. 4. 2. Panorm. & 5. 100. & 101. Decreti. Ante Calliſtum Anicetus in epiſtola ad Galliæ etiam epiſcopos, ex qua eſt 9. quæſt. 3. cap. 5. & 6. Burchardus 1. 63. Ivo 4. 4. 1. Panorm. & 5. 54. Decreti. Poſt hos verba Calliſti repetit Lucius papa ad epiſcopos Galliæ & Hiſpaniæ, & hujus capitis verba fere eadem conſcribit. Vide infra cap. 43. Extat hoc etiam caput in capitul. lib. 7. cap. 146. in additis pars etiam hæc extat lib 7. cap. 106.

p *Nec reliquorum aliquis epiſcoporum*, &c.] Confirmatur hæc ſententia verbis concilii Carthaginenſis IV. cap. 23. ex quo eſt 15. q. 7. cap. 6. Burch. lib. 1. cap. 114. Ivo parte 5. cap 214. Decreti. Item ſententia eſt non diſſimilis concil. Hiſpalen. II. cap. 6. ex quo ſunt c 1. & cap. ult. 15. qu 7. non recte a Demochare edita, & a Contio itidem connivente. Adde ex Nicolai epiſt. ad Mich. imper. cap. 8. d. 21. in quo *præſtolandum* pro *poſtulandum* mutari poteſt, aut ut varia lectio ſcribi. Vide capitul. d. c. 146.

q *Primo ſemper vita*, &c.] Hac de re dictum eſt cap. 4. Hæc verba eſſe videntur Stephani papæ ep. 2. & Felicis II. epiſt. 1. cap. 13. videndus Clemens lib. 2. cap. 41. conſtit. apoſtolorum.

r *Hi qui non ſunt bonæ converſationis*, &c.] Multorum pontificum eſt iis de rebus decretum. Primus Anacletus laudandus eſt epiſt. 1. qui etiam Clementis teſtimonio utitur cum collegis ſuis, quamvis Clementis verba, ubi ſint, ignoremus. Extat apud Grat. 3. qu. 4. cap. 2. & Ivo. 4. 7. 8. Panor. Secundus Pius epiſt 1. ex qua eſt 6. qu. 1. cap 9. Ivo 4. 5. 7. Panorm. & 5. 243. Decreti, & 3. qu. 4. cap. 3. Tertius Calliſtus, cujus verba hæc eſſe videntur ab Hadriano relata epiſt 2. ad epiſcopos Galliæ, ex qua eſt 2. qu. 7. cap 18. Burch. lib. 1. cap 171. Ivo 4. 7. 5. ex Felicis epiſt. 2. de qua ſupra cap 5. them. 5. idem Ivo parte 5. cap. 289. Decreti. Ex hac epiſt. Calliſti; cujus etiam verba ſunt c 96 concil Carthag IV. repetita, non omnia tamen ea quæ apud Grat. extant. Quartus Pontianus epiſt. 2. cujus eſt 3. qu. 5. cap. 4. mendoſe editum, rectius Anſel. lib 3. cap. 16. refert. Quintus Fabianus epiſt. 1. quam in ſynodo Romana edidiſſe videtur, ex qua eſt 3. qu. 4. cap. 7. multo latius ſcriptum ab Anſelm. Lucen. lib. 3. cap. 7. idem Fabianus epiſt. 2. & latius epiſt. 3. cujus verba hæc ipſa ſunt ab Hadriano relata, paucis exceptis. Eademque verba repetit Sixtus III. in epiſt. ad orientales cap. 2. cujus verba refert Anſel. lib. 3. cap. 73. Ante Sixtum Stephanus epiſt. 2. multa ex iis repetit. Mox Felix II. epiſt. 1. cap. 11. qui teſtatur eſſe hoc ex Nicæno concilio. Poſtremus Pelagius II. epiſt. 3. cujus eſt 3. qu. 5. cap. 6. Anſel. lib. 3. cap. 59. ſed & generalis ſynodus extat Conſtantinopolitana cap. 6. Græce, cujus pars refertur a Nicolao papa III. epiſt. ad Mich. imperat. ex qua eſt 4. qu. 1. cap. ult. Ivo 4. 7. 20. Panorm. & 14. 70. Decreti. Item ſynodus Calched. c. 21. ex quo eſt 2. qu. 7. c. 49. Anſel. lib. 3. cap. 114. ſive 115. Poſtremo videatur Clemens lib. 7. cap. 46. 47. & 53. conſtitut. apoſt.

ſ *Nec vilesperſona*, &c.] Hac de re Anacletus epiſt. 2. unde eſt 2 qu. 7. cap. 15. Ivo 4. 7. 6. Panorm & 5. 238. Decreti. Anſel. 3. 31. Deuſdedit cap. 4. nonnulla refert. Evariſtus quoque epiſt. 2. ex qua eſt 2. qu. 7. cap. 1. Ivo 4. 5 8 Panorm. & plenius parte 5. cap. 240. Decreti, & Anſelm. lib. 3. cap. 12. Calliſtus, Fabianus & Sixtus III. ubi ſupra. Anſel. 3. 73.

t *Ii qui in aliquibus criminibus*, &c.] Hæc Fabiani papæ ſunt epiſt. 3. & Sixti III. in epiſt. ad orientales epiſcopos cap. 2. Anſelm. 3. 73. de eadem re alii permulti conſcripſerunt. Principio Clemens epiſt. 1. qui Petri magiſtri verba refert, ex qua eſt 6. qu. 1. cap. 5. Anſelm. 3. cap. 1. Clementi proximus Anacletus epiſt. 2. ex qua eſt 2. qu. 7. cap. 15. & 6. qu. 1. cap. 1. Tertius Calliſtus epiſt. 1. ex qua eſt 2. qu. 7. c. 18. Quartus Pontianus epiſt. 1 & 2. Quintus Fabianus epiſt. 1. ex qua eſt 6. qu. 1. cap. 4. & epiſt. 2. ex qua eſt caput 3. ejuſdem quæſtionis. Sextus Eutychianus epiſt. 2. in ſynodo Romana, ex qua Ivo parte 6. cap. 332. & 333. Decreti plura ſumpſit, quam Gratianus 2. qu. 8. cap. 3. & 3. quæſt. 4. cap. 11. Add. Ivo 4. 8. 8. Panor. Anſelmus 3. 25. Septimus Euſebius epiſt. 3. cum ſynodo, ex qua eſt 3 q. 5. cap. 9. ſed Burch. lib. 19. cap. 4. ex concilio apud Theodonis villam cap. 3. at Anſel. 3. 19. ex Euſebio. Octavus Iulius ex epiſt. 2. c. 33. ex qua eſt cap. 10. ejuſdem quæſt. Anſelm. 3. 21. eſt autem id ex Nicæno concilio ſumptum, ut Iulius affirmat. Nonus Felix II. in epiſt. ad Athanaſium & Alexandrinam ſynodum cap. 14. ex qua eſt 3. qu. 5. cap. 11. Anſelm. 3. 62. idem Felix cap. 15. ejuſdem epiſt. Poſtremus Pelagius 2. epiſt. 3. cujus verba plenius in conciliorum libris ſunt, quam apud Gratianum 3. quæſt. 5. cap. 6. ſed Anſelm. 3. 59. latius retulit. De eadem re extat cap. 6. concilii Carthaginenſis 2. vide infra cap. 63.

Cap. 16.

u *Nullus epiſcopus alterius parochianum*, &c.] Hæc verba ſunt Nicæni, (hæc eadem verba ſunt cap. 14. Magunt. concilii ſub Arnulfo, & lib. 7. cap. 308. capitul. & in additis cap. 149.) concilii cap. 16. atteſtatur Iulius papa epiſt. 2. cap. 6. ſed deſiderantur hæc verba poſt verbum *judicare*, *ſalva tum in omnibus apoſtolica auctoritate*. Extat quoque de eadem re caput 16. Nicæni concilii Græce & Latine, ex quo eſt diſtinct. 71. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 109. Ivo parte 5. cap. 211. Decreti. nec diſſimile eſt cap. 35. Græcis, Latinis 36. apoſtolorum. Calliſtus papa epiſt. 2. latius, ex qua ſunt tria Gratiani capita 9. qu. 2. Burch. lib 2. cap. 39. & Ivo parte 6. cap. 140. Decreti, ex decretis Hadriani papæ cap. 15. Ivo parte 5. cap. 100. & 101. & parte 14. cap. 72. Decreti, ex Calliſti epiſt. Anſelm. 6. cap. 118. ex epiſt. Sixti omnibus epiſcopis cap. 119. & cap. 120. ex Cæleſtino. Gregorius IX. ſub titulo de parochiis cap. 3. Hadriano papæ adſcripſit, ut Bernard. Papien. 1 collect. decretal. lib. 3. tit. 25. cap. 3. Quod autem Anſelm. Lucenſis attulit ex Sixto, nos invenimus in epiſt. Sixti minoris 2. ad epiſcopos Hiſpaniarum, cujus magna pars totidem verbis repetita eſt nomine Felicis IV. ad omnes epiſcopos. Addamus Siricium papam in epiſt. 4. cap. 6. & ſimilem Innocentii epiſt. 2. cap. 7. qui refert hanc fuiſſe Nicæni concilii ſententiam. Ex hoc cap. ſumpſit Gratianus cap. 2. diſtinct. 71. Ivo 3. 5. 73. Panorm. idem multis conciliis proditum eſt, Antiocheno cap. 13. & 21. ex quibus ſunt 9. qu 2. cap. 6. & 7. Burch. lib. 1. 71. & 108. Ivo parte 5. cap. 176. & 210. ex alia verſione. Sardicenſi cap. 15. Græcis, Latinis 18. & 19. apud Gratianum d. 71. cap. 1. Hujus Sardicenſis canonis mentio fit cap. 5. concil. Carthagin. I. & concilii Triburienſis cap. 28. Aquiſgranenſis cap. 55. Conſtantinop. œcumenico cap. 2. Græcis 2. & 3. Latinis. Ex quibus eſt 9. qu. 2. cap. 8. & 9. Calchedonenſi etiam generali cap. 10. ex quo eſt diſtinct. 71. cap 4. & ex Anſelmi alia editione lib. 7. cap. 97 apud quem non male quod Grat. ait, *Alterius civitatis eccleſiis ordinari*, legimus, *in alterius civitatis eccleſia ſtatutos fieri*. quod etiam eſt in Triburienſi concilio cap. 28 Μὴ ἐξεῖναι εἰς ἄλλης πόλεως τάττεσθαι ἐκκλησίαν. hoc *conſtitui* appellatur 21. qu. 2. cap. 1. quod non ex 7. ſynodo eſt, ſed Conſtantinopolitana 6. cap. 17. apud Græcos, apud quos plura verba ejuſdem canonis extant, & pro conſtitui eſt, ἐν ἑτέρᾳ τάττεσθαι ἐκκλησίᾳ. Hactenus Græci. Hiſpanas ſynodos de eadem re laudamus, Valentini concilii cap. 6. non ſolum alienum clericum

ordinari

ordinari vetat, ſed ut localem futurum ſe promittat, jubet. Sic enim *reſidentem* appellat. Bracaren.1. cap.26. idem de ordinibus ſtatuit. Addamus ex aliis provinciis Ecleuſis cap.6. Arvernenſis cap.10. Cabilon.cap 13. Aquiſgran.cap. 45. quo referuntur verba Nicæni concilii cap.16. Arauſicani 1. cap. 8. & 9. Veneti cap. 10. Aurelianenſis 3. cap. 15. Adde hujus collectionis c.28. & quod hujus capitis eſſe pars videatur. Poſt hæc ſcripra invenimus concilii Calchedonenſis cap.1. actionis ſextæ: ex quo emanavit cap.20.ejuſdem concilii. *Clericos*, inquit, *in eccleſia conſtitutos non licere alterius civitatis eccleſiæ deputari, ſed manere illic, in qua miniſtrare deputati ſunt*: Κληρικοὺς εἰς ἐκκλησίας συντελοῦντας μὴ ἐξεῖναι εἰς ἄλλης πόλεως τάττεσθαι ἐκκλησίαν, ἀλλὰ στέργειν ἐκείνην, ἐν ᾗ λειτουργεῖν ἐξ ἀρχῆς ἠξιώθησαν. Quæ verba ſunt cap. 20. Græci, in quo additur tantum, καθὼς ἤδη ὥρισται, propter dictum tertium caput.

x *Nullum alterius judicis, niſi ſui ſententia teneri*, &c.] Præter Nicæni capitis 26. verba, refert Iulius ex eadem ſynodo cap. 34. ejuſdem epiſt. 2. Item Calliſtus dicta epiſt. 2. Sixtus II. dict. epiſt.2. Ante Calliſtum Zephyrinus epiſt. 1. Poſt Calliſtum Fabianus epiſt.3. ex qua eſt quæſt.6. cap. 3. totidem verbis Sixtus III. capit.3. epiſt. ad orientis epiſcopos; & ante Sixtum Euſebius epiſt. 3. ab apoſtolis & eorum ſucceſſoribus id eſſe conſtitutum ait, cujus verba refert Burch. lib. 1. cap. 165. & Ivo parte 5. cap. 275. Decreti. Eorum pontificum verba neſcio quomodo in conſtitut. Gratiani, & aliorum imperatorum leguntur lib.7. tit. 48. cap. ult. Codic. Iuſtin. quo Zephyrinus eſt multis ſæculis antiquior (fuit enim Severi imperatoris tempore) legibus ſæculi ait fuiſſe * conſtitutum. Eamdem refert totam aperte Greg. lib.11. cap.54. epiſt. 52. regiſtri. Aniani verbis videntur noſtri delectati, aut Anianus noſtrorum pontificum verbis 35. lib.4. tit.14. Cod. Theodoſ. hujus them. verbis utitur. Eadem verba ſunt cap. 14. Magunt. ſub Arnulfo, & lib.7. cap.308. capitul.

* notanda hæc verba.

Cap. 17.

y *Peregrina judicia*, &c.] Hæc etiam verba Nicæni concilii ſunt cap.53. ut refert Iulius dicta epiſt.2. cap.16. ſed extant aliorum pontificum Romanorum de eadem re conſtitutiones, ut Hyginii epiſt.1. Fabiani epiſt.3. & totidem verbis Sixti tertii epiſt. ſingularis cap. 3. ex qua eſt 3. quæſt.6. cap. 12. quamvis Sixti papæ ſolum nomen habeat. Burch. lib. 1. cap. 147. ex Fabiani epiſt. & Ivo parte 5. cap. 260. Decreti, ſed parte 5. cap.248. & 6. cap. 331. ex epiſt. Felicis I. ad epiſcopos Galliæ, quæ ſecunda eſt in ſynodo Romana conſcripta, de qua diximus cap. 5. Anſelm. 3. 73. ex Sixti epiſt. omnibus orientalibus. Hoc idem repetitur decretum ab Euſebio papa, epiſt 3. quaſi ab apoſtolis & ſucceſſoribus conſtitutum, Burch. 1. 165. Ivo. 5. 275. Decreti. Videnda Valentiniani & aliorum conſtitutio 5. ſive 10. tit. 1. lib. 9. Cod. Theodoſiani. Extant eadem verba lib.7. cap.309. capitul. & in additis cap.145.

Cap. 18.

z *Nullus epiſcopus extra ſuam provinciam*, &c.] Hæc ſunt concilii Nicæni verba cap. 54. ut refert Iulius epiſt. 2. cap.17. initio tamen ſunt hæc verba. Salva apoſtolicæ eccleſiæ auctoritate, ſine his Burch. verbis lib. 1. cap. 170. Ivo parte 5. cap. 280. Decreti ex Iulii epiſt. & Anſelm. lib. 3. capit. 88. ex Hadriani decretis. Hac de re multa a nobis ſupra ſcripta ſunt. Hujus capitis verba ſunt in capit. lib.314.

Cap. 19.

a *Placuit ut nullus ſervus*, &c.] Initium hujus capitis multis pontificum decretis probatur. Sed ex Felice minore ad Athanaſium cap. 14. videtur ſumptum, qui ex Nicæno concilio manaſſe teſtatur. Ex Felice Grat. 3. qu.5. cap.11. & Anſelm. lib. 3. cap. 61. Eadem eſt ſententia concilii Carthag. VII. cap. 2. cujus pars refertur a Grat. 4. qu. 1. cap.1. Græcis eſt cap.130. ſive 129. Latinis Africani concilii cap. 96. Ivo 16. parte, cap. 64. Decreti. Plenius Rabanus cap.1. pœnitentium. Cetera quæ Grat. refert, ſunt ex cap.1. ejuſdem Carthag. concilii 7. ſive Africani 95. Latinis, Græcis cap.179. ſive 178. Ivo. 4. 7. 19. Panorm. & 14. 69. Decreti. De libertis tantum prohibendis, Toletani IV. c. 67. & 75. ſtatutum eſt. De infamibus Clemens papa epiſt.1. ex qua eſt 6. qu.1. cap.5. Anſelm.3. cap.1. Item Pontianus papa epiſt.1. de ſervis, ſive non ingenuis. Fabian. epiſt. 2. ex apoſtolorum ſive ſucceſſorum conſtitutionibus, & epiſt. 3. & totidem verbis Sixtus III. epiſt. ſing. cap. 2. *De ſervis, libertis, & infamibus*. Stephanus papa epiſt.2. ex qua eſt 3. qu.5. cap.8. Anſelm. lib. 3. cap.18. idemque epiſt.1. latius de infamibus, & ceteris breviter, ex qua ſumpſit Grat. 6. qu. 1. cap.17. Burch. lib.1. cap.173. Ivo 4.7.14. Panorm. & 5.291. Decreti. Anſelm. 3. 5. De infamibus Felix cum 70. epiſcopis epiſt. 2. & Eutychianus in ſynodo epiſt. 2. ex qua eſt 3. qu.4. cap 11. Ivo 4. 88. Panorm. Anſelm.3. 25. Addo Euſebium epiſt.1. & epiſt. 5. ex qua ſumptum eſt 3. qu 5. cap. 9. Anſelm. lib. 3. cap. 19. Silveſtrum in ſynodo Romana, ex qua eſt 2. qu. 4. cap. 2. Ivo 4. 8. 7. Panorm. & 6. 334. Decreti. Iulius quoque papa idem de infamibus & aliis in Nicæna ſynodo ſtatutum eſſe ait epiſt. 2. cap.33. ex quo eſt 3. qu.5. cap.10. Anſel.3. cap. 21. De eiſdem Damaſus epiſt. 3. ex qua ſumpſit Grat.2. qu.7. cap 39. & 51. plenius Burch. 1. 172. Ivo 4. 8. 4. Panorm. & 5. 290. Decreti. Pelagius II. epiſt 3. ex qua eſt 3.q.5. cap.6. plenius Anſelm. lib.3. cap.59. vide in capitul. lib.7. cap.437.

b *Omnes vero infames*, &c] Hadrianus papa apud Grat. 6.q.1.cap.1. Anſel.3 88 ex decretis Hadriani papæ. Multa hac de re Calliſtus epiſt 1 Fabianus epiſt. 1. & 2. ex quibus ſunt 6. quæſt.1. cap. 2. & 3. Euſebius epiſt. 1. & 2. & alii ſupra relati.

c *Et omnes qui culpis exigentibus*, &c.] Hoc Fabianus ait epiſt.2. unde Grat.2.q.7. cap.38. plenius multo Anſel. lib.3. cap. 15. item Damaſus epiſt 3. ex qua ſunt 2. q.7. cap.39. & 51. de quibus ſupra.

d *Quoniam ſicut majores*, &c.] Hac de re dictum eſt ſupra cap. 11.

Cap. 20.

e *Placuit ut nullus epiſcopus*, &c.] Hac etiam de re multa ſcripta ſunt cap. 5. them.7. videndus Marcellus epiſt. 2. ex qua eſt 3. qu. 9. cap.5. & Damaſus epiſt.3. ex qua ſunt 3. qu. 9. cap.6. & 7. cujus verba ſunt ex conciliis mutanda; mendoſum enim eſt etiam in Antonianis editionibus, *nec extra patriam fiat provincia*, &c.] Sed ſcribendum eſt, *nec extra propriam fiat provinciam*. Ivo recte parte 6. cap. 347. Decreti. idem Damaſus epiſt. 6. ex qua eſt cap. 8. Gratianus c.qu. Ivo 6. 348. Decreti. Verba ipſa Hadriani adhuc alibi non inveni, præter Anſel. 3. 88. ſed & Iulius epiſt. 2. cap.31. hoc ipſum recitavit, fortaſſe ex Nicæna ſynodo.

Cap. 21.

f *Si epiſcopus accuſatus appellaverit*, & .] Fabiani ſunt hæc epiſt. 3. Sixti III. epiſt. unic. cap. 5. idem videtur Nicæna ſynodus decreviſſe, cap.51. ut refert Iulius papa epiſt. 2. cap.10. eſt in capit lib.7. cap.153. in additis, & in prioribus lib.7. cap.315.

Cap. 22.

g *Si quis epiſcopus, preſbyter*, &c.] Hæc Caii papæ ſunt epiſt.1. ex qua eſt pars quædam 2. quæſt.7. cap.75 plene refertur ab Anſel. Lucenſ. lib.3. cap. 45. Imperfecte ab Ivone Carnot. lib. 4. tit. 7. cap. 11. Panorm. ſunt eadem verba a Sixto III. repetita cap. 3. d. epiſt. apud Grat. ex ſynodo Romana 2. quæſt.7. cap.50. Mendoſe autem editum id eſt, licet recte Demochares addidit Sixti III. mentionem, ſed non recte omiſſum eſt verbum *preſbyter*, poſt verbum *epiſcopus*. Contius Democharem eſt ſecutus, ut ſolet. Hæc poſtea verba invenimus in conſt. t. 41. Honorii & Theodoſii lib.16. tit.2. Cod. Theodoſ quomodo hæc in pontificias conſtitutiones inſerta ſint, " ignoramus. Sunt etiam hæc verba in capitul. lib.7. cap.438.

" & hæc notanda.

h *Si quis vero hujuſmodi*, &c.] Adde præter ſupra ſcripta, Stephani papæ epiſt 1. ex qua eſt 6. q.1. cap 17. de quo dictum eſt cap.19. vide concilii Eliberitani cap.75 Arelat.1. cap.14. Arelat.2. cap.24. in quo refertur *magna ſynodi* decretum, hoc eſt, Nicæni concil. ex quo eſt 3. qu. 10. cap. 2. vide Bracar. 2. cap.8. ex quo eſt 2. qu.4. c. 1. Burch. 2. 202. Ivo 4. 8. 13. Panorm. & 6. 276. Decreti. de pœna talionis dictum eſt ſupra cap.7. vide cap 38.

Cap. 23.

i *Nullus archiepiſcoporum, niſi qui primas*, &c.] Hæc ſententia eſt concilii Nicæni cap 47. ut refert Iulius papa epiſt. 2. cap.12. ſed & primates fuiſſe in eodem concilio diſtinctos & enumeratos teſtatur Athanaſius & Alexandrina ſynodus in epiſt. ad Felicem II. idemque Felix ad eoſdem cap.12 Refert etiam Burch. lib.1. cap.163. & Ivo parte 5. cap. 273. Decreti. Extant hodie cap.6. & 7. concil. Nicæni, quibus patriarchis videtur honos habitus, *Romano, Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſolymitano*. Ex iis apud Grat. diſt.65. cap.6. & 7. Anſelm. lib. 4. cap.4. videtur cap.6. interpretatio in Calched. ſynodi actione 16. ſed antiquior mentio extat in Clementis & Anacleti epiſtolis, quibus mira quædam referuntur mihi " valde ignota, fuiſſe aliquando apud ethnicos *archiflamines*, ſive primos flamines, & primos quoſdam legis doctores. Sic enim eſt in epiſt. 1. Clementis ad Iacobum fratrem domini, & in eiſdem urbibus, a Petro apoſtolo accepiſſe, ut *primates* vel *patriarchæ* conſtituerentur epiſcoporum. At in quibus alii minores archiflamines eſſent, illic archiepiſcopos conſtitui: in ſingulis aliis urbibus ſingulos epiſcopos. Hæc Grat. diſt. 80. cap. 2. Burchard. libro 1. cap. 155. & Anſelm. libro 6. cap. 105. nec minor naſcitur admiratio ex verbis Anacleti epiſt. 2. *Provinciæ multo ante Chriſti adventum tempore diviſæ maxima ex parte*, &c. in cap. ſunt provinciarum, ubi dudum *primates* legis ſæculi erant, &c qui ad aulam imperatoris vel regum confugere non poterant, &c. Patriarchas vel primates eſſe juſſerunt. Reliquæ metropolitanæ civitates, quæ minores judices habebant, licet majores comitibus ſive comitatibus eſſent, haberent metropolitanos ſuos, &c. Patriarchas vel primates eſſe juſſerunt. Hæc etiam refert Grat. diſt.99. cap.1. Anſelm. lib.6 cap.106. Ivo 4.3.1. Panorm. & 5. 53. Decreti. Idem Anacletus epiſt. 3. tomum ſe ait hac de re conſcripſiſſe, in quo enumerat primas civitates quæ a ſanctis apoſtolis & a beato Clemente, ſive ab ipſo primates prædicatores acceperant. Mox in communi nomine gentium & Chriſtianorum in his rebus refert. Mox de tribus primis ſedibus, ſive eccleſiis, Romana,

" nota.

Alexandrina,

Alexandrina, & Antiochena notiora conſcripſit. " In his omnibus, quæ aut ſubdititia ſunt, aut ita obſcura, ut nullam utilitatem afferant, in ea ſententia ſum, ut cupiam ex Gratiani Decreto tolli, ut alia pleraque, quæ magis lectores perturbant quam docent. Multorum enim capitum lectione in eo lib. non relevamur, ſed oneramur, quibus facile carere potuimus. Sed nos cetera perſequamur. Ex hac tertia Anacleti epiſt. Grat. tum alia, tum cap. 2. ſumpſit diſt. 22. Latius, qua de re agimus, Burch. lib. 1. cap. 159. & 178. & Ivo parte 5. cap. 269. Decreti. Tertius hac de re conſtituit Anicetus in epiſt. ad eccleſias Galliæ, ex qua eſt 99. diſt. cap. 2. Ivo 4. 4. 1. Panor. & 5. 54. Decreti. Quartus Stephanus epiſt. 2. hic *Lucinus* neſcio qnomodo appellatur a Grat. diſt. 80. cap. 1. Demochares recte errorem notavit. Anſelm. lib. 6. cap. 109. *Lucium* appellat. Vide etiam in capitul. lib. 7. cap. 439.

k *Aut princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos*, &c.] Hæc ſunt ex concil. Carthag. III. cap. 26. Africani cap. 6. Latinis, Græcis cap. 39. ex quo eſt apud Grat. diſt. 99. cap. 3. Burch. lib 1. cap. 3. Ivo parte 5. cap. 57. Decreti. Creſconius cap. 253. refert ex Carthag. tit. 6.

l *Iudicantem oportet cuncta rimari*, &c.] Hæc verba ſunt Eleutherii in epiſt. ad eccleſias Galliæ: ex qua eſt 30. qu. 5. cap. ult. Burch. lib. 16. cap. 30. Ivo 4. 9. 3. & 4. 11. 12. & 13. Panorm. idem plenius parte 6. cap. 316. & 317. Decreti. Totidem verbis Iulius epiſt. 2. cap. 31. Vide pulcram admonitionem Clementis lib. 2. cap. 41. conſtit. apoſt. & Evariſtum epiſt. 2. ex qua eſt. 2. qu. 1. cap. 20. Burch. lib 11. cap. 9. Ivo 4. Panor. Poſtea inveni hæc eſſe " Conſtantini verba in conſtit. 1. lib. 2. tit. 18. Cod. Theodoſ. ex qua eſt cap. 9. lib. 3. titul. 1. Cod. Iuſtin. eadem extant in capitul. lib. 5. cap. 246.

m *Sunt nonnulli, qui indiſcuſſos*, &c.] Extant hæc lib. 7. cap. 330. capitul. & in concil. Hiſpalenſi II. cap. 6. ex quo eſt 15 qu. 7. cap. 1. & ult.

n *Quandocumque aliquis epiſcoporum criminatur*, &c.] Hac de re ſæpius dictum eſt atque dicitur, licet non eiſdem verbis, vide c. 74. apoſtolorum, Conſtantin. 6. Antiochenum 15. ex quo eſt 6. qu. 4. cap. 5. Martinum Bracaren cap. 13. Eleutherium in epiſt. ad eccleſias Galliæ. Fabianum epiſt. 3. ex qua eſt 3. q. 6. cap. 1. 2. 3. & ult. & totidem verbis. Sixtum III. epiſt. unic. cap. 3. ex quo Anſel. lib. 3. cap. 73. Stephanum epiſt. 2. Marcellum epiſt. 1. Felicem II. epiſt. 1. Innocentium epiſt. 2. cap. 3. ex quo eſt 11. qu. 1. cap. 27. de quo alibi diximus cap. 9. Hæc verba extant in capitul. d. cap. 330.

o *Si clericus vel laicus habuerit cauſam*, &c.] Vide c. 9. concil. Calched. ex quo eſt 11. qu. 1. cap. 47. Ivo parte 6. cap. 360. Decreti latius quam cap. 228. & Burch. lib. 2. cap. 183. & Greg. IX. tit. de foro competenti cap. 1. vide Damaſum epiſt. 3. Innocentium epiſt. 2. cap. 3. ex quo ſunt 11. q. 1. cap 27. a Demochare non repertum; & 3. qu. 6. cap. 14. Anſel. lib. 2. cap. 531. Iſidorus in prologo conciliorum. eadem extant in capitul. lib. 7. cap. 321.

p *Quod ſi adverſus ejuſdem provinciæ metrop.* &c.] Hac de re dictum eſt cap. 6. addo Clementem epiſt. 1. ex qua eſt diſt. 80. cap 2. Burch. 1. 155. Anſelm. 6 105. & Anicetum in epiſt. ad Galliæ eccleſias, ex qua ſunt 99 cap. 2. & 9. qu. 3. cap. 5. & 6. Burch. plenius lib. 1. cap. 63. & Ivo 4. 4. 1. Panor. & 5. 54. Decreti. Verbis eiſdem utitur cap. lib. 7. 321.

q *Si quis epiſcopus ſuper certis*, &c.] Hoc ſæpius reperitur. Vide ſupra cap. 25. Hæc verba extant in capitul. lib. 7. cap. 104.

r *Si quis epiſcopus judicaverit*, &c.] Hæc eadem verba nondum inveni. Sed vide caput 16. cui hoc caput jungi debuit. Poſtea reperi eadem verba cap. 15. concil. Maguntini II. ſub Arnulfo imperatore.

ſ *Placuit eorum accuſandi*, &c.] Ab iis verbis in quodam Anſel. lib. & in alio diverſorum pontificum Veronenſi Hadriani decreta ſunt. Sed falſum eſt. Hadriano adſcribit Grat. hoc c. 2. q. 7. c. 53. in quo malo *intercidi* ſcribere, quam *interdici*. Demochares notat Stephanum papam epiſt. 2. id decreviſſe, ſed certe non eadem verba ſunt, licet pars eorum in epiſt. ſit. *Mortuos* autem magis *crimineſos* quam *monachos*, ut Grat. putat, intelligo *Intercidi* quoque habet Anſelm. lib. 3. cap. 88. Veronen. liber. Apud Euſebium epiſt. 3. *vocem funeſtam criminoſorum intercidi* ſcriptum eſt. ex ea eſt 3. quæſt. 5. cap. 9. Burch. 3. 19. cur autem *mortui* dicantur *criminoſi*, explicat Miltiades papa in epiſt. ad Hiſpaniæ epiſcopos. At Pelagius II. utroſque *mortuos* appellat, & criminum reos, & monachos epiſt. 3. ex qua ſunt 3. qu. 5. cap. 2. & 2 qu. 7. cap. 54. Anſelm. plenius lib. 3. cap. 59. *De ſervis & familiaribus* in Arcadii & Honorii 20. conſtitut. lib. 6. tit. 1. Codicis Iuſtiniani; *vocem functam amputari potius, quam audiri oportere.* cujus etiam verba refert Grat. 3. qu. 11. cap. ult. Sed pro *amputari, intercidi* ſcribit. *Intercidi funeſtam vocem* ſcriptum etiam eſt in epiſt 1. Silverii papæ. Apud Ivonem parte 16. cap. 132. Decreti ex capitularibus cap. 440. *vocem funeſtam potius intercidi quam audiri oportet.* eadem verba ſunt lib. 9. tit. 6. conſtit. 3. Codicis Theodoſ. in Aniani libro. Eſt conſtitutio 2. tit. 3. & Anian. interpretatur *extingui*. Sed ut beatus Gregor. lib. 11. epiſt. 52. regiſtri refert eamdem conſtitutionem, & verbo *interdici* utitur. Sed ego mendoſos arbitror eorum libros, qui ita ſcribunt. In capitul. lib. 7. cap. 322. eſt intercidi, & cap. 440.

Cap. 30. t *Placuit ut accuſatus*, &c.] Hac de re ſcriptum fuerat c. 8. extat in capitul. lib. 7. cap. 313. & in additis cap. 137.

Cap. 31. u *Non eſt credendum contra alios*, &c.] Hæc verba refert Grat. ex decreto Hadriani 3. qu. 11. cap. 3. eadem ſententia fuit concilii Nicæni cap. 55. ut refert B. Iulius papa epiſt. 2. cap. 18. ex quo eſt 15. qu. 3. cap. ult. ubi Grat. miſcuit exceptionem, præterquam de crimine læſæ majeſtatis. Eam non habet Ivo 4. 7. 17. Panorm. nec parte 5. cap. 288. Decreti, ubi Dionyſii verba referuntur Severo coepiſcopo, hoc eſt epiſt. 2. pro *coepiſcopo* fortaſſe *Cordubæ epiſcopo* ſcribendum eſt, ut ex ea apparet: ſed hujus capitis verba latius poſuit Stephanus papa epiſt. 2. ex qua eſt 3. qu. 11. cap. 1. Burch. 1. 164. Ivo 4. 7. 15. Panorm. & 5. 274. Decreti. Anſel. 3. 71. Videntur autem eſſe verba mutuata, " *ſi tempora paterentur*, ex conſt. 19. Valentiniani, & aliorum imper. lib. 9. tit. 1. Cod. Iuſtin quem refert. Grat. eadem qu. cap. 2. nomina imperatorum recte Contius, male Demochares edidit. Aniani autem eadem verba ſunt lib. 9. tit. 1. conſt. 7. Cod. Theodoſ. 4. a quo integro lib. eſt conſtit. 12. Videatur etiam Euſebii epiſt. 1. mendoſe relata a Grat. 5. q. 5. cap. 4. nam pro *rigoroſus tortor*, *religioſus* eſt: & pro *corpora ſoluuntur, corpora ſubiiciuntur.* Anſel. 3. 26. plenius eam epiſt. refert, & *religioſus terror, ac corpora ſoluuntur* habet, ſed mihi ut conciliorum ſcriptura placet, ita in verbis Euſebii neſcio quid mendi latere videtur. Vide infra cap. 64. Hujus cap. verba extant in c. lib. 7. cap. 324.

" Et certe patiuntur.

Cap. 32. x *Si quis judicem adverſum*, &c.] Prior hujus capitis pars conſtat Fabiani verbis epiſt. 3. ex qua eſt 2. qu. 6. cap. 21. Burch. 1. 148. Anſelm. 2. 10. paucis immutatis Ivo 4. 12. 1. Panor. & part. 5. cap. 261. Decreti, totidem verbis, quot Fabianus, Sixtus III. ut ſolet epiſt. ſing. cap. 3. Anſel. 3. 73. Antiquior Sixto Felix cum LXX. epiſcopis epiſt. 2. ut diximus, cap. 5. them. ult.

Cap. 33. y *Clericus ſive laicus*, &c.] Hæc ut Hadriani verba refert Grat. 11. cap. 49. Anſelm. 3. 88. & liber Veronen. Non diſſimilia ſunt verbis concilii Nicæni, quæ refert Iulius epiſt 2. cap. 25 & quæ cap. 8. ſcripſimus. Adde Fabian. epiſt. 3. ex qua eſt 3. qu. 6. cap. 2. Sixtum III. totidem verbis cap. 3. epiſt. ſing. Anſel 3. 73. Videndus etiam Damaſ. epiſt. 3. ex qua eſt 3. q. 9. cap. 7. de quo antea diximus. Hoc eſt caput 4. Hadriani in lib. Populeti. extat hoc etiam c. in capitul. lib. 7. cap. 332.

Cap. 34. z *Appellantem non debet*, &c.] De carcere Damaſus epiſt. 3. ſed Fabian. epiſt. 3. & Sixtus III. epiſt. unic. cap. 3. cetera ſcribunt. Ex Fabiani epiſt. Grat. 2. qu. 6. cap. 1. & 7. & 20. & 21. ſed *carceris* verbum Damaſi eſt & Hadriani, non ceterorum. Id non habet Burch. 1. 148. neque Ivo 4. 12. 1. Panor. & 5. 261. Decreti. Neque Anſel. 2. 10. qui omnes ex Fabiani epiſt. idem ex Sixto lib. 3. cap. 73. & cap. 88 ex decretis Hadriani, in quo ſolo *carceris* mentio fit. Quod in fine dicitur *de appellatione ejus, qui ad ſupplicium ducitur*, non videtur pontificii juris eſſe, ſed ex jure " civili arreptum, & in ſupraſcriptis epiſt. inſertum. Poſtea incidi in Aniani interpretationem conſtitutionum Cod. Theodoſ. & in eis hæc fere omnia inveni lib. 11. tit. 8. conſtit. 1. 2. & 3. Conſtantini imperatoris, ſive 30. titul. conſtit. 2. & 15. Conſtantini, & 20. Conſtantii in integro libro, videnda conſtit. 12. ſub titul. de appel. lib. 7. Cod. Iuſtin. Hujus capitis verba leguntur in capit. lib. 7. cap. 333. & in aliis verbis eadem ſententia lib. 2. cap. 251. & in additis cap. 106.

" Nota.

Cap. 35. a *In criminalibus*, &c.] Grat. Hadriano papæ adſcribit 5. qu. 3. cap. 2. Ivo Hadriani cap. 1. lib 4. tit. 7. cap. 4. Panor. Anſelm. 3. 88. ex decretis Hadriani ut dictum eſt ſupra hac de re in calce capitis 5. Hoc eſt cap. 1. Hadriani in libro Populeti.

Cap. 36. b *Conſtitutiones contra canones*, &c.] Hæc verba Grat. Felicis papæ eſſe ait, diſt. 10. cap. 4. at Burch. concil. Triburien. cap. 10. & Ivo parte 5. cap. 38. Decreti ex epiſt Hadriani papæ tradita Ingilramno Mediomatricis urbis epiſcopo cap. 38. ſed parte 16. cap. 10. ut Burch. licet in marg. ſit ex capitulis Hadriani papæ. Deuſdedit parte 1. *Hadrianus Agilramo*: Et alibi *ad Gilrammum epiſcopum*, & parte 3. *Hadrianus Agilrammo epiſcopo.* In verbis idem etiam differt a ceteris. Sic enim utrobique eſt: *Conſtitutiones contra ſancta decreta Romanorum præſulum nullius ſint momenti.* Anſelm. 3. 88 ex decretis Hadriani, & lib. Veronen. videnda epiſt. 1 Calliſti, ex qua eſt 11. q. 3. c. 89. apud Grat. & Anſ 3. 88. ambo verba omittunt a nobis referenda, Nulli imperatori, vel cuiquam pietatem cuſtodienti, licet aliquid contra mandata divina præſumere. Addit Marcellinus ep. 2. *nec quiqua quod evãgelicis, propheticiſque & apoſtolicis regulis*

deviet, agere. Injuſtum enim judicium, &c.] ut Calliſtus. His omnibus verbis utitur Symmachus in ſynodo Romana ſexta: ex qua eſt diſt. 10. cap. 2. Plenius Burch lib. 15. cap.8. ex decretis Hadriani papæ cap. 16. ſed ſcribo cap. 36. Ivo 2.12. 4. Panorm. ex 8. ſynodo Symmachi & parte 4. cap.231. Decreti ex ſexta ſynodo Symmachi, ſed parte 16. cap. 9. ex concil. Hadriani papæ cap. 16. vel, ut ſuſpicor, cap.36. Deuſdedit d. parte 1. Sancti Dei martyres & Romani pontifices Calliſtus & Marcellinus, nec non Symmachus & Hadrianus vno ore ſanxerunt idem dicta parte tertia. Verba horum pontificum in calce hujus collectionis, licet non omnia, referuntur. Vide cap.70. Adde conſtitut. Valentiniani & Marciani 12. ſub titul. de ſacroſ. eccleſ. lib.1. Cod. Iuſtin. & epiſtolam Damaſi ad Aurelium Carthagin. poſitam initio conciliorum, quæ pleriſque ſuſpecta eſt, ut aliæ nonnullæ" antiquiorum Damaſo pontificum. In lib. Populeti, hoc eſt cap. 2. Hadriani his verbis: *Conſtitutiones contra decreta ſacroſancta Romanorum præſulum nullius ſint momenti.* Et alibi poſt verba cap. 70. *Nec quidquam quod contra euangelicam, & propheticam, aut apoſtolicam doctrinam, conſtitutionemque eorum ſive ſanctorum patrum actum fuerit, omnimode quaſſabitur* (vel *caſſabitur.*) Hujus capitis verba extant in capit. lib.7. cap.346. Hadriani Angilramno epiſcopo: *Conſtitutiones contra ſancta decreta Rom. præſulum nullius ſint momenti*

" Notanda hæc Ant. Aug. verba

Cap. 37.

c *In clericorum*, &c.] Hæc verba Hadriani papæ eſſe, refert Grat.11. qu.1 cap.50. Deuſdedit part. 3 Hadriani in regiſtro. Anſel 3.88. ex decretis Hadriani, & liber Veronen. duobus locis. Hæc etiam videntur eſſe ſumpta ex Nicæno concilio, ut teſtatur Iulius epiſt. 2. cap. 6. & 34. ut dictum eſt cap.16. Verba autem Zephyrini videntur prius fuiſſe epiſt.1. & Euſebii epiſt.3. mox Iulii dicto cap.34. Extant in capitul.lib.7. cap.347.

Cap. 38.

d *Omnis qui falſa*, &c.] Hæc etiam ut Hadriani verba refert Grat. 5. qu. 6. cap.1. Anſelm. 3. 88. & liber Veronen. vide cap 22. them.1. Adde Fabian. epiſt. 2. ex qua eſt 3 q.1. cap.6. & 11. qu.1. cap.32. Anſel.7. cap. 159. Deuſdedit cap. 4. videndum autem quid illud ſit, *curiæ tradatur, cui omnibus diebus vitæ ſuæ ſerviat.* Quid enim Fabiani tempore (qui Maximini & Gordiani tempore vixit) *curia* ad pontifices" pertinet? Auget ſuſpicionem alterius eſſe verba, quod Auguſtini verba in ea referuntur ex Enchiridio cap 79. ſed potuit Auguſt. verbis Fabiani uti, tacito ejus nomine. *curiæ* mentio fit in epiſt. 2. Stephani; ex qua eſt 3. quæſt. 4. cap. 8. Deuſdedit cap 4. (Adde ſcripta cap. 58.) & in epiſt. 2. Pii papæ, ex qua eſt 11. quæſt. 1. cap. 19. Anſelm. 8. 17. Hoc eſt caput 3. Hadriani in lib. Populeti. verba hujus cap. invenies in capitul. lib. 6. cap. 271. & libro 7. capit. 348. & 197.

" Nota.

Cap. 39.

e *Vt provincialis ſynodus retractetur*, &c.] Hoc caput Nicæni concilii fuiſſe dicitur cap. 58. ut refert Iulius in ea, quam ſæpe commemoramus, epiſt. ad orientis epiſcopos cap. 21. ſic etiam cap. 19. ejuſdem concilii apud eumdem Iulium cap.2. cujus verba ut Sixti papæ refert Grat.3. qu.6. cap.5. ſunt autem ex epiſt.1. Sixti II. Burch. lib.1. cap.144. ex decretis Iulii cap.18. Idem cap. 176. ex decretis Victoris papæ cap.1. cujus extant eadem verba epiſt.1. Ivo 4.12.2.2. Panor. ex dictis Sixti papæ idem part. 5. cap. 257. Decreti, ut Burch. 144. eadem ſententia colligitur ex verbis Marcelli papæ epiſt.1. ex qua eſt breve cap.6. Grat.2.qu.6. Præclarum Anſelm. Lucen. 2. cap. 7. Nec diſſimile eſt, quod affert Ennodius pro Symmacho papa in ſynodo Romana, non longe ab iis verbis quæ affert Grat. diſt.17. cap.6. cui capiti Symmachi nomen inſcripſit. Antiquius eſt Sardicenſe concilium, ex quo ſunt Græcis canones 3. 4. 5. & 6. ex quibus ſumpſit Grat.6 qu 4. cap. ult. & 2. q.6. cap.3. quo loco Demochares adſcribit falſum numerum cap. 7. Hos canones Sardicen. concil. Zoſimus papa Nicæni concilii fuiſſe teſtatur in epiſt. ad Fauſtinum & alios legatos in concil. Carthag. in quo interfuit B. Aurel. Auguſtinus. eadem verba refert Aurelius, & alii Afri in epiſt. ad Bonifacium papam. Extat utraque epiſt. Græce & Latine. negabant Afri in ſuis libris inveniri canon. eos Nicænos; ſed neque in Attici Conſtantin. neque in Cyrilli Alexandrini lib. extare: quod quamvis verum eſſet, nihilominus tamen fuiſſe: olim potuerunt ab hæreticis deleri, ut Iulius & Felix II. & Athanaſ. cum Alexandrinis teſtati ſunt. Hujus cap. etiam verba extant in capit.lib.7. cap.349. & in additis cap.138.

Canones Nicæni concilii.

Cap. 40.

f *De iis qui in accuſationem*, &c.] Hac de re diximus cap.15. in fine: ea de re verba ſunt in additis capitul.lib. 7. cap. 139.

Cap. 41.

g *Si quando in cauſa capitali*, &c.] Grat. Hadrianum papam his verbis inſcripſit 2. qu.6. cap.39. ſcribendum autem eſt *per procuratores*, non *exploratores*, ut in Antonianis edit. eſt Sic enim habet *exploratores* Anſel.lib.3. cap.88. ex decretis Hadriani. Verba ipſa non" videntur juris pontificii eſſe. Dictum eſt etiam ſupra de accuſatoribus præſentibus non ſemel. Addantur quædam ex concil. Calchedon. actione 1. Poſtea inveni Anianum hæc ſcripſiſſe, cum interpretationem addit ad Pau. lib. 5. ſenten. tit. 37. ſive 39. de reddendis cauſis appellationum: eadem extant in capitul. lib.7. cap.357. & in additis cap.140.

" Nota.

Cap. 42.

h *Placuit, ut a quibuſcumque*, &c.] Hæc ſunt Nicæni concil. verba cap. 60. ut teſtatur Iulius cap. 22. d. epiſt. ad orientales: refert Grat.2.q.6 cap. 9. eadem fere verba ſunt concilii Carthagin. III. cap. 10. Græcis capite 15. concil. Carthag. refert Ivo 4. 12. 9. Panorm. 6. 363. Decreti. Anſelm. ut ſolet 3.88. ex decretis Hadriani. Non diſſimilis ſententia extat apud Cornelium papam epiſt. 2. non longe a verbis relatis a Grat.3. qu 9. cap.4. Anſelm.3.57. ſed Lucii papæ eadem hæc verba ſunt epiſt. ſing. ad Galliæ & Hiſpaniæ epiſcopos. Videndus Nicolaus papa epiſt. ad Michaelem imp. ex qua plura capita ſunt apud Grat. diſt. 21. cap. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. ſed verba ad hanc rem apta ſunt cap. 8. licet non plene relata. Verba hujus capitis paucis exceptis refert capit. lib. 5. cap. 250. & lib. 7. cap. 121. & in additis cap. 14.

Cap. 43.

i *Si quis metropolitanus epiſcopus*, &c.] Hæc etiam ſunt Nicæni concilii cap. 6. ut teſtatur Iulius ubi ſupra cap. 23. Antiquum hac de re extat caput 34. Græcis, 35. Latinis apoſtolorum, quod renovari videtur cap. 9. concilii Antiocheni. ex quo eſt 9.qu.3. cap.2 cujus etiam verba Martinus Bracaren. poſuit cap. 4. & apud Grat. e. qu. 3. cap.1. ex concilio Martini papæ. Adde Hyginii papæ epiſt. 1. ex qua eſt cap.4. e. q. Burchard. lib. 1. cap. 65. Ivo 5.174. Decreti, ex Calliſto epiſcopis Galliæ. Anicetus quidem epiſcopis Galliæ de eadem re apertius ſcribit. Ejus verba refert Gratianus e. quæſt. cap.5. & 6. Burch. lib. 1. cap. 63. Ivo 4. 4. 1. Panorm. & 5. 54. Decreti. Latius Calliſtus epiſt. 2. ex qua eſt 9. qu 3. cap. 7. plenius Burch. lib. 1. cap. 66. Ivo 4. 4.2. Panorm. & parte 5. cap.100. & 101. Decreti. Totidem verbis pleraque Lucius papa ad epiſcopos Hiſpaniæ & Galliæ. Vide ſupra cap. 14. nos enim eadem utrobique dicimus, ut ipſi pontifices ſæpius. Hujus capitis verba extant lib.7. c.358. & in additis cap.142.

Cap. 44.

k *Quod in laicis*, &c.] Hæc verba ſunt concilii Carth. I. cap.13. & lib. 7. cap. 16. & 359. capitul. Hadrianus papa Ingelramno epiſcopo.

l *Vt laici contemptores canonum*, &c.] Hæc verba ſunt tit. cap.14. concil. Carthag. I. His verbis conſtat cap.5. Hadriani in libro Populeti. Non male hoc eſſe poteſt cap.45. Hadriani.

Cap. 45.

m *Delatori aut lingua capuletur*, &c.] Gratianus 5. qu. 6. cap.5. ex decreto Hadriani. Sic etiam Anſelm. lib.3. cap. 88. ſed non erat Hadriani hoc decernere, ſed referre" quod in codice Theodoſiano ſcriptum fuerat, vel potius in epitome conſtitutionum Conſtantini imperatoris lib.10. tit.1. conſtit. 1. quæ in libro integro eſt conſtit. 2. tit. 10. Hoc eſt cap. 6. Hadriani in libro Populeti, & in capitul. lib. 7. cap.360. extat.

" Nota.

Cap. 46.

n *Qui in alterius famam*, &c.] Hadriani papæ nomen Gratianus adſcripſit 5.qu.1. cap.1. & Anſelm.3.88. mihi hoc etiam non eſſe ex pontificio jure videtur (vide infra cap. 59.) Poſtea inveni apud Ivonem parte 16. cap. 235. Decreti mixtam hanc ſententiam cum aliis ex capitularibus ſumptis in eo libro, quo ſcribuntur conſtitutiones ſive leges regum Francorum, ut Pipini, Caroli, Ludovici, & aliorum: poſtea in titulos & libros diſtinctæ ſunt, ut in collectione legum Longobardorum. namque in capitularibus ordo tantum temporum ſervabatur, in poſterioribus materia diſtinguebatur. Hoc eſt cap.7. Hadriani in lib. Populeti: ſed apud Ivonem parte 4. cap.49. eſt cap. 49. Hadriani ad Ingelram. extat in capitularibus Benedicti Levitæ, & Anſegiſi libro 7.

Cap. 47.

o *Si quis iratus crimen*, &c] Hæc ſunt Fabiani verba epiſt.3. ex qua eſt 2. qu 3. cap 5. & de pœnit. diſt. 1. cap.22. ex canonibus Ivo 4.7. 21. Panor. & 6.324. Decreti, Anſel. 3. 79. Totidem verbis Sixtus III. ut ſolet, cap.3. ſing. epiſt. Eadem verba invenio, ut interpretationem conſtit.3. imp. Conſtantini lib. 9. titul. 1. Cod. Theodoſ. in editione ſive collectione" Aniani, cujus hæc verba ſunt: ſub Alarico rege Gothorum prius fuerat conſtitutio 5. fuit autem Fabianus Conſtantino multo antiquior, utpote qui ſub Maximino & Gordiano Africano vixit. Sixtus III. tempore Valentiniani imperatoris. extant hæc eadem verba in capitul. lib. 7. cap.364.

" Nota.

Cap. 48.

p *Qui crimen obiicit, ſcribat*, &c.] Hæc verba mendoſe refert Gratianus 3. quæſt. 6. cap. ult. ex decreto Hadriani papæ. nam pro (*ſciat*,) ſcribatur oportet, (*ſcribat*) ſunt autem Fabiani verba d. epiſt.3. ex qua eſt 2. qu. 9. cap.4. & 3. qu.6. cap.1. & 2. qu.3. cap.3. ſed hoc cap. 3. dicitur eſſe ex decreto Hadriani, illud cap 1. Fabiani, cap.4. Sixti papæ, & verum eſt etiam verba Sixti III. cap.4. dict. epiſt. ſing. Burch. lib.16. cap.3. ex concilio Arauſicano cap.4. Ivo 4. 7. 21. Panorm. ex Fabiano (vide cap.7.) Addamus Hincmari in ſynodo reſponſum, quod in ſynodo apud S. Medardum conſcriptum eſt: ex quo Greg. IX c.1. de libelli oblatione, &

Grat.

Grat. 2. qu. 1. cap. 9. utrobique non recte *Hincmari* nomen est, & Grat. ait cap. 8. ejus concilii esse Burch. 2. 197. cap. 9. Ivo 6. 269. Decreti cap. 8. Bernard. Papien. lib. 2. tit. 3. cap. 1. collect. 1. Decreti, numerum non addit. Hujus capitis verba sunt in capitul. lib. 7. cap. 365.

Cap. 49. q *Caveant judices ecclesiæ*, &c.] Hæc esse verba concilii Nicæni refert Iulius epist. 2. cap. 24. Fuerunt olim Eleutherii papæ in epist. ecclesiis Galliarum missa: ex qua est 3. qu. 9. cap. 2. Burch. lib. 16. cap. 14. ex decretis Hadriani papæ cap. 4. Ivo parte 6. cap. 319. Decreti ex Eleutherio. item Ansel. lib. 3. cap. 28. licet cap. 88. ex decretis Hadriani totidem verbis usus est Felix papa epist. 1. post Nicænum concilium. extant eadem verba cap. 30. concil. Carthag IV. & in capitul. lib. 6. cap. 279. & lib. 7. cap. 219.

Cap. 50. r *Ejus, qui frequenter litigat*, &c.] Felix II. in epist. ad Athanas. & Alexandrinos cap. 14. ex quo est apud Grat. 3. qu. 5. cap. 11. Ansel. lib. 3. cap. 62. ambo Felici papæ hæc adscribunt: sed Ansel c. 88. Hadriano. Adde concil. Carthag. IV. cap 58. & Clementem lib 2. cap. 41. & 53. Constit. apost. & Pontianum epist 2. unde est 3. qu 5. cap. 4. Ansel. 3. 16. Iulium papam epist. 2. cap. 33. qui id esse ex Nicæna synodo testatur. Ex ea epist. est 3. qu. 5. c. 10. Anselm. 3. 21. Hoc est cap. 8. Hadriani in lib. Populeti.

Cap. 51. s *De accusationibus episcoporum Constantinus*, &c.] Hæc partim ex tripartita historia sunt, partim ex Rufini verbis lib. 10. cap. 2. historiæ ecclesiasticæ. Epiphanius scholasticus lib. 2. c. 2. historiæ tripartitæ sumpsit ex Sozomeno lib. 1. cap. 16. Hæc eadem fere verba refert ex historia ecclesiastica Deusdedit cap. 3. Grat. breviter 11. qu. 1. cap 5. in fine. item B. Gregorius lib. 4. cap. 75. registri, ex quo est 11. q. 1. cap. 42. Adde Parisien. concil. lib. 3. cap. 8. & capitul. lib. 5. cap. 163. & lib. 7. cap 441.

Cap. 52. t *Neque præsul summus*, &c.] Antiqua synodus extat adversus Marcellinum papam, postea martyrem gloriosum. In ea a ccc. episcopis dictum est, *Nemo unquam judicabit pontificem, nec præsul sacerdotem suum: quoniam prima sedes non judicabitur a quoquam.* Hoc ipsum narrat Nicolaus papa epist. 8. ad Mich. imp. ex qua est distinct. 21. cap 7. Ivo 4. 1. 6. Panor. & 5. 8. Decreti. Mox altera synodus tempore Silvestri papæ cap. ult. *Nemo judicabit* (sive *adjudicet*) *primam sedem*, &c. Ex eo est 9. qu. 3. cap. 13. Innocentii nomine, & mendose editum utriusque pontificis nomine. Ivo 4. 1. 5. Panor. *Silvestri* Anselm. 1. 19. rectius 4. 39. Deusdedit cap. 3. recte hæc Hadriani verba Silvestri esse ait in concil. 277. episcoporum, & ex eodem illius capitis 3. verba minus mendosa refert. Sunt autem Silvestri in Romana synodo. Tertia synodus tempore Sixti tertii; Maximus exconsul dixit: *Non licet adversus pontificem dare sententiam.* Alio die Sixtus episcopus dixit: *Non est servus supra dominum, neque discipulus supra magistrum.* Hujus etiam rei mentionem facit idem Nicolaus ubi sup. De eadem re extat epistola Sixti, in qua dicit se purgasse in synodo, non quia cogeretur: *& criminationes adversus doctorem nemo recipiat.* Ex hac epist. est 2. quæst 5. cap. 10. Quarta, de Symmacho papa; quæ est Romana quarta synodus, sive actio: ex ea quædam refert Gratianus distinct. 17. cap. 6. item 1. Ennodii quoque, defensoris Symmachi in Romana synodo recitata. Extant ejusdem sententiæ etiam apud Grat. 9 qu 3. cap. 14. Symmachi nomine. Ivo 4. 1. 7. Panor. in synodo V. Symmachi & parte 5. cap 10. Decreti. Antiquior Symmacho Gelasius fuit, acerrimus sedis apostolicæ defensor, neque indisertus, ut illa tempora patiebantur. Is in epistola ad Faustum eamdem sententiam tuetur, cujus verba refert Grat. 3. qu 3. cap. 16. idem cap. 10. e. qu. refert Nicolai ad Mich. epist. verba, quibus eadem Gelasii verba laudantur. In hoc 10. cap. pro *Innocentio Bonifacius* scribendus est ex conciliorum libris, & ex Ivone 4. 1. 10. Panorm. & 5. 19. Decreti. Gelasii verba Anselm. lib. 1. cap. 47. & 48. & ut ex diversis epistola idem lib. 2. cap. 16. cap. 24. & plenius lib. 12. cap. 6 9. Vide infra cap. 67. 68.

Pontificis auctoritas.

Cap. 53. u *Index criminosum discutiens*, &c.] Hæc sententia est Nicæni concilii, ut testatur Iulius in epistola sæpius relata cap. 26. Fuerant prius Zephyrini verba epist. 1. & Felicis papæ epist. 1. ex qua est 2. qu. 1 cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 154. ex Zephyrino & Anselmo lib. 3. cap. 65 ex Felice cap. 66. ex Zephyrino, & cap 88. ex decretis Hadriani. idem elicitur ex epistola Stephani & Africanæ synodi ad Damasum papam. Adde Sixti secundi epist. cap. 4. Sunt etiam hæc Aniani verba lib. 9. tit. 30. constit. 1. Codicis Theodosiani, sive titul. 40. in integro libro. Mirum autem est verba Aniani & constitutionis Constantini imperat. usurpari ab antiquioribus pontificibus. Est autem constit. 16. lib. 9. tit. 47. eidem Iustin. Hæc ut Constant. verba refert Grat. 2. quæst 1. cap. 2. Burch. 16. 6. ex decretis Hadriani papæ cap. 2. (forte 52.) Ivo 4. 11. 4. Panorm. ex Constantino, Anselm 3. 77. August. episcopo. Hoc est caput 9. Hadriani, in libro Populeti, extat in capitul. lib. 7. cap. 170. & lib. 5. cap. 156.

Notanda Anton. Aug. verba.

Cap. 54. x *Irritam esse injustam*, &c.] Hæc etiam verba sunt Nicænæ synodi teste Iulio cap. 27. & Carthag IV. cap. 28. Ex quo est 11. qu. 3. cap. 35. est etiam totidem verbis in epist. 1. Felicis, cujus est 3. qu. 6. cap. 11.

Cap. 55. y *Vt ne quis dum in ea*, &c.] Nondum hæc ipsa verba legi, sed Gregoriana epistola extat ad Bonifacium episcopum, qua, si pestifer morbus, aut mortalitas in ecclesia vel monasteriis irrepserit, quos nec dum tetigit, a loco fugere non debere scriptum est. Ejus magna pars ut Gregorii primi ad Augustinum refertur in conciliis, in eisdem ut Gregorii tertii ad Bonifacium. Extat etiam Evaristi epist. 2. qua dicitur sine inevitabili necessitate ecclesiam non esse dimittendam. Ex ea est 7. qu. 1. cap. 11. plenius Burch. lib. 1. cap. 76. Ivo parte 5. cap. 182. & 201. Decreti. Anselm. lib. 6. cap. 102. Pulcerrima est adversus episcopos, qui mercenariis committunt oves suas, ut meretrices nutricibus alienis filios suos, epistola Damasi 4. & adversus *vagos clericos* Valentini concilii cap. 3. & Maguntini concilii cap. 22. ex Isidoro, ni fallor, sumptum, qui eos *hippocentauros* appellat lib. 2. cap. 3. officior. quod mendose scriptum est in libris conciliorum. Isidori mentionem facit etiam concil. Triburiense cap. 27. Ad extremum addamus synodi Nicænæ cap. 16. ex quo est 7 qu. 1. cap. 23. quod ex Carthag V. esse ait Gratianus. Burch. recte lib. 2. cap. 98. & Ivo parte 6. cap. 175. Decreti, & Anselm. 7. 95. Nicæni capitis verba refert concil. Aquisgr. cap. 45. id Martin. Bracaren. cap. 34. aliis verbis edidit. Adde Tarracon. I. cap. 11. Hispalen. II. cap. 3. Vernen. cap. 12. & 13. Nicæn. II cap. 10. (vide infra cap. 62.) apud Cresconium cap. 16. hæc verba legimus, ut clerici proprias ecclesias non relinquant, in canon. apost. tit. 15. & 16. concilii Calched. tit. 2. Antiochen. tit. 3. ex decretis papæ Leonis tit. 38. Gelasii tit. 23. concilii Carthagin. tit. 21. & 22. Postea inveni hujus capitis verba in capitular. lib 7. capite 366.

Vagi clerici pestis in ecclesia.

Cap. 56. z *Pulsatus ante suum judicem*, &c.] Hæc sunt Fabiani papæ verba epist. 3. ex qua est 3. quæst. 6. cap. 3. Burch. 16. 10. ex decretis Eusebii cap 20 Ivo 4. 12. 1. in fine ex Fabiano; & 6. 323. Decreti. Totidem verbis Sixtus III. cap. 3. epist. ad orientales episcopos, Anselm. lib. 3. cap. 73. Hac de re sæpius dictum fuerat. Extant hæc verba in capitul. lib. 7. cap. 367.

a *Et ut pulsatis*, &c.] De induciis præter Fabianum & Sixtum Eleutherius epist. 1. ex qua est 3. qu. 3. c. 3. Ivo 4. 9. 3. Panor. & 6. 316. Decreti, Cajus papa in epist. ad Felicem episcopum, cujus magna pars extat in Leonis epist. ad Leonem Augustum, prope ea verba, quæ refert Grat. 3. qu. 1. cap. 1. Item Marcellus papa epist. 2. Felix secundus epist. 1. c. 8. & c. 20. ex quibus sunt 3. q. 2. c. 7. & qu. c. 1. & 2. Burch. lib. 1. cap. 180. Ivo 4 8 14. & 4. 9. 2. Panorm. & 5. 296. Decreti. Denique Damasus epist. 3. videndus, ex qua sunt 3. q. 3. cap. 4. & 3. qu. 9. cap. 6. 7. Ivo 4. 9. 1. Panor. & 5. 287. & 6. 347. Decreti.

Cap. 57. b *Si quis contra suam professionem*, &c.] Hæc verba esse videntur ex concilio Carthagin. II. cap. ult. in quo de laicis nullam video mentionem, nec in Græcis quidem verbis Carthagin. cap. 13. sed neque in veteri Maffæi Latino lib. cap. 12. Anselm. lib. 3. cap. 88. Huic sententiæ addidit ex concil. Carthagin. cum priores & posteriores essent cum hac inscriptione, *ex decretis Hadriani papæ.* Ex hoc cap. 16 Hadriani in libro Populeti. Vide capitul. lib. 7. cap 158.

Cap. 58. c *Si quis episcoporum*, &c.] Hæc verba sunt concilii Elibertini cap. 75. Vide etiam Arelaten. I. cap. 14. & Arelat. II. c. 24. ex quo est 3. qu. 10. cap. 2. id falso a Gratiani Arelaten. III. dicitur. In eo mentio fit magnæ synodi hoc decretum esse, quod de Nicæno intelligimus. Adde Bracaren. II. cap. 8 ex quo est 2. qu. 4. c. 1. Burch. lib. 2. cap. 201. & Sixti tertii epist. singulari cap. 1. quo narrat damnatum esse Bassum Sixti accusatorem, viatico non denegato morienti ex benignitate. Vide etiam supra cap. 38. legendus Clemens lib. 2. cap. 46. & 47. constitut. apost. hoc est cap. 10. Hadriani in lib. Populeti.

Cap. 59. d *Si qui inventi fuerint*, &c.] Aliis verbis, sed non multum dissimilibus Elibertini concil cap 52. ex quo est 5. qu. 1. cap. ult. Ivo parte 4. cap. 154. Decreti, ex epist. Hadriani papæ tradita Ingilramno cap. 62. *Si qui inventi fuerint libros famosos legere, excommunicentur.* Ansel. lib. 3. c. 88. ex decretis Hadriani papæ, verba eadem refert, quæ edita sunt in conciliis. Veronensis liber post alia quædam Hadriani: *Si qui inventi fuerint libros famosos & ignotos in ecclesia legere, vel cantare, excommunicentur.* Vide supra cap. 46. hoc est cap. 11. Hadriani in libro Populeti. hujus capitis verba referuntur in capitul. lib. 7. c 368.

Cap. 60. e *Vt nullus episcopus vel infra*, &c.] Hæc verba refert Grat. 15. qu. 4. cap. ult. ut Hadriani papæ. Sententia eadem multis conciliis provincialibus statuta est. Verba ipsa sunt tituli concilii Tarrac. I. cap. 4. ex quo est cap. 1. e. q. 4. addit Gratianus aliud cap. *ex concilio apud Ephesum præsente rege Henrico*: sed mendosum verbum est *Ephesum*: sic

ſic enim Burch. lib. 13. cap. 21. ex concilio Eſphesfurt, cui interfuit Henricus rex cap. 2. Ivo parte 4. cap. 53. Decreti, ex concilio apud Eſphort habito, juſſu Henrici regis cap. 1. ſic alibi Burch. lib. 13. cap. 27. & 28. eodem nomine utitur Erſphesfurt, & lib. 11. cap. 77. & idem Ivo parte 14. cap. 125. licet parte 4. cap. 59. *Erphot* ſcribat nomen ipſum barbarum, ut a Burch. ſcriptum eſt, ſcribamus. Ejus oppidi mentio fit in epiſt. 6. Zachariæ papæ. Eadem ſententia eſt Matiſconenſis ſecundi cap. 1. in cujus concilii calce extat de eadem re edictum Guntramni regis. Item Arelat. IV. ſub Carolo cap. 16. Turonen. III. ſub eodem cap. 40. Maguntini ſive Moguntiaci ſub eodem cap. 37. Rhemen. ſub eodem cap. 35. Triburien. ſub Arnulfo cap. 35. Denique poſt concilium ſextum œcumenicum in collectione incerti concilii cap. 8. ex libro Gandavenſi, quod mihi provinciale videtur non multo ſupra relatis vetuſtius. Hoc eſt cap. 12. Hadriani in libro Populeti his verbis; *Nullus epiſcopus, vel abbas, vel infra prapoſitus, die dominico cauſas ſaculares agere praſumat.*

Cap. 61.

f *Vt ſi quis potentum quemlibet*, &c.] Sumptum ex tit. cap. 11. concilii Toletani primi: ex quo eſt 24. qu. 3. cap. 1 verba tit. & capitul. refert Anſel. lib. 7. cap. 164. non diſſimile eſt caput 14. concilii Matiſcon II. Hoc eſt cap. 13. Hadriani in libro Populeti.

Cap. 62.

g *Vt nullus clericus ab epiſcopo*, &c.] Hæc verba ſumpta ex titulo concilii Toletani I. cap. 42. de eadem re apoſtol. cap. 15. extat, & ſimile eſt Antiochenum cap. 3. ex quo eſt 7. quæſt. 1. cap. 24. Anſelm. lib. 7. cap. 195. canonum apoſtolorum auctor Clemens epiſt. 1. cujus verba quædam refert Burch. lib. 2. cap 94. & Ivo parte 6. cap. 131. Decreti, idem Clemens epiſt. 3. in principio, ex qua eſt 11. quæſt. 3. cap. 11. plura verba refert Triburien. concil. cap. 9 & poſtea ex eadem epiſt. ſumitur 16. quæſt. 1. cap. 41. Burch. 2. 93. Ivo 2. 123 Decreti. Triburienſ. concil. cap. 32. Adde Pium papam epiſt. 2. in fine, ex qua eſt 11. quæſt. 1. cap. 19. Anſel. 8. 17. Anteros quoque videndus in epiſt. ad epiſcopos Bæticæ & Toletanæ provinciæ, quamvis ſuſpectum[θ] nomen eſt *Toletana provincia*, cum illis temporibus *Toletum oppidum* fuerit minus nobile. Sumitur ex ea epiſt. 11. quæſt. 3. cap. 14. Denique videatur Agathenſis ſynodi cap. 2. ex quo eſt diſtinct. 50. cap. 21. Ivo 6. 366. Adde Anglicani concilii apud Herutfrod. caput 5. (vide caput 55.) Hoc eſt caput 14. Hadriani in libro Populeti.

θ nota

Cap. 63.

h *Homicida, malefici, fures*, &c.] Euſebii papæ verba ſunt epiſt. 3. ex qua eſt 3. qu. 5. cap. 9. Burch. lib. 16. cap. 4 ex concilio apud Theodonis villam cap. 3. ſed Anſelm. 3. 19. ex Euſebio. Eadem ſcribit Eutychianus papa epiſt 2. ex qua eſt 2. qu. 8. cap. 3. plenius Ivo parte 6. cap. 332. & 333. Decreti. Eadem verba refert Felix II. epiſt 1 cap. 15. & partem eorum Pelagius ſecundus epiſt. 3. antiquior Clementis epiſt. 1. ad Iacobum Hieroſolymitanum, non metropolitanum, ut Grat. ait 6. qu. 1. cap. 5. Videndus Anſelm. lib. 3. cap. 1. Quod vero de ea epiſtola controverſia eſt apud quoſdam, incertum relinquimus: antiquam eſſe nobis conſtat, & multa ex ea ab aliis relata; & interim, dum non reprobatur a Romana ſede, a nobis non reiicitur. Sunt tamen quædam loca in epiſtola Clementis, quæ videntur ab aliis eſſe adjecta ex libris *Recognitionum* ipſius Clementis, quos libros ab antiquis patribus non invenimus relatos atque receptos, quin potius, ut canones apoſtolorum, & Clementis itinerarium a Gelaſio & Romana ſynode notantur, atque apud Gratianum diſt. 15. cap. 3. Sed quod ad hoc caput attinet, videantur quæ ſupra dicta ſunt ſæpius, præſertim cap. 15. in fine. Poſtea incidimus in cap. 37. partis 10. decreti Ivonis, qui hæc eſſe ait ex epiſtola Hadriani tradita Ingilramno Mediomatricæ (ſcribo *Mediomatricum*) urbis epiſcopo c. 66. Quod ſi canonis 63. ſcripturam legiſſem, magis fuiſſem delectatus; ſed quaſi ita ſcriptum ſit, accipiamus: eſt enim veluti quinque pedum præſcriptio. Hoc eſt cap. 15. Hadriani in lib Populeti. Extat hoc etiam caput in capitul. lib. 7. cap. 369.

Clementis dubia epiſt. Clementis recognitionum libri, aliique in dubium vocati.

Cap. 64.

i *Qui crimen intendit*, &c.] Hæc ut Hadriani verba refert Grat. 6. quæſt. 1. cap. 6. eiſque conjungit quædam Silveſtri papæ verba, de quibus diximus cap. 68. de hac ſententia videndus cap. 6. Græcus concilii Conſtantinopolitani textus, & vide ſupra cap. 31.

Cap. 65.

k *Occurrere quiſque fidelium*, &c.] Hæc verba ſumpſit Anſel. lib. 3. cap. 88. ex decretis Hadriani, ut ſolet: ſed Sixti III. ſunt in epiſtola ad epiſcopos orientis cap. 5. ante eum Fabiani epiſt. 3 & Toletani concilii V. cap. 2. & capit. lib. 6. cap. 250. & lib. 7. capite 221.

l *Libat enim Domino*, &c.] Gratianus diſt. 86. cap. 3. hanc cum aliis ſententiis Ioannis octavi eſſe ait, & Ivo parte 6. cap. 185. decreti Ioannis octavi ad Ludovicum imp. & addidit verba quædam a Gratiano relata, diſt. 10. cap. 10. ex epiſt. Ioan. 7. ad eumdem Ludovicum. Sed idem Ivo parte 4. cap. 230. ut cap. 115. (Ab eiſdem Gratiano & Ioan. reſervantur alia verba, *negligere cum poſſis*, &c.) quæ Innocentii eſſe refert Gratianus diſt. 83. cap. 3. & Deuſdedit cap. 2. ſed alibi Anaſtaſii & Damaſi eſſe ait Gratianus 23. qu. 3. cap. 8. Damaſi quidem extat epiſt. 3. in cujus calce ſunt verba a Grat. relata. Item hæc ipſa, *libat domino*, &c. Anſelmus lib. 13. cap. 19. ut Grat. diſtinct. cap. 8. ſed & illa verba: *negligere cum poſſis*, &c. Eleutherii papæ ſunt in calce epiſtolæ ad Galliæ eccleſias. Eadem fere repetit Innocentius III. concilio generali Lateran. cap. ult adde hæc ipſa verba: *Libat enim domino*, &c.] Eſſe dicti Toletani concilii octavi cap. 2. & capitul. dictis cap. 250. & 221.

Cap. 66.

m *Majus periculum eſt*, &c] Hæc ubi ſint ignoramus, præter Anſel. 3, 88. & in libris conciliorum: tandem reperi in libro 7. cap. 272.

Cap. 67.

n *Accuſationes adverſus doctorem*, &c.] Felix II. in epiſt. ad Athanaſium & Alexandrinam ſynodum in principio Nicænæ ſynodi verba refert, quæ Grat. affert 6. qu. 1. cap. 12. eamdem repetit idem Felix cap. 20. ejuſdem epiſt. Burch. lib. 1. cap. 180. Ivo parte 5. cap. 296. Decreti. Multis verbis eadem de re Anacletus epiſt. 1. 2. & ex qua 2. eſt 2. qu. 7. cap. 15. & diſt. 79 cap. ult. Ivo 4. 7. 6. Panorm. & parte 5. cap. 238. Decreti, Anſel. 3. 32. Deuſdedit cap. 4. idem Anacletus epiſt. 3. ex qua eſt 6. q. 1 c. 15. & 2. q. 7. c. 12. Anſel. 3. 21. & 3. Deuſdedit c 3. Pius epiſt. 1. ex qua eſt 6. q. 1. cap 9. Ivo 4. 5. 7. Panorm. & 5. 243 Decreti. Addamus verba Sixti III. epiſt. unica cap. 1. *criminationes adverſus doctorem nemo recipiat* (vide ſupra cap. 52.) quæ verba Calliſti ſunt epiſt. 1. Burch. 1. 135. Ivo 5. 234. Decreti, extat hoc etiam lib. 7. cap. 67. capitul.

Cap. 68.

o *Preſbyter non adverſus epiſcopum*, &c.] Hæc ſunt verba Silveſtri papæ in concilio Romano multorum epiſcoporum cap. 3. ex quo eſt 2. qu. 7 cap. 10. Burchard. lib. 1. 151. Ivo parte 5. cap. 264. Decreti, & 4. 8. 7. Panor. Eadem refert Nicolaus papa in epiſt. longa ad Michaelem imp & cap. 12. concilii Maguntini II. ſub Arnulfo. Eiſdem utitur paucis additis capitul. lib. 1. cap. 139.

p *Et non damnabitur praſul, niſi in 73. teſtibus*, &c.] Refert hæc Gratianus 2. qu. 4. cap. 2. Burch. 1. 151. Ivo 4. 8. 7. Panor & 5. 264. & 6. 334. Decreti. Deuſdedit cap. 3. Hoc de omnibus epiſcopis Zephyrinus prius conſtituerat epiſtola 1. ex qua eſt caput 154. libro 1. Burch. adverſus Marcellinam papam in concilio Sinueſſæ habito ſervatum eſt, eum numerum teſtium *libram* appellabant, fortaſſe, quod tot nummis aureis, qui tunc ſextulæ pondere ſignarentur; conſtaret libra: *ſextula* autem eſt ſexta unciæ pars Eadem verba poſtea reperi cap. 12. concilii Maguntini ſub Arnulfo in capitul. d. cap. 139.

q *Neque praſul ſummus*, &c.] De iis verbis diximus cap. 52. & cap. 67. Hæc etiam refert Nicolaus in epiſt. ad Michael. imperat. Eadem ſunt dict. cap. 12. Maguntini ſub Arnulfo, & in capitul. d. capite 139.

r *Preſbyter autem in cardine*, &c.] Magna varietas eſt in numero teſtium: nonnulla etiam in aliis verbis. Quod enim hic *in cardine conſtitutus*, alii *cardinales*, alii utrumque omittunt: item pro *diaconus cardinarius*, alii *cardinales* ſcribunt, alii omittunt, appellabantur autem eo nomine principes ſive præcipui totius urbis, vel preſbyteri, vel diaconi etiam extra urbem Romam. videndus Gratianus dict. cap. 2. Ivo 4. 8. 7. Panorm. & 6. 334. Decreti. Adde concilii Meldenſis cap. 54. & vide Leonis IX. epiſt. ad Michael. Conſtantinop. 312. quo cauſa addita eſt, cur ita Romani appellentur. Hæc etiam verba ſunt d. cap. 12. concilii Magunt. ſub Arnulfo, & in capitulari.

ſ *Teſtes autem ſine aliqua*, &c.] Non video; cur omiſerit, *& accuſatores*, quamvis aliqui ea verba non habeant. Gratianus ea refert dict. cap. 2. ut Silveſtri in ſynodo, & 6. quæſt. 1. cap. 6. ut Hadriani papæ poſt verba capitis 64. Ivo, ubi ſupra, ut Silveſtri. De eadem re vide Felicis II. epiſt. ad Athanaſium, & alios cap. 5. Hæc eadem verba ſunt dict. cap. 12. Magunt. &, paucis immutatis, in capitulari.

t *Teſtimonium laici*, &c.] Conjungi etiam potuit accuſatio, cum idem Silveſter in eadem ſynodo conſtituiſſet: *Nullus laicus crimen clerico audeat inferre*: quod Gratianus refert 2. qu. 7. cap. 7. & Ludovicus imp. lib. 2. tit. 51. de teſtibus cap 12. Longobard. aliis verbis Burch. lib. 1. cap. 151. Ivo 4. 8. 7. Panorm. & 5. 264. Decreti. Anſel. 3. 23. conjunxit accuſationem cum teſtimonio Damaſus in vita Silveſtri, ut Grat. Idem Grat 11. qu. 1. cap. 9. hæc verba refert ordine perturbato: *Teſtimonium clerici adverſus laicum nemo recipiat.* Ivo 4. 8. 6. Panorm. & verba Gratiani de accuſation. & hæc ipſa perturbata refert, ut Anſelm. in concilio Romano cap. 14. in tribus editionibus, in epilogo ſive epitome notatur ea varietas. Mihi Grat. ſcriptura mendoſa videtur. Neque enim in ea ſynodo ulla cura eſt de laicis reis, ſed tota verſatur in judicio de reis clericis. Bernardus Papien. lib. 2. titul. 13. de teſtibus & atteſtationibus cap 1. collect. 1. decretalium, ut in conciliis: *teſtimonium laici adverſus clericum nemo ſuſcipiat*, ex concil. Triburien. Legatur de eadem re epiſt. unica Teleſphori omnibus epiſcopis: ex qua eſt 6. quæſt. 1. cap. 8. Ivo 6. 314.

Decreti,

Decreti. Ansel. plenius lib. 3. c. 13. Fabiani epist. 2. utrumque continetur, laicos solere ab accusatione repellere clericos, &c. ex ea est 2. q. 7. c. 6. Ivo 4. 7. 9. Panor. & 6. 320. decret. de eadem re Stephanus papa ep. 2. ex qua est apud Greg. IX. c. 7. de accusat. quo omissa sunt illa verba, *& omnes laici*, quæ omiserat Bernard. Papien. lib. 5. tit. 1. cap. 7. collect. 1. addebat rationem Stephanus ; *Nec illi sunt in vestra recipiendi accusatione, qui vos in sua nolunt recipere.* Adde Marcellini epist. 2. ex qua est 2. qu. 7. cap. 3 mendose Marcello inscriptum : tamen Marcelli epist. 2. aliis verbis idem statuitur. Postremo Eusebius Marcelli successor præclare de eadem re statuit epist. 1. in principio : ex qua est cap. 5. Grat. e. quæst. & plenius Anselm. lib. 3. cap. 26. Hujus esse arbitror verba relata a Grat. in Anacleti cap. 14. e. quæst. licet Demochares aliud adscripserit in margine ejus capitis. Adversari videtur iis omnibus cap. 24. concil. Epaunen. nisi recte intelligatur : *Laicis contra cujuslibet gradus clericum*, &c. *proponendi permittimus potestatem* Et quamvis de accusatione multi, de testimonio pauci ex suprascriptis meminerint, regula est, ut ad testimonium non admittatur, qui ab accusando repellitur, ut cap. 4. concil. Carthag. VII. quod idem est Africa. cap. 98. Latinis, Græcis 132. sive 131. ex quo est cap. 1. Grat. 4. qu. 2 & 3. Burch. lib. 16. cap. 20. ex concil. Triburien. cap. 5. Ivo 4. 8. 1. ex concil. Carthag. Nicolaus Papa, sed parte 6. cap. 364. Decreti recte.

u *Nemo enim clericum*, &c.] Ex eadem synodo Silvestri cap. 15. Grat. dict. cap. 9. 11. qu. 1. Ivo 4. 8. 6. Panor. Ansel. 3. 23. Damasus in Silvestri, & idem in Iulii vita ; utrique enim hoc decretum paucis immutatis adscribit. Sed multo antiquior extat Alexand. papæ ep. 1. ex qua est 11. q. 1. c. 15.

Cap. 69. x *Episcopi pontifici, a quo*, &c.] Hæc verba sunt Marcellini papæ in epist. 2. videnda synodus adversus Polychronium Hierosolym. tempore Silvestri papæ, quod etiam narratur a Nicolao papa in epistola longa ad Mich. imperat.

Cap. 70. y *Non licet imperatori*, &c] Hæc verba sunt Callisti papæ epist. 1. in fine, & Marcellini papæ epist. 2. in fine, & Symmachi papæ in synodo Romana actione 6. ex qua est dist. 10. cap. 2. Burch. lib. 15. cap. 8. ex decretis Hadriani papæ cap. 16. Ivo 2. 12. 4. Panorm. ex VIII. synodo Symmachi, & parte 4. cap. 231. Decreti ex VI. synodo Symmachi, sed parte 16. cap. 9. ex concil. Hadriani papæ cap. 16. Est autem varietas in Hadriani verbis relatis a Burchard. & Ivone, & his, de quibus agimus, quæ in conciliis leguntur. Ansel. lib. 3. cap. 88. ex decretis Hadriani papæ, eadem verba refert, quæ in conciliis sunt. Deusdedit cap. 1. & 3. refert Callisti, Marcellini, Symmachi & Hadriani verba, quæ Burch. & Ivo. Vide cap. 36. ex lib. Populeti. Hadrianus papa. *Non licet*, &c. contra mandata divinitatis præsumere, vel obviando agere. Hujus cap. verba extant in capitul. lib. 5. cap. 218.

z *Providendum est ne in aliquo*, &c.] Hæc tantum leguntur in conciliis & apud Anselm. lib. 3. cap. 88. non sunt in libro Populeti.

a *Injustum judicium & definitio*, &c.] Hæc omnes referunt, Callistus, Marcellinus, Symmachus, & Burch. & Ivo parte 16. cap 9. Decreti. Gratianus 11. quæst. 3. cap. 89. ex Callisto : Deusdedit cap. 1 & 3. Anselmus lib. 3. cap. 86. ex Callisto : & cap. 88. ex Hadriano. hæc sunt in libro Populeti ut Hadriani papæ : extant etiam in capit. d. libro 5. cap. 251.

Cap. 71. b *Sic odit Deus eos, qui adversus patres armantur*, &c.] Hæc verba sunt Alexandri papæ epist. 1. & Stephani papæ epist. 2. prope finem, & Eusebii epist. 1. non longe a principio. Sententia eadem est Nicæni concilii cap. 41 ut refert Iulius papa epist. 2. cap. 10. Adde Telesphorum papam in epistola ad omnes episcopos : ex qua est 6. qu. 1. cap. 8. Ivo 6. 314. & 315. Decreti. Anselm. 3. 13. Fabianus de eadem re epist. 2. (Solus Deusdedit cap. 3. hæc ut Hadriani verba refert, & Anselm. 3. 88.) Stephanus quoque de quo supra, epist. 1. ex qua est 6. qu. 1. cap. 17. Burchard. 1. 173 Ivo 4. 7. 14. Panorm. & 5. 291 Decreti. Anselm. 3. 5. Denique Pelagius II. epistola 1. in fine eisdem fere verbis utitur cap 17. Qui judicis obtinet præconem sicut accusator quidquam non debet prosequi. Extant hæc verba in capitul. lib. 7. cap. 374.

Cap. 72. c *Item generali decreto constituimus*, &c.] Grat. 25. qu. 1. cap. 11. Hadriani papæ esse ait, & de suo addit post verbum *Regum & episcoporum.* ea non habet Anselm. lib. 3. cap. 88. nec lib. 4. cap. 40. ubi ait esse hoc caput 48. ex decretis Hadriani papæ : idem tamen lib. 17. de excommunicatione, qui aliis est liber undecimus, cap. 2. ea verba (*& episcoporum*) habet, non habet Deusdedit cap. 1. ex Hadriani ad Gilram. episcopum cap. 48. (forte 68.) nec cap. 3. & 4. ex Hadriano Agilramno episcopo, neque in lib. Veronen. in quo est *Hadriano Geliano episcopo* Hoc est cap. 18. Hadriani in lib. Populeti. His verbis, Generali, &c *quicumque regum seu episcoporum, vel potentium deinceps Romanorum pontificum decretorum censuram in quocumque crediderit vel permiserit violandam.* At in capitul. lib. 6. cap. 249. hujus constitutionis forma servetur ut execrandum, &c. Item Hadr. papa Generali, &c. *Regum seu episcoporum*, &c.

Hæc finis est collectionis Hadriani nomine editæ, in quo ordo aliquis, & methodus desideratur : res ipsæ fere omnes præclaræ sunt, & ab antiquis patribus constitutæ, ut aliquis esset litium & accusationum modus ac finis.

a CONCILIVM PADERBORNENSE II. SVB HADRIANO PAPA I. ET CAROLO Francorum rege celebratum anno domini DCCLXXXVI.

Anno Christi 786.

a *Concilium.*] In hac synodo status ecclesiæ Saxonicæ dispositus est. Nam cum Vvidichindus, qui cum Albione Saxoniæ principe rebellare consueverat, baptisma suscepisset, res Saxonum quodammodo in tuto collocatæ erant, adeoque in rebus statum ecclesiæ concernentibus hunc synodalem consessum receperant. Eodem synodali consessu jacta creduntur fundamenta Mindensis ecclesiæ, cui primus præfectus est episcopus Herimbertus. Quomodo autem hæc se habuerint, in historia Saxonum refert Crantzius lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 23. ubi hoc memoratu dignissimum scribit, quod Vvidichindus rerum Christianarum adhuc rudis, a rege quæsitus, cur mendici habitu inter mendicos sedisset, quidve aspectu jucundum vidisset, responderit.

Status ecclesiæ Saxonicæ dispositus.

Vidi, inquit, *quod mirabar ante biduum te demisso vultu tristem, incertus quid contigisset, quod tantum regem contristaret (commemoratio fuit dominicæ passionis, qua die parasceves regium vultum obscurasset) rursum*, inquit, *vidi hodierna te die primum solicitum & ad rem attentissimum, postquam vero mensam adieras in templo mediam, ita hilari mihi conspectus es vultu, ut repentinæ in te mutationis me caperet miraculum.*

Stupor autem erat videre, quod de manu purpurati sacerdotis singuli pulcellum puerum in os susciperent, quem quibusdam ludibundum arridere, ultro properare, aliis vero abhorrentem, avertisse vultum, & tamen in ora demissum ; nec redeuntem aspexi. Hoc quid sit, nec dum accipio. Tum rex : Bene, inquit, *profecisti : plus tibi aliquid quam cunctis sacerdotibus & omnibus nobis est ostensum. Inde mutata veste, manu secum abstractum docuit grande pietatis mysterium in altaris sacramento. Qua re cognita, exhilaratum ducem orasse, ut proprium illi sacerdotem permitteret, qui divinæ rei curam haberet, crebriusque in conspectu perageret altaris sacratum mysterium. Rex etiam pontificem illi daturum promittit, modo illi habitationem episcopi dignam provideret. Ducem vero arcem suam ad Vviseram utriusque capacem ostendisse : deditque in ejusdem arcis non exiguo circo locum ædificandæ ecclesiæ. Ferunt proinde nomen ecclesiæ provenisse, quod meum & tuum quasi communis duorum possessio, sonat in lingua Saxonum vernacula Min. din.*

Erat vir præcipua religione Herimbertus, qui cum Carolum latere non posset, dignus est habitus, quem primum præficeret eidem ecclesiæ Mindensi episcopum : adjecit illi ministeriales non paucos, nec parvos, ut haberet ecclesia defensores suos. Illi vero quia ex imo gradu in nobilitatem excreverant, ut partim comites, partim duces fierent, sprevisse matrem videtur.

*Ornata est autem ecclesia iam tum ab initio multis sanctorum reliquiis Feliciani Fulginatis episcopi & martyris, Theodori episcopi, Carpophori & * Abundæ martyrum*, &c. Hæc Krantzius in metropoli Saxonum.

* Abundii

ANNO CHRISTI 786.

CONCILIUM VVORMATIENSE IV.

IN QUO BRITTONUM PRINCIPES CAROLO regi supplices oblati sunt, anno Christi DCCXXCVI.

HOC *anno, ut Rhegino abbas scribit, Carolus rex misit exercitum in partes Britanniæ, cui præfecit Andulfum virum illustrem Senescalcum. Qui victis Brittonibus totam illam regionem Francorum ditioni subegerunt, principesque Brittonum secum adducentes, apud Vuarmatiam regis obtutibus præsentarunt. Vita Caroli auctor eos in synodo Carolo repræsentatos testatur. Quid vero in hac synodo præterea gestum sit, ignoramus.*

ANNO CHRISTI 787.

CONCILIUM CALCHUTHENSE

A GREGORIO OSTIENSI ET THEOPHYLACTO Tudertino episcopis & legatis Hadriani papæ I. anno gratiæ DCCLXXXVII. Caroli regis Franciæ 19. Calchuthæ celebratum. In quo decernitur de fide primitus suscepta retinenda, aliisque ad ecclesiæ regimen pertinentibus: & de conferenda parte archiepiscopatus Cantuariæ ad ecclesiam Lichefeldensem jam in archiepiscopatum promovendam.

TITULI CAPITULORUM.

I. *Ut fides Nicæna teneatur, & de ea presbyteri annuo examinentur; omnes etiam teneant sex universales synodos.*
II. *Baptizandum juxta canones: quid susceptoris sit officium.*
III. *Ut episcopus bis in anno synodum cogat, & parochiam suam semel circumeat, peccata corripiens, & cohibens.*
IV. *Ut vita & habitus canonicorum, &c. sint de more orientalium, & juxta canones & decreta pontificum Romanorum.*
V. *Ut præfecti monasteriorum eligantur vita probata.*
VI. *De presbyterorum & diaconorum ordinatione.*
VII. *Ut cursus fiat in horis canonicis.*
VIII. *Ut privilegia a pontifice Romano concessa observentur.*
IX. *Ut ecclesiasticus cibum in secreto non sumat.*
X. *Ut in missa, crura nuda, crusta panis, cornu bovis non admittantur: nec in synodis sæcularia. Orandum pro ecclesia.*
XI. *De officio regum, & excellentia sacerdotum.*
XII. *De ordinatione & honore regum.*
XIII. *De judiciis juste ferendis.*
XIV. *De cohibendis fraude, rapina, & tributis ecclesiæ injuste impositis.*
XV. *De iniquis & incestuosis conjugiis prohibendis.*
XVI. *Ut spurii & proles illegitima non succedant in hereditatem.*
XVII. *Ut decimæ juste solvantur. Usura, iniqua pondera & mensuræ prohibentur.*
XVIII. *Ut vota fideliter reddantur.*
XIX. *Ut reliquias paganorum rituum quisque abiiciat.*
XX. *De conversione, pœnitentia & confessione. Rescriptio ad Hadrianum papam.*

PRÆFATIO.

Legati tuto applicant.

NOS, faventibus sanctis orationibus vestris, hilari vultu vestris iussionibus obtemperantes perreximus: sed impedivit nos is, qui tentat vento contrario; ille vero qui mirificat fluctus, exaudita vestra deprecatione, mitificavit cærulea freta, & transvexit nos ad portum salutis: ac licet multis periculis afflictos, tamen illæsos Anglorum appulit oris. Igitur suscepti primum ab archiepiscopo Iaenbarcho sanctæ Dorovernensis ecclesiæ, quæ alio vocabulo Cantia vocitatur, ubi sanctus Augustinus in corpore requiescit: inibi residentes admonuimus ea quæ necessaria erant. Inde peragrantes pervenimus ad aulam Offæ regis Merciorum. At ille cum ingenti gaudio, ob reverentiam beati Petri, & vestri apostolatus, honore suscepit tam nos quam sacros apices a summa sede delatos.

Tunc convenerunt in unum consilium Offa rex Merciorum, Chuniulphus Vvest-Saxonum: cui etiam tradidimus vestra syngrammata sancta; ac illi continuo promiserunt, se de his vitiis corrigendos. Tunc inito consilio cum prædictis regibus, pontificibus & senioribus terræ, perpendentes quod angulus ille longe lateque protenditur: permisimus Theophylactum venerabilem episcopum, regem Merciorum & Britanniæ partes adire. Ego autem assumpto mecum adjutore quem filius vester excellentissimus rex Carolus ob reverentiam vestri apostolatus nobiscum misit, virum probatæ fidei Vvighodum abbatem presbyterum, perrexi in regionem Northanymbrorum ad * Osvualdum regem, & archiepiscopum sanctæ ecclesiæ Eboracæ civitatis Eambaldum. Sed quia præfatus rex longe in Borealibus commorabatur, misit jam dictus archiepiscopus missos suos ad regem, qui continuo omni gaudio statuit diem concilii, ad quem convenerunt omnes principes regionis, tam ecclesiastici, quam sæculares. Sed audientibus nobis relatum est, quod reliqua vitia non minima ibi necessaria erant ad corrigendum. Quia, ut scitis, a tempore sancti Augustini pontificis, sacerdos Romanus nullus illuc missus est, nisi nos.

* Ælfvvoldum

Nullus sacerdos Romanus antehac Britanniam missus præter Augustinum.

Scripsimus namque capitulare de singulis rebus, & per ordinem cuncta differentes, auribus illorum pertulimus: qui cum omni humilitatis subjectione, & clara voluntate, tam admonitionem vestram quam parvitatem nostram amplexantes, spoponderunt se in omnibus obedire. Tunc nos epistolas vestras eis tradidimus perlegendas, contestantes eos, tam in se quam in subditis sacrata decreta custodire. Hæc namque sunt capitula, quæ illis pertulimus conservanda esse.

CAPITULA.

I.

Primo omnium admonentes, ut sancta & inviolata fides Nicæni concilii ab omnibus qui sacro cultui mancipantur, fideliter & firmiter teneatur, & omni anno in synodalibus conventibus, ab episcopis singularum ecclesiarum presbyteri qui populum erudire debent, de ipsa fide diligentissime examinentur, ita ut apostolicam fidem & universalem sex synodorum per Spiritum sanctum probatam, sicut tradita est nobis a sancta Romana ecclesia, per omnia confiteantur, teneant & prædicent: & si opportunum venerit, pro ea mori non pertimescant: &

ANNO CHRISTI 787.

& quoscumque sancta universalia concilia susceperunt, suscipiant; & quos illi damnaverunt, eos & corde reiiciant, & condemnent.

II.

Secundo capitulo docuimus, ut baptismus secundum canonica statuta exerceatur, & non alio tempore, nisi pro magna necessitate: & ut omnes generaliter symbolum & orationem dominicam sciant; & illi qui parvulos de sacro fonte suscipiunt, & pro non loquentibus respondent, ob renuntiationem satanæ, & operum & pomparum ejus, seu fidei credulitatem, sciant se fidejussores ipsorum esse ad dominum pro ipsa sponsione: ut dum ad perfectionem ætatis pervenerint, doceant eos prædictam orationem dominicam & symbolum: quia nisi fecerint, districte ab eis exigetur, quod pro non loquentibus Deo promittitur. Ideo generaliter omni vulgo præcipimus, hoc memoriæ mandari.

III.

Tertio sermone perstrinximus, omni anno secundum canonicas institutiones, duo concilia: ut, sicut boni agricultores, surculos, nascentes spinas de cordibus delinquentium radicitus amputare valeant: & unusquisque episcopus parochiam suam omni anno semel circumeat, diligenter conventicula per loca congrua constituendo, quo cuncti convenire possint ad audiendum verbum Dei: ne aliquis per incuriam pastoris per devia cujuslibet ignorantiæ errans, rugientis leonis morsibus invadatur: & vigilanti cura gregem sibi commissum prædicet, confirmet, incestuosos separet: augures, aruspices, & incantatores, divinos, veneficos, sacrilegos coerceat, & cuncta vitia demat. Et ne quis turpis lucri gratia, sed spe mercedis æternæ gregem sibi commissum pascere quærat: & quod gratis accepit, omnibus gratis præstare studeat, ut apostolus protestatur, dicens: *Testificor coram domino & Christo Iesu, qui judicaturus est vivos & mortuos, & per adventum ipsius, & regnum ejus, prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina*, sicut propheta dicit: *Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion*: scilicet ut ita præemineat merito, sicut & gradu. Et ne forte debeat a docendi timore restringi, audiat: *Exalta in fortitudine vocem tuam, & noli timere.* Ieremias quoque dicit: *Accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos; ne formides a facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum.* Heu proh dolor, & nimis flenda tepiditas, quod multi æstimantes dicunt, quid vel amore rerum sæcularium implicemini, vel aliquo facilione territi verbum veritatis aperiri confundemini. Si præsules ecclesiarum silent propter timorem, aut amicitiam sæcularem, & peccantes non arguunt, ut pravi pastores non habentes curam de ovibus, & videntes lupum, fugiunt: cur magis non pertimescunt principem principum, regem regum, dominum dominantium, qui per prophetam pastores increpat, dicens: *Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum, ut staretis in prœlio in die domini.* Denique sicut pervigil pastor contra bestiam oves custodire solet: ita Dei sacerdos super gregem Christi solicitus esse debet, ne inimicus vastet, ne persecutor infestet, ne potentioris cujusque cupiditas vitam pauperum inquietet, dicente propheta: *Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem ejus de manu tua requiram: si autem annuntiaveris, & non egerit pœnitentiam, tuam animam liberasti, ipse in peccato suo morietur. Pastor namque bonus animam suam dat pro ovibus suis.* Hæc namque recolentes, patres mei & fratres, operam date, ne de vobis dicatur, ut pastoribus Israel, *qui pascunt semetipsos*, &c. sed audire mereamini: *Euge bone serve & fidelis, intra in gaudium domini.*

Officium episcopi. — 2. Tim. 4. — Isa. 40. — Ibidem. — Ierem. 1. — Ezech. 13. — Ezech. 3. — Matth. 25.

IV.

Quartus sermo: Ut episcopi diligenti cura provideant, quo omnes canonici sui canonice vivant, & monachi seu monachæ regulariter conversentur tam in cibis quam in vestibus, ut discretio sit inter canonicum & monachum vel sæcularem: & illo habitu vivant, quo orientales monachi degunt: & canonici exemplo orientalium, & non tinctis Indiæ coloribus, aut veste preciosa: sed episcopi, abbates & abbatissæ, subjectis sibi in omnibus exemplum bonum præbeant, ut Petrus ait: *Estote forma facti gregis, secundum dominum*, &c. Qua de re suademus, ut synodalia edicta universalium sex conciliorum cum decretis pontificum Romanorum sæpius lectitentur, observentur; & juxta eorum exemplar ecclesiæ status corrigatur, ut ne quid novi ab aliquibus introduci permittatur, ne sit schisma in ecclesia Dei.

1. Petr. 5. — VI. Concilia universalia.

V.

Quintum caput admonet: Ut si (quod sæpe evenire solet) abbas aut abbatissa de hac luce migraverint, tunc cum consilio episcopi, cujus in parochia ipsum monasterium situm est, probatæ vitæ, & religiosi secundum dominum; ex ipsis eligantur pastores, qui solicite animarum sibi commissarum curam gerant: sin autem in cœnobio illo talis vir minime reperitur,

ANNO CHRISTI 787.

reperitur, de alio eis cœnobio talis mittatur, qui eos secundum dominum gubernare queat: ut votum quod Deo voverunt, in omni humilitate & obedientia die noctuque implere satagant; *parati semper præcinctis lumbis, ardentibusque lucernis patremfamilias expectantes, ut dum vigilantes invenerit, faciat eos æterni convivii esse participes.*

VI.

Sextum decretum: Ut nullus episcoporum presbyterum aut diaconum ordinare præsumat, nisi probatæ vitæ fuerint, & officium suum recte implere possint: & in illo titulo perseverent ad quem consecrati sunt, ita ut nullus de alterius titulo presbyterum aut diaconum suscipere præsumat, absque causa rationabili & literis commendatitiis.

VII.

Septimo capitulo: Ut omnes ecclesiæ publicæ canonicis horis cursum suum cum reverentia habeant.

VIII.

Octavo statuto: Ut privilegia antiqua a sancta Romana sede delata ecclesiis omnibus conserventur. Si qua autem propter assensum pravorum hominum contra canonica instituta conscripta sunt, avellantur.

IX.

Nono capite: Ut nullus ex ecclesiasticis cibum in secreto sumere audeat, nisi præ nimia infirmitate, quia hypocrisis [a] & Sarracenorum est. Ideo hortantur, *ut non simus forinsecus sepulcra dealbata, intus autem pleni cadaveribus mortuorum*; maxime cum salvator dicit: *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habetis apud patrem vestrum qui in cælis est.* Unde intueri libet, si bona opera in absconditis fieri jubentur, ut pro cujus nomine hæc facimus, ab ipso remuneremur: quid pertinet ad rem, ut coram hominibus jejunantes aut abstinentes simulemur, in secretis vero nostris bovem aut equum glutiamus?

[a] f. hæc

Matth. 6.

Matth. 23.

X.

Decimo capitulo: Ut ne quislibet ex ministris altaris, nudis cruribus ad missam celebrandam accedere audeat, ne turpitudo ejus appareat, & offendatur Deus: scientes, quod si hoc in lege prohibitum est, nunc in sacramento Christi diligentius observari debet. Oblationes quoque fidelium tales fiant, ut panis sit, non crusta. Vetuimus etiam ne de cornu bovis calix aut patina fieret, ad * sacrificandum quod de sanguine sunt. Vidimus etiam ibi episcopos in conciliis suis sæcularia judicare, prohibuimusque eos voce apostolica: *Nemo militans Deo implicet se negotiis sæcularibus, ut ei militet cui se probavit.* Obsecravimus etiam ut assidue preces fierent pro ecclesia Dei; ut Deus & dominus noster Iesus Christus exaltet, corroboret, protegat, defendat & conservet immaculatam ad laudem & gloriam nominis sui in omnia sæcula sæculorum. Amen.

* al. ad sacrificandum Deo sanguineæ.

2. Tim. 2.

XI.

Undecimus sermo fuit ad reges & principes: Ut regimen suum cum magna cautela & disciplina peragant, & cum justitia judicent, ut scriptum est: *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis*, &c. Denique sicut superius episcopis intimavimus, auctoritate divina fiducialiter & veraciter absque ullo timore vel adulatione loqui verbum Dei regibus, principibus, omnibusque dignitatibus, nunquam veritatem subterfugere, nulli parcere, neminem injuste damnare, neminem sine causa excommunicare, omnibus viam salutis tam verbis quam exemplis demonstrare. Ita quoque reges & principes admonuimus, ut obediant ex corde cum magna humilitate suis episcopis: quia illis claves cæli datæ sunt, & habent potestatem ligandi atque solvendi, ut scriptum est: *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: presbyteros tuos, & dicent tibi.* Et alibi apostolus: *Obedite præpositis vestris tamquam domino: ipsi enim vigilant pro vobis, quasi pro animabus vestris rationem reddituri.* Dominus ipse doctoribus ait: *Qui vos audit me audit: qui autem vos spernit, non spernit vos, sed eum qui misit vos.* Item per prophetam: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore ejus, quia angelus domini exercituum est.* Igitur si angeli sacerdotes appellantur, a sæcularibus judicari non possunt, ut apostolus ait: *Mihi autem pro minimo est, ut a vobis judicer, aut ab humano die: qui autem me judicat, dominus est.* Item per psalmistam: *Et corripuit pro eis reges*, ita dicens: *Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Item apostolus: *Nescitis quoniam angelos judicabimus? quanto magis sæcularia!* quia sicut reges omnibus dignitatibus præsunt, ita & episcopi in his quæ ad Deum attinent.

Psalm. 2.

Deut. 32.

Heb. 13.

Luc. 10.

Malach. 2.

Sacerdotes angeli domini.

1. Cor. 4.

Psal. 143.

1. Cor. 6.

Ideo omni nisu hortamur: Ut ecclesiam Dei, quæ est sponsa Christi, omnes honorent in facto, nec injustum servitutis jugum ei imponant, nec superbiant in sæculari potentia, nec alios vi opprimant, ut scriptum est: *Et honor regis judicium diligit.* Perpendat unusquisque, qualiter a suis subjectis sponsam suam honorari vellet: & in hoc terreno exemplo consideret,

Psal. 95.

ANNO CHRISTI 787.

consideret, quantum cælestis regis sponsam oporteat venerari, ne, quod absit, de eis dicatur: *Ipsi regnauerunt, sed non ex me: principes extiterunt, & non cognoui.* Sed audire mereantur: *Inueni virum secundum cor meum, qui facit omnes voluntates meas. Ideo posui adjutorium super potentem, & odientes eos in fugam conuertam, ut longæuitatem felicitatemque regni sibi suisque nepotibus distribuat*, & æternam futuri regni gloriã concedat; habeantq; reges consiliarios prudentes, Dominum timentes, moribus honestos, ut populus bonis exemplis regum & principum eruditus & conformatus, proficiat in laudẽm & gloriam omnipotentis Dei.

Ose. 8.

XII.

Duodecimo sermone sanximus. Ut in ordinatione regum nullus permittat pravorum prævalere assensum: sed legitime reges a sacerdotibus & senioribus populi eligantur, & non de adulterio vel incestu procreati: quia sicut nostris temporibus ad sacerdotium secundum canones adulter pervenire non potest, sic nec christus Domini esse valet & rex totius regni, & heres patriæ, qui ex legitimo non fuerit connubio generatus, dicente Propheta: *Scitote quia Dominus dominator est in regno hominum, & ipsius est regnum, & cuicumque voluerit, dabit illud.* Ideo omnes generaliter admonuimus, ut consona voce & corde Dominum rogent, ut qui eũ eligit in regnũ, ipse ei tribuat regimen disciplinæ sanctæ suæ, ad regendam plebem suam. Honor quoque eis ab omnibus impendatur, dicente Apostolo: *Regem honorificate*: & alibi: *Siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.* Item Apostolus: *Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, quia non est potestas data, nisi a Deo. Quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt. Igitur qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Nullus regi detrahat, dicente Salomone: *In ore tuo ne detraxeris regi, & in corde tuo ne maledixeris principi: quia aues cæli portant illud, & qui habet pennas, annunciabit verbum.* In necem regis nemo communicare audeat, quia christus Domini est: & si quis tali sceleri adhæserit, si episcopus est, aut ullus ex sacerdotali gradu, ex ipso detrudatur, & a sancta hereditate dejiciatur, sicut Iudas ab apostolico gradu ejectus est: & omnis quisquis tali sacrilegio assenserit, æterno anathematis vinculo interibit, & Iudæ traditori sociatus, sempiternis cremabitur incendiis, ut scriptum est: *Non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, judicium Dei non effugiunt.* Duo namque eunuchi Assuerum regem interficere cupientes, in patibulum suspensi sunt. Animavertite quid fecerit David præfecto, cum ei Dominus dixerit: *Ego tradam Saul in manus tuas*: dum invenit dormientem, & hortatus a milite ut occideret eum, dixit: *Absit a me hoc peccatum, ut extendam manum meam in christum Domini.* Illum autem militem qui post mortem ejus venit ad eum, protestans quod ipse occiderat Saul, capite truncavit: & reputatum est illi ad justitiam, & semini ejus post eum. Exemplis namque apud vos sæpe probatum est, quod quicumque internecionis dominorum fuere*, in spatio vitam finierunt, & utroque jure caruerunt.

1. Pet. 2. Ibidem. Rom. 13. Eccles. 10. Paulo aliter. 1. Reg. 24. Aliter. Ibid.

* Deest auctores, vel aliquid simile.

XIII.

Decima tertia admonitio fuit. Ut potentes & divites justa judicia statuãt, nec personam divitis accipiant, nec pauperes contemnãt, neque a rectitudine judiciorum devient, nec munera super innocentes accipiant, sed in veritate & justitia, dicente Propheta: *Iuste iudicate filii hominum.* Item alibi: *Non facies quod iniquũ est, nec iniuste iudicabis: non stabis contra sanguinem proximi tui.* Item ut Isaias: *Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinũ, quasi nix dealbabũtur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, ut lana alba erunt.* Item alibi: *Solue omnem nodum iniquitatis, solue fasciculos deprimentes: dimitte eos qui confracti sunt, liberos, & omne onus disrumpe. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur*, dicente Domino in evangelio: *In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: mensura qua mensi fueritis, metietur vobis.* Nec vi alicui rapietis, quod suum est: *Nõ concupisces rem proximi tui, nec desiderabis uxorem eius, non villam, non bouem, non ouẽ, nõ agrũ, nec omnia quæ illius sunt.* Propheta nãque comminatur dicens: *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrũ ad agrum copulatis, vsque ad terminũ loci: numquid soli vos habitabitis in medio terræ? in auribus meis sũt hæc, dicit Dominus exercituum.* Rursum clamat Propheta, dicens: *Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.* Mementote quid mereatur, qui scandalizaverit unũ de pusillis: qui autem susceperit unum de his, Christum suscipit, a quo in judicio mereamini audire: *Venite, benedicti, possidete paratum vobis regnum ab origine mundi.*

Psal. 57. Levit. 19. Isa. 1. Isa. 58. Matth. 17. Exod. 20. Isa. 5. Psal. 81. Matth 25.

XIV.

Decimum quartum caput. Fraus, violentia

ANNO CHRISTI. 787.

lentia & rapina vereatur, & ne injusta vel majora tributa ecclesiis Dei imponantur, quam lex Romana & antiqua consuetudo priorum imperatorum, regum & principum habeat: omninoque qui sanctæ Romanæ ecclesiæ & beato Petro principi apostolorum communicare cupit, ab hoc vitio violentiæ immunem se servare studeat. Sit concordia ubique, & unanimitas inter reges & episcopos, ecclesiasticos & laicos, omnemque populum Christianum: ut sit unitas ubique ecclesiarum Dei, & pax in una ecclesia, in una fide, spe & caritate permanens, unum caput habens, quod est Christus, cujus membra se invicem adjuvare, mutuaque caritate diligere debeant, sicut ipse dixit: *In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* (Ioan. 13.)

XV.

Decimum quintum caput. Interdicuntur omnibus injusta connubia & incestuosa, tam cum ancillis Dei, vel aliis illicitis personis, quam cum propinquis & consanguineis, vel alienigenis uxoribus: & omnino anathematis mucrone perfoditur, qui talia agit, nisi correctus resipiscat a tam nefanda præsumptione, & suo episcopo obtemperans, seipsum ad æquitatis normam corrigat & revocet.

XVI.

Decimum sextum caput. Decreto abdicitur filiis meretricum legitima hereditas. Adulterinos namque filios, ac sanctimonialium, auctoritate apostolica spurios & adulteros judicamus. Virginem namque quæ se Deo voverit, & ad instar sanctæ Mariæ vestem induerit, sponsam Christi vocitare non dubitamus. Ideo manifestum est, sive in cælestibus rebus, sive terrestribus, quia non potentiorem se sponsam tulerit, & suo sibi eam matrimonio copulaverit, nunquam impunitus evadet. Vnde & Apostolus ait: *Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Dominus. Templum enim Dei sanctum est*, &c. (1. Cor. 3) Et idem Apostolus: *Hoc namque scitote, intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut adulter, aut auarus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei.* (Ephes. 5.) Perpendite namque, si ab Apostolo hereditas sæculi secluditur, dicente scriptura: *Non enim heres erit filius ancillæ cum filio liberæ.* (Gen. 21.) Sed dicet aliquis adulterinus: Meretrix mea non est serva, sed libera. His auctoritate apostolica respondemus: *Nescitis, quia cui vos seruos exhibuistis ad obediendum, serui eius estis cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue iustitiæ ad sanctificationem?* (Rom. 6.) Idcirco imperavimus apostolicis verbis, ut *propter fornicationem fugiendam, unusquisque* laicus *suam uxorem legitimam habeat, & unaquæque suum virum habeat*, (1. Cor. 7.) ut secundum Dominum inde heredes legitimos habeat, fiantque heredes Dei, coheredes autem Christi. Cæterum sicut in canone, vel in euangelica doctrina, & decretis apostolicorum dogmatum, de legitimis matrimoniis, vel statuto tempore nubendi vel abstinendi, scriptum est, his decretis nihil addere præsumimus, aut demere: *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei.* (1. Cor. 11.)

XVII.

Decimum septimum caput. De decimis dandis, sicut in lege scriptum est: *Decimam partem ex omnibus frugibus tuis si primitias deferas in domum Domini Dei tui.* Rursum per prophetam: *Adferte*, inquit, *omnem decimam in horreum suum, ut sit cibus in domo mea: & probate me super hoc, si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero benedictionem usque ad abundantiam: & increpabo pro vobis deuorantem, qui comedit & corrumpit fructum terræ vestræ: & non erit vltra vinea sterilis in agro, dicit Dominus.* (Mal. 3.) Sicut sapiens ait: *Nemo justam eleemosynam de his quæ possidet facere valet, nisi prius separauerit Domino, quod a primordio ipse sibi reddere delegauit.* Ac per hoc plerumque contingit, ut qui decimam non tribuit, ad decimam reuertatur. Vnde etiam cum obtestatione præcipimus, vt omnes studeant de omnibus quæ possident decimas dare, quia speciale Domini Dei est: & de nouem partibus sibi viuat, & eleemosynas tribuat: & magis eas in absconditis facere suasimus, quia scriptum est: *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te.* (Matth. 6.)

Vsuras quoque prohibuimus, dicente Domino ad David, *dignum fore habitatorem tabernaculi sui, qui pecuniam suam non dederit ad usuram.* (Psalm. 14.) Augustinus quoque ait: *qui habet iniustum lucrum* sine justo damno. Vbi lucrum, ibi damnum: lucrum in arca, damnum in conscientia.

Statuimus etiam, ut mensuras æquas & pondera æqualia statuant omnibus, dicente Salomone *Pondus & pondus, mensuram & mensuram odit Deus*: (Prov. 16.) id est, ne alio quis vendat pondere, vel mensura alia emat: quia *ubique Deus iustitiam diligit, & æquitatem videt vultus eius.*

XVIII.

Decimum octauum caput. De voto Christianorum, ut impleant illud. Antiqui namque patriarchæ & prophetæ per

per hoc placuerunt Domino. Abel namque justus votum fideli animo obtulit de adipibus suis: & grata magis erant Domino, quam illius patricidæ. Idcirco Divino igne Deus absumpsit holocausta accepta, non bono autem animo oblata contempsit. Et idcirco cum maledictione damnatus, iram meruit: junior autẽ felici martyrio coronatus est. Recordamini Enoch, qui votum vovit & reddidit, & vivens in corpore translatus est. Noe namque justus votum vovit & reddidit, & solus omnium hominum, cum septem sibi conjunctis, de diluvio mundi liberatus est. Quid loquar de Abraham, qui cætera vota vovit & reddidit, & decimas sacerdoti Melchisedec dedit? de hostibus namque triumphavit: ideo meruit Dominum in Trinitate non solum adorare, verum etiam in hospitium suscipere, & promissionis filium de nonagenaria habere: & quem promissionis filium suscipere meruit (maxime dicente Domino: *In Isaac vocabitur tibi semen*: &, *in semine tuo benedicentur omnes gentes terræ*) ipsum promissionis filium mactare non renuit, quem proculdubio tamen victurum non diffidebat. Ideo fides cooperabatur operibus illius, & reputatũ est illi ad justitiam, & amicus Dei appellatus est. Iacob namque votum vovit, & reddidit. Recordamini Manoe de filia sua, & memoria illius in sempiternũ erit. David propheta implens votum, nobis præcipit, dicens: *Vovete & redite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius sunt: afferte munera terribili, & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud omnes reges terræ*. Salomon quoque ait: *Cum feceris votum, festina reddere illud, ne forte Dominus irascatur tibi*. Item Scriptura: *Melius est non vovere, quam votũ non reddere*. Vnde obsecramus, ut unusquisque ad mentem suam revocet quidquid in prosperitate & angustia Deo vovit, ne tardet reddere illud, ne forte iterum in angustiis implicati audire mereamini: *Qod dudum pollicitus est mihi, mentitus est: ad seruandam duritiem tuam & cor impœnitens, thesaurizasti tibi irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei*. Ideo in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis quod timebatis advenerit. Nihil namque damus nec promittimus, nisi quod prius nobis dedit. Vnde Propheta compunctus ait: *Quid retribuã Domino pro omnibus quæ retribuit mihi*? Si quis autem voverit, & reddere distulerit, veremur ne unquam illæsus evadat, ut dictum est: *Horrendum est incidere in manus Domini viventis*, &c.

Gen. 21. Psalm. 75. Eccles. 5. Rom. 2. Psal. 115. Hebr. 10.

XIX.

Decimum nonum caput. Annexuimus, ut unusquisque fidelis Christianus a catholicis viris exemplum accipiat: & si quid ex ritu paganorum remansit, avellatur, contemnatur, abjiciatur. Deus enim formavit hominem pulchrum in decore & specie: pagani vero diabolico instinctu cicatrices teterrimas superinduxerunt, dicente Prudentio:

Tinxit & innocuã maculis sordentibus humũ.

Domino enim videtur facere injuriam, qui creaturam fœdat & deturpat.

Certe si pro Deo aliquis hanc tincturæ injuriam sustineret, magnam inde remunerationem acciperet. Sed quisquis ex superstitione gentilium id agit, non ei proficit ad salutem, sicut nec Iudæis circũcisio corporis sine credulitate cordis.

Vestimenta etiam vestra, more gentilium, quos, Deo opitulante, patres vestri de orbe armis expulerunt, induitis. Miranda res, & nimis stupenda; ut quorum vitam semper odistis, exempla imitemini.

Equos etiam vestros turpi consuetudine detruncatis, nares finditis, aures copulatis, verum etiam & surdas redditis; caudas amputatis: & quia illos illæsos habere potestis, hoc nolentes cunctis odibiles redditis.

Audivimus etiam, quod dum inter vos litigium versatur, sortes more gentilium mittitis: quod omnino sacrilegium istis temporibus reputatur.

Equos etiam plerique in vobis comedunt, quod nullus Christianorum in Orientalibus facit: quod etiam euitate. Contendite vt omnia vestra honesta & secundum Dominum fiant.

Vestes gentiles. Equos copulare. Sortilegium. Equos comedere.

XX.

Vigesimum caput. Omnibus generaliter intimavimus, ut juxta propheticam vocem agere decertent, quæ ait: *Nolite tardare converti ad Dominum, nec differatis de die in diem*. Et alibi: *Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu*. Item: *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*. Et juxta apostolum: *Confitemini alter alteri peccata vestra, & orate pro invicem, ut salvemini, ne vllum (quod absit) subitanea mors imparatum inveniat*. Et juxta judicium sacerdotum, & modum culpæ, eucharistiam sumite, & fructus dignos pœnitentiæ facite: fructuosa namque pœnitentia est, admissa deflere, fleta in postmodum non admittere.

Si quis autem, quod absit, sine pœnitentia aut confessione de hac luce discessit, pro eo minime orandum est. Nullus enim

Ioel. 2. Mal. 3. Iacob. 5. Paulo aliter.

ANNO CHRISTI 787.

1. Ioan. 2.

enim nostrum absque peccato est, nec infans unius diei, dicente Apostolo: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Pœnitemini igitur & convertimini, quia mors non tardat, ut deleantur vestra peccata, & illa vita sine fine mansura cum angelis sanctis perfrui mereamini, per eum qui vivit & regnat in sæcula sæculorum.

Hæc decreta, beatissime papa Hadriane, in concilio publico coram rege Ælfuvalo, & archiepiscopo Eanbaldo, & omnibus episcopis & abbatibus regionis, seu senatoribus, & ducibus, & populo terræ, proposuimus; & illi, ut superius fati sumus, cum omni devotione mentis juxta possibilitatem virium suarum, adjuvante superna clementia, se in omnibus custodire devoverunt, & signo sanctæ crucis in vice vestra, in manu nostra confirmaverunt, ut postea stylo diligenti in charta hujus paginæ exaraverunt, signum sanctæ crucis infigentes.

SUBSCRIPTIONES.

Ego * Ælfuvaldus Transhumbranæ gentis rex, consentiens signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego * Dilberchus Augustadensis ecclesiæ præsul, gaudens signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Eanbaldus gratia Dei archiepiscopus Eboracensis ecclesiæ, hujus chartulæ piæ & catholicæ taxationi, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego * Hyguvaldus Lindisfarensis ecclesiæ episcopus obediens, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego * Ædilberchus Candensis casæ episcopus supplex, signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Adulphus Myiensis ecclesiæ episcopus, devota voluntate subscripsi.

Ego Æthiluvinus episc. per legatos subscripsi.

Gosigha patricius, signo sanctæ crucis placido animo subscripsi.

* al. Alfvuoldus

* al. Tilberus

* al. Higbaldus.

* al. Æthelbertus.

His quoque saluberrimis admonitionibus, presbyteri, diaconi ecclesiarum, & abbates monasteriorum, judices, optimates, & nobiles, uno opere, uno ore consentimus & subscripsimus.

Ego Alrich dux, signo sanctæ crucis subscr.

Ego Sigulphus dux, signo sanctæ crucis subs.

Ego Aldberich abbas, signo sanctæ crucis subscr.

Ego Erhart abbas, signo sanctæ crucis subscr.

His peractis, & data benedictione, perreximus, assumptis nobiscum viris illustribus, legatis regis & archiepiscopi, Maluinum videlicet & Pyttel lectores: qui una nobiscum pergentes, & ipsa decreta secum deferentes in concilium Merciorum, ubi gloriosus rex Offa cum senatoribus terræ, una cum archiepiscopo Iaenberchto sanctæ ecclesiæ Dorouernensis, & cæteris episcopis regionum, convenerat. Et in conspectu concilii clara voce singula capitula perlecta sunt: & tam Latine quam Teutonice, quo omnes intelligere possent, dilucide reserata sunt. Qui omnes consona voce, alacri animo gratias referentes, apostolatus vestri admonitionibus promiserunt, se Divino adminiculante favore, juxta qualitatem virium, promptissima voluntate, in omnibus hæc statuta custodire. Quin etiam, ut supra taxavimus, tam rex, quam principes sui, archiepiscopus cum sociis suis, in manu nostra, in vice domini vestri, signum sanctæ crucis firmaverunt, & rursum præsentem chartulam sacrato signo roboraverunt.

SUBSCRIPTIONES.

Ego Iaenberchtus[a] archiepiscopus sanctæ Dorouernensis ecclesiæ, supplex signo sanctæ crucis subscripsi.

Ego Offa rex Merciorum, consentiens his statutis, prompta voluntate signo crucis subscr.

Hugilberchtus[b] episcopus Lichtenfelsæ ecclesiæ, signo sanctæ crucis subscripsi.

Edeulfus[c] Lindensis, Faronensis episcopus subscripsi.

Vnunona[d] Legorensis episcopus subscripsi.

Alchardus episcopus subscripsi.

Fadberchus episcopus subscripsi.

Chumberchus episcopus subscripsi.

Harchelus episcopus subscripsi.

Æine episcopus subscripsi.

Tora episcopus subscripsi.

Vvaremundus episcopus subscripsi.

Adalmundus episcopus subscripsi.

Adoredus episcopus subscripsi.

Edrabodus abbas, Alemundus abbas, Boduuinus abbas, Vttel abbas.

Brorda dux, signo sanctæ crucis subscripsi.

Facuualdus dux subscripsi.

Bercoaldus dux subscripsi.

Othbaldus comes subscripsi.

[a] al. Iambertus, Lambertus, & Lambrithus.

[b] Higebertus episcopus Lichefeldæ.

[c] Eadulphus episcopus Lindisfarnensis.

[d] Vnuuora Legecestrensis.

*** CONCILIUM CANTUARIENSIS PROVINCIÆ anno DCLXXXV. celebratum.

Appendicis loco addimus hoc concilium, supra collocandum, pag. 1285. ante vitam Ioannis Papæ.

Ex Monastici Anglicani Tom. I. pag. 39. & 46.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Anno Dominicæ Incarnationis DCLXXXV. congregata synodo juxta fluvium Alne, in loco qui dicitur Tvviford, cui Theodorus archiepiscopus Dorouernensis præsidebat, cum Cuthbertus multis legatariis ac litteris ad se præmissis, nequaquam sua insula posset erui: tandem ego Egfridus rex Northumbrorum, cum antistite Trumvvino, & aliis religiosis viris, insulam navigavi, & invitum ad synodum pertraxi, ubi omnium jussione episcopatus officium suscipere compellitur: cui & omnibus successoribus ejus, cum consilio Theodori archiep. & Tromvvini, & totius concilii, pro salute animæ meæ & successorum meorum, donavi villam quæ vocatur Creec, & tria milliaria in circuitu ipsius villæ. Donavi etiam civitatem quæ vocatur Lugubalia, & in circuitu ejus 15. milliaria, ut hæc tam ipse, quam successores sui, ad Dei servitium in perpetuum habeant, ita sicut ego habui, libera & quieta, & secundum suam voluntatem disponenda.

Ego Theodorus archiep. Dorouern. subscripsi.

Ego Bosa episcopus subscripsi.

Ego Cedde Orientalium Saxonum episc. subscr.

Ego Sexulf Merciorum episcopus subscripsi.

Ego Eata Hagustaldens. episcopus subscripsi.

Ego Trumvvin Pictorum episcopus subscripsi.

Ego Ceadda Lychefeldensis episc. subscripsi.

Ego Eadhed Lyndissi episcopus subscripsi.

Hæc donatio scripta est tempore Agathonis papæ, anno ætatis regis Egfridi, XL. regni vero ejus XV.

Si tempore Agathonis, ergo ante ann. Chr. 685.

FINIS TOMI SEXTI.

APPENDIX AD TOMUM SEXTUM CONCILIORUM.

x Spicileg. Dacher. Tom. IX.

THEODORI CANTUARIENSIS Archiepiscopi

CAPITULA.

I. IN ordinatione episcopi vel presbyteri, sive diaconi vel subdiaconi, oportet episcopum Missam agere; similiter Græci faciunt quando abbatem aut abbatissam eligunt.

II. In monachorum ordinationibus abbas debet Missam agere, & tres orationes complere super caput ejus: & septem dies velet caput suum cuculla sua, & septimo die abbas tollat velamen de capite monachorum. Sicut in baptismo presbyter septimo die velamen infantium abstolit: ita & abbas debet monacho, quia secundum baptisma est juxta judicium patrum, & omnia peccata dimittuntur sicut in baptismo. Presbyter potest abbatissam consecrare cum Missæ celebratione.

III. In abbatis ordinatione episcopus debet Missam agere, & eum benedicere inclinato capite, cum duobus testibus vel tribus de fratribus suis, & dat baculum & pedules. Sanctæmoniales & basilicæ cum Missa semper debent consecrari. Græci simul benedicunt viduam & virginem, & utramque abbatissam eligunt. Romani non velant viduam, sed virginem tantum.

IV. Nullum perfectum credimus in baptismo sine confirmatione episcopi: tamen non desperamus.

V. Sacrificium non accipiendum de manu sacerdotis, qui orationem vel lectiones secundum ritum implere non potest. Cum Græcis non frangunt panem sanctum, nec collectionem dicunt vel Dominus vobiscum diacones, nec completa.

VI. Qui bis baptizati sunt ignorantes, non indigent pœnitentia, nisi qui secundum canones non possunt ordinari, nisi pro magna necessitate. Qui vero non ignorant, quasi iterum Christum crucifixerunt, pœniteant septem annis, quarta feria & sexta feria, & tribus quadragesimis.

VII. De operibus diei Dominicæ. Græci & Romani in die Dominica non navigant, nec equitant; panem non faciunt, nec in curru ambulant, nisi ad ecclesiam tantum; nec balneant se. Græci non scribunt publice, tamen pro necessitate seorsum in domu scribunt. Qui operantur in die Dominico, Græci prima vice arguunt, secunda tollunt aliquid, tertia vice tertiam partem de rebus, & vapulant, vel septem diebus pœniteant.

VIII. Græci & Romani dant servis suis vestimenta, & laborant excepto Dominico die. Græcorum monachi servos non habent, Romani habent.

IX. Ligna ecclesiæ non habent ad aliquid opus, nisi ad ecclesiam aliam si necesse est, vel igni comburenda, vel ad profectum in monasterio fratribus; in laicalia vero opera non debent procedere. Ecclesiam licet ponere in alio loco si necesse sit: & tunc debet iterum sacrificari, nec tantum aqua sancta aspergi.

X. Græci carnem morticinam non dant porcis suis. Pelles vero morticinorum ad calceamenta & lanam, & cornua licent accipi, sed non ad sanctum aliquid. Tamen si casu porci comedant carnem morticinorum, aut sanguinem hominis, non abjiciendos credimus, nec gallinas æquali modo. Animalia quæ a lupis sive canibus consumuntur, non comedenda, nisi porcis projiciantur & canibus; cervus nec aper, si mortui inventi fuerint. Pisces autem licent, quia alterius naturæ sunt. Aves & animalia cætera, si in retibus strangulantur, non sunt comedenda. Paulus enim ait: *Abstinete vos a suffocato sanguine, & ab idolothytis.* (Act. 21.) Similiter ab accipitre mortua. Equum non prohibent: tamen consuetudo non est comedere.

XI. De peste mortalitatis. Græci & Romani dicunt ipsos infirmos visitari debere, sicut cæteros infirmos, sicut Dominus præcipit.

XII. Græci omni Dominica die communicant sive clerici sive laici, & qui tribus Dominicis non communicaverit, excommunicatur. Romani similiter communicant qui volunt, qui autem noluerint, non excommunicantur. Pœnitentes vero secundum canones non debent communicare ante consummationem pœnitentiæ. Theodorus dicit: Nos vero per misericordiam post annum vel sex menses licentiam damus. Una pœnitentia est viduæ & puellæ; majorem meruit, quæ virum habet, si fornicationis crimen commiserit.

APPENDIX To. VI.

XIII. Si quis gentilis dimiserit uxorem gentilem, in potestate erit post baptismum habere eam, vel non habere. In tertia provicinate provinciæ carnis, secundum Græcos licet nubere, sicut in lege scriptum est; in quinta secundũ Romanos. Tamen in quarta non solvunt conjugium post * factum fuerit. In tertia provincia non licet uxorem alterius post obitum ejus habere.

* *f.* postquam.

XIV. Digamus pœniteat primo anno, quarta feria & sexta feria; & in Quadragesimis tribus abstineat se a carnibus, & separetur.

XV. Monachus si fornicatus fuerit, sex annis pœniteat.

XVI. In primo conjugio, debet presbyter Missam agere, & benedicere ambos: & postea abstineant se ab ecclesia triginta diebus; quibus peractis pœniteant XV. diebus, & vacent orationi, & postea communicent cum oblatione.

XVII. Ingenuus cum ingenua conjungi debet.

XVIII. Si quis maritus votum Domino habet virginitatis, adjungitur uxori, postea non dimittat uxorem, sed pœniteat tribus annis. Vota stulta frangenda sunt & importabilia. Mulier non debet votum vovere sine licentia viri sui, sed si voverit dimitti potest.

XIX. Pro defuncto monacho Missa agitur in die sepulturæ ejus, tertia die, & postea quamdiu voluerit abbas: pro laico bono tres vel septem post jejunium; pro pœnitente trigesima die vel septima, & propinquis ejus oportet jejunare quinta die & oblationem offerre ad altare; sicut in Jesu filio Sirach legitur, & pro Saül filij Israël jejunaverunt: postea quandiu voluerit presbyter.

XX. Secundum Græcos presbytero liceat virginem sancto velamine consecrare, & reconciliare pœnitentem, & facere oleum exorcizatum, & infirmis chrisma, si necesse sit: secundum Romanos, non nisi episcopis solis.

XXI. Mulieres menstruo tempore non intrent ecclesiam, neque communicent, nec sanctæmoniales, nec laicæ: si præsumant, tribus hebdomadibus pœniteant. Similiter pœniteant quæ intrant ecclesiam ante mundum sanguinem post partum, id est XL. diebus.

XXII. Infans pro infante potest dari ad monasterium Deo, quamvis alium vovisset, & tamen melius est votum implere. Similiter & pecora, si necesse est, pro eo æquali.

XXIII. Lavacrum capitis potest esse in Dominica die, & in liusiva * pedes lavare.

* *f.* lixivia.

XXIV. Presbyter decimas dare non cogetur.

XXV. Reliquiæ sanctorum venerandæ sunt; si potest fieri candela ardeat per singulas noctes, si vero paupertas loci non sinit, non nocet eis. In cœna vero Domini incenditur, in natale sanctorum pro reverentia diei, quia ipsi sicut lilia dederunt odorem suavitatis, & asperserunt ecclesiam Dei sicut incensu aspergitur ecclesia primitus juxta altare.

XXVI. Inventio in via accipienda: si invenit possessorem, reddet ei.

XXVII. Laicus in ecclesia non debet recitare lectionem, nec alleluia dicere, sed psalmos tantum & responsoria sine alleluia.

XXVIII. Mulier potest oblationem facere secundum Græcos, non secundum Romanos.

XXIX. In illa die ante natale Domini, hora nona expleta, id est, vigilia Domini, manducant Romani, Græci dicto vespere Missam cantant.

XXX. Tributum ecclesiæ sit, sicut consuetudo est provinciæ; tamen ne pauperes in decimis vim patiantur.

XXXI. Animalia coitu hominibus commixta occidantur, & carnes canibus projiciantur: & ubi dubium est, non comedenda.

XXXII. In uno altari duas facere Missas conceditur: & ille qui prius manducare probatur, ad osculum non permittitur.

XXXIII. Vir abstineat se ab uxore sua XL. dies ante Pascha, & in prima hebdomada post pascha, post pentecosten una hebdomada.

XXXIV. Infantes monasterij quatuordecim annis carnem manducant.

XXXV. Confessio Deo soli, si necesse est, agi licet.

XXXVI. Gentiles mortui de locis sanctorum ejiciendi sunt.

XXXVII. Missas sæcularium mortuorum ter in annum tertia die, & nona die, & trigesima die, debet agere, quia resurrexit Dominus tertia die, & nona hora emisit spiritum, & triginta diebus Moisen filij Israël planxerunt.

XXXVIII. Lavandi pedes laicorum * nisi in cœna Domini.

* *f.* scilicet a clericis.

XXXIX. Promissio cito implenda est, quia mors non tardat.

XL. Qui cum sorore fornicatur, quatuordecim annis pœniteat.

XLI. Sacerdos tangendo mulierem coinquinatus, XL. diebus pœniteat.

XLII. Clericis nullatenus pugnare licet, nisi in multitudine, aut consilio servorum Dei.

XLIII. Non licet diacono alicui judicare * pœnitentiam, sed episcopis aut presbyteris.

* *f.* indicere.

XLIV. Maritus non debet uxorem suam nudam videre. Infirmis liceat omni hora potum cibumque sumere quando desiderant.

XLV. Cujus uxor infidelis & gentilis, & non potest eam convertere, dimittat eam.

XLVI. Abbati non licet monasterium suum alteri dare in potestatem; nec post obitum ejus, nec eo vivente sine voluntate monachorum, nec propinquo, nec alieno, sed ipsi eligant sibi abbatem. Si prior obierit, aut discesserit, simili modo. Abbas potest pro humilitate, cum permissione episcopi, locum suum derelinquere. Tamen fratres eligant sibi abbatem de ipsis, si habent; sin autem, de extraneis. Nec episcopus debet violenter in loco suo. Congregatio debet sibi eligere abbatem post mortem ejus, aut eo vivente, si discesserit, vel peccaverit. Ipse non debet ordinare de suis propinquis, neque de alienis, nec alio abbati dare si non voluerint fratres.

XLVII. Si peccaverit abbas, nec episcopo liceat tollere possessionem monasterij, quamvis peccaverit abbas, sed mittat eum in aliud monasterium in potestate alterius.

XLVIII. Abbati non licet nec episcopis terram ecclesiæ vendere ad aliam, quamvis in potestate ejus sint ambæ. Si mutare vult terram ecclesiæ, cum consensu amborum faciat. Si quis vult monasterium suum in alio loco ponere, faciat cum consilio episcopi & fratrum suorum, & dimittat in priore loco presbyterum ad ministerium ecclesiæ.

XLIX. Presbytero liceat soli Missam facere, si necesse est, & populum benedicere, in * Parascevem & crucem sanctificare.

* *f.* Parasceve cruc. sanctif.

L. Qui acceperit sacrificium post cibum, sep-

tem diebus in judicio episcoporum.

LI. Qui occiderit monachum vel clericum, arma relinquat, & domino serviat, vel septem annis pœniteat.

LII. Qui episcopum vel presbyterum occiderit, regi dimittendus est ad judicium.

LIII. Si laicus alterum odij meditatione occiderit, si non vult arma relinquere, pœniteat septem annis sine carne: si per iram subitam, tribus annis: si autem casu vel eventu, uno anno.

LIV. Pecunia ecclesiæ furata, sive rapta, reddatur quadruplum, populari dupliciter.

LV. Si quis fornicaverit cum virgine, uno anno pœniteat: si cum maritata, tribus annis; unum integrum, duos alios xl. dies pœniteat.

LVI. Blasphemias Domino agit, qui Missas Domino offert pro malo homine. Augustinus dicit omnibus Christianis esse faciendum quod vel ei proficit, aut offerenti, aut viventes consoletur.

LVII. Mulier quæ de fornicationis amore ad alteram conjunxerit, septem annis pœniteat. Sic & alia quæ semen viri sui miscens cibo, ut inde plus ejus amorem suscipiat.

LVIII. Sacrata virgo fornicans, septem annis pœniteat.

LIX. Qui homicidium vel furtum commiserit, & non composuit illis quibus nocuit, quando confessus fuerit episcopis vel presbytero peccata sua, debet illis aut propria reddere, vel componere: si vero non habuerit substantiam unde componere potest, vel nescierit quibus nocuit, pœnitentia plus augetur.

LX. Qui cibum immolatum comederit, deinde confessus fuerit: sacerdos consideret personam, in qua ætate contigit, & ita autoritas sacerdotalis circa infirmum moderetur.

LXI. Mulier quæ sobolem necaverit, septem annis pœniteat.

LXII. Laicus si de monasterio monachorum furtim discesserit, aut intret monasterium Domino servire, aut humanum subeat: *Deest hic aliquid.*

LXIII. Qui se ipsum occiderit propria voluntate, Missas pro eo facere non licet; sed tantum orare, & eleemosynas largiri.

LXIV. Si quis subita tentatione mente sua excesserit, vel insania se ipsum occiderit, quidam Missas faciunt.

LXV. Qui per jussionem domini sui occiderit hominem, dies xl. jejunet.

LXVI. Ante natalem domini nostri JESU-CHRISTI, Græci sera, & Latini nona hora Missas celebrant.

LXVII. Quicumque dubitat de baptismo, iterum baptizetur.

LXVIII. In ecclesia sanctificata nulli mortui sepeliuntur: si autem ibi mortui, antequam fuerit sanctificata, sepulti sunt, non sanctificetur. Si inde mutata fuerit in altero loco, vel laventur tabulæ; quæcumque etiam ecclesia mutata fuerit in alio loco, iterum sanctificetur: si vero in ipso loco, & ei mutata fuerit, aqua aspergetur sancta.

LXIX. Multi dicunt, non licet pro infantibus ante septem annos Missam agere. Sed tamen licet.

LXX. Qui pecuniam in prædam duxerit, tertiam partem eroget, & xl. dies jejunet.

LXXI. Si servus sit, & ancilla domini servum illum liberum non vult cum illa nubere, dimitte accipere, si illa non potuerit ad eum.

LXXII. Muliere mortua, liceat viro post mensem alteram accipere; mortuo vero viro, post annum liceat mulieri virum alterum accipere.

LXXIII. Qui dimiserit uxorem suam, alteri conjungens, septem annis pœniteat.

LXXIV. Si prægnantem mulierem comparat aliquis prius liberam, liber est; qui generatus est, servus est.

LXXV. Patri & filio matrem & filiam licet in matrimonio habere.

LXXVI. Vir & mulier in matrimonio, si ille voluerit servire Domino, & illa noluerit, aut illa voluerit, & ille noluerit, ille infirmatus, si illa infirmata omnino, consensu amborum separentur.

LXXVII. Qui pro homine mortuo jejunat, ipsum adjuvat in Dei solius notitia.

LXXVIII. Mulier sponte perdens partum suum, si ante xl. dies conceptionis, annum unum pœniteat; si vero post, tres annos pœniteat.

LXXIX. Pater filium necessitate coactus in servitium sine voluntate filij tradet.

LXXX. Qui ordinati sunt a Scotorum aut Britonum episcopis, qui in pascha & in tonsura adunati ecclesiæ catholicæ non sunt, iterum ab episcopo catholico manus impositione confirmentur, & aliqua collectione similiter ecclesiæ. Similiter quæ ab ipsis supradictis consecrantur, aqua exorcizata aspergantur, & aliqua collectione confirmentur.

LXXXI. Desponsata mulier viro, deinde non vult habitare cum ea: reddat pecuniam quæ ipsi datur, & tertiam partem substantiæ addat.

LXXXII. Pater filiam suam usque ad quindecim annos potestatem habet dare cui voluerit, post decimum quintum annũ, sine voluntate sua non licet.

LXXXIII. Qui manducat morticinum, xl. dies jejunet; si ejus necessitas egerit, nihil est.

LXXXIV. In quinta generatione conjungentur; quarta si inventi fuerint conjuncti, non separentur; tertia separentur.

LXXXV. Mulier post partum in purgatione sit xl. dies, sive masculus, sive fœmina sit.

LXXXVI. Non licet baptizatis cum catechumenis manducare communiter.

LXXXVII. Licentiam non habemus Britonibus petentibus chrisma vel eucharistiam dare, nisi ante confessi fuerint se nobiscum esse in unitate ecclesiæ: cum compertus fuerit non esse baptizatus, & baptizetur iterum, & confirmetur.

LXXXVIII. Presbyter si viam ambulaverit, & occurrens mulier rogans eum filium suum infirmum baptizari, & ipse pro itineris sui festinatione neglexerit; quicumque etiam præsumpserit in provincia sua propria, aut in aliena, vel ubicumque inventa fuerit, qui commendatum sibi infirmum non vult baptizare, & sic sine baptismo morietur, deponatur. Similiter autem si hominem occiderit, aut fornicationem fecerit, deponatur.

LXXXIX. Episcopus & abbas hominem sceleratum servum possunt habere, si precium redimendi non habet.

XC. Mos est apud Romanam ecclesiam, monachos vel homines religiosos defunctos in ecclesiam portare, & cum chrismate ungere pectora, ibique Missas pro eis celebrare; deinde cum cantatione ad sepulturas: & cum positi fuerint in sepulcro, tunc pro eis funditur oratio; deinde humo vel petra operiuntur corpora: prima, & tertia, & nona, & trigesima die pro eis Missa agitur; inde * post annum, si voluerint, observatur.

* *f.* idem.

XC.I Qui duxerit viduam in uxorem sibi, vel post baptismum, sive ante baptismum, non potest esse presbyter.

Appendix To. VI.

xcii. Non communicet vir cum uxore sua adultera, similiter & uxor cum adultero viro non ineat pacem communicationis.

xciii. Si quis episcopus, vel presbyter, sanctam Paschæ diem ante æquinoctium celebrarit, deponatur.

xciv. Si quis episcopus vel presbyter fracta oblatione non communicaverit, dicat rationabilem causam: sin aliud, deponatur.

xcv. Omnes fideles qui ingrediuntur ecclesiam, ac sanctam oblationem non præsumunt, nec percipiunt sacrificium, cum convenit, privari communione.

xciv. Episcopus non exeat ad aliam parochiam, & suam relinquat: nisi episcopus multorum judicio, & maxime supplicatione, perficiat.

xcvii. Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione ejus amputata sunt virilia, vel si ita factus est natus, & est dignus, efficiatur episcopus. Si quis amputaverit sibimet ipsi virilia, omnino non potest esse clericus. Si quis post gradum amputaverit virilia, omnino damnetur. Si quis semetipsum absciderit, tribus annis communione privetur.

xviii. Episcopus aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut in perjurio, aut in furto captus est, deponatur: non ita tamen communione privetur: dicit scriptura: non vindicat Dominus bis in unum.

xcix. Nullus per pecuniam obtineat gradum: sin vero, & ipse, & ordinator ejus, omnibus modis a communione projicientur.

c. Bis in uno anno concilia ab episcopis fiant, id est quinta septimana post pentecosten, secundo duodecimo mensis, id est octavo idus Octobris, juxta Romanos.

ci. Qui carnes immundas manducaverint, & olera quæ cum carne coquuntur, cessare oportet a ministerio.

cii. Desponsatam puellam non licet parentibus tradere alicui, tamen ad monasterium licet.

ciii. Ex aqua benedicta domus aspergendæ sunt.

civ. Mulier incantationes cantans, vel anno, vel tribus quadragesimis pœniteat.

cv. Sanguinem sine voluntate edentibus non esse peccatum.

cvi. Episcopus, presbyter, diaconus, confiteri debet peccatum suum. Confessio Deo soli, si necesse est, agi licet.

cvii. Dæmonium sustinenti licet petras & olera habere sine incantatione.

cviii. Perjures tribus annis pœniteant, sodomitæ septem annis; molles uno anno.

cix. Jejunia legitima sunt tria in Quadragesimis: in primo decimæ reddendæ sunt.

cx. Qui evangelium tantum legit, culpam * super humerum ponit, non sic in cæteris lectionibus. [*stolam.]

cxi. Ulciscendo qui occidit, ita pœniteat, ut homicidia sponte commissa.

cxii. In generatione tertia secundum Græcos licet nubere: non licet separari sine consilio amborum, sed alter alteri potest licentiam dare.

cxiii. Laicus a quo recessit mulier, cum consensu episcopi post septem annos aliam accipiat. Si in captivitatem per vim ducta est, post annum aliam accipere potest.

cxiv. Stando orandum pro reverentia Dei.

cxvi. Pueros monasterij ante viginti quinque annos non licet ordinare.

cxvi. Cuius uxor fornicatur, licet eam dimittere, & aliam accipere: & mulieri non licet fornicare, & alium accipere pecunia.

cxvii. Servo pecuniam per laborem comparatam nulli licet auferre.

cxviii. Puer quindecim annorum potest se monachum facere; puella sexdecim vel septemdecim, quæ in potestate parentum est. Monachum non licet votum vovere sine licentia abbatis sui: si voverit, dimittat, nisi jusserit Abbas.

cxix. Aves & animalia cætera, si in retibus strangulentur, non sunt comedenda: similiter ab accipitre mortua. Apostolus etiam ait: Similiter abstinete vos a suffocato sanguine, & ab * idolatria. [Act. 21.]

cxx. Presbytero non licet peccatum episcopi prodere, quod super eum est.

Basilius judicavit pueris licentiam nubere ante sexdecim annos, si abstinere non potuerint, quamvis monachi fuissent.

Expliciunt judicia Theodori Græci & episcopi Saxonum.

CONCILIVM SENONENSE. In quo monachis S Petri Vivi Senonensis concessum est libertatis privilegium. Anno Domini DCLXXII.

[Anno Christ. 672.]

Synodi hujus nobis est auctor Clarius in chronico, ejusdem sancti Petri Monachus, qui loquens de morte sancti Emmonis Senonum Archiepiscopi, hæc de illo refert: Hic privilegium libertatis, una cum comprovincialibus episcopis, monachis sancti Petri synodaliter fecit temporibus Clotarij regis, & Baltechildis matris ejus. In quo conventu fuerunt antistites gloriosi, sanctus Audoenus archiepiscopus Rothomagensis, & sanctus Faro episcopus Meldensis, sanctusque Eligius Noviomensis episcopus, & sanctus Amandus Trajectensium episcopus, cum aliis triginta episcopis. *Privilegium autem non extat. Rursus & nomen & epocham concilii congruenter huic Clotarii anno adscribimus, tum quod hac ætate similia sint privilegia pleraque monasteriis concessa, quæque adhuc supra dicti vixerint episcopi; tum quod honoris causa Emmo in provincia metropolim opportunius illos congregavit.*

[Verbis Petri de la Lande V. C. in Supplementis.]

CONVENTVS IN PALATIO Theodorici Franc. regis, anno Dom. DCLXXXVIII.

[Anno Christ. 688.]

Indicatus in supplementis concil. Gall.

In quo contendentibus episcopis tribus, cuius ecclesiæ S. Leodegarij corpus tribueretur, Pictavensi episcopo Ansoaldo adiudicatum est.

Interfecto Ebroino præfecto palatij Theodorici Francorum regis, libere loqui cœptum de insignibus frequentibusque miraculis, quæ ad sepulcrum fiebant S. Leodegarij Augustodunensis episcopi, cæsi ante annos tres Ebroini jussu: atque in regis palatio, frequentia episcoporum ac procerum maxima, vir vitæ sanctissimæ Ansoaldus urbis Pictavensis antistes, verbum intulit dicens: *Vtinam daretur mihi optio (quia notum est, meum esse parentem, & ex parochia mihi commissa ad honoris processit gratiam) ut eius corpusculum habere meruissem mecum.* Ibi autem aderat Ermenarius, qui ei successerat in episcopatu Augustidunensi, qui & ipse ait: *Iure mihi datur huius viri corpus, quoniam iustum est ibi eum requiescere, ubi episcopus fuit.* Tunc etiam & Vindicianus Præsul Atrabatensis, in cujus fuerat diœcesi interfectus, dicitur respondisse: *Nequaquam ita fiet ut vos sancti pontifices locuti estis, sed mihi*

[Vita sancti Leodegarij duplex; 1. autore anonymo; 2. autore Vrsino. Apud Duchesn. to. 1.]

fiat potestas sacrum beati viri corpusculum retinendi quippe qui illo loco datus videatur, in quo dignatus est quiescere. Adstante vero cunctorum turba episcoporum decreverunt, ut jejunia & orationes in hoc conflictu fierent, ut per hoc dignaretur Dominus ostendere, in cujus diœcesi jure sacrum illud corpus condendum esset. Hæc audientes acquieverunt decreto. Indicto igitur jejunio, & facta oratione, in tribus parvis epistolis diffinitionem scriptam super altare posuerunt, ut transacta oratione per eas Dominus declararet, ad cujus sortem sanctum corpus Martyris perveniret. Crastina vero die, oratione completa, ac Missarum solemniis consummatis, unus ex ministris jussus a pontificibus manum super pallam posuit, & cognitio veritatis ad manum suam pervenit. Quod videntes acclamaverunt, Ansoaldi Pontificis esse justiores preces, chartula extracta id satis declarante. Ita ergo sine ulla ambiguitate confirmato concilio, jussit abbati suo nomine Andulfo idem pontifex Ansoaldus, ut festinus, & cum debita reverentia, hoc sacrum corpus usque ad Pictavense solum perduceret. Translatio autem sancti corporis medio Martio mense facta est.

CONCILIVM TRAIECTENSE.

ANNO CHRIST. 719.

De transmittendis evangelij prædicatoribus in provincias paganorum.

Synodus hæc petitur ex vita S. Svviberti episcopi, apud Surium ab autore coetaneo conscripta, qui cap. 13. & 14. hæc narrat, tum de Svviberto, tum etiam de sancto VVilebrodo Traiectensi episcopo. Mortuo, *inquit*, Radbodo rege Frisonum, libere permissi sunt ubique per Frisiam publice evangelium Christi prædicare. Quapropter sancti pontifices Trajectum venerunt: quod Castrum sanctus Willebrodus ab illustri principe Pippino de Heristallo, & a glorioso filio ejus Carolo Martello, ex regali donatione cum suis appendicibus pro se, & suis successoribus episcopis Trajectensis ecclesiæ, impetravit. Deinde animadvertentes, quod multus populus Deo prosperante ab infidelitatis errore ad Christum conversus esset: convocata synodo in novella, ecclesia Trajectensi, apostolici pontifices, & canonici egregii prædicatores, ut pote sanctus Winfridus sacerdos, qui postea archiep. Moguntinensis consecratur, & Bonifacius appellatur, similiter sanctus Wiro episcopus Merciorum, sanctus Pechtelmus episcopus de Candida Casa, sanctus Othgerus levita, cum pluribus aliis gloriosis sacerdotibus & prædicatoribus (inter quos Marcellinus presbyter hujus vitæ scriptor) cui sanctæ synodo præfuerunt sancti VVillebrodus & Svvibertus, antistites constantiores. In qua conclusum & definitum fuit, ut omnes primi prædicatores in exteras provincias prædicarent verbum Dei. Unde hac illacque dispersi propter verbum Dei, post conversionem multorum paganorum salubri fine in Christo quieverunt. *Porro ex hoc contextu colligitur Concilium anno 719. celebratum fuisse, cum Radbodus paulo post insignem a Carolo Martello victoriam ad Vinciacum anno præcedente reportatam mortuus loquatur apud Sigebertum in chronico: cumque ille ipse Carolus, fugato rege Chilperico, Clotarium IV. sibi assumpserit in regem ipsomet anno 719. victoriam subsequente: proindeque appellari novella potuerit ecclesia Traiectensis, sub finem anterioris sæculi ab eodem VVillebrodo erecta.*

CONCILIVM DVRIENSE.

Anno Domini DCCXLVIII.

ANNO CHRIST. 748.

Huius meminerunt Annales Metenses summatim his verbis; Pippinus omnium Francorum generaliter princeps, (*scilicet post Carlomanni fratris abdicationem,*) anno Dominicæ Incarnationis 748. placitum suum habuit in villa, quæ dicitur Duria, in qua synodum congregare jussit pro ecclesiarum restauratione, & causis pauperum, viduarumque & orfanorum corrigendis, justitiisque faciendis. *Qui autem de his omnibus canones fuere sanciti, non exant.*

PIPPINI REGIS EPISTOLA ad Bonifacium Archiepiscopum, Moguntinum,

ANNO CHRIST. 751.

QVA CONFIRMAT DONATIONEM & privilegium Monasterii Fuldensis a Sede Apostolica concessum.

Pippinus rex Francorum Bonifacio archiepiscopo & legato Germanico ab apostolica sede directo.

Quia veneranda paternitas tua nostram excellentiam postulavit pro monasterio, quod a te noviter constructum est in solitudine Buchonia juxta fluvium Fuldæ, in loco, quem beatæ memoriæ Karlomannus germanus noster legitima donatione tibi concessit, ut sicut ex autoritate sancti Petri principis apostolorum, pro quo legatione fungeris, privilegio sedis apostolicæ sublimatum esse constat, ita etiam nostræ autoritatis præcepto roboretur: placuit nobis, petitionibus tuis assensum præbere; & ideo hanc nostræ præceptionis seriem ob honorem Dei & venerationem sancti Petri conscribi jussimus, per quam privilegium sedis apostolicæ a beato Zacharia tibi collatum, cum consensu episcoporum, cæterorumque fidelium nostrorum per omnia roboramus, præcipientes ut nullus sacerdotum in regno nostro divinitus nobis concesso, in præfato monasterio jurisdictionem aliquam sibi vendicet præter sedem apostolicam, ita ut nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec Missarum solennia ibi quisquam præsumat celebrare; sed juxta id quod subjectum constat apostolicæ Sedi, firmitate privilegii inconcusse roboratum permaneat; locis etiam & rebus, quas tam moderno tempore tenet, vel possidet, quam quas futuris temporibus, juribus ipsius monasterii divina pietas augere voluerit, ex donis & oblationibus, decimisque fidelium, absque ullius personæ contradictione, firmitate perpetua perfruatur. Si autem quispiam nostræ autoritatis præcepto repugnare voluerit, sententiam apostolicæ districtionis, quæ in privilegio expressa est, experiatur; ut tamen hoc, quod ob amorem Dei, & venerationem sancti Petri nostra auctoritate firmavimus, stabile permaneat, manu nostra roboratum, & tam annulli nostri impressione, quam fidelium nostrorum adstipulatione subnixum. Vale.

APPENDIX TOMI VI.

ADDITIO AD REVELATIONEM Stephani II. Papæ quæ edita est pag. 1649.

Ex Codicibus ecclesiæ Senonensis & S. Germani Pratensis.

Gesta sunt hæc a beato Stephano Papa divina clementia, adjuvantibus sanctis Apostolis Petro & Paulo, per beatissimum martyrem Dionysium hoc anno, qui est ab Incarnatione Dom. nostri Jesu Christi DCCLIV. V. Kal. Augusti. *Deinde mox sequitur in iisdem codd.* Quoniam Christi roboratus virtute inter celebrationem consecrationis præfati altaris, & oblationem sacratissimi sacrificij, unxit in reges Francorum, florentissimum regem Pippinum, & duos filios ejus Carolum, & Carolomannum, sed & Bertradam conjugem ipsius inclyti regis Pippini indutam cycladibus regiis, gratia septiformis Spiritus sancti, in Dei nomine consignavit, atque Francorum proceres apostolica benedictione sanctificans, autoritate B. Petri sibi a Domino Jesu Christo tradita obligavit, & obtestatus est, ut nunquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula, ipsi, vel quique ex eorum progenie orti, Regem super se præsumant aliquo modo constituere, nisi de eorum propagine, quos & Divina providentia ad sanctissimam apostolicam sedem tuendam eligere, & per eum, videlicet vicarium sancti Petri, immo Domini nostri Jesu Christi, in potestatem regiam dignata est sublimare, & unctione sacratissima consecrare.

NOTA PETRI DE LA LANDE *in revelationem & additionem.*

Pag. 1649. B.

De illorum furcariis.] Sic restituimus ex his duobus pervetustis codd. loco furrariis, ac etiam ex Reginone Abbate paulo ante reposuimus tota mente, loco nota mente; quæ ambo legebantur in editione conciliorum. Porro vox illa furcarium, ex Glossariis significat tum quoddam tunicæ interionis genus, quasi supra carnem indutæ, tum etiam exterioris, ac superioris genus alterum, singulare quidem ac illustre vocatum jam Gallice, COTTE D'ARMES, vel olim SVRCOT, quod dicitur hodie de fecialibus.

Divina providentia ad apostolicam sedem tuendam.] Quod primum Clodoveo nuper ad fidem converso Anastasius II. Papa scripsit, hoc de regis ejusdem posteris Pelagius II. Papa prædixit, atque concupivit, scribens ad Aunacharium episcopum Autissiodorensem his verbis: *Non credimus otiosum, nec sine Divina providētia administratione dispositum, quod vestri reges Romano imperio in orthodoxa fidei confessione sint similes, nisi ut huic urbi, ex qua fuerat oriunda, vel universæ Italiæ, finitimos, adjutoresque præstaret, & quod regibus vestris juvandi nos* (scilicet papam, & sedem apostolicam) *virtus sit data divinitus.* Idipsum etiam in secundæ regum nostrorum stirpis honorem contestatus est ibi Stephanus II. Ac insuper ipsemet expertus est ob protectionem, & donationem Pippini regis, ita ut cæteri pontifices Romani, atque reges Francorum, simul ac invicem sequuti fuerint tum illas Anastasii atque Pelagii prænunciationes, tum Stephani exemplum, nempe illi confugiendo, & acceptando, hi autem protegendo, atque donando: quodque longe post ab Innocentio II. Papa inter alios actum est apud reges nostros tertiæ stirpis adversus Petri Leonis schisma, de quo Abbas Suggerius in vita Ludovici Francorum regis cognomento Grossi. *Cum,* inquit, *Petri Leonis pars, tum parentum suffragio, tum Romanæ nobilitatis præsidio prævaleret, dominus papa Innocentius cum suis Vrbem relinquere deliberat. Descendens itaque navali præsidio ad partes Galliarum, tutum & approbatum elegit persona & ecclesia post Deum defensionis asylum, regnum nobilissimum Francorum, nunciisque suis ad regem Ludovicum destinatis, & persona, & ecclesia opitulari efflagitat.*

EPISTOLA STEPHANI PAPÆ II. ad Pippinum regem, & Carolum ac Carolomannum

Ut Aistulfum Longobardorum regem, qui juramentum restituendi civitates & loca sibi donata, violavit, cogant justitiam facere de promissis.

Dominis excellentissimis filiis, Pippino regi, & nostro spiritali compatri, Carolo & Carolomanno item regibus, & utrisque patritiis Romanorum, Stephanus papa.

Dum regni vestri nomen inter cæteras gentes erga sinceram fidem B. Petri principis apostolorum lucidissime fulserit, valde studendum est ut unde gloriosiores cæteris gentibus in servitio B. Petri vos omnes Christiani asserunt, inde omnipotenti Domino, qui dat salutem regibus pro defensione sanctæ suæ ecclesiæ, perfectius placeatis: ut fidem quam erga eundem principem apostolorum colitis, adjutricem in omnibus habeatis. Optaveramus quidem, præcellentissimi filii, amplius protelando nostram locutionem dilatare: sed quia pro multis ab iniquo Aistulfo rege Longobardorum nobis ingestis tribulationibus cor nostrum omnino atteritur dolore, & tædet spiritus noster: ideo a multorum sermonum prolixitate declinavimus, & unum quod est necessarium, excellentissimæ Christianitati vestræ innotescere studuimus. A Deo protecte, nosterque spiritalis compater, & vos dulcissimi filii, pro mercede animarum vestrarum, quemadmodum misericors Deus noster cælitus victorias vobis largiri dignatus, justitiam B. Petri, in quantum potuistis, exigere studuistis, & per donationis paginam restituendum confirmavit bonitas vestra. Nunc autem sicuti primitus Christianitati vestræ de malitia ipsius impii regis ediximus, ecce jam mendacium & iniqua perversitas, atque ejus perjurium declaratum est. Antiquus quippe humani generis hostis diabolus, ejus perfidum juvasit cor: & quæ sub vinculo sacramenti adfirmata sunt, irrita facere ausus est. Nec unius enim palmi terræ spatium beato Petro sanctæque Dei ecclesiæ, vel reipublicæ Romanorum reddere passus est: tanto quippe a die illo, a quo ab invicem separati sumus, nos affligere, & in magna ignominia sanctam Dei ecclesiam habere conatus est, quanto non possunt hominum linguæ enarrare: quia etiam & ipsi lapides, si dici potest, tribulationem nostram magno ululatu flerent, & ita nos visus est affligere, ut denuo in nobis innovata fuisset infirmitas. Nimis namque lugeo, excellentissimi filii, cur verba nostræ infelicitatis non audientes, mendacium plusquam veritatem credere voluistis, illudentes nos & irridentes. Vnde & sine effectu justitiæ B. Petri ad proprium ovile, & populum nobis commissum sumus reversi. Omnes denique Christiani ita firmiter credebant, quod B. Petrus princeps apostolorum nunc per vestrum fortissimum brachium suam percepisset justitiam, dum tam maximum ac præfulgidum miraculum vestris felicissimis temporibus demonstravit, talemque vobis immensam victoriam Dominus Deus, & salvator Iesus Christus, per intercessiones sui principis apostolorum pro defensione sanctæ suæ ecclesiæ largiri dignatus est. Sed tamen, boni filii, credentes eidem iniquo regi, quod per vinculum sacramenti pollicitus est propria vestra voluntate per donationis paginam

beato Petro, sanctæque Dei ecclesiæ, & reipublicæ, civitates & loca restituenda confirmastis: sed ille oblitus fidem Christianam, & Deum, qui eum nasci præcepit, irrita, quæ per sacramentum firmata sunt, facere ausus est. Quapropter *Iniquitas in verticem illius descendit.* Patefactus quippe est laqueus, quem effodit, & in eo pro suo mandato & perjurio incidit. Conjuro vos, filii excellentissimi, & a Deo protecti, per Dominum Deum nostrum, & sanctam ejus gloriosam semperque virginem genitricem Mariam, dominam nostram, omnesque virtutes cælorum, & per beatum Petrum principem apostolorum, qui vos in reges unxit, ut doleat vobis pro sancta Dei ecclesia, & juxta donationem, quam eidem protectori vestro Domino nostro beato Petro offerre jussistis, omnia reddere, & contradere sanctæ Dei ecclesiæ studeatis, & nequaquam jam ipsius nequissimi regis vel ejus judicum seductoria verba, & illusionis mandata credatis. Ecce enim patefactum est mendacium ejus, ut nequaquam ulterius vires credendi habere possit: sed magis, cognito ejus iniquo ingenio & iniqua voluntate, ejus fraudantur insidiæ, & quod semel beato Petro polliciti estis, & per donationem vestrâ manu firmatam pro mercede animæ beato Petro reddere & contradere festinate. Beatus denique Paulus apostolus ait: *Melius est non vovere, quam post votum non reddere.* Etenim nos omnes causas sanctæ Dei ecclesiæ in vestro gremio commendavimus, & vos reddetis Deo & B. Petro rationem in die tremendi judicij, quomodo decertaveritis pro causa ejusdem principis apostolorum, & restituendis ejus civitatibus & locis. Vobis denique, multis jam devolutis temporibus, hoc bonum opus reservatum est, ut per vos exaltetur ecclesia, & suam princeps apostolorum percipiat justitiam. Nullus meruit de vestris parentibus tale præfulgidum munus, sed vos prælegit, & præscivit Deus ante tempora æterna, sicuti scriptum est: *Quos præscivit, & prædestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, illos & justificavit.* Vocati estis: justitiam ipsi principi apostolorum sub nimia festinatione facere studete, quia scriptum est, *fides ex operibus justificatur.* De omnibus vero tribulationibus nostris, quas passi sumus, vel denuo patimur, Deo auxiliante Folradus filius, vester consiliarius, & ejus socii, enarrabunt vobis: & ita agite de causa beati Petri, ut & in hoc victores favente Domino existatis, & in futuro, intercedente ipso principe apostolorum beato Petro, gaudia possideatis æterna. Bene valete, excellentissimi filij.

CONCILIVM LIPTINENSE

Anno Dom. DCCLVI. celebratum.

ANNO CHRIST. 756.

A quo juxta primum ejus nominis sub Carlomanno Francorum duce res ecclesiæ iterum precariæ fiunt sub annuo censu duodecim denariorum, prætereaque illarum nonæ & decimæ solvi deinceps ecclesiis jussæ.

H*Ujus synodi meminerunt episcopi in epistola à synodo apud Carisiacum missa ad Ludovicum regem Germaniæ his verbis.* Carli principis filius Pippinus rex synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum sancto Bonifacio legatus apostolicæ sedis Georgius nomine. Nam & synodum ipsam habemus, & quantumcumque de rebus ecclesiasticis, quas pater ejus abstulerat, potuit, ecclesiis reddere procuravit. Et quoniam omnes res ecclesiis a quibus ablatæ erāt restituere, propter concertationem quam cum Waifario Aquitanorum principe habebat, non prævaluit, precarias fieri ab episcopis exinde petiit, & nonas ac decimas ad restaurationes tectorum, & de unaquaque casata duodecim denarios ad ecclesiam unde res erant beneficiatæ, dari constituit, usquedum ipsæ res ad ecclesiam revenirent. *Patet ex hoc contextu episcopos hæc duo ejusdem nominis concilia ibi confundere, in eo quod asserant sanctum Bonifacium cum Georgio sedis Apostolicæ legato adfuisse huic secundo Liptinensi: cum passus fuerit anno 754. in quo conveniunt omnes scriptores: qui certe solus concilio Liptinensi primo ut legatus Apostolicus præfuerat anno 743. quo tempore Pippinus non erat rex, & Georgius quoque legatus nondum erat Apostolicus, sed anno duntaxat prædicto 756. quo missus est in Gallias a Stephano II. papa, vice sua loquens, ut ipse scribit Pippino regi. Unde fecimus epocham hujus secundæ Liptinensis synodi, quam tandem patet adhuc diversam esse a prima: cujus canon secundus auctior est in secunda, statuto de nonis & decimis præstandis. Præterea patet utriusque synodi Liptinensis confusio, ex hoc quod Pippinus tempore synodi apud Liptinas prima, anno scilicet 743. congregatæ, nullam habuerit concertationem cum VVaifario, ut legitur in eadem epistola, qui tunc non erat Aquitanorum princeps.*

CONVENTVS COMPENDIENSIS

Anni DCCLVIII.

ANNO CHRIST. 758.

C*Onventus seu placiti, hoc anno apud Compendium habiti, meminit Ado Viennensis in chronico, ubi adfuit Tassilo dux Bajovariorum, simulque horum proceres, qui fidem Pippino regi, eiusque filiis cum iuramento etiam super reliquias sanctorum, ob ducatum Baiovariæ in beneficium sibi concessum, polliciti sunt.* Tenente, *inquit Ado*, placitum Pippino rege in Compendio, Tassilo dux Bajovariorum ad illum ibi venit, seque illi in vassallum commisit, atque super corpora sanctorum martyrum Dionysii, Rustici, & Eleutherii, simul & super corpora sanctorum confessorum Martini & Germani, juravit, ut in omnibus diebus vitæ suæ regi, filiisque ejus, integram fidem cum subditione servaret: omnesque majores Bajovariorum una cum ipso sacramentis jurationum obstricti sunt. Acta sunt hæc anno Incarnationis Dom. DCCLVIII. *Præcedente tamen anno hæc omnia evenisse in conventu eiusdem loci narrat Eginhardus, ubi de gestis Pippini regis, antiquo computandi more.*

CONCILIVM VOLVICENSE

in agro Ricomagensi Arvernorum, præsente Pippino rege celebratum.

ANNO CHRIST. 761.

Anno Christi DCCLXI.

S*Ub finem actorum sancti Austremonii primi Arvernorum episcopi, mentio est huius synodi a Pippino habitæ, & hoc loco, ut videtur, & hoc anno secundæ in Aquitaniam expeditionis ab eo susceptæ, in qua cepit omnem pagum Arvernicum, urbemque Arvernam incendit, ut asserunt annales nostri, quæ post inædificata, Clarus-mons abhinc appellari cœpit. Inter illa vero, quæ ibi gesta sunt, enituit maxime pietas eiusdem Pippini regis erga ecclesias Dei atque reliquias Sanctorum, ac præsertim sancti Au-*

Appendix Tomi VI.

stremonii Arvernorum Apostoli, pro quarum translatione Lanfridus abbas Mauzaci non longe distantis a Volvico loco, qui olim pagus Violvascensis Sidonio Arvernorum episcopo dictus est, ac hodie nomen retinet vulgo Volvic, *& adhuc nunc est Prioratus a Mauzacensi abbatia dependens, quem in locum, corpus eiusdem sancti Austremonii primo fuerat translatum: convenit ipsum regem, petiitque coram synodo, ut illinc iterum illud exportaretur ad suum monasterium; quod tandem illi post annos aliquot ab ipsomet rege concessum est, ut fert secunda corporis eiusdem sancti translatio ex eodem codice. Hæc igitur acta sic habent:* Avitus, tus, *inquiunt,* Arvernicæ sedis episcopus, successor beati Projecti, auferens ab Iciodoro corpus beatissimi Austremonii, juxta corpus sui antecessoris, Vulvicum transposuit. Sed Deus omnipotens colla regum Francorum jugo fidei subjugavit, victoriamque eis clementi dignatione contra barbaros concessit: sicque ipsorum, cæterorumque virorum saniori mente viventium, & probitati operam dantium suffragamine, paulatim mater ecclesia, quæ, ceu homo ignobilis, inculta manebat, pristinum decorem cœpit resumere, & suum infortunium pedetentim abjicere; sacraq; religio certatim augmentum resumere. Inter quos reges, unum Divina sublimitas prælegit Pippinum cognomine, qui sicut Titan suo jubare, lauricomorumque vibratione, tetrum tegimen nebularum facessit & detegit: ita suo auxilio, & labore nocuum destruxit, & proficuum, immo salutiferum cultum auxit. Qui venerandus rex, nimiumque solers & industrius, Deo gratam jussit aggregari synodum, in qua fuere præsules clarissimi, & comites innumeri. Cum his ergo jam dictus plurima, prout Divina sublimitas concessit, de fide sanctæ Trinitatis contra Deo contrarios hæreticos disputavit, & incorrigibiles quosque de suo regno cum suis complicibus exturbavit. Aperto quoque demum proprio ærario, infinita munera Dei fidelibus pro suo libito ad restaurationem ecclesiarum, & sartatectorum reparationem, devotissime contulit. Abbates igitur, qui regię majestati aderant, ab eo perceptis muneribus gratanter ad propria rediere: inter quos extitit quidam præclarus, ipsi regi admodum dilectus, nomine Lanfridus, abbas monasterii vocabulo Mauziaci, qui omnigena prece sibi tribui poposcit almi Austremonii corpus, quem diu continuerat humatum Wolvicense cœnobium.

Anno Christ. 763.

CONVENTUS NIVERNENSIS. Anni DCCLXIII.

Hvic placito, præter Francos, interfuisse Tassilonem Baioariorum ducem, & quæ solemniter pollicitus fuerat Pippino Regi, scilicet in conventu Compendiensi, non præstitisse, auctor est qui chronicon S. Arnulfi conscripsit. Anno, *inquit,* DCCLXIII. Pippinus rex habuit placitum generale Francorum in Nivernis: Inde ob infidelitatem Waifarii perfidi ducis, quartum iter in Aquitaniam direxit. In eodem placito Tassilonem ducem Bajoariorum habuit: qui postmodum de eadem expeditione, postpositis sacramentis, & jurejurando, quod quondam regi Pippino avunculo suo promiserat, sine licentia ejus se subducens, ad usque Bajoariam fugit, & nunquam faciem regis videre meruit.

Anno Christ. 767.

CONCILIUM BITURICENSE Anno Christi DCCLXVII. celebratum.

Refert etiam Regino synodum alteram, & loco & tempore diversam a Gentiliacensi ad ipsummet annum 767. his verbis. *Eodem anno,* ait, *mense Augusto, rex Pippinus iterum Aquitaniam ingressus, usque Biturigas venit, ibique synodum tenuit.* Additque Fredegarius, Natale Domini nostri Iesu Christi & sanctæ Epiphaniæ apud Bitoricas urbem per consilium episcoporum & sacerdotum venerabiliter celebrasse. Quid autem in ea gestum sit, ignoratur. Narrat quoque Pippinum ibidem placitum suum Campo-Maii tenuisse.

Anno Christ. 770.

EPISTOLA STEPHANI III. PAPÆ ad Carolomannum Regem.

Rogat, ut fiat ejus compater spiritalis.

Domno excellentissimo filio Carolomanno regi Francorum, & patricio Romanorum, Stephanus Papa.

DVm tantam piæ considerationis gratiam, atque efficacem solertiam creator noster omnipotens Dominus, vestro mellifluo regali cordi, pro defensione & exaltatione sanctæ suæ ecclesiæ, infundere dignatus est, præcellentissime fili, ac benignissime rex: idcirco opinatissimi nominis tui præclara memoria, & indita cælitus prudentia in toto terrarum orbe divulgata permanet, etiam in cælestibus regnis digna operum tuorum refulgent merita. Vnde beatus es, bone Christianissime rex, quod quidem nos conspecta fidei tuæ constantia, quam in apostolicis causis, & nostri amoris fervore habere dignosceris, firmi in tua dilectione permanentes, sedulo eidem nostro conditori pro immensa vestra lætitia, & a Deo instituti regni vestri stabilitate, preces fundere nequaquam desistimus. Interea conjungentes ad nos Beraldus religiosus abbas, & Audbertus vir inluster, detulerunt nobis honorandas, nimisque desiderabiles syllabas a Deo protectæ excellentiæ vestræ, quas cum magno honoris affectu suscipientes atque relegentes, quæ in eis ferebantur, omnino agnovimus. Sed & ipsi vestri fidelissimi missi ea, quæ a vestra a Deo protecta excellentia, injuncta habuerunt, nobis subtilius retulerunt, de quibus, sicut vestris fidelibus ad singula eis responsum reddidimus, vestro a Deo inspirato culmini liquido enarrandum.

At vero, quia amoris vestri fervor in nostris firmiter viget præcordiis, magna nobis desiderii ambitio insistit, præcellentissime regum, ut Spiritus sancti gratia scilicet compaternitatis affectio inter nos adveniat, pro quo obnixe quæsumus Christianitatem tuam, a Deo institute bone rex excellentissimeque fili, ut de præclaro ac regali vestro germine, quod vobis Dominus pro exaltatione sanctæ suæ ecclesiæ largiri dignatus est, in nostris ulnis ex fonte sacri baptismatis, aut etiam per adorandi chrismatis unctionem, spiritalem suscipere valeamus filium, ut eadem Deo prosperante, compaternitatis gratia in medio nostrum corroborata, lætitia ex hoc tam nos quamque universus noster populus pariter relevati, exultare valeamus in Domino. Deus autem omnipotens, per quem reges re-

gnant, & principes imperant, sua vos protegat gratia, & victoriam vobis de cælo pro suæ sanctæ ecclesiæ defensione tribuat, atque longævos & sospites in solio regni pariter cum excellentissima & Christianissima filia nostra regina, dulcissima vestra conjuge, & amantissimis natis, conservare, & cælestis regni æterna gaudia concedere dignetur possidenda. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

ANNO CHRIST. 670

ADDITIO AD CONCILIVM Augustodunense, anno circiter DCLXXII.

AD canones supra editos pag. 535. alium addit Petrus de la Lande V. C. ex collectione canonum, quæ est in bibliotheca Thuana; qui cum ibi XIV. appelletur, ex eo constat plures olim fuisse quam qui nunc extant, nec ad monasticam disciplinam omnes pertinuisse. Fuisse autem a S Leodegario Augustodunensi episc. dictatos, patet ex duobus hujusce collectionis indicibus, quorum prior continet capitula canonum Græcorum & Latinorum, in cujus fine sunt hæc verba. *Can. Augustodunensium sancti Leodegarii episcopi.* Posterior autem index sic habet, *episcopi, qui hos canones dictaverunt*, quorum nomina desiderantur. Et ad calcem hujus legitur, *Consensio & confirmatio domini Leodegarii episcopi Augustodunensis.*

Canon Augustodunensis XIV.

Sæculares vero, qui Natale Domini, Pascha, Pentecosten non communicaverint, inter catholicos non habitent. Nullus presbyter confertus cibo, aut crapulatus vino, sacrificia contrectare, aut Missas facere præsumat: quod si quis præsumpserit, amittat honorem. Mulieres ad altare ingredi non oportet.

ANNO CHRIST. 679.

INCERTI LOCI CONCILIVM IN GALLIA contra hæreticos Monothelitas habitum anno Christi DCLXXIX.

CONcilii hujus notitiam reperimus inter subscriptiones episcoporum synodi Romanæ sub Agathone Papa, ad quam missi sunt tres legati e synodo Gallicana, scilicet Felix Arelatensis, Adeodatus Tullensis, episcopi, & Taurinus Tolonensis diaconus, qui suam ita enunciant subscriptionem. Felix minimus episcopus sanctæ ecclesiæ Arelatensis, legatus venerandæ synodi, quæ in regione Gallorum constituta est, huic suggestioni synodaliter a nobis factæ consentiens subscripsi. Adeodatus in nomine Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Leucorum, legatus venerabilis synodi, quæ in Gallia, &c. Taurinus indignus diaconus sanctæ ecclesiæ Telonensis, legatus venerabilis synodi, &c. *ut supra. Ex quibus apparet celebratam fuisse tunc synodum ab episcopis Galliarum, & quidem adversus Monothelitas, hujusce Agathonis mandato, ut patet ex ejus epistola: qui quidem sequutus est in his omnibus exemplum Martini quoque papæ scribentis ad Amandum Trajectensem episcopum, ut idipsum similiter agerent episcopi Galliæ contra eosdem novatores. Porro de synodi hujus tempore non constat: unde visum fuit illam adscribere saltē anno 679. proxime antecedente hanc Romanam synodum habitam 680. juxta synodos alias, quæ circum hæc duo tempora fuerunt congregatæ in aliis provinciis jussu ejusdem Agathonis, occasione hujusmodi hæresis: quas legere est in actis, quæ pertinent ad sextam synodum œcumenicam. Locus autem synodi in Gallia, ignoratur.*

EPISTOLA HADRIANI PAPÆ ad Bertherium Viennensem episcopum Metropolitanum.

De ecclesiarum statu, ac honore tum episcoporum, tum Metropolitanorum, pridem in Galliis neglecto.

Hadrianus servus servorum Dei, Bertherio Viennensi episcopo salutem.

DIlectus & illustris ac religiosus filius noster Karolus rex, patricius Romanorum, Romam venit, & Pascha Domini apud sanctum Petrum nobiscum egit: ubi inter alia eum monuimus de metropolitanorum honore, & de civitatibus quæ laicis hominibus traditæ erant: & quia episcopalis dignitas fere per LXXX. annos esset conculcata. Cum hæc & alia similia gloriosus rex audisset: promisit ante corpus B. Petri apostoli, quod omnia ad emendationem nostram venirent. Vnde placuit nobis, ut omnibus archiepiscopis & episcopis, autoritatem nostrarum litterarum mitteremus, ut sicut antiquis privilegiis singulæ metropolitanæ urbes fundatæ sunt, ita maneant: ut habeat unaquæque metropolis civitates sibi subditas, quas beatus Leo, & alii prædecessores ac successores ipsius, post Calchedonensem synodum singulis metropolitis distinxerunt. Nec propterea ulla metropolis præjudicium patiatur, si alicui suffraganeorum, aut nos, aut prædecessor noster, rogantibus piis Francorum ducibus, pallium largiti sumus. Nec debet ecclesia ullum damnum sui ordinis inde sustinere, si per 60. aut 80. & eo amplius annos, incuria quorumque præsulum, & vastatione barbarorum, dignitatem antiquam, & Romanorum antistitum firmitate roboratam, perdidit & amisit: quando innumeris pene annis illa, spiritu Dei disponente, usa fuerit. Autoritate igitur B. Petri principis apostolorum, singulis metropolitis antiquo more potestatem suam reddidimus, & filium nostrum gloriosum & inclytum regem Karolum ante corpus beati Petri inde rogavimus, ut antiquam dignitatem omnis metropolis haberet. Ideo hanc epistolam autoritatis nostræ omnibus misimus: quam & tu, ut haberes, voluimus, & ut tu nosceres ecclesiæ tuæ privilegium, quod a tempore beati papæ Leonis habuit, esse integre reformatum. Datum Kalendis Ianuarii, imperante piissimo Augusto Constantino, annuente Deo coronato piissimo rege Karolo, anno primo patriciatus ejus.

NOTA PETRI DE LA LANDE.

Fides hujus epistolæ, rerūq; in ea descriptarum asseritur ex epistolis tum Zozimi, Bonifacii Leonis, Hilari, & Symmachi Romanorum Pontificum pro metropolitis provinciarum Viennensis, Arelatensis, Ebredunensis, atque Narbonensium duarum distinguendis: tum etiam ex aliis Gregorii Magni papæ ad Syagrium Eduensem, & Desiderium Autissiodorensem, episcopos, pro pallii concessione. Rursus de neglectu ecclesiarum, seu episcoporum vel metropolitarum contemptu, videndæ sunt epistolæ Bonifacij archiepiscopi Moguntini, quibus respondet Papa Zacharias in tom. I. Concil. Galliæ. Cæterum observanda est æra patriciatus Caroli Magni, cui hanc revera dignitatem, atque tunc utilem concesserunt, anno 774. Hadrianus pontifex & synodus Romana, ut legere est in Decreto, dist. 63 can.

APPENDIX, TO. VI.

22. ac in vita ejusdem Caroli. Qualis autem fuerit hæc dignitas, Hadrianus ipse demonstrat ex illius usu in epigraphe ac subscriptione epistolarum, simulque illarum contextu. Quanti vero Carolus fecerit, is quoque denotat in epistola sua Leoni III. novo papæ cõgratulatoria. Præterea notandum est discrimen aliquod inter patriciatus Caroli Martelli, Pippini regis, ejusque filiorum vivente patre, & patriciatum Caroli Magni post mortem quoque fratris, in eo quod pontifices Romani, merum nudumque patricii nomen, & honoris causa tantum, absque ulla jurisdictione in senatum populumque Romanum, illis concesserint: in Carolum autem solum, omnimodam illam jurisdictionem, prædicto duntaxat anno causâ donationis mutuæ contulerint. Vnde illi nusquam hoc patriciorum titulo in suis epistolis usi sunt: contra vero Carolus Magnus rex, hunc patriciatus titulum numquam omisit in quibuscumque dictis & factis, donec imperatoris dignitatem fuerit adeptus: immo junxit frequenter hujus notam cum regni tempore. Tandem honor iste patriciatus Carolo Magno irrefragabiliter ab Hadriano papa conservatur, quique plus etiam & amplius honorifice ab ipsomet honoratur, (scilicet præ aliis) ut loquitur idem Hadrianus ad eundem Carolum Magnum. Porro episcopus ille Viennensis, cui scribit Hadrianus Papa, vocatur ab Adone etiam Viennensi Metropolita in chronico Bertericus.

ANNO CHRIST. 777. Ex iisdem supplem. ad verbũ.

CONCILIVM PADERBVRNENSE Anno Christi DCCLXXVII.

In quo Saxones baptizati sunt, fidemque Carolo Magno, solenni sacramento polliciti sunt.

Meminerunt concilii hujus, simulque publici placiti ad hunc annum, autores vitæ Caroli Magni post duo similia Vvormatiæ habita anno præcedente 776. his verbis. Anno sequenti, *scilicet 777. inquiunt,* domnus rex Karolus synodum habuit, & concilium publicum ad Paderburnen, ubi Franci omnes, & ex omni parte Saxones convenerunt: excepto quod Widochindus rebellis extitit, & cum paucis aliis sociis suis in Normandiam confugit. Ad idem etiam placitum venerunt Sarraceni de Hispania tres reges: ibique etiam multitudo Saxonum baptizata est, & secundum morem illorum omnimodo se obligaverunt, quod amplius non immutarentur secundum malam consuetudinem illorum, sed Christianitatem in omnibus conservarent, & domno regi Karolo vel filiis ejus fidelitatem.

ANNO CHRISTI 782. Ex iisdem ad verbũ.

CONCIL. AD LIPPIAM FLVVIVM Anno Domini DCCLXXXII.

Memoratur ad hunc fluvium synodus hoc anno habita, simulque placitum, tum apud autorem vitæ Caroli magni, tum etiam apud Reginonem his fere verbis. Anno Dominicæ Incarnationis 782. Carolus Coloniam veniens, Rhenum transiit, & synodum tenuit, ubi Lippia oritur: ibique omnes Saxones convenerunt, excepto rebelle Vvidichindo. Illuc etiam venerunt legati Godefridi regis Nortmanorum, nec non etiam legati Avarorum: peractoque ibi placito reversus est Rex in Franciam. *Quam synodum Baronius & sequaces male colligunt Coloniæ habitam ex annalibus Eginhardi, cujus verba sic habent:* Rex in Saxoniam eundum, & ibi, ut in Francia quotannis solebat, generalem conventum habendum censuit: trajectoque apud Coloniam Rheno cum omni Francorum exercitu, ad fontem Lippię venit: & castris ibi positis, per dies non paucos ibidem moratus est, ubi inter cætera negotia legatos regum audivit.

A

CONCILIVM PADERBVRNENSE. Anno Domini DCCLXXXV.

ANNO CHRIST. 785. Ex iisdem.

Synodi huius mensem & locum designat Regino ad annum 785. Rex, *inquit,* multis vicibus scaras per Saxones misit, & eorum castra deprædatus est, & in Maio synodum ad Paderbrunam habuit: & inde iter peragens, nullo contradicente Saxoniam circuivit. *Idem narrat autor vitæ Caroli Magni, additque baptizatos esse postea Vvidochindum & Abbionem Saxonum principes, una cum sociis eorum: & tunc tota Saxonia subiugata est. Cu-* B *ius regionis ecclesiarum status in hac synodo dispositus est, ut habent illarum annales, idque colligitur ex his verbis vitæ S. Sturmi primi abbatis Fuldensis.* Circa hæc tempora rex Carolus totam Saxonum provinciam in parochias episcopales divisit, & sacerdotibus, abbatibus, & presbyteris servis Domini, ad docendum & baptizandum potestatem dedit.

ADDITIO AD CONCILIVM VVORMATIENSE IV. anno Dom. DCCLXXXVII. celebratum.

ANNO CHRISTI 787. Ex iisdem.

Aliquid amplius addit chronicon vetus Moissiacensis cœnobii, scilicet quorumdam conju- C *rationem comitum atque nonnullorum nobilium in partibus Austriæ contra ipsummet Carolum: mensemque synodi huius indicat his verbis ad huncce annum 786.* Rebellare conati sunt quidam comites, nonnulli etiam nobilium in partibus Austriæ, ac conjurantes coegerunt quos poterant, ut contra regem insurgerent. Quo comperto, rex jussit eos ad se venire. Procedente tempore, mense Aprili in Wormatia synodum episcoporum ac conventum magnificum coire fecit, ubi decrevit quod hi, qui potissimum in hac conjuratione devicti sunt, honore simul ac luminibus privarentur: eos autem, qui innoxii in hac conjuratione seducti sunt, clementer absolvit.

D

STATVTA QVÆDAM Sancti Bonifacij archiepiscopi Moguntini & martyris.

ANNO CHRIST. CIRCIT. 745. Ex Spicileg. Dacher. Tom. IX.

Compellimur quoque statutum canonum in hoc observare.

I. Ut nullus presbyter creditam sibi ecclesiam sine consensu episcopi derelinquat, & laïcorum suasione ad aliam transeat.

II. Ut nullus presbyter sacra mysteria, nisi in locis consecratis, pro contẽptu ecclesiæ agere præsumat.

III. Ut nullus presbyter in ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab episcopo sanctificatum est: ut fit discretio inter sacratum & non sacratum.

IV. Ut presbyteri sine sacro chrismate, & oleo E benedicto, & salubri eucharistia, alicubi non proficiscantur. Sed ubicunque vel fortuitu requisiti fuerint, ad officium suum statim inveniantur parati in reddendo debito.

V. Ut presbyteri sub sigillo custodiant chrisma, & nulli sub prætextu medicinæ vel cujuslibet rei donare præsumant. Genus enim sacramenti est, non ab aliis nisi a sacerdotibus contingi debet: quod si fecerint, honore priventur.

VI. Ut laici presbyteros non ejiciant de ecclesiis, nec mittere præsumant sine consensu episcoporum suorum.

VII. Ut laici omnino non audeant munera exige-

re a presbyteris propter commendationem ecclesiæ cuique presbytero.

VIII. Ut presbyteri bene vivere studeant, & ita populum doceant.

IX. Ut unusquisque episcopus sua in parochia presbyteros diligenter inquirat unde sint, & si quem fugitivum invenerit, ad suum episcopum redire faciat.

X Qui relicto suo episcopo ad alium convolat, degradetur.

XI. Ut abbates vel abbatissæ sic caste vivant, ut subjectos subjectasque illorum vel illarum exemplum ostendant sanctæ conversationis. Quod si non fecerint, ab episcopo corrigantur. Si autem episcopum minime audierint, episcopus imperatori indicare faciat.

XII. Ut diligenter unusquisque episcopus in sua parochia prævideat, & ubi monasterium monachorum fuerit, si regulariter vivant, & monachice: ubi autem canonica vita fuerit, bene & canonice vivant.

XIII. Ut episcopi, puellarum monasteria diligentissime perscrutentur: quomodo primum ipsa abbatissa sic se contineat, aut caste vivat: deinde seu diligenter discutiantur Nonanes, ne adulterium & fornicationes faciant. Et hoc a præpositis monasteriorum summopere inquiratur.

XIV. De monasteriis puellarum. Ut presbyteris opportuno tempore ad Missarum solemnia liceat illic advenire, & iterum ad proprias ecclesias redire.

XV. Ut plus non mittantur in monasterio canonicorum atque monachorum, seu puellarum, quam sufficere possint.

XVI. Ut unusquisque episcopus in sua parochia diligenter discutiat suos presbyteros, & faciat ut illorum signacula, & baptisteria bene faciant, & edoceat presbyteros, quid in illo baptisterio unumquodque verbum vel sententia per se significet.

XVII. Ut unusquisque presbyter a suo episcopo discutiatur diligenter de sua vita, & conversatione, ne omnino fœminas secum habeat in domo sua habitantes.

XVIII. Si quis egredietur e corpore, ultimo & necessario viatico minime privetur.

XIX. Non licet mortuum super mortuum mitti.

XX. Non licet mortuis eucharistiam nec osculum tradi; nec de velis vel palliis corpora eorum involui.

XXI. Non licet in ecclesia choros sæcularium vel puellarum cantica exercere, nec convivia in ecclesia præparare: quia scriptum est: *Domus mea domus orationis vocabitur.*

XXII. Ut viri cū mulieribus balneū non celebrēt.

XXIII. Non licet in illo altario ubi episcopus Missam dixerit, ut presbyter postea illa die Missā dicat.

XXIV. Non licet vigilia Paschæ ante horam secundam noctis vigilias perexpedire (quia in ipsa nocte non licet post mediam noctem bibere) nec natale Domini, nec in reliquis solemnitatibus.

XXV. Adnuncient etiam presbyteri omnibus fidelibus sibi subjectis, symbolum & orationem dominicam memoriæ commendare: ut fide & oratione sancto Spiritu illustrante salventur.

XXVI. Adnuncient presbyteri, ut neque viri neque fœminæ de sacro fonte filiolos, vel filiolas suscipiant, si non memoriter symbolum & orationem dominicam tenuerint.

XXVII. Nullus sit presbyter qui in ipsa lingua qua nati sunt, baptizandos, abrenunciationes vel confessiones aperte interrogare non studeat: ut intelligant quibus abrenunciant, vel quæ confitentur, & qui taliter agere dedignantur,* sed cedat in parochia.

XXVIII. Si de aliquibus dubium est utrum sint baptizati, absque ullo scrupulo baptizentur: his tamen verbis præmissis: Non te rebaptizo: sed si nondum es baptizatus, baptizo te in nomine Patris, & Filij, & spiritus Sancti.

XXIX. Omnes presbyteri oleum infirmorum ab episcopo expetant, secumque habeant: & admoneant fideles infirmos illud exquirere, ut eodem oleo peruncti, a presbyteris sanentur: quia oratio fidei salvabit infirmos.

XXX. Doceant etiam presbyteri populum, quatuor legitima temporum jejunia observare, hoc est in mense Martio, Iunio, Septembrio, & Decembrio, quando sacri ordines juxta statuta canonum aguntur.

XXXI. Et quia varia necessitate præpedimur, canonum statuta de reconciliandis pœnitentibus pleniter observare: propterea omnino non dimittatur. Curet unusquisque presbyter statim post acceptam confessionem pœnitentium, singulos data oratione reconciliari. Morientibus vero sine cunctamine communio & reconciliatio præbeatur.

XXXII. Qui pœnitentiam in infirmitate petit, & casu, dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit: dent testimonium qui eum audierint, & accipiat pœnitentiam: & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus eucharistia. Si supervixerit, admoneatur a supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ, quamdiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit.

XXXIII. Si quis presbyter aut clericus auguria, vel divinationes, aut somnia, sive sortes, seu phylacteria, id est, scripturas, observaverit: sciat se canonum subjacere vindictis.

XXXIV. Et hoc notum facient presbyteri omni populo, ut sabbato Pentecostes, sicut sabbato sancto Paschæ, omnes jejunent, & ad ecclesiam hora nona conveniant quando sicut vesperascente sabbatho sancto Paschæ celebratur: & ipsum diem Pentecostes similiter celeberrimum habeant, ut sanctum Paschæ.

XXXV. Admoneat etiam unusquisque presbyterorum publice plebem, ab inlicitis connubiis abstinere: & secundum Domini mandatum, legitimum conjugium nequaquam posse ulla occasione separari, excepta causa fornicationis, nisi cum consensu amborum: & hoc propter servitium Dei.

XXXVI. Adnuncient presbyteri diebus Dominicis per annum sabbatizandum.

Primo modo.

In Natale Domini VIII. Kalend. Ianuarias, dies 4.
In Circuncisione Dom. Kal. Ianuar. diem unum.
In Epiphania, VIII. Id. Ianuar. diem unum.
In Purificatione S. Marię, IV. Non. Feb. diem unū.
In Pascha Domini, post Dominicam dies tres.
In Ascensione Domini, diem unum.
In natale sancti Joannis Baptistæ VIII. Kalendas Julias, diem unum.
In passione sanctorum apostolorum Petri & Pauli, III. Kal. Julias diem unum.
In Assumptione sanctæ Mariæ XVIII. Kal. Sept. diem unum.
In nativitate S. Mariæ VI. Idus Sept. diem unum.
In passione sancti Andreæ apostoli, pridie Kalendas Decembris, diem unum.

FINIS APPENDICIS TOMI SEXTI.

LUTETIÆ PARISIORUM.

Impensis	GEORGII IOSSE, DIONYSII BECHET, GVILLELMI LE BE', GABRIELIS & NICOLAI CLOPEIAV, PETRI LE PETIT, viduæ EDMVNDI MARTIN, LVDOVICI BILLAINE, GODEFRIDI MARCHER, IOANNIS DVPVIS, SEBASTIANI MABRE-CRAMOISY, IACOBI PIGET.	viâ Jacobæâ.

M. DC. LXXI.